

PRAECLARISSIMVM

AC IN PRIMIS OMNIBVS IVRISPERITIS


perneceſſarium ac vtiliſsimum.

OMNIVM TRACTATVVM CRIMINALIVM nunc per D. Ioan. Baptiſtam Zilettum Venetum ab omnibus mendis expurgatum ac omninò correctum, & longè diligentius accuratius ac fœlicius quàm unquam antea, in lucem proditum.

NAM PRAETER OMNES TRACTATVS, *qui ſunt antea in hac materia editi, hoc volumine quamplurimi alii tractatus aurei & penè diuini & omnibus aliis vtiliores, continentur, qui cùm eſſent manu ſcripti.*

SVNT SVMMA CVRA DILIGENTIA STVDIO ac ſumptu nunc nouiter è manibus doctiſsimorum ac præſtantiſsimorum omnium ætatis noſtrę iuriſperitorum excerpti, prout ſexta pagina legentibus indicabit, & ſtudentibus ipſimet tractatus demonſtrabunt.

CVM EIVSDEM D. IOAN. BAPTISTAE ZILETTI, omnium materiarum indice multò quàm antea pleniore.



VENETIIS.

M D LXIII.

VOLVMEN

PRAECLARISSIMVM

AC IN PRIMIS OMNIBVS

IVRIS




NAM PRAETER OMNES TRACTATVS,

SVNT SVMMA CVRA

CVM EIVSDEM

omnium materiarum indice multo quam antea pleniore.



VENETIIS.

M D LXII.

IOANNI BAPTISTAE
PLOTO NOVARIENSI,
VIRO NOBILISSIMO, ET IVRIS-
consulto præclarissimo,

IOAN. BAPTISTA ZILETTVS
VENETVS I. C. S. P. D.





VPERIORIBVS diebus cum apud me esset Hieronymus Magius Anglarensis Iureconsultus, vir multis nominibus mihi charissimus, præsertim verò quòd de legali Republica (vt eius ingenij numerosas dotes omittam) scriptionibus permultis iuris prudentiæ lucem maximam afferentibus, quarum editionem adornat, sit benemeritus: multis verbis de communibus studijs vltro citroq; habitis, è re nata, de criminalibus tractatibus loqui cœpimus. Cumq; Chalcographorum incuria infinitis penè locis eos esse deprauatos affirmarem; multaq; ipse etiam restituenda indicasset, orare cœpit vt horum emendandorum prouinciam susciperem. Mihi enim laborem facilè cessurum affirmabat, tum quòd tractatuum horum nonnullos manuscriptos, & castigatiores haberem; tum quòd iam diu Iureconsultorum nostrorum scripta omnia ad criminales causas spectantia perscrutatus essem, atque in his discutiendis, examinandis, atque adnotandis non parum elaborassem; quorum ope tractatus hosce penitus repurgare, & pristino candori restituere

possem. Hanc si prouinciam obirem, studiosorum gratiã, quorum nocturnis diurnisq; manibus illi versantur atque teruntur, me initurum dicebat. Itaq; suis ille verbis ad eum suscipiendum laborem me impulit. Cœpi igitur exemplaria conferre, & quasi ex Augeæ stabulo fimũ egerere. Dij boni quam mendarum vim offendi? quibus monstris Typographi contextus fœdarant? quas labes, & deformitates inuexerant? Nullos mehercle deprauatiores libros, & qui magis lectori negotium facessere possent vnquam animaduerti. Multa sæpe verba deerant, non pauca superfluebant. Quæ negabat auctor, Chalcographi error affirmabat, idque nonnunquam in re magni momenti. Quamobrem prouincia ipsa plus in recessu laboris habuit, quàm in fronte promitteret. Cum his diu colluctatus erroribus, demum diuino fauente numine libris ipsis primeæuum genuinumq; candorem quodam quasi postliminio reductum, conciliaui. Ac cùm multa rerum summis abesse perspicerẽ, quæ deerant inuexi, indicemq; locupletissimum addidi, & vt nihil omnino sit quod lector desideret, adstruxi Ioannis Ant. Rubei tractatum de potestate procuratoris. Item Francisci Casonij de indicijs & tortura, & Antonij Columbani de modo procedendi extraordinariè in controuersijs criminalibus. Verum enimuero cùm omnia planè accessissent ornamenta, vnum duntaxat deerat, ad quod comparandum iudicij non leue examen fuit adhibendum: Nimium docti alicuius, clarissimiq; Iureconsulti patrocinium. Optimorum nanque Iurisprudentũ cœtus acephalus, præsidem patronumq; exiptabat, qui & contra calumniantium iniquitates adesset, decusq; & ornamentum multiplicibus tractatibus afferret. Dum huius rei gratia anxius satago tu Plote V.C. nostræq; ætatis Iureconsul-

torum ſplendor occurriſti, ſub cuius præſidio, elegantiſsimum hoc tractatuum volumen in integrum reſtitutum, reuiſumq́;, iuriſprudentiæ ſtudioſis communicarem. Cum enim ad Bartholi ipſius, Alexandri, & reliquorum Reip. literariæ procerum prudentiam & gloriam proxime acceſſeris, ac ſis non ſolùm Nouariæ, quæ tuis in dies auguſtior eſt honoribus, ſed Inſubrię totius Oraculum, ad quod reſponſorum gratia in arduis quibusq́; quæſtionibus, cauſisq́; difficillimis omnes confluunt; iure optimo hæc tibi, & contrà tuum patrocinium his deberi, nemo non poteſt intelligere. Accedit eò præclara, Plotæ familiæ nobilitas quæ eximijs animi tui dotibus copulata, mirum eſt quantum in te dignitatis, claritatisq́; pariat, & exuſcitet: Vnde hinc etiam libris hiſce lucis non parum affulgere poſſe videatur. Noſtros igitur, quanquam in re tenui, non leues labores, noſtramq́; omnem hic operam & diligentiam, Plote prę clariſsime, quam candido tibi dicamus animo hilari fronte accipe, & me tui amantiſsimum, ac ſtudioſiſsimum, vt facis, ama. Vale.

Venetijs, quarto Cal. Mart.
M D LXIII.

INDEX TRACTATVVM IN HOC OPERE CONTENTORVM.



FINIS.

REPERTORIVM FERTILE ADMODVM DILIGENTIA, ET ORDINE NON VVLGARI

CONCLVSIONES ET QVESTIONES TAM PRINcipaliter quàm incidenter tactas in hoc opere tracta. Criminalium complectens. Omnibus legum professoribus, iudicibus, aduocatis causas perorantibus, nedum vtile sed necessarium.

PER D. IOAN. BAP. ZILETVM VENETVM

NVNC CONGESTVM, ET IN OMNIVM gratiam editum, feliciter incipit.



Arma

B



Bannitus

C



Caput

Causa

Commen-

Confeſſus

Constitutio

Creditor

In cri-

D



Damnatus

Defensioni

¶Digitus

E

Excusator

Fama

¶Fornicator

qui

¶Hæreticus

Hæretico

I



Intel-

Irregu-

Iudex

L



¶Mendaciter

sed

O



tate.

¶Præmeditatum

Processus

Procurator

Q



Querendum

R



possint

S



Territio

Titulus

¶ Tor.

V

Veritas

LAVS DEO.



TRACTATVS DE ACCVSATIONIBVS PVBLICORVM IVDICIORVM.

AVTHORE PLACENTINO.

antiquissimo Iuris ciuilis interprete.

SVMMARIVM.

1 *Accusare est aliquem velut reum criminis deferre.*
2 *Accusatio qualiter concipi seu formari debeat.*
3 *Accusans subscribere debet se accusationem executurum.*
Accusatio qualiter sit exequenda.
4 *Reus confessus non statim pro iudicato est habendus.*
5 *Damnari nullus debet causa non audita.*
6 *Mulier quandoque potest accusare non exacta inscriptione.*
7 *Accusare qui nequeant.*
8 *Accusare nequit qui ob id pecuniam accepit.*
9 *Vxor potest lenocinium marito obiicere.*
10 *Filius matrem de partu supposito accusare potest.*
11 *Accusare potest quilibet suam iniuriam vel mortem propinquorum prosequens.*
12 *Crimina quae ab omnibus deferri possint.*
13 *Crimina notoria accusatione non indigent.*

De Accusationibus. Tit. I.



QVANDO quidem de accusationibus dicturi sumus, videndum est primum quid sit accusare, & quo ordine sit accusandum, & quando accusatio sit exequenda, & quibus liceat accusare & quousque. 1 † Accusare nihil aliud est quam reum criminis deferre. Hunc ordinem, masculo accusante, in omni crimine esse seruandum, vt in scriptio proponatur quae magnitudinem criminis tempusque designet vt alterutram partem digna legum possit terrere auctoritas, nisi id fiat q͏̃ pro inscriptione habetur, vt cum querelae apud acta deponuntur, q͏̃ vt fiat, tantum in crimine iniuriarum conceditur, & excipitur crimẽ abigeatus & adulterij, cum iure mariti intenditur, quo casu inscriptionis necessitas remittatur, verum hodie maritum inscribere oportet, quae si nõ probet, isdem sit poenis subdendus, quas fuerat mulier passura, si accusatio comprobata fuisset, vt C. de ac. l. qui de vno, & l. in cau. & l. si cui, & l. quamuis, & C. de iniur. l. vlti. C. de abige. auth. vt liceat ma. & aui. colla. viij. §. quia vero. 2 † Cuius talis esse debet cõceptio, vt diem quo facta est, contineat, impera-

toris annis numeratis. Accusantis quoque & ac cusati,& praetoris nomen apud quē accusat hoc modo debet dicere insertum.Ego Lucius Titius apud te Catum praetorem vel proconsulem profiteor, Maeuiam lege Iulia de adulterijs ream de ferre, quam dico cum Caio Seio in ciuitate illa, in domo illius mense illo consulibus illis commisisse adulterium,diem autē vel horam inuitus nō comprehendet,vt C. de accusa.l.si quis.& C. de adult.l.quamuis,& in auth.vt praepo.nomen Imper.&.ff.eo.l.liberorū,&.ff.de adulte.l.accusaturus. Itē † subscribere debebit se executurū accusationem,vel alius pro eo si literas nesciat. Si circa inscriptionem errauerit corrigere licebit si tēpora suffragantur. Accusatio vero sic est exequenda, vt fideiussor ab vtraq; parte praestetur pro lite exercenda, alioquin inopia idonei fideiussoris vterq; in custodiā mittitur donec de crimine iudicetur, vt si reo absoluto accusator per calumniam intendisse pronuntietur, pari modo puniatur,nisi sit ea causa quae sine metu calumnie vindictam persequitur, vt pater, mater, filius & extraneus haeres qui suspitionem quam de morte sua habuisse defunctus cauit, exequitur, cū inter voluntariam accusationē & officij necessitatem haeredis multum intersit, vt ff.eo.l.si cui, & ff.de cust.reo.l.ij.C.de accusa.l.vlti. & C. de appel.l. eos qui.§.super his.ff.ad senatuscon.tur.l.j.& C. de calum.l.mater. † Sed si reus confessus fuerit non vsque pro iudicato habebitur,sed in carcerē ponetur omnimodo condemnādus.si vero abfuit per contumaciam qui non est confessus, poterit relegari, non tamen deportari, vel capite damnari,vt ff.de cust.& exhi.reo.l.si confessus.& ff. eo.l.absentem,& ff.de requi.re.l.j. C.eo.l.absentem. †Neque inaudita causa quemquam damnari aequitatis ratio patitur, sed tempus statuetur intra quod si non venerit bona annotabuntur.de inde annus expectabitur, intra quem reuersus, si se crimine purgauerit, res arbitrio iudicis signatas recipiet.anno vero transacto innocentiā purgando audietur, bonis apud fiscum manentibus. Sed eo annotatio si per xx.annos bona fiscus nō occupauerit postea praescriptione vel ab ipso reo vel ab haeredibus eius submonebitur.Quācunque enim quaestionem apud fiscum, si non alia sit propria praescriptio.xx. annorum silentio praescribi diui principes voluerunt, vt C. de requiren.reis l.j.& ij.ff.de requi.reis.l.ij.& iij. Quidam prohibentur propter † sexum in publico iudicio accusare, vt mulier cui interdum permittitur non exacta inscriptione,id est,cū crimen perduellionis vel annonae,vel suam suorumq; iniuriam exequitur,vt ff.eo.l.qui accusare,& l.certis,& C.ad l.Iul.de anno.l.fi.§.fi.& l.lege corn. & C.qui ac cus.non pos.l.de crimine.†Quidam propter aetatem vt pupillus,aut propter sacramentum, vt miles,quidam propter potestatē . vt magistratus, vt ff.de iniurijs l.nec magistratibus . Quidam propter delictū,vt infames,ut C.eo.l.criminis.†Quidam propter turpem quaestū,vt qui pecuniā ob accusandū vel nō accusandū accepit , vel duos reos subscriptos habet,vel eiusdē delicti est particeps, vt ff.ad l.Iul.repe.l.easdem.§.j.& ij.quidam propter suā cōditionem,vt filius etiā libertus,vel de pari,vel maiori crimine accusatus,vt ff.de publica.l.is qui. † Excepta muliere cui lenocinium obijcere marito permittitur, etiā eo excepto qui suam suorumq; iniuriā exequitur, sicut ēt is prohibetur qui a prima aetate in domo vixit licet vt ingenuus,vt ff.ad l.iul.de adult.l.j.Necnō & frater qui si capitale crimen intendat,non solum nō est audiendus,sed etiā exilij poena plectendus,vt ff.ad l.pompe.de parri.l.frater excepto crimine adulterij & parricidij,de facto tamē parentis vel patroni suarū rerū defendendarum gratia,quaeri nō prohibetur, veluti si dicant vi se a possessione expulsos.s.non vt crimen in eis intendant sed vt possessionem recipiant. †Nam & filius nō quidem prohibitus est de facto matris quaeri,si dicat suppositum ab ea partum, quo magis cohaeredem habeat,sed eam reā lege corn. facere permissum ei non est,vt ff.eo.l.hi tamen. Alij propter suspitionem calumnie,vt illi qui falsum testimonium subornati dixerunt. Alij propter paupertatē,vt sunt qui minus quinquaginta aureis habent.†Hi tamen omnes,si suam iniuriā, mortemue propinquorū exequantur ab accusatione non excludun tur,sed si quidē plures venient iudex idoneiorem eligere,debet, ꝙ erit aestimandum ex dignitate, & ex eo ꝙ interest,dū tamen caueat ne ob id crimen pluribus legibus reus fiat, ne ve de eodē saepius accuset nō solū ab eodē sed nec ab alio,nisi sua interesse,seseq; accusationē institutam ignorasse docuerit, vel si sciuit priorem praeuaricatā docebit,vt ff.eo.l.si plures.ff.de sepul.vio.l.iij.ff. de libe. ho.exhi. & ff.eod.l. senatus, & l.si cui. †Sunt tū quaedā crimina in quorū de latione per sonarum delectus non habetur, cū & serui aduersus dominos audiantur,vt crimina majestatis, & falsae monetae,& legis corneliae, arctioris annonae populi Ro.de falsis cum suppressas tabulas testamenti quaeruntur,in quibus libertatem sibi relictam asseuerant,vt C.de epis.& cle.l.si quis.ff. de iu.l.vix.& ff.ad l.corn.de fal.l.nullo.† Sunt autem crimina quae notoria appellantur quorum accusatio non exposcitur,sed per officiales praesidibus nuntiantur,vt C.eodem l.ea quidem. Accusare licet vsque ad xx. annos a die commissi criminis,excepto crimine iniuriarum ꝙ anno finitur,vt C.ad l.corn.de fal.l.querela,vt C.de iniu.l si non conuicij. Necnon & peculatus & eo ꝙ aduersus senatuscōsultum apertis tabulis eius, qui de familia occisus dicitur ab extraneo committitur, quae quinquennio finiuntur , vt ff.ad l. Iuliam pecu.l. peculatus. & ff. ad syllan.l.in cognitione. Et exceptis criminibus ex lege Iulia de adulterio vel stupro descendentibus , quae simili modo quinquennio finiuntur vt ff.ad l.Iul. de adulte.l.mariti.§.praeterea. Et excepto crimine parricidij , & suppositi partus. & crimine concussionis , quod nullo temporis praescriptione depellitur, licet ea decesserit quae partum sup posuisse contendetur, v ff.ad l.pompe.de parri. l.fin. & ad l.cor.de fal.l.qui falsam.§.j. & ff.de concus.l.j.

SVM.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Criminum multiplex est diuisio.*
2 *Crimina quare publica dicantur & quæ sint.*
3 *Crimina priuata quæ sint.*
Crimina ordinaria quæ dicantur.
4 *Crimina extraordinaria dicuntur quorum pœna iudicis arbitrio mandatur.*
5 *Dignitas & conditionis ratio attenditur in pœnis.*
6 *Miles artem ludicram exercens capite plectitur, non antem paganus.*
7 *Crimina quæ puniantur pœna extraordinaria.*
8 *Crimina quæ publica sunt & ordinaria simul.*
9 *Crimina priuata et ordinaria simul quæ dicant̃.*
10 *Infamia pro quibus irrogetur criminibus.*
11 *Infamia notatur qui lenocinium fecit aut cũ bestiis depugnauit.*
Sponsalia bina, aut binas contrahens nuptias infamiæ nota iniuritur.
12 *Infamia irrogatur ex sententia dãnato a iudice.*
13 *Infamis non semper efficitur damnatus.*
Fama quandoque minuitur ex genere pœnæ.
14 *Damnatus ad opus temporarium non afficitur.*
15 *Seruitus non inducitur ex delicto.*

De diuisione criminum. Tit. II.

1 CRIMINVM alia publica: alia priuata: † alia nec publica nec priuata. Itẽ alia sũt ordinaria Alia publica & ordinaria: alia publica & extraordinaria. Alia priuata, & ordinaria, alia priuata & extraordinaria. Item alia irrogãt infamiã ex genere delicti, alia ex sententia, alia ex gene- 2 re pœnę. † Hæc sunt quæ ex legibus publicorum iudiciorum sunt introducta, ex eo dicta publica, quod cuilibet ex populo plerunque executio eorum detur, vt Iulia maiesta. Iulia de adulte. Cornelia de sica. & venefi. Cornelia de testa. Viscellia de libe. & falsæ monetæ. Iulia de vi priuata, sepulchri violati, termini moti, Iulia ambitus, & crimen suspecti, raptus, & præuaricationis, interdum, Iulia repetundarum & Fauia de plagiarijs, Iulia de annona, et Cornelia de falsis, ut ff. de pub. iud. l. j. & instit. de pub. iud. in princ. C. de fal. mo. l. j. & ff. de sepul. vio. ff. de ter. mo. l. agraria. C. de raptu. vir. & ff. de preuarica. Eum quoq; vel eam quæ seruo suo se opposuit, vel mathematicã artem exercuit, vel militiam deseruit, vel pro honore pecuniam dedit, vel vt latro itinera frequẽtata insidijs aggresionis obsedit, vel barbaros telis instruxit, vel incognitam ante peritiam conficiendi naues docuit, crimẽ publicum committere nemo ambiguit, vt C. de mulie. quæ ser. pro se iunx. & de math. l. vlt. & C. quan. liceat vni. si. iu. l. opprimendorum, & l. j. C. quæ res expor. 3 l. nemo. & l. vlti. & C. de pœnis. l. vlt. † Cętera vero sunt priuata, exceptis criminibus stellionatus, quæ nec publicis nec priuatis iudicijs connumerantur, vt, C. de cri. stil. & de penis. l. respiciẽdum. Ordinaria sunt quorum pęna certa est dignitatis ratione habita, vel omissa, v crimen maiestatis, in quo est omnium æqua conditio, In quibus criminibus iudex neque pœnam augere neque minuere potest, nam vt ait Pomponius, facti quidem quæstio in arbitrio est iudicantis pœnę vero persecutio non eius voluntati mandatur sed legis auctoritati reseruatur, verũtamen legũ seueritatem debet cum aliquo temperamento benignitatis subsequi, maxime cum minor ætas interuenit. Quorum de numero est crimen quod lege Iulia maiestatis coercetur, & Iulia de adulterio, & stupro, & Cornelia de siccarijs necnon. Põpeia de parricidijs, Cornelia de falsis, Iulia de vi publica, Iulia de vi priuata. Iulia peculatus, et de residuis, & illiciti collegij. Iulia ambitus, & crimen raptus, & falsę monetę & alia plura, vt C. de adu. l. quamuis: & Insti. de publi. cri. ff. ad l. cor. de sicca. l. eiusdem. C. de his qui paren. occid. l. i. & ad l. iul. de vi publi. & priui. & ff. de illici. 4 col. l. qui illicitũ. & C. de fal. mo. l. vlt. † Extra ordinaria sunt quorũ pęna iudicis arbitrio mãdatur, dignitatis & conditionis habita ratione, quibus quid fieri debeat nõ dicitur, sed quid fieri soleat. interdũ ostẽditur vt ait Vlpianus. ff. de iniu. l. vlt. & ff. de pænis l. mortis. Hodie licet eis qui extra ordinem de crimine cognoscunt, quã volũt sñiam ferre vel grauiorẽ vel leuiorem dum tñ in vtroque modo ratiõnẽ nõ excedant. vt. ff. de pęn. 5 l. hodie. † Dignitatis, vt dixi ratio habenda est, vt si sit decurio, decurioni ne filius parens, qui neque in metallum damnari, neque in opus metalli neque fustibus subijci, vel viuus exuri, vel capite puniri debet, vt cum parentem occidisset. vt ff. de pęnis. l. mortis. §. sed enim, Conditionis quoq; ratio habetur. id est si sit liber. aut seruus, infamia aut integrę famæ. nã maiores nostri in omni supplicio seuerius seruos quam liberos famosos quã integrę famæ homines punierunt vt. ff. de pęnis. 6 l. capitalium. §. vlti. † Exceptis quibusdam delictis quæ pagano aut nullam aut leuiorem pœnam irrogãt, nam si miles artem ludicram fecerit vel in seruitutem se venire passus est, est puniendum capite Menander scribit. vt. ff. de pæn. l. quedam quæ omnia inspiciuntur in ordinarijs qui annonã attentant vel vexant. & in crimine sepulchri violati, concessionis abigeatus, & præuaricationis interdum, idest cum extraordinaria crimina 7 obijciebantur. † Fures quoq; & effractores, & expilatores, & sollicitatores, aliarum nuptiarũ, itẽ matrimoniũ interpellatores, & si effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem pernitiosę libidinis extra ordinẽ puniũtur. vt. ff de extra or. cri. l. annonã. ff. de sepul. vio. l. vlt. & ff de abige. l. j. & ij. ff. de effracto. expila. Expilate hæreditatis, termini moti, iniuriarũ, Viscellię de libertinis, & Iuliæ repetundarum, & quorundam criminum stellionatus extraordinariam esse pœnã

nemini venit in dubium.vt C.de accu.l.j.ff. ad l. 8 Iul.repetun.l.lex.§.vlti. †Publica & ordinaria crimina sunt crimen Iuliæ maiestatis, Iuliæ de adulterio & stupro, Corneliæ de sicarijs & veneficis, Põpeiæ de parricidis. Corneliæ de falsis, Iuliæ de vi publica vel priuata, Iuliæ ambitus. Seruũ quoq; qui dñam corrupit necnon desertorẽ militiæ & publicos latrones crimen publicũ & or- 9 dinariũ cõmittere nemo ambigit. †Publica & extraordinaria sunt ista crimen suspecti, & Iuliæ repetundarũ, & termini moti, & Iuliæ de sacrilegijs. Et Viscellæ de libertinis, Iuliæ de annona, & Fauiæ de plagiarijs. Exceptis his qui viuẽtiũ filiorũ miserandas infligũt parentibus orbitates, quibus certã pœnã Constantinus iniunxit. vt ff. de suspec.l.j.& C.ad.l. Fauiã de pla.l.vlt. Priuata & ordinaria crimina sunt famosi libelli seditiõis, illiciti collegij, & suppositi partus.vt. C. de famo.libel. Crimina priuata & extraordinaria sunt hæc crimen iniuriarũ concussionis ambigeatus, pũaricationis interdũ, repetundarũ furti, effractus, expilatæ.vt.ff.de iniurijs.l.iij. & ff.de 10 cõcussio. †Ex genere delicti irrogatur infamia contra Imperatorẽ vel eius cõsiliarios, vel rẽ pu. cogitantibus, & eorũ seruis, & his qui pro eis interueniũt, & militi alienas res cõducenti, vt C.ad l.Iul.maiesta.l.quisqs.C.de loc.& con.l.vlti. Itẽ infamia irrogatur ei, qui eam quã in potestate habuit genero mortuo, cũ id sciret, & intra tẽpus luctus, in matrimoniũ collocauit ei, qui sciẽs eã duxit ẽt si miles fuit, ignorãtia enim nõ iuris sed facti excusatur. Quod verũ est siue non fuit in potestate, sine consensu eius cuius in potestate fuit matrimoniũ cõtraxit.vt.C.ex qui.cau.infa.ir.l.decreto.ff.de his qui no.infa.l.j.&.l.liberorũ.C.de secun.nup.l.j.Notatur ẽt qui eũ quẽ i potestate habebat, ducere iussis quo casu venia dignus est qui obtẽperauit.vt.ff.ex qui.cau.infa.ir.l. qui iussu. Excusantur tñ illi supradicti si ea sit quæ intra tẽpus luctus peperit vel cũ qua carnalis cõmixtio non fuit, quæ eadem locũ hñt si sine morte sed di- 11 uortio matrimoniũ soluatur†Notatur qui lenocinĩu fecit, & qui cũ bestijs depugnauit, quiue in scenã prodijt artis ludicræ exercendæ causa & exercuit, si autẽ non exercuit non notatur, nõ enim ea res adeo turpis, vt etiam consiliũ puniri debeat vt.ff.de is qui.no.l.qui aũt. Notatur qui bina spõsalia binasue enuptias, sibi vel ei quẽ in potestate habuit, constituit, quisq; sibi vel filio sui pupillã suã nullo diuino impetrato beneficio in matrimonio collocauit. videtur enim confessus de tutela, quia huiusmodi cõiunctione fraudem administrationis tegere laborauit.vt.ff.de his qui not.infa. l.qui ergo.§.si quis.&C.de interdict.matri.in l.si tutor. Ei quoq; qui domũ moribundi ascendit ipsum vel alios qui ibi sunt molestans, vel alio modo exequias prohibuit, vel vsuras vsurarum exegit, infamiæ pœna ipso iure irrogatur.vt.C.de sepul.vio.l.j. & in auth.vt defun.seu fune.§.sancimus.&.§.si vero consti.xiij.ff.ex quibus cau.in- 12 fam.ir.l.antepe. † Ex sententia irrogatur infamia a iudice damnato. arbitri etenim sententia infamiam non importat, & non solum condemnatus infamis efficitur, sed & deprehensus interdum, vt de ea legitur quæ in adulterio deprensa fuit. quæ siue postea condemnetur siue absoluatur notata manet, lex enim non sententiam sed factũ notat, sed & si confiteatur vel paciscatur ob malam conscientiam pecuniã numerando, sua enim sententia se condemnat, infamia notatur.vt.ff.de his qui not.infa.l.quid.§. ex compromisso.&.ff. 13 de ritu nuptia.l.palam. † Non tamen ex omni crimine damnati infames efficiuntur, sed duntaxat ex eo quod publici iudicij causam habet, nisi id crimen ex ea actione fuit, quæ etiam in pecuniario iudicio infamiam condemnato importat, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum. vt.ff.ex quib. cau.infa.ir.l.athletas.§. itẽ si quis. Ex genere pœnæ fama aliquando minuitur, quoties manente libertate circa statũ dignitatis pœna plectitur, sicuti cum relegatur quis, vel cum ordine mouetur, vel cũ prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeius fustibus ceditur, vel in opus publicũ damnatur ad tempus, vel cum in eã causam quis incidit quę ex ædicto perpetuo in famiæ cã numeratur, dũ tñ animaduertamus in ꝑsonis tam plebeiorũ quã decurionũ, esse illud constitutũ, vt qui maiori pœna afficitur, quã legibus 14 statuta est, infamis non fiat.† Ergo & si opere tẽpo rario quis multatus sit, vel tãtũ fustibus cesus, licet in actione famosa veluti furti, dicendũ erit infamẽ non esse, quia & solus fustiũ ictus grauior est quam pecuniaria cõdẽnatio vt.ff.de varijs & extra.cogn.l.cognitionũ.§.minuitur.ff.de pœnis l.in seruorũ. Cõsumitur vero quoties magna capitis diminutio interuenit, id est, cum libertas amittitur, veluti cum aqua & igni in perpetuum interciditur, vel cũ plebeius in opus metalli vel in me- 15 tallũ datur.† Sed nouo iure nullus ex delicto seruus efficitur.vt.ff.de varijs & extraor.cogn.l.cognitionẽ.§.vlt.& in auth. de nuptijs.§.quod autẽ.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium proprie dicitur quod cum nupta cõmittitur.*
Stuprum quid sit, & cum quibus committatur personis.
2 *Patresfamilias de crimine possunt accusare.*
Mulieres de matrimonio uiolato conquerentes nõ admittuntur ad accusandum.
3 *Filius & libertus iure mariti tantum accusare possunt.*
4 *Accusatio fieri debet intra quinquennium à die commissi criminis continuum.*
5 *Stupro per uim admisso non potest præscribi.*
6 *Accusatorum delectus qualis sit habendus.*
7 *Maritus in accusanda vxore extraneo & etiam patri est præferendus.*
8 *Dies vtiles qui dicantur.*
9 *Iuris versuti præstigia vltionem pudoris excludere*

dere non debent.

Accusatio quædam propter vtilitatem personæ dicitur cessare.

10 *Accusatio adulterii per quæ possit excludi.*

11 *Lenocinium marito obiectum onerat ipsum, vxorem tamen non excusat.*

12 *Maritus adulterum cum vxore repertum interficere potest.*

13 *Marito quando liceat occidere eum quem suspicatur vxoris castitati velle illudere.*

14 *Criminum publicorum pœna est ordinaria.*

Adultera vulneribus subacta competentibus in monasterium detruditur.

15 *Incestum seu incestus quid propriè dicatur, & cum quibus comitatur.*

16 *Delinquẽs palã leuius punitur, clã vero grauius.*

17 *Incestus qua plectatur pœna.*

Ad legem Iuliam de adulterio, & stupro. Tit. III.



IN primis videndũ est cum quibus stuprum committitur, cum quibus adulterium. Item qui possunt de adulterio & stupro accusari, & quo tempore sit accusandũ, & quo ordine, & qui sint præferendi, & intra quod tempus, & quibus ex causis remoueantur & quibus adulterium perimere liceat, & quo loco & quæ sint hæc crimina, & q̃ pœna. 1 † Adulterium quidem proprie cõmittitur cum nupta propter partum ex altero conceptũ composito nomine. Stuprum vero cõmittitur in virgine, puero, excepta concubina. non habita distinctione matris iure Romano, sed fœmine duntaxat vt dixi. lex tñ Iulia indifferenter hoc vocabulo vtitur. His criminibus possunt puberes accusari. hæc enim crimina post pubertatẽ incipiunt, nec in his merentur restitutionẽ minores, nisi quatenus miseratio ætatis producit iudicem ad minorem pœnam, non.n. excusabitur ætate aduersus præcepta legum is, qui dum leges inuocat, contra eas committit. vt ff. eo. l. inter liberas. ff. de concu. l. j. in authen. de trien. & sem. §. sinautem. ff. de verb. signific. l. indifferenter. & ff. eod. l. si adulterium. 2 ff. de mino. l. auxilium. † Accusare possunt de crimine omnes patresfamilias, patresfamilias dixi, quoniam filiosfamilias tunc demum etiam inuito patre publico iudicio reum facere permittitur, cum de adulterio suæ vxoris conqueritur, proprij enim doloris vindictã consequitur. vt ff. eo. l. filiusfamilias. & l. inter liberas. §. filiusfamilias. Mulieres quoq; non admittuntur ẽt si de suo matrimonio violato conquerantur. minores etiã agentes ante. xxv. annũ prohibentur, nisi sui matrimonij iniuriam exequantur & quamuis etiam iure extranei accusent, ex casu recipiuntur, cũ sane si iuuenili facilitate ducti, vel feruore ætatis accensi, ad accusationẽ prosilierunt, accusantibus eis nõ facile calũniæ pœna irrogabitur, vt C. eo. 3 l. j. ff. eodem, si maritus. §. lex Iulia. † Excipiuntur tamen quidam robustæ ętatis & filius & libertus, quibus non facile permittitur, sed tantum iure mariti accusare conceditur, quemadmodum si atrocẽ iniuriam passi essent, iniuriarum recte ageretur vt. ff. de accu. l. hi tamen, opinionis quoque accusantis ratio habetur, sicut in plerisque criminibus habenda docetur. nec minus serui aduersus dños torquentur, quod in crimine stupri non obseruatur. ẽt qñ cum incestu committitur, vt. ff. 4 eo. l. vim passam, & C. eo. in adulterij. † Accusandum est aũt intra quinquẽnium continuum a die commissi criminis numerandum intra ꝙ vj. menses vtiles ex die diuortij p̃stantur duo intra quos iure mariti accusat, quatuor intra quos iure extranei admittitur, quibus transactis accusator auditur. Si vero ex die commissi criminis quinquẽnium transierit, ex die diuortij. lx. dies sint, dicẽdum est maritum accusare non posse, vt qđ dantur vj. menses vtiles sic sit intelligendum, ne crimen quinquennio continuo sopitum excitetur. Quod erit verũ siue de reo siue de rea, de lenocinio, vel stupro quæratur, omnibus.n. admissis ex lege Iulia venientibus quinquennium est præstitum, vt ff. eo. quinquẽniũ. ff. eo. miles. §. adulterij. 5 & ff. ad turp. l. j. & ff. eo. mariti. §. preterea. † Nisi cum per vim est stuprũ admissum. tunc.n. huic præscriptioni locus non erit cum vim publicam fecerit, vt ff. ad l. Iul. de vi publi. l. qui cetu. §. qui vacantem. Est.n. casus quo sex menses non a die diuortij connumerantur. verbi gratia. Si mulier repudij oblatione sine vlla legitima causa a se dati, decesserit, tunc enim ne viduitatem, stupri procacitate cõmaculet accusatio repudiatio marito iure permittitur, quo casu non a die diuortij, sed commissi criminis sex menses computari ratio permittit vt C. eod. l. si mulier. & l. quamuis. Ordo talis seruatur, ꝙ vbi inscriptio præmittitur, marito primum accusante diuortium sequit. iure est in hac parte sopita, vt. C. eo. l. quamuis. 6 † Personarum quoque quæ accusantur iste habẽdos est delectus, sit masculus an fœmina, & an nupta, an vidua. nam si masculus erit ab eo poterit incipi. i. si nupta nondum est dummodo ante denuntiationẽ nupserit, alioquin adulter primum accusandus, & condemnandus est. Quod si fuerit absolutus, nõ solum ab eodem accusatore sed nec ab alio accusabitur, nisi prius prçuaricatio arguatur. Si vero fuit cõdemnatus nõ ideo mulier erit condemnanda, sed religiosum iudicem sortita fortassis pudicitiam defendet gratia vel iustitia, vel legis auxilio, cũ ille fortassis inimicis oppressus vel falsis argumentis, vel testibus subornatis grauatus, prouocare noluit vel non potuit. qui quidẽ si ante accusationem moriatur, nupta iure accusabitur, cum ẽt si ex viuo hæc vidua fuerat ab ea incipi posit, vt ĩ authẽ. vt liceat mat. §. si q̃s ei. ff. de accu. l. si cui. ff. eo. l. denuntiasse. & l. adul. §. si. ff. de priuatis delictis. Nuptã dũ nupta est hac p̃scriptione lex tuetur. si tñ vxor cũ seruo adulterium fecisse arguatur, diuus pius rescripsit accusare

sare potius mulierē eum debere, q̄ in præiudiciū eius seruū suū torquere. In crimine stupri eiusmodi distinctiones non habentur, vt ff. eodē l. si quis adulterium. † Præferendus est aūt maritus nō solum extraneo, verum etiam patri, & non tantum si nunc primum instituenda est accusatio, sed etiā si pater, vel alius accusationem instituit, eaque ēt abolita sit, dūmodo doceat se non neglexisse, sed idoneis causis se impeditum, vt facilius iudicari de adulterio faciat, etenim verisimile propēsiore iure & maiore dolore accusationem eum executurum eam quoq; ream, si iuxta vxor fuit, intra sexaginta dies vtiles ex sola suspitione faciet, dū modo noscat se non probando eisdē pœnis hodie subdendum, quas mulier erat passura, si accusatio probata fuisset. ī crimine stupri patrem p̄ferendū existimaui. † Vtiles dies sunt quibus solēnia accusationis implere potuit, vt ff. eo. l. ij. §. si simul. & l. si maritus. §. vlt. ff. eod. l. ij. & l. vxor. C. eo. l. quamuis. & l. iure mariti. authē. vt liceat ma. §. si quis. Post sexaginta dies ex die diuortij maritus & pater præferuntur. intra. n. hos soli admittuntur, nec vlli alij accusandi potestas datur, nisi prius lenocinij maritum reum faciat, vel accusationi renūtiasse doceat, quibus transactis neutrius voluntas spectatur, p̄scriptionibus omnibus nouo iure in adulterij q̄one de medio abolitis, præter quinquennij temporis & lenocinij, quod marito ab extraneo obijcitur exceptionem, & illā, quæ post dissolutum prius matrimonium ante denuntiationem nupte competit. † Indignū enim est vt vltionem pudoris præstigia versuti iuris excludant, sed in crimine ēt priuato puto huiusmodi distinctiones haberi, vt ff. eo. l. si maritus l. is cuius. & l. cōstante. Si postulauerit l. j. §. qui hoc. C. eo. ita nobis. Cessat aūt accusatio alia, ꝑpter vtilitatem personæ cum qua adulterium vel stuprū commissum dicitur, alia propter conditionem accusantis. Propter vtilitatem personæ cessat accusatio stupri, si sit ancilla vel ea quæ meretricio more vulgo se præbuit, vt C. eo. l. & si. & l. si ea. l. quā q̄uis. ff. eo. si vxoris. † Adulterij quoq; accusatio excluditur, si ea quæ in reatu deducitur, vina intēperantie in taberna subministrauit. hæ enim sunt immunes a iudiciaria seueritate, quas vtilitas vite dignas obseruantie legum non credidit. mariti tñ etiam in has adulterium vindicare non prohibentur, quamuis si viduæ essent impune in eas stuprum cōmitteretur. Propter conditionē accusantis cessat accusatio, excipitur maritus si duos reos subscriptos ex alio crimine habebat vt ff. eo. l. inter liberas. §. maritus & l. j. Hæc enim causa non cedit sibi in numerum cæterarū accusationum. † Lenocinium vero quod marito opponitur ipsum quidem onerat, sed mulierē non excusat, quod certe non is fecisse creditur, qui nimiam vxoris credulitatem timens, quācunq; patientiā præstitit, sed is duntaxat qui suam ignorantiam prætextu incredulitatis adumbrare nō potuit. Sed hæ præscriptiones q̄ solent ex persona accusantis competere, in initio sunt opponendæ. Cæterū reo semel recepto frustra obijciūtur, vt ff. eo. l. mariti lenocinium. & l. si maritus. §. pręscriptiones. C. eo. l. ij. † Adulterū perimere marito permittitur. sed & patri adulterū simul cum filia quā in potestate habet ius occidendi datur, non solum ī domo sua deprehensum sed ēt mariti, sed marito quidem domi suæ deprehensum occidere licet, si tñ alibi deprehensum occiderit non erit subueniendum, quamuis iustum dolorem temperare sit difficillimum: Patri ideo non etiam marito, mulierem, & omnem adulterū permissum est occidere quod plerunque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, vt ff. eo. l. patri. l. nec in ea, & l. si maritus, & l. marito. Cæterū mariti & calor & impetus facile decernentis fuit refrenandus. † Sed nouissimo iure hoc additū est, vt si quis suspicatur aliquem suæ vxoris velle illudere castitati, etiā contestationes ex scripto ei tres destinauerit habētes testimonia triū virorū fide dignorū, & post has tres ex scripto contestationes inuenerit eū conuenientē suę vxori, siquidem in sua domo, aut ipsius vxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in suburbanis, esse licentiam viro proprijs manibus talē perimere nullū periculū ex hoc formidanti. sin aūt in alio loco talem inuenerit, cū sua vxore loquentē, licebit ei puniēdum eū tradere iudici nullam aliā probationem exquirenti, vt in auth. vt liceat ma. & auię. §. his quoque. Facit ad hoc c. si quisquā, extra de coha. cleri. & mulie. Sunt autē hęc crimina publi. nam ex lege publicorū iudiciorum sunt introducta, & eorum acusatio ī cōmune defertur, vt insti. de pu. iu. † Horum criminum pœna ordinaria est, nā & adulteriū gladio puniri oportet, & qui cū masculis nefandam libidinē exercent. Stupri quoq; flagitium punitur publicatione dimidię partis bonorum, si sit honestior, si humilis coercetur cū relegatione, vt C. eo. l. cū vir. & insti. de pub. iu. Adulterā cōpetentibus vulneribus subactā in monasterium mitti oportet, marito tñ licētie erit ꝑmissa intra bienniū ducendi, alioquin post bienniū tondenda est: & ꝑpetuo ibi consistat. quoniā incestum cōmittit ꝑ illicitum coitum sicut adulterā & stuprum vt in auth. vt nulli iu. §. adulterā. & C. eo. l. quamuis. Videndum est quid sit incestū, q̄ sit pœna incesti, et quo tēpore liceat de īcestu accusare. † Incestū est consanguinearum vel affiniū, vt. ff. ad l. Iul. de adulterijs. l. si adulteriū. Cōtingit aūt incestum cōmitti simul cum adulterio, aliq̄n sine matrimonio, aliq̄n iuris errore, aliq̄n sanguinis contumacia, q̄ fere omnia suas admittunt distinctiones, fere dico q̄m si incestum committitur in adulterio, vtpote cū nouerca, nuru, priuigna, similiter vt adulter punitur, id est, capite, id enim remoto ēt adulterio eueniet. Si vero propter matrimonium illicitū incestū, fiat, quāquam natura grauius est q̄ adulterij crimen, coerceri solet, porro si mulieres in iure errantes, per matrimoniū incestum cōmiserunt, eas non teneri certū est, quāuis in adulterio deprehense nullā possent excusationem habere. Mares vero excusantur ætate vel puniēdi excusatione, vtiq; si error allegat̄, & facilius si nemo eos reos postulauerit, vt ff. ad l. Iul. de adulte. l. si aduleriū. † Palā quoq; delinquētes leuius puniunt̄, clā vero grauius cuius diuersitatis illa

illa ratio est circa matrimoniũ, qđ palã delinquẽtes vt errantes maiori pœna excusant, et cõmittẽ 17 tes vt contumaces plectunt. † Huius criminis pœna si cũ adulterio cõmittitur, adulterij vt dixi, si autẽ ,ppter matrimoniũ, pœna est cõfiscatio bonorũ, tam cęterorum quã dotis, exiliũ et et singuli. si eo potitur, spoliatio, verberatio quoq; si vilis est, fœmina quoq; sciẽter talia peccante simili pœnę subiuganda, substãtia sic amissa, liberis quos habet legitimos patris supplicio suę potestatis factis applicet, vt tñ pater alatur ab eis quibus nõ extãtibus fisco defertur, vt. ff. de ritu nup. l. vlt. & C. de incest. nup. l. si quis. & in authẽ. de incest. et ne. nup. §. j. col. ij. const. fi. Incesti quoq; commune crimen aduersus duos recte intenditur, nec inuictum adulterium quinque annorum præscriptione, sed xx. tollitur, vt. ff. eo. l. vim passa.

SVVMMARIVM.

1 *Crimen publici iudicii deferens illegitime in Senatusconsultum Turpilianum incidit.*
2 *Crimen stellionatus vel hæreditatis expilate deferens non incurrit pœnã senatusconsulti desistens.*
3 *Libido seu licentia mentiendi impunita esse non debet in criminum delatoribus.*
Calumniari quid sit, & quid præuaricari.
4 *Tergiuersari dicitur is qui ab accusatione totaliter desistit,*
5 *Abolitio quid sit.*
Abolitio publica q̃ sit q̃ priuata, & quæ ex lege.
6 *Abolitio quibus sit necessaria.*
Desistere seu destitisse ab accusatione quis dicatur.
7 *Deferre seu detulisse quis dicatur.*
8 *Crimen intendere seu deferre deproperans quid agere debeat.*
9 *Abolitio à quibus & qualiter sit concedenda.*
10 *Abolitio quandoque permittitur inuito reo.*
11 *Abolitio in quibus denegetur criminibus.*
12 *Abolitio ante sententiam concessa quid operetur, & quid post.*
13 *Abolitione priuata repetere indulta qñ liceat.*

Ad Senatuscõsultum Turpillianum, & de abolitionibus. Tit. IIII.



VIDENDVM est quis incidat in Senatusconsultum Turpil. & q̃ sit pœna Turpilliani. Item quid sit abolitio, & quot genera abolitionis, & quibus sit abolitio necessaria, & quibus sit concedenda, & quibus concessa proficiat, & qñ reum repetere liceat, & intra qđ tempus. 1 † In Senatuconsultum Turpil. is incidisse videtur, qui crimen publici iudicij detulit, & causa criminis ordinata. id est, inscriptionibus depositis, & fideiussore de exercenda lite præstito, eoque qui accusatur sub custodia officij facto, non impetrata abolitione ab executione criminis destitit, vt C. ad Senatuscon. 2 Turp. l. is demum. † Quapropter qui crimen stellionatus obiecit, vel expilatę hæreditatis & destitit in pęna senatuscõ. non incidit, sed officio iudicis culpa eius coercebitur, vt ff. eo. l. si quis, sed & qui crimen iniurię propriæ post interpositã denunciationem desistens commisit, vel libello principi porrecto falsum se obiecturum minatus fuerit, licet non obiecerit, Senatusconsulto Turpi. non tenetur. vt ff. eo. l. mulier. l. quęsitũ. Et turpilliano pœna quinq; librarũ auri cũ infamia imponitur, & legitima id est, quã reus fuit passurus vt ff. de ꝑua. l. ab Imperatore. 3 † Noscunt ergo qui crimẽ intendunt non fore impunitam licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij, quorũ temeritas tribus pœnis subijcitur, aut enim calumniantur, aut tergiuersantur, aut ꝑuaricantur. vt C. de cal. l. vlt. Calũniari est falsa crimina scienter intẽdere, vt ff. eo. l. j. pręuaricari est vera crimina abscõdere. 4 † Tergiuersari est in vniuersum ab accusatione desistere, sed non vtique qui non probat quod intendit protinus calũniari vr̃, nã eius rei inquisitio arbitrio iudicis cõmittitur, cuius pronunciatione quid eorũ accusatio fecerit, manifestatur. Nã si ita pronuntiauerit non probasti. pepercit ei. Si aũt pronunciauerit calumniatus es, condẽnauit eũ, quo casu licet de pœna nihil subiecerit, tñ legis potestas aduersus eum exercebitur, nã vt ait Papinianus, facti quidẽ quęstio in arbitrio iudicantis, pœnæ vero persecutio nõ eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati reseruatur. 5 † Abolitio est accusationis institutæ vtrique vel alteri facta remissio. Quæ fit, aut publice, aut priuatim, aut ex lege. Publica quæ fit ob diẽ insignẽ aut publicã gratulationem, priuata quæ fit actore postulãte. Ex lege fit abolitio accusatore mortuo, vel ex iusta causa impedito, quominus accusare possit. vt ff. eo. l. abolitio. l. aut priuatim. ff. ad l. iul. pe. l. ult. Silr̃ si pp mortẽ rei, destiterit accusator, nõ pōt senatusc. teneri, quia morte rei iudiciũ soluit, nisi tale crimẽ fuerit, cuius actio aduersus hr̃des durat veluti maiestatis & repetundarũ, peculatus, & de residuis hr̃seos apostatus, & illicitę negationis, vt ff. eo. l. in senatuscon. §. si pp mortẽ. & l. ex iudiciorũ. & ff. ad l. Iul. pecu. l. vlt. C. de hęr. l. Manicheos. C. de aposta. l. vl. ff. de his qb. vt indig. l. vl. 6 † Est ãt necessaria abolitio reis dilatis. & his q deferunt si desistãt. Destitisse eũ accipimus, q vel accusationi renuntiauerit, vel ꝑstitũ, a ꝑside tp̃s suũ reũ non peregit, nisi sit talis, cuius de calũnia agi prohibetur. vt pr̃ ꝑronus, vel nisi ꝑmissu principis accusationẽ distulit, vt ff. eo. l. ab accusatione. §. destitisse. & l. destitisse. & l. in senatus. 7 † Detulisse quoq; nõ eũ accipimus, q aliquẽ in hoc senatuscõsultũ incidisse dicit, sed qui accusatorẽ summittit, & instigat atq; adeo q mãdat alicui, & istruit eũ ad accusationẽ capitalẽ, dãdo ꝓbationes, allegãdo accusationes, & merito, nã diffitẽdo de crimine qđ mouet, & eximẽdo se periculo calũnię vel desertionis, merito calũniãtis, & desistẽtis pœnę subijci debuit, nisi subornatus accusator ꝓbauerit crimen qđ intẽdere suscepit, vt ff. eo. l. j. §. incidit. Nec interest, an per se mandauerit in accusa-

cusationem an per alium, sed et summissus accusator eodẽ senatusconsulto plectitur, id est propter hoc solũ punitur quod ministerium alieni timoris 8 receperit.† Studebit ergo probationibus qui crimen intendere deproperat. Exceptiones quoque quæ sibi obstare possint diligenter inquirat, ne qualicunque exceptiõe remotus, abolitionẽ petere necesse habeat excepta muliere & minore, qui si fuerint remoti pp sexum, vel ętatẽ, & circa abo 9 litionẽ senatusconsulti pœnã euitant. †Cõcedẽda est autẽ abolitio vel a principe, vel a cõpetẽti iudice partibus pręsentibus causa cognita, siue errore seu temeritate, vel calore ad accusationem prosiluerit, hoc enim accusator explanans abolitioni locũ faciet, vt C.de aboli.l.ij. Sinaũt per deceptionẽ, vel pecunijs a reo corruptus ad postulãdam abolitionẽ venit, redẽptę miserationis vox minime admittitur. Sed aduersus nocentẽ reũ inquisitionẽ fecta pœna cõpetens ingeritur, non publica abolitio nec specialis indulgentia tales subducit. vt C. de calum. l.falsa. Hi autem qui suas suorumque iniurias defendunt, & qui cognatos suos in accurrationem deducunt, omni modo abso 10 lutionem petere non prohibentur. †Præterea interdum etiam inuito reo abolitio intra xxx. dies permittitur, quibus transactis, nisi reus consentiat abolitio non tribuitur. Sinaũt vel fallaciter incusauit, vel sincera mente accusationem instituit, et reus aliquid in iure inscriptionis illatę tolerauerit, id est, si vel verbera vel carcerem sustinuit, abolitio non conceditur nisi forte qui hoc passus est ad petendam abolitionem suum consensum ac cõmodauit, vt C.eo.l.fallaciter. Quod si ingenuorum vel plebeiorum, qui conscij vel participes criminũ non erant testimonij gratia corpora fuerint lacessita verberibus, tormentisque vexata, abolitionem etiam duarum partium consensu petitã, iubemus vigorem iudicis denegari, & crimẽ propositum cuius examen tormentis iam ceperat 11 agitari. † Sinautẽ testibus tormenta minime sint illata, & sic abolitio non dabitur in illis criminibus, vt in violata maiestate, aut patria oppugnata vel prodita, aut peculatu admisso aut sacramentis militaribus desertis omnia, quoque quæ iure veteri continentur in quibus iudex non minus accusatorem ad docenda quæ detulit, quam reum ad 12 purganda quæ negat debet vrgere.† Abolitio vero concessa si quidem ante sententiam in primum condõnem restituit, si vero post sententiam pœnæ gratiam facit, sed infamiam ex sententia irrogatã nõ adimit, nisi cum in integrum se restituere princeps dixit, tunc enim ad restitutionem tantum indulgentia valet, quantum ad correctionem sententia valuit, vtque deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliato est, ita indulgentiæ restitutio, bonorũ ac dignitatis vno nomine amis 13 sorum est recuperatio. † Repetere vero priuata abolitione indulta non semper licet, sed cũ princeps concessit vel cum crimine capitali, vt in re pecuniaria, abolitionem petijt, tunc enim nihilominus accusationem restaurare conceditur, sed ẽt non probando hoc quoque proposuit pœna mulctabitur, vt C.de gene.abo.l.vlt.C.de senten.pas.l.fi. &.§.fi & C.de abo:l.j.& ff.eo.l.vlt. Tempus aũt repetitionis est xxx. dierum vtilium, a die quo ferię finitę sunt, vel abolitio concessa, computandorum, vt ff:eo.l.aut priuatim.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio quando sit applicanda reo.*
2 *Serui quando de facto suo possint interrogari.*
3 *Liberi an & quando possint torqueri.*
4 *Liberi in pecuniaria causa non sunt torquendi.*
Serui quando possint torturę applicari.
5 *Seruus aduersus dominum torqueri non potest.*
6 *Seruus vniuersitatis aduersus vnumquemque interrogari potest.*
Quæstioni non semper nec tamẽ nunquã datur fides.
7 *Quæstioni inimicorum non creditur.*

De quæstionibus. Tit. V.



SCIENDVM est quo ordine ad quæstionem est veniendum, & in qua causa quæstio sit habẽda & quomodo sit interrogandum, & quia & aduersus quos non possunt torqueri. & de fide quæstionis.

1 † Ad qõnẽ ita veniẽdũ est, vt epistola diui Adriani cauetur, cũ reus est suspectus, & alijs argumentis ita probationi amouetur, vt sola confessio seruorum deesse videatur. Idẽ diuus Adrianus Claudio Quartino rescripsit, quo rescripto illud expressit a suspectissimo incipiendum, & a quo facillime posse sciri verum iudex crediderit, vt ab eo qui timidior est, vel tenere ętatis vr, vt ff. eo.l.in 2 criminibus.& l.vnius.† Interrogari seruos de facto suo non solũ in criminali cã, sed ẽt in pecuniaria, veluti qñ per eos depositi vel cõmodati noĩe, vel in alijs causis legibus cognatis, res alijs præstite sunt, posse nõ ambigitur, vt C.eo.l.interrogari. Ita tñ vt primũ ęstimetur adeo. s.vt si in qõne decedant, vel deteriores fiant, duplũ a calumniatore 3 præstetur, vt ff.de quæstio.l.certo.† Sed liberi tantum in criminali causa torquentur exceptis compluribus, q nec ĩ crimine torquẽtur, eo scilicet qđ ætas suspectiores eosdem facit ad mentiendi facilitatem. Torqueri tamen solent, & habena vel ferula cedi exceptis mulieribus & eminentissimis quidem necnõ perfectissimis viris, & qui ex his sunt vsque ad pronepotes, vt ff. ad Senatuscõsul. Sylla.l.iij. ff.eo.l. ex libero.§.de minore.& C.de quæstio.l.diuo in decurionibus & eorum filijs idẽ seruari Domicius Vlpianus publicarũ disceptationum libris a perennem scientiam & memoriã scriptum refert, excepto crimine & falsi & maiestatis, quo ad personam principis attinet, in eo enim omnes omnino cum res exigit torquen- 4 tur. † In pecuniaria etenim causa, vt dixi, non solum liberi non sunt torquendi, sed nec statuliberi, nisi cum eorum deficit conditio, vt ff.ad l.cornel. de fal. l.si quis decurio. Porro nec serui

quibus

quibus fideicommissaria libertas debetur aliter quæstioni applicantur, nisi cũ quæstionibus aliorum oneratur, vt ff.eo.l.is cui, interrogatione vero quæstionẽ habiturus, non sic specialiter interrogare oportet, an Lucius Titius homicidiũ fecerit, sed generaliter quis hoc fecerit, aliter enim magis suggerentis quam requirentis videtur, vt ff.de quæstio.l.j.§.qui quæstionẽ. 5 †Superest videamus q & aduersus quos torqueri non possunt, & in primis seruos aduersus dominos torqueri nõ oportet, siue sint proprij, siue bona fide possessi, siue cões, nisi cũ vel dñs socium vel vxorẽ interfecisse dicitur, vt C.ad l.cor.de sicar.l.vlt.& C.eo.l.hoc quod.ff.ad senatuscõ. Sylla.l. & si certus sit pcussor.&exceptis adulterij criminibus. Itẽ fraudati cẽsus accusationibus .& crimine maiesta.qd ad salutem principis attinet, & cũ de vlciscenda morte testatoris aduersus hæredem quæritur, vt C.de quæsti.l.j.& ff.eo.l.j. quod non solũ seruandum est in eo qui tẽpore quæstionis est seruus, sed etiam in eo qui est redhibitus, vel distractus, vel in metallum dãnatus etiam si se ministrũ facinoris cõmisi cõfiteatur. 6 †Si vero seruus fuerit vniuersitatis, & non singulorũ: aduersus vnũquenque interrogari posse placuit. In causa vero pecuniaria, nec inopia probationũ serui aduersus dñm interrogantur, vt ff.eo.l.etiam.& ff.eo.l.extraneo.

Quæstioni fidẽ nõ semper nec tñ nunquam habẽdam cõstitutionibus declaratur, etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatẽ fallit. Nã plerisq; patientia siue duritia tormentorũ, ita tormẽta contẽnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit, alij tanta sunt impatientia, vt in quouis mentiri quã pati tormenta velint, & ita fit vt vario modo fateantur, vt nõ tantũ se verũ etiã alios criminentur. 7 †Præterea inimicorũ quæstioni fides haberi non debet, quia facile mentiuntur nec tamen sub prętextu inimicitiarũ detrahenda erit fides quæstioni, sed causa cognita habenda fides, aut non habenda, dum tamen in vnius serui vel liaeri quæstionem, fides rei non ponatur, vt ff.eo.l.j.§.quæstioni.&.§.ijdem.

SVMMARIVM.

De criminibus. Tit. VI.



VM criminũ frequens sit vsus, vasorum quoq; in iudicijs quæstio, quibus modis ipsa crimina committantur videamus, & quæ crimina transeant ad hæredes, & quæ sint pœnæ corporales, & pecuniariæ. 1 † Crimen omne aut cõmittitur proposito, aut impetu, aut casu. Proposito delinquunt latrones

trones qui factionem habent. Impetu aũt cum per ebrietatem ad manus aut ad ferrũ venitur. Casu vero cũ in venando telum in ferã missum hominẽ interfecit. Quæ distinctio in omnibus criminibus aut iustã pœnã eligit, aut tẽperamentũ admittit, vt ff. de poen. l. respiciendũ. §. delinquunt. Quorundam facta aut puniuntur vt furta & cedes, aut dicta, vt conuicia & infideles aduocationes, aut scripta, vt falsa, & famosi libelli, aut cõsilia vt cõiurationes, & latronũ conscientia, quousq; alios suadendo iuuisse sceleris est instar, vt ff. eo. l. aut

2 facta. † Sed hæc quatuor genera consideranda sunt septẽ modis, causa, persona, loco, tẽpore, qualitate, quantitate, euentu. Causa, vt in verberibus quæ sunt impune, vel a magistro vel a parentibus illata. Puniuntur verbera, cũ quis per irã extraneũ pulsauit, quo casu factũ ad exemplũ punitur, nisi crimen vlciscatur, quod fecisse non creditur, qui breui furore impeditur, nõ enim quod ira fit vel dicitur, ante factũ vel dictũ æstimatur quã si perseuerantia animi indiciũ fecisse constiterit,

3 vt ff. de reg. iu. l. quicqd. † Sicut relegari iubet, qui non malo animo, sed malo exẽplo medicamẽtum ad conceptionẽ dedit, ex quo ea quæ acceperat decesserit, quod similiter in eis qui abortionis aut amatoriũ poculũ dant inspicitur, nã & si non dolo id faciant, quia tñ res mali exẽpli est, humiliores in metalliũ dãnantur, honestiores in insulã, amissa parte bonorũ relegãtur, q̃ si ex eo mulier aut homo perijt summo supplicio afficiuntur, vt ff. ad. l. cor. de sicar. l. eiusdẽ. ff. eo. l. si quis aliqd.

4 † Persona dupliciter spectatur, & eius q fecit, & eius qui passus est, aliter enim puniuntur ex eisdẽ facinoribus serui q̃ liberi, & aliter milites, quã plebei, necnõ aliter quicqd in dñm parentẽ ve ausus est, q̃ qui in extraneũ, vel in magistrũ, vel in priuatũ, vt ff. eo. l. aut facta. §. persona. Nostri etenim maiores ĩ omni supplicio seuerius seruos q̃ liberos, famosos q̃ integre fame homines punierunt. vt ff. eo. l. capitaliũ. §. fi. Exceptis quibusdã delictis, q paganc aut nullã aut leuiorẽ pœnã irrogant, militi vero grauiorẽ aut leuẽ, nã si miles artem ludicrã fecerit, vel in seruitutẽ se venire passus est, capite puniendũ Menãder scribit, vt ff. eo.

5 l. qdã delicta. † Locus facit vt idẽ vel furtũ vel sacrilegiũ sit, & capite luendum vel minori supplicio, vt ff. eo. l. aut facta. §. locus. Fit sacrilegium, si res sacræ de sacro, auferant. si enim res priuatorũ in ędẽ sacrã depositæ surreptæ fuerunt furti actionem non sacrilegij esse diuo Seuero placuit. Capite puniri locus facit vt dixi, si in ecclesiæ ministris aliqd iniuriæ importetur, Sicut plenius coercetur, qui a stabulo abegit dñm pecus nõ a sylua vel a grege, vt ff. ad l. Iul. pecu. l. diui. C. de episc. & cle. l. si quis ĩ hoc genus. ff. de abig. l. oues. Tẽpus discernit emansorẽ a fugitiuo, & effractorem

6 vel furem diurnũ a nocturno. † Emãsorẽ aũt dicimus eũ qui diu vagatus ad castra regreditur. Fugitiuũ vero qui vnũ aut alterũ gradũ ad fugiẽdũ ꝓmouit, vt ff. eo. l. aut facta. §. tẽpus. ff. de re mili. l. iij. §. emãsor & l. q cũ. Qualitate cũ factum, vel atrocius, vel leuius est, vt furta manifesta a nõ manifestis discerni solẽt, rixæ a grasaturis, expilationes a furtis, a violẽtia, petulãtia. Grassatores q̃

7 prædæ gratia rixã faciunt, rixa aliter fit. † Expilatores sunt atrociores fures q qualitate discernũtur a furibus, & a petulantibus, q libidinis causa ancillas rapiũt, vt ff. eo. l. aut facta. §. qualitate ff. eo. l. capitalium. § grassatores. Quãtitas discernit furẽ ab abigeo, nã q vnum suem surripuit. vt fur coercebitur q gregẽ, vt abigeus, qui tñ vnũ vel alterũ sæpius abegerunt nõ minus abigei sunt. Gregẽ faciunt x. oues. porci etiã quinq; vel quatuor, sed & q vnũ equũ vel bouẽ surripuit abigeus est, vt ff. eo. l. aut facta. §. quãtitas. ff. de abige. l. oues

8 §. q sæpius. † Euentus spectat vt a dementissimo quoq; facta, id est casus, sicut & ætas. nã si infans vel furiosus hominẽ occiderit. l. corn. nõ tenebit, cũ alterũ innocẽtia cõsilij tuetur, alterũ fatui infelicitas excuset, vt ff. eo. l. aut facta. §. euẽtus. ff. ad l. cor. de sica. l. infans. Quanquã lex nõ minus eũ q occidendi hominis causa cũ telo ambulauit, q̃

9 eũ q occidit puniat. † In. l. enim Cornelia dolus ꝓ facto accipit, nec lata culpa dolo cõparatur, rectius ergo dr̃ si non dolo crimẽ cõmittitur voluntatẽ non exitũ spectari, vt ff. ad l. cor. de sica. l. in lege Corn. ff. eo. l. diuus. Exceptis duobus criminibus q culpa sola cõmittuntur, vt in tutore suspecto, & in cõmentariense legit. vt instit. de suspec. tut. §. suspectus. & C. ad l. Iul. ma. l. quisqs. Et excepto eo q contra Imperatorẽ vel eius cõsiliarios cogitauit. & qui profugã de sacrosanctis ecclesijs abstrahere tentauit, qui nõ solum si affectauit tenetur, verum etiã pro sola cogitatione punitur, vt C. de his qui ad eccl. confug. l. ꝑsenti. Est videre

10 quæ crimina transeant ad hæredes. † Transeunt autẽ qualis fuerit contestata & condẽnatio consecuta, excepto crimine repetundarum & maiestatis hereseos, & apostatatus, de residuis, peculatus, & similia inueniuntur, q etiã reis mortuis cum qbus nihil actum est, exerceri placuit, adeo vt nisi hoc crimen a successoribus purget, hæreditas fisco, vendicetur, vt C. ad l. Iul. repetun. l. sciant. C. de her. l. manicheos. C. de apost. l. vlt. ff. ad l. Iul. pecu. l. vlt. C. ad l. Iul. ma. l. quisqs. & ff. ad l. Iul.

11 ma. l. quisquis. † Non tñ quisquis maiestatis reus est dãnatus in eadẽ erit cõditione, sed is dũtaxat q perduellionis conuincitur, & qui hostili animo aduersus principem vel rempub. est animatus, cuius criminis pœna mors est, bonorum ademptio, & successorum infamia, & pro his interuenientium, licet alius nullum patris delictum innocenti filio pœnæ esse debuit, vt in genere loquar, toties supplicij damnatione bona publicantur. quoties aut vita amittitur, aut ciuitas, aut seruilis condi-

12 tio irrogatur, vt ff. de bo. damna. l. j. † Sed portio dimidia, id est, legitima bonorum patris liberis legitimis & non in fraudem adoptatis relinquitur, vt ff. de bo. dã. l. cũ crimen maiestatis. in quo solis filiabus tantum falcidia ex bonis matris relinquitur. quoniã minus ausuras esse pro sexus infirmitate creduntur, cum in masculis hæreditarij criminis exẽplũ metiuntur, vt C. ad l. Iul. ma. l. qsquis. si vero sit crimẽ ꝓpter quod pars bonorũ publicat. nulla pars liberis debetur, nisi iudicẽ moueat liberorum numerus, vt C. de bo. proscripto. l. vlt.

13 l. vlt. C. ad l. Iuliã ma. l. nullus. † verum nouissimo iure, quia res non delinquit, sed personę, bona non sunt publicanda sed vel ascendentibus vel descendentibus & ex latere vsque ad tertium gradũ applicanda. Si vero vxorẽ habeant condemnati, dotem, & propter nuptias donationem, & aliã largitionem propter matrimonium factã, debent habere. Si vero sine dote illę fuerint conuictę, quartã eius substantiæ permittuntur accipere, siue filios habuerint condemnati, siue non. Si vero neminem prædictorum habeant, tunc eorũ substantia fisco sociatur excepto crimine maiestatis, in quo veteres leges obseruant, vt in auc. de mãd. prin §. oportet. C. de bo. dam. l. si quis. Nunc genera pęnarum nobis enumeranda sunt, quibus præsides adficere 14 quemquam possint † Sunt itaque pœnę quæ aut vitam adimunt, aut seruitutem iniungunt, aut ciuitatem auferunt, aut exilium, aut coertionem corporis continent, aut damnum cum infamia, aut aliquam dignitatis depositionem, aut corporis diminutionem; quæ pœnę ex quibus criminibus imponantur persequemur, vt ff. eo. l. si quis forte. §. nunc 15 genera. & l. aut damnum. † Pœnę criminum ex quibus vita adimitur gladio, aliquando suspendio aut bestijs subijciendo, aliquando eculeo. Gladio adimitur vita adulteris in maiestatem committentibus, & his qui cum masculis nefandam libidinẽ contraxerunt, nec non raptori & incendiario & ei qui famosum libellum cõposuit vel recitauit & ei qui de sepulcro ossa detraxit si sit humilior summo supplicio adficitur, honestiores vero in insulã deportantur vel relegantur aut in metallum damnantur vt C. ad l. Iul. ma. l. quisquis. C. ad l. Iu. de adul. l. quamuis. C. de rap. virgi. l. vnica. C. de pœ. l. capitalium. ff. de famo. libel. l. lex Corn. ff. de sepul. vio. l. vlt. Prædicto quoq; modo punitur miles qui pacem turbabit, vel qui in libello rẽ a duce prohibitam fecit vel mandata non seruauit, et 16 si res bene gesta sit. vt ff. de re mili. l. iiij. † Sed qui vallum transcendit aut per murum castra ingreditur capite punitur. Nam & Romuli frater Remus fuit occisus ob hoc quod muros transcendere voluit, vt ff. de re. diui. l. vlti. Cuius conditionis habent q̃ ppositũ suũ ꝓtegere noluerũt vel deseruerunt, nã occisi capite puniunť, ut ff. de re mili. l. oẽ, Vnde in his criminibus & in alijs ꝙ pluribus gladio animaduerti oportet nõ securi, vel telo, vel fu 17 ste, vel laqueo, vel aliquo alio mõ. † proinde nec liberã mortis facultatẽ cõcedendi ius ipsi pręsides hñt, multo magis nec veneno necandi, sed nec dãnare quẽ sic pñt, vt de saxo præcipiteť, vel si liber sit, vt in vinculis habeatur, vt ff. eo. l. aut dãnũ. §. vita cum. §. seq. l. si diutino. C. de pœ. l. in credibile. Igni exuruntur serui qui cum suis dñabus rem habuisse deteguntur, vel suis dominis insidiati fuerint, vel artẽ mathematicã exercuerunt, hostes. itẽ violatores monetę, & aggeris Nili corruptores, et renunciatores consiliorũ, & incendiarij plerunq; flammarum exustionibus mancipati torquentur, vt C. de mul. quæ se pro. l. vnica. C. de matthe. l. nullus. C. de Nili agg. l. vnica. ff. eo. l. si quis aliqd ij. §. transfugę. & C. de fal. mo. l. si quis. ff. eo. l. ca- 18 pitalium. † Suspensio aut bestijs subijciendo adimitur vita latronibus, in his maxime locis in qui bus sunt grassati, vt conspectu ab eisdem facinoribus alij deterreantur. & solatio sic cognatis & ad finibus interẽptorũ, qua pęna interdũ adficiuntur transfugę ad hostes, consiliorũ renunciatores & seditionis & tumultus authores populo cõcitato, qui pro qualitate dignitatis, aut in furcã tolluntur, aut bestijs subijciuntur, aut in insulam portan 19 tur, vt ff. eo. l. si q̃s aliquid ij. † Plagiarij quoq; q̃ viuentiũ filiorũ miserandus infligunt parentibus orbitates, si quidẽ sunt serui, aut libertati donati bestijs subijciuntur, ingenui gladio conficiuntur, sed sacrilegi, quia manufacta Dei tẽpla effregerũt aut bestijs damnantur, aut igni cõburuntur, aut in furcã suspenduntur, vt C. ad l. Iul. de plag. l. vlti. 20 † Noua pœna ex lege põpeia de parricidijs, adficitur qui parẽtis, aut filij, aut filię, aut affinis eius, qui parricidij noĩe cõtinetur facta præparauit, neque gladio neque ignibus neq; vlla alia solẽni pęna subiugatur, sed insutus culeo cũ cane & gallo gallinaceo, & vipera & simia. et inter eas ferales angustias constitutus, scdm ꝙ regionis qualitas tulerit, in vicinum mare vel in amnẽ proijciatur, ut in oĩ elementorũ vsu carere viuus incipiat. & ei cœlũ superstiti. et terra mortuo auferatur. vt. ff. ad l. Iul. pecu. l. lege iulia, & C. de his qui parẽ. occi. l. vnica Quo crimine tenentur hi quorũ dolo factũ est vel cõscij criminis extiterunt. Nã vt sceuola ait frater eius qui tñ cognouerat filiũ parẽ veneno velle necare, nec iudicauerat relegatus, est & medicus supplicio adfectus vt ff. ad l. Põpe. de par. l. fr. Serui efficiuntur dãnati in metallum, vel opus metalli. nã inter eos in vinculis tñ dña est, sed nõ vtiq; Cęsaris vel fisci, sed pœnę tñ in quo diuersi sunt quibus aqua et igni ꝑpetuo interdicit. Verũ sciendũ est in metallũ ad tps neminẽ dãnari debere nisi vsq; ad decenniũ alioquin licet metalli cũ opus faciat velut liber manebit, vt ff. eo. l. aut dãnũ. C. de bo. dã. l. in metallũ. C. de his qui ꝓ nõ scrip. hab. l. iij. ff. eo. capitaliũ. l. sine pręfinito. Sed si ad tps dãnatus refugit duplicato tpe dãnari solet tñmodo quo ad pęnã supererat, nisi cũ decenniũ fuerat duplicatio excessura, tũc enim tpe pęna nõ 22 artatur. † In metallũ dãnantur plerunq; plagiarij & fures, & effractores qui gladio se defenderunt, nec in quẽquã percusserunt, vt ff. eo. l. aut dãnum ff. ad l. fla. de plag. l. vl. Necnõ & humiliores q nõ dũ viri potentes virgines corruperunt, ille quoq; q̃ instra penes se deposita alteri reddit, pro ꝑsonæ conditione, aut in metallum dãnatur, aut in insulam deportatur, vt ff. eo. l. si quis aliquid. ij. §. 23 qui nondum viri potentes. §. instrumẽta. † Ciuitatẽ adimunt ea crimina quæ deportationẽ iniungunt. Lex Cor. de sica. qa altiores in insulã deportãtur, & lex Cor. de falsis. & Iulia peculatus, quæ aquę & ignis interdictionẽ cõtinet in ꝙ hodie deportatio successit. Itẽ deportať tutor q̃ pupillã suã violenter stuprauit, & qui vim publicã comisit ut ff. ad l. Iul. de sica. l. eiusdẽ. §. legis cor. C. ad l. Iul. 24 de vi pub. vel pri. l. si q̃s ad se. † Sed & qui filiũ delectum vt inhabilis militie sit, debilitauit, præceptum di. Adriani deportauit, necnon & eum eadem poena afficit qui filium suum, qui nouercam adulterabat,

adulterabat, in venatione necauit, eo.f. φ latronis magis q̃ patris iure eum interfecisset, nã patria potestas in pi tate debet nõ in atrocitate cõsistere, vt ff.de remis.l.qui cũ vno.ff.ad l.põpe.l. 25 diuus. †Exilij pœna afficiuntur qui ad tempus. vel in perpetuũ relegantur. Ad tẽpus, vt receptatores abigeorum qui x.annis relegantur, vt ff.de abige.l.vlt.ff.de effrac. & expil. In perpetuũ vt effractores honestiores aũt ordine ad tempus mouentur iudices quoq; pedanei si pecunia corrupti dicantur plerunq; a præside, aut curia submouentur aut in exiliũ mittuntur, aut ad tẽpus relegantur, & alij quam plurimi, qui oẽs & testamenti factionem non amittunt, & ciuitatem Romanam re 26 tinent.† Exilium aũt triplex est, aut certorũ locorũ interdictio, aut lata fuga vt omniũ locorum interdicatur præter certũ locum, aut insulæ vinculũ.id est, relegatio in insulã põt etiã quis sic dãnari ne de domo sua exeat, vt ff.de interdi.& releg.l.exiliũ.ff.de interdi. & rele.l.vlt. Corpore coercentur, q verberibus adficiuntur, vt qui per ignorantiã aut fortuitu lapides finales furati sunt vt ff.de ter.mo.l.diuus. Dãno cũ infamia afficiuntur, cũ vim priuatã vel ambitus crimen cõmise 27 runt.† Nã & creditor qui sine authoritate iudicis res debitoris occupauit infamis efficitur, & tertia parte bonorum multatur, & qui ambitũ cõmisit cẽtum aureis cũ infamia punitur, vt ff.ad l. Iul.de vi pri.l.vlt. Dignitate deponuntur qui militia exauctorantur, vel dignitate aliqua eijciuntur. vt milites qui sua arma alienauerunt, vel aliqua surripuerunt, & aduocati decuriones qui falsum instrm cognoscente præside recitauerunt. Hi enim oẽs in corneliam falso tm̃ recitatu nõ facto incidunt, vt ff.de re mi.l.desertorẽ.§.miles.ff.ad 28 l.Cor.de fal.l.falsi.† Contractus prohibitionem continet extraordinaria crimina, ex quibus contrahentibus interciditur aliqua negotiati o, vt in persona Dardaniorũ contingit, vt ff.de extraor. cri.l.annonã.ff.eo.l.moris est. Abscissionẽ posse aliqua crimina cõtinere, ex eo colligi põt, quod dicitur nullũ sibi debere existimare permissum etiam alicui sceleratissimo alterutras manus aut pedes amputare, aut hmõi quædã inferre supplicia, per quæ articuli dissoluatur, quia mẽbrorum dissolutio grauior est vtriusq; manus abscissione. 29 †Si vero criminis qualitas mẽbri abscissionem exigat fieri, vnã solã manum debere amputari. pro furto vero nolumus omnino quolibet mẽbrũ abscindi aut mori, sed aliter eum castigari fures aũt vocamus qui occulte etiam sine armis huius 30 modi delinquunt. † Eos vero qui violenter aggrediuntur, aut cũ armis, aut sine armis, in domibus, aut itineribus, aut in mari pœnis legalibus subdi iubemus, hoc est furca suspendi, vt in auth. 31 vt nulli iu. in fi.C.de pœn.l.si quis.† Sed hoc quoque neminem fugiat quod & si quis post criminũ deprehensorũ qualitate fuerit in metallum dãnatus, minime in eius facie scribatur, cũ & in manibus & insuris possit pœna dãnationis vna subscriptione cõprehẽdi, quo facies quæ ad similitudinẽ pulchritudinis est cœlestis figurata, minime maculetur.

FINIS.



TRACTATVS AVreus de accusationibus & inquisitionibus, domini Boniconti, filij domi. Ioannis Andreæ.

SVMMARIVM.

1 *Curia Ro. agit de crimine duobus modis.*
2 *Accusare quis possit, & quis accusari.*
Actio criminalis quæ dicatur.
Iuris ordo est seruandus.
3 *Pœna certa & à lege statuta debet imponi.*
4 *Crimen non graue arbitrariã requirit pœnam.*
5 *Procurator licet interu enire ncn debeat si tamen interueniat & non excipitur, valet quod cum eo agitur.*
Actio mixta quæ dicatur.
6 *Crimen excipiendi quod sit.*
7 *Inscriptio quando non sit necessaria.*
8 *Denunciatio euangelica ad pœnitentiam tantum agit, non ad pœnam.*
9 *Disputandum non est de iuris apicibus, cum de bona fide agitur.*
10 *Beneficiũ retineri, sine peccato quando nõ possit.*
11 *Repulsus ab accusatione ad quid admittatur.*
Priuata denunciatio per quos fiat.
12 *Denunciatio euangelica & canonica quid inter se differat.*
13 *Remedio appellationis vti debemus contra grauamina.*
14 *Iuramentum non est exigendum ab inquisito.*
15 *Iudicialis denuntiatio est duplex.*

16 Denun-



DIVINI nominis inuocatione præmissa, ac Intemeratæ virginis gloriosæ, & pretiosissimi confessoris ac doctoris beati Hieronimi. Ego Bonicontus decretorum doctor natus patris venerabilis domini Ioannis Andr. decretorum doctoris huius rubricæ materiam tractaturus quæ quotidiana est practicabilis de quatuor modis procedendi

cedendi super criminibus specialiter tractabo. Vbi sciendum quod Hosti. & d. p.m. recitat in decretali qualiter.ij. hoc eo.tit.sup versu.
1 Tribus modis.in curia † romana duobus modis agi de crimine.scilicet per modũ iustitiæ, & per modum gratię.Et primo modo sex modis.Secundo quatuor, sed quia hoc est speciale in romana curia,ideo hoc omisso dicas de crimine agi posse quatuor modis,scilicet accusando, excipiẽdo, denuntiando & inquirendo.de quorũ tribus habetur,eo.tit.super his,& prima glo.ibi addit quartum.de istorum aũt singulis,& procedendi forma in ecclesiastico foro, & ipsorũ pœna videamus. Et primitus de primo. sed ante omnia scias ꝙ
2 †quis possit accusare & quis accusari tractat Guil.in Spe.de accusatore. & tit.de accusato & de materia etiam tit.de criminibus & eorum cognitionibus.vnde in hoc non instabo. Est autem sciendum ꝙ qñq; contra aliquem agitur per modum accusationis de crimine criminaliter ad pœnam legitimam infligendam,& dr̃ talis actio criminalis. Et quid hoc casu continere debeat libellus,notatur de procu.tuæ.in gl.quarta,& gl.seq. Cum aũt tali modo proceditur est iuris ordo seruandus,vt scilicet libellus offeratur,fiat litis cõtest.& alia omnia obseruentur quæ in alijs causis sunt obseruanda. Pœna aũt probato crimine
3 in hoc modo agendi est. † quia si certa pœna est statuta siue sit corporalis siue dignitatis,remotio siue famæ læsio illa imponatur.C.qui accusa.nõ pos.l.non ignorat. & l.qui de crimine, & l.pen. non autem imponetur tunc durior, vel leuior. Si non est certa statuta,si crimẽ fuerit graue degradetur ab ordine,vt eo.tit.qualiter ver.verum ita & ibi diminutionem capitis. notat.d.p.m.de septem speciebus pœnarum. Quod autẽ dixi quod hoc casu debet degradari, intelligas verbaliter, hoc est, quod ab officio & beneficio deponatur, nõ autem intelligas de actuali degradatione, nisi tale esset crimen quod ipsam requireret.de ipsius aũt actualis & verbalis forma dic vt de pœnis
4 degra.lib.vj.si † vero crimen non sit graue imponetur arbitraria.de offic.deleg. de causis, de transac.c.fin.Et scias ꝙ cum hoc modo proceditur non interuenit procurator ad totam litem. posset autem procurator interuenire ad certum articulum tm̃,puta ad productionem testium,vel ad videndum illos iurare, vel ipsorum publicationem,vel simile actum vt not.d.p.m.post Inno. de test.ex parte Adæ in glo.scilicet per procuratorem. Quid autem circa hoc teneant legistæ,& quasdam qõnes de materia vide per Cyn.C.qui accu.non po.l.reos, fallit tñ hoc in casibus notatis in decre.veniens,eo.tit.in prima gl.circa hoc videre potes ibi scripta per d.p.m.super ipsa gl.
5 sed scias tñ † ꝙ licet in hoc casu interuenire nõ debeat procurator,si tñ interueniat & non excipiatur,valet quod cum eo agitur.vt not.de iu.c.j. lib.vj.in glo.intelligas, & vide scripta per d.p.m.super ipsa glo. Et est in hoc casu inscriptio necessaria,vt de accu.super his.Quandoq; est talis actio ciuilis vt ago contra te furti ad rei recuperationem ad pœnam.vel ago iniuriatum ad emẽdam vel satisfactionem, non ad pœnam. Mixta autem qñq; dr̃ talis actio,qñ agit maritus contra vxorem de adulterio non ad pœnam sed ad thori separationem de procu.tuæ. & talis mixta sapit naturam ciuilis,vt notat.d.p.m.Et in his duobus vltimis casibus bene interuenit procura . vt in præalleg.decre.tuæ.& de accusa.super his.et no. de iudic.c.j.libr.vj.Crimine vero probato , cum actio est ciuilis vel mixta , consequitur agens id ad quod est actum , non autem pœnam criminis, & obligabit agens tunc se ad pœnam extraordinariam,vt no.in prædicta decre.tue.

Nunc autem de secundo agẽdi modo videamus, scilicet quando
6 † agitur de crimine excipiendo,de quo quandoque excipitur contra accusatorẽ vel testem,vt ab accusatione vel testimonio repellatur, vt de ordi.cogni.cũ dilectus. de excep.c.j.& hoc casu de crimine non punitur,nec ex hoc infamia iuris notatur,sed solummodo de testimonio testis repellitur,siue eius dicto fides non adhibetur.vt in iuri. præalleg. Accusator ab accusatione remouetur. vt de accu.c.j. nec hoc casu inscribitur,vt eo.tit. super his. Quandoque vero contra promouendũ excipitur, & tunc aut per confirmationẽ erat ius consecutus licet non plenum, quia nundum forte consecratus,palleatus, vel possessionem adeptus
7 & tunc nõ est † aliqua inscriptio necessaria,vt in præallega.c.super his aut per confirmationẽ erat ius consequutus,& vinculum speciale contractũ, vt de translatione. inter corporalia. Et hoc casu quia deijcit ab ipso iure quæsito confirmationem licet ius plenum non sit,inscribitur non ad pœnã talionis.sed ad extraordinariam iudicantis arbitrio.vt in præalleg.c.super his.Puto tamen quolibet pręmisso casum procuratorẽ interuenire posse,quia non agitur hoc modo ad pœnam criminis a iure statutam , nec etiam arbitrariam infligendam , sed solum ad repellendum eum contra quẽ exceptio proponitur,vt de excep.c.j.&c.dilecti.

Subsequenter de tertio est vidẽdum qñ scilicet per viam denuntiationis de crimine agitur, Circa qđ est sciendũ ꝙ denuntiationis quadruplex est species . Quia alia euangelia. Alia canonica Alia iudicialis Alia regularis de quibus ꝑ d.p.m. videre possis in decre.nouit.de iudi.in vlti.sua glo. De prima
8 scilicet euangelica est sciendum quod † per ipsã pœnitentiã tantũ agitur non ad pœnam.Potest tñ tam de delicto commisso,quam et de cõmittendo fieri,ut scripsit d.p.m.in decre.pręalleg.nouit.de iudi. Oportet autẽ ꝙ huiusmodi denuntiationẽ duplex ꝓcedat monitio.Prima quarũ probatur ꝑ solum iuramentum denũtiantis. Secunda ꝑ ipsius eiusdem denuntiantis,& vnius vel duorũ testium secum adhibitorũ.vt in prædi.decre.nouit. & de testi.in omni negotio. Item potest talis denuntiatio fieri a quolibet ẽt infami dũmodo non perseueret in crimine.ff.mandati.l.si fideiussor.vbi di
9 citur ꝙ † cum de bona fide agitur non est de iuris apicibus disputandũ. In hac aũt nõ est inscriptio necessaria,cum agatur ad pœnitentiã tantũ,nõ ad pœnam. Et potest per procuratorẽ fieri,vt eo.ti.

super

super his. Huius autẽ effectus est crimine per hũc modum probato pœnitentiæ impositio. & cũ pœnitentiæ sunt arbitrariæ consideratis circumstantijs, poterit ordinarius ipsam imponere ad sui arbitrum crimine probato, vt de homi. sicut dignũ. & de pę. & re. Deus qui & cap. omnis & cap. significauit. vbi de hoc. Et hoc in occultis locum habeat, vt ibi scripsit d.p.m. super. gl. ij. Nec erit hoc casu ille priuãdus beneficio crimine ꝓbato, si foret clericus & beneficiatus, nisi tale foret, propter quod retento beneficio pęnitere nõ posset. vt est homicidiũ & simonia, vt hoc eo. ti. inquisitionis. Et idem puto qñ denuntiaretur ꝙ se intrusisset in beneficio vel ꝙ illud minus canonice fuisset adeptus, ita†ꝙ sine peccato retinere non posset, quia cum in his eadem subsit ratio, ergo idem erit iuris de consti. translato cũ cõcor. ibi. nota. Alia vero est canonica quæ tñ habuit ortũ a lege veteris testamenti, quæ nõ solum de perpetrato, sed ẽt de perpetrãdo crimine potest fieri. Si illud recipiat augumẽtũ. vt cũ quis persistit in illicito concubitu, et ad hanc quilibet tenetur xj. dist. diaconi, nõ tñ præcise, nisi sicut ad alia pia opera & de hoc per Innoc. de iudi. nouit. Et scias ꝙ hæc duplex est. vna publica, alia priuata. Publica. q̃ fit de crimine publico sicut est cũ denuntio duos coniunges in gradu prohibito coniunctos. vt de despon. impu. ad dissoluendã, despon. præterea. de clan. despon. cap. fin. & in hac est seruandũ quod habetur infra qui matrimoniũ accu. pos. cum in tua. Et in hac non, requiritur trina monitio. †Et ad hanc ẽt admitteretur qui ab accusatione repelleretur. Et iudex facta denuntiatione ex officio ẽt denuntiatione non prosequente tenetur procedere & inquirere, vt not. Guil. in Spe. de denũ. §. j. alias ij. ante ver. in summa, Probato autem crimine per hunc procedendi modũ fiet quod dicam infra in vers. probato autem. Priuata autẽ fit per clericos vt habeant bonos prælatos, ad hanc admittuntur quorum interest vt patronus & alij vicini seu parochiani. xvj. quæstio. vij. filijs. vbi de hoc. & de testib. ex parte Adæ. & debet in hac interuenire trina monitio, vt hoc eo. ti. qualiter. ij. vbi dicit d.p.m. id verum qñ processus initiatur a denuntiatione. sed si initiaretur per viam inquisitionis ex officio licet aliquis officiũ coadiuuaret, tunc non requiritur admonitio, quia nõ inquiritur ex officio nisi de quibus infamia præcesit. vt in ꝑdicto c. qualiter, & c. cum dilectus, & de simo. licet hely. nec ad hanc admittitur qui ab accusatione repelleretur. Est autẽ differẽtia† inter euangelicam & canonicam. quia prima fit ad pœnitentiam, secunda ad pœnã. In prima interuenit bina monitio. In secunda trina. & de materia in Spec. de denũtia. §. j. alias ij. ver. canonice queq; nec puto hoc casu denuntiantẽ teneri inscribere, etiam ad extraordinariam pœnam. Ad quod faciunt quæ scripsit d.p.m. post Inno. eo. tit. inquisitionis, super gloss. ij. licet Host. ibi contra. Et sit huiusmodi dicti ratio, quia cum debeamus quolibet remedio vti ad eum tantum vsum ad quẽ est inuentum vt ipse d.p.m. nota. vt lit. cõtesta. accedens. j. super prima gloss. vbi dicit † ꝙ remedio appellationis vti debemus contra grauamina, recusationis contra suspectos, non autem econuerso. sic & in proposito. habemus enim in criminibus tres modos agendi contra aliquem ad pœnam vel ad pœnitentiam. hoc autem ideo dixi vt excludam quartum modum. s. excipiendi de quo supra. §. prox. primus est accusationis secundus, denuntiationis, tertius inquisitionis. Cuilibet autem istorum est suum onus annexum. scilicet accusationi inscriptio, denuntiationi monitio. inquisitioni clamosa insinuatio, vt eo. tit. qualiter, ij. circa. fin. nec de vlterioribus est quærendum secundũ ipsum, & hoc potissime, quia non est in hoc magis vis facienda, siue inscribatur, siue non, semper punitur calumniosus, vt infra titu. proxi. c. ij. vbi de hoc. Et scias ꝙ hoc casu inquisitus non tenetur iurare de veritate respondenda super capitulis inquisitionis, cum hic procedatur ad denuntiationẽ alicuius, nec hoc casu vitiatur inquisitio criminis licet omittat inq̃sitio infamię, parte contra ꝗ̃ req̃rit̃ nõ cõtradicẽte. vt eo. ti. c. ij. lib. vj. Nec† est ab ipso iq̃sito iuramẽtũ exigẽdũ vt not. Guil. ĩ Spe. de inq̃si. §. nũc tractemus, ver. inquisitores quoq;, & vers. in hac igitur via. & vers. sed vt quæ præmissa. Et puto ꝙ possit in hac denuntiationis prosecutione ꝓcurator interuenire quia cum habeat inquisitus necesse iurare semper capitulis inquisitionis. vt prædixi. poterit per aliũ respondere. Licet secus putẽ vbi ipse habeat iurare ꝑ decre. hoc eo. ti. ad petitionẽ. & de iudi. c. j. lib. vj. vt infra dicam. §. restat. versi. nec puto.

Probato autem crimine per hunc agendi modum, siue denuntiatio sit publica, siue priuata debita pœna imponetur. vel peccatum fieri prohibebitur, vel aliter prout requirit denuntiationis modus seruabitur, vt scripsit d.p.m. eo. ritu. qualiter, ij. c. ad corrigendos, in fi. Iudicialis autem denuntiatio duplex est. †nã alia est publica, alia priuata. publica cũ ordinarius ad denuntiationẽ officialis ad inquisitionẽ & relationem deputati, procedit, de quo ĩ iuribus statim infra allegnãdis, vel archiepiscopi, de quo in decret. Romana, infra allegata ex mero & puro officio suo de crimine publico inquirit. xxxvj. quæstio. vj. episcopus in synodo. iiij. quæstio. iiij. §. aliquando alias est cap. & ista habet locum in notorijs tãtum. & hęc ex officio competit in qua non requiritur monitio. & de ista de accusationibus. sicut olim, & de censi. Romana. lib. vj. Et in hac tenetur iurare inquisitus secundum alterã ex formis de quibus infra. §. proxj. ver. si autẽ interest. Nec in hac admittẽ ꝓcurator ꝓpter ratioẽs de quibus infra. §. proxim. ver. nec puto, & dic vt ibi. Et in hac est monitio necessaria, vt not. d.p.m. eo. ti. q̃liter, super verbo, ꝓuenit. Priuata est q̃ fit† ad priuatũ seu propriũ vel singulare interesse, pone exẽplũ ꝑ decre. nouit. de iud. vt si fideiussi ꝓ te & iurasti me seruare indennẽ, q̃a nõ soluisti in termino fui coactus soluere ꝓ te vnde denũtio te quia adhuc stas ĩ periurio, petẽs vt cogaris iurm̃ seruare. Itẽ ĩ deposito & similibus. Et anhęc denũtiatio possit ĩ seculari foro fieri, scripsit. d.p.m. ĩ ꝓalleg. decre. nouit. in ul. sua glo. & ista q̃que expeditur etiã non

non præcedente moonitione. in foro vero ecclesiastico est monitio trina necessaria, et ad minus duarum vltimarum plena probatio. Tamen de plano expeditur, vt de iudic. nouit, secundum ipsum Guil. tamen d. p. m. in hoc vltimo contra, qui dicit, ꝙ oportet ipsam in scriptis porrigi, & litem super ipsa contestari, quod probat per verba decre. nouit, ibi dum dicitur in fi. vtrum iusta sit querimonia vel iniusta, & idem Host. ut d. p. m. scripsit in dicta decre. nouit. in vlt. sua glo. Licet 17 † autem iudex ecclesiasticus præcedentem denunciationem indistincte admittat, non tamen istam indistincte, quia non debet admittere nisi in defectum iustitiæ secularis, vel cum crimen est ecclesiasticum, vel ratione pacis, vel iuramenti, vel quando crimen est notorium, vel quando non auditur in foro seculari, vt quia obligatio est naturalis tantum, vel si hanc proponit miserabilis vel depressa persona, vt de iudi. nouit. de pactis, qualiter & lxxxvij. dist. per totũ Alias si indistincte admitteretur periret temporalis gladij, & iudicis secularis iurisdictio, & per hunc modum omnis causa ad ecclesiam deferretur. Scias autem ꝙ hanc denũciationem indistincte facit iudici ecclesiastico, is qui grauatur ab illo, qui immediate subest Imperatori. in auth. vt diffe. iudi. §. si tamen contingerit. col. ix. Et per hanc agitur ad interesse tantum vel vt res restituatur, & istius denunciationis solummodo est talis effectus. Nec 18 hoc † casu tenetur inquisitus iurare super inquisitionis capitulis cum ad denũciationem alterius procedatur, non ex puro officio vt dixi supra eo. §. ver. & scias cum hoc casu & in hac puto trinã monitionem necessariam. Et licet videatur placare Gui. in Spe. ti. de denunciatione. §. j. versi. qualiter, ꝙ hoc casu denuncians repelli possit per exceptionem criminis, puto tamen ad falsum etiam quando denunciat ad priuatum commodum, probatur hoc iiij. q. vij. omnibus, & hoc potissime quia cum iudex hoc casu teneatur ad denunciationem inquirere & procedere vt ipse idem notat in Spe. præalle. §. ver. prædicto, alias est versiculus per se & incipit. iudicialis. arti. ij. q. v. mennam & c. omnibus. & eo. ti. qualiter. ij. §. pen. decre. autem nouit, quam Guil. allegat pro se non facit, quia illa loquitur in euangelica denunciatione 19 in † qua requiritur ꝙ denuncians sit sine macula. Scias autem ꝙ ad hanc priuatam denunciationem non admittitur nisi lęsus, & in hoc differet hæc ab euangelica vt scripsit d. p. m. in decre. nouit de iudicijs. Probato ante crimine per hunc agendi modum cum denunciatio est publica erit locus pœnæ de qua infra. §. proxi. ver. si autem, si vero sit priuata denunciatio, tunc cõsequetur suũ interesse quandoque æstimationem iniuriæ, ut scripsit d. p. m. in decre. ij. §. ad corrigendos, in fi. alias de iudicijs olim. Item credo ad prosecutionem huius iudicialis priuatę denunciationis, procuratorem admittendum, per rationes assignatas supra eo. §. vers. & puto. tum etiam quia istius denunciationis effectus est ciuilis non criminalis, vt supra 20 dictum est. Regularis autem est † quæ fit secundum cuiuscunque ordinis regulæ instituta & ad correctionem secundum regulæ normam, & ideo circa ipsam certa non potest dari doctrina & ob hoc nõ est instandum. Sed vt scripsit d. p. m. in pręalle. decre. nouit, est ista regularum determinationi relinquenda, Et ista fit de plano, & non seruata forma iuris, vt de appella. reprehensibilis, de statu. mona. ea quæ, de regulari. c. final. vt scripsit. d. p. m. hoc eo. tit. qualiter. ij. super verbo peruenit

Quid ante iuris si Abbas inquirit de excessibus monachi, & facta sibi copia inquisitionis & processus, ipse dicat se uelle defendere, & petat expensas pro procuratoribus, aduocatis & alijs ad defensionem necessarijs, nunquid sit audiendus. no. Guil. in Spec. de inquisitione. §. vlt. versi. item pone vbi distinguit inter regularem & iudicialẽ inquisitionem, vt in prima non auditur in secunda sic, dic ut ibi. Restat videre de quarto modo procedendi super crimine scilicet per inquisitionem ordinariam. Circa quod est sciendum ꝙ huius or 21 dinarię inquisitionis duæ sunt species. † Vna quæ dicitur præparatoria. Alia quæ dicitur solennis. In quibus autem differat inquisitio ab alijs iudicijs videre posses in Spec. de inquisitione. §. j. in fi.

Præparatoria est illa quando scilicet iudex ex suo puro & mero officio nulla denunciatione sibi facta, & nulla infamia præcedente inquirit contra aliquem quem, habet suspectum, vt dicam infra versi. nec posset & licet regulariter ad inquisitionem non procedatur nisi præcedente infamia. Sunt tamen quidam casus in quibus potest id fieri quos notat Gui. in Spe. de inquisitione. §. ij. in principio. Item potest fieri talis inquisitio maleficio flagrante, ꝙ licet notorie sit cõmissum ignoratur tamen quis commiserit, nam tunc nullo vocato procedit iudex contra incertam personam inquirendo in genere quis fuerit committens, & facta tali inquisitione, procedet demum contra eos contra quos laborat suspicio, vel quos culpabiles intellexit, vocando ipsos vt super eo veritatem dicant. & se si possunt defendant, & ei contra quem procedetur legitima reseruatur defensio, de offic. ordi. c. primo ff. de offi. præsid. l. iiij. & l. congruit & hoc etiam placet Guil. in Spe. de notorijs crimi 22 ni. §. primo in fi. Item etiam † cum ordinarius vel visitator visitat, nam etiam nulla præcedente infamia inquiret super statu ecclesiæ. Et ista talis dicitur generalis, nec in ipsa est seruandus ordo vel forma decre. qualiter, vt notat domi. pater meus in ipsa decr. qualiter, super verbo, peruenit. Et inquiretur si ecclesia est collegiata, vel plures habet clericos, nullla nominata persona, tam in capite quam in membris. Si vero non habet nisi vnum rectorem tantum, vel rectorem & clericũ, tunc bene nominabitur, & testes recepti deponent de quocunque de ecclesia sit vnus vel plures, & tunc admittuutur qualescunque testes de ipsa ecclesia. Si ecclesia habet collegium vel plures clericos, alias admittuntur parochiani, si ecclesia sit parochialis. si non est parochialis, admittãtur qui magis sunt vicini vel propinqui. de purg. ca. c. ij. quia illi melius præsumuntur scire, de præsum. 23 quosdam, & quanto. & † admittuntur nunc ad testimonium etiam criminosi inimici & conspiratores.

tores, licet conspiratione vel inimicitia postea detecta non credatur conspiratoribus contra eos cõtra quos cõspiranerunt, vel quorum sunt inimici. de iudic. exhibita de re iudi. cum l. & A. & eo. ti. cum oporteat, nec hoc casu ante completam inquisitionem tradentur inquisitionis capitula, postea vero tam capitulorum quam nominum testium & dictorum est inquisito copia facienda, vt in Spe. de inqui. §. nunc tractemus, ver. sed vt quę pręmissa sunt in fin. ꝙ de nominibus dixi verum est præterquam in crimine hęresis, vt de hæreti. cap. vlti. libr. vj. & tunc inquisitus ad capitula inquisitionis respondere cogetur per sacramentum, vt eodem titu. si constiterit, & c. cum dilecti, & hoc tenent. Goffr. in decre. licet de simo. & d. p. m. in præallega. decre. qualiter, ij. super verbo, debet, Guil. in Spe. de inqui.. §. nunc tractemus, ver. inquisitores quoque, & versi. sed vt quæ præmissa sunt. Qualiter autem respondeatur ad c. quis aliquando. §. non tibi dico, de pœnit. distinc. j. quod dicit non tibi dico vt te prodas scripsit d. p. m. in præalleg. cap. qualiter, ij. super verbo, facultatem. 24 † Et ei autem contra quem crimen, vel infamia hoc modo probatur, legitima defensio reseruatur, de accusa. cum dilecti. & capi. cum oporteat, & c. cum dilectus, & de re iudic. cum l. & A. & tunc. debet ad locum seu ecclesiam descendere, vt eo. titu. qualiter, ij. & c. cum dilecti, de simon. licet hely. & proposito verbo Dei recipiet iuramentum ab his qui examinandi sunt, secundum formam quę habetur eodem titu. qualiter, j. in fin. subsequenter ab his inquiret qualiter clerici ecclesię visitatæ se habeant tam circa officium quam etiam circa alia. Item si ecclesia parochialis sit, inquiret de fide, vita & conuersatione parochianorum, de capitulis autem in huiusmodi inquisitione formatis, vide in Spe. de inquisi. §. ij. ver. vt autem. §. sequen. versi. licet authen. de teste. §. nunc tractandum prope fin. versi. porro in causa. Et si inuenit eos bene viuere, & ecclesiam & eius bona bene regere & gubernare, gratias referat Altissimo. Nec posset subditus ex eo appellare, quia dicat infamiam contra eum non laborare, quia 25 † potest ordinarius quilibet eo officio de fama inquirere subditorum, & infamia reperta, de crimine, vt de offi. ordi. ca. j. & irrefragabili, & de accusa. sicut olim, & vt eccle. benefi. sine di. confer. cap. vno, ver. quod etiã & x. quæst. j. placuit, de censi. romana. §. sane. lib. vj. Nec obst. quod post Hostien. scripsit d. p. m. in decre. cum oporteat, hoc eodem titu. super verbo non subdito, quia ibi loquitur in casu illius decr. scilicet quando procedit ad alicuius denuntiationem, hic cum ex officio, & facit ad ea quæ dicam infra ver. nunc quoque, Et hoc potissime quando visitando procedit & inquirit. & præmissa posses colligere ex diffuse not. per Guil. in Spe. de inquisit. §. ij. & potissime in ver. licet autem, & §. nunc tractemus, ver. hoc autem scias, & de notoriis criminibus. §. primo, versic. vlti. vbi dicit Guil. ꝙ 26 † circa huiusmodi inquirendi modum valde exuberat officium iudicis, quod latissime patet, ff. de iurisdi. omn. iudic. l. j. & scripsit d. p. m. hoc eod. titu. cum oporteat, super verbo non subdito, & no. eodem titu. c. ij. lib. vj. Si autem per huiusmodi visitationis inquisitionem inuenerit aliquem grauiter deliquisse, si habeat administrationem, seu prælaturam remouebitur ab ipsa, sicut vilicus a villicitatione, qui suæ villicitationis non potest dignam reddere rationem, vt hoc eodem ti. qualiter, ij. Non habentes autem administrationem seu prælaturam iudicis arbitrio puniuntur, nisi cum ipsis misericorditer ageretur, & prædicta sunt vera, nisi tale foret crimen quod impediret etiam post peractam pœnitentiam ordinis executionem vel beneficij retentionem, vt homicidium & simonia de quibus not. eodem tit. inquisitionis, j. gl. & multos tales casus notat Innocen. de tempo. or. ex tenore Host. plures, de renun. nisi cum pridem §. propter conscientiam, & ibi vide in nouella. quia tũc punietur ac si per viam accusationis de ipso foret actum de quo supra. §. j. eodem tit. qualiter, ij. vbi de hoc. & cap. inquisitionis, vbi hoc etiam tenet d. p. m. & eo. tit. qualiter, ij. §. ad corrigendos, in fi. & de hoc in Spec. de inquisitione. §. nunc videtur post prin. Hæc vera intelligas nisi certa alia pœna foret a iure statuta, quia illa esset infligenda, vt j. q. iiij. §. notandum, de offi. dele 27 ga. de causis. §. illis etiam. † Nec hoc casu poterit inquisitus & correctus a correptione, vel sententia appellare, vt de app. ad nostram, & c. reprehensibilis, & de offic. ordi. irrefragabili, nec forsan modus excedetur, vt eo. tit. de priore, hoc placet Guil. in Spec. de inquisitio. §. nunc tractemus, ver. quid si prælatus. Si vero leue sit crimen quod tali modo est probatum, si certa pœna est pro illo a iure statuta, illa imponetur, alias imponetur arbitraria consideratis personę conditione, criminis qualitate, & an publicum sit vel occultum, & cæteris circunstantijs. Quid si crimen non fuerit hoc modo probatũ, sed sola criminis infamia probatur, hoc casu non punietur, sed indicetur sibi purgatio, vt eo. tit. inquisitionis, ad fin. & de testi. tam literis, in qua si deficiat punietur vt conuictus, de purga. cap. cum p. simo. & hic, & c. insi28 nuatum. Vnum tamen not. † ꝙ iudex etiam ecclesiasticus super singulari vel priuato alicuius personæ interesse non potest ex officio per inquisitionem procedere secundum Guil. qui hoc not. in Spec. de inqui. §. ij. versi. & in causa. Quod puto verum si inquireret directe ad consecutionem illius interesse. Sed indirecte posset, vbi periculũ anime verteretur, primo inquirendo de infamia, & demum de veritate, qua comperta cum non possit pœnitere nisi satisfaciat, eum coget ad satisfactionem vt de vsu. cum in diœcesi, & facit eo. titu. tuas dudum, & de iureiuran. ad nostram, ij. & quod ibi not. in glo. iij. ad quod faciunt quæ scripsit d. p. m. hoc eod. titu. qualiter, super verbo, peruenit in fin. suæ glo. Nec puto ꝙ quando per hunc modum proceditur iudex necessario teneatur procuratorem admittere, & sit ratio potissi29 ma huius dicti, quia † cum inquisitus habeat suo sacramento de veritate respondenda præmisso, ad inquisitionis capitula respondere, vt dixi supra eo. §. ver. nec hoc casu, quomodo ergo admit-

teretur procurator, qui forte ignorat vel ignorare potest criminis veritatem. Ad hoc optime facit eod. titu. ad petitionem, & de iudic. cap. j. lib. vj. & hoc etiam placere videtur Gof. & Hostien. in decre. veritatis, de do. & contu. vt ibi post ipsos scripsit d.m.p. super prin. secundæ glo. & post ipsum Host. hoc eo. ti. qualiter, ij. §. debet ante, super verbo illi, vbi dicit Host. hoc potissime locũ habere quando citatur ꝙ personaliter compareat inquisitus, vel vbi crimen super quo est inquisitũ executionem ordinis impediat: Sed obijciens de decre. tuæ, de procu. quia cum ibi agatur ꝙ plus est etiam per viam accusationis de crimine ad thori separationẽ & admittatur procurator multo fortius est admittendus quando agitur per viã 30 inquisitionis, quia † etiam tunc dicitur agi ciuiliter. vt de simo. per tuas, & in actione ciuili admittitur procurator, vt hoc eo. tit. super his, in fi. in c. cum dilectus, ad hoc etiam facit de testi. ex parte Adę. ad decre. tuę, responde agere ad thori separationem propter adulterium est potius agere ad interesse singulare ipsius agẽtis, vt absoluatur ab obligatione & seruitute, qua erat ipsi adulterio obligatus quam ad pœnam, & quod hoc sit interesse non pœna patet quia cum pœna non imponatur, nisi a iudice, vt xxxiij. q. ii. §. in hoc, & C. de iudæis, l. nullus. & no. de diuor. porro. in gl. ij. Talis autem separatio aliquando fiat iudicis authoritate non expectata, vt de diuor. significasti, ergo pœna non est dicenda. Decre. super his, loquitur quando per modum denunciationis euangelicę ad pœnitentiam agitur per modum exceptionis ex qua non debetur pęna, immo dicamus ꝙ ex quo in his casibus a iure permittitur, ĩ alijs intelligitur prohibitum de præsum. nonne, cum concor. ibi no. decre. cum dilectus intelligitur de euãgelica denũciatione ad pœnitentiã, quod pro-31 bant, quia † ibi mandatur inquiri an denunciantes sint criminosi, quod in alijs denunciationibus non obstaret, circa quod vide quod scripsit d.p.m. in decre. cum oporteat. eo. tit. super iij. glo. vel dic ꝙ ibi denunciantes & quorum nomine denunciatio facta fuit, erãt cõsortes eiusdẽ litis, quia tã suo ꝙ̃ aliorũ noĩe denũciabãt, & ideo admitti debuerunt. Ad decre. ex parte. Adę. potest rñderi scdm vnã lect. Inn. ꝙ ibi fuerat procurator constitutus ad certum articulum tãtum. Vel dicas ꝙ licet admitti procurator non debuerit, ex quo tamen de facto fuit admissus, nec exceptum valuit quod cũ ipso fuit actum. Ad hoc bene facit hoc eo. tit. veniens, & ibi no. d. p.m. super j. glo. & quod not. de iud. c. j. lib. vj. & hoc vltimo modo posset ad omnia contraria responderi, posset autem ex præmis-32 sis dari generalis doctrina, ꝙ † quoties inquisitus non habet sub iuramento respondere, possit procurator interuenire. Secus cum habeat respondere cum iuramẽto, tamen si tunc admittatur, & nõ excipiatur valet quod cum ipso agitur, indubitatum tamen est ꝙ ad allegandas causas absentiæ quæ consistant siue in facto, vt quia infirmus comparere non potuit, vel similes, siue in iure, puta declinatoriæ iurisditionis, vt quia non teneatur comparere quia excommunicati estis, vel nõ valet, rescriptum, vel non, quia de suo foro, vel quod non arctat citatio potest interuenire procurator, vt no. post Inno. d.p.m. hoc eo. tit. veniens super prima glo.

Nunc autem de solẽnitate inquisitionis, circa quam est distinguendum, quia alia est ordinaria quæ fit ab ordinario iudice, alia extraordinaria q̃ fit a delegato. Est 33 autem inter istas differentias, quia † ordinarius potest inquirere contra subditum licet non infamatum, dummodo sit sibi suspectus, vt dixi supra in princ. huius. §. sed in extraordinaria secus est, quia delegatus non potest nisi contra infamatum vt eo. tit. cum oporteat, & vide quod ibi scripsit d.p. m. ipso inquisito contradicente. secus si nil opponat, vt eo. tit. cap. ij. lib. vj. Multa autem quę opponi possunt tam contra impetrãtem literas inquisitionis quam contra tertium, seu etiam contra delegati personam & processumvidere posses per Guil. in Specu. de inquisi. §. j. in princip. In quolibet autem casuum præmissorum subdistinguitur; quia aut inquisitio fit aliquo ipsam promouente, & tunc non iurat inquisitus de veritate respondẽda. Aut ex officio ad denuntiationem officialis, vel archiepiscopi, de quo supra. §. proxi. iudicialis vel fama seu clamosa insinuatione deferente, & tunc iurat inquisitus super contentis in inquisitione respondere veraciter, vel plenam & meram dicere veritatem, vt in Spe. de inqui. §. nunc tractemus, versi. inquisitores quoque, & ver. hanc etiam circa medium, & ver. sed vt quæ præmissa de forma autem iurandi, dic vt dicam infra ver. si autem interest. Aut nullo deferente nec clamosa insinuatione deferente & de hoc vltimo satis dictum est supra eodem. §. in princip. vnde hic de hoc membro nil dicam. In primo casu. scilicet quando aliquo promouente, & denunciante crimen procedit iudex subdistincte, quia aut talis denuntiat ratione priuati commodi, de quo de vsur. tuas dudum, & de iureiuran. ad nostram, ij. & hoc casu fit inquisitio etiam nulla fama præce-34 dente † dummodo charitatiua præcesserit monitio, quia duo interposito iuramento pacti sunt de aliquo adimplendo, quod alter negligit obseruare. hoc enim casu ex quo charitatiue est tertio admonitus, poterit denuntiari, & ad talem denuntiationem debet iudex inquirere, & probatur de iudic. nouit, de iureiuran. ad nostram, ij. in fin. & quod ibi not. & hoc casu probato crimine consequitur interesse suum. Aut denuntiat ratione publici commodi puta ad pœnam, quia publice vtile est ne crimina remaneant impunita, de sententia excommunicationis, vt famæ, ff. ad legem Aquiliam, l. ita vulneratus. j. respon. ad fin. Et tunc subdistingue, quia, aut interest denuntiantes aliquo modo, vt quia forsan est subditus, quia ad hoc tenetur, ij. quæstio. vij. quapropter vel patronus, vt xvj. quæstio. vij. filijs, vel parochianus. xxiij. distinct. illis. & tunc admittitur eod. titu. illa præpositorum. Aut nullo modo interest, vt quia non est de illis personis, & tunc non admittitur, vt prælle. c. illa præpositorum, 35 eo saluo, quia † si crimẽ quod denuntiatur habet facti

facti perseuerantiam, vt fornicatio, tunc admittitur quilibet xj.dist.diaconi, alias non. Si autem interest denuntiantis, & tunc aut generaliter per denuntiationem agitur super statu ecclesiæ, tam in capite quam in membris. aut super excessibus singularis personæ. In primo casu non puto monitionem necessariam, quia cum hic non agatur specialiter de alicuius singularis crimine, quomodo debuit vel potuit monitio fieri non video. sed nec etiam hoc casu tradentur capitula vt scripsit d.p.m.in decre.qualiter, eo.titu.super verbo peruenit.vbi alleg.decre.contra certam, de cle.lib. 36 vj.& † ibi ipse dicit hanc dici generalem inquisitionem vt supra in prin. dixi.& debet hoc casu inquisitor descendere ad locum, & ibi premisso verbo Dei, recipiat iuramenta prælati & clericorum illius ecclesiæ, qui iurabunt plenam & merã dicere veritatem tam in capite quam in membris, exceptis occultis criminibus. vt eo.titu.qualiter. j.in fi.vel quod ad inquisita veraciter respondebunt, vt eo.titu.cum dilecti. de forma autem talis iuramenti, vide in Spec.de test.§.sequitur ver. porro. vsque ad finem.tamen vt scripsit.d.p.m.in decreta. cum dilecti.eo.titu. cum agitur de statu ecclesiæ propter vinculum periurij sufficeret si iurent tantum respondere ad interrogata. Cum vero de certis criminibus, tunc iurabunt quod plenam & meram dicent veritatem, tamen vt ibi dicit qualitercunque agatur potest iudex recipere quod maluerit iuramentum debet autem tale iuramentum præstari in publico, vt de ipsius forma possit fides fieri si dubitetur, vt præalleg.decre.cum dilecti. & hoc ibi scripsit d.p.m.super glo.simile supra, post modum interrogetur secundum quod habetur in Spe.de teste.§.nunc tractandum,†ver.porro.vsque 37 ad fi.secundum quosdam† vbi solus prælatus est diffamatus, potest inquiri tam in capite quam in membris, quia capite languescente cætera membra lãguent, vel languere præsumuntur vj.q.j.c.sunt plurimi ad idem ij.q.vij.sicut (inquit,) & lxj.distin. miramur.& hoc tenuit Innoc.in decre.cũ dilecti. eod.tit.& de simo.licet hely Sed Host.ibi contra arg.de his quæ fiunt a maio.parte c.quæsiuit.quod mihi placet.ratione quam ipse ponit, non enim fit inquisitio super occultis, vt eo.tit.qualiter, fateor tamen cum ipso Host.quod contra ipsum episcopum tantum poterit eo casu fieri inquisitio.tam in capite quam in membris, vt videlicet inquiratur qualiter se habeat erga suam ecclesiã, ibi qualier erga canonicos suos & alios clericos & laicos, qualiter in villis, castris, & ecclesijs, & de hoc per d.p.m.hoc eo.ti.cum dilectus, placet.Guil. in Spe. de inquisi.§.nunc tractemus. versi.si igitur aliquo.in fi.in quo ver.circa fi.reprobat opi.istorum qui dixerunt quod cum hoc modo procedetur sit libellus offerendus, lite contest.facienda.& iudiciarius ordo seruandus: quod est falsum, immo hoc casu sufficit seruare formã decre.cum.I.& A.de re iudi. 38 Tamen † legitima defensio semper est seruanda vt patet in ipsa decre.cũ.I.& A.Probato autẽ hoc modo crimine, fiet quod dixi supra eo.§.ver.si autẽ.

Cum autem Inquiritur super excessibus singularis personæ, aliquo promouente inquisitionem, tunc primo citabitur inquisitus, & interrogabitur an sit infamatus de illo crimine, si confiteatur infamiam, tunc procedetur ad vlteriora & fiet hoc casu libelli oblatio. lit.conte.et seruabitur subsequenter ordo iuris qui habetur eo.titu.qualiter, & patet hoc de simo.c. per tuas, in principio, quia subsequenter tradentur sibi capitula inquisitionis, & demũ citato inquisito iurabũt testes et super ipsis examinabuntur, et tam nominum quam dictorum testium ei fiet copia & ipsius defensiones legitimæ admittentur, tam contra personas quam contra dicta, vt sic sit differentia inter inquisitionẽ quæ fit super statu ecclesiæ, & illam quæ fit cõtra regularem personam: quod autem de nomninibus dixi verum intelligas præter quam in crimine hæresis. vt de hæreti.c.vlti. 39 lib.vj.Si autem† exhibitio prædictorum denegaretur posset inquisitus appellare licite: vt in Spec. de inqui.§.j. versi. & generaliter.sed si inquisitus negaret se infamatum prius est probatio recipienda super infamia, quod si denegaretur vel non seruaretur appellare posset, vt eodem titul. cum oporteat, & c.qualiter, ij. probata autem infamia procedetur vt supra, alias ipse absoluetur, & denuntians punietur.vt de calum.c.ij. An autem probata infamia admittatur is contra quẽ fit inquisitio ad probandum se bonæ famæ, & qui testes hoc casu sint præferendi, plene notauit d.p. m.hoc eo.titu.cum opportat.super verbo formam ipsius, post prin.suę glo.& est iste talis modus seruandus quando inquisitus est præsens, alias vero ipso absente non per contumaciam non est contra ipsum procedendum aliquo modo, quod placet Guil.in Spe.de inquisi.§.j.ver.queritur an cõtra, 40 sed † si contumaciter abesset, tunc in eius odium facta fide prius de ĩfamia procedetur ad receptionẽ testium et ad diffinitiuam et lit.non cõte.vt lit.nõ cõte.c. qm.§. sunt alij. de do.& contu. veritatis, de accu.qualiter, ij.§.debet, præmissa autẽ colligi possent ex not.in Spe.de inqui.§.nunc tractemus. ver.si autem. Et qualiter dicere debeãt testes qui super infamia deponunt. Et an etiã si interrogati debeant nominare eos apud quos dicitur infamatus scripsit d.p.m.eo.titu.cum oporteat, super verbo, nõ dubito.& eo.titu. qualiter, ij.super verbo. 41 honestis. vbi dicit† duos testes sufficere ad ipsam probandam. de quo etiam videre posses per Guil. in prædicto ver. si autem eo.§.ver. hoc autem notandum & sequentibus Tractatur quid iuris si in literis inquisitionis commisisse dicatur tali significante accepimus quod talis sit de tali crimine infamatus vel si nil de infamia dicatur in ipsis. Item quid si in rescripto non fiat mẽtio de aliquo nuntiante, sed dicatur ad audientiam nostrã peruenit an primo sit super infamia probatio recipiẽda necne de his autem dic vt scripsit. d.p.m. hoc eod.titu. cum oporteat super verb.famam ipsius, vbi recitatis opinionibus aliorum dicit distinguendum inter verba narratiua &, assertiua literarum apostolicarum per decre.si papa de priui. lib.vj.dicens finaliter standum ei quod habetur in cle.literis, de probatio. quolibet autem casuum præmissorum in isto.§.vsque ad versi. nunc

autem non tenetur inquisitus iurare. & potest procurator constitui. vt dixi supra, §. subsequenter, versic. & puto, de pœna autem insligenda pro crimine per hunc agendi modum probato, dic vt supra eod. §. vers. si autem. de multis autem quæ contra rescriptum inquisitionis possunt opponi videre posses in Specu. de inqui. §. j. An † autem valeant literæ inquisitionis per excommunicatum impetratæ no. de rescrip. c. j. in glo. quid si excommunicatus. lib. vj. Hoc autem est ponderandum, quia secundum d. p. m. vbi de prælato tantum agitur inquirendo de ipsius fama, est quærendum a capitulo & canonicis suis, & si apud ipsos non reperitur infamatus, non videtur vlterius procedendum. alle. in arg. de præsump. quosdam. & ca. quanto. & hoc eod. titu. qualiter. ij. respon. versi. debet igitur. supra de electio. postquam, & c. scriptum. & lxxxvj. dist. si quid de quocunque. præterea in tribus casibus puta nisi ipse prælatus esset inter alios conuersatus, vel nisi propter prælati potentiam vel tyrannidem timeatur de occultatione veritatis, & contra ipsum verisimiliter præsumatur de exces. præla. tanta, vel nisi propter ipsius tergiuersationem & collusionem dubitaretur de occultatione de collusi. detegenda in tantum, nam tunc fieret inquisitio famæ ipsius ab alijs, vt ipse plenius scribit hoc eod. titu. cũ oporteat, super verbo, non subito.

43 Nunc quoque videndum est † quando iudex ex suo mero procedit officio ad criminis inquisitionem, vel ad denuntiatonẽ officialis publici, ad inquirendum & denuntiandum deputati, vel archiepiscopi. de quibus dixi supra. §. sequitur, ver. iudicialis, in prin. vel nullo denuntiante, sed fama publica, vel famosa insinuatione deferente, & hanc quidam vt Hosti. vocant specialem inquisitionem vt scripsit. d. p. m. in cap. qualiter. ij. de accusa. vbi sciendum 44 quod † eo casu superior siue iudex seruare debet formã hanc, quia primo statuet terminũ accusare volẽti, et si appareat accusator ipsum, audiat vt eo. ti. veniens. causa. v. q. c. j. de pur. ca. ex tuarum. ij. q. v. omnibus. si vero non appareat accusator, vel appareat sed per exceptionẽ repellatur, potest iudex si vult statim purgationem indicere infamato. Tamen si præmissa seruare nollet, potest incontinenti ad inquisitionem procedere super veritate criminis, & hoc casu refert secundum Hosti. & d. p. m. vt ipse scripsit in præalle. decre. qualiter. ij. hoc eod. titu. super verbo peruenit. vtrum fiat contra secularem clericum an contra regularem, si contra secularem. Aut in dignitate vel personatu constitutum. Aut contra priuatum. In primo casu scilicet quando contra constitutum in 45 dignitate vel personatu dicunt non sufficere † solennem famam vel clamorem etiam si sit frequẽs nisi sit tanta quæ scandalum generet, vel quæ non possit sine scandalo tolerari. in secundo vero, scilicet quando contra secularem priuatum, eo casu dicunt clamosam, & frequentem sufficere etiam si non generet scandalum & vt scripsit. d. p. m. eodem titu. cum oporteat, super verbo, non subito due vices inducunt frequentiam allegat de vita & de honesta. clerico. monasteria, & de electio. venerabilem. in fin. Dicunt tamen hoc totum iudicis arbitrio relinquendum. Et in quolibet præmissorum casuum dicunt formam seruandam quæ habetur in decre. qualiter. ij. eodem tit. & de simo. licet hely. vt videlicet iudex per se vel alium descendat ad locum, & vocabit eum contra quem est inquisitio facienda, & si compareat tunc tradet illi capitula super quibus est inquisitio facienda, & primo faciet illum iurare secundum formam alteram decre. cum dilecti, eodem titu. circa quod vide quod dixi supra eodem 46 §. versic. si autem interest. Et † præstito iuramento ad inquisita respondere, si confiteatur crimen, habet intentum, & tunc cum ipso agetur de elect. innotuit. vt etiam not. d. p. m. hoc eod. titu. qualiter. ij. super verbo reddere, nec posset confessionem impugnare quominus puniatur, ex eo quod non fuisset de illis infamatus, vel quia capitula tradita non fuissent, vt eodem titu. c. j. lib. vj. Si autem neget crimen non puto necesse recipi hoc casu testes super infamia quando ipsa defertur, quia ipsa se exhibet. & facit quod dixi supra. eod. §. post prin. versicu. nec posset & ibi respondi ad dictum Hostien. sed statim recipiet testium iuramenta eo præsente, & subsequenter ipsorum dicta, quorum dictorum & testium nominum copiam faciet illi contra quem inquiritur, saluo quod de nominibus dicitur de 47 heretico. cap. vlti. lib. vj. & † omnis legitimę defensionis facultas eidem reseruabitur vt tamen dicit ibi. d. p. m. leuiores probationes sufficiunt contra priuatum quam contra prælatum infra de simo. licet hely. de offic. delega. pastoralis, in prin. de senten. excommunicationis cum illorum. §. si vero. Si contra regularem procederetur, aut ad correctionem secundum regulam, & tunc dic vt supra. §. sequitur, versicu. regularis. Aut vt remoueatur ab administratione. Et hoc causu si contra Abba. vel priorem conuentualem, vel curam habentem auctoritate episcopi institutum licet tunc ad vnguem non sit prædicta forma seruanda, quia illi possunt facilius a suis administrationibus amoueri id est ex leuioribus causis, & per leuiores probationes item liberius, quia non admittentur tot exceptiones de si. licet hely. & eodem titulo qualiter. ij. vbi sic exponit. d. p. 48 m. Est tamen in hoc seruandum † vt is contra quem est facienda inquisitio vocetur vt se defendat, vt eodem titulo cap. ij. de simo. per tuas. Si vero agatur de simplici priore, officiali, vel ad obedientiam tenente. talis pro libito abbatis etiam sine causa poterit amoueri, de statu mona. cum ad monaste. §. tales & cap. ij. & de priuile. cap. ij. in fin. lib. vj. Et est in hoc differentia quando proceditur ex officio, vt hic. quia tunc non inquiritur de infamia, quia ipsa differtur. Item quia iure. inquisitus & non datur libellus; ne fit lit. conte. vt dixi supra in præceden. ver. cum autem. Si autem contumaciter abesset fiat tunc quod dicitur infra. eodem. §. versicu. sed si contumaciter. Sed si prælatus diceret subdito, video te infamatum, & inquisitio multa habet

habet diffugia volo qd te purges, nunquid potest 49 hoc facere inuito eo vtique: quia † procedere potest quancunq; via melius potest, assignare criminis veritatem seu pœnam xxiiij. q. ij. ecce. ff. si certum petatur. l. quidam, nec valeret appellatio contra præmissorum aliquod interposita, & prædicta sumi possent ex nota. in Spe. de inquisitio. §. nunc tractemus. in versi. porro & versi. sequentibus, & per d. p. m. in precedenti. c. qualiter. ij. De pœna autem infligēda crimine hoc modo probato dic. vt supra eo. §. ver. si autem per huiusmodi. nec tenetur iudex, cū hoc modo procedit procuratorem admittere, de quo dic, vt supra eod. §. versi. nec puto, quæ autem præmissa sunt locum sibi vendicant in criminibus non notorijs, quia in notorijs secus est. nam in illis non seruatur aliquis iudiciarius ordo, nisi in hoc ꝙ super notorio debent citari & interrogari & eo præsente vel contumaciter absente sententia fieri de quibus per Guil. in Spe. de not. criminibus. §. j. in princ. 50 &. §. vltimo. per totum. Est autem † & alia inquisitio specialis quæ fit debito officio vrgente, quando scilicet superior habet electum vel postulatum confirmare, quam inquisitionem etiam facit nulla infamia præcedente vel denuntiatione præmissa, inquirendo scilicet de meritis electi, & studijs eligentium, & electionis forma, vt lxvij. dist. de Petro. lxj. distin. miramur. de electio. scriptum. & c. postquam. & c. cum nobis olim. & c. nihil est. & idem in consecratione et ordinatione episcopi & cuiuslibet alterius clerici. xxiij. dist. qui episcopus. xxiiij. dist. quādo. lxxv. dist. ordinationes. idē etiam in matrimonio carnali. de clandest. desponsa. c. iij. Item vbicunq; ex mero & puro officio procedit iudex, in his maxime in quibus vertitur animæ periculum. de iureiur. ad nostram. ij. de offi. ordina. c. j. vt scripsit. d. p. m. in prealleg. decre. qualiter. ij. super verbo, peruenit. de materia per Hostien. in summa eo. ti. sub rub. de inquisi. sub rub. de criminibus sine ordine 51 puniendis. † An autem possint testes compelli quando iudex procedit, vel visitando, vel confirmando, vel in capite, & in membris inquirendo, vel contra certam personā super crimine de quo laborat infamia, tractat Guil. in Specu. de inquisitione. §. nunc tractemus. in fi. vbi videtur velle quod non cogatur. Cuius contrarium puto quādo inquiritur tam in capite ꝙ̄ in membris, vel contra singularem personam fama deferrēte per decre. qualiter. j. Item quia expedit reipublicæ peccata nocentum esse nota. sed quando visitat non debet exigere iuramentum a principio per quod occultum constringatur, sed ex quo sine iuramento referunt aliqua corrigenda potest super his exigere iuramentum, vt no. de censibus. romana. §. fane. lib. vj. Ipsius autem dictum posset locum habere cum confirmando inquirit quia præsumi 52 mus quemlibet † bonum & idoneum nisi probetur contrarium. de scruti. in ordi. fa. c. vno. & de præsum. dudum. An autem admonitio quæ denuntiationem debet præcedere fieri possit per literas, vel nūcium absenti tractat. d. p. m. de simo. licet hely. super correctio. vbi tenet quod sic, & idem Guiliel. in Spe. de denuntiatio. §. j. alias is 53 versic. quid si moriens. † Item an denuntians prelatum debeat ab ecclesia habere expensas no. in Spe. eo. titu. §. vlti. in prin. vsque ad versic. item pone. Nunquid autem is contra quem facta est inquisitio possit per familiares, vel cubicularios, suos probare suam innocētiam, tractat Guil. in Spe. de inquisi. §. j. versi. generaliter. per c. xij. q. ij. manifeste. & c. sequen. & ij. q. vij. cū pastoris.

Vtrum autem impetrante inquisitionem remoto possit alter ipsā prosequi, tractatur ī Spec. de inquisitio. §. j. versi. quid si impetratio. de quo dic vt scripsit d. p. m. in decre. cum oporteat. super fin. penul. glo. Et an inquisitore super quibusdam pronunciante expiret eius officium super alijs not. Ber. de re iudic. cū I. & A. & in Spe. de inquisitione. §. j. ver. & not. & vterq; tenet ꝙ nō 54 expirat. † An vero inquisitor attestationibus publicatis possit super eodem crimine iterum alios testes inducere vel recipere, & de hoc per d. p. m. in decre. fraternitatis. de testibus in ix. q. & de testibus. cum clamor. & dic vt ibi, & de hoc etiam in Spec. de inquisitione. §. nunc tractemus. versic. sed nunquid publicatis. vbi tenet ꝙ possit vbi ex officio procedit, secus si aliquo proponente vel prosequente inquisitionem, quia tunc teneretur subornatio, & vt ibi not. potest inquisitor si in aliquo minus bene processerit illud reuocare, & de nouo procedere, dic vt in prædic. decre. cum clamor. scripsit, d. p. m. Præmissa autem in non notorijs locum sibi vendicant, de notorijs vero, & forma procedendi in ipsis, vide quod plene scripsi in commento quod feci super decreta. vestra, de cohabi. cleri. & mulierum. Quando autem delegationis litera impetratur sub hac forma mādamus quatenus vocatis qui fuerint euocandi super propositis, & alijs negocijs contingentibus, inquiras quę fuerint requirenda &c. intelligitur negocium delegatum in modum iudicialis indaginis, non autem in forma inquisitionis simplicis, vt de iudic. exhibita. & ibi not. in iij. glo. vnde d. p. m. post. Vincen. scripsit super ipsa glo. quod ex quo patenter non constat ꝙ huiusmodi negocium in modum commissionis committatur, præsumitur ꝙ in modum iudicialis indaginis fiat commissio, vbi 55 etiam dicit in fin. † ꝙ quando fit commissio in modum simplicis inquisitionis semper consueuit in ipsa commissione poni de insinuatione clamosa. Remittit autem ad no. in specu. de inquisi. §. j. versic. quid si in litera. & de hoc scripsi in materia rescriptorum. §. in secundo vero casu in fi.

FINIS.



SOLEMNIS VTILIS, ET quotidianus Tractatus de Excusatore sine mandato Excellentiss. V. I. interpretis, & magni practici domi. Antonij de Canario.

SVMMARIVM.

1 *Excusator quis sit & qualiter disiniatur.*
2 *Excusatoris quale officium.*
Causæ quas excusator allegare habet quomodo intelligendæ.
3 *Excusator sine mandato an possit esse minor etiam & mulier.*
Excusationum triplex differentia.
4 *Excusator sine mandato ad quid admittatur, & quando. 5.*
Contumacia absentis Dei præsentia suppletur.
5 *Iudex ex officio potest probationes inducere & supplere.*
6 *Absentiæ causæ cur in quacunque causa per excusatorem possit allegari. Item & innocentia.*
7 *Excusator quid differat à procuratore, defensore, & nuncio.*
Nuncius est instrumentum quo vox vnius vadit in alium.
8 *Excusator nomine cuius verba concipere debeat.*
9 *Excusator si non probat quod dicit, ad quid teneatur.*
10 *Exceptiones aduersus excusatorem quæ opponi possint.*
11 *Excusator nunquid procuratorem possit constituere.*


EXCVSATORIS materiam vtilem prosequor per duas particulas, quarum prima ponit quæstiones cōcernentes excusatorem sine mandato simpliciter vsq; ad q. ix. Secunda ponit quæstiones concernentes excusatorem absentie. vsque ad fin.

1 Quæro igitur † primo quis sit excusator. Respondeo Spe. in ti. de his qui alie. no. in iud. inter ver. excusator dicit ꝙ excusator est qui sine mandato ad causam ad proponendas excusationes, seu causas absentiæ non causas causę admittitur, de elect. bonæ el j. & Spe. in titu. de excusa. dicit ꝙ excusator est is qui venit ad proponendum causas absentiæ alicuius, qui non poterat ratione sui, vel causæ procuratorem constituere, vel qui vocatus erat, vt personaliter veniret, allegat prædictum ver. excusator. de dolo & contu. cum dilecti. Sed contta attende ꝙ in j. distin. dicit sine mandato, non ideo dicitur ꝙ causæ absentiæ per procuratorem allegari non possint, sed quia si mandatum haberet ad proponendas causas absentiæ foret procurator non excusator. ff. de procur. absens. & d. c. veniens. quod autē dicit ad causam, quia causa multis modis assumit, vt no. Ioan. And. in c. cum dilectus. super gl. causa. de accusa. Et intellige pro iudiciali conflictu certarū personarum quod dic. de verbo. sig. c. forus. in vetbo causa. Quod autem subdit. ad proponendas excusationes, seu causas absentiæ non causas causæ minus restringit excusatoris officium, qm̄ non solum causas absentiæ allegare potest, sed etiam causas causæ patentes per acta. amplius & causas absentiæ, vt dicā in seq. q. Quod autem vltimum dicitur, admittitur, intelligitur sine mandato vt præmiserat, & adde seu venerit, vt in sequenti descriptione, quia si non mittitur, venire potest, vt in dicta seq. q. dicam. Quod autem in secunda descriptione dicitur, qui non poterat ratione sui vel causæ constituere procuratorem, vel qui vocatus erat, vt personaliter veniret, non est satis dictum, quia licet possit citatus constituere procuratorem ad causas causæ, vel sit citatus simpliciter ꝙ veniat non personaliter, non ideo excluditur accusator ad allegandum absentiam, vel innocentiam, vt patebit in seq. q. Dic ergo vt prędicta effugias, ꝙ excusator est ille qui sine mandato mittitur seu venit ad causam in iudicio ad allegandum causas absentiæ, seu innocentiæ absentis.

2 Secundo quæro † quid sit officium excusatoris, seu quas excusationes proponere possit excusator sine mandato huiusmodi. Respondit Spe. in titu. de excusa. in fin. remittens se ad Inno. in c. veniens. de accusa. qui in prima glo. vt etiam ibi eum refert, & sequitur Ioann. And. super secunda glo. dicit ꝙ officium excusatoris est allegare causas absentiæ facti de procu. querelam. ff. de iud. l. si prætor. Ad causas causæ necessarius est procurator

curator cum mandato vel ſatiſdatione. Dicit tamen ꝙ poſt lit.conteſt.in ciuilibus,vel criminalibus,vel in alijs vbi proceditur lite non conteſta. iudex antequã condemnet in defenſum contumacem admittet quemlibet allegantem iura cauſæ etiam minorem.& forte infamem.ff.de procur.l. ſeruum quoque.§.publice.C.de procu.l.exigendi. in fi.& in d.c.veniens. fuit admiſſus non habens mandatum, nec ſatiſdans, nec perſona coniuncta ad cauſas cauſæ. Cauſas vero intelligit quę colliguntur ex actis in eadem cauſa habitus. Non enim credit poſſe producere teſtes, vel inſtrumenta,vel alias defenſiones cum procurator non ſit. Secus in cauſis abſentiæ quas probare poteſt, & admittitur etiam nõ ſatiſdans. Dicit etiã ꝙ excuſator non allegat cauſas abſentiæ de iure puta,coram vobis non tenetur comparere,quia excõmunicati eſtis,vel non valet.hoc enim non per excuſatorem,ſed per ſeipſum, vel procuratorẽ proponere debet.de reſcrip. ſuper literis Io. Et ſecundum prædicta intelligitur dictum Guil. Anglici. quod idem Ioan. And.refert in tit.de defen.ſuper rub.dicens defenſorẽ ſine ſatiſdatione admittendum ad allegandum cauſas abſentiæ,videlicet intellige meri facti,† quod dictum Inno. declarans Bar.in l.pe.§.ad crimen. de publ.iudi.in ij. parte illius.§.in materia excuſatoris permittit ꝙ talis excuſator qui non habet mandatum, non curatur an ſit mulier,vel minor,vt no.in d.§.publice. Itẽ non tenetur ſatiſdare de rato. ita not.in l. in eo quod.§.j.ff.de re.dub.& vult Innoc.in d.c.veniẽs. Et demũ ſubdit ꝙ quædam ſunt excuſationes neceſſariæ,quæ impediunt reum venire, vt puta, eſt infirmatus vel carceratus ab alio, vel non poteſt tranſire per iter. iſtæ cauſæ poſſunt allegari per quemlibet, nec requiritur ꝙ caueat de rato,quia velit nolit pur ſic eſt. quædam ſunt excuſationes probabiles,quæ eum excuſant a veniendo probabiliter,poteſt tamen venire ſi vult,vt puta quia in illo loco habet inimicos, & ſic excuſatur a veniẽdo,vt l.de ætate.ad Treb.de lega.j.l.ſciendum.§.j.tamẽ ſi vult venire poteſt,tunc talis ſimplex excuſator non admittitur ſine mandato ad allegandum talem excuſationem,quia neſcit quid abſens ille velit. Quædam excuſationes ſunt mere voluntariæ,puta,quia tu non es merus iudex,hoc caſu ſi reus vult poteſt prorogare iuriſditionẽ, ideo excuſator non poteſt proponere ſine mandato, cũ hoc conſiſtat in voluntate abſentis, ita intelligitur d.c. & dictum Innoc. ſecundum Bart. Concluſio prædictorum eſt,† ꝙ excuſator admittitur ſine mandato ad allegandum ꝙ abſens non poteſt comparere,ſed non ꝙ nõ tenetur. Amplius ex prędictis patet ꝙ excuſator ſine mandato admittitur ad allegandum cauſas cauſæ, quæ colliguntur ex actis in eadem cauſa factis, eo caſu quo in abſentem poteſt diffinitiua ſententia promulgari in qua cũq; cauſa ciuili vel criminali,ſiue excuſator huiuſmodi ſit maior, ſiue minor, maſculus, ſiue fœmina,& etiã infamis,ſiue quis ſit abſens contumaciter,ſiue non contumaciter, & ſine ſatiſdatione ꝑ d.§.publice.& per d.l.exigendi. in fi.quia ſecundum Innoc.quilibet admittitur ad allegandum & docendum quid de iure partis, quia partis abſentis contumacia Dei præſentia ſuppletur.C.de iudi.l. properandum.§.cum autem. Et iudex non ſolum pro ſe, ſed quencunque alium veritatem quærere debet. Sed Bart. in d.§.publice.dictum Innoc.intelligit ꝙ vbicunque poteſt ſententia diffinitiua ferri in abſentem quantuncunque ſit cauſa. ſiue ſit ciuilis ſiue criminalis, pecuniaria, ſiue capitalis, quilibet admittitur ſine mandato ad oſtendendum de eius innocentia.Quod autem d.§. loquatur in eo qui venit ſine mandato, vel cum mandato, maior ſit ſiue minor, maſculus, ſiue fœmina,ſeruus vel liber, coniuncta perſona,vel nõ, patet in verbo, a quibuſcunque defendi,& in verbo, quemuis, verba facientem pro eo. Adde ꝙ loquatur in qualibet cauſa, patet ex principio d.§.quod autem loquatur contra allegantem innocentiam patet in verbo, & innocentiam allegantem. hanc lecturam probat Bart. quia etiam nemine hoc petente. iudex poteſt, & debet hoc ex ſuo officio facere. vt in authen.qui ſemel.C.quo.& quando iud.ibi.Perquiſita veritate. & in l.ampliorem.§.pe.C.de appell.licet glo.ibi dicat eſſe ſpeciale in cauſa appel. Sed ſpeciale eſt ꝙ in cauſa appellationis poſſit ferri ſententia in abſentẽ, & ideo iudex inquirit veritatem pro abſente, & ſi poteſt ſuo officio,multo magis quouis veniente, & de innocentia docente. Et iſtud videtur velle Innoc.in d.c.veniens. Adde vt patet ex rationibus allegatis per eum.in quibus Bar.fundat ſe in d.§.vij.† Et ꝙ ex officio ſuo quando poteſt iudex ad diffinitiuam ſententiam diffinire poſſit parte abſente probationes inducere & ſupplere tenuit Bar.in l.j.C. vt quæ de.aduo. par.latius in l.iiij.§.hęc autem.ff.de dam.infe.& in diſputa.ſua,quę incipit. Iudex maleficiorum & ff. de pœ.l.ſi non defendantur.& ff.de quæſtio.l.j.§.ſi quis vltro.Et ſi dixeris, procurator in cauſis a relegatione ſupra interuenire nõ poteſt, vt no.in d.§.publice.& d.§.ad crimen & d.c.veniens.Reſpondet Bar.quẽlibet admitti ad innocentiam,non ꝙ poſſit facere aliquid per quod abſenti præiudicetur,& ideo nõ admittitur vt procurator qui nocet & prodeſt domino,vt l.non ſolum.ff.de procu.Sed tanquã quilibet ad informandum iudicem ſecundum eum,in d.§.publice.& in d.§.ad crimen.& in extrauagã. ad reprimen. ſuper verbo, legitime. Nam per excuſatorẽ huiuſmodi non deducitur aliquod ius abſentis, ſed ſolum ius publicum dixit Bal.in l.reos. circa fin.C. de accuſa. quia publice vtilitatis eſt abſentes a quibuſcunque defendi, vt d.§. publice. Collige igitur quatuor caſus, ꝙ aut excuſator vult allegare cauſas cauſæ ſimpliciter. Aut cauſas cauſæ reſultantes ex actis in eadem cauſa factis. Aut cauſas innocentiæ ex cauſa in qua ad diffinitiuam ſententiã deueniri poteſt. Aut cauſas abſentiæ. Primo caſu non poteſt ſine mandato vel ſatiſdatione de rato, vel etiam cum mandato, & ſatiſdatione in cauſas a relegatione ſupra. Alijs tribus caſibus poteſt, vt patet ex prædictis. Eſt attendendum ꝙ differt allegare cauſas cauſę reſultãtes ex actis,& allegare cauſas innocẽtiæ.Quia primo caſu admittitur excuſator

in omnia causa. Secundo demum in causa in qua potest ad diffinitiuam sententiam deueniri, quia vtrunque iudex nemine fauente, seu allegante simpliciter debet admittere vt patet ex superius allega. omni enim casu quo iudex tenetur seu potest, requirere veritatem ex suo officio pro absente, et tenetur admittere quemlibet defensorem, vt probant rationes Inno. & Bar. supradictæ.

6 Tertio quæro iuxta ꝓxime dicta, † quare causa absentiæ potest i quacunque causa allegari, & innocentiæ demum in causa in qua potest ad diffinitiuam sñiam deueniri. Respõdeo quia allegatio causæ absentiæ excludit damnum contumacie absentis, vt ea allegata, & probata causa differratur, vt dicã in q. xxvij. quæ cõtumacia potest esse etiã in causa in qua non potest ad diffinitiuam sñiam contra absentẽ deueniri, & sic damnum contumaciæ quod multiplex esse potest, de dolo & contu. c. prout. & per totum & in Spec. de contumace. §. nunc dicimus. Allegatio autem innocentiæ excludit condemnationem rei vt dicam in q. xj. quæ condemnatio locum habere non potest nisi in casibus in quibus potest ad diffinitiuam sñiam deueniri, non aũt excludit contumaciam, quia licet reus non teneatur, seu non deliquerit, nihilominus contumax esse potest, & damna contumaciæ pati.

7 Quarto quæro † pro nominis intelligentia quid differat excusator a procuratore, defensore. & nuncio. Respondeo a procuratore differt, quia excusator sine mãdato, vt dictum est in j. q. procurator cum mãdato qui ad excusandum tm̃ constitui potest, vt ff. de ꝓcu. absens, & ad vnã rẽ ff. de procu. l. j. §. j. A defensore ãt differt quia excusator ad allegãdũ cãs causæ resultãtes ex actis in eadẽ causa factis & innocentiam rei, & causas absentiæ, vt dictum est in ij. q. Defensor autem ad totam causam, vt not. Spe. in tit. de his qui alie. no. in iudi. inter. §. j. ver. defensor. De nuncio autem quia excusator concipit verba in persona sua, vt dicam in seq. q. Nuncius in persona domini. Nuncius est velut pica, & organum quo mediante vadit vox vnius ad alium, & nihil per se agit, sed dominus per eum velut per epistolam ff. de consti. pec. l. qui autẽ. §. fin. cum l. seq. vbi de hoc per glo. & Bar. & no. C. si quis alte. vel sibi. l. multum interest, in gl. in verbo potest. & Spec. in tit. de procu. §. vt autem ver. & not. ꝙ large. Horum tamen nominum sæpe vnũ ponit pro reliquo, & presertim ꝓ excusatore nã sępæ excusator dr̃ procurator, vt d. c. veniẽs, dr̃ defensor, vt d. §. publice. in glo. magna, & in. §. ad crimẽ, & in l. in eo. §. j. ff. de reg. iur. Et dr̃ nũcius, vt d. c. bone. de elec. & d. c. veniens, de accusa. Nam & procurator dicitur nuncius, sed non econuerso, vt d. Spe. in verb. & no. Ponuntur proprie, & improprie secundum subiectam materiam, vt ex prædictis verbis patet.

8 Quinto quęro † qualiter excusator debet verba concipere, an videlicet in persona sui vel rei cuius absentiam vel innocentiam allegat. Responde quod debet concipere verba nomine suo proprio. Cum ratione publicæ vtilitatis non ratione vtilitatis priuatæ admittatur, vt d. §. publice, & humanitatis ratione quia quilibet homo debet alij bene facere, ut ff. de ser. expor. l. seruus ea. Natura enim constituit cognitionem inter nos. ff. de iusti. & iu. l. vt vim. & ff. de appel. l. non tantum. in vers. humanitatis ratione, & quod ibi no. in j. glo. sicut dicemus in tutore. ff. de his quib. vt indig. l. tutorem. & C. eo. tit. l. polla. & quod ibi not. in j. glo. in ver. pupilli nomine, & in coniuncta persona. C. de procura. l. exigendi. Dicendo ego dico Titium accusatum, seu inquisitum absentem ex tali casu iusta, & comparere non posse, vel eum fore innocentem & terminum ad probandum peto. Sane & si dicerem nomine Titij dico &c. admitti deberem, vt d. l. non tantum, quia intelligeretur nomine Titij. id est ad vtilitatẽ Titij, vt not. in d. l. tutorem, & d. l. polla. si tamen simpliciter compareret, vt præmisi, malefaceret iudex cogere eum ad exprimendum quo nomine ageret & compareret, vt dicit Inn. in simili. in c. cum olim. de testi. secundũ Bar. in d. l. non tantum. Ego consueui dicere comparet talis excusator seu defensor sub proprio nomine, necnon excusatorio seu defensorio nomine Tij, & tanꝗ vnus de populo, & pro interesse publico, & oĩ meliori modo nomine & causa & forma quibus magis & melius possit & debeat cõiunctĩ vel diuisim &c. vti si vno mõ possit excludi alio non excludatur & consuetudo in prædictis amittit defensorem quocunque nomine compareat.

9 Sexto quæro † ad quid teneat̃ excusator si non probat quod deducit iudex super excusatione proposita potest procedere duobus modis. Vno modo suꝑ excusatione simpliciter procedendo ad instantiã excusatoris, & tunc excusator non probans, de calumnia venit condemnandus extra ordinẽ, sicut dicimus in denunciatore suam denunciam coram iudice prosequente. ff. ad Turpil. l. ab accusatore. §. denunciatores. & ff. de cust. reo. l. diuus, vbi de hoc per Bart. et in c. fi. de calum. Ac etiam debet condemnari in expensis, sicut condemnatur reus. vt no. C. qui accu. non pos. l. qui de crimine, cum suo nomine compareat, vt dictum est in proxi. q. & sicut cõparens in iudicio sine mandato. C. de procu. l. licet. & qđ ibi not. per Doct. Alio mõ potest procedere iudex ex suo officio per inquisitionem propter illam excusationem quæ coram eo allegatur, & tunc perinde hr̃ ac si iudex ex officio suo mero & simplici moueretur, & in nihilo excusator tenetur. Quinetiam non prohibetur eo casu excusator esse testis sicut dicimus in denunciatore ut scripsit Bar. in d. l. diuus, quia dicto casu iudiciũ totum fundatur in iudice inquirente, qui tenetur, & potest perquirere veritatem, vt dictum est in præceden. q.

10 Septimo quæro † Iuxta præmissa quæ exceptiões opponi possunt contra excusatorẽ. Respõsio patet ex dictis in ꝑcedẽti. q. quia si iudex procedit ad instãtiã excusatoris opponi poterunt oẽs exceptiones ꝙ opponi pñt cõtra personã accusatoris seu cõtra personã illius qui alieno noĩe comparet, sicut dicimus in denunciatore, de accu. c. licet hely. & tenet Bart. in

d. l.

d.l.diuus.& sic opponi poterit ꝙ est minore excõ municatus, & similis ideo obstat.l.exigẽdi.in fi. C.de procur.qa est speciale ibi in filio secundum doc.qui potest comparere sine mandato ad plenã respõsionem in causa patris absentis, in quam po terat ad diffinitiuam procedi licet foret minor, ergo secus in alijs,& iudex ad instantiã accusato ris seu actoris & etiam ex suo officio poterit talẽ excusatorẽ repellere.ex suo tñ officio poterit inq̃ rere veritatem,& sic ad sui informationẽ audire minorẽ fœminam & quencunq; allegantẽ, & sic intelligit̃ lectu.Bar.in d.§.publice. & quod dictũ est in ij.q. Et ex his ẽt patet ꝙ excusatorẽ primo modo sumptũ iudex tenet̃ admittere.Secũdo autẽ modo assumptũ nõ nisi vt informet,vt dictum est.

11 Octauo quæro † an excusator huiusmodi possit constituere procuratorem ad excusationem propositam prose quendam. Respondeo ꝙ sic,quando iudex procedit ad instantiam excusatoris, cum ad eum causę periculum spectet,licet aliud sit in procuratore & tutore qui ante lit.conte. procuratorem non constituunt.C.de procu.l.neq;.vt concludit post multa argumenta pro & contra Spe.in ti.de procu.§. j.ver.sed nunquid defensor qui licet loquat̃ in defensore qui satisdedit iudicatum solui idem in executore prædicto qui satisdare non tenetur, vt dictum est in ij.q. per rationes alleg. per Spe.in d.ver.sed nunquid defensor. & in proxima.q.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Excusator sine mandato quomodo innocentiã proponere possit.*
2 *Absentis probata per excusatorem innocentia, quid habet facere iudex.*
3 *Innocentia per excusatorem in qua iudicii parte allegari possit.*
4 *Excusator nunquid possit à grauamine seu sententia appellare.*
Excusator post latam sententiam comparens vtrũ possit à sententia appellare.
5 *Excusator appellans pro eo qui ad supplicium ducitur, nunquid possit sine mandato prosequi appellationem.*
6 *Innocentia post sententiam in rem iudicatã transactam reo etiam inuito, an & quibus casibus allegari possit, & coram quo iudice.*
7 *Excusator absentis quas excusationes meri facti possit allegare.* 10.
8 *Absentiæ causa iuxta quæ dicenda.*
9 *Excusator absentis qui metu supplicii aufugit nunquid admittendus.*
11 *Absens quis dicatur, & absentia quomodo probetur.* 12.
13 *Absentia sola nunqd probet impedimentũ iustũ.*
14 *Excusator absentis petens terminum citationis prorogari vt absentem inueniat quẽ nescit vbi sit nunquid audiendus. & quid si dicat se non inuenisse.* 15.
16 *Impedimentum puri & meri facti absentis quomodo probetur. Et an sufficiat impedimenti semiplena probatio.* 17.
18 *Impeditus an teneatur excusatorẽ mittere.quid iuris si mittatur.* 19. *Item si non mittat.*
21 *Excusator allegans impedimentum facti præcisi, nunquid audiendus.*
22 *Excusator in causa capitali an satisdare debeat de præsentando finita absentiæ causa.*
23 *Procurator cum mandato generali nunquid absentiæ causas proponere possit.*
24 *Absentiæ causa vtrum possit inuito absente allegari & probari.*
25 *Excusator nunquid possit allegare eius absentiã contra quem petitur sententiæ executio.*

Secunda Tractatus particula.



NONA quæstio circa secundam partem concernentem quæstiones allegantes causas innocentię † qualiter innocentiam poterit excusator iste proponere. Respondeo illam per quam constet reum nõ deliquisse,vt si condemnatus vel inquisitus de homicidio probaret hominem qui dicitur occisus superuiuere,non autem posset proponere innocentiã per quam constaret delictum commissum quacunque ratione non punibilem. puta quia occisus poterat impune offendi, vel delictum erat præscriptum ex forma statuti & similia, quoniam id non posset iudex ex suo officio reo nõ properante supplere vt dixit Bart.ff.de pœ.l.absentem.in iiij.q. in.§.neque per excusatorem sine mandato id deduci vt dictum est in q.ij.

2 Decimo quæro † probata innocentia per excusatorem quid habet facere iudex.rñdeo ꝙ habet reum absentem absoluere secundum Bar. in extrauag.ad reprimen.super verbo, ad receptionẽ, allegat.C.de iud.l.properandum.§.fin aũt. & merito quia constito de innocentia etiã nemine de innocentia proponente,debet iudex reum absoluere ut.ff.de pœ. l.si non defendantur. & l.vnius.§.cognitururum.ff. de quæstio.vt dictum est in ij.q.

3 Vndecimo quæro † quando possit innocentia allegari. Respõdeo in quacunq; parte iudicij ẽt post publicationẽ ,pcessus,& post cõclusionẽ in causa,cũ constita innocentia totũ iudiciũ resilit in iudice inquirente seu in causa cognoscente.vt tenet Bar.ff.de q̃st.l.j.§.si quis vltro.& l.iiij.§.hoc autẽ iudici ĩ ff. de dam.infec.& in d.l.si non defendantur.& in disputatione

ſputatione ſua. Iudex maleficiorum, alleg. in ij. q.

4 Duodecimo quero † an excuſator poſsit grauamine ſeu a ſnia appellare. Reſpondeo a grauamine ſeu a ſententia interlocutoria in cauſa excuſationis planum eſt poſſe appellare, quia ad eum cauſæ periculum ſpectat, vt dictum eſt in vj. q. Idem a diffinitiua ſi ſubſcripta excuſatione propoſita iudex ſententiam diffinitiuã promulgauerit eadem ratione. cum in ea appellationis cauſa poſsit grauamen ſuum releuare. ff. de appel. l. j. & grauato regulariter appellatio ſit permiſſa. C. ſi vt ſe ab hæreditate abſti. l. j. & de appel. l. & in maioribus. ff. de appel. a ſententia. Sed dubium eſt, an excuſator comparens poſt latam ſententiam poſsit a ſententia appellare. Reſdondeo non niſi pro eo qui ducitur ad mortem, & intra tempora quæ ad appellandum largiuntur, quo caſu etiam reo inuito quilibet humanitatis nomine appellare poteſt, vt l. non tantum. ff. de appel. ergo C. de appel. l. ad dictos. & C. de epiſco. audi. l. ad duos. qui humanitatis ratione expoſita confertur dicto caſu beneficium in inuitum. vt notatur in d. l. non tantum, in gl. vlt. & ff. de reg. iur. l. inuito. & eo. tit. c. inuitum lib. vj. per Dyn. & ff. de nego. geſt. l. ſoluendo. per Bar. quod intereſſe humanitatis non attenderetur in alio caſu, quo quis præiudicare poſſet, vt dictis iuribus not.

Decimotertio quæro pro itelligẽtia præmiſſę quæſtionis, & maiori declaratione noſtræ mate

5 riæ. † An excuſator appellans pro eo qui ducitur ad mortem poſsit appellationem proſequi ſine mandato. Reſpondeo pro concordia Bar. & Bal. qui uidentur in dicta quęſtione contrarij, dic quod ad plenam defenſionem non admittitur ne proceſſus excuſatoris pӯdicet reo. cui ius eſt acquiſitũ ꝑ appellationem. ff. an per aliũ cauſa appel. l. j. coniuncto d. §. ad crimen, ſicut in cauſa principali, & ſic loquitur Bal. in d. l. addictos, in fi. C. de epiſc. audi. ad allegandum autem & probandnm cauſas innocentię bene admittitur ſicut in cauſa principali. Et ſic loquitur Bald. in d. l. non tantum. dum ad prædicta alleg. Bar. in l. ſi non defendantur. ff. de poen. & l. j. §. pen. ff. de quæſti. Nam innocentia in cauſa capitali etiam reo inuito allegari & probari poteſt humanitatis ratione vt d. l. non tantũ, & quod ibi not. in vlti. glo. & dictum eſt ſupra.

Ex his patet quod talis appellatio vtilis eſt, quia deuoluit cauſam ad ſuperiorem coram quo innocentia allegari & probari poterit, quod non poſſet cauſa per appellationem non deuoluta, & quia cum mandato poterit proſequi cauſam ad plenam defenſionem ſicut in cauſa principali cũ reus ſit in vinculis. vt dicit Bald. in d. l. addictos, & tenet latius Bart. in d. l. ad crimen, & quia ſi iudex a quo vellet appellatione interpoſita ſententiam exequi, poſſet excuſator ei de facto reſiſtere, quia per appellationem ablata eſt iuriſdictio iudici a quo ſecundum inno. in c. ſi quando de offic. deleg. quem allegat & ſequitur Bal. in d. l. addictos, de epiſcopali audien. ad hoc l. prohibitum & quod ibi not. C. dę iur. fiſci. lib. x.

6 Decimoquarto quæro, † An poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactã, poſsit excuſator rei innocentiã allegare, & ſi poſsit, coram quo iudice. Reſpondeo, quæſtio procedit in cauſis capitalibus in quibus poteſt innocentia, reo inuito, allegari, vt dictum eſt in duabus proximis quæſtionibus quia in alijs facit ius. ff. de ſtatu homi. l. quantum. In quibus cauſis capitalibus poteſt allegari innocentia poſt rem iudicatam inuito condẽnato per ipſum condemnatum. ff. de quæſt. l. j. §. ſi quis vltro, & in Spe. de accuſa. §. ſequitur. ver. ſed pone. licet hoc male italici obſeruent. Dicit Io. And. ibi in additionibus ſic. Per quemlibet etiam poſſet illam ex ſuo officio iudex inquirere. Sed in innocẽtia probata non poſſet iudex abſoluere. quia non poteſt ſententiam corrigere. ff. de re iudi. l. iudex poſtq̃, ſed deberet principi reſcribere. vel petitionẽ da re in communi, quia commune non recognoſcit ſuperiorem vt d. l. j. §. fin. ff. de quæſtioni. quod ibi no. per Bar. Coram autem iudice ad quem allegare innocentiam non poſſet, quia ad eum non eſt iuriſdictio deuoluta neque deuolui poteſt. cum ad appellandum tempora ſint diuerſa vt dictum eſt in proxima queſtione. Poſſet tamẽ excuſator per uiam ſupplicationis principem ſeu commune adire vt de iudice dictum eſt.

Decimoquinto Circa tertiam partẽ queſtionis excuſatoris allegãtis cauſas abſentię puri & pręciſi facti,

7 † Quas excuſationes meri & præciſi facti poſsit allegare. Reſpõdeo illas quę iuſtam habent rationem. vt d. l. inter. & d. l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iudic. Exempla patent in l. ij. ff. ſi quis cautio cum duabus legibus ſequentibus vſque ad. §. quantum, vt ſi valitudine tempeſtatis maritimæ ſeu terreſtri, vt fluminis furore, detentione, carceratione, abſentia longinqua, puta vltra mare, & ſimilia, per quæ quis pręciſe comparere non poſſet velit nolit vt dictum eſt in ij. q. Omne enim impedimentum meri & pręciſi facti iuſtam abſentiæ rationem habet vt in d. ij. q. dictum eſt, niſi cauſa impedimenti fuerit vt ſtatim dicam.

8 Decimoſexto quero † Quid ſi impedimentum meri & præciſi facti contingit culpa abſentis, an cauſa abſentiæ dicatur iuſta. Reſpondeo, aut culpa eſt præordinata ad caſum contingentem. aut non primo caſu cauſa abſentiæ non eſt iuxta v.g. Si abſens facit ſe capi a magiſtratu vel detineri a priuato, ne poſſet comparere, vel ſuſpitione delicti ne citari poſſet iuit in partes longinquas vt ff. ſi quis cautio. l. ij. §. fi. ibi, nam ipſe hoc affectauit vel cauſam præſtitit non proderit exceptio. Secundo caſu ſic, vbi abſens deliquit in loco in quo reſidebat, & propter delictum captus & incarceratus eſt a magiſtratu, vel tranſiuit per territoria hoſtium & captus eſt. nam talis culpa non fuit præordinata ad hunc caſum ſeu effectum vt comparere non poſſet, vnde abſenti non eſt imputãda, vt ff. ad l. Rhodi. de iactu l. ſi vehenda. §. j. & ibi not. ff. de impenſis in rebus dotal. factis. l. an in totum, ſiue iuſte

detineatur siue iniuste, & siue per magistratum iurisdictionem habentem, siue per priuatum vt d.§.fin. in princ. per quem ibi hoc tenet Barto.& Specu. in tit. de accus. §.pen. versic. item quæritur & melius in versic. quod si quis in additio. Ioan. And. vbi vult ꝙ defensor potest allegare absentiam banniti de alio maleficio & propter ipsum maleficium absentis. Sed si foret absens suspitione maleficij dequo inquiritur dicam statim.

9 Decimoseptimo quæro † quid si suspiciõe delicti reus se absentauit, & casu contingente sine sui culpa comparere non potest verbi grat. delinquens timens propter delictum capitale de quo diffamabatur, ne caperetur aufugit de ciuitate, & eius territorio, & iuit ad ciuitatem vicinam, vbi propter inimicitias post eius accessum surgentes inter ciuitatem originis in qua dicitur deliquisse in illa ad quam se contulit captus est & in carceribus positus. An allegans eius absentiam per potestatem de maleficio inquirentem debeat admitti. Hic casus & sequens in proxima questione dederunt causam huic summulæ. Videbatur enim ꝙ sic. quia culpa fugæ non tendebat ad inimicitiam & capturam huiusmodi. vt dictũ est in præcedenti proxima.q. Sed respondebatur ꝙ licet absentia sit excusabilis propter culpam fugæ tendentem ad non comparendum, multa allegata fuerunt pro & contra. Finaliter puto ꝙ admitti debuit excusator. quoniam excusatio puri & præcisi facti admitti debet vt d.§.ad crimen.& dictum est in ij.q. & d.§. publice, non obstante culpa fugæ quia illa militaret si sola adesset. vt dictum est in proxima q. Nam eo casu ideo excusator non admittitur, quia fugam affectauit, & causa fugæ fuit. vt d.§. fin. Sed casus contingens capturæ eum excusat. quia illam non affectauit neque causam præstitit. Et si dicatur casus contingit propter fugam. Respondetur quod fuga non debet considerari, quia non tendebat ad dictum casum, vt in proxima quæstio. dictum est. Rursum fuga non reddit eum contumacem, confessum, vel conuictum. licet reddat eum de maleficio suspectum. vt not.per Cy.C.de rapt. vir.l.j.per Bar.in l. ex Cornelia.ff.ad sylle. & per Ioan. And.in titu.de præsum.in.§.species. versi. violenta in additio. Spe. & dixit plene in tractatu de quæstionibus & tormentis.§.ij.q. vij. & absentia prædicta habet duplicem causam absentiæ, videlicet fugæ, & capturæ prima iniusta secunda iusta. Et sufficit vna causa iusta vt d. l.inter.in verbo, iusta ratione, quę non tollitur per iniustam. Et quia si post primam citationem fugeret, oporteret eum iterum citari. nec illa fuga eum redderet cõtumacem pro alijs citationibus. vt no. de dolo & contumacia.c.ij.in gl.videbitur, li.vj. C.quomo.& quan. iud.l.ea quę in fin. Oportet citari ergo vt compareat, & comparere posit. & eius absentiam allegari. nec fuga concludit necessario ꝙ citatus nolit comparere, & qui hodie fugiendo comparere non vult cras citatus velle comparere poterit, quia voluntas est ambulatoria.ff.de adimen.lega.l.iiij.& sufficit impedimentum facti absque eo quod appareat, an velit comparere si impedimentum cessaret, aliter non excusaretur absentia facti si de voluntate, non quod iura non requirunt, vt d.l.inter.& d.§.ad crimen. & d.§.publice,& d.c.veniens. impedimentum igitur solius absentiæ in casu proposito allegari nõ potest, sed impedimentum captiuitatis subsequutę propter inimicitiam inter dictas ciuitates exortum sic.

10 Decimooctauo quæro † retentis terminis quæstionis proxime pręcedentis ꝙ si retentus & captus non valens exire de carceribus alio modo, promisit sub graui pœna non recedere de ciuitate, & fideiussores dedit, an excusator allegans detentionem carcerationem, promissionem, fideiussionem huiusmodi sine mandato admittitur. Respondeo non, quia talia impedimenta non sunt meri facti, sed iuris, quæ allegari non possunt per defensorem sine mandato, ut dictum est in ij.q. Non enim dicto casu tenetur absens facto præciso, sed obligatione de non recedendo, qua non obstante comparere potest si velit, & forsan tenetur. cum propter delictum grauius seu capitale citetur, de quo de re iud.l.contumacia.§.pœnes.& l.ij.§.exhibendum. ff. de custodia reorum, per Barto. in disputatione sua statuto ciuitatis Lucanæ cauetur. Amplius idem foret dicendum si excusator allegaret ragunamentũ guerræ inter dictas ciuitates exortæ. quoniam impedimentum guerre non est meri facti sed iuris, dum non allegat ꝙ non posit præcise, sed ꝙ non tenetur propter guerram. vt dictũ est. Quin etiam propter communes guerras patrię non excusatur quis a comparendo, cum comparere posit, maxime cum saluo conductu. tenent domini de Rota eorum conclusione cccxxvij.per d.c.dilecti.in verbo, discrimina viarum, de dolo & contu. propter inimicitias autem personales, & capitales bene excusantur vt lite non conte.c. accedens.de re iud.cle. pastoralis. illas tamen nõ posset excusator sine mandato proponere. quia nõ sunt meri facti vt dictum est.

11 Decimonono quæro † quis dicatur absens. Respondeo. absens dicitur in proposito qui abest a ciuitate merum imperium habente, sicut olim a prouincia.de pœnis l.absentem, in prin.C.de accusa. l.absentem. C.de adulte.si quondam.ff.eo. l. si maritus.§. lex Iulia.& quod ibi not. Ad hoc vt quis dicatur absens facit quod scripsit Bart. ff. de damno infec.l. iiij.§.prætor ait. & l.quamuis. in v.q. & de ver. obli.l.j.in prin.& d.§.lex Iulia.& Bald.in l.fi.§. vbi autem, lo.j. C.de bo.quæ lib.ad hoc l.abesse ff.de quib.cau.maio.& l.præses, cum seq.cum gl. sua.ff.de procurato.

12 Vigesimo quæro † qualiter probetur absentia huiusmodi. Respondeo, probatur per famam. vt no.Spe.tit.de accusatore .§.j.ver. sed quid si iste. Sola enim fama & vulgi opinio sufficit in tali probatione dicit Barto. in extrauaganti ad reprimendam in verbo, per edictum, per tex. in auth. de exhibendis & introducendis reis.§.si vero, col.v. Item iudex põt & debet

bet de absentia se informare, & id examinare in quam terram abijsse dicitur per dictum text. ex eo enim ꝙ dicit abijsse dicitur apparet quod sufficiat sola fama, vel vulgi opinio, & potest se informare iudex etiam summatim, & parte non citata, secundũ Bar. in dicto verbo, & per edictum. Rursum probari potest per discussionem fiendam per nuntium seu nuntios. nam sicut fit de bonis, ita de personis secundum Bar. in d. §. prætor. & ff. de lega. ij. l. cum quidam. Ad hoc ꝙ dicitur in probatione negatiuæ in l. hoc iure. ff. de verb. oblig. per Bar. & de accusa. c. super his, per Inno.

13 Vigesimoprimo quæro † an sola absentia probet iustum impedimentum. Respondeo non, nisi concludat iustam rationem vt d. l. inter. §. ad crimen. & d. §. publice. & dicto c. veniens. Iustam autem rationem concludit si ex illa insurgat impedimentum, vt comparere non posset, vt quia sit absens vltra mare, vel in loco ita remoto, ꝙ comparere non posset ad se excusandum, vt dictum est in ij. q. & propterea oportet ꝙ probetur fama absentiæ in quam terram abijsse dicatur, vt dictum est in proxima quæstione, vt sic concludat necessario iustam absentiam & absentiæ rationem, simplex enim probatio absentiæ nihil concluderet velut incerta probatio. de probatio. c. in præsentia. C. vnde liberi. l. non hoc. posset enim esse absens in loco vicino, & sic comparere posset, & processus notitiam habere, sicut dicimus de citato ad domum, vt subdam in quæstione xxix.

14 Vigesimosecundo quæro † iuxta præmissa. Excusator ignorans in quo loco citatus sit absens comparet & allegat absentiam, & petit terminum citationis rei prorogari, vt possit inuenire absentẽ, quia ignorat vbi sit. an debeat audiri. Respondeo sic, faciendo primo fidem de citatione, secundum ea quæ dixi in vigesima quæstione. quo facto debet ei terminus assignari, vt eum inueniat, & ei denuntiet. vt C. vbi de crimine agi oportet. authẽ. qua in prouincia, secundum Bar. in extrauaganti ad reprimendum in verbo, per edictum.

15 Vigesimotertio quæro † quid si excusator dicit se diligenter inquisiuisse & non potuisse inuenire vbi foret. Respõdeo iudex procedet tanꝗ contra contumacem. Nam post illam dilationem siue veniat vel mittat legitime auditur alias secus, vt d. auth. qua in ꝓuincia secundum Bar. in d. verbo, per edictũ.

Vigesimoquarto quæro dictũ est qualiter probetur impe16 dimentum surgens ex absentia. † Qualiter probetur impedimentum meri facti absentis pone carcerationis & similium. Respõdeo. Iaco. de Are. & quidam alij videntur voluisse ꝙ debeat probari plene ꝑ testes vel instrumenta. ff. de re mili. l. iij. §. qui ad diẽ. & l. q cõmeatum. vij. q. j. ꝑsentium. de ref. in inte. c. ex literis. Spe. in tit. de appell. §. nunc breuiter. ver. q̃d ergo, videtur dicere ꝙ sufficiat iuramẽtũ, quod tenuisse vr̃ Bar. ff. de excus. tuto. l. scire oportet. §. sufficit, allegat de elec. c. q̃a ꝓpter circa finẽ. ad q̃d xxiij. q. j. c. j. & maxime cum vno teste. de procurato. ex insinuatione, videtur enim ꝙ hoc casu sufficiat probatio semiplena. vt d. c. ex literis & d. c. cum Bertholdus. Io. An. in d. ver. quid ergo. in addi. Spe. videtur velle ꝙ si probatio habet fieri de loco vicino, requiritur plena probatio, alias sufficit iuramentum. Finaliter Guli. vt refert & sequitur Bar. in l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cautio. Host. Arch. & Io. And. in c. j. de dolo & contu. lib. vj. tenet hoc relinquendum arbitrio iudicãtis, qui habet considerare qualitatem persone, & impedimentum quod proponitur, & alia adminicula, & secundum qualitatem quandoque exiget plenam probationem, quandoque exiget iuramentum. de iureiu. c. fin. & quod metus causa c. fi. & quod notatur. xcvj. dist. tanta. in glo. ordi. quod secundum prefatos Docto. quod etiam sane intelligenti voluerit Iac. de Are. Spe. Io. An. & Bar. in præallegatis locis. Et prædicta procedunt in principali. In excusatore autem si notitiam haberet absentiæ & impedimenti per veritatem idem putarem, cum nomine suo cõpareat. vt dictum est in v. q. Si vero certam notitiã non haberet oportet eum probare per famam sicut de impedimento longinquo absentiæ dictum est in xx. q. vel ad alias cõiecturas cum sufficiat probatio per coniecturas vt dictum est.

17 Vigesimo quinto quæro. † An sufficiat semiplena ꝓbatio impedimenti. Exemplum cõstat ꝙ per mare fuit tempestas. ita ꝙ non potuit tali tempore nauigari. Bartol. in l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cautio. dicit ꝙ nõ. Immo. debet probari quod ipse de domo sua recesit, & tempore debito fuit ad mare. & eo tempore tempestas fuit in mari, propter quam fuit ita impeditus, quod venire non potuit. ff. de re milit. l. qui commeatus. Vnde est consuetudo ꝙ in terris maritimis fiat protestatio ꝙ propter impedimentum maris non possit transire, cum ipse sit ibi causa transeundi secundum Bart. Quod dictum procedit quando ex alio facto vel non facto est præsumptio contra eum, quod si cessasset impedimentum non venisset, vt in exemplo Bart. quo non accedens ad mare præsumitur comparere voluisse. quia impedimentum comparere volentis absentem non excusat, sicut si alia præsumptio nõ resultat. vt quia sit in ciuitate iuxta mare posita, vel in carceribus, quia tunc sufficit probatio solius impedimenti. quia nemo præsumitur suam defensionẽ omittere, vt dixi in xvij. q. Tutum tamen foret quod protestaretur vt supra, vt dicimus in debitore ad certam diem, vt excusetur a mora per lapsum diei. ff. de constitu. pecu. l. item illa per Bartol.

18 Vigesimosexto quæro. † An impeditus huiusmodi teneatur mittere excusatorem, attende ꝙ procedit quãdo non tenetur mittere excusatorem quod est regulare de quo per Doct. C. de resti. militum l. j. & ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. ꝑ Guli. & Bar. & de procur. c. querelam. & de dolo & contu. c. cum dilectus. & per Doct. & glo. Respondeo sic, vt notatur in c. querelam. in glo. in verbo, detentus,

tus,

tus, & in d.c. cum dilecti. in glo. magna super verbo responsalem.

19 Vigesimoseptimo quæro † Quid si excusator mittat vel veniat & probet iustam rõnẽ seu instũ impedimentum absentis. Respondeo iudiciũ differtur. ff. de iud. l. si prætor. ff. si quis cautio. l. ij. §. si quis in iudicio. de electio. bonæ. de dolo. & contuma. c. cum dilecti. & d.c. veniens.

20 Vigesimooctauo quæro † Quid si nõ mittit excusatorẽ vel non veniat excusator pro absente. Respondeo siue nõ mittat. quia non possit. siue nõ mittat quia negligit, tenet processus contra absentem. sed rescinditur per restitutionẽ. Sed si compareret excusator & de impedimento doceret processus foret ipse iure nullus vt not. ff. de re iudi. l. quæsitum p glo. & Bar. in d. l. ii. §. si quis in iudicio. & in d. c. querelam. & in d. c. cum dilecti.

21 Vigesimonono quæro † Quid si excusator allegat quod citatio non potest peruenire in notitiã absentis, vel aliud impedimentum præcisi facti, iudex vltra procedit. An valeat processus. Respondeo sic nisi excusator obtulerit se probaturum & iudex contempserit. de appel. c. interposita. Saluum tamen est ius parti petendi restitutionem ex causa iniustæ absentiæ. C. quõ & quando iudex l. ab eo. ff. de in integrum restitu. l. fina. & ibi notatur. Nõ enim est necesse ad validitatẽ processus quod citatio perueniat in notitiam citati nisi iudici constet de impedimento, vel per eum steterit quo minus constaret secundum Bar. in extrauaganti ad reprimendum. in verbo, neglexerit.

22 Trigesimo quæro. † Excusator in causa capitali allegat causas absentiæ. iudex vult ꝙ satisdet de illo presentando tempore quo iusta causa absentiæ poterat esse finita. An id teneatur. Respondeo non quia nulla lex hoc dicit. Facit. ff. de colle. illic. l. iij. in fi. de trãs. c. ij. de senten. excom. is qui. lib. vj. secundum Io. And. hanc quæstionem latius prosequentem, & vt præmittitur concludentem in titulo de defensore super rubrica in additionibus Spe.

23 Trigesimoprimo quæro. † Absens impeditus impedimento puri facti constituit procuratorem ad agẽdũ & defendendum in causa capitali sed nõ ad excusandum seu allegandum causas absentię. An poterit illas causas proponere. Respondeo ꝙ nõ habet dubiũ, quia si potest sine mandato, multo fortius cum mandato generali. Sed dubium foret an posset causas absentiæ iuris proponere cũ ad eas proponendas non fuerit expresse & specialiter constitutus. quod non facit ad nostrum opusculum quo solum de excusatore sine mandato agimus. Domini tamẽ de Rota eorũ cõclusione cccxxvj. tenent quod sic. Adde rationem, quia habens certam formam mandati facit aliquid quod valet non est contra sed iuxta mandatum, vt ad propositum dicit Io. And. in titu. de excusatore, super rub. in Specu.

24 Trigesimosecundo quęro. † An causæ possint contra voluntatem rei allegari, & probari. Respondeo non, cum per allegationem causarum absentiæ sola contumacia excludatur vt dictum est in xxvij. quęstione, quæ contumacia volente reo excludi non potest. Sicut dicimus in coniuncta persona quę contra voluntatem domini non admittitur, vt notatur in Spec. de coniuncta persona versi. licet autem, & versi. item quod agit contra voluntatem, licet ad allegandum causam innocẽtiæ excusator reo inuito admittatur, ff. de pœ. l. si non defendantur, ff. de quęst. l. j. §. si quis vltro. patet ex dictis in xij. q. cũ duabus seq. Ratio differentiæ est, quia pœna contumaciæ respicit annotationem bonorum seu damnum bursale, pœna innocẽtiæ respicit personam cuius correus dominus nõ est ff. ad l. Aqui. l. liber homo. ff. de app. l. non tantum. Si tamen pęna nocentis respiceret bursale damnum non posset absentia innocentiæ allegari inuito absente, quia potest pati se damnari. Rursus si absens posset damnari ad mortem ex forma statuti, non posset præponi causa absentiæ eo inuito; quia causa absentiæ non excludit delictum, sed innocentia sic.

25 Trigesimotertio † An excusator possit allegare absentiam eius contra quem petitur executio sententiæ. Aduerte pro decisione huius quæstionis Io. And. in tit. de executio. senten. §. fin. super verbo, duodecimo in additionibus Spe. quærit an petens executionem sententiæ necesse habeat admittere defensorem qui offert pro condemnato, & post argumenta pro & contra concludit per l. j. ff. de fide instru. l. fideiuss. pro venditore, & l. an tamen, in prin. ff. de iudi. solui. ver. condemnato fideiussore reus ad defensionem non admittitur, ꝙ admittitur si facere velit quod facit dominus, & aliquantulum plus scilicet satisdare. Et si hoc faciet recte defendet ff. de procu. l. sed & hæc. §. defendere, & l. fi. de iudi. l. recte defendit. Sed dominus aut solueret aut annullaret sententiam. Ad hoc ergo faciendum admittẽdus est defensor. Audiet ergo dicens actorem habere rem petitã vt sequitur ver. xvii. vel si aliam exceptionem doli opponere sit paratus & probare. In his enim & similibus hoc expresso a iudice in alijs non sed fiet executio. C. de app. l. si contra maiorem. si enim vellet litem contestari super actione iudicati, vel facere ꝙ dominus non posset non admitteretur secundum Io. And. Ad propositam ergo qõnem si excusator allegaret causas absentiæ necessarias, quas allegare potest, vt dictum est in ij. q. ad finem; ꝙ condemnatus posset apponere, & probare exceptiones quæ sententiam annullarent, vel ad finem vt solueret audietur aliter non. Opponere autem illas excusator nõ posset sine satisdatione de rato. Et merito, quia aliud est allegare absentiam ad finem differendæ executionis quod licet. Aliud opnere exceptiones doli metus & similia propter absentiam, ad finem tollendæ executionis, quod nõ licet sine mãdato, vel satisdatione, quia nescit

an dominus velit illas opponere vt dictum est in ij.q. Posset tamen probare ꝙ sententia fuerit satis facta ne bis fiat executio, sicut in principali potest probari debitum quod petitur satisfactum in causa in qua ad diffinitiuam deueniri potest, per ea quæ dicta sunt in d.ij.q.& iij. Et si probaret pronuntiaretur sententiam non mereri executionem sicut in principali absolueretur reus, vt dictum est in x.quæst. Et si non probaret puniretur & condẽnaretur in expensis, vt in principali dictum est in vj.q. Conclude ꝙ excusator admittetur ad allegandam absentiam vt dominus posit opponere exceptiones sibi de iure vel secundum formam statuti competentes contra sententiæ executionẽ, non alias, vt dixi.

Explicit per prædicta tractatellus de excusatore sine mandato. æditus per eximium ac præclarissimum V. I. Doct.do. Antonium de Cannario, cuius anima requiescat in pace, quẽ edidit anno natiuitatis domini nostri Iesu Christi M.ccccxlvj.

SEQVVNTVR DVO CONSILIA in eadem materia Excusatoris, quæ cum reperiremus scripta in copia in fine suprascripti tractatus, Cum sint excellentissimorum doctorum, Conueniens visum fuit imprimere.

CONSILIVM D. MARIANI Sozini Senensis. super Excusatore absentis recipiendo.



MNIPOTENS Deus ad sit, Spiritus sanctus illuminet intellectum. Prædictã dubitationem in huiusmodi casibus per Senenses iudices ad punienda maleficia deputatos frequenter dubitationem fieri intellexi. Apud ques ex duplici capite dubitatio oriebatur. Primo per ea quæ traduntur in l.penul.§.ad crimen.ff.de publi.iudi.& in l.seruũ quoque.§.publice.ff. de procura. in c. veniens de accusa. vbi hanc materiam latissime tractaui. & in l.reos.C.de accusa. Secundo oriebatur dubitatio vigore prædicti statuti disponentis ꝙ testes non possint produci nisi per principales.& in præsentiarum recordor ꝙ in quatuor causis obtinui ꝙ admitteretur quis ad probandum innocentiã absentis rõne interesse reipublicæ. cuius interest potius nocentem absoluere quam innocentem cõdemnare. vt l.absentem.ff.de pœnis.& in d.l.reos cum similibus. Prima fuit quædam causa Saluatoris de Petra Mala. qui super platea interfecit Ludouicum de Forliuio conductorem gentium armorum, quem dominus Thomas Doccij & ego defendimus faciendo comparere defensorem pro suo principali interesse reipublicæ ne innocens condemnaretur.& sic fuit liberatus, & apparet liberatio & absolutio in archiuo publico. Secunda causa fuit cuiusdam Nicolai Antonij manumissi qui adhuc viuit & mihi vicinus. Et si nunc esset in ciuitate scio ꝙ habet processum & consilium meum pœnes se. quod ad vos transmitterẽ, & pro posse conabor cras habere. Tertia fuit cuiusdam Antonij mediarij Gasparis Petri de Verdellis. Quarta fuit duorum Mediariorum Benedicti Blasij Roberti, qui interfecerunt quendam virum satis robustum & fortem, qui vocabatur Nanes de Surra. quorum omnes absolutiones possumus videre in archiuo publico Bicherne. Et si diceretur non esse iudicandum exemplis. ego fateor. sed tamen hoc dixi vt cognoscatur stilus & practica. immo etiam consuetudo quæ est optima legum interpres. vt l.minime & l.inueterata. ff.de legi.in cap.dilectus de concessione præbendæ cum alijs vulgaribus. Sed omittendo exempla dico quod istud est clarissimum de iure, quoniam quotiescunque contra absentem potest procedi ad sententiam diffinitiuam admittitur excusator pro absente. ne absens indebite condemnetur. Hoc voluit domi. Anto. de But. in d.c.veniens per c.super his, de accusa. Vnde licet non possit interuenire procurator. tamen potest interuenire excusator. Admittitur enim defensor absentiæ instructor seu informator iurium absenti competentium. voluit Richardus de Salyceto in d.l.seruum quoque, in.§. publice. & Bartolo. de Saly. in d.l.reos.C. de accusationi. Quinimmo Dyn. in d.l.pen.§.ad crimen.ff. de publi. iudic. fortius voluit quod in omnibus casibus in quibus ex forma statuti proceditur contra absentem ad pœnam capitalem, potest non solum excusator seu defensor interuenire sed etiam procurator. quam sententiam etiam tenet Ioan. Andrę.in additio. Spec. in titu.de procuratore. §.j. versic. item quod causa est criminalis quasi in fin. & sic dicit tenuisse Iaco.de Arena. & Dy. consuluisse. Et predictam etiã opinionem sequitur nouissime Io. de Imo.in d.§. ad crimen. Sed quia constaret prædictum statutum, quia procurator non posset producere testes. Ideo obseruabimus quod compareat vnus de populo pro suo reipublicæ interesse ne absens indebite damnetur, qui non admittitur ad negandum sed ad confitendum factum prout gestum est, videlicet homicidium, mutilationem, vel quid simile. vigore cuius confessionis res publica & iudex inquirens habet fundatam intentionem suam. Et sic cessat illud ꝙ pro absente non debet admitti. quia non potest videri qua trepidatione, quo colore, quo pallore, titubatione, ac variatione reus loquatur quia prædicta procedunt quando comparens negare. secus si confiteretur, quia quo casu vt dixi fundata est intentio curie. Et ideo debet talem excusationem & defensionem pro interesse reipublicæ admittere & omnibus modis debet perquirere veritatem per notata.xxx. questione.v.c. iudicantem.& in auth. qui semel.C. quomodo, & quando iudex. & in l. ampliorem. C. de appella. & licet gloss. ibi dicat quod sit speciale in causa appellationis. tamen Bart. ibi tenet contrarium. facit etiam quod notat But. in l. iiij.§.hoc autem iudicium ff. de dam. infect. & quod notatur in l. si non defendantur.

fendatur.ff.de pœnis. & xxxiij.q.viij.c.occidit, & l.j.§.fin.ff.de quæstioni.& in l.qui cum maior. .§..libertus. & .§. seq.ff.de bonis liberto.facit.l. penul.ff.de interroga.actio. Dixi latissime in d.c. veniens. Vnde concludo quo ad terminos nostros quod solitus sum dare triplicem formam ad defendendum innocentem & euadendo formã prohibitiuam dicti statuti. Prima est quam statim dixi quia comparet vnus pro suo reipublicæ interesse,& confitetur talem inquisitum commisisse homicidium prædictum in inquisitione contentũ, sed licuisse sibi ratione defensionis, vel quia bannitus &c. Nam hoc casu clarissimum est ꝙ ipse dicitur principalis,& suo nomine dicitur producere testes. Secunda practica est,ꝙ ipse excusator reddit iudicem inquirentem certiorem, & iudex ipse ex officio suo citet & examinet testes, quia hoc facere debet per iura superius allegata. Et quia cum versetur publicum interesse debet super hoc impartiri officium suum vt traditur in d.§.hoc autem iudicium.& in c.ad nostram.de iureiurando.& notatur in l.properandum.§.finautẽ reus.C.de iudicijs. Tertia practica est vt ipse iudex instante excusatore vel ex officio suo mittat ad locum in quo inquisitus desijt,& scribat iudici illius loci ꝙ recipiat testes quos inquisitus producere voluerit.& sic consultus ex prædictis concludo & de subscriptione requisitus.

Ego Marianus Sozinus Senensis vtriusque iuris Doct. & sacri consistorij aduocatus subscripsi solitoque sigillo,sigillaui.

CONSILIVM D. THOMÆ Doccij Senensis, De contumace non condemnando probata innocentia.



MNIPOTENTIS Dei postulato subsidio.In pręsenti causa Saluatoris de Petra mala. Dico principaliter ꝙ duo sunt videnda. Primũ an in causa dictus ser Nicolaus defensorio nomine interuenire posit ad ostendendum de innocentia dicti Saluatoris. Secundo, an præsupposito ꝙ posit interuenire, debeat iudex absoluere dictum Saluatorem, si per dictum defensorem clare ostendatur de innocentia dicti Saluatoris. Primo quam maxime supradicta censura municipali visa Et quantum attinet ad primum omissis superfluis. Dico breuissime dictum defensorem ad innocentiam allegandam interuenire potuisse in hac causa, quamuis capitali per text. notabilem in l.seruum quoque.§.publice.ff.de procu.vbi probatur quod quilibet admittitur ad allegandas causas innocentiæ pro absente, non tamen tanquam procurator sed tanquam defensor, licet Dyn.tenuerit idem fore in procuratore.Et hanc sententiã de defensore tenuit excellentissimus doctor Bart. in l.pen.§.ad crimen.ff. de publi.iudic.& d.§.publice.& in extrauaganti ad reprimen. in glo.super verbo legitime. Mouetur quia etiam in criminalibus nullo interueniente, si iudex procedit contra absentem, debet veritatem omnibus modis perquirere. vt in auth. qui semel.C.quomodo & quando iudex. & in l.ampliorem.C.de appell. Et facit quod notat Bart.in l.iiij.§. hoc autem iudicium,de dam.infec. & facit quod notatur in l. si non defendantur.ff.de pœnis.& in l.j.§.fin.ff.de quæstio.& in l. si cum maior.§. si libertus &.§.fi. ff.de bonis liberto.;& optime probatur in d.§.publice.dum dicit quemuis pro eo verba facientem & innocentiam excusantem. Et hanc opinio.sequutus est Bar.tanquam verissimam in d §.ad crimen. Hanc etiam opinio. videtur sequi in effectu domi. Anto.de But.post Innoc.in c.veniens.de accusa.& est communis & rationabilis. Vnde concludo in hoc primo dubio quod in causa quantuncunque capitali in qua absens damnari potest vel de iure communi, vt in aliquibus casibus nota. in d.§.publice.&.§.ad crimen. per Barto.vel etiam ex forma statuti semper defensor interuenire potest ad allegandas causas innocentiæ, non tamen tanquam procurator.sed tanquam defensor & instructor seu informator veritatis, tanquam iudici assistens. Sicut dicimus in simili de legitimo assistente.ff.de inofficio.testamen.l.si suspecta. & ꝑ Bart.in l.si vna.ff de adop. & per Cano.in capit. cum super.de re iudica. Et rationem differentiæ inter procuratorem & merũ defensorem assignat Bart.in d verfic.legitime in extrauaganti. Nam si in capitalibus posset procurator interuenire ad opponendum exceptiones peremptorias in casu quo absens posit damnari, nunquam vel raro aliquis damnaretur, quia procurator semper negaret contenta in inquisitione vel accusatione.& sic incumberet onus probandi iudici, quia cum reus non fuerit contumax per comparitionem procuratoris,non habetur pro confesso, nec posset damnari. Sed in defensore non est sic, quia ex contumacia rei non comparentis, satis dicitur fundata intentio iudicis, quia habetur reus pro confesso, & si aliter non probaretur de innocentia rei posset iudex talem contumacem & ficte confessum condemnare. Sed si de innocentia constitit nõ potest iudex ex illa ficta confessione reum condemnare vt statim dicetur.


Quantum autem ad secũdum dictum licet prima fronte dicendum videatur quod ex quo apparet de confessione dicti Saluatoris inducta mediante eius contumacia,posit & debeat condemnari ad pœnam mortis per l.j.C.de confessis.& in l.pro hære.ff.ad l. Aqui.& maxime quia idem operatur ficta confessio quod vera.ff.locati qui ad certum,& l.singularia.ff.si cer.peta.& l. eius qui delatorem ff.de iure fisci. Si ergo vere fuisset confessus se dicere homicidium commisisse deberet condemnari.ergo etiam si ficte fateretur. Præterea cũ statutum supradictum tribuat formam dicẽdo quod reus inquisitus debeat citari intra tres dies, & si non venerit habeatur pro confesso, & si non venerit

nerit ad mandatum potestatis condemnetur. Vnde non videtur ab ista forma recedendum, maxime cũ videatur imposita necessitas iudici l. Seia. ff. de auro & argẽ. lega. & l. cum hi. §. si prætor. ff. de transa. Sed his non obstantibus arbitror partem contrariam de iure veriorem, quia licet statutum fingat contumacem haberi pro confesso & tanquam confessum condemnari debere tamen negari non potest ꝙ ista non sit ficta confessio. Sed quando concurrit fictio & veritas circa idem subiectum & eiusdem temporis, attendimus veritatẽ & non fictionem. vt est casus in l. filio quem pater, ff. de lib. & posthu. & per Bar. in l. j. §. hoc autem senatus. ff. ad Sylla. Cum ergo sit probatum de veritate & innocentia dicti Saluatoris, non debet iudex ex dicta ficta confessione reum condemnare, immo fortius si expresse Saluator fuisset cõfessus se interfecisse dictum Ludouicum, & tamen apparet dictum Ludouicum non fuisse interfectum a dicto Saluatore, sed ab alijs, debet iudex eum absoluere, non obstante dicta vera confessione, vt est tex. notabilis in d. l. inde Neratius. §. fin. ff. ad l. Aqui. Nec sufficit Ludouicum interfectũ fore ab alio vt prædictus Saluator condemnetur, licet in actione legis Aquiliæ sufficiat ad condemnandum a quocunque homicidium factum fuerit, quia in contrarium est speciale in Aquilia, vt dicunt ibi glo. & Docto.

Nec obstat dictum statutum dicens contumacẽ & bannitum debere cõdemnari. quia debet intelligi nisi appareat de innocentia inquisiti, sicut intelliguntur & limitantur iura communia dicentia cõfessum debere condemnari. quia restringuntur & interpretantur nisi de innocentia appareat vt in iuribus supra allegatis. Immo fortius etiã si post sententiam appareret de innocentia inquisiti non debet iudex exequi talem sententiam, vt d. l. j. in fin. de quæstio. & no. in d. c. veniens. Est enim talis interpretatio passiua quam statuta recipiunt vt l. fina. §. in computatione. de iure deli. & in l. omnes populi. per Bartol. ff. de iusti. & iur. facit l. ij. C. de noxa. cum similibus. Et sic concludo dictum Saluatorem fore de iure absoluendum cum de innocentia sua constet per dicta testium, non obstante sua contumacia & ficta confessione.

Et ita dico & consulo iuris esse Ego Thomas Docij de Senis vtriusque iuris doctor.

FINIS.



TRACTATVS DE POTESTATE PROCVRATORIS & defensoris in causis criminalibus ad interpretationem. §. ad crimen l. pe. ff. de publi. iudic. & §. publice l. seruum quoque ff. de procuratoribus.

AVCTORE IOANNE ANTONIO Rubeo Iureconsulto & Patritio Alexandrino.

SVMMARIVM.

1. *Materia huiusce tractatus est vtilis & alta.*
2. *Damnari nemo debet sine accusatore, ne in priuatis quidem delictis, nedum in publicis.*
3. *Testificari quilibet permittitur, qui non reperitur prohibitus.*
4. *Accurare cuilibet permissum est. nisi prohibitus reperiatur.*
5. *Accusator se ad pœnam talionis inscribere debet.*
6. *Accusator & accusatus in pari custodia detineri debent. Aliter tamen de consuetudine seruatur. num. 7.*
8. *Inscriptio ad pœnam talionis, teste Alberi. amplius fieri non solet.*
9. *Pœna talionis introducta est à lege antiqua, media iuris prudentia, Cæsarea & Pontificia.*
10. *Accusator in crimine publico quare procuratorem constituere non potest.*
11. *Dispositio. §. nostri, an in his casibus procedat, in quibus non habet locum pœna talionis.*

12 Procu-

402 *Confessus non potest opponere de ineptitudine libelli.*

403 *Confessus per tormenta non potest opponere, ꝙ non potuit interuenire procurator.*



ATERIA huiusce tractatus vt Bartol. exorditur in hoc. §. ad crimen. est profunda & secundum Albert. † est solẽnis & subtilis. Quorum sententiæ astipulari videtur Paulus Castrensis in l. seruum quoque. §. publice. ff. de procurato. qui hanc materiam nedum subtilem & vtilem, sed periculosam & confusam dicit: nec ab horum patrum sententia discedit. Ang. in l. reos. C. de accusa. qui & ipse subtilem vtilem & altam fore attestatur. Ego tamen quanto clarius & breuius potero in hisce caloribus enitar totis viribus eam vobis explicare: nonnulla pro planiori intellectu præmittendo: deinde ordinate ponam quãplures ampliationes & limitationes ad huiuscemodi. §. vltra eas, quas tradunt Moderni in c. veniens. de accusa. quas ex post succincte, & tãto subtilius quantum potero disputabo: vt & procuratoribus si potero & causarum patronis eminentissimis satisfaciam. Est igitur primo premittendum illud vulgare † ꝙ sine accusatore nemo damnandus est. l. rescripto. §. si quis accusatorẽ. ff. de mune. & hon. quod non solum procedit in publicis criminibus, sed etiam in priuatis delictis. l. fi. vbi pulchre Alberi. ff. de in ius vocan. facit text. in c. j. vt eccle. benefi. & tradit Bar. in extrauagan. ad reprimendum in verbo per accusatione. † & sic vt quilibet admittitur ad testificãdum qui vero reperitur prohibitus l. j. de testi. † ita admittitur quilibet ad accusandum qui a lege non prohibetur glo. in rubri. C. qui accu. non possunt cum similibus de quibus per Hipp. in consili. lxxxiiij. col. j. non tamẽ ita passim, & ita facile cuipiam accusare permittitur: † quandoquidem oporteat quemlibet accusatorem se ad pœnam talionis inscribere lege duodecim tabularum hoc dictãte. §. pœna. insti. de instit. de iniur. & l. si cui. ff. de accusa. & l. fi. C. eodẽ. quod etiã a lege canonica permittitur. viij. q. iiij. c. j. & c. quisquis. ij. q. vltima. † immo accusator & accusatus debent detineri in pari custodia d. l. fin. C. de accu. & l. iij. ad l. Iuliam maie. & tradit Bar. infra in ij. col. † est verum ꝙ Guid. de Suza. i l. fi. de accu. dicit: ꝙ sepe vidit peti ꝙ accusatori i carcerem detruderetur vna cum ipso accusato: tamen hoc nunquã de cõsuetudine seruatum fuit. & istud est etiam de mente Bar. & Albe. in d. l. fi. Et † subdit Albe. ꝙ de consuetudine amplius nõ fit inscriptio, † tamen hoc nedum a lege antiqua, ac media iuris prudentia, & lege cæsarea statutum est, sed etiam a lege pontificia: † & hæc est potissima ratio, ꝙ ex parte accusatoris ad crimen publicũ persequendũ procurator constitui non potest: & non ab re dicit Alberi. in l. in priuatis. ff. ad Turp. ꝙ † in hisce casibus, in quibus non habet locũ pœna talionis, non ꝓcederet. §. noster quod non puto verum, & maxime; † quia in casibus in quibus proceditur per viam inquisitionis seu denuntiationis, de quibus per Bar. in l. iij. §. si publico. ff. de adult. & in extrauaganti ad reprimendum in verbo per inquisitionem. & in verbo per denuntiationẽ. nõ procederet huiuscemodi. §. & tamen ipsemet Albe. in d. l. seruum quoq;. §. publice, col vj. vult † ꝙ etiam ex parte inquirentis seu denuntiantis procurator cõstitui non possit: cuius sententiæ astipulatur vulgaris regula. §. affinitatis, insti. de nupt. & l. si non lex Aelia Sentia, ff. de hæredi. insti. est verũ ꝙ Io. de Anania, in suo consi. j. refragari videtur opinioni Albe. in d. l. seruum. §. publice. crebrior tamen & solidior censetur sententia Albe, tum quia accusator & accusatus nõ debent ad imparia iudicari: tum etiam quia ex parte denũtiati & inquisiti procurator ad crimen publicum persequendum constitui non potest. ergo nec ex parte inquirentis seu denuntiantis per illud vulgare nõ debet actori licere quod reo nõ permittitur. Secundo præmittendum est † ꝙ publicum iudicium põt tripliciter sumi. scilicet stricte, & large, & largissime: vt Bal. Ange. & Imola dicunt in l. j. supra eodẽ. In hoc tamen tex. secundum Ang. & Imolã capitur stricte, & dicitur stricte publicum iudiciũ vbi lege cautum est. ꝙ si publicum. & in hoc publico intelligit etiã l. infamẽ. eo. tit. & l. qui publico ff. de accu. † & in hoc publico iudicio vbi est certa & determinata pœna habet locũ pœna talionis. vt tradit Alber. in l. in priuatis. ff. ad Turp. † & ille qui desistit ab accusando & persequendo crimẽ publici iudicij incidit in Turpillianũ: † quod solum vendicat sibi locum in crimine publico l. j. C. ad Turpi. & l. si quis repentes. §. fi. ff. ad Turp. † Sunt tamen quędã publica iudicia in quibus qs punitur extra ordinem, & pœna pecuniaria: vt in l. j. infra ad l. Iuliam. de anno. l. j. ad l. Iuliã de ambi. & in alijs casibus de quibus per Albe. in d. l. in priuatis, & in quibus probabiliter posset dici non habere locũ huiuscemodi. §. sed infra dicã. Tertio præmittendũ est. ꝙ † licet tex. loquatur de publico iudicio tamen secundum communem opinionem habet etiam locum in priuato, vbi imponitur pœna corporis afflictiua: † Et sciendum est ꝙ delictorum priuatorũ quædam sunt nominata & quædam innominata. Nominata enim sunt furtum, iniuria, & rapina: † vt in casu l. si quis ex domo. ff. vi bonorũ raptorum: † & de his priuatis delictis nominatis loqtur titulus de priuatis delictis. † Innominata autem sunt illa de quibus in titu. de extraord. crimin. † & in his delictis, in quibus pœna non est determinata a lege, non habet locum pœna talionis: sed accusans punitur extra ordinem: quia etiam in his priuatis delictis proceditur extra ordinem. l. fi. de priua. delic. & l. in priuatis. ff. ad Turp. † nec habet locum pœna Turpiliani de qua in l. iij. §. fi. ff. de præuarica. Quarto & vltimo præmittendum est: † ꝙ in hac materia sunt plures tex. qui videntur diuersimode loqui. & primo tex. in l. j. ff. an per alium cau. appella. qui loquitur in principio. ꝙ i criminibus alius pro alio non potest appellare: † tamen appellatione criminis tam priuatum quam publicum, & tam leue ꝙ graue cõtinetur, iuxta l. leuia infra de accusa. tamen

tamen ille tex.in verbo ſinautem.loquitur de cau 28 ſa capitali: † cuius appellatione ſtrictiſsime venit pęna ſanguinis.l.transfigere.C.de tranſa. ſtrictæ vero pęna damnationis in metallum, & de- 29 portationis.l.exiliũ ff.de interdi.& relega. † & tamen eſt valde dubium an tex.noſter habeat locum in relegatione quæ large dicitur pęna capitalis.l.licet ff.de verbo.ſigni.Item tex in l. ſeruum quoque.§. publice.de procuratori. tradit pro regula. ꝙ in cauſis capitalibus defenſio datur: ergo videtur innuere ꝙ poſsit admitti pro- 31 curator† imo tradit pro regula,ꝙ vbi abſens poteſt condemnari in criminalibus, ibi admittitur procurator:& tamen in hoc tex.Iuriſconſultus videtur innuere ꝙ poſsit ferri ſententia in abſentẽ. 32 dum dicit ſententiam differant:†& ideo iſte tex. reſtringitur ſecundũ Ang.et Imo. hic in ſententia annotationis bonorum. de qua vide practica Bar. 33 in l.j.ff.de req.reis:†.Eſt & alius tex.in l.ij.C.de procu.qui videtur innuere, ꝙ ſolum in cauſis pecuniarijs poſsit cõſtitui procurator:& tamen alia iura volunt, ꝙ vbi agitur de pęna remotionis ab ordine alicuius dignitatis,quæ eſt minor pęna relegationis iuxta.l.j.ff. de iniu.vel de pœna interdictionis loci vel patrocinij. iuxta.l. moris.ff. de pœnis.ꝙ poſit admitti procurator & propter iſta iura quæ videtur adinuicem contrariam hec materia difficilis reddditur.que quidem infra concor 34 dabo: Aduerte tamen dum ſupra dixi † ꝙ in delicto priuato non habet locum pœna ralionis: vt declarat Albe.in l.in priuatis.ff.ad Turpil. quia in contrarium videtur caſus in l.fi. de priua.delidum dicit nec cogendus erit in crimine ſubſcribere: quem tex.ponderat ibi Albe.& in l.fi.C. de iniu.conſidera ſi dici poteſt ꝙ iſta iura loquantur de ſubſcriptione partis, quæ profitetur ſe velle perſeuerare in accuſatione.de qua per Bar.in l.ſi cui.ff.de accu.vel dic.melius.ꝙ habet locum ſub ſcriptio:ſed non quaſi ſit iudicium publicum. vt dicit pulcher tex.in l.fi.ff.de furtis.quia talis ſubſcriptio fit ad pęnam extraordinariam imponendam arbitrio iudicis vt traditur in c.ſuper his, de accuſa.& declarat Albe.in d.l.fi. Summa hunc tex. & eum diuide vt hic per Bar. cum quo tranſeunt Benedictus de plumbino & Imola hic: alio tamen modo cum ſummat Angelus hic.& diuidit vt per eum:ſummarium placet:diuiſio autem minime:nam dubium faciebat in hoc tex.primo re- 35 gula quæ habet,ꝙ † per locum a ciuilibus ad criminalia arguitur.l. abſentem vbi glo.Iacobus de 36 Arena,Petrus & cæteri.ff.de pœnis:ſed†in ciuilibus admittitur procurator, & ante litem conteſtatam.& poſt:ſiue agatur ciuiliter ex contractu vel quaſi, ſiue agatur de crimine ciuiliter:de primo eſt tex.in l.j.§.vſus. de procu. de ſecundo eſt tex.in 6.tiæ.in fine.de procur. Secundo faciebat 37 dubium in hoc tex. nam † cauſa famæ & cauſa vitæ ęquiperatur l.iuſta, de manu.vindi.& l.fi.ff. 38 quod metus cauſa: † ſed in cauſa famę interuenit procurator l.furti.§. qui alieno.ff.de infa. immo, intereſt ipſius rei conuenti ꝙ poſsit conſtitui procurator.quia quãdo procurator condemnatur,nec ipſe nec dominus infamatur: Tertio faciebat dubium,nam ille qui proſequitur appellationem accuſati vel inquiſiti condemnati allegat cauſam 39 cauſæ: † & tamen inuito reo quis poteſt appellare l.non tantum.de appell.& l.addictos, C.de ap- 40 pella † imo poteſt quis abſentẽ defendere l.ſi non defendatur. ff. de pęnis & l.ij. infra de cuſto. re. 41 † Item quis poteſt ſine metu pęnę talionis in crimine publico & capitali paciſci & transigere l.ſi de præua.& l.j.de bonis eorũ qui ante ſenten.ſibi mor.conſci. ſi ergo quis poteſt appellare inuito reo,et poteſt tranſigere ſine metu calumnię ſiue ſit accuſator, ſiue reus,quare non debet poſſe conſtitui procurator.prime rationi dubitandi reſpondetur,ꝙ illa regula procedit vbi eſt eadem ratio,et 42 vbi contrarium expreſſe non reperitur:†& ideo dixit ſinglr Romanus i ſingu.ſuo. dclxxxviij.ꝙ dilationes indaciarum, quæ dantur reo per auc. offeratur C.de litis conte.non datur in criminali 43 bus.hinc eſt ꝙ † ſi quis vulneretur a pluribus,& ab vno mortaliter, ſi moriatur omnes puniuntur pęna legis Aquiliæ l.item Mela.ff.ad l. Aquil. & tamen non puniuntur pęna homicidij ſecundum Anch.in conſi.cxvj.& Alex.in conſil.xvj.vol.j.

44 Secondę rationi dubitandi reſpondetur,† ꝙ l. iuſta, loquitur quantũ ad cauſam manumiſsionis. qa ſicut iuſta manumiſsionis eſt cauſa.vbi ſeruus dominum liberauit periculo vitæ ita & periculo infamię. Item illa regula procedit in bonis viris l.iſti quidem,ff.quod met.cauſa.Sed apparent rari nantes in gurgite vaſto: non autem procedit in delinquentibus. iuxta illud oderũt peccare boni uirtutis amore. oderunt peccare mali formidine pęnę.vel dic ꝙ cauſa famę æquiperatur cauſę criminali, vbi agitur ciuiliter. quia vtroque caſu poteſt interuenire procurator.vel dic ꝙ ibi infamia venit in conſequentiam,& iſto caſu admittit procurator. ſecus ſi principaliter,glo.in l.non ſolum.in.§.fi.in gl.pen. ſupra de procurato.nam ſi admittatur procurator ipſe non infamatur d.§.ꝙ alieno,nec etiem dominus. Tertię rationi dubitandi d.l.non ſolum. vno modo reſpondet Albe.i d.l.ſeruum quoque.§.publice.ff.de procur.et dicit ꝙ ille tex.procedit ex quadam coniunctionem, quæ eſt inter homines. Alio modo reſpondet Bar. in d.l.nõ tantum.circa fi. ꝙ ille tex.loquitur vbi reus eſt incarceratus.ſed prima ſolo Albe.nõ concludit.quia attenta illa coniunctione deberet etiã poſſe conſtitui procurator,non facit etiã opi.Bar. quia tex.in l.j.ff.an per alium cau. vult abſolute ꝙ in cauſa appelationis capitali non admittatur 45 procurator:† tu reſponde alio modo ꝙ tex.in l. non tantum. videtur ſolum loqui de actu appellationis, non autem de ipſius proſequutione. & hoc probatur in l.addictos, C.de app. & ratio poteſt eſſe quia ſi laberetur tempus ad appellandum datum,infereretur præiudicium ipſi reo irreparabile.quia deberet decapitari.facit text.in l. ſi quis filio exhæredato.§. hi qui.ff. de iniuſt. rupt.irri. teſt. Vltimæ rationi dubitandi reſpondetur, ꝙ permittitur alicui ſiue ſit accuſator, ſiue reus redimere ſanguinem ſuum per tranſactionem, nõ 46 tamen licet conſtituere procuratorem:†ideo videnda eſt ratio, quare ſit accuſator non poſsit cõſtituere

stituere procuratore, vt sequamur ordinem iuris consulti hic: & Bar. assignat hic tres rationes vt hic per eum. Tu aduerte circa primum inquantū Bar. dicit ꝙ si vera esset ratio Butr. ꝙ quis posset constituere procuratorem vindicando suam vel suorum iniuriā. arg. d. l. licet quia potest replicari ꝙ ille tex. ꝓcedit vbi quis agit actione populi, & principaliter, vel saltem ęque principali. ꝙ sequitur interesse priuatum sicut publicum, & si dicatur prout dicit hic Imol. columna xv. ꝙ saltem lite conte. in actione populi deberet admitti procurator. l. sicui. §. primo de verbor. significatio. et tamen text. noster dicitur absolute, ꝙ ad crimen publici iudicij persequendum frustra interuenit procurator. ergo & ante & post lit. contesta. replicari potest ꝙ non est absurdum restringere text. in l. si cui. vt non procedat vbi agitur principaliter ad vindictam publicam ex crimine publico. arg. gloss. in l. die. in verbo quidam. C. qui accu. nō poss. attento maxime quia in his criminibus publicis reperiuntur multa specialia. vt supra dixi. Et si iterum dicatur aduerte, quia tex. noster procedit etiam in crimine priuato. dico ꝙ est valde dubium, an iste tex. locum habeat in crimine priuato, & infra demonstrabo ꝙ solum habet locum in crimine publico, respondendo ad l. fin. C. de iniu. alio modo ꝗꝫ faciant Mod. i d. c. veniens. de accus. & ꝙ hæc ratio sit vera innuit tex. dum dicit ꝙ frustra interuenit procurator. qui innuit ꝙ ex quo est crimen publici iudicij, ad eum persequendum non potest interuenire procurator. & ita intelligunt tex. hunc Mod. Senen. in d. c. veniens in. v. col. ver. circa primum. & in ver. sexta ratio sed iste intellectus non est tutus. quia tex. postea subdit, & multo magis ad defendendum.

47 † & tamen in actione populari ex parte rei potest admitti l. qui populari actione. ff. de popu. actio. Secunda ratio est: † ex parte accusatoris quę

48 est verior cæteris. ꝙ ideo non potest accusans cōstituere procuratorem. quia tenetur se subscribere ad pęnam talionis. quæ ratio probatur in c. tuæ. de procu. & cum hodie ista ratio sit abolita per generalem consuetudinem. videtur ꝙ posit defendi hæc opi. ꝙ ex parte accusatoris non possit in-

49 teruenire procurator; † quia correcta ratione legis, censetur correcta ipsa lex gloss. in l. prima de legi. tuto. & si dicatur prout dicit Areti. in l. secunda in tertia columna. in versicu. circa tertium requisitum, de vulga. & pupilla. ꝙ licet sit correcta ratio legis remanet tamen lex fundata in autho itate. facit gloss. secundum eum in l. liberos. ad si. ff. de mino. & id quod dicit Bartol. in l. cum hi. §. transactionem. de transact. que iura volunt, ꝙ licet tollatur ratio solennitatis introducendæ in alienatione rei ecclesiasticæ, vel in transactione alimentorum. non tamen cessat solenni-

50 tas. † quia dico ꝙ id quod dicitur ꝙ correcta ratione legis censetur correcta ipsa lex ꝓcedit vbi ratio est generaliter correcta. Secus si sit correcta in aliquo casu: quia tunc nō cessat legis dispō. ita intelligitur tex. in l. j. in fin. de mino. vbi licet reperiatur aliquis minor qui bene gerat negocia sua. tamen iura loquentia de minoribus non ces-

51 sant in tali crimine: † nec aliquid facit glo. in l. liberos. ff. de capi. dimi. immo facit pro gloss. in d. l. j. de le. tut. quia glo. ibi sentit ꝙ si illa imaginaria venditio de qua ibi fuisset causa illius capitis diminutionis, ꝙ isto casu esset correcta ipsius

52 legis dispositio, † sed vbi erant due rationes licet vna sit correcta, non censetur correcta lex. §. affinitatis. instit. de nupt. Et retenta ista opi. infertur, ꝙ siue procedatur per viam accusationis, siue per viam exceptionis, vel alio quouis modo ex parte accusatoris inquirentis vel denunciãtis aut excipientis, potest interuenire procurator. licet contrarium sentiant communiter interpretes hic cum alijs copiose relatis per Mode. Senen. in d. cap. veniens. de accu. in vlti. char. Infertur secundo ꝙ non est tantum dubitandum, an possit constitui procurator ad libellandum tantum vel ad lit. contestan. vel ad excipiendum vt infra per Bart.

53 Ange. & Imo. vbi dicemus. Tertio infertur, † ꝙ in his casibus, in quibus non habebat locum pœna talionis. de quibus per glo. Barto. & alios in l. si cui. infra de accu. & in l. qui crimen. C. qui accus. non pos. & per Barto. in l. ij. §. si publice infra de adul. poterat constitui procurator. quia cessabat ratio pœnæ talionis. de qua in d. cap. tuæ. de procur. & in l. ij. C. qui accu. non pos. Et si quispiā subtiliter diceret licet cesset illa ratio militant tamen alie rationes, & maxime illa ꝙ ipse principalis magis accurate & diligēter defendet ipsam causam. quia dico ꝙ illa habet locum, vbi principalis posset subire capitis periculum. l. j. C. ad legem Corn. de fals. de quo tamen dicam plenius.

54 infra. Sed † tota difficultas consistit in indagando rationem, quare ex parte rei non possit interuenire procurator. & Bartol. hic videtur tradere quatuor. & duas alias tradit in extrauaganti ad reprimendum in verbo legitima, quas refert hic Imo. colum. xv. & duas tradit Speculator relatus hic per Imo. & do. Benedictum de Plumbino. colum. xj. & has rationes & dicta Imol. referunt Moderni in dicto capitu. veniens. colum. iiij. de accusa. Veritas consistit in tribus rationibus adductis hic per Bartol. & licet omnes improbentur prima defendi tamen potest: ꝙ mens glos. hic fuit dicere. ꝙ sicut sententia capitalis non potest ferri in absentem, non possit etiam ferri in procuratorem, & si dicatur ex quo non potest ferri in procuratorem, quia non deliquit. poterit ferri in

55 ipsum dominum, † l. fin. in ver. sinautem iudice contra eum probaturo C. de iniur. replicari potest ꝙ ille text. procedit in delictis leuioribus. sed in crimine publici iudicij, in quo venit imponenda pœna capitis. sicut non potest ferri sententia contra procuratorem, qui non deliquit, non

56 potest etiam ferri contra absentem. † quia ratio non patitur, vt in graui delicto absens condemnetur. vt dicit text. in l. prima de requiren. reis. Et si quispiam diceret hoc modo declarando, hæc ratio erit eadem cum ratione Bartolus dicatis ꝙ ideo non potest constitui procurator. quia iudicium posset reddi elusorium. quia videns aliquis se posse condemnari. confugeret ad ecclesiam Diui Antonij, et constitueret procurato-

curatorem; quia dico ꝙ est eadem ratio indubitã ter, (quæ secundum Bar. & alios, & communiter tenetur) ne delicta remaneant impunita. Sed con-
57 tra eam vltra alios opponitur, primo, † & videtur ꝙ licet executio sententiæ non possit reddi elusoria, non potest cõstitui procurator. probatur in d.c. veniens, de accusa. secundum Are. ibi. nam ibi executio sententiæ non poterat vt dixi reddi
58 elusoria, † quia depositio ab officio & beneficio de qua ibi, trahit secum executionem; & tamen prohibetur constitui procurator. & tamen attenta ratione Bartol. vbi iudicium non potest reddi elusorium, deberet admitti procurator. Secunda obiicitur difficultas. nam ex crimine propter quod venit imponenda pœna relegationis, iudicium non potest reddi elusorium, quia potest ferri in absentem. l. absentem. ff. de pœnis, & tamen Barto. infra in iij. col. vult ꝙ in causa relegationis non possit constitui procurator, & tamen debet posse constitui, ex quo iudicium non potest fie
59 ri elusorium, † cum absens possit relegari.
60 Tertia obiicitur difficultas, † nam ille qui in crimine semel comparuit in iudicio, si postea se absentet, licet vere sit absens. c. comparati, de appella. tamen iuris interpretatione videtur præsens probatur ex notatis in l. fi. ff. de in integrum restitutione. titulo generali, vbi sententia lata contra eum, qui non dimisit procuratorem, dicitur lata contra absentem, secus si contra eum qui procu-
61 ratorem constituit. † primæ difficultati respondetur, ꝙ est verum ꝙ in c. veniens executio non potuisset reddi elusoria, quia sententia illa trahit secum executionem, sed bene potuisset reddi sententia elusoria si potuisset constitui procurator, quia in ipsum non potuisset ferri senrentia, nec etiam in illum reum absentem. per regulam l. ab sentem, ff. de pœnis. Secundæ difficultati respon-
62 detur, ꝙ verior opi. est, vt dicimus infra. ꝙ † in causa relegationis possit constitui procurator per tex. in l. seruum quoque. §. publice, ff. de procura.
63 Tertiæ difficultati respondetur, & fateor ꝙ † ille qui dimisit procuratorem dicitur præsens iuris interpretationem, sed in causis grauibus requiritur præsentia vera, non autem interpretati-
64 ua, per regulam d. l. absentem, ff. de pœnis. † Et sic habes defensatam cõmunem rationem ab impugnationibus Aretij, in d.c. veniens, in xij. col. de accusa. quidquid dicant repetentes ibi in iiij. col. qui dicunt ꝙ nulla concludens ratio possit
65 assignari. Tertia † & vltima datur ratio per Barto. hic tam ex parte rei, ꝗ accusatoris, ꝙ ipse principalis magis accurate, & diligenter defendet causam suam, quæ ratio secundum Bald.
66 Ange. & Imo. hic fuit † glo. in l. non solum, in fi. ff. de procur. licet repetentes in d.c. veniens, versi. quinta ratio, dicant ꝙ in libro suo illa glo. hoc non dicit, sed decipiuntur in hoc. nam hæc ratio videtur indubitabilis. secundum Imo. hic, & post eum Mod. in d.c. veniens, quia vbi potest procedi contra absentem, ibi potest interuenire procurator. l. seruum quoque. §. publice, supra de procu. Et tamen etiam in isto casu militat ratio, ꝙ quis accurratius diligentius, & fidelius causam suam
67 tuetur. Et † si dicatur ꝙ in casu §. publice, secundum intellectum Bar. infra non admittitur procurator tanquam procuratur, sed tãquam excusator, & instructor, qui solum potest prodesse absenti, nõ autem nocere. certe ista solutio confunditur per illum tex. dicentem quemuis allegantem innocentiam debere admitti, quæ verba innuunt. ꝙ etiã tanquam procurator admittatur, qui potest pro-
68 desse & nocere domino, c. ij. de confes. † Et ideo considera, si potest alio modo intelligi text. noster & ille tex. nam in hoc text. dicitur ꝙ ad crimen publici iudicij persequendum frustra interuenit procurator, modo dicitur in l. reos, C. de accus. ꝙ leges publicorum iudiciorum reos permittunt in capitalibus causis etiam per procuratores defendi. dico ꝙ ille tex. est intelligendus vbi rei sunt absentes ex iusta causa, & videtur ꝙ tunc sit admittendus procurator. & in his terminis ex mente Ang. quem nullus hic refert potest intelligi ille tex. dum dicit ꝙ ordinarium & æquum est, quemlibet debere admitti ad indagandam innocentiã, & sic ad allegandum causas absentiæ. tex. vero noster loquitur vbi quis latitat, & non vult cõparere, licet possit, iuxta l. Fulcinius. §. quid sit latitare, ff. ex quibus cau. in pos. eatur. & ita intelligi
69 tur tex. hic, † & hoc modo posset inferri, ꝙ absens ex iuxta causa in criminalibus posset constituere procuratorem, secus tamen in latitante, esset tamen mgna restrictio ad iura dicentia, ꝙ in crimine capitali non admittatur procurator, quæ sunt plura, vt dixi, sed posset replicari ꝙ æquum est, regulam fallere, vbi æquitas hoc suadet. l. ij.
70 . §. item Varus, de aqua plu. arcen. † sed tenendo communia, potest dici ꝙ ideo non potest admitti procurator, quando proceditur contra absentem, quia posset ei fieri maius præiudicium, ex quo absens potest damnari, & ideo æquitas suadet, ꝙ isto casu non admittatur procura. argu. in l. exigendi, . §. fi. cum ibi not. C. de procu. & si quispiam subtiliter diceret in casu l. sic diu. C. de procu. & in ca-
71 su l. lex Cornelia. §. constitutum. † & in extrauagan. ad reprimen. in verbo legitime, potest ferri sententia in absentes, ergo potest interuenire procurator, dico ꝙ lex non considerauit tantum præiudicium in illis casibus, ex quo voluit ꝙ possit ferri sententia contra absentem, patet in crimine læsæ maiestatis, vbi admittuntur etiam testes fa-
72 mosi. Tertia datur ratio, † quia si admitteretur procurator, reus videns se posse condemnari, non compareret, sed hac ratione attenta, idem faceret aliquis vbi vocaretur in seruitutem. & tamen potest constitui procurator. & ideo Mod. in d.c. veniens, dicunt non posse assignari concludentem rationem. & tamen in col. xxx. in xv. q. dicũt ꝙ quidam assignant hanc rationem, & ideo in causa criminali non potest constitui procurator, quia iudex ex inspectione in faciem, & in personam rei, id est, qua trepidatione, & quo colore, & vultu loquatur accusatus vel inquisitus melius cognoscet, lex ergo voluit ꝙ in causa tanti præiudicij, non debeat admitti procurator, vt causæ ipsæ melius innotescerent & liquidarentur, & hanc rationem posuit hic Imo, in effectu col. xv. & Albe. in d.

in d.§.publice,in x.col. in ver. sed quid si audita causa,& clarius Areti.in d.cap. veniens . Et pro ista ratione iudicio meo est text. expressus , in c.tuæ,de proc.& eo maxime quia procurator agẽ do causam negligentius præiudicaret reipublicæ sed ista ratio licet concludat ex parte rei, non tamen concludit ex parte actoris , qui non tenetur amplius ad pœnam talionis . Et ideo considera, 73 † ꝙ lex quantum potest videtur restringere facultatem accusandi.l.si cui,infra de accu.& l.fin. eo.tit.ibi,innocentiam feriamus.& ideo vbi quis vult accusare , lex vult ꝙ ipsemet accuset.& vbi accusauit si desistat,afficit eum pœna de qua in l. iij.§.fi.de præuar. Et hoc facit ne aliquando contingat innocentes damnari.d.l.fi. ibi,ne innocentiam feriamus,nil mirum ergo si non vult ꝙ accu 74 sator possit constituere procuratorem, † ex parte vero rei,quia causa est magni præiudicij, adeo ꝙ reus in causis criminalibus suis defensionibus renunciare non potest,glo.in l.pactum inter hæredem,ff. de pact. ideo vult ꝙ non possit procurat. constituere,attento maxime , quia etiam interest reipublicæ , vt vterq; tam accusans ꝙ̃ accusatus compareat corã iudice,vt possit dignoscere , quo vultu,& quo colore,& qua animi trepidatione loquatur.iuxta l.iij.ff.de testib. & secundum Bart. ad finem huius.§. videtur ꝙ intersit etiam reipublicę vt accusans ipse etiam compareat. & sic iũgitur quodammodo fauor publicus cum priuato. vt pulchre declarat Aret.in d.c.veniens,col.xij. sed ista ratio fauoris publici non tãtum consideratur ꝙ̃ præiudicium ipsius rei conuenti.patet,quia vbi accusans vel accusatus suspicabitur se posse condemnari , vterq; potest transigere, & sic sanguinem suum redimere,& sic isto casu non procedit titulus de præuari.nec procedit l. in fisci causis,ff.de iur.fis.vt est casus in l.j.in fin. de præua. 75 † Et ꝙ lex magis consideret præiudicium ipsarum partium,ꝙ̃ reipublicæ probatur in l. j.de requi.reis.vbi lex vult ꝙ in casu graui absens non possit condemnari , & ex quo vult ꝙ absens non possit condemnari propter grauitatẽ causæ, vult etiam ꝙ non possit interuenire procurator propter grauitatem causæ, quia ista duo procedunt a 76 pari. Primo nota ex hoc text. † ꝙ ad crimen publicum persequendum frustra interuenit procu 77 rator,& est aduert.ndum. † quia omnia iura loquuntur in criminibus publicis, vt probatur in l. tunc conuenit,C.de accu.& in l.de fide, C.ad le. Corne.de fals.& in l. ij. C.qui accusa. non pos. 78 † & ideo Ang. hic in iij. col. fuit in ista opin.ꝙ vbi crimen est publicum,siue possit ferri sententia in absentem,siue non, siue possit imponi pęna corporalis,siue pecuniaria,ꝙ in crimine publici iudicij non possit interuenire procurator , & pro ista opi. Ang. multum stringit tex.hic in fi.qui videtur præsupponere , ꝙ hic possit ferri sententia, & restringere istum text.ad sententiam notationis bono um.vt dicunt Ang. & Imo. magna esset restrictio , quia appellatione sententiæ ita potest includi sententia causæ principalis, sicut annotationis bonorum.et suadetur ista opi. Ang.quia ita dicitur publicum crimen illud, quod non est capi 79 tale,sicut illud,quod est capitale, † quia publicorum iudiciorum quædam sunt capitalia, quędam non capitalia.l.ij.supra eo.ergo tex. iste debet intelligi de vtroque crimine . facit pulcher text. in l.cum de lege,vbi Are.ff.de testa & suadetur hæc opinio Ang.quia crimina publica habent nescio quid specialitatis.quod non habet crimina priuata,probari videtur in l. fi. de furt. vt dixi supra. 80 † Contrarium tamen tenet Imo.hic.quem sequũtur formaliter Mod.in d.c. veniens,in ij.memb. in j.q.in viij.col.qui adducunt post Ange.& Imo. hic tres tex.& primo l.iij.vbi sena.vel clari.vbi plane probatur . ꝙ etiam sunt quædam crimina priuata,quæ per procuratorem exerceri non pos 81 sunt. † Ad idem facit tex.in l.j.C.vt tam ciui.ꝙ̃ cri cau.iuncto princ.cum fi. nam ibi in principio fit mentio de furto, quod clare est priuatum delictum , & tamen dicitur in fine quod accusatione instituta contra officialem , finito officio debet causa ipsa per se persequi ; non autem per procu 82 ratorem. † Et suadetur etiã per tex. in l.j.an per alium cau.app.qui tex.facit differentiam,an causa sit pecuniaria , vel capitalis , & in capitalibus vult ꝙ non admittatur procurator,secus in causis pecuniarijs,& tamẽ in capitalibus lex illa nõ di 83 stinguit publicum crimen a priuato : † sed tu aduerte quia Ang.non negat quin.§.noster habeat locum etiã in priuatis criminibus,sed vult ꝙ in crimine priuato fiat distinctio, an sit capitale vel nõ. & non vult ꝙ ista distinctio fiat in crimine publico.quia ita dicitur proprie crimen publicum, vbi imponitur pœna pecuniaria . sicut vbi imponitur pœna capitalis. & multa sunt specialia i ipsis criminibus publicis. contra Ang. tamen videtur ca- 84 sus in † d.l.tunc cõuenit.C.de accu.quæ proprie vult ꝙ in criminibus publicis vbi causa deposcit inscriptionem, non possit interuenire procurator, secus in pecuniarijs causis,vt ibi subdit tex. Tota igitur difficultas reducitur ad hoc,an in criminibus publ cis in quibus imponitur pœna pecuniaria,sit necessaria inscriptio,& iura absolute dicũt ꝙ in criminibus publicis sit necessaria inscriptio. nec distinguunt capitalia a non capitalibus. Pri 85 ma † ergo ex prædictis datur ampliatio ad hunc tex.vt procedat ne dum in delictis publicis,verũ etiã in delictis priuatis. Secunda datur amplia- 86 tio vt procedat etiã in crimine quasi publico.† & sic in crimine suspecti tutoris.quod est quasi publicum.l.iij.§.cõsequens ff.de susp.tut.nam si agatur vt tutor debeat principaliter puniri,non admittitur procurator vt plene per Imo.hic in vj.col.vbi plene dicam,secus tamen si ageretur ꝙ principaliter remoueretur a tutela.quia licet posset contingere ꝙ puniatur. tamen attenditur id quod principaliter agitur . vt hic plene per Imo. & probatur vltra eum.quia reo existente non soluendo.posset imponi pœna corporalis l.fi.de in ius voc. & l.si quis id quod.§. in seruos.ff. de iurisdi.omn.iud.
87 Tertia datur ampliatio ad hunc tex.† vt etiam procedat vbi proceditur per viam inquisitionis. quia inquisitio de iure ciuili succedit loco accusationis l.ij.§.si publico.ff.de adult. secus tamen est de iure canonico vbi non agitur de pœua sanguinis

nis.c.sententia.ne cler.vel mona.& tradit Albe. in l.seruum quoque.§.publice. in vj. col.in versi. item est casus satis notabilis. vbi etiã vltra alios And.de Pisis.& Bald.ff.de procur. & idem tenet Barto.in d.l.si cui §.j. & hæc ampliatio de plano procedit,vbi illa pœna quæ imponitur per viam accusationis,imponitur et vbi proceditur p viam 88 inquisitionis. Quarta datur ampliatio † vt etiã procedat,vbi opponitur de crimine per viã exceptionis ad finem puniendi. quia isto casu non põt interuenire procurator.secundum Mod.in d.c.veniens.in iij.q.in vlt.membro.in pen. col.vbi etiã quærit an admittatur vbi proceditur per viam de 89 nũciationis. Quinta † ampliatio datur secundũ Bal.in d.l. seruum quoque.§.publice . vt adeo sit prohibitus procurator in criminalibus,ꝙ non possit etiam offerre libellum,quia libellus est de substantia iudicij.l.accusaturus.ff. de adul. & libellus non potest substantiari in persona procuratoris multo minus poterit admitti ad litem conte.vt dicunt Mod.in d.c.veniens.col.xlij.in versi.tertio quæro.& dicam infra. Sexta datur ampliatio 90 tio † vt non admittatur etiam ad medium causę, quia tex.hic dicit simpliciter ꝙ nõ admittitur ad crimen publici iudicij persequendum, ergo videtur remouere procuratorem ab omni persecutio- 91 ne,† quia cum remouetur genus,remouetur etiã quælibet eius species.ita tenet Spec in tit.de procu.§.j.vers.sed nunquid.vbi Io. Andr. in addi.ad eundem Spec.post Rofre. Tancr. & Albert.Galeotũ. & hæc ampliatio de plano procedit in his casibus in quibus absens damnari non potest, vel etiam vbi non est incarceratus de quo infra dicã 92 late . Septima cadit ampliatio,† vt multo minus possit interuenire procurator ad respondendũ positionibus,vel confitendum delictum.secundum Bal.in d.l.seruum quoque.§.publice.ff. de procu. & ratio est,quia reus debet per seipsum confiteri. idem tenet Salyc.in l.reos.C.de accusa. Octaua 93 erit ampliatio † vt etiam procedat , vbi quis accusatur de vulnere,& dubitatur an vulnus sit mortale,quia isto casu etiam non admittitur procurator,ita vult Bald.hic dũ dicit ꝙ debet admitti sub conditione,vt talis procurator habeatur pro non admisso , si contingat illum mori. & hoc fortius vult Io.de Imo. hic qui vult ꝙ nõ admittatur nec simpliciter nec sub cõditione,quia posset reddi iudicium elusorium , ex quo pars semper eligeret comparere per procuratorem sub conditione postea condemnatus pœna corporis afflictiua, eluderet iudicium,& statim ꝙ videret se posse condemnari aufugeret. Sed tu considera,ꝙ secundũ Bald. & do. Flor.in l.si vulnerato seruo.ff. ad l. Aquil. vbi fit processus super vulnere cum procuratore, si postea sequatur mors , est necessarius alius processus nouus,nec ex primo potest sequi condemnatio.secundum Barto.vbi cæteri communiter in l. damni infecti.§.Sabinus.de dam. infec.Frãcis.de Capitibus listæ inter cons.criminalia. Cæpola in consil. xl. in ij. col. posset tamen saluari ista ampliatio, vbi actum esset contra vulnerantem, qui vulnerasset animo occidendi , quia isto casu sequuta morte valeret processus,& per consequentiam non posset admitti procurator nec simplici- 94 ter nec sub conditione . Nona † datur ampliatio ad istum text.ex mente Bal.in l.reos C.de accusa. & Bartol.in l.i. de publ.iudi. vbi volunt,ꝙ vbi imponuntur duæ pœnæ alternatiuæ altera pecuniaria & altera corporalis,ex quo ibi datur pęna capitalis, ideo non poterit interuenire procurator , quod de plano procedit . secundum Imol. hic,vbi electio pœnæ spectat ad iudicem.secus tamen si spectaret ipsi reo . Sed tu considera quidquid dicat Imo. quia videtur ꝙ omni casu possit admitti procurator.attento ꝙ reus non potest eligere pœnam corporis afflictiuam , quia nemo est dominus membrorum suorum.l. liber homo.ff.ad legem Aquil. & infra dicam . Decima cadit 95 ampliatio, † vbi lex dicit puniatur tali pœna,puta amputatione manus vel alia . nam illo casu, quia dictio alia, est respectiua similium , non esset admittendus procurator. iuxta not.per gloss.vbi Bald. eam multum not. in l.si fugitiui.C.de seru. 96 fugiti . Vndecimo amplia singulariter † vbi pro delicto agitur principaliter ad infamandũ,qa isto casu non põt et interuenire procurator, & ita voluit gl.in l.nõ solũ.§.fi.in gl.pen.quam sequunt Mod. repetentes in d.c.veniens.col.xx.in versi. octauo q̃ro.facit tex.in l.iusta.ff.de manu. vin.et in l.fi.ff.quod met.cau.Secundo facit, qa si posset interuenire procurator,iudiciũ posset reddi eluso- 97 riũ,† quia procurator alieno nomine condẽnatus non efficitur infamis,nec ipse ne ille pro quo cõparuit.l.furto.§.qui alieno.ff.de infa. Duodeci- 98 ma cadit ampliatio.† vt etiam iste tex.procedat, vbi pro delicto potest imponi pœna perpetui carceris, quæ pœna æquiperatur damnationi in metallum , per quam quis efficitur seruus pœnæ. secundum Bartol.in l.ij.supra eo. & isto casu vide- 99 tur,ꝙ non possit interuenire procurator , † sed tu considera,quia videtur ꝙ text. in l.aut damnũ. in fin. de pœnis . velit ꝙ pœna perpetui carceris ęquiperetur damnationi in opus publicum.de quo plene dixi in l.imperium.ff.de iurisd.omn.iudic. hæc tamen ampliatio vera est vt tenet Cępola in consil.xx.col.ij.vt infra dicam,plene. Decima- 100 tertia † cadit ampliatio ad istum text. vt etiam procedat vbi pro delicto imponitur pœna pecuniaria & corporalis copulatiue,quia tunc non po- 101 test interuenire procur.secundũ Imo.hic,† quia vbi concurrunt duæ causæ vna quæ nocet, & altera quę prodest,debet attendi causa quę nocet l.Pedius.§.j.ff.de arbit.& l.si quis in graui.§.fi.de procu.& si quispiam subtiliter,diceret,nõ ne de iure communi regulariter admittitur procurator?quo casu succedit, id quod dicit Ias.in l. si arrogator. in xiij.col.ff.de adopti.vbi dicit ꝙ q̃n causa quæ prodest reducit nos ad ius cõe, illa attenditur, replicari põt , ꝙ etiam lex cõis vult ꝙ regulariter vbi agitur de pęna corporis afflictiua,prohibetur constitutio procuratoris , quo casu q̃n concurrunt duæ causæ,vna quę prohibetur,& altera quę permittit,non attenditur cã permittens l.si Ruffinus. C.de test.mil. Decimaquarta cadit ampliatio.se 102 cundũ Bar.hic,ꝙ † vbi stat statutũ vt q̃s possit impune offendi, q̃a cũ hęc pęna sit deportatione maior,vi-

ior. videtur ꝙ non posſit interuenire procurator, & idem eſt de mente Bal. in l. ij. de publ. iud. vbi dicit ꝙ ſi ſtatutum dicat ꝙ qui declinat iuriſdictionem poteſtatis poſsit impune offendi, perdit ius illius ciuitatis, cuius videtur factus hoſtis, quod de plano procedit vbi talis pœna eſt perpetua, verum eſt ꝙ Bal. in l. ſeruum quoque. §. publice, videtur velle contrarium, ſed præcedens opi. eſt verior & tenenda, quam etiam tenuerunt repetentes in d. c. veniens, col. xxvij. in xij. q. de accuſa. & ſi dicatur, vt dicit ipſe, ex quo ſententia poteſt ferri in abſentem, videtur ꝙ poſsit admitti procurator replicari poteſt ꝙ iſta conſequentia non tenet vt infra per Bar. in iij. col. vbi dicam latiſsime.

103 Decimaquinta cadit ampliatio, † vt vbi per ſtatutum imponitur pœna arbitrio poteſtatis, vt eſt Papiæ, vbi ſtatuto cauetur ex delicto aliquem puniri in ære vel in perſona inſpecta qualitate delicti, & cõditione perſonæ arbitrio poteſtatis, iſto caſu non poterit interuenire procurator, vt plene ſcribit Signorolus in ſuis conſilijs conſi. clxvii. incipiente ſtatuto ciuitatis Papiæ cauetur, & tradit plane Anch. in conſi. cclxxiij. incipiente plene & ſubtiliter eſt allegatum. Decimaſexta ca

104 dit ampliatio † etiam in pulchro caſu quem tradit Cępol. in conſi. xx. in ij. col. vbi dicit ꝙ ſi condemnatus ad perpetuos carceres aufugiat, ꝙ ſicut in illa tali cauſa non poteſt comparere per procuratorem, ita non poteſt per procuratorem teſtes qui contra eum depoſuerant accuſare de falſo, ſecundum Bal. & Nelum per eum relatos. Deci-

105 maſeptima cadit ampliatio; † vt etiam vxor & filij nõ poſsint conſtitui procuratores in cauſa criminali, immo nec poſſunt comparere pro eorum intereſſe, vt per Cępol. in d. conſi. xx. in ij. col. ad fi. de quo tamen infra dicam. Decimaoctaua ca

106 dit ampliatio; † vt etiam procedat tex. iſte, vbi virtute ſtatuti poteſt procedi contra abſentem, ita ſentit Bar. ſupra in v. col. & idem Bar. in extrauag. ad reprimen. nam etiam iſto caſu non poteſt interuenire procurator qui poſsit nocere ipſi reo accuſato vel inquiſito. & hæc fuit opinio Raynerij in l. reos, vbi Bal. in viij. col. in ver. quæritur vbi abſunt, & hanc eſſe communem dicit Alex. in conſi. cxvj. incip. Animaduerſis ſtatutis, eſt verum ꝙ Iaſ. in l. is qui, in iij. col. qui teſta. fac. poſ. videtur amplecti contrariam ſentẽtiam, ꝙ immo quando poteſt procedi contra abſentem in eius cõtumaciam poſsit interuenire procurator, & plures alios citat Hippo. in ſua practica in. §. ſequitur in. vj. col. & in conſi. lxxxj. in viij. col. præcedentem tamen opin. tenet Corn. Peruſi. in cõſi. cxxij. in ij. col. volu. iiij. ſed infra plene dicam & in diſputatione ponam. Decimanona cadit amplia-

107 tio. † ꝙ adeo vera eſt hæc opinio, vt non poſsit etiam reus accuſatus vel inquiſitus conſtituere procuratorem ad confitendum ipſum delictum. ſecundum Bal. in l. ij. C. quorum ſententiæ app. non reci. Vigeſima cadit ampliatio ſecundum Ang.

108 & Imo. hic, vt adeo ſit vera iſta regula: † vt Papa non poſsit de poteſtate ordinaria in cauſa criminali admittere procuratorem, licet de potẽtia abſoluta poſsit hoc facere. & ideo ſecundũ Ang. princeps poteſt per ſuum reſcriptum facere ꝙ admittatur procurator in cauſa criminali, dummodo in reſcripto apponat clauſulam non obſtante tali lege, ſed iſta ampliatio apud me eſt dubitabi-

109 lis. † quia ꝙ non admittatur procurator fuit introductum propter grauitatem cauſæ, & quia iudex partibus auditis melius poteſt veritatem diſcernere, & ideo ſuper hoc cogita. Vigeſima-

110 prima datur ampliatio, † ꝙ adeo vera eſt iſta regula, ꝙ procurator non poteſt admitti ad petendum reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam latam in cauſa criminali, ita voluit Bald. in l. j. §. de qua. de poſtulan. & Areti. in d. c. veniens. col. xx. de quo plene ſcribit Hippolytus in ſingulari ſuo. ccxxj. incipiente. Reſtitutis in integrum. & idem Hippo. in d. §. ſequitur. colum. j. Vigeſi-

111 maſecunda datur ampliatio, † vt etiam procedat, vbi in crimine publico ſeu capitali imponitur pœna ipſo iure, quia etiam iſto caſu non poteſt interuenire procurator. ſecundum Pet. de Ancha. in d. l. ſeruum quoq;. §. publice intereſt. ad finem. de procur. & vult Alex. in addi. ad Bar. in hoc. §. noſtro & Hippol. in d. §. ſequitur. col. viij. in verſ. item ſuos. Vigeſimatertia datur ampliatio ad

112 hunc tex. † vt etiam procedat, quando reus accuſatus vel inquiſitus eſt præſens in iudicio, quia ẽt tunc non poteſt interuenire. & pro hac opin. facit iſte tex. qui generaliter loquitur. Secundo facit tex. in l. j. ff. an per alium cau. app. agi po. Et merito quia accuſans & accuſatus debet eſſe in vinculis. l. j. ij. & iij. ff. de cuſt. reo. & ſi dicatur contrarium tenet Bal. in l. reos. C. de accu. & Mod. repetẽtes in d. c. veniens. col. xxxj. in q. vij. reſponderi poteſt, ꝙ l. non tantum. de app. quæ per eos ad-

113 ducitur, nõ facit ad propoſitum, & merito, † quia prædicti Moder. repetentes volunt, ꝙ pro accuſatore præſente oblato libello per accuſatorẽ poſſit ad omnes alios actus interuenire procurator, quod vr̃ contra hunc text. qui loquitur generaliter, ꝙ ad crimen publici iudicij perſequendũ fruſtra admittitur procurator, & ſic vr̃ reuocari pro-

114 curator ab omni proſequutione, † & a quo remouetur genus remouetur quælibet eius ſpecies l. fundum. de fundo inſtr. & l. fi. §. j. de ſuis & legit. & facit quia videtur ſpeciale in illuſtribus qui

115 poſſunt conſtituere procuratores, † & tamen in l. fin. C. de iniu. præſupponitur ꝙ illuſtres eſſent præſentes, niſi dicas tenendo opin. Bal. ꝙ iura referuntur ad abſentes, vt probatur in d. l. reos. C. de acc. & in d. l. ſeruum quoq;. §. publice intereſt. Et certe durum eſſet ab hac opin. recedere in pra

116 ctica. Veritas † tamen dependet ab illo articulo, an pro carcerato poſsit interuenire procurator, & Barto. hic colum. iiij. tenet ꝙ ſic, & idem tenet Angel. hic col. j. Imol. colum. ix. qui dicit ꝙ ſic ſeruatur de conſuetudine, & idem dicit do. Benedic. de Plumbino. colum. xj. & hanc opin. tenet Alber. in d. l. ſeruum quoque. §. publice, in vj. colum. poſt Archidia. per eum relatum. vbi etiã Bald. dicit ꝙ ſic ſeruatur de cõſuetudine. & idem dicit Bald. in l. reos C. de accuſa. & eſt communis opin. vt teſtatur Fely. in c. inueniemus. de accuſ. et Mod. repetentes in d. c. veniens. in. v xiij. q. colũ.

xxx.de accuſa.& ſic ſecundum omnes iſtos ſeruatur iſta conſuetudo. Fundamentum huiuſce communis ſententiæ conſiſtit in quatuor. Primo quia 117 ſicut† dominus admittitur procurator pro ſeruo carcerato.l.ſciendum.& l.ſeruus.ff.eod. & l.Lucius.ff.de appe.ita & quilibet alius.ſecundo facit l.ſi non defendantur.ff.de pęnis. vbi carceratus ſeruus non ſolum a domino ſed ab omnibus defendi poteſt l.non tantum. de appellatione vbi Bar. vult ꝙ etiam ipſo reo inuito poſsit quis cauſam appellationis proſequi.& tamen ille qui non poteſt conſtituere procuratorem in cauſa principali,non poteſt etiam in cauſa appellationis.vt in hoc.§.iuncta l.j.an cauſæ appella. per alium red. 118 po. Tertio † facit ſtringens fundamentum. nam ſecundum Bar. in carcerato videntur ceſſare omnes rotiones per quas ex parte accuſatoris videtur prohiberi conſtitutio procuratoris. patet quia in ipſum preſentem ſententia ferri poterit.& contra ipſum executioni mandari. & hoc modo iudicium eluſorium non reddetur.& quia plenius, diligentius , & accuratius ipſe cum procuratore ꝗ ſolus cauſam ſuam defendet tamen Ioan.And.relatus hic per Imol.intelligebat hanc communem 119 ſententiam hoc modo: † vt incarceratus poſſet conſtituere procuratorem ad omnes actus . preterquam ad litem conteſtandam.& ad ſententiam 120 audiendam, quę opinio non diſplicet Imo.†Cōtrarium tamen tenuere ſubtiles Vltramontani ſecundum Albe.in d.§.publice. in vij.col. in verſi. item queritur.qui voluerunt ꝙ nō poſsit admitti procurator, nec ad vnum , nec ad duos articulos, ſicut non poteſt admitti ad ſententiam. quia a quo remouetur genus,remouetur & quilibet eius ſpecies.l.fundi. ff. de fun. inſtru. Item ſi prohibetur conſtitui procurator ad ſententiam audiendam . videtur etiam prohibitus ad alios articulos . per quos deuenitur ad eam l. oratio. ff. de ſponſal. & eo maxime , quia videtur ſpeciale in perſonis illuſtribus. vt poſsint conſtituere procuratore,preterꝗ ad ſententiam.ergo in contrarium eſt ius cōmone.& dicit Dyn.in d.§.publice.ꝙ huic rationi non poteſt congrue reſponderi. Albe.tamen tenet hanc opin. ꝙ domino exiſtente præſente ſeu incarcerato admittatur procurator ad media cauſę, & ita dicit ſæpe obtinuiſſe de facto. eſt verum ꝙ ipſe reus debet litem conteſtari.& interrogari,& ſimilia facere.quæ non poſſunt congrue expediri per procuratorem,& cum hac diſtinctione tranſit hic do.Benedictus de plumbino col. xij. Contrarium indiſtincte tenet vterque Salyc. in d.§. publice.& in l. reos.C. de accuſa. Et mouetur primo,quia videtur ſpeciale in caſu l.non tantum.ff. 121 de appella.vt admittatur.Secundo mouetur†per tex.in l.j.ff. an per alium cauſæ appel. vbi patet ꝙ fuit ſentētia lata ī cauſa capitali. ergo reus erat præſens.alias non potuiſſet ferri l. abſentem. de procurat. & tamen alius appellare non poteſt , & tamen neceſſario preſupponitur,ꝙ ibi condemnatus eſſet in carcere.l.eos.§.ſuper his.ff.de appella. 122 Tertio† facit tex.in l.miles.§.quidā.ff.de adulter.vbi dicitur ꝙ vtile tempus quod datur marito ad accuſandum vxorem de adultero, ipſi marito in carcerem coniecto non currit.ergo datur intelligi.ꝙ non poteſt conſtitui procurator ad accuſandum de adulterio. quia ſi poſſet conſtitui procurator ipſi marito tempus decurret. & ita dicit etiam Bart. in d.§. quidam. Vltimo facit quia 123 † reus accuſatus vel inquiſitus de cauſa capitali ſolet in vincula detrudi.l.ij §.fi.C.de exhib, reis.Ergo ſi vera eſſet iſta ratio ſemper poſſet pro incarcerato conſtitui procurator, & ſic eſſet poſſibile ꝙ procurator ipſe eſſet multum negligens , & ſic poſſet multum nocere ipſi reo in cauſa talis præiudicij. quod non eſt concedendum. & maxime.per iſtam tex.qui generaliter loquitur. Et tenendo hanc opin. reſponderi poteſt ad obiecta. ſecundum Albe.in d.l.ſeruum quoqne.§.publice. 124 in.iij.col. † ſcilicet ꝙ l.ſeruus. & l. ſciendum. ff.eodem loquuntur vbi dominus vel eius procurator comparet pro eorum intereſſe , non autem ad defendendum ipſum ſeruū vt pœnam euitet.Et 125 † ſi dicatur iſta ſolutio non ſatisfacit ad l. ſi nō defendantur.de pęnis.replicari poteſt ꝙ etiā ille tex.loquitur in ſeruo , pro quo dominus vel alius nomine domini admittitur pro intereſſe pecuniario.nec iſtud videtur abſurdum,ꝙ quis non admittatur vt procurator. ſed admittatur vt tertius. vt probatur in l.ſi eum,vbi Bart.ff.ſi quis caut.& in 126 l.ij.ff.eodem. Videmus in ſimili† ꝙ vxor poteſt prohibere pro ſuo intereſſe ne bona mariti publicentur.l. ſi quis poſt C. de bonis dam. & ſic illa iura non probant , ꝙ in criminalibus admittatur procurator.Si velles tamen tueri communē opin. 127 poſſes dicere:† ꝙ ille tertius qui admittitur pro ſuo intereſſe , admittitur ad allegandum cauſam cauſæ. Sed replicari poteſt,ꝙ licet admittatur ad allegandum cauſam cauſæ, tamen nō videtur ad- 128 mitti vt procurator,ſed potius vt defenſor.†Nō obſtat.l.non tantum, de appell.quia ad illum tex. reſpondet Alberi.in d.l.ſeruum quoq; .§.publice, ff.de procura.et do. Anto.in c.veniens.de appell. ꝙ ille tex.loquitur de appellatione ad quam admittitur quilibet ratione coniunctionis,vel ratione officij, ad quod homo homini tenetur. ſed illa lex non conſiderauit hanc cognationem.l. ſed & ſi.ff.de procura.iunctis his quę notantur in l.iij.§. parentes.de in ius voc,& profecto ſi ratio cognationis deberet conſiderari etiam ad crimen publicum perſequendum deberet admitti procura- 129 tor.quod negat tex. noſter. † & ideo Aretin. in d.c.veniens in.xviij. col. reſpondet alio modo ꝙ ille tex.loquitur in actu appellationis,non autem in ipſa proſecutione. qui quidem actus etiam die feriata fieri poteſt. Sed huiuſcemodi ſolutio ex verbis illius tex.confundi poteſt. Et primo dum dicitur in principio.non tantum ei qui ad ſupplicium ducitur prouocare permittitur. ſed etiam alio nomine eius.ſed prout tex. loquitur pro eo qui ad ſupplicium ducitur non ſolum intelligitur de actu prouocationis, ſed etiam de ipſa proſecutione , & præſertim quia tex.dicit ſi ille mandauit &c.ſed a communiter accidentibus non ſolet mandari ſolus actus appellandi , ſed etiam ipſa appellationis proſecutio. Item ſolutio Areti. videtur contra rationem illius tex. dum dicit quid

ergo

ergo si resistat qui damnatus est perire festinans &c. nam si ille tex. loqueretur de solo actu appellationis, posset facile reus perire permittendo labi tempus appellationis, quæ ponderatio fuit repetentium in d.c. veniens. quæ tamen non videtur tuta. quia illa festinatio ibi consideratur quantum ad hoc quia damnatus ducebatur ad supplicium, & ideo mihi placet solutio Are. ꝙ ille text. 130 loquatur solum de actu appellationis, † vt probatur in d.l. adictos, ibi, interponende appellationis copiam non negamus. verum est ꝙ hæc solutio facile posset morderi. quia text. in d.l. adictos. loquitur de appellatione interponenda ab ipsis damnatis, non autem ab alijs. tenenda tamen videtur solutio Areti. alias vt infra dicam. esset necesse restringere tex. in l.j. ff. an cau. appel. vt procederet quando reus condemnatus non esset incarceratus ideo ego dico ꝙ ille casus est specialis. vt quis posit appellare, vbi quis ducitur ad supplicium & ideo credo ꝙ non procederet vbi non duce-131 retur ad supplicium verum † etiã Rapha. Cuman. & Angel. de Aret. volunt in d.l. non tantum. in ij. col. ꝙ ille tex. habeat locum in damnato ad mutilationem alicuius membri, & in deportato. ego tamen credo ꝙ ille text. habeant locum ad illud tempus, quo ducitur ad supplicium vt tunc posit procurator appellare. vel potest dici ꝙ ibi admittitur procurator non tantum vt procurator, sed tanq̃ defensor qui potest solum prodesse non autem nocere. Non ob. aliud fundamentum Bar. dicentis ꝙ melius per se et alium simul causa tuetur, q̃ per vnum solum. quia respondeo ꝙ lex abhorret ꝙ vbi agitur de tam graui præiudicio. quod est quodammodo irreparabile, admittatur procurator quia posit & prodesse & nocere. Nec est etiam verum, ꝙ cessent omnes rationes adductæ per Bar. quia licet cesset illa ratio ꝙ iudicium nõ posit reddi elusorium, non tamen cessat alia qua Bart. considerat circa fi. istius. §. ꝙ hic agitur de 132 fauore publico. & sic Bar. considerat † ꝙ perfectius poterit dignosci veritas. si ipse reus ducatur ad iudicem, vt posit ipsum interrogare, et videre quo vultu. qua continentia, & qua trepidatione loquatur. iuxta l. de minori. §. tormenta. de questionibus. Secundo considerat Bar. fauorem publicũ. & ob hanc causam, videtur concludendum etiam pro incarcerato non esse admittendum procurato-133 rem. Si † quis tamen vellet disputare hũc passum ad partes posset modo respõdere ad adducta cõtra 134 communem. Et primo † ad tex. qui magis stringit in l.j. ff. an per alium cau. app. ꝙ ille tex. debet intelligi, quando reus post sententiam erat absens, & sic aufugerat, quod aliquando contingit, & sic per ius cõsiderari potest. et ita respõdet. Imo. hic col. ix. sed replicari potest ꝙ ex quo reus condẽnatus solet strictius in vincula detrudi, et sic solet fortius custodiri, q̃ añ latã sententiã. l. fi. C. de cust. reo non est verosimile, ꝙ aufugiat. & esset magna violatio ad illum tex. restringere illum ad hunc casum, qui est rarissimus. nisi dicas, ꝙ ex quo reus ipse est pñs, & sic potest condẽnari. videtur ꝙ posit constituere procuratorem per regulam. l. seruũ quoque. §. publice. de procu. & sic non est absurdũ restringere tex in d.l.j. an per alium cau. appe. ad casum quando aufugit. vt iura iuribus concordentur. attento maxime quia tex. in l. non tantum. de app. vult. ꝙ quilibet admittatur ad appellandum pro reo condennato. Si velles tamen tueri contrariam opi. volo ꝙ aduertas ad. l. fin. C. de iniu. vbi videtur speciale ꝙ persona, illustris posit ꝓcuratorem constituere ad omnes actus preterq̃ ad sententiam: & tamen ille tex. potest intelligi etiã eo casu quo accusans vel accusatus est incarceratus. si ergo est ibi speciale, ius commune erit in 135 contrarium. l.j. ad Munic. † Non ob. tex. in l. miles. §. quidam. quia ad illum text. respondet hic Ang. ꝙ ibi illa tpa non currunt. quia volens aliũ accusare non potest hoc facere per procuratorem, licet pro carcerato admittatur: & sic sensus illius tex. est ꝙ maritus q erat incarceratus, non poterat accusare vxorem suam de adulterio per procurator sed non negat quin ipse posset constituere procuratorem in causa pro qua in carcerem coniectus erat, vel potest dici secundũ Imo. ꝙ ille text. potest intelligi quando carceratus vellet accusare coram alio iudice, non autem coram illo a quo in custodiam t[illegible]aditus fuit. Vel potest intelligi ꝙ ibi fuit iniuste incarceratus, & ideo eidem succurritur. vt dies quibus in custodia fuerit, sibi non computetur iuxta. l. succurritur allegatam ibi per gl. ff. ex qui. cau. ma. & iste videtur verior intellectus q̃ intellectus Ang. in l. iiij. ff. de adul. Non ob. aliud fundamentum, ꝙ nõ videtur conueniens, ꝙ in causa tanti præiudicij dictum vel factũ procuratoris nocere posit ipsi domino, attento maxime ꝙ accusator & accusatus debent esse in vinculis & sub custodia. l.j. & fi. C. de accu. & l. ij. & iij. infra de cust. reo. quia responderi potest, ꝙ iura considerant. ꝙ vbi potest ferri sententia in aliquẽ, ꝙ ibi potest cõstitui procurator, et esset dubio procul sa is absurdum ꝙ pro quolibet actu deberet incarceratus duci ad banchum iuris & ideo lex tolerat ꝙ pro eo posit interuenire procurator. & hæc videtur crebrior sententia, a qua in iudican-136 do non est recedendum. † Mihi tamen videtur posse sic dici; aut enim quærimus quo ad lit. conte. & ad respondendum interrogationibus seu positionibus posit constitui procurator, & crederem ꝙ non. & ita procedat tex. in. l. ij. C. de exhib. reis. & in l. ij. de cust. re. quæ iura volunt ꝙ reus ex vinculis causam suam dicere debeat. & ita faciunt iudices prudentes. qui faciunt ipsum reum litẽ contestare personaliter, & positionibus respondere, 137 † quibus tenetur in criminalibus per verbũ veritatis respondere, & non per verbũ credo. Bart. tradit in l. inter oẽs. §. fi. de fur. & hoc modo potuerunt dignoscere melius & eruere veritatẽ. ar. d. l. de minore. §. tormẽta. ff. de qõni. Aliqñ quærimus an in medio ipsius causę posit admitti procurator & sic in his quæ non pñt commode expediri per incarceratum, cui esset difficile pro quolibet actu exire carceres, & ad causam venirę, & credo ꝙ isto casu posit admitti ꝓcurator, & ita dicit Alb. sepe se vidisse de facto obseruari in practica. Aut q̃rimus an posit cõstitui procurator ad sentẽtiam & omnes concludunt ꝙ non quia verba sententię

ad

ad ipsum carceratum præsentem ad tribunal sunt
formanda, non aũt cõtra existentem in uinculis.
quia tunc esset lata cõtra absentem.l.iiij.§.qui in
aliena.ff.de dam.infe.Crederem tamen ꝙ ad oẽs
actus substantiales de quibus in l. prolata. C. de
sen.debeat ipse duci ad banchum iuris.& ex prę
missis habetur prima limitatio ad hũc.§.ꝙ ad cri
mẽ publici iudicij persequendũ põt ꝓ incarcera-
to interuenire procur. Secunda datur limitatio
138 ad istũ tex.vt † nõ ꝓcedat in crimine hæresis,et
in alijs criminibus,in quibus quis damnatur post
mortẽ,de quibus ꝑ Doc.in l.defuncto.infra eo. &
in l. ex iudiciorũ. infra de accu. & ita concludit
Albe.in d.§.publice.col.vj. in ver. sed nũquid in
139 crimẽ hęresis.de ꝓcur.qui subdit ꝙ † de hoc fuit
magna cõcertatio in Romana curia tempore Cle
mentis.V.corã quo instante Rege Frãciæ accusa
tus erat Bonifacius viij.de crimine hęresis per d.
Guil.de Nogareto.& fuit obtentum. & ita voluit
Bal.in l.reos.C. de accu. & sic hæredes possunt
cõstituere procuratorem vbi defunctus accusatur
de crimine hæresis.& ita cum hac opi. licet Albe
ricũ non referant transeunt Mod.Senẽ.in d.c.ve-
140 niens.col.xxxvj.ver.xviij.quæro: † quia si ali
ter diceremus,excluderemus defensionem,qđ esse
non debet.& eo maxime quia morte vr̃ extingui
ipsum delictũ.l.defuncto.infra de pub.iud. quo ca
su uidetur solum tractandũ de qõne bonorum. &
ubi causa est pecuniaria ẽt ꝙ ex ea quispiam in-
famari possit,admittitur procurator, ut probatur
in l.j.an per aliũ cau.app.red.pos. & si quispiam
141 subtiliter diceret,nã hic agitur de † pœna priua-
tionis omniũ bonorũ, quæ pœna causę criminali
ęquiperari videtur,vt gl.dicit in l.j.C. de re. po-
stu.lib.x.& probatur in l. ꝑꝑ litẽ. de excu. tut.&
in.§.propter litẽ.inst.eodem,replicari põt,ꝙ iura
prohibentia procuratorem constitui ad persequẽ-
dum crimen publicum seu priuatum,solum consi-
derant,an pro delicto sit imponenda pœna corpo
ralis,an vero pœna pecuniaria.& primo casu tñ
prohibetur procuratorẽ admitti.sed tu considera,
quia licet morte delinquẽtis extinguatur delictũ,
vt cõtra eum non possit formari inquisitio,minus
142 possit mortuus damnari † tñ damnatur memoria
ipsius proditoris,seu hæretici,ut contra memoriã
ipsius possit formari inquisitio. secundũ Ang. de
Are.in.§.interdũ.insti.de hęre.quę ab intest.defe.
& secundũ eundẽ in trac.malefi.in gl. Traditore
che hai tradito la tua patria,& hæc limitatio pri
ma fronte vr̃ sine dubio, quia videtur absurdũ ꝙ
defensio denegetur, vbi impugnatio cõceditur.l.
143 facultas.C.de iur. fis. In contrariũ † tñ vr̃ casus
in c.filij.de hære.li.vj.qui videtur velle ꝙ soli fi
lij vel hęredes possint in crimine hæresis admit-
144 ti.tũ quia † interest filiorũ ne memoria defuncti
damnetur: Itẽ interest hæredũ ꝑꝑ confiscationẽ bo
norũ,sed ad istũ tex.respõdet Alb.in rub.C. de hę
re.in vlt.col.& dicit ꝙ licet ille personæ quarũ
magis interest primo admittãtur ar.l. si plures.ff.
de accu.tñ eis deficiẽtibus alijs non est denegata
defensio.& per hoc solũ vr̃ confundi id qđ dicunt
Mod.in d.c.veniens.q.xviij.qui dicũt ꝙ hęredes
ipsius defuncti pñt constituere procuratores, quia
si admittũtur ꝓcuratores in subsidiũ.vr̃ ꝙ donec
extant filij vel hæredes ipsi debeãt cãm prosequi.
attento maxime quia hic agitur de causa maximi
ꝑiudicij ,& sic de infamãdo ipsum defunctũ,& de
cõfiscatione oĩum bonorũ.nõ est tñ a cõi opi.rece
dendũ.ꝗ efficacius ꝓbatur in extrauag.ad repri.
in verbo legitime. qui text. nõ cauillando literã
probat. ꝙ etiam in vita proditoris põt interueni
145 re procu.quicquid dicat Bar.quia † in his crimi
nibus in quibus damnatur memoria defuncti,sunt
multa alia specialia patet in l. famosi.ff.ad l. Iul.
maie.vbi in his criminibus testes regulariter in-
habiles admitti solẽt,facit l.quisquis.C.ad l. Iul.
maie. Tertia datur limitatio vt ista conclusio
146 nõ procedat secundũ Ang.& Imo.hic,vbi † pro-
ponitur accusatio pro re familiari,ut in casu l.sed
& hæ.§.j.ff.de proc.vbi libertus accusatur vt in-
gratus per procuratorem,& ratio est secũdũ Bart.
hic in ij.opposi.quia agitur ibi de cõmodo pecu-
niario,& per hoc confunditur id quod dicit Ang.
147 hic,ꝙ † vbi agitur de seruitute ex parte rei,non
põt interuenire procurator,quia seruitus æquipa-
ratur morti.quia licet æquipararetur morti. tamen
secundũ Bar.in l.nec quicꝙ̃.§.vbi decretum.in re
pe.col.iiij.causa seruitutis est pecuniaria. & per-
inde est ac si quis peteret vnũ bouẽ vel vnũ asi-
nũ,& ideo talis causa põt delegari l. iandudũ. C.
148 vbi cau.fis. † sed tu considera quæ possit esse ra
tio.l.j.C.de asser.tol.vbi si existẽs in possessione
seruitutis proclamat in libertatem,tunc ex parte
ipsius nõ admittitur procurator & tamẽ existens
in possessione libertatis,si petatur per aliquẽ pro-
nunciari seruum pro illo põt interuenire procura
tor,Saly.in l.j.de asser.tol. respõdet ꝙ ille qui de
possessione seruitutis ꝓuocat, si ĩ libertatẽ nõ põt
per ꝓcuratorẽ agere,ex quo ĩ tali cã liberali ver
titur periculũ status,& ꝑsonę,sed ẽt ecõtrario agi
vr̃ de periculo status & personę,& tñ ꝓuocatus de
possessione libertatis in seruitutẽ põt ꝑ ꝓcuratorẽ
respõdere.et iõ cogita,quia infra clare resoluam.
149 Quarto † declaratur ista conclusio , secundum
Ang.hic post Bart. hic in iiij. col. vt non proce-
dat in dño q admittitur ad defendẽdũ seruũ ꝓ suo
interesse. & eadẽ rõne pr̃ ꝓ filio, & abbas ꝓ mo-
nacho,& ciuitas pro ciue,ar.l.de iure,ad muni.et
vxor ꝓ marito,vt tradit plene Barb.in apost. ad
150 Bar.infra in iiij.col.sed tu aduerte, † quia vr̃ ꝙ
istud sit speciale in seruo, ꝗ regulariter nõ habet
legitimã ꝑsonã stãdi in iudicio,& qui põt nõ solũ
a dño,sed ẽt a quocũq; defendi.d.l.si nõ defendat̃
& l.ij.de exhi.re.& iõ gl.in l.seruus.ff.de sta.ho.
dicit ꝙ dñs comparet ad administrãdũ ipsi seruo
ꝓbões,nõ aũt ad suscipiẽdũ in se telã iudiciariã.
iudiciũ tñ agitur cũ ipso seruo,qui debet de vincu
lis deduci ad omnia acta agitanda.qđ probari vr̃
in l.ij.ĩ fi.C.de accu.sed ista solutio nimiũ restrin
git tex.in d.l.si non defendãtur.quia videtur vel-
le ꝙ dominus admittatur plenarie ad defenden-
dũ seruũ.& si solũ admitteretur ꝓ suo interesse,li
mitatio ista nõ esset de regula,cõtra tex.in l.nam
qđ.de penu.leg.& ideo cõsidera. ꝙ ideo dñs ad-
mittit̃ ꝗa ex quo sua verosimiliter interesse p̃t: ne
seruum perdat:ideo solet euocari,iuxta l. nam ita

diuus,ff.de adop.alias sententia non prȩiudicaret ipsi domino, & licet compareat pro interesse pecuniario,negari tamen non potest, quin defendat ipsum seruum, & hæc limitatio est de regula, & istud est clarum in omni materia, nam dominus pro quo alius promisit de iudicio sisti sub pœna, nõ euitat pȩnam comparendo per procuratorem, 151 † & tamẽ fideiussor qui fideiussit de iudicio sisti potest eum defendere quo ad hoc vt euitet pœnã. de primo est casus in l.j. in prin. ff. si quis cau. de 152 secundo in l.si eum.§.j.ff.eo. Quinto† declaratur ista conclusio,secundum Ang.hic in ver.octauo fallit in causa vniuersitatis quæ potest comparere per procuratorem., & sic intelligitur text.in l.tam collatores.§.vt autem,ibi, super criminalibus,seu ciuilibus causis & ex publicis causis, descendentibus,iuncto ver. quoque ibi, milites vel syndici litigantes.C.de re mil.lib.xij.& ita tradit hic Ang.per illum tex in iij.col.in ver.octauo fallit. & Imo. in xiij. colum.in versicu.octauo, & hoc de plano procedit vbi vniuersitas accusatur,quia potest comparere syndicus nomine vni153 uersitatis. † Sed maior est difficultas, an syndicus possit accusare nomine vniuersitatis syndicario nomine.& Dy.tenuit ꝙ non, secundum Bart. in l.ij.supra eo. Sed tu considera ꝙ ista limitatio cum qua omnes transeunt non videtur vera,quia 154 † vbi vniuersitas delinquit eidẽ imponitur pœna pecuniaria,licet si priuatus delinquat ei imponatur pœna corporalis,ar.l.quintæ, C.de decur. lib.x.& l.fi.C.de nauicul.& l. aliud.§. refert,de reg.iur.& traditur in c.graui, de sen.exc.& hoc modo ista fallentia nõ est de regula. Aut vero vniuersitas committit delictum enormissimum,vtputa hæresim vel idolatriam, & isto casu esset aratro exterminanda,vt de carthagine loquitur tex. in l.si vsusfructus ciuitatis.ff.qui.mo.vsusf.amit. & tunc posset procedere ista limitatio, quia talis pœna quæ imponitur est pœna capitalis,vbi vero committeret homicidium, tunc si apparerent promotores ipsi, pœna homicidij afficiendi forent, ar.tex.in l.capitalium.§.solent,de pœn.& isto casu non deberent comparere per procuratorem,in his casibus ergo in quibus ipsi vniuersitati imponitur pȩna pecuniaria,non potest cadere ista limitatio.& ideo vide omnino Io. de platea, in d.§.vt autem omnifariam. Sexto declaratur hæc conclusio,scd͠m Ang.& Imo.hic, vt non procedat in 155 casu c.tuæ,de procu. †vbi in crĩe adulterij quis compareat per procuratorẽ, sed hæc limitatio nõ vr̃ adaptari ad regulam huiusce .§. qui loquitur vbi agitur criminaliter pro crĩe publico, & in illo tex.agebatur ciuiliter, prout agi potest pro quolibet crimine tã publico ꝙ̃ priuato, vt gl.& Bar. dicunt in l.qui noĩe,ff.ad l.Cor.de fals.gl.tñ sing. in l.infamẽ,infra eo.quam ibi sequuntur Bar. & Imo.voluit ꝙ vbi agitur ciuiliter pro crĩe publico,quis notetur infamia,vt dicã infra late. Septimo limitatur ista cõclusio scd͠m Fel.in c.memi156 nimus,de accu.vt non procedat, †qñ qs vult dicere sñiam crĩalem nullam, quia ad hoc dicendũ procuratore constitui potest. Octauo limitatur 157 vbi † quis vult dicere inquisitionẽ fuisse inepte formatã,vel calũniosam,quia ad hoc proponendũ non prohibetur constitui procurator,vt Bal.dicit in cons.cvj.incip.verba accusationis,vol.j.quem sequitur Hippo.in d §.sequitur, in vj.col.in ver. 158 item teneas mẽti. Nona datur limitatio;†vt nõ procedat vbi quis vult constituere procuratorem ad opponendũ exceptiones impedientes processũ puta ꝙ libellus inquisitionis non procedit, vel ꝙ iudex nõ põt inquirere,vel ꝙ procurator est inhabilis ad accusandum,vt est de mente Bar.hic col. antep.in ver.quæro, & cõcordantes refert Alex. in consi.cxxxviij. in iij.col.vol.vj.Sed hæc limitatio & duæ prȩcedẽtes nõ vñr de regula quæ prohibet procuratorem constitui ad persequendũ crimen publici iudicij,& dicere sententiã nullã,vel inquisitionẽ ineptam,aut calumniosam, nõ est persequi crimen publici iudicij, nisi dicas ꝙ sufficit ꝙ fallentia sit de genere regulæ, vt probari vr̃ in l.nummis,ff.de in lit.iur.vbi Ias. Decima cadit 159 limitatio, † vt non procedat in personis illustribus,quia hæ personæ possunt cõparere per procuratorem vt est casus in l. fi. C.de iniur. & tradit Hipp.in.d §.sequitur.in vj.col. Sed hec limitatio etiam nõ subsistit,quia regula tex. nostri loquitur in crimine publico.l.vero fi. C.de iniu.loquitur ĩ crimine iniuriarum quod est crimen priuatum,vt in d.l.fi.in prin.per quem tex.cõfunditur id quod dicit Imo.hic qui intelligebat illum tex.in crimine iniuriarum, quod esse publicum vt in terminis l.pe.C.de famo.lib.& illum tex. hoc modo intelligebat Alberi.in l.seruum quoque.§.publice.ff. de procu.nisi dicas vt statim dixi,ꝙ videtur ꝙ talis fallentia sit saltem de corpore regulæ generalis,ꝗ habet ꝙ in criminalibus vbi agitur de pœna corporali non admittitur procurator. Vndecimo li160 mitatur ista regula, † vbi extaret statutum, ꝙ contumax habeatur pro confesso. quia tunc in iudicio criminali procurator constitui potest,vt plene scribit Cor.ĩ cõsi.xvij. incip.moris est vol.iij. 161 Duodecimo declaratur,†vt non procedat,vbi absens virtute statuti condẽnari possit. quia tunc potest admitti procurator.secundum Hipp.in.d.§. sequitur. de quo videbimus infra secũdum ordinẽ Bar.& tradit plene Corne.Perusi.in consi.cxxij. in ij.col.& in ver. & insuper.vol.iiij. Decimatertia cadit limitatio. vt iste tex. non procedat ĩ 162 †ubi procurator ĩ criminalibus fuit admissus.et nihil fuit ei oppositum nec per partes, nec per iudicem,quia tunc valet processus.vt voluit Spe. in tit. de procu.§.j.ver. sed pone.& tradunt Canonistæ in c.j.de iud.lib.vj.& hoc tenet Albe. de Rosate in d.l.seruum quoque.§.publice.in ix. col.de procu.& dicit ibi Bal.in.vj.col.in ver,modo q̃ro ꝙ ita communiter tenetur, & secundum Imo. hic col. xx. ita seruatur in pratica, & hanc opi. veriorem dicit Fely.in d. c.meminimus, & videtur text. pro hac opin.in l.quamuis C.de adulte. vbi quidam viator accusauerat vxorem de adulterio, & causa fuit agitata per procuratorem, sententię vxor coniuncta allegabat contra processum exceptionem procuratoriam, dicitur ibi, ꝙ illa exceptio non procedit immo accusator debet condẽnari, de hac tamen limitatione videbimus

infra secundum ordinem Bart. qui ad fin.istius.§. hãc limitationem tangit et plene disputabo eam.

Decimaquarta datur limitatione ista conclusio procedat in casu singulari, qui tẽpore meo euenit 163 Papiæ in psona † Magnifici do. Io. Aloysij. Lunati, cuius illustri familiæ multum debeo, nã præfatus do. Io. Aloysius fuit accusatus de quodã crimine publico, & erat bãnitus ab inclyta ciuitate Papiæ propter aliud delictum, fuit dubitatum an ex quo non poterat tute comparere, ex eo quia erat bannitus, an pro eo esset admittendus Magnificus do. Pau. de Lunate procuratorio & defensorio nomine ipsius do. Io. Aloysij. & do. Ias. in cõsi. cxliiij. in iiij. vol. consuluit ꝙ sic, sed ego credo ꝙ non bene consuluerit. ꝙ posset admitti vt procurator, qui nõ posset prodesse & nocere ipsi reo accusato, sed bene potuit comparere, vt prodesset, vt colligitur ex dictis Corn. in consi. cxxij. col. ij. in ver. & insuper. vol. iiij. Decimaquinta cadit li- 164 mitatio ad istam regulam † vt non procedat vbi delictum cõmissum esset impunibile, quia tũc pro reo accusato vel inquisito posset interuenire procurator, ita voluit Bar. in l. vbi pactum, in pe. col. C. de transa. & fuit originalis doctri. Ricar. Malumb. in l. filiusfamilias, in. §. veterani, de procu. & idem voluit Bar. in consi. suo. c. inci. a do. Cyno de Bononia & Cęp. in caut. sua. lxviij. inci. in causa criminali, & concordantes refert Hip. in sing. suo. cclxxij. incip. capies vnum, & in consil. suo xc. col. iiij. & in consi. xxiiij. col. pe. Decimo- 165 sexto † limitatur secundũ Ias. in l. ij. col. iij. C. qui testa. face. pos. vt non procedat in inclyto, & splendidissimo Ducatu Mediolani, vbi adest decretum ꝙ si accusatus vel inquisitus sit contumax habeatur pro confesso & conuicto, quia tali casu poterit interuenire quilibet etiam penitus extraneus, ad ostendendum & demonstrandum innocẽtiam inquisiti seu accusati, etiamꝙ statutum dicat ꝙ reus debeat se primo personaliter i carceribus ponere, & hoc firmat etiam Do. Barth. Cęp. in cõsi. xx. incip. quidam dum esset potestas in iij. col. in ver. q into casu, & Fran. de Capitibuslistæ inter prædicta consilia Cępole. in consil. xlj. incip. licet inuitus, col. iiij. & Ang. de Cast. inter ipsa cõsi. in consi. lj. incip. si curia Magnifici, & facit id quod singulariter dixit Aret. in consi. cxlvij. inci. visa consultatione, col. iij. & concordãtes. refert, Hip. in consi. xc. col. vj. & de hoc infra late dicã.

Decimoseptimo declaratur et limitatur regula 166 tex. nostri † vbi procurator solũ petit admitti testes deponẽtes super innocẽtia rei, vt voluit Bar. in l. j. §. si qs vltimo, ff. de quæst. et subtilitatũ princeps do. Fran. de Are. in consi. cxlvij. vbi dicit ꝙ iudex ad defensam rei etiam contra eius verã & spontaneam cõfessionẽ ex officio debet recipere testes, multo magis debet eos recipere vbi producuntur a procuratore, et concordantes refert Hip. consi. xxxix. col. v. vol. j. & in cons. xxxiiij. col. iiij. sed pro veritate istæ non sunt limitationes ad huiusccodi. §. quicquid dicat Hipp. in cõsilijs. præalle. quia regula tex. nostri loquitur de procuatore qui non potest admitti in crimine publico, nec ad crimen publicum persequendum, vt possit prodesse & nocere reo inquisito. Sed in aliquibus ex casibus supradictis licet admittatur procurator, solum admittur quantum ad hunc effectum vt ipsi reo prodesse possit, non autem vt possit ei nocere, & sic in se suscipere omnem telam iudicij. Veritas tamen dependet ab intellectu Bar. in l. seruum quoq;. §. publice, de proc. qui voluit ꝙ in his casibus in quibus absens potest damnari nõ possit admitti vt procurator, sed vt defensor & protector ipsius rei, qui solum possit prodesse, & non obesse ipsi reo dicam infra plenissime. Decimooctaua 167 limitatur ista conclusio, † vt non procedat in tali casu singulari, pone ꝙ vulneratus vellit comparere pro ipso inquisito, contra quem fuit formata inquisitio de vulnere illato in personam ipsius cõparentis, nam isto casu dicendum est ꝙ possit, ita dixit singulariter Hipp. in cons. suo. xvij. col. vlt. 168 † & facit pro ista limitatione id quod singulariter dixit Bal. in l. j. in vlt. col. C. com. dele. vbi dicit ꝙ exculpatio ipsius vulnerati prodest ipsi inculpato, seu inquisito, vt torqueri non possit ex indicijs contra eum existentibus, quod dictum sequitur Fely. in c. pe. ad fi. de præsumpt. & in c. literas col. v. eo. ti. de quibus plene dicam infra. Deci- 169 mónono declaratur hec cõclusio, † vt non procedat in eo qui vult allegare causam causæ, quæ patet ex actis, & quæ causa est notoria, ita Inn. in c. veniẽs, de accu. & idem sentit in c. per tuas. de testib. & in c. ex insinuatione. immo vult ꝙ admitti tur etiam sine mandato, & sine satisdatione, etiam si sit minor vel sit mulier, & Inn. seqtur hic Imo. col. xxvij. circa med. in versi. sed certe si bene põderetur, immo videtur velle ꝙ talis allegatio fieri possit, dato ꝙ inferatur præiudicium ipsi reo inquisito seu accusato. Vigesimo limitatur ista re- 170 gula. † vt non procedat quando plures sunt accusati de eodem crimine, quia vnus potest esse procurator alterius, secundum Alb. in l. seruum quoque. §. publice, col. vj. in ver. item est casus satis not. ff. de procu. allegat text. in c. cum dilecti, de do. & contu. & in c. interrogatum, ij. q. iiij. sed ego dubito de hac limitatione, quia rationes quæ prohibent procuratorem constitui militant etiam in casu isto, non est tamen ab opi. Alberici recedendum. Vigesimoprimo declaratur ista conclusio 171 † vt non procedat de iure canonico, vbi in crimine proceditur per viam inquisitionis, quia hoc casu potest constitui procurator. secundum Host. in summa de procuratoribus. §. & in qua re, & no. per glo. in c. nostram, in verbo vtebatur, extra de procu. & per Alberi. §. publice, de procur. col. vj. Sed ego credo ꝙ in his casibus, in quibus inquisitio succedit loco accusationis, ꝙ sicut non admittitur procurator in causa accusationis, ita non debet admitti in causa inquisitionis, nec satisfacit ratio Alber. ꝙ ideo est, quia vbi agitur per viam inquisitionis vel denũciationis de iure canonico non imponitur pœna sanguinis. c. sententiam, ne cleri. vel mona. quia licet non imponatur pœna sanguinis, solent tamen iudices ecclesiastici facta declaratione contra eum delinquentem, illum tradere curiæ seculari, quæ solet pęnã sanguinis imponere nõ viso processu agitato coram iudice ec-

clesiastico.c.j.vbi Doct.de offi.ordin. & ideo do. Anto.de But.in c.inquisitionis. in prin. de accus. intelligit hanc limitationem procedere vbi inquiritur contra aliquem, non ad naturalem pœnam delicti.sed ad interesse publicum, scilicet ne criminosus aliquid indigne teneat, & ita etiam sentit Bal.in l.reos.C. de accusa. Vigesimosecun-
172 do declaratur ista conclusio. † vt non procedat vbi procurator constituitur ad concludendum in causa.quia tunc potest in causa criminali interuenire.ita voluit Bald.in l.seruum quoque §.publice.ff.de procur.allegat tex. in l.quãuis indubitati.C.de adulte.& ratio est secundum Bal.quia renunciatio probationum,& sic conclusio in causa, non dicitur esse de actis litis,sed de actis ipsius iu-
173 dicij. & si quispiam subtiliter diceret, ꝙ † in criminalibus non potest probationibus renunciari.vt not.in l.pactum inter hæredem.ff.de pactis. replicari potest, ꝙ immo potest renunciari, vbi quis dicit, se non habere aliam defensionem.
174 † Sed ego dubito de hac limitatione,quando esset talis casus,ꝙ sententia non posset ferri contra absentem.quia videtur ꝙ isto casu non possit constitui procurator ad concludendum in causa. veritas dependet ab intellectu illius regulæ, quæ habet ꝙ quis in criminalibus non potest renunciare suis defensionibus, de qua regula plene scribit Ias.in d.l.pactum inter hæredem.ff. de pactis. & xxxviij.limitationes ponunt Moder. repetentes in d.c.veniens.car.pen.ad hunc tex.licet fere nullam ex prædictis ponant nec viderint.& quatuor cautelas ad eludendam dispositionem huius.§.ponit Cep.cau.cclij.& xlv.& cvij. & tradit ẽt Hippolitus in §.sequitur in sua practica. & inter cæteras est ista cautela,ꝙ statim ꝙ aliquis commisit aliquod delictum,ꝙ eum mittas ad partes remotissimas,& compareat aliquis excusator, qui dicat eum abesse in longinquis partibus, & afferat probationes in promptu, quæ si non admittantur a iudice processus erit nullus,secundum Barto.in extrauagan.ad reprimendum in verbo neglexerit.de quo & infra dicam.

175 Noto secundo ex hoc tex. ꝙ † ad allegandum causam absentiæ bene admittitur procurator,quæ allegatio operatur hunc effectum,vt sententia annotationis bonorum differatur secundum Ang.hic intelligentem hunc tex.in sententia annotationis bonorum,& si dicatur prout dicit Imo.hic in ij.col. ꝙ iste tex. potest etiam intelligi de sententia,quę fertur super crimine ca-
176 pitali, †quæ in certis casibus potest etiam ferri in absentem.l. lege Cornelia.§. constitutum.ff.ad l.Corn.de sica.& in l.ne diu.C.de pęnis.& in crimine læse maiestatis replicari potest, ꝙ vnus solus casus reperitur de iure ffõrum, videlicet in d. §.constitutum. nec est verosimile ꝙ Iurisconsultus restrinxerit se ad illum casum.& ideo necessario debet intelligi tex. noster de sententia annotationis bonorum. & maxime,quia si aliter diceremus,huic.§.expresse contradiceret tex.in l.seruum quoq;.§.publice.ff.de procu. Sed iuxta istud notabile aliquæ breues dubitationes discutiendæ
177 sunt. Prima est dubitatio † an admittatur tam masculus ꝙ̃ femina ad allegandum causas absentiæ,& videtur dicendum ꝙ sic,per tex.in d.§.publice.ibi,a quibuscunque defendi, quæ verba innuũt ꝙ ad allegandum causam absentiæ, admittatur ne dum masculus sed etiam femina immo videtur ꝙ admittatur infamis. secundum Bald. hic per d.§. publice. & idem tenet Imol. hic in xvj. colum. circa med. & si quispiam subtiliter diceret, aduerte ꝙ tex. in d.§. publice. dum dicit a quibuscunque debet exponi scilicet idoneis. iuxta gloss. in l. j. C. de sacro. sanct. eccle. attento maxime ꝙ infamis a iudicio repellitur. l.quod prohibet.ff.de postulan. nam replicari potest ꝙ ille duæ regulæ limitantur in casu nostro, vbi quis venit ad allegandum causas facti necessarij pro absente. & facit tex. in arg. in l.non solum.§.fi.de procur.& in l.exigendi.C.eo.tit.& ratio colligitur licet Imo.hic non dicat:quia agitur de publico interesse.vt dicitur in. d.§. publice. & ista conclusio de plano procedit,vbi quis venit ad allegandum causam absentiæ facti. vt puta quia accusatus est infirmus, vel ꝙ iuit Bisantium, vel ꝙ est in carcerem coniectus, in tali loco vt hic per Imol.colum.xvij. Secunda cadit dubitatio
178 † an isti qui admittituntur ad allegandum causam facti, teneantur satisdare de iudicato soluendo, vel de presentando ipsum absentem coram iudice,& Alberi. de Ros.in d.§.publice.in v.col. concludit,ꝙ non.quia hoc nulla lege cauetur.post do. Tho.de formaginis, attento maxime quia in similibus causis graue est inuenire fideiussorem, argum.text.in.§.fi.in auct.de posi.et denun.colla. vj.& subdit Alberic.ꝙ ista communiter tenetur. Imo.hic in xv.colum.in ver.circa secundum. dicit ꝙ admittitur sine cautione de rato. sed Albe. dicit ꝙ communiter tenetur, ꝙ nullam præstet cautionem, allegat Dyn.in l.qui bona.§.qui damna.ff.de dam. infec.& ratio colligitur secundum
179 Dec.in l. in eo.§.nemo.de re.iur. † quia iudex ex eius officio tenetur defendere, & quærere innocentiam ipsius rei. l. si non defendantur.ff. de pœnis. ergo longe magis debet admittere alium eius innocentiam excusantem: & facit etiam alia ratio, quia etiam vbi lata est sententia,si detegatur innocentia rei,pęna irrogari non solet.ergo ne frustra sententietur,debet quispiam admitti ad allegandum causas absentiæ.sed tu considera quia his rationibus attentis non solum deberet admitti quis ad allegandum causas absentiæ. sed dici potest ꝙ satis est, ꝙ huiuscemodi rationes concludant. ꝙ allegans causas absentiæ non debet grauari onere satisdationis, tu autem considera
180 aliquos casus. Primus casus est, † vbi quis allegat causam absentiæ in causa ciuili, & secundum Pau.de Castr. Fulg. & Alexan. in l.filiusfamilias. ff. qui satisda. coga. nam videtur ꝙ allegans causas absentiæ tenetur satisdare de iudicio sisti, Imo.Iasson. in rubri.vt in ius voc. eant videtur velle, ꝙ allegans causas absentiæ saltem teneatur cauere de præsentando ipsum absentem ipsi prætori, quod iudicio meo videtur contra mentem communiter scribentium hic, & in d.§. publice.Fulgo.in d.l.filiusfa.vult ꝙ saltem teneatur

tur præstare cautionem de iudicio sisti, sed mihi videtur, ꝙ verior & crebrior sit opin. ꝙ non teneatur cauere, nec de iudicato soluendo, nec iudi-
181 cio sisti, quia † cautio de iudicato soluendo, non potest cadere in criminalibus. Sum tamē huiusce opinionis, ꝙ teneatur cauere, ꝙ dolus malus aberit, quę clausula includitur in cautione de iudicato soluendo. l. iudicatum solui. ff. iudi. sol. Est verum ꝙ vbi aliquis admittitur ad defendendum reum accusatum, vel inquisitum, pro suo interesse, vt quando pater, vel dominus, aut abbas petunt se admitti ad defendēdum filium, seruum, vel monachum, nam si est talis casus in quo isti absentes damnari possunt, ꝙ in hoc casu videtur præstanda cautio de præsentando hos delinquentes in fortiaui prætoris, aut vero sumus in casu, in quo absens non potest damnari, & talis cautio nō videtur præstanda, vt vult Cępol. cautela xcvj. incip. Titius vulnerauit. Tertia cadit dubita-
182 tio, † an ille qui habet plenum mandatum ad defendendum, & ad allegandum causas causæ, possit allegare causas absentiæ, & Iaco. de Rauen. Petr. de Bellaper. & Alber. de Rosa. in d. §. publice, tenent ꝙ sic, & idem tenet Imo. hic, post Domi. de Rot. deci. cxiij. & secundum istos videtur esse casus in c. veniens, de accusa. vbi procurator licet esset constitutus ad causam criminalem tamen fuit auditus ad allegandum causas absentiæ. & hoc esset magis clarum, si procurator haberet mandatum ad causam defendendum seu prosequendum, prout communiter consueuit dari mandatum, iuxta illud quod habetur in c. cedens, et in c. mandati. de procur. Attento maxime, quia ille, qui allegat causas absentiæ, videtur defendere, & hanc sententiam sequitur d. Mar. de Senis referē do Imo. hic formaliter. in d. c. veniens, col. xxxviij. in ver. sed iuxta prædicta quæro, sed aduerte quia huic sententię ob. tex. in l. maritus, C. de procur. vbi maritus habens mandatum ad vnam rē non potest de alia re se intromittere, nisi dicas, ꝙ in casu nostro, nisi admitteretur talis procurator ad allegandum causas absentiæ, nō mediocre præiudicium ipsi reo inferer etur, & ideo quis dando mandatum ad allegandum causas causæ, videtur augere potestatem allegandi causas absentiæ,
183 † quo casu inducta ad augendum nō debent operari ad diminutionem. l. cum tale. §. fi. ff. de cond. & demon. sed huiuscemodi ratio non vr̄ tuta, quia ea attento in casu d. l. maritus, non deberet ipse maritus repelli quo ad causas, quas poterat agitare vti maritus, & quinta persona, nisi dicas ꝙ hic concurrit fauor publicus, qui suadet absentes debe-
184 re defendi. † & ideo non videtur absurdum, ꝙ ille qui vt procurator admitti non potest. admittatur vt defensor. ar. l. non solum. §. fi. de procura.
185 Quarta cadit dubitatio, † an ille qui admittitur ad allegandum causas absentiæ, teneatur saltem iurare de calumnia, iurando ꝙ non animo calumniandi causas ipsas allegat, & videretur ꝙ non, tum quia semel tantum iuratur de calumnia. l. ij. C. de iur. cal. tum etiam quia tale iuramentū præstatur lit. cont. contrarium tenet Alb. in d. l. seruū quoq; §. publice, col. v. in ver. quęrit p̄fatus Guil. de procu. vbi dicit, ꝙ sicut quando quis petit sibi caueri de damno infecto, tenetur iurare ꝙ non petit calūniæ causa, eadem ratione ille qui dicit accusatum vel inquisitum esse absentem calumniæ causa, tenetur iurare ꝙ hoc nō dicit calumniæ, cā & dicit Alber. in auct. hoc sacramentnm, quod istud est magis iuramentum malitiæ quam calum-
186 niæ. Quinta cadit dubitatio, † an quilibet possit allegare absentiam minoris accusati vel inquisiti, an vero solus curator vel tutor sit admittendus, & Alber. in dicto. §. publice, in v. colum. in versi. sed nunquid, tenet ꝙ defensio spectet ad tutorem ipsum vel curatorem per l. fina. §. defensionem, et ideo alius non potest allegare causas absentiæ. Ego autem arbitror opi. Alberici essē verā in plena defensione, sed credo ꝙ quilibet possit allegare causas absentię propter generalitatē, d. §.
187 publice, qui general'r loquitur. † Et lex generaliter loquēs debet generaliter intelligi. l. j. §. quod
188 autem, ff. de aleato. attento maxime † ꝙ lex lata fauore publico interpretatione est adiuuāda. l. hoc ita, in fi. ff. de cond. & dem. arbitror tamen ꝙ si tutores ipsi vel curatores vellent admitti, ꝙ ipsi essent præferendi, & si vera esset ratio Albe. sequeretur ꝙ si accusatus vel inquisitus haberet procuratores, ꝙ alij allegantes causas absentiæ, non essent admittendi, quod non est dicendum. Sex-
189 ta cadit dubitatio pone, † ꝙ infra terminum citationis statutum reo accusato vel inquisito ad cōparendum, compareat excusator allegans causas absentiæ, & iudex non obstante tali allegatione procedat ad vlteriora, an processus sit nullus. & Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo neglexerit dicit, ꝙ si excusator obtulit se causas ipsas incontinenti probaturum, & iudex contempserit, ꝙ processus est nullus, & videtur stare per eum quominus certus fiat, secus tamen si causas ipsas se probaturum non obtulisset, allegat tex. in c. interpositas. de app. sed ego dubito de opin. Bartol.
190 † quia tex. in d. c. interposita, iudicio meo probat contrarium, ibi enim solum dicitur, ꝙ si quispiam opponit exceptionem legitimam, & illā incontinenti se probaturum offerat, nam si iudex illā non admittat & pars appell et. illa repulsio exceptionis iuncta appellatione operatur, ꝙ non est necesse probare veritatem ipsius exceptionis, & ideo reuocantur ibi per viam attentati. sed si ibi non esset appellatū, ille tex. innuit ꝙ valeret processus, & si quispiā diceret, aduerte quia secūdum do. Io. And. & do. Abb. in d. c. interposita oblatio probationis habet iustificare appellationem, quo ad hoc tantum. vt cā appellationis ad superiorem deuoluatur, & attentata reuocentur. tn̄ talis exceptio debet probari, vt probatur i c. ex parte Adæ vbi But. & Imo. de testi. replicari potest, ꝙ licet veritas exceptionis debeat iustificari. vt Dec. scribit in d. c. interposita, col. iij. in ver. quinto, satis tamen est, ꝙ in illo tex. non probetur opin. Bar. ꝙ processus sit nullus, de hoc tamen passu. latius tn̄ dicam secundum ordinem Bart. Octaua tamen
191 cadit dubitatio, † pone ꝙ ille qui allegauit causas absentię, obtulit se illas incontinenti probaturum, iudex tamen non admisit huiuscemodi pro-

bationes in promptu oblatos, sed adulteriora processit. Dic ꝙ isto casu non videtur ꝙ processus sit nullus, quia debuit appellare iuxta illud, si grauaris appella. Sed dato ꝙ fuerit appellatum, ex quo pro iudice præsumitur, iuxta l. Herennius. §. Caio, de euict. & l. ij. C. de offi. ciui. iud. propter hoc non iustificatur appellatio. ratio, quia considerata præsumptione, quum habet iudex pro se potuit verosimiliter existimare talem exceptionem calumniosam de quo etiam quidpiam infra subijciã & auctoritates addam. Circa glo. in verbo, ad

192 crimen, et dicta Bar. super ea, colligitur ꝙ † etiã in crimine priuato vbi venit imponenda pęna corporis afflictiua, procurator ad hoc crimen prosequendum constitui non potest, & hæc positio triplici ratione probatur. Et primo per locum a speciali, iuxta. l. j. ad fin. ff. ad municipales, & l. ius singulare, de legib. Speciale equidem est in persona illustri, vt in crimine iniuriarũ poss t per procuratorem ipsum crimen prosequi. l. fin. §. literæ, & §. ita tamen, C. de iniur. Secundo probatur in l. j. ff. an per alium causæ appell. in quo text. nulla fit differẽtia inter crimen publicum, & priuatum sed solum principaliter cõsideratur, an pœna quę imponitur sit capitalis an vero pecuniaria. Ter-

193 tio quia † ita in priuatis delictis imponitur pœna talionis, seu similitudinis supplicij, sicut in publicis, vt est casus in l. in priuatis, ff. ad Senatusconsultum Turp. & in l. fina. ff. de fur. & hæc opi. vt dicit hic Benedic. de Plumb. col. ij. & Imol. in eadem col. communiter recipitur, & idem tenet Albe. Rof. Pergomen. in d. §. publice, col. vij. quæ etiam alijs iuribus suffulta videtur, & primo per l. fi. §. fi. vbi sena. vel claris. ibi, siue crimen publicum siue priuatum sit per procuratorem exerceri non potest: & est clarior tex. in l. vnica. §. pe. C. vt omnes tam ciui. ꝙ̃ crimi. nam in prin. d. l. loquitur de furto quod est crimen priuatum, et tamen in fine in ver. accusationem. dicit accusationem institutam contra ipsum officialem finito officio, debet ipse officialis per se prosequi: & ista iura ponderat Alber. de Rosa. in l. seruum quoq;. §. publice, col. vij. ff. de procur. Est verum ꝙ Ang. hic vt supra dixi fuit in hac opinione, ꝙ in crimine publico non fiat distinctio, an imponatur pœna pecuniaria, vel corporis afflictiua. et pro hac opi. facit iste tex. dum præsupponit ꝙ possit ferri sententia in absentem, & tamen prohibetur constitui procurator, & restringere istum tex. prout facit Ange. & Imo. hic in ij. col. vt loquatur de sentẽtia annotationis bonorum, est magna restrictio, quia appellatione sententiæ intelligitur de sententia diffinitiua, vt tradunt Bar. & communiter Mod. in rub. de re iud. tex. ergo in d. §. publice, qui generaliter vult, ꝙ vbi potest ferri sententia in absentem, ibi possit quilibet admitti ad allegandum causas innocentiæ, nam ille tex. necessario videtur intelligendus in criminibus priuatis, attento maxime, vt supra dixi, quia omnia iura videntur loqui in criminibus publicis. Et si quis vellet tenere hãc

194 opinionem, posset respondere ad obiecta. † & primo ad tex. in l. fi. C. de iniur. ꝙ ille tex. habet alium intellectum, & pro fundamento consideran dum est, ꝙ personæ illustres non possunt per se litigare, sed per procuratorem, alias sententia pro eis lata non habet effectum, & iudex punitur pœna. xx. liberarum auri, vt probatur in l. quicunq; C. de procur. modo in l. fi. C. de iniur. dico ꝙ est speciale in persona illustri, vt in crimine iniuriarum liceat ei agere per procuratorẽ, vbi alias nõ liceret per d. l. quicunque, et ita illum tex. nouiter intelligũt repetẽtes in d. c. veniẽs, in xj. col. & sic illa lex continet specialitatem in hoc, ꝙ vbi alias persona illustris non potest causam ciuilem agere de per se, potest tamen causam iniuriarum criminalem agere per procuratorem, & hoc est quod dicit Imperator, ibi licere autem procuratori, qui voluit dicere ꝙ licet in causa ciuili non liceat illustri agere per procuratorem, nec etiam in causa criminali, vt in hoc tex. dicitur, est tamen licitum ipsi illustri in causa iniuriarum, vbi agitur criminaliter. quia talis causa non est multum grauis, in qua debeat prohiberi constitutio procuratoris, et si quispiam subtiliter diceret ꝙ iste intellectus videtur contra illum tex. in prin. in ver. ita tamen, vt nullus alius idem sibi audeat vendicare, vel a nostro numine postulare, quia ad hoc respondent Moder. Senen. in d. c. veniens, col. xxviij. ꝙ hoc alteri non conceditur ex iure speciali, sed ex iure communi vel ꝙ nulli alij conceditur in crimine iniuriarum, scilicet ꝙ possit causam per procuratorem simpliciter agere. sed in alijs simpliciter mos iudiciorum seruandus est. Sed iste intellectus

195 non videtur tutus, † quia tex. in l. quicunq;. nõ solum loquitur in illis tribus, sed etiam in spectabilibus. patet per auct. ibi positam, quæ restringit d. l. quicunque, ad illustres, & ad eos qui supra eam dignitatem sunt. & ideo illa verba licere autem, veniunt ad determinationem illorum, ita tamen vt nullus alius sibi vendicare liceat. ibi nescio videre rationem, quare magis concedatur specialiter in illustri, vt ei liceat constituere procuratorẽ in crimine iniuriarum, potiusquam in alijs criminibus cum ipsa crimina iniuriarum non sint grauiora, & tamen ille text. restringit se ad crimen iniuriarum tantum. & ideo non videtur recedendum ab opinione communi, quæ expresse probatur in d. l. iij. C. vbi senat. vel claris. Nec huic sententiæ obstat. l. ij. C. de procur. quia ille tex. debet declarari, & distingui per alia iura iuxta tex. in l. Seio quæsitum, ff. de testi. & in l. nam & posteriores, ff. de legi. & in c. cum expediat, de elec. in vj.

196 Secũda colligitur cõclusio, ex hac gl. ꝙ † vbi pro crimine venit imponenda pœna relegationis per quam quis priuatur a loco vnde relegatur, siue talis pœna veniat imponenda ex crimine publico, siue ex crimine priuato, in tali crimine potest interuenire procurator. Idem in pœna remotionis ab ordine quæ censetur minor relegatione vt gl. dicit in l. ij. ff. de iniur. ibi, si arte aliqua vel loco interdicatur, iuxta l. moris §. sunt & aliæ. ff. de pœnis, & idem tenuit glo. in l. seruum quoque, §. publice, de procur. & in l. absentem, ff. de pœnis, & in l. j. ff. an per alium cau. appel. & idem tenent glo. iuris canonici vt patet in c. veniens, in ver. item si crimen, & in c. si quando, ij. q. vj. & secundum

cundum Bar.hic hanc opi. tenent Iaco.de Aren. Odoffred.Iac.Butrig.Guil.de Cun.& fere omnes & dicit Bar.hic in iij.col.ꝙ ita iudicaret, & subdit in iij.col.in versi.quæro dicitur hic,ꝙ ita teneret consulendo, quia hoc seruat consuetudo, & idem tenet Bal.in l.reos,C.de accus. vbi miratur de tenentibus contrariam opi.& dicit do. Abb.in c.veniens,de accu. ꝙ pro ista opinione est consulendum, & iudicandum, quam etiam tenuerunt Io. And.& Hostien.in d.c.veniens, & Fede.de Senis in consi.xciiij. quem referunt repetentes in d. c.veniens, col.xx. & idem tenet do.Benedictus de Plombino hic in vj.col.& Imo. in iij. col .qui hanc dicit esse communem, idem tenet Alber.in d.§.publice,col.iij.Quæ opin.ex pluribus capitibus fundatur. Primo in l.absentem,ff.de pœn.iuncto d.§.publice,nam in l. absentem, dicitur ꝙ in causa relegationis potest ferri sententia in absentem,& in d §.publice,dicitur ꝙ vbi absens potest dãnari,ibi potest constitui procurator, & per ista duo iura dicit Bal.in d.l.reos,ꝙ hæc opi.est vera & contraria est falsa.Secundo pro ista opi. stringit † tex.in l.j.ff.an per alium cau.app. inducẽdo clare, vt hic per Benedictum de Plombi.col. vij.in ver.non obstat l.j,& considerandum est secundum eum,ꝙ ille tex.in prin.ponit an admittatur procurator in causa ciuili, & dicit ꝙ sic.secundo an admittatur in causa criminali pœnam capitalem ingerente,& concludit ꝙ non.& licet Iac. de Are.hic in iij.col.intelligat illum text.stricte de pœna capitali, quæ ingerit pœnam mortis,vel sanguinis,ver.vero.sed in ea, intelligatur de pœna capitali per quam libertas vel ciuitas amittitur,&quæ continet pœnam damnationis in metallum & deportationis, tamen videtur secundũ do. Benedic.ꝙ ille tex.possit intelligi in prin.de pœna capitali large de qua in l.ij.supra eo.& in l.ij. ff.de pœn.ver.vero.sed in ea loquitur in alia pœna quæ imponitur vsque ad relegationem, quæ tamen est maior relegatione, & sic dictio vsque,ibi fiat exclusiue, & est sensus, ꝙ in ea causa in qua imponitur pœna corporis afflictiua,nõ potest agi per alium vsque ad relega. Tertio facit pro ista opini.nam † magna est differentia inter relegationem,& deportationem,vt probatur per glo.in .§.relegati,insti.quibus mod.ius pat.pot.sol.& vltra eam est notandum, ꝙ deportatio requirit formam actualem, † vt ipse deportatus per ministros conducatur ad locũ.l.ferri,ff.de ver. sig.sed relegatio requirit solam formam verbalem,vt relegatus per seipsum vadat, vt probatur in l.relegatorum.§.his qui.de interd. & relega. Contrariam † tamen sententiam ꝙ non possit interuenire procurator,tenuerunt Vltramontani, videlicet Iac.de Rauani.Pet.& pleriq; alij, quos citat Cy.in d.l.reos,& tenentes hanc opin. respondent primo secundum Bar.hic ad l.absentem,quod ibi & in §.publice,non admittitur vt procurator.sed vt quilibet qui habeat prodesse accusato reo nõ autẽ obesse,quæ responsio vt Imo.hic dicit exverbis vniuersalibus illius tex.confundi videtur.patet dum tex.subdit quemuis pro ipso reo verba facientem,quæ oratio cum sumatur ex vniuerso, verificari videtur in quolibet particulari.l.si is qui .§.vtrum,de re.du. facit vulgaris regula.l. a procuratore,ff.man.& c.solita,de maio.& obe & videtur absurdum ꝙ quis possit procuratorem constituere.qui secundum Bal.& Ang.reo prodesse et non obesse possit.cõstitutio enim talis procuratoris inepta censetur.vt Imo.dicit in c. constitutus, de procu.& facit tex.c.relegata.ij.q. j. mihi placet responsio Bar.ꝙ in illo tex.illa verba restringantur ad quemcunq; defendentem sine mandato, vt siue maior siue minor sit,siue masculus siue fœmina admittendus sit.Sicut enim † iudex ex officio parte non petente tenetur absentes defendere l. si non defendantur.de pœnis,per locum a paritate rationis,debet etiam admittere quemlibet ad excusandum innocentem absentem, nec Bar.fuit ita supinus,quin intelligeret,ꝙ procurator constitui non possit, vt tantum prodesse, & non nocere possit. Si velles tamen tueri opinionem contrariam põdera tex.in.§. publice, dũ dicit in primo nam iustum est a quibuscũq; defendi,& postea subditur,nã & in capitalibus iudiciis defensio datur,vel a quibuscun; ergo ille tex.debet intelligi de defensione plena,& pondera distinctionẽ.& ꝙ non tm̃ in non capitali, sed etiam in capitali, vbi absens condemnaretur. Non ob.tex. in d.l.j.ff. † an per alium causæ, quia considerandum est, ꝙ nisi ibi dictio vsq; intelligeretur inclusiue, ille versi.& si ea causa sit,superfluus redderetur. dicitur enim vt dixi in prin.sed sinautem non sit pecuniaria cã,sed capitalis,per procuratorem agi nõ licet.† sed illa dicitur proprie capitalis,quę adimit vitam,libertatẽ,vel ciuitatem.l.ii.de pœnis. & l.capitalium.eo.titu.& l.ij.supra eo.dum ergo postea dr:sed & si ea cã sit,ex qua solet sequi pœna vsq; ad relegationẽ,non oportet per alium eas agi,sed replicari potest,ꝙ etiam tenendo ꝙ text. loquatur de pœna capitali iuxta d.l.ij.ff.eo.& nõ de pœna capitali stricte iuxta l. transigere.C. de transac.tamen ille versi. sed & si ea causa sit,non redditur superfluus, sed immo ex ipso versic.ampliatur id quod dicitur in pœna deportationis & damnationis ad aliam causam maiorem ipsa relegatione,vt quando venit imponenda pœna corporis afflictiua, vt in d.l.ij.in fin.ff.eo.& l.in seruorum.in fi.ff.de pœnis & in l.fi.ff. de iniu. & ita sentit Imo.hic:sed tu considera, quia † videtur ꝙ immo illa dictio vsq; ad relegationem, stet inclusiue, sicut stat in l.absentem.ff.de pœnis. quia inter vnum casum & alium ratio diuersitatis dari non potest,attento maxime, quia mens Iurisconsulti in d.l.j. videtur esse solum facere differentiam inter causam pecuniariam & corporalem, & prohibet constitutionem procuratoris tantum in causa corporali, vt patet in versic.plane.si tamen pecuniaria, est quæ dictio plane aduersatur versi.præcedenti. tota igitur difficultas præsentis quæstionis stat in hoc nostro tex.& in l.fin.C. de iniu.† & considerandum est ꝙ relegatio cõnumerari videtur inter publica iudicia, sed in hoc.§.ponitur regula generalis, ꝙ procurator ad publica iudicia prosequenda non interuenit,ergo nec in causa relegationis, quæ cõnumeratur inter

publica iudicia, suadetur in fi. istius. §. vbi præsuponitur ꝙ dato ꝙ in publicis iudiciis possit ferri sententia contra absentem, tamen in his procurator constitui non potest. ergo nec in causa relegationis. Sed ad hunc tex. dum dicit, & si iustam rationem habet sententiam differunt. respondet Ang. ꝙ loquitur iste tex. de sententia annotationis bonorum. & hãc responsionem sequitur Imo. hic col. v. sed replicari potest, ꝙ appellatione sententiæ debet intelligi de propria. l. iiij. §. condemnatum. & l. quod iussit. de re iud. & tunc quia secũdum Bar. & Ange. de Aret. in l. ij. ff. de app. reci.

206 † Sententia annotationis bonorum non dicitur proprie sententia, nisi dicas ꝙ subiecta materia hoc patitur, vt hic appellatione sententiæ intelligatur de sententia annotationis bonorum. ex quo regula generalis est, ꝙ vbi in absentem ferri potest sententia. ibi procurator constitui potest. d. §. publice. Et si quispiam non insubtiliter diceret aduerte, quia ista consequentia non videtur tuta. non põt ferri sententia in absentem, ergo in ea cã non põt interuenire procurator, patet, nam in cã appellationis non requiritur litis contestatio, & sic sñia ferri potest in absentem, & tamẽ in tali cã non põt in criminalibus procurator constitui. d. l. j. ff. an per aliũ causę. sed dic breuiter ꝙ quidquid

207 sit in causa ciuili. l. fi. §. illud. C. de tẽp. app. † in criminali & in causa appellationis non põt ferri sententia contra absentẽ. C. de acc. & l. absentem. ff. de pœnis. & videtur esse casus in d. l. j. in fin. ibi sed ipsum eodem auditori. Circa l. fin. C. de iniu. multum se torquent Imo. & Benedic. de Plombi-

208 no hic. & Mod. in d. c. veniens. † nam pro crimine iniuriarum pœna relegationis imponi potest. l. fi. de iniu. & tamen videtur speciale in personis illustribus, vt in crimine iniuriarum procurator constituatur: ergo arguendo per locum a speciali in contrarium videtur ius commune. l. j. in fi. ff. ad munici. & l. ius singulare. ff. de legibus.

209 † Ad hunc tex. dantur plures responsiones. Prima fuit Guil. de Accuneo, ꝙ pro crimine iniuriarum non solum pœna relegationis, sed etiam corporis afflictiua imponi potest. & ideo propter dubium regulariter procurator repellitur. sed est speciale in persona illustri. Sed ista prima responsio non videtur tuta, secundum Imol. hic col. v. quia persona illustris non potest affici pœna corporis afflictiua, sed solum pœna relegationis. cum ergo sit speciale in persona illustri, quæ sola pœna relegationis affici potest, datur intelligi ꝙ regulariter in crimine iniuriarum in quo pœna relegationis imponi potest procurator admittitur. Alia datur solutio ad illum tex. secundum Cy. ibi, quẽ sequitur hic Ang. licet eum non citet, ꝙ licet regulariter vbi agitur de pœna relegationis imponenda, ex quocunq; alio crimine, possit interuenire procurator fallit tamen in crimine iniuriarũ. vbi licet de sola pœna relegationis agatur, non potest tamen interuenire procurator. sed solum illustribus concedi videtur, vt in hoc crimine procuratores constituere valeant. Sed ista solutio secundum Imo. non est tuta. & considerandũ est. ꝙ quo ad potestatẽ cõstituendi pcuratorẽ in criminalibus, nõ debet spectari qualitas criminis, sed qualitas pęnę inferendæ, ex ipso crimine, vt probari videtur in d. l. j. quando per alium cau. app. cum ergo non possit dari ratio diuersitatis. quare magis debeat permitti procurator in alijs delictis. vbi agitur de pœna relegationis, ꝙ̃ in crimine iniuriarum videtur idem ius statuendum. & hac etiam impugnatione vtuntur Mod. in d. c. veniens. col. xxij. sed tu cõsidera. si ratio specialitatis colligi possit ex his, quæ scribit Vlpian. in l. prætor edixit. de iniur. dum dicit ꝙ in crimine iniuriarum non debet agens illa actione cum discrimine alienæ ęstimationis vagari. & ob hoc in casu isto videtur prohiberi constitutio procuratoris. Tertia datur solutio secundum Ricar. de Salyceto ꝙ specialitas.

210 d. l. fin. consistit in hoc, quia † personæ illustres sola pęna relegationis affici debent. & ob hoc in necessariam consequentiam eis tantummodo licet procuratores constituere. Sed hęc solutio non placet Imol. nec Modernis repetẽtibus in c. veniens.

211 quæ verba Imo. formaliter referunt: † nam regulariter humiliores homines & non alij fustibus et hisce generibus pænarũ subijciuntur. l. capitalium. §. non solent. & l. generaliter. & l. mores. §. istę ferę ff. de pœnis. ergo id quod erat statutum in persona illustri, fuisset quoque statuendum in homine vitæ honestæ, & bonis moribus imbutæ. Ex alio vltra istos non videtur tuta cõsideratio do. Ricar. quia hoc modo circa personas illustres concurrerent duo specialia. Primum ꝙ sola pœna deportationis afficiendi forent: & tamen pœna iniuriarũ cum sit arbitraria, potest extendi vsque ad mortem. l. sacculari. §. sunt quędã. ff. de extraord. cri. Secundum esset ꝙ in hoc crimine posset interuenire procurator nisi dicas tuendo hanc opin. ꝙ ex quo magis constat certitudinarie ꝙ persona illustris fustibus &, tormentis non est afficienda, sed sola pœna deportationis plectenda est, lex tolerat ꝙ ad huiuscemodi crimen persequendum procurator interuenire possit, & hec duo specialia ex quo vnum in consequẽtiam alterius venit, concurrere possunt, vt Bar. dicit in l. si sub cõditione de solu.

212 Quarta † datur solutio ad illum text. secundũ vtrunque Saly. ꝙ vbi dubitatur quæ nam pœna debeat imponi. vt est videre in hoc crimine iniuriarum, in quo iudici datur arbitrium imponendi pęnam inspectis circunstantijs loci, temporis, & personæ. §. atrox. insti. de iniur. & d. l. prætor ait. §. atrocem. eo. tit. & ad istud crimen prosequendum non admittitur procurator. fallit tamen in persona illustri. in qua posset esse ꝙ illustris inferet iniuriam illustri. quo casu imponẽda foret pœna corporis afflictiua. posset etiam esse ꝙ non constaret ipsum esse illustrem. sed replicari posset. secũdum

213 Imo. ꝙ † licet illustris afficiat illustrem iniuria, nõ tamen pęna corporis afflictiua afficiendus erit, d. l. fi. de iniu. Item in d. l. fi. C. eod. præsupponitur notorie constare ꝙ personæ illæ erant illustres. & sic ꝙ erant in insulam relegandi, et tamen videtur speciale in illo tex. & hæc impugnatio suadetur alia ratione. vltra alios. qui ille tex. in princ. loquitur ne dum in illustribus administrationibus & habentibus cingulum sed etiam in illustribus hono-

honoratijs codicillis decoratis. adeo ꝙ non poterat verosimiliter hesitari de quibus illustribus imperator senserit, prout alibi dubitatur in l. fin §. viros. C. vbi sena. vel claris. Quinta datur so-214 lutio, † ꝙ ille tex. loquitur in iniuria pro qua poterat imponi pęna capitalis, de qua in l. pe. C. de famo. lib. vel pœna deportationis, aut in crimine iniuriarum quod ex lege Cornelia proficiscitur iuxta. l. iij. §. fi. ff. ad l. Cor. de sica. & l. antep. §. de iniu. nam in hisce criminibus vbi maior pœna relegatione imponenda est, non potest constitui procurator regulariter. sed conceditur specialiter illustribus vt ad tale crimen prosequendum licet agatur de pœna capitali possit dari procurator. Sed hęc solutio nō placet Mod. tum quia diuinat, tum etiam quia videtur contra d. l. quæ generaliter, & indistincte loquitur, ergo debet generaliter & indistincte intelligi, dato ꝙ in vno casu sit maior ratio ꝙ̄ in altero. Sed replicari pōt, ꝙ non est absurdum vt iura iuribus cōcordentur. & vna lex per alteram distinguatur gl. in l. scien-215 dum. qui satisda. cog. Vltima † datur solutio per repetentes in d. c. veniens. & considerandum est ꝙ personæ illustres prohibentur per se litigare, sed debent litigare per procuratorem. l. quicunque. C. de procu. & §. j. in auc. vt ab illustr. & qui supra eos sunt. Speciale tamen est in persona illustri. vt in crimine iniuriarum possit constitui procurator in qua potest agi & ciuiliter & criminaliter licet secus sit in alijs criminibus. vt ī hoc. §. & ratio est quia non potest illustribus imponi pœna corporis afflictiua. licet ergo regulariter nō possint illustres agere de per se in causa ciuili, sed cogantur constituere procuratorem, tamen in hac causa iniuriarum possunt constituere procuratorē, & ideo Imperator ibi vtitur verbo licere, & videtur sensus, ꝙ licet alias illustri non liceat per se litigare in causa ciuili, licet tamen in hac causa, quæ est mixta. Item licet in causa mere criminali non liceat procuratorem constituere. vt in hoc. §. tamen licitum est in causa iniuriarum. Sed iste intellectus ex triplici capite non videtur tutus. Primo vt sentiunt ipsi met repetentes. quia tex. in fi. vniuersaliter dicit. ita tamen vt nullus alius sibi audeat hoc vēdicare. nec est tuta responsio, ꝙ hoc alteri non conceditur a iure speciali, sed simpliciter a iure communi. quando venit imponenda pœna vsque ad relegationem. quia tex. vniuersaliter dicit ita tamē vt nullus alius sibi audeat hoc vendicare. ergo non debet restringi vt intelligatur, vbi venit imponenda pęna relegationis tantum, quandoquidem pro iniuria, vt supra dixi, possit imponi pœna vsque ad mortem. Non est etiam tuta alia solutio, dum dicitur, ꝙ nulli alij hoc conceditur in crimine iniuriarum scilicet, ꝙ simpliciter possint causam agere per procuratorē, sed quo ad inferiores illustrium. vt ibi dicitur, mos iudiciorum qui hactenus obtinuit, in posterum obseruandus sit, & videtur sensus, ꝙ vbi sumus certi de pœna ꝙ tunc admittatur procurator, secus vbi sumus incerti. sed credo ꝙ illa verba habeant aliū sensum, videlicet, ꝙ si pro crimine iniuriarum agatur ciuiliter, admittatur procurator, secus si criminaliter. sed hoc si speciale in persona illu-216 stri, ergo ius cōmune est in cōtrarium, † ex alio etiam non videtur tuta consideratio istorum, quæ fuit glo. in d. l. fi. & in l. fi. ver. per procuratorem. 217 C. vbi sena. vel claris. quia † nō potest dari ratio diuersitatis, quare magis liceat eis cōstituere procuratorem in crimine iniuriarum ꝙ̄ in alijs priuatis criminibus in quibus non licet. d. l. fi. vers. omne crimen publicum priuatiue C. vbi sena. vel clar. Item si. l. fi. C. de iniur. veniret ad interpretationem. l. quicunque. C. de procu. non solum intelligeretur in illustribus, sed etiam in spectabilibus & clarissimis, quandoquidem in hisce personis loquatur d. l. quicunq; & lex interpretans debet intelligi secundum terminos legis interpretatæ, est verum ꝙ hodie solum possunt illustres, & super illustres agere per procuratorem, auct. quod ius C. de procur. Item l. fi. non potest venire quouismodo ad limitationem. d. l. quicunque, quandoquidem l. quicunque, loquatur in vxoribus & liberis dictarum personarum illustrium. ex alio ēt non potest considerari aliqua spetialitas in illo text. quia vult vnum quod est cōtra regulas iuris communis, ꝙ ipse illustris non autem procurator debeat condēnari. Si velles ergo tueri cōem sententiā, poteris tenere intellectum Rycar. de Saly. supra relatum. sed in puncto iuris verior videtur opi. Vltramontanorum. in quam etiam inclinat Bar. hic & primo per text. in l. ij. supra de procu. a contrario sensu, ibi cum appellationes pecuniariæ per procuratorem exerceri possint. nec dicatur vt dicit Saly. ꝙ ibi, & in l. fin. fit mentio de causa pecuniaria ad differentiam causæ capitalis 218 stricte sumptæ, quia † latine loquendo, omnis causa æstimationis capitalis dicitur. l. hos accusare. §. omnibus. de accusa. quæ proprie loquitur de relegatione. nisi dicas tuendo communem, ꝙ relegatio & quælibet alia causa æstimationis, improprie pertinet ad capitis periculum, vt est casus in l. capitalium. versic. cæteræ pœnæ. ff. de pœnis. sed ille text. contra communem senten-219 tiā retorqueri potest, † quādoquidem ęquiperet pœnam ictus fustium relegationi. sed vbi agitur de pęna corporis afflictiua, non potest interuenire procurator. Sed dic ꝙ ibi illa æquiperatio fit secundum quid, non autem simpliciter. Secundo contra communem stringit iste tex. qui generaliter dicit. ꝙ ad crimen publicum prosequendum procurator constitui non potest. sed crimen publici iudicij est duplex. quoddā capitale, & quoddam 220 non capitale l. ij. supra eod. † sed procurator ibi remouetur a genere, & sic a quolibet crimine publici iudicii. ergo cēsetur remoueri a qualibet eius specie ergo non poterit interuenire in casu vbi agitur de pęna relegationis. Sed replicari pōt. secundum Saly. in d. l. reos. ꝙ illa regula, ꝙ vbi remouetur genus censeatur remota quęlibet eius species habet locum vbi ratio remotionis generis militat ēt in specie, & sic qn̄ genus remouetur rōne indifferenti. sed vbi agitur de pęna relegationis, abn̄s pōt damnari. ergo debet posse cōparere per procuratorē. sed ista rō vt supra dixi nō est tuta qa stat simul, ꝙ abn̄s possit condēnari, & tamen non possit

posſit comparere per procuratorem. Alio modo reſpondet Saly. ꝙ ratio prohibitiua cõſtitutionis procuratoris quæ militat vbi agitur de pœna capitali ſtricte ſumpta, id eſt, ne per procuratorẽ aliquod grande præiudicium fiat domino ceſſat, vbi agitur de pęna relegationis. ſed attenta ratione Saly. ſequeretur ꝙ ĩ crimine legis. Iulię de anno. & de ambitu in quo pęna pecuniaria imponitur. poſſet interuenire procurator contra generalitatẽ huiuſce. §. Veritas dependet ab his que Bart. hic dicit in. v. col. ver. quæro extra gl. an vbi pro publico iudicio imponitur pęna pecuniaria habeat 221 locum. §. noſter. & ibi reſeruo dicendũ. † Non eſt tamen recedendum a cõmuni ſententia, pro qua facit pulchra ratio. nam interuentus procuratoris ad neceſſariam defenſionem regulariter eſt permiſſus, cum ergo non cenſeantur prohibiti procuratores in cauſa relegationis, debent cenſeri permiſſi. & ſuadetur hæc cõmunis opin. quia vbi tractatur de odio dictio vſque, ſtat excluſiue. ſed cũ eſſet odioſum, non poſſe conſtituere procuratorem in cauſa relegationis debemus intelligere text. in l. j. ꝙ ſtet excluſiue. iuxta not. per Saly. & alios in 222 auct. quod ius. C. de procur. † Vere tamen d. l. j. an per alium cau. multũ ſtringit contra cõem ſubtiliter inducẽdo. nam ibi in ij. reſponſo principali dicitur, ꝙ in cauſis capitalibus vſque ad relegationem non interuenit procurator. in. iij. vero reſponſo ſubijcitur ꝙ in cauſis criminalibus vbi agitur de pęna pecuniaria procurator cõſtitui põt. ſed ſi dictio vſque, ſtaret excluſiue ad. ij. reſponſũ. tertius caſus, in quo erat maior dubitatio ꝙ in cã criminali, pro qua imponitur pęna pecuniaria, remaneret indeciſus ſaltem expreſſe. et caſus minus dubius expreſſe decideretur. videtur ergo ꝙ dictio vſque, ibi ſtet incluſiue. ſecundum eius propriam naturam. Retenta tñ hac concluſione ꝙ in cauſa relegationis poſsit conſtitui procurator, diſcutiendę ſunt aliquæ neceſſariæ dubitationes.

Prima erit dubitatio quam tangit hic Fran. de 223 Ranpo. & Bal. † an vbi in relegatione aſsignatur certus locus. ita ꝙ nõ poſsit in alio loco morã trahere. ſed teneatur morari in illo loco, an in tali cauſa conſtitui poſsit procurator, & concludunt ꝙ non. Communis enim opi. ſecundum iſtos procedit vbi quis relegatur vt poſsit vbique morari, dummodo non trahat moram hic Padue vel Venetiis vel in alio certo loco. nam in hac relegatione ferri poteſt ſententia in abſentem, & procurator conſtitui. ſecus tamen eſt ſecundum eos vbi fieret relegatio ad certũ locum. iuxta. l. relegatorũ. de inter. & relega. ita ꝙ relegatus ab illo loco recedere non poſſet & alio proficiſci, & iſto caſu nõ poterit interuenire procurator, quia negari nõ põt quin agatur hic de pęna corporis relegati afflictiua. ergo non poterit ferri ſententia in abſentẽ nec conſtitui procurator, probatur ĩ d. l. relegatorum. in fin. principij. vbi dicitur ꝙ vbi quis relegatur in certam inſulam anteꝗ̃ aſsignetur inſula talis relegatus militi tradendus eſt. ergo talis relegatio videtur habere inſtar deportationis. & maxime vbi fit in perpetuum. ſuadetur hæc opi. per locum 224 a paritate rationis. † nam ratio quare nõ poſsit ferri ſententia in abſentẽ in criminalibus eſt illa, quia non poſſet in eum fieri executio quæ ratio concludit ẽt in eo qui in certum locum relegãdus venit: Imo. hic dicit ꝙ nõ eſſet malum tenere hãc opi. & idem dicunt Mod. Senen. in d. c. veniens. qui nihil addendo referunt vt plurimum verba formalia Imo. Contrarium tamen tenent cõiter 225 ſcribentes. tum † quia relegati omnia ſua iura retinent, & ſic nec ciuitatẽ nec bona perdunt. ſiue ad certum ſiue ad incertum locum relegentur. & ideo in relegato ſecundum Imo. poterit fieri executio in bonis, quæ executio non cadit in deportato, qui & bona & ciuitatem perdit. et ſi dicatur ꝙ immo poterit fieri executio cum cõminatione, ꝙ damnabitur in metallum, replicari poteſt. ſecundum Imo. ꝙ ſicut non timuit deportationem, non timebit ẽt damnationem in metallum, ſecus in relegato, qui bona non perdit. Item non tenet conſequentia. ſecundum Imo. non poteſt fieri executio ſententie, ergo non debet poſſe ferri ſententia contra abſentem. nam condemnatur ille, qui nihil habet. quia ſperatur ꝙ poſsit peruenire ad pinguiorem fortunam. l. ſi defunctus. C. arb. tute. Item cõdemnatur aliquis actione perſonali, qui non habet nec bona mobilia nec imobilia in loco. ſed 226 attenta ratione Imolæ. ex quo † deportatus non amittit ea, quæ ſunt iuriſgentium. quia poteſt contrahere, & in futurum acquirere, deberet poſſe abſens condemnari. facit l. ſi mandauero. §. is cuius. ff. mand. & ideo conſidera ꝙ licet relegatio poſſit fieri in certam inſulam, tamen principalis intẽtio relegantis eſt remouere ipſum relegatũ a loco in quo moram trahebat. vt probari videtur in d. l. relegatorum. §. interdicere. ibi, vñ eueniebat, vt qui relegatus eſſet ab ea prouincia, & in. §. his qui relegantur, ibi, excedereque debet intra eum diẽ. ergo videtur ꝙ intentio relegãtis ſpectari debeat. Sed replicari poteſt, ꝙ illa iura procedũt, vbi quis remouetur a loco domicilij & originis, ita ꝙ illa ſolum prouincia eidem interdicta cenſeatur. ſecus tamen videtur vbi quis in certam inſulam relegatur. vt eidem ab ea recedere non liceat, niſi dicas ꝙ hoc non conſideratur. quia id quod principaliter agitur ſpectari debet l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi 227 cer. pet. † Non ob. tex. in d. l. relegatorum. ibi, militi tradendus eſt, quia ibi illud admittitur poſt latam ſententiam non ante. ne ſententia ſit eluſoria. nam ex forma ſententiæ ibi debebat ſtare relegationi in certam inſulam. & ideo cũ iudex non haberet inſulam ſub ſe, debet expectari donec aſſignetur a principe, interim ergo non debet vagari. & ideo militi traditur quo ad inſula aſsignetur ſicut alias contingit in ſimili in l. legatũ ſupra de vſufru. leg. & l. legatam. cum ibi not. de admi. re 228 rum ad ciui. pertinenti. † Item videmus alias. ꝙ quando ſuſpenditur executio ſententiæ in aliqua re ex aliqua cauſa, fit illius rei ſequeſtratio & depoſitio. vt l. ab executione. C. quorum app. non recip. quæ allega. vt l. j. C. de prohib. ſequeſt. non eſt mirum ergo ſi id contingit in caſu iſto. Item non eſt bona argumentatio Franc. de Are. arguere 229 de deportatione ad relegationẽ † nam deportatio requirit formam actualem, vt ipſe deporta-

tus

tus per ministros conducatur ad locum & ad insulam l.ferri.de verb.sig.sed relegatio requirit solam formam verbalem,scilicet vt per seipsum relegatus cum relegatione vadat, vt d.§.his qui. & ideo prima requirit præsentiam, secunda non.sicut videmus in degradatione verbali, & actuali, in c.ij.extra de pœnis lib.vj. & hoc not. Imo. in c.veritatis.de do.& contu.& c.qualiter & quando.& d.Innoc.in c.ij.de sen. excom.& ad hoc accedat quod not.in l.ij.§.ignominiæ. de his q not. infa. cogita. Secunda cadit dubitatio secundum 230 Bar.hic, † an in causa appellationis vbi imponitur pœna maior relegatione, possit talis causa per procuratorem agitari,& Bar.hic dicit ꝙ non admittatur procurator,licet sententia in causa appellationis in absentem ferri possit l.fi.§.illud.C. 231 de app. sed non videtur verum † ꝙ in causa appellationis vbi agitur de crimine, ꝙ ferri possit sententia in absentem,vt probatur in d.l.j.ibi,sed ipsum adesse auditorio.ff.an per alium cau. app. agi possit,& videtur casus in l.absentem.ff.de pœnis.& in l.absentem.C.de accu. Item præsupposito vt Bartol.dicit ꝙ in causa appellationis posset procedi contra absentem, nam ex quo sententia quæ fuit lata in causa principali,statim traxit secum executionem quo ad ea quæ sunt iuris, & hoc casu facilius potest in causa appellationis procedi contra absentem. sed replicari potest se-232 cūdum Imo. hic † ꝙ per appellationem statim fuit extinctum pronunciatum. l.j. in fin. ad turp. hinc est ꝙ si feratur sententia in causa appellationis,ꝙ agitur ex secunda sententia non autem ex prima l.si quis priore.in princ.ad Treb. & l. furti.in prin.de his qui not.infa. & cum hac opi. etiam transit d.Mar.de Senis.in c. veniens. col. xxv.referendo Imo.hic formaliter. Sed tu considera.nam in casu l.j.ff.an per alium.præsupponitur ꝙ fuit lata sententia in causa principali,ergo fuit lata in præsentē,alias non valuisset l.si accusatoribus.C.de accu.cum ergo condemnatus esset in carceribus detentus, si admittitur procurator 233 videtur procurator præsentis. † sed dato ꝙ in causa appellationis posset sententia ferri in causa criminali contra absentem, istud inducitur in odium contumacis,& absentis, sed non debet induci in eius fauorem.ar.l.non solum.ff.de noxal. nisi dicas ad has duas rationes, & primo ad primam,ꝙ potest esse ꝙ condemnatus non retinebitur in carceribus,quia retineri solet ob inopiam idonei fideiussoris.l.eos.§. super his.C. de appel. Secundæ rationi respōdetur,ꝙ ex quo vbi in absentem potest ferri sententia,regulariter potest interuenire procurator,non videtur absurdum,ꝙ in consequentiam odij veniat fauor.ar.l.cum ex oratione.de excus.tut.& ita in simili arguit Bald. in l.quod fauore. in vij. oppo.C.de legib. cogita. Tertia cadit dubitatio,tu vidisti ꝙ in causa iniuriarum, licet sit priuatum delictum, possunt illu-234 stres procuratores constituere. † dubitant modo Mod.in d.c.veniens. in col.xxiiij. an id quod dictum est supra in persona illustris, procedat in episcopis & aliis prælatis, vt teneantur comparere per procuratorem, iuxta terminos.l.quicunq;.

de procu. & possint etiam in crimine priuato iniuriarum procuratores constituere, & ipsi valde dubitant per tex.in c.cum olim. de testib. vbi secundum eos apparet ꝙ episcopus comparet per se vel per procuratorem,sed ad istum tex.respondere potest ꝙ ille tex.non probat,sed solum dicit esse procedendum ad examen testium, si archiepiscopus legitime citatus per se vel per procuratorem, comparere noluerit, & hoc simili sermone vtitur tex.in c.fin.in verbo si per se vel per pro-235 curatorem citatus fuerit, † nec quidpiam facit tex.in c.j.& fi.de postu.adductus per eos,quia ibi non dicitur ꝙ episcopus possit esse procurator, sed loquuntur illa iura de aliis clericis, non autē de episcopo.& ideo verior videtur opi.glo.quam ipsi corrupte adducunt in c. quia episcopus. iij.q. iiij.quę vult ꝙ sacerdotes non debeant per se litigare,nisi sint pauperes.alleg.text.de illustri. & qui supra eos sunt. Item & nonnullas alias rationes quas formaliter recensuit idem. d.Mari.quarum prima est, quia non expedit seruos Dei litigiosos esse.c.j.de simo. Secunda est,ne cogantur a diuinis obsequiis recedere.iuxta tex. in l.omnes C.de epis.& cler.& quia lites dant materiam delinquendi. l. properandum. in princ.C. de iudic. 236 † & vere pro opi.gl. videtur casus in d.c.quia episcopus, qui vult ꝙ episcopi & alij sacerdotes teneantur constituere procuratorem. excipit tamen causas publici iudicij.ille tamen tex. non solum loquitur de episcopis, sed de vniuersis sacerdotibus,quos nemo illustres appellat nec ille tex. fundat se super illustri dignitate, sed quia solent 237 constitui ad Dei laudem. † Secundo aduertendum est,quia non videntur recte quærere repetentes an dispositio.l.fi.& l.quicunq;.C.de iniur.habeat locum non solum in episcopis. sed etiam in inferioribus prælatis. quia text. in l.quicunque. hodie restringitur, vt solum procedat in illustribus & hiis qui supra eam dignitatem sunt. & 238 † ideo in solo episcopo cadit dubitatio, qui secundum Ias.in l.j.vbi his dixi.de offi. eius.est illustris,vt etiā concludit Bologn.in consi.lxxxv. 239 incip. quidam Ant.de Cast. † & ideo tex.in c. fi.v.q.ij. vult episcopum in scriptis debere citari,sicut illustres citantur l. quotiens. C. de digni. 240 lib.xij. † & text.in c.fin.de re iudi.lib.vj.vult ꝙ possint legere sententiam per substitutum ad si-241 militudinem illustrium, † & ideo tu considera ꝙ aut quærimus an dispositio.l.quicunq;. de procu.habeat locum in episcopis, & crederem ꝙ nō. quia illustri litiganti per se imponit pœnam amissionis causæ, & ipsi iudici libratum xx. auri & ideo illa lex non debet extendi ad episcopū,quia nullibi probatur ꝙ episcopus sit proprie & simpliciter illustris, licet priuilegiis illustrium poti-242 ri videatur † in his terminis loquitur text. in d.c.fi.ij.q.v.simpliciter tamen dicitur potius spectabilis, vt dicit Io.de Platea. in l.fi.C.de decur. lib.x.cum similibus. de quibus ibi, dixi in d.l.j. de offic.eius. tam in prima ꝙ̄ in secunda lectura. Aut vero quærimus an debeant litigere per procuratores tam ipsi ꝙ̄ alij prælati inferiores,& in hisce casibus in quibus si ipsi litigassent, possent

distrahi

distrahi a diuinis officiis. concludendum est ꝙ sic, per tex. in d. c. quia episcopus. iij. q. iiij. vbi vero non possunt distrahi a diuinis officiis, vel citãtur a summo Pontifice, tunc possunt per se litigare, & in his terminis intelligantur iura adducta per Mod. in d. c. veniens. col. xxv. Si vero quærimus an in crimine priuato iniuriarum possint per procuratorem litigare, & ex quo istud videtur respicere fauorem illustrium, & tunc subdistinguendum est, aut enim prohibitio constitutionis procuratoris respicit fauorem ipsius domini, tum ratione grauis præiudicij, tum etiã quia & in arduis causis ciuilibus non cogitur quisquam agere per procuratorem. vt tradit Card. noster Alexandrinus in ca. in criminalis. iij. q. v. si vero respicit fauorem ipsorum illustrium vt innuit text. in d. l. fin. in verbo licere, concludendum videtur ꝙ illa l. fin. habeat locum in episcopis, quia exequantur illustribus, & istud sentit Bal. in l. fin. C. vbi sena. vel clar. qui exemplificat illum text. in episcopis. Tertia colligitur conclusio ex hac 243 glo. † ꝙ vbi venit imponenda pœna, quæ est minor relegatione in tali causa potest interuenire procurator. vtputa quando agitur de pœna remotionis ab ordine l. ij. infra de iniur. vel vbi agitur de interdictione artis alicuius iuxta l. moris ff. de pœnis. & ideo vbi quis venit deponẽdus ab ordine, vel publicis honoribus priuandus aut simili pœna plectendus. non censetur prohibitus procuratorem constituere, vt probatur in d. l. j. §. j. versi. plane. ff. an per alium cau. app. & in l. cognitionum. §. j. & hanc conclusionem sequuntur communiter interpretes relati per Imo. & Benedictum de Plumbino hic, & per Mod. in c. veniens. de accu. sed huic conclusioni obiicitur. 244 † nam pœna depositionis ab ordine potest cadere in absentem. c. veritatis. de dol. & contu. & tamen in casu d. c. veniens. vbi agebatur de depositione episcopi, quia asserebatur subiecisse ecclesiam seruituti principis secularis, nõ potest interuenire procurator. Imo. hic respondet ꝙ aliud est de iure canonico aliud de iure ciuili, & cũ in depositione ordinis episcopalis, aut præsbyteratus, diaconatus, vel subdiaconatus agatur de graui 245 præiudicio, † cum duntaxat ex grauissimis criminibus quis ab ordine deponatur. vt traditur in c. j. lxxxj. dist. & in c. Maximianus. & in cap. j. 246 xxxv. dist. non est mirũ, si in hisce causis † vbi agitur de depositione ab ordine fienda, & sic de graui præiudicio, non admittitur procurator, secus tamen est de iure ciuili, quo iure ordo capitur pro ordine cuiuscunq; corporis vniuersitatis vel collegij, vtputa doctorum, decurionum, lanificum, & cerdonum, quæ depositio non videtur tam grãdis, sicut illa quæ fit ab ordinibus sacris, quia vt 247 dicit glo. in summa dist. xxxij. † quatuor præcipue dicuntur ordines sacri a sanctitate, castitate, & continentia quam inducuntur. probatur in c. decernimus. xxviij. dist. non sic est, vbi agitur de remotione ab ordine alicuius corporis, collegij, vel vniuersitatis. iuxta tit. de decretis ab ordine facie. & l. cognitionum. de var. & extraord. cog. & cum ista solutione transeunt Mod. simpliciter in d. c. veniens. xiij. q. & in xxviij. col. de acc. sed ista solutio non videtur tuta quia inducit differentiam inter ius ciuile & ius canonicum, at 248 tento maxime, quia † vbi quis prohibetur honoribus publicis fungi, vel ab aliquo ordine remouetur, fama ipsius remoti multum læditur, & causa vitæ & famæ parificantur l. iusta. de manumis. vin. nisi dicas ꝙ ex quo de iure canonico pœna depositionis non imponitur, nisi ob aliquod graue delictum, non est mirum si talis causa per procuratorem agi non potest. facit tex. in c. sicut nostris. de iureiu. sed de iure ciuili facilius quis remouetur ab ordine, ꝙ̃ de iure canonico. Non 249 obst. ꝙ dixi † quia l. iusta, non procedit in hoc casu. quia vbi pro causa criminali imponitur pœna pecuniaria, potest in ea interuenire procurator, licet ex tali causa sequatur infamia. d. l. j. ff. an per alium causa app. Item ex delicto publico ex quo quis infamatur, si pro eo imponatur confiscatio omnium bonorum, vel etiam partis bonorum, potest interuenire procurator. vt dicunt 250 Mod. in d. c. veniens. col. xiij. de accusa. & † tamen priuatio omnium bonorum causæ criminali parificari videtur. l. propter litem. ff. de excu. tut. & §. item propter litem. instit. eo. & est glo. ordi. in l. j. C. de reis postu. lib. x. Vel potest alio modo responderi ad tex. in d. cap. veniens ex regula. l. 251 qui testamento. de testa. quæ habet † ꝙ in qualibet lege præsumitur ꝙ termini sint habiles. cum ergo in d. c. veniens, dicatur, ꝙ causa erat criminalis, & ꝙ procurator non erat admittendus, necessario dicendum videtur, ꝙ erat talis causa, ex qua non poterat constitui procurator, attento maxime ꝙ id quod statuitur in hoc. §. est etiam statutum. de iure canonico, ca. in criminibus. iij. q. v. ergo non debet induci differentia inter ius canonicum & ius ciuile. prout faciunt Imo. & Mod. Sed cõtra huiusce modi conclusionem obstat text. 252 in l. capitalium. §. j. ff. de pœnis. † vbi Iureconsultus parificat pœnas respicientes æstimationem hominis, pœnis fustiũ. sed in causa, in qua tenuiores homines fustibus subiici possunt, non potest interuenire procurator, cum non agatur de pœna pecuniaria, ergo a paritate rationis idem videtur dicendum, vbi agitur de remotione ab ordine, 253 † attento maxime eo quod habetur in l. cognitionum. §. minuitur. vbi expresse dicitur, minuitur æstimatio, vbi quis relegatur, vel ab ordine mouetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeus fustibus ceditur, sicut ergo vbi agitur de ictu fustium procurator constitui nõ potest, ita non poterit & in aliis causis parificatis interuenire & si dicatur, ꝙ ibi sit parificatio quãtum ad hoc, vt ex dictis pœnis æstimatio minuatur, non autem quantum ad interuentum procuratoris: replicari potest, ꝙ regula l. nam hoc iure, de vulg. & pup. procedit etiam vbi datur diuersa ratio ipsorum determinabilium, vt probari videtur in illo tex. & tradit moder. Decius. in l. in testamento. C. de testa. mili. & ideo considera, quia facile posset defendi hæc opin. contra communẽ. nam aut volumus dicere, ꝙ vbi agitur de subiiciẽdo plebeios ictibus fustium, non possit interuenire pro-

re procurator, vt dicunt Mod. quia agitur de poena corporali, quæ est maior quacunq; poena pecuniaria, nam dico, ꝙ illa regula nō procedit in plebeis, vt Bart. dicit in l. j. de poenis. cū ergo de iure canonico videatur decisum, non cauillando literã, ꝙ vbi agitur de depositione ab ordine episcopali, vel ab alio ordine, non possit interuenire ꝓcurator. idem debemus dicere de iure ciuili. & maxime tenendo illam opin. ꝙ causa relegationis per alium agitari non possit. attento maxime, quia causa famæ & causa vitæ æquiperantur. attento etiam quia si d. l. j. an per alium causa appella. includit relegationem, debet etiam includere causas similes. Retenta tamen communi cõ

254 † clusione, dubitari potest. Primo † an causa separationis thori per procuratorem agitari possit. & videtur tex. ꝙ sic in c. tuæ. de procur. ibi, si necessitas postulauerit, sustineri potest. & maxime quia ille tex. facit expressam differentiam, an agatur criminaliter. & hoc casu non potest interuenire procur. an vero agatur ad separationē thori, & hoc casu potest interuenire procurator, ita tenet hic Ang. & Imo. & idē Imo. in d. c. tuę. post

255 Io. And. Hosti. d. Ant. & alios. † sed certe verba text. in d. c. tuæ. ibi, si necessitas postulauerit, innuunt ꝙ regulariter non debet admitti. sed pręfati Doc. subaudiunt verbū maxime. vt in simili dicitur in c. pastoralis. de offi. ord. & in c. quod sedes. eo. tit. sed ista subauditio violat illū tex. attē

256 to maxime † quia separatio thori est multū dolorosa. quia secundū Bal. in d. c. tuæ. sapit exiliū, exulat enim a viro suo, & est dura sicut mors, & perditur dos. ergo nō deberet admitti procurator nisi subesset necessitas. vt text. expresse dicit. & hoc modo in illo tex. esset differentia inter agentē criminaliter, & agentem ad separationē thori. Vt primo nullo modo esset admittendus procurator. Secundo vero sic vbi necessitas subesset. vt cantat illa litera. quæ conditionaliter loquitur, quæ quidem conditio debet impleri in forma spe

257 cifica. † & quæ formam importat. l. prætor ait, de colla. bonorū. nisi dicas ꝙ ex quo in illo text. subiicitur ratio, ꝙ per procuratorē accusat. quia licet accusatio sit de crimine, tñ non est criminalis, ex qua ratione apparet ꝙ necesse est, ꝙ subaudiatur dictio maxime. nisi iterū dicas ꝙ Papa ibi in fine videtur decidere ꝙ securius procedetur, si in præsentia personarū hoc fiet, cogita. quia nul

258 lus tāgit. Circa fi. gl. † dū allegat l. sed & hę. §. j. de procur. aduerte, quia gl. sentit ꝙ reuocare seruum ingratū in pristinā seruitutē sit causa minor relegatione, & tamen secundum Bar. & Imo. hoc est falsum, quia seruitus morti comparatur. l. quod attinet. ff. de reg. iur. Dic secundū Bar. & Imo. ꝙ hæc causa ex parte domini continet interesse pecuniariū applicandum parti. vt scilicet seruus ob ingratitudinē reducatur in seruitutē. Sed secundū Bal. in d. l. sed & hæ. est quid mirum. ꝙ ibi agatur de priuando aliquē beneficio libertatis, & ꝙ cã non sit criminalis, immo videtur capitalis. §. maxime. insti. de capi. dimi. Attento maxime. secundū Inno. in cap. qualiter & qñ. col. ij. de accu. quia

259 † de iure ciuili sunt septē genera pęnarū. quartū tres sunt capitales. Prima est mors quæ multis modis inferunt l. aut damnū. §. vita. ff. de pęnis. Secunda poena est morti proxima, vbi quis dãnatur in metallū, qui grauiori vinculo pręmitur, si vero in opus metalli tunc leuiori, vtraq; tñ poena & ciuitatē & libertatē aufert. vbi vero quis damnatur in misteriū metallorum, si in perpetuū & ciuitatē & libertatē amittit. si ad tempus solam ciuitatē. l. aut damnū. §. est pęna, cum §. sequentibus. ff. de pęnis. Sed nescio videre quare vbi agitur de poena dãnandi aliquē in misterium metallorū, id est, vt seruiat dãnatis in metallū ad tempus, talis cã non possit agi per procuratorē, Est & tertia poena deportationis, & in opus publicum damnationis. sed resolutio est. quia in hisce poenis non agitur de cõ

260 modo pecuniario. vt dicunt Bar. & Imo. † Sed adhuc non quiescit animus. nam de iure canonico loco poenę dãnationis in metallum, quæ non inuenitur in canonibus imposita, solet quis vendi vel redigi in seruitutem. de primo est casus in c. quidā clerici. lxxxj. dist. de secundo est tex. in cap. eas. xxxij. dist. & in c. statuimus. xj. q. j. & tñ licet hic agatur de cōmodo pecuniario, ista causa dicitur capitalis, nec pōt agitari per procuratorem, & ta-

261 men hic agitur de seruitute. † Ang. hic dicit ꝙ licet ex parte accusatoris possit interuenire procurator. tñ ex parte rei qui procuratur in seruitutem, non potest. quia ex parte ipsius rei non agitur de commodo pecuniario. & idē potest dici de iure cano. in quo poena seruitutis imponitur, vel melius dic ꝙ consideratio Ang. est contra tex. in d. l. sed & hæ. qui expresse vult ꝙ sicut patronus potest accusare libertum vti ingratum per procuratorē, ita & libertus ipse pōt ꝑ procuratorē respondere. et ideo tu dic. ꝙ vbi quis dãnatur in opus metalli, vel de iure cano. in seruitutē redigitur. talis cã non pōt agitari ꝑ procuratorē, q̃a tendit ad vindictã publicã. sed adhuc considera, quia contra ꝓdicta vr̃ casus in c. si quādo ij. q. vj. vbi dr̃ ꝙ in cã capitali, vel in cã status non ꝑ procuratorē sed ꝑ

262 ipsum agendū est † Idē ꝓbatur in l. j. circa prin. de asser. toll. vbi dr̃ ꝙ si quis ꝓuocet aliquē in seruitutē ꝙ cessante assertoris difficultate, debet respondere per se, si vero reperiatur in quasi possessione libertatis, tūc pōt agere per procuratorem, ergo hi duo tex. videntur cōtrariari his, quę Bar. Imo. & cæteri tradunt. Glos. in d. c. si quando, fatetur contrarium, ꝙ vbi dominus est in quasi possessione seruitutis, seruus ꝑ potest per se agere, vbi vero aliquis prouocatur ad seruitutem, & ipse est in quasi possessione libertatis pōt per procuratorem agere super isto contrario laborant Saly. Odofr. & cōiter antiqui in d. l. j. de asser. toll. Prima datur solutio ꝙ de iure antiquo ille cui mouebatur quæstio status poterat indistincte agere causam ꝑ procuratorē. hodie vero distinguitur an prouocatus in seruitutē sit in quasi possessione libertatis, & ēt nunc pōt, secus tamen si non sit in quasi possessione seruitutis. quia tunc secundū Bal. Saly. et oēs ibi nō pōt. Sed ista solutio tendit ad correctionē l. non solū. §. status. allegatæ hic in gl. ff. de procur. Secunda datur respōsio per Io. & Azo. quam sequuntur ibi Odofr. & plerique antiqui. ꝙ iura

in con-

in contrarium allegata loquuntur, vbi seruus litigat principaliter de peculio suo, quæ solutio confunditur ex illis iuribus. Datur tertia solutio, ꝙ seruus post litem contestatam de iure digestorum potest constituere procuratorem. de iure vero nouo distinguitur, aut lis non est contestata, & vbi est in quasi possessione libertatis potest, alias secus. sed hæc differentia in hac materia est verbalis. vt infra dicemus. Ego autem arbitror posse sic dici, ꝙ post iura ff.orum. fuit quædam media iuris prudentia, ꝙ prouocatus ad seruitutem deberet habere quendam assertorem, quæ cum assereret esse liberum aduersus dominum eum prouocantẽ in seruitutem. ista autem assertio fuit sublata per Iustinianum in d. l. j. vt hodie debeat seruus ipse comparere personaliter. secus si sit in quasi possessione libertatis. ex quo infertur ꝙ intellectus datus per Doc. communiter ad l. seruum quoq;. §. j. de procur. ꝙ ibi constituitur procurator, quia agitur de peculio & administratione aliarum rerum. in l. vero infra de asser. toll. agitur de periculo status & personæ, non est verus, quia in casu l. sed & hę. agebatur de periculo status & personæ, & tamen constituitur procurator. & etiam cõfunditur illa solutio per text. in l. non solum. §. si status. ff. eo. tit. de procu. vel melius dic ꝙ ex parte domini siue ille qui prouocatus est in seruitutem, sit in quasi possessione libertatis, siue non, causa per procuratorem agi potest. sed ex parte prouocati distinguitur eo modo quo dicit tex. in d. l. j. C. de asser. toll. Nec huic distinctioni repugnat text. in d. l. sed & hæ. in fin. quæ loquitur de liberto.

263 † Nec et. l. non solum. §. status. quia ille. §. debet declarari & distingui per d. l. j. C. de asser. tollẽ.

264 Circa finem gl. † dum allegat tex. in l. nõ solum. §. fin. vbi in causa suspecti tutoris interuenit procurator. ratio dicit glo. quia illa pœna est minor relegatione. sed ista solutio secundum Barto. Ang. Imo. & Benedictum de Plumbi. non est tuta, quia vbi ageretur vt tutor suspectus puniretur. iuxta. l. j. cum l. seq. de suspe. tut. cum simil. de quibus hic per Bar. non posset constitui procurator, quia talis pœna esset supra relegationem. & esset quasi crimen publicum. l. iij. §. consequẽs. de susp. tut. tex. ergo ille loquitur, quando agitur ciuiliter ad commodum pupilli. vt tutor tanꝗ suspectus ab omni administratione bonorum remoueatur. Sed

265 tu aduerte: † quia nõ videtur ꝙ possit agi principaliter ciuiliter quin in consequentiam possit resultare affectus pœnæ criminalis. vbi enim accusatur tutor de suspecto, vt remoueatur. si appareat ipsum dolose fuisse versatum circa res ipsius pupilli, ad præfectũ vrbis vt puniatur remitti solet d. l. j. in fi. de susp. tut. & d. l. j. §. solent. de offic. præfect. vrb. attento maxime, quia vt dicit Bart. ꝙ accusatio suspecti tutoris est quasi publica. Imo. hic respondet. ꝙ ex quo principaliter agitur vt remoueatur suspectus tutor. licet in consequentiã ob eius dolum, & versutiam debet remoueri, debet tamen spectari id quod principaliter agitur. l.

266 si quis nec causam. si cer. pet. † Sed tu considera ꝙ tex. in d. l. non solum. dum dicit difficile est. potest intelligi id est nullo modo auditur procurator. iuxta tex. in l. j. §. fi. in verbo difficile, quãdo appel. fit. & iuxta glo. in c. præsentiam. de testi. in verbo difficile, & ita considerant etiam Moder. in d. c. veniens. in xij. col. sed tex. non dicit prout ipsi præsupponunt, sed ita cãtat, sed non fuisse per procuratorem suspectus accusabitur quoniam famæ causa est. & sic non vtitur verbo difficile. nec ibi potest intelligi, id est, nullo modo, propter verba sequentia. ibi, nisi constet ei a tutore nominatim mandatum. & sic illud verbum non facile videtur excludere procuratorem generalem, & ratio quare ibi requiratur speciale mandatum, est, quia agitur de magno præiudicio. Item text. ille vult, ꝙ vbi iudex erat processurus omnino contra absentem, ꝙ isto casu admittatur procurator

267 generalis, alias secus, † & ille tex. est multum menti tenendus. secundum Imo. hic, ꝙ vbi agitur de causa famæ & æstimationis requiritur speciale mandatum. & ex illo tex. confunditur vna ratio Bar. hic dicentis ꝙ ad publicum iudicium ꝓsequẽdum non potest interuenire procurator. quia vnusquisque per se fidelius agit causam suam. nã illa ratio cessat, vbi quis habet speciale mandatũ, quia comparet tanquam picca & organum ipsius domini, nec posset fidelius agere ꝙ mandatum

268 speciale in forma adimplere. † Nota etiam pro eo, quod dicit Imol. hic, ꝙ vbi quis principaliter accusatur, vt remoueatur tanquam suspectus, licet in consequentiam possit puniri, censetur tamen causa ciuilis, pro qua potest interuenire procura-

269 tor. † nam pro isto dicto facit gloss quam summe no. Ang. in d. l. non solum. §. si status. vbi dicit ꝙ qñ cã principaliter est famosa, dãnatus ꝑ procuratorẽ est infamis, secus si principaliter est pecu-

270 niaria, & in cõsequentiã est famosa. † sic intelligitur. l. furti. §. si qs alieno. de infami. & ratio est, quia ex quo principaliter cã est famæ, si ꝑ interuentum procuratoris euitaretur infamia. iam sententia nullum operaretur effectum quod non contingit, vbi principaliter causa est pecuniaria. qa fit exactio saltem pecuniæ.

Glo. in verbo procurator, diuiditur in quinque partes principales. In prima parte declarat text. In secunda adducit concordantes ad hunc tex. In tertia format duas oppositiones contra tex. In quarta quærit an possit constitui procurator in causa criminali ad vnum articulũ. In quinta format aliam oppositionem, & eam dupliciter soluit. Secunda ibi, & facit. Tertia ibi, itẽ contra. Quarta ibi, & est argumentũ. Quinta ibi, item contra. Ex prima parte huiusce gl. colligitur conclusio, ꝙ sicut non potest constitui procurator ex parte actoris, ita non potest constitui ex parte rei, licet ex parte actoris dicatur proprie procurator, sed ex parte rei dicitur defen-

271 sor. † Sed iste terminus ꝓcurator est latissimus. aliquando enim capitur pro præside prouincię. l. ij. C. de iure fis. lib. xij. aliqñ pro curatore. l. si in emptione. §. fi. de contrahen. emp. & pro tutore ẽt capitur procurator. l. in defendẽte. prout est in lit-

272 tera procurator. ff. de antho. tut. † istud etiã verbum procurare, est latissimum, iuxta illud Appuleij: hũc enim equulũ suũ curiose nimis procurãtẽ inueni.

inueni.& alibi inquit Cato de re rust.eodem modo cæteras arbores procurato.& alibi inquit Hierony.cum Sathanas aliquem sua arte deceperit,& proprium ei iugum imposuerit. vltra ad vitiorum abundantiam non procurat, & sic apud Catonem sumitur hoc verbum procurare, pro sustentare, apud vero Hieronimum pro studiose curare, seu inuestigare, & non ab re Iureconsulti aliquando appellant negociorum gestorem procuratorem,vt est casus in l.si ego.de neg.gest.& in l.Plautius.ff. de procur.cui sententiæ astipulatur Cicero in lib. j.de natura Deorum. dum dicit sunt enim philosophi, & fuerunt qui omnino nullam habere censerent rerum humanarum procurationem Deos. proprie tamen & stricte dicitur procurator.secundum glo. hic qui aliena negocia mandato domini gerit.l.j.ff.de procura.

Secunda colligitur conclusio ex hac glos. secundum Imo.hic† ꝙ procurator ex parte actoris non admittitur sine mandato, bene admitteretur vbi esset dubium de mandato, præstita tamen cautione rati. iuxta no.in l.j.C.de procur. † & dicitur esse dubium de mandato. secundum Imo. vbi ille qui asserit se esse procuratorem venit de longinquo, & habet instrumenta domini facientia ad causam.iuxta not.per Bar.in l.iij.§.duę causæ.ff.de carb.edic.& est tex.iuncta glo.in c.corã. de offic.deleg.ibi, cum instrumentis eiusdem ecclesiæ.sed ille tex.allegatus.per Imo.non probat, ꝙ ille clericus qui habebat instrumenta ecclesiæ erat rector ipsius ecclesiæ.nimirum si admittitur ad agendum.Item stat simul, ꝙ aliquis habeat instrumenta ad causam, & tamen illa subtraxerit. attento quia videtur speciale in casu.l.fi.vbi glo. de pac.conuen.vbi si marito ab vxore fuerũt tradita instrumenta bonorum paraphernalium præsumitur eidem concessa administratio.pro resolutione.vide omnino Alex.in d.l.j.col.iij.de procu. qui dicit ꝙ communis opi.est cum Imo.hic, & in c.j.de proba.& respondet ad l.fin.C. de pac.conuen. ꝙ ibi ex illa traditione sequitur ꝙ maritus potest agere etiam non præstita cautione rati.Sed tu considera vltra alios ibi, & hic, quia id quod dicit Alex.post.Pet.& Cy.non videtur tutũ. quia glo.allegata hic per Imo.in d. c. coram. de offic. deleg. dicit ꝙ admittitur clericus, quia erat coniuncta persona,& habebat instrumenta,& tamen vt ibi fatentur Doc. communiter fuit pręstita cautio rati. item ad quid ponderare traditionem instrumentorum vbi datur sanguinis coniunctio inter agentem nomine alicuius & ipsum cuius nomine agitur,quia hoc casu sufficit ꝙ sit cõiunctus qui admittitur pro coniuncto.cum cautione rati.Communis tamen est opi.vt dixi,ꝙ habens instrumenta faciẽtia ad causam principalem admittatur ad agendum cum cautione rati, immo videtur,†ꝙ si posset probari instrumenta fuisse alicui a domino tradita ꝙ iste posset agere etiam non præstita cautione rati, quidquid sentiat Imo.hic ac Alex. & cæteri in d.l.j.C.de procura. vbi enim quispiã instrumentum alicuius debiti mihi tradit, non est pærsumendum ꝙ mihi tale debitum donare velit. arg.l.cum de indebito. de proba.& c. super hoc. de renun. vt ergo illa traditio aliquid operetur, præsumendum est, ꝙ mihi mandatum de exigendo tale debitum sit, vt illa traditio quidpiam operetur.arg.l.si qñ de leg.j.Cogita super pręmissis.

Circa † contrarium.l.iij.C. de accus. ac commodantur per scribentes ꝗ plures solutiones. Prima fuit solutio Martini ꝙ in casu d.l.iij. quæ incipit reos.erat lis contesta. contra principalem: nimirum si procurator interuenire potest, hic vero.§.procedit ante lit. cõtest.quo casu procurator dari non potest.& ratio est quia post litem contestatam dominus & non procurator est condẽnatus l.ij.C.de accusa.& l.fin.C.de iniur.sed si admitteretur procurator ante litem conte. tam. lite contestata cũ ipso procuratore non posset dãnari ipse dominus,tamen ante litem contest.repellitur procurator, vt ad diffinitiuã perueniri possit ad quã non posset lite contestata cum procuratore.attento ꝙ dominus non posset damnari. Sed hanc solutionem improbant Saly. & Mod. communiter in d. l. reos. & Imo. ac cæteri hic. vt hic plura per eos. vltra quos videtur ꝙ potius ante lit. contest. deberet admitti procurator; vt declinatorias & dilatorias exceptiones posset proponere,quæ post litem contest.opponi non possunt,vt habetur in d. c.veniens.de accu. Secunda datur solutio ad tex. in d.l.reos.ꝙ ille tex.loquitur in procuratore qui allegat causas absentiæ non autem causas causæ, & ita respondet gl.in d.l.reos.& Bar.hic, & ista videtur melior solutio quæ dari possit. Tertia datur solutio ꝙ ille tex. debeat intelligi in illis casibus in quibus absens potest damnari etiam ꝙ agant de pœna capitali stricte sumpta.vt in casu l. lege Cornelia.§.constitutum.vet.sed in seruos.ff. ad l.Corneliam.de sicar.& in l.ne diu.C. de pœnis. et in extrauag. Henrici Imperatoris. ad repri.in his ergo casibus potest intelligi.l. reos.& hanc solutionem tenuit Dyn.hic.& Ioan.And.in addi.ad Spec.& Innoc.in c.veniens.& hæc solutio placet Imo. hic qui ponderat tex. in l. seruum quoque.§.publice.ibi, quęuis debere admitti. qui tex.innuit ꝙ si quis cõpareat cum mandato tanꝗ procurator admittendus erit, si vero sine mandato tanquã defensor. sed posset replicari vt supra dixi ad istum tex. Secundo † mouetur Imo.per tex.in extrauag.ad repri.ibi dicitur personaliter vel legitime non comparuerit, quæ alternatiua vel,innuit ꝙ in crimine læsæ maiestatis, vbi absens damnari potest,possit quis personaliter comparere vel legitime, & sic per procuratorem, & cum hac opi.transit Alexan. in consi.cxvj.incip. Animaduersis statutis.in.j.col.vol.ij.post Cyn.in d.l.reos.in.iij.q.cum simil.de quibus per Hipp. tũ in sua practica car. cij. & in consil.suo.lx. col. j. vol.j. & pro veritate pro ista opin. videtur casus in d.extrauag. ad repri.cui non satisfacit solutio Bar.dicentis ꝙ ille text. dum dicit personaliter vel legitime, debet intelligi ꝙ compareat, si est singularis persona ea quæ deliquit personaliter, si vniuersitas compareat per procuratorem,iuxta l.tam collatores.C.de re mili. nam si hoc voluisset dicere Imperator facile expræsisset. sed replicari potest,ꝙ ille text.necessario ita debet intelligi

telligi, ex quo supra dixi. ad hoc si qua communitas, corpus, vel collegium, vel aliquam quæuis 278 persona deliquerit, † quo casu non est absurdum q verba sequentia si personaliter vel legitime cõparuerit recipiant interpretationem, & declarationem a verbis pręcedentibus. l. si seruus plurię. in fi. de leg. j. & l. vtrum. de peti. hęre. dicunt tamẽ Mod. Sen. relatis dictis Imo. hic formaliter. col. xxxj. in xiiij. q. q opin. Imo. communiter recipitur. quæ tamen iudicio meo non probatur vt supra dixi in d. §. publice. nec in. d. extrauag. ad repri. nec dicant q intelligendo illud extrauagans prout Imo. intelligit, q illa verba personaliter vel legitime, videantur pariformiter referri tam ad personas singulares q̃ ad vniuersitates, quia dico q ista ponderatio facit pro intellectu Bart. nam illud verbum personaliter comparuerit, referri non potest ad vniuersitatem, quæ non potest comparere personaliter & ideo non potest fieri pariformis determinatio, & regula l. nã hoc iure procedit vbi fieri potest pariformis determinatio, 279 alias secus l. ij. ff. de offi. procõ. † Et ideo verior videtur opi. Bar. q in his casibus in quibus absens potest damnari in causis criminalibus, q non possit interuenire procurator tanq̃ procurator, sed solum instructor seu informator ad allegandum causas absentiæ, & ad informandum seu instruendum ipsum iudicem. & hanc opi. sequitur Saly. in d. l. reos. & do. Ant. in d. c. veniens. & hanc opin. dicit esse communem illustris preceptor meus do. Ias. i l. ij. C. qui testa. fac. pos. col. iij. vbi citat etiã Aretinum hanc opi. tenentem, quæ opi. inconuincibiliter probari videtur hoc text. qui loquitur etiam in casu in quo absens poterat damnari, cui non satisfacit solutio Imo. vt supra dixi & certe vbi crimen est graue accusatus vel inquisitus si potest capi solet in carcerem detrudi. l. pen. & fi. C. de accu. & l. j. ij. & iij. ff. de cust. reo. & tamen illo casu presens potest condemnari. & tex. noster simpliciter & absolute dicit q procurator frustra interuenit in causa criminali. & idem dicitur in l. j. an per alium cau. Secundo facit secundum Bar. quia in causa tanti præiudicij, prout est causa cri-280 minalis, † ex quo factum procuratoris solet obesse domino. l. non solum. in prin. ff. de procu. ergo debemus dicere q debeat admitti tãq̃ instructor & defensor, quia prodesse possunt, nõ autem tanq̃ procurator, qui domino nocere potest. c. ij. de confes. Sed huic rationi enititur respondere Imo. hic in viij. col q in causa tam grauis præiudicij non poterit nocere, nisi habeat specialissimum mandatum arguendo per locum a matrimonio ad ca-281 sum nostrum. † nam in matrimonio requiritur specialissimum mandatum. c. fi. de procu. in vj. & l. generali. de sponsal. & sic non poterit talis procurator respondere positionibus secundum Imo. 282 nisi habeat specialissimum mandatum, † sicut etiam requiritur in præstatione iuramenti de calumnia. c. fi. de procur. in vj. & traditur in auct. & si principales. C. de iura. calum. Sed replicari põt q licet ad ista requiratur specialissimum mandatum, potest dici ex mente Bar. q propter hoc lex non vult q ad tale crimen prosequendum nec generalis nec specialis procurator dari possit. quia non debet absenti obesse. Sed replicari potest secundum Imo. q videtur vtilius ipsi absenti q negligentia procuratoris eidem noceat, q̃ q careat defensione, sicut in simili dicitur in l. non solum. in fi. ff. de procur. vbi quando prætor etiam absente tutore est cogniturus de causa suspecti tutoris, tũc debet admitti procurator etiam sine speciali mandato. quia melius est, & minus malum, q aliquis admittatur, q̃ q nullo admisso procedatur. nam verisimiliter melius veritas patefiet. Sed replicari potest ex mente Bar. hic. q iudex ex officio suo poterit ab ipso instructore seu defensore quærere 283 de innocentia rei. iuxta l. j. in fin. de quęstio † Itẽ vtilius erit etiam ipsi absenti q admittatur defensor, qui tantum prodesse potest, non autem procurator. nam licet nõ possit constitui procurator ab homine qui solum prodesse possit, tamen a lege poterit dari aliquis defensor qui prodesse poterit, & non nocere. tex. est vltra alios in l. j. & ij. C. de tut. & cur. qui satis non dedit tradit Bar. in l. tutor 284 qui repertoriũ. in prin. de admi. tut. nam † tutor accusat nomine pupilli, & tamen nõ obligat eum ad pęnam talionis. l. ij. C. de accu. Non obst. text. in l. non solũ. §. fi. quia ibi non agitur de pœna corporis afflictiua sicut in casu nostro. & perfecto tu 285 considera † quia veritas dependet ab hoc, an q possit ferri sententia contra absentem sit inductũ in fauorem vel in odium ipsorum absentium. ergo non debet posse admitti procurator, quia vt dicit Bart. in extrauagan. ad reprimen. statuta Italiæ permittunt absentem propter contumaciam condemnari. sed si posset comparere per procuratorẽ, non posset dici cõtumax. & ideo melius est vt rei publicæ satisfiat q non agitetur causa criminalis per procuratorem, quia iudex ex inspectione in faciem et personam rei multa cognoscere poterit, videlicet qua trepidatione, quo colore loquitur vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. facit. l. iij. ff. de testi. & maxime ex verbis rei respundemus, vt in dictis iuribus. quæ comprehendere ex verbis procuratoris non potest, cum ipse innocens sit nec inspicitur rei præsentia ex quo non respõdet. arg. l. in lege. ff de contrahen. empt. & l. nec vlla §. quod si quis. ff. de peti. hære. & l. ij. §. furiosus. ff. de iure codicil.

286 Circa † fi. glo. habes conclusionem q ad testes producendos, seu repetendos, vel ad alium articulum preterq̃ ad sententiam, potest constitui procurator. idem sentit glo. secundũ Imo. in l. cuiusdã. per illum tex. C. de accu. vbi dominus potest defẽdere seruum & interuenire pro seruo. & ad hoc etiam Bart. hic in ij. q. allegat gl. in c. liceat. de accus. voluit allegare in c. veniens. eo. tit. Bart. vero hic concludit q vbi reus est incarceratus q tũc ad hos articulos potest procurator constitui. et idẽ vult Bart. in l. non solum. de app. & idem secundũ Alex. hic tenent Guido de Suzar. & Odofr. quos citat Gandi. in tract. malefic. in rub. xxj. qui volunt q pro carcerato possit constitui procurator præterq̃ ad lit. conte. sed difficultas consistit in eo quod dicit gl. an admittatur procurator ad producendum testes probatorios vel reprobatorios, & communis

communis resolutio videtur esse secundum Imo. hic ꝙ in his casibus in quibus absens nõ põt dãnari tũc nõ debet constitui ꝓcurator ad aliquẽ articulũ concernentẽ merita causæ. Saly. vero in d.l. reos. indistincte tenet ꝙ nõ possit admitti procurator nec ad producendũ testes, nec ad respondendũ in causa, nec ad aliquẽ articulũ. quæ opi. probari vr̃ in hoc tex. dũ dicit ꝙ nec ad crimẽ publicũ ꝓsequendũ, nec ad defendendũ reũ põt admitti procurator. cũ ergo ista oĩa tendant ad persecutionem criminis, & a quo remouetur genus, remouetur quelibet eius spẽs. vt dicit hic Bar. p l.j.§.j. de suis & legit. & l. si chorus. de leg. iij. & suadetur hec opi. quia vr̃ speciale in casu l. fi. de iniu. Ego sum huiusce sententiæ quicquid sentiant Mod. in d.c. veniens, post Imo. hic quem formaliter sequuntur, ꝙ siue absens possit damnari siue non. ꝙ nullo modo possit constitui procurator nec ad producendum testes probatorios vel reprobatorios. vt hic glos. loquitur, minus ad petendum. quia in hisce articulis totum pondus causæ videtur consistere. nec pro ista facit tex. in l. si cuiusdam. quia ibi admittitur dominus ad defensionem serui pro suo interesse pecuniario. prout dicitur in l. seruus. & in l. sciendum supra eod. & in l. Lucius. de app. & tradit Bartol. hic in iiij. col. in versi. item oppono. & eodem modo potest interuenire abbas pro monacho, & pater pro filio. non videtur ergo tenenda distinctio Imo. & Mod. Senen. in d. cap. veniens. qui faciunt differentiam an absens possit condemnari, & tunc possit interuenire procurator, secus si non potest. quia iste text. loquitur ẽt vbi sententia põt ferri in absentem. & text. in l.j. qñ causa per alium, videtur etiam loqui indistincte. et militat semper illa ratio potissima ꝙ prohibetur constitutio ꝓcuratoris ratione maximi præiudicij. attento maxime, quia videtur speciale in casum l. non tantum. de app. ꝙ admittatur procurator ad appellandum pro incarcerato. de quo tamen dic vt supra dixi. Posset tamen sic subdistingui ꝙ in his casibus in quibus absens damnari potest, si permittatur procurator in his articulis in quibus non potest fieri magnum præiudicium ipsi principali, vt ad producendum capitula probatore, sed non ad respondendum positionibus, nec ad ponendum. vt volunt Cyn. & Salyc. 287 in d.l. reos. † quia ponens videtur fateri contenta in positionibus. secus est in illo qui articulat. cap. j. & ij. de confes. sed non poterit interuenire nec ad litem contestandam, nec ad alios actus substantiales iudicij tangentes examinationem criminis. de quibus in l. ij. & in l. fina. C. de accu. Item potest interuenire procurator ad aliqua præparatoria quæ fiunt ante litem contestatam, de quibus in l. denunciasse. §. si per procuratorem. ff. de adult. & in l. etiam. §. plures. de manu. vin. & ratio est in dictis præparatorijs, quia non possunt multum obesse ipsi principali.

Circa primam quæstionem Bartol. extra glo. 288 elici possunt duæ conclusiones. † Prima sit cõclusio. ꝙ pro homicidio potest imponi pœna pecuniaria. de qua conclusione vide plene Alex. in l. j. quod quisque iur. vbi plura scripsi. & Barba. in cap. fin. in viij. colum. de consue. Secun- 289 da sit conclusio, † vbi pro homicidio imponitur pœna pecuniaria ꝙ possit interuenire procurator. & est aduertendum secundum Imo. colum. x. ꝙ vbi pro crimine venit imponenda pœna pecuniaria de iure communi, licet in subsidium possit imponi pœna corporalis. potest tamen interuenire procurator l. j. ff. an per alium causæ app. & l. ij. C. de procu. nec consideratur ꝙ per accidens & in subsidium possit pœna pecuniaria in corporalem commutari. iuxta l. si quis id quod. §. in seruos. de iurisdi. omn. iudi. & l. fina. de in ius voc. & cap. finem litibus. de do. & con- 290 tu. † quia debet considerari causa originalis, non autem accidentalis. l. iij. §. qui habet. ff. de tutel. & debet spectari id qđ principaliter agitur. l. si quis nec cãm. ff. si cer. pe. sed a primordio tituli posterior formatur euentus, & hæc est communis omnium opinio. vt Mod. dicunt in d. c. veniens. col. x. & facit ꝓ hac opinione. l. non solum. in fin. de procur. vt in causa suspecti tutoris potest inter- 291 uenire procurator. Sed huic conclusioni † obst. id, quod Bal. dicit in l. reos. ver. quæro quid in pœna arbitraria. C. de accu. vbi quando pro crimine imponitur pœna arbitraria siue a lege siue a statuto, licet actu crimẽ ipsum non sit capitale, ex quo tamen potentia potest effici capitale. iuxta glo. in §. in summa. inst. de iniur. quæ vult ꝙ iudex põt arbitrari vsque ad mortem, tale crimen censetur capitale, & non potest interuenire procurator, augetur difficultas. nam quia pro iniuria potest imponi pœna supra relegationem, tale crimen 292 censetur capitale l. fi. ff. de iniu. † dic pro resolutione ꝙ id quod dicitur, ꝙ ille qui non habet in ære luat in corpus, procedit in debitore. qui laborat inopia. Item in debitore eo inuito non potest commutari pœna pecuniaria in corporalem. secũdum Bal. & Alex. in l. fi. de in ius voc. nec est præsumendum ꝙ velit eligere pœnam corporalem, & iste malus euentus non debet considerari. l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. oblig. & istud quod qui non habet in ære luat in corpus, est quodam ius extraordinarium, quod non debet haberi in consideratione. l. Seio. §. medicus. de annuis leg. quia præsumptio non est ꝙ reus efficiatur nõ soluendo. l. si defunctus. C. arbit. tut. Secundo est aduertendum ꝙ aliquando imponitur pœna pecuniaria ex delicto virtute statuti, pro quo tamen a lege communi pœna pecuniaria imponebatur. & tunc dic prout supra dictum est.

293 Tertio † aduertendum est secundum Bart. hic, ꝙ vbi pro homicidio imponitur pœna pecuniaria ꝙ ex parte rei potest interuenire procurator, quia vbi venit imponenda pœna pecuniaria pro homicidio, cessat ratio prima prohibitiua constitutionis procuratoris, de qua hic per glo. cessat ẽt alia ratio assignata per Bart. in extrauagan. ad repri. in verbo legitime. nam si procurator ad pœnam pecuniariam condemnabitur, illam repetet ꝙ non est vbi pœna corporis afflictiua posset imponi. Cessat & alia ratio assignata hic per Bar. ac fere omnes rationes quas supra dixi cessare videtur. & opi. Bar. hic est communiter recepta, hanc

tenent Bald. Saly.& cōiter cæteri in l.reos.C.de accu.& do. Anto.& communiter Cano.in d.c.veniens.est verū ꝙ Guido de Suzar.in l. seruū quoque.§.publice, amplectitur sententiam cōtra Bar. hic & dicit se vidisse iudicari pro & cōtra,& mouetur primo per hunc tex.qui generaliter loquitur,ꝙ in publico iudicio ꝓcurator constitui non possit,sed responsio colligitur per locū a cessante rōne huiusce.§.ergo cessat eius dispō.l.adigere.§. quāuis.de iure pat.attēto maxime vt supra diximus.quia ꝓ crimine publico pro quo pœna pecuniaria imponitur,non datur procurator. Secundo 294 mouetur Guid.de Suza.† nam licet pro homicidio imponatur pœna pecuniaria,origine tñ est delictū publicū.ergo spectanda est origo.l. iij. C. ad Maced.& l.si ꝓcurator.ff.man.& ideo dicit tex. in l.clā possidere. vbi origo possessionis spectanda est vbi Ias.in vj.not.infert ad plures.q.suade- 295 tur secundum Guid.de Suzaria.† quia pœna succedēs in locū alterius pœnæ debet sapere eius naturam.l.si donator.§.si sponsus.ff.de dona.inter vitū & vxo.sed rñderi pōt.ꝙ id qđ dicitur ꝙ origo spectanda est,procedit vbi accidens naturę nō cōtradicit,alias attenditur accidens,non aūt originalis natura.vt Bar.dicit in l.j.§.remouet.ff. de postulā.& idem Bar.in l.iij.§.qui habet. de tutel. cum simi.de quibus per Alex.in l. si quis posthumos.de lib.& posthu.& tradunt Cy.Bal.& Paul. de Cast. in l. si eadē,vbi dixi.ff.de offic. assess. & ideo dicit Bar.in l.ij.§.hæc actio.si qs testa. liber 296 esse ius.fuerit.ꝙ† id qđ dr̄ ꝙ subrogatū stat ī natura sui principalis,procedit qñ subrogatū nō transeat in aliā rem alterius naturæ,facit l. cū in fundo.§.si fundus.ff.de iure dot. melior est solutio ꝙ in subrogatione cessat ratio ꝓhibitiua constitutio 297 nis procuratoris. Sed huic† cōclusioni aliud est qđ fortius obst.nam vt Bar.dicit in l.j.ff.vi bono. rapt.ꝑ l.quoties.ff.de act.& obl.vbi a statuto pro homicidio imponitur pœna pecuniaria,non vr̄ recessum a pœna iuris cōis. & fuit opin. originalis Vber.de Bobio ī lib.cauillationū.& Io. de Deo. quos citat Io. And.in addi.ad Spec.in rub. de fur. ad quā alleg.tex.in l.j.ij.& iij.ff.arborū fur.cess. Tu dic ꝙ cōtraria opinio est verior:ꝙ immo videatur recessum a pœna iuris cōis quæ probari videtur in l.ij.ad l. Aquil.vbi late Flor.per illum tex.& ita tenent cōiter antiqui in l.sepulchra.C. de sepul. vio. quo casu cū non sit in ptāte iudicis imponere pœnam corporalem,aut pecuniariā. poterit interuenire procurator. sed præsupposito ꝙ sit in electione iudicis imponere aut pœnam corporalē aut pecuniariā.dico ꝙ spectāda erit forma libelli accusatorij,& eius cōclusio, quæ si concludat ad pœnam corporalem habebit locū.§.noster. secus si ad pecuniariam.in casu vero dubio potest id dici quod dixi supra de actione iniuriarum. 298 Quarto† aduertendū est inquantum Bar. concludit, ꝙ vbi pro delicto imponitur pœna pecuniaria si tale delictum est publicum, potest interuenire procurator ex parte accusatoris secundum distinctionem l.si cui.ff.de verbo.signi. & l. licet. ff.de procur. & in l. in populari ff. de popul. act. nam ex quo iudicium publicum tendit ad vindictam publicam, & quilibet de populo potest agere, frustra ad crimen publicum persequendum potest interuenire procurator, quia ipse procurator constitutus est ita dominus accusationis sicut ipse constituens.ideo lite contestata potest procuratorem constituere,& hoc est quod dicit tex.in l.qui 299 populari.ff.de popula.act. ꝙ † ille qui conuenitur actione populari ad defendendum,procuratorem dare potest. sed agens non pōt nisi post litem contestatā.Sed ista opi.Bar.non videtur tuta sim- 300 pliciter loquendo, quia † text. in d.l.licet.vult ꝙ vbi quis agit pro interesse suo,vel suam & suorum iniuriam prosequitur,ꝙ possit constituere ꝓcuratorem etiam ante litem contestatam. Item in publicis iudiciis non pōt,etiam post litē contestatam interuenire procurator. nisi dicas ꝙ illud est verum , vbi imponitur pœna corporis afflictiua. Secundo prædictis ob.& vr̄ ꝙ etiam ex parte accusatoris possit interuenire procurator , sicut ex parte rei. Primo quia in iudiciis est seruāda ęqualitas l.fi.C.de fruct. & litis expen. & per regulā l.non debet actori.ff.de reg.iur.sed datur ratio diuersitatis quæ colligitur ex d.l.q populari actione.ff.de popul.actioni. Tertio ob.quia videtur 301 ꝙ † vbi statutū pro delicto publico imponit pœnam pecuniariam, ꝙ desinat esse delictum publicum.vt probari videtur in l.ij.ff.de cōcuss.secundum vnum intellectum gl.quę ibi Bar.refert.Sed ad istū tex.respondet Bar.in l.j.in iiij.col.in ver. sed contra hoc. supra eo. tit. ꝙ aliquando statutū imponit nouum nomen ipsi delicto.vt quia falsitati imponit nomen concussionis. & isto casu dānatus ex tali delicto,quod desinit esse publicum non efficitur infamis, & in tali delicto pro quo imponitur pœna pecuniaria potest constitui ꝓcurator, aliquando vero per statutum vel legem nouam pęna publici iudicij tantummodo alteratur,remanēte tamen nomine delicti . vt quia pro homicidio imponitur pœna pecuniaria.vt hic Bart. dicit.& isto casu non desinit esse delictum publicum . & istud probatur secundum Bar. in d.l.ij. in iij.col. nam hodie alterata est pœna legis Iuliæ de adulteriis, & tamen non desinit esse delictum publicū l.quāuis.C.de adul.iuncta auc.sed nouo iure.C.de adult.& idem probatur in l.si quis hoc genus.C. de epis.& cler.iuncta auct.ibi posita.in casu ergo Bar.hic licet pro homicidio imponatur pœna pecuniaria , tamen tale crimen non desinit esse publicum,et isto secundo casu procedit id quod dicit Bar.hic.ꝙ vbi quis vult accusare homicidam ex lege publicorum iudiciorum, non potest ante litē contestatam cōstituere procuratorem , secus post, nisi prosequatur propriam iniuriam ratione proprij interesse. vt supra dixi , & cum Bart.transit do.Anton. in d.c. veniens. & communiter Scriben.& Fede.de Sen. in consi.ccviij. Cogita super præmissis.

302 Circa secundam quæstionem Bar. † an vbi in defectum pœnæ pecuniariæ imponitur pœna corporalis,possit interuenire procurator, vtputa statutum dicit, ꝙ pro homicidio quis puniatur pęna centum librarum,quam si non soluerit infra mensem,afficiatur pęna capitis.& Bar.distinguit ali-

quos

quos casus. Primus casus est, vbi imponitur pœna capitalis ex eadem lege. & tunc non poterit interuenire procurator. quia pœna non soluta remanet caput in obligatione. l. j. §. item si ita. ff. ad l. falc. facit l. obligationum fere. §. fi. Secundus ca-

303 sus est. secundum Bar. †qñ in defectum pœnæ pecuniariæ lex mandat per officium iudicis imponi pœnam capitalẽ, & tunc non est crimen capitale. & maxime qñ hoc exprimitur a lege. l. quicunque. C. de ser. fug. Tertius casus est. qñ pœna a lege imposita augetur, & isto casu, vbi augetur pœna non ex illa lege quæ originaliter pœnam imponit, & tunc spectari debet illa prima pœna ad cognoscendum an sit capitalis, vel non capitalis. vt probari videtur in l. si quis iniuriam. ff. de iniur. & in l. j. de in litẽ iur. Quartus casus est. vbi pœna primo loco imposita non nouatur per secundam. sicut in primo casu. sed statutũ dicit facienti tale delictũ imponatur talis pœna, quam teneatur soluere infra x. dies, & si nõ soluerit infra x. dies puniatur in quarto pluris. nã ex quo statutũ dispositiue loquitur ꝙ condemnatus teneatur illã soluere infra x. dies. illud quartũ plus considerari non põt vt pœna delicti, sed est pœna contumaciæ, si nõ soluat, secus tñ est vbi statutum loquitur cõditionaliter. vt quia dicit, si quis commisserit falsum, puniatur tali pœna, quã si nõ soluerit infra x. dies puniatur in quarto pluri. nã illud quartũ plus censetur pœna delicti qualificati, quia si iste condemnatus non soluat infra x. dies non dr̃ in aliqua con-

304 tumacia. Circa †duos primos casus aduerte secũdũ Io. de Imo. in d. l. ij. quia vr̃ ꝙ Bar. imponat legẽ verbis, & nõ rebus contra l. ij. C. cõia de leg. quia regula trita est, ꝙ nõ curamus de modo. dũmodo sequatur effectus. ex quo. n. vtroq; casu loco pœnę pecuniariæ subrogari vr̃ ipsa pœna capitalis. ergo debet iudicari crimen capitale, ex quo pœna capitalis ꝓ eo imponi põt. arg. l. sufficit. de condi. & demõ. nec probant aliquid iura allegata

305 per Bar. † & primo tex. in l. j. de in litẽ iur. quia ibi ob contumaciã non restituentis augetur condemnatio. hoc. n. est qd̃ ibi dicit tex. non. n. pluris fit per hoc, sed ex contumacia æstimabitur vltra eius pretium. sed in casu nr̃o pœna capitalis siue imponatur a lege, siue sit imponẽda a iudice. quia lex hoc expresse dicit vtroq; casu vr̃ ꝙ ex quo crimẽ põt esse capitale, ꝙ non debeat interuenire ꝓcurator. nec aliquid faciũt l. quicũq;. & l. si quis iniuriã. quia ibi secundũ ordinatã & regulatã dispositionem non erat imponenda pœna corporalis. sed extra ordinẽ, & in subsidium, & talis malus euentus spectari non debet. Sed Imo. & Mod. in d. c. veniens. qui eum formaliter sequuntur, nõ respondent rõni Bar. quia vbi imponitur pœna cẽtum librarum. & si non soluerit infra x. dies puniatur in capite illico ꝙ est contumax, talis obligatio censetur nouata, & transfusa in pœnã capitis. l. obligationũ fere. §. fi. secus tñ est, vbi lex mãdat solui. & si non soluat imponit iudici ut ipsum delinquentem pœna capitis afficiat. quia isto casu non est facta nouatio ipso iure, quandoquidem esset possibile, vt iudex ipse illam pœnam non imponeret, nec est verum id quod dicunt Imo. & Mod. ꝙ iste casus vt quis efficiatur non soluendo vt luat in corpus, non debeat spectari. quia malus euentus ad prouidẽdum ne iudicium reddatur elusorium spectandus videtur l. generaliter. §. si quis

306 seruo pignori dato. ff. de fideic. lib. † Pro resolutione dictorum Bar. in d. l. ij. considerãdi sunt aliqui casus. Primus casus est, vbi a statuto venit imponenda pœna alternatiue pecuniaria vel capitalis tunc dicitur crimen capitale. vt Bart. dicit in d. l. ij. quia in dispositione alternatiua vtrunq; est in obligatione. l. cũ illud. ff. qñ dies leg. & ideo vbi in vna parte alternatiuæ est res diuidua, & in altera indiuidua, tota obligatio censetur indiuidua. nec mihi placet id quod dicit Imo. hic dum dicit, ꝙ aut est electio iudicis, & tunc erit capitale. idem est qñ erit electio rei, anteq̃ eligat. quia dico ꝙ vbi imponitur pœna pecuniaria, vel alia corporalis. quæ quidẽ corporalis est valde disproportionabilis. credo ꝙ non poterit eligi illa pęna corporalis, sed tantum pecuniaria. arg. l. si de interpretatione. ff. de pœn. & regula in pœnis. de reg. iur. in vj. & per consequens poterit interue-

307 nire procurator. Secundus casus est. † vbi pro delicto pœna pecuniaria, et corporalis imponitur. ut quia statutum dicit. si quis fecerit furtum puniatur pœna dupli, & fustigetur. nam isto casu nõ poterit interuenire procurator, & concludendum

308 est, ꝙ non. † quia illa qualitas quod fustibus cedatur. quæ nocet spectari debet l. cum vir. de vsucap. pro dona. et l. si quis in graui. §. fi. ad Syllani. & ita concludunt Mod. Senen. in d. c. veniẽs. col. xvij. & vltra eos facit pulcher tex. in l. pedius. §. j. de arbit. & in l. ij. §. si a pupillo. ff. de vsuca. pro empto. cum simi. de quibus per Fely. in c. j. col. fi. de except. & in c. j. col. v. de re iud. tu vero dic ꝙ hic attenditur pœna fastigationis. non vt noceat prout dicunt Senen. sed vt prosit, & sic vt iudiciũ

309 valeat. † quo casu quando concurrunt duæ causæ vna quæ nocet, & altera quæ ꝓdest. si illa quæ prodest tendit ad validandum actum, illa spectanda est. ita tenet Iaso. post glo. ibi in l. si mater. in iij. col. C. de inoff. testa. in hoc casu igitur attenditur causa quæ nocet. quia respicit validitatem iu-

310 dicij. Tertius casus est, † vbi statutum dicit si quis commisserit tale delictũ, plectatur pœna amputationis pedis. & si non soluat infra mẽsem centum. nam ex quo pœna amputationis pedis est in obligatione, & pœna centum est in facultate soluẽdi, sine dubio non poterit in tali crimine constitui procurator. cum pœna corporalis sit in obligatione, & pœna pecuniaria in facultate soluendi. Facit pulcher tex. ultra alios in l. si quis stipulatus fuerit decem in mille. ff. de fideiuss. Quartus casus est, vbi statutum dicit, si quis commisserit tale delictum puniatur pœna centum, & si non soluat infra mensem amputetur sibi manus. & Bart. cum quo transeunt cæteri hic. & in d. l. iij. supra eodem concludit ꝙ non poterit interuenire procurator propter dubium, arbitrarer tamen ꝙ si accusatus præstaret fideiussionem de soluendo pœnam pecuniariam ꝙ posset interuenire procurator, eodem modo si aliquis procuratorio nomine interueniret, sub conditione. si condemna-

tas soluit pœnam pecuniariam alias habeatur pro non admisso. & ita dicunt præfati Moder. in d.cap. veniens. sed illa cautela mihi non placet propter fragilitatē cautionis, vt vtar verbis Pauli in l. qui ita §.j.ff. ad Trebel. mihi non placet etiam ꝙ admittantur sub conditione, ꝙ si imponatur pœna corporalis. ꝙ habeatur pro non admisso. arg. l. actus legitimi. ff. de regu. iur. attento etiam quia hoc modo iudicium posset reddi elusorium. quod non est dicendum. argumen. l. si prætor. ff. de iud.

Circa secundam quæstionem Bar. quid sit officiū excusatoris. elici possunt plures conclusiones. Pri-311 ma sit conclusio. ꝙ † ad allegandum causas necessarias, quæ ipsum reum, velit nolit, impediunt venire, admittatur quilibet & sine mandato ac etiam sine satisdatione rati. quilibet ergo tam masculus, ꝙ̄ fœmina maior siue minor potest comparere pro absente, ad allegandum ꝙ est infirmus, incarceratus, vel alio impedimento necessario impeditus. quia ista est allegatio meri facti. immo etiam infans admittitur vt hic per Bald. post Inno. in d.c. veniens. licet regulariter non possit esse in iudicio. l. quos prohibet. ff. de postulando. & facit l. non solum. ff. de procur. & cum Bart. hic transeunt Inno. Io. And. d. Ant. Abb. & Mod. in d.c. veniens. & idem Spec. in titu. de procur. ver. decimo. & in titu. de accu. versic. si autem. Amplia primo hanc conclusionem. vt etiam procedat quando reus est citatus, & quis defensorio nomine comparet, & allegat causas necessarias absentiæ admittitur etiam sine satisdatione, de præsentando ipsum absentem cessante impedimento necessario, ita tenent Guid. de Suzar. & Bal. in d. l. seruum quoque. §. publice. ff. de procur. mouetur per tex. in l. si constante. §. quoties. ff. sol matri. Et sequuntur Mode. in d. c. veniens. vt supra dixi. 312 ratio est, † quia allegans causas absentiæ non potest condemnari, nec contra eum fieri executio: & ideo non tenetur cauere de iudicatum soluendo, minus de præsentando ipsum reum l. liberto. in fin. de procur. Secundo ampliatur ista 313 conclusio, † vt etiam procedat, dato ꝙ statutum diceret, ꝙ lapso termino banni non recipiatur aliqua defensio. nam hoc casu etiam poterit allegari necessaria & probabilis causa absentiæ, ita dixit Bald. in d. §. publice. col. vij. subdit tamen ꝙ hoc nō seruant assessores. quia statuta sunt multum præcisa ꝙ nulla defensio admittatur, & ꝙ talis positus in banno lapso termino habeatur pro confesso, & cum statutum fingat eum confessum, contra fictionem probari non potest. l. siue possidetis. C. de proba. Verum tamen quia, 314 † defensio est de iure naturali, & sicut non potest tolli per principem. clementi. pastoralis. §. fin. de re iud. multo minus debet posse tolli per statutum. facit l. iij. §. si ad diem. ff. de re mil. quo fit vt saltem ope restitutionis in integrum debeat admitti l. fin. ff. de in integ. resti. immo videtur ꝙ sine restitutione in integrum admittendus sit talis excusator, quandoquidem non possit dici contumax, attento ꝙ necessaria & probabili causa fuit impeditus comparere, & statutum denegans defensionem elapso termino banni videtur intelligendum de plena defensione non autem de ista per quam apparebit bannitum non fuisse contumacē.

Secunda colligitur conclusio ex dictis Bartol. 315 ꝙ † ad allegandum excusationes probabiles ꝙ reus non potest venire, quia in loco habet inimicitias, vel ꝙ itinera non sunt tuta. iuxta l. de ætate. ff. ad Treb. & l. sciendum. §. j. de legatio. non admittitur excusator sine mandato & est communis Doct. sententia. vt hic per Imo. & alios communiter, & in d.c. veniens. & potest etiam exemplificari ista conclusio non solum vbi accusatus vel inquisitus citantur ad locum non tutum, sed etiā vbi citantur eo tempore quo itinera non sunt tuta. vt tradit Old. in consi. xlvj. quod incip. quę-316 ritur † idem esset vbi citaretur ad locū pestiferum. argu. text. in l. ij. §. pe. ibi, vel aliqua fortuita calamitas. ff. si quis cau. per quem tex. fuit excusatus Gregorius. xij. ꝙ ad concilium Pisanum nō 317 accesserit, quia † locus ad quem quis citatur debet esse securus non solum pro reo, sed pro testibus, aduocatis, et aliis personis necessariis. xxiij. q. ij. c. Siue de coniugij. Idem esset vbi quis citaretur ad locum in quo timeret non posse consequi iustitiam propter potentiam aduersarij sui. vt declarat Ange. in disputa. quę incip. Bononiensis. in iiij. & v. dub. & facit tex. in c. statutum. §. cum autem. de rescrip. lib. vj. Ad vnum aduerte vltra 318 Ange. † ꝙ reus citatus non excusatur a contumacia propter hostilitatem quæ fit in territorio, vnde habet transire, si transeuntes per illa loca sunt soliti obtinere securitates. quia est in culpa ipse hoc idem non petendo: & pro ista conclusione facit text. in l. quibus diebus. in prin. vbi Bal. de condi. & demon. & in l. sed & si per prætorem, 319 §. ait prætor. ex quibus cau. maio. quæ dicit † ꝙ impedimentum, quod de facili potest remoueri, non est iustum impedimentum, & secundum Mod. in d.c. veniēs. col. xxxvij. post Ang. in d. disputa. incip. Bononiensis. si accusatus vel inquisitus citatus ad locum non tutum, vbi haberet inimicitias 320 capitales excusaretur, non comparens, † eodem modo si concedens saluum conductum esset tyrannus, vel non soleret fidem datam obseruare, quia hisce principibus non est credendum. 321 Sed † ista conclusio ita declarata secundum Bald. & Imo. non videtur tuta, & videtur ꝙ immo possit quilibet etiam sine mandato adducere similes causas probabiles, ꝙ non est tutus accessus. quia negari non potest ꝙ huiuscemodi causæ non sint nedum iustæ, sed etiam iustissimæ. vt dicūt iura per Bar. adducta in d. l. de ętate. ad Treb. & l. sciendum. §. j. ff. de legatio. attento maxime, 322 † quia non est præsumendum ꝙ citatus ad locum non tutum, vbi habet inimicos capitales, velit se committere capitalibus inimicitijs, etiam si haberet literas saluiconductus: vt probari videtur in c accedens. el. ij. vt lit. non conte. Suadetur etiam ista opi. vltra Bald. & Imo. per istum text. qui dicit, ꝙ excusationes absentium ex senatusconsulto iudicibus allegantur. & clarius per text. in d. §. publice. qui dicit publice interest absentem a quibuscunque defendi, facit l. reos, C. de

C. de accusa. quae iura adducit Ang. in disputa. sua quae incip. Bononiensis. in vij. dub. Pro qua etiam facit duplex ratio, nam vbi quis citatur ad locū nō tutū vel pestiferū, & non cōparet, praesumptio est ꝙ nō velit se cōmittere in manus inimicorum suorū, non aūt ꝙ hoc faciat voluntarie. 323 attento ꝙ † contumacia sonat in delictū. vt gl. dicit in l. si filius. de interro. act. † & delictū nō psumitur nisi pbetur. l. quotiens. §. qui dolo. de proba. Vltimo suadetur haec opi. cōtra Bar. & cōem 325 arguendo per locū a verosimili. † nam nullus est ita insipidus qui nō cupiat cruciatū corporis vel mortis periculū declinare. vbi ergo quis huiuscemodi periculū allegat, praesumendū est, ꝙ citatus vtiliter gestū ratificabit. arg. l. si pr. de dona. dum dr̄ merces. n. eximij laboris appellanda est, quod contemplatione salutis certo modo extimari non placuit. aut vero accusatus veniens ratificabit gestū & factū per hunc excusatorē, & tunc satisfaciunt intētioni iudicis inquirentis, vel accusatoris: si vero noluerit ratificare, poterit qncūq; hisce excusationibus renunciare. & cū Bal. & Imo. transeunt Mod. Senen. in d. c. veniēs. col. xxviij. Et dicit Ang. in d. disput. ꝙ ex praemissis cōfun326 ditur ēt tertia cōclusio Bart. dū dicit ꝙ † quis nō possit sine mandato opponere exceptiones dilatorias & declinatorias. sed hisce rōnibus facile pōt rūderi. nam rō quare non debeat admitti talis defensor sine mādato colligit̄ ex l. in eo. §. nemo. de 327 reg. iur. & i l. si ad defensionē supra iud. sol. † nā interest actoris cōtra quē huiuscemodi excusationes opponūtur, vt talis excusator hēat mandatū. ne iudiciū reddatur elusorium. sed tuēdo opi. Bal. quae mihi placet per text. in d. §. publice. dic ꝙ istud ꝙ reddatur iudiciū elusoriū, non cōsideratur vbi allegantur exceptiones dilatoriae seu declinatoriae quae proponūtur ante lit. contest. vt quia accusans est infamis, aut excōicatus, vel alias inhabilis. si velles tn̄ tueri opin. Bar. volo ꝙ aduertas ad istū tex. in quo ponitur regula, ꝙ ad crimē publici iudicij persequendū, vel ad se defendēdū, frustra procurator interuenit postea subijcitur: sed excusationes absentiū iudicibus allegantur: quae exceptio vt sit de regula, debet intelligi ꝙ requi328 ratur mandatum: & maxime † quia de natura illius aduersatiue (sed) est aduersari his quae sunt eiusdē generis. glo. in l. mariti. de adult. Si velles tn̄ tueri opi. Bald. Imo. & Mod. contra Bar. & cōem volo ꝙ habeas praeoculis text. quē pōderat 329 Are. in d. c. veniens, † in l. fi. ff. de requi. re. vbi dicit ꝙ si reus nō cōparet post citationē infra annū, vel nō hēat qui eum defendat in causa capitali post annū, cōfiscantur eius bona. ergo cum tex. non possit intelligi de causis innocentiae, intelligi debet de causis absentiae in quibus admittit̄ simplex defensor sine mandato. & si quispiā subtiliter diceret ille tex. debet suppleri vt intelligatur de defensore cum mandato, replicari pōt ꝙ talis non dr̄ proprie defensor sed procurator. l. reos. C. de accu. & iij. q. j. c. defensor. sed ēt aliqn̄ defensor capitur pro procuratore & pro tutore & curatore. l. j. ff. qui pet. tuto. Itē potest intelligi ille text. de defensore cum cautione de iudicatum soluēdo.

330 † nec est inconueniens ꝙ ibi procurator appelletur defensor, sicut aliqn̄ etiam dicitur procurator qui non habet mandatum. l. iudicatum solui. §. ij. ff. iud. sol. Secundo opi. Bar. & cōi refragari vr̄. 331 nam vera est iuris conclusio ꝙ † in criminalibus vbi absens condemnari pōt, admittitur defensor sine mandato ēt ad allegandū cās innocentiae seu cās causae. d. §. publice. secundum cōem intellectū. ergo idē videtur dicendum in causis capitalibus vbi absens cōdemnari nō pōt. probatur in d. §. publice, duplici rōne. Primo quia text. in primo & secundo responso permittit allegari cās innocētiae in vno casu, & cās absentiae in causa capitali. secūda ratio. quia in cā capitali arguendo p locum a cōiter accidentibus, agi pōt de grauiori praeiudicio si nō admittatur excusator ad allegandum cās absentiae, ꝙ̄ si non admittatur ad allegandum 332 cās innocentiae in alio casu. quia † absens cōdemnari non pōt. eius bona confiscantur, post annum irreuocabiliter. d. l. fi. de requi. re. Si ergo succurritur accusato vel inquisito absenti, qui absens cōdemnari potest. vt causae suae innocentiae allegari possint, vbi forte non agetur de priuatione totius patrimonij, lōge magis & minus dubie debet succurri absenti, qui non potest condemnari. cuius omnia bona tn̄ publicari possunt, vt admittatur excusator sine mandato. Sed tuendo cōem responderi pōt, ꝙ satis est, ꝙ succuratur absenti cuius bona publicari pn̄t. vt possit cōparere cū mandato: & satis probatur ista opi. in hoc tex. ꝙ requiratur mandatum. ponderando vt supra dixi. & clarius in d. c. veniens. de accu. Retenta igitur opi. Bart. hic quae est cōis, & quā tenet etiam hic Benedic. 333 de Plumbi. col. x. ꝙ † ad proponendas exceptiones mere dilatorias admittatur excusator cū mādato, limitatur vt non procedat secundum Are. in d. c. veniens. col. xij. vbi exceptio dilatoria seu declinatoria esset notoria. & idem dicit Are. vbi talis exceptio contingeret ipsum crimen. alleg. Ang. in l. si filius. ff. qui satisd. cog. quia sicut ipse iudex ex officio suo tenetur defendere accusatū, ita debet permittere vt ab alio defendatur. facit l. qui cum maior. §. si libertus. de ho. liber. vbi iudex nemine petente debet absoluere reum. Bart. tamen infra videtur velle ꝙ talis excusator non sit admittendus sine mandato. Sed iuxta praedi334 cta cadit dubitatio, † quid si iudex non admittat comparentem nomine absentis, qui dicit ꝙ inquisitus est in partibus longinquis, vel ꝙ est absens, vel infirmus, & se offerat hoc probaturum per modo constat, & modo agatur, & iudex recusat recipere has probationes, an processus sit nullus. & Bartol. in extrauag. ad repri. in versi. neglexerit. tenet ꝙ processus est nullus. quia stat per iudicem quominus certior fiat. allegat text. in c. interposita. de app. & subdit ꝙ ius sit saluum parti petēdi restitutionē in integrū ob iustā absentiā. iuxta l. fi. de rest. in integ. & licet dictū Bar. nō pbetur in d. c. interposita. vt in voce dixi, tamē ex 335 dicto Bartol. habes cautelam: † ꝙ statim ꝙ quis commiserit homicidium, vel delictum aliquod in quo non potest procurator constitui, vt horte is eum, vt ad partes remotas proficiscatur. & mit-

tas aliquem ad allegandum causas absentiæ suæ. qui per modo constat & modo agatur se probaturũ offerat. qui si non admittatur a iudice processus erit nullus, etiam ꝙ ex forma statuti contumax habeatur pro confesso. & hanc cautelam tradunt Mod. in d.c. veniens in x. car. in iiij. col. in ij. q. prin. Tertia colligitur conclusio ex dictis Bar.

336 † ꝙ exceptiones quæ licet opponantur ad processum tangunt tamen crimen, non possunt opponi per procuratorem. exemplum est secundũ Bar. vt supra cum opponat exceptionem rei iudicatæ. vtputa non potest procedi quia reus accusatus iã fuit condemnatus, vel fuit absolutus, vel non pôt accusari. quia occisus ex forma statuti poterat occidi, ad has enim exceptiones proponendas procurator interuenire non potest. Primo per istum tex. qui generaliter dicit ꝙ ad crimen publici iudicij persequũtur, sed ex quo hæ exceptiones tãgunt crimen per eas fieri dicitur criminis executio. & ista secundum Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de accu. §. est. ver. quid si bannitus. fuit originalis opi. Iac. de Are. quẽ Bar. non citat, pro qua vt ipse dicit, ita cõsuluit Pisis cum Franc. Tigrino. & opi. Bar. hic communiter recipitur vt Imo. hic dicit col. xviij. & Mod. qui referunt Bart. &

337 Imo. formaliter in d.c. veniens. † Sed ista opin. communis non videtur tuta secundum Iac. But. et Imo. hic, quia exceptiones de quibus Bar. loquitur sunt mixtæ, id est, habent vim dilatoriæ exceptionis & peremptoriæ. & sic possunt opponi ad processum et ad merita, & ideo dicũtur exceptiones litis finitæ, de quibus per glo. in c. j. de lit. contest. & in l. nã & postea. de iureiur. & tradit Bar. in l. quærebatur. ff. iud. sol. vbi ergo procurator opponit non esse procedendum ad vlteriora. quia fuit iudicatum illum esse ponendum in banno. &

338 ista est exceptio litis finitæ. † & ideo secundum Imo. hic in omni dispositione debet spectari id quod principaliter agitur l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & facit l. non solum. §. fi. de procur. cũ ergo procurator non veniat ad publicum vel priuatum crimen persequendum, sed potius ad ipsam persecutionem impediendam. videtur ꝙ sit admittendus. quia finis debet considerari. l. & si nõ sint. §. perueniamus. ff. de auro & arg. leg. sed replicari potest ex mente Are. in d.c. veniens. col. v. ꝙ licet huiuscemodi actus opponendi exceptionem de se non tendat ad punitionem criminis, & sic ad persecutionem accusationis porrectæ. x quo tamen talis actus venit incidenter, vt pars iudicij criminalis. sine dubio dicetur actus criminalis factus super crimine, & hoc videtur sufficere. vt ad hoc crimen procurator constitui non possit. ut in hoc tex. ergo ipsum iudicium criminale principaliter intentatum spectandum videtur. vt dignoscatur quid posset fieri in ipso iudicio.

339 † nam principaliter vbi quis de delicto inquiritur vel accusatur, ibi principaliter tractatur criminale & capitale iudicium. ergo non debet considerari illud incidens, ꝙ opponi possit exceptio declinatoria. immo tex. in l. non solum. §. fi. de procur. per Imo. adductus probat contra eum. nam ibi dicitur ꝙ quamuis cum agitur ciuiliter ad remouendum tutorem in consequentiam tutor criminaliter puniri posset. l. j. §. itẽ solent. ff. de offic. præfec. vrbi. tñ hoc quod in consequentiam venit spectari non debet, Idem ergo dicendum videtur ꝙ si iudicium principale est criminalem, licet actus eidem iudicio incidens tendat ad effectum ciuilem, sicut exceptio ad repellendum accusatorem. tamen tale iudicium iudicabitur vt criminale. arg. l. quoties. C. de iudi. Sed tuendo opin. Imo. volo ꝙ ad-

340 uertas ꝙ † in omni dispositione finis debet considerari. l. & si non sint. §. perueniamus, de aur. & argen. leg. & tradit Bar. in l. ambitiosa, in. iiij. colum. et. ff. de decre. ab ord. fac. sed ratio finalis quare in causa criminali non possit interuenire pro-

341 curator est. † quia talis causa videtur magni prę iudici. ista ratio cessat vbi agitur de opponendo exceptionem declinatoriam, quando quidem agatur hic de faciendo ne iudicium criminale efficiatur elusoriũ, & vt litibus & expensis obuietur, & ne frustra agatur criminaliter, & maxime quia tex. noster dicit ꝙ ad persequendum iudicium publicum frustra interuenit procurator, sed ille qui opponit exceptionem declinatoriam, vult ꝙ a tali persecutione desistatur; & si quispiam diceret, aduerte quia tex. noster dum loquitur de persecutione videtur loqui in ipso accusatore, sed in reo nõ loquitur de persecutione sed de defensione, & dicit ꝙ reus non potest cõstituere procuratorem ad de-

342 fendendum, † sed applicatione defensionis venit exceptio declinatoria. l. sed & si susceperit. §. j. in versi. alijs defensionibus. ff. de iud. & tradit Bal. in l. quoniam Alexandrum. C. ad l. Iuli. de adulter. Sed tu aduerte, quia defensio proprie est illa quæ crimen excludit. sed illa quæ processum retardat non est proprie defensio, vt est declinatoria. ita Bal. in l. j. C. qui accusa. non pos. & glo. in c. j. in glo. iij. de lit. conte. lib. vj. & tradit Fely. in rub. de excep. & Albe. in suo dictio. in ver. defen

343 sio † non videtur tamen recedendum ab opin. Bar. hic quæ communiter recipitur. vt concludit Are. in d. ca. veniens. colum. vj. quia negari non potest. ꝙ ex parte accusatoris cum petat se admitti ad persequendum. ergo dispositio facta super persecutione criminis habebit locum in casu isto. Idem videtur in reo. sed dicat Are. quidquid velit, opin. Barto. non videtur tuta. quia in hisce exceptionibus declinatoriis non agitur de punitione criminis. vt in simili dicit Barto. in l. solent. ff. de alimen. & cib. leg. Retenta tamen opin. Bartol. quæ est cõmunis, ꝙ exceptiones de quibus loquitur Barto. non possint opponi nec in vim peremptoriæ, nec etiam in vim dilatoriæ. declaratur ta

344 men huiuscemodi conclusio. Primo, † vt non procedat vbi talis exceptio esset notoria. quia ad eam opponendã procurator constitui posset, quandoquidem iudex etiam ex officio suo debet supersedere in processu, & libellum ipsum accusatorium lacerare, ne litigetur super inani processu. iuxta gloss. in l. j. de off. asses. & facit glos. in l. qui cũ maior. §. qui præses. de bo. quæ lib. & hęc limitatio cõiter recipitur. vt Nel. dicit in trac. banni. in ij. parte. ij. tẽpo. q. xiiij. sed hęc limitatio scdm Imo. hic post do. Ant. & Saly. ꝑ eũ relatos. nõ vr tuta.

tuta.q̃a hic tales exceptiones opponuntur in vim exceptionis peremptoriæ,non debet distingui an sint notoriæ vel non,sed solum debet distingui,an quis has exceptiones proponat vt simplex allegator, vel instructor. & isto casu admittendus est. an vero vt procurator,& isto casu est repellẽdus, 345 licet talis exceptio sit notoria, quia† notorium non releuat ab onere proponendi,licet releuet ab onere probandi.vt Bar. dicit in l. si adulteriũ cũ incestu.§.idem pollioni.ff.de adul.cle.appellanti, de app.concludit ergo do. Ant.ꝙ ex quo quis nõ potest legitimare personam suam in proponendis hisce exceptionibus peremptorijs etiam notorijs, non est admittendus vt procurator.nec videtur tuta ratio Bar.hic ꝙ ex quo iudex ex officio suo potest ipsum accusatorem repellere,debet posse constitui procurator,quandoquidẽ huiuscemodi ratio concludat ꝙ debeat admitti allegator seu instructor,nõ aũt procurator. Itẽ non est tuta rõ Bar.hic 346 ex alio capite,vltra alios,† qa id ꝙ iudex possit supplere defectũ partis in opponẽdo exceptionem notoriam.concludit vbi talis exceptio demõstrat accusatorem non potiri iure accusandi vel agendi. Item procedit eo casu vbi iudex si nõ suppleret vicem partis,cũ aliena iactura locupletaretur.vt Bart.dicit super glo.ibi in ver.apponen- 347 do. † Si ergo in casu nostro opponeretur exceptio,ꝙ bannitus non audiatur, vel ꝙ est præscriptum accusationi porrectæ.talis exceptio non tolleret ius accusandi ipso iure, sed illud potius elideret.& cum hoc casu non posset iudex vices partium supplere,non posset quoq; talis exceptio per procuratorem proponi,& cum possit ergo hoc casu per allegatorem & instructorem subueniri,non debet admitti procurator, cum solum possit personam suam legitimare:sed ad hoc respõdet hic Io. de Imo.quem sequuntur Senen.in d.c. veniens.ꝙ speciale est in notorio ꝙ admittatur procurator. 348 licet eius persona legitimari nõ possit.†quia in notorijs ordo est ordinem non seruare. Sed repli- 349 cari potest ex mente Are.in d.c.veniens. ꝙ† sicut delictum qualitercunq; & quocunq; notorium non potest puniri per iudicẽ incompetentem. Bar. in l.magistratibus.ff. de iudi.ita nõ debet admitti ꝑcurator cuius persona legitimari non põt. Sed replicari põt ꝙ est magna ratio diuersitatis inter iudicẽ & procuratorem. quia absurdum est ꝙ iudex incompetens,& qui prorsus caret iurisditio- 350 ne iudicet:†quia exceptio incompetẽtiæ iudicis nunquã censetur exclusa cle.j.de seq.pos. & fruc. non sic est in exceptione non legitimi procuratoris.& ideo licet iudex sine mandato nõ possit supplere vices partis in notorijs. debet tñ posse quis hoc facere vt procurator.vbi habet mandatũ.attẽto maxime:quia vbi exceptio est notoria,cessat finalis ratio prohibitiua.vt in criminalibus procurator interuenire non possit. Cogita super prædictis.quia subtilia sunt & male vt arbitror discussa per Scribẽ. Quarta colligitur cõclusio ex di- 351 ctis Bart. ꝙ† vbi exceptio est peremptoria, & opponitur in vim peremptoriæ nõ admittitur procurator:quia si non admittitur ad plenam defensionẽ,& sic remouetur genus a prosecutione crimi-nis.ergo et species.iuxta l.j.in fi.ff.de suis & leg. & hæc conclusio ampliatur hic per Bar.vt proce- 352 dat siue dubietas sit in facto siue in iure:† quia sicut vbi est dubium in facto non potest interuenire procurator,ita non potest interuenire vbi est dubium super iure.l.cũ prolatis.ff.de re iud.& facit regula.§.quibus in j.consti.C.& cũ Bar.hic tran- 353 seunt cõiter Scribẽ. † & ideo si aliquis compareat pro accusato,& proponat ꝙ accusatus nõ interfecit illũ de quo accusatur:quia ea die qua dicitur illũ fuisse interfectũ,ipse nõ erat Paduę, sed Mediolani,adeo ꝙ impossibile fuisset accusatum in illo loco fuisse,admitti non debet,eodem modo non põt constitui procurator ad proponendum illũ fuisse mortuũ longe anteriori tpe q̃ ea die, qua dicitur interfectus.iuxta glos.in l. is qui reus. de pub.iud.nec mirũ quia ista exceptio est mere peremptoria Et idem,vt Bar.& Scriben. dicunt, est in exceptione mixta.vt supra dixi. ẽt vbi est du- 354 bietas in facto,vel in iure:†ideo non potest constitui procurator ad opponendũ ꝙ interfectus erat bannitus:quia a pari procedunt,excludere crimẽ directe,vel aliquid deducere, per quod crimen indirecte excludatur. Difficultas huiusce casus con 355 sistit in videndo†an exceptio banni sit declinatoria,an vero sit peremptoria,ita ꝙ possit opponi vtroq; modo,vt supra dixi.& Io.de Imo. hic dicit verba statuti debere considerari:vbi.n.statutũ dicit bannitus nõ audiatur , vel querela opposita pro bãnito occiso nõ audiatur:& hoc casu sine dubio hæc exceptio habet vim declinatorię. vt ex dictis Bar.elici vr̃ in l.nã postea in prin.ff. de iureiur.& in l.cũ lex.in fin.de fideiuss. Sed aduerte quia Bal.relatus per Aret. in c.veniens.vr̃ velle, ꝙ vbi statutũ dicit,bannitus nõ audiatur, non pa- 356 ratur aliquo modo exceptio peremptoria:†quia exceptio quæ repellit agentẽ,& sic respicit qualitatẽ personæ agentis, iudicanda est potius exceptio declinatoria q̃ peremptoria.vt Bal. dicit in l.filius.§.veterani.ad finẽ commenti.de procur.et tradunt cõiter interpretes in l.exceptionẽ. C. de except.& ideo Are.satis impertinenter tãgit plene illum articulum,an & quando exceptio inducitur per statutum, censeatur denegatum ius agendi ipso iure vel ope exceptionis. Sed tota difficul- 357 tas consistit,†qñ statutum dicit ꝙ bannito denegetur audictia in criminalibus.& secundũ Bar. in d.l.nam postea.& in d.l.cum lex. vr̃ ꝙ ipsi bannito tollatur ius agendi ipso iure,& per consequẽs ꝙ hoc casu paretur exceptio mere perẽptoria.quę cum tangat crimen principaliter, nõ poterit proponi per procuratorem.sed immo vr̃ ꝙ talis ex- 358 ceptio debeat dici declinatoria: †quia ista verba non audiatur,videntur inducere declinatoriã 359 non peremptoriam.†cle.constitutionẽ.de elect. dicitur.n.in d.cle.constitutionem.ꝙ licet ille qui non seruat dispositionẽ.c.vt circa.de elect. lib.vj. nõ debeat audiri ad prosequendã cãm electionis, si tñ aduersarius patiatur deducta ꝓbari,talis probatio valet,& ipsa electio cancellari debet.& tñ si per illa verba nõ audiatur pareretur exceptio peremptoria, non valeret probatio , minus esset cassanda electio.& si dicatur prout sentit Are. ꝙ

sibi ius in iudicio deductum principaliter respicie bat ecclesiam. vnde non potuit parari exceptio quæ tolleret & perimeret ius ipsius ecclesię. ideo paratur exceptio quæ ipsam personā repellit, replicari pōt.ꝙ constitutio illa non fundat se super hoc,ꝙ ius deductum respiceret fauorem ecclesię: & ideo pōt dici ad illam clem. ꝙ licet dicatur ꝙ non est postmodum in prosecutione negocij audiē dus.tñ vltra procedit papa ꝙ si fiat probatio per aduersarij confessionem,vel alio modo legitime, papa mandat illam non infirmari: & sic procedit papa declarando ꝙ per illud verbum non audiatur,non paretur exceptio peremptoria alias parae retur,nisi dicas tuendo sol. Aret.ꝙ nulla alia ratione ibi papa hoc determinat nisi vt ipsi ecclesię faueat. Iuxta hanc cōclusionē Bar.se offert pul-

360 chra dubitatio secundum Bal.hic,pone† statuto cauetur ꝙ accusatus,vel inquisitus de crimine capitali non possit ꝑponere aliquam exceptionem vel defensionem,nisi compareat personaliter, an isto casu erit aliquod remedium, si velit ꝑponere per procuratorē exceptionem banni vel aliā exceptionem quæ sit notoris dic vt hic per eum.

Circa.q.Bar. de Rauagense Bononiēse habes

361 ex eius dictis ꝙ† in examinatione exceptionis, ꝙ quis non fuit rite canzellatus de banno,nō potest interuenire procurator. & ideo cum esset occisus do.Rauagensis Bononiensis eius filij accusarunt occisores,fuit exceptum ꝙ erat bannitus, & ꝙ quod poterat impune occidi, fuit replicatum ꝙ erat cacellatus de banno, sed fuit iterum triplicatum ꝙ non erat rite cancellatus,dicit Bar.ꝙ consultum fuit ꝙ in causa ista nō poterat interuenire procurator etiam ꝙ examinaretur coram alio iudice,& hęc fuit opi.Ia.de Bel.quia ista examinatio fit ad finem criminis excludendi, & ad ipsius criminis decisionem.facit secnndum Bart.l.arbitro.& l.si ab arbitro. ff.qui satisd.cog. & l.fin.ff. quibus. app. non li. & auc.ad hæc.C. de iudi. sed ista iura nō bene probant opi.Iac.de Bel.& Bar. et maxime quia varijs modis intelliguntur.vt idē Bar dicit in l.in ambiguo.ff.de reb.du.& ideo se

362 cundum Bal.hic videtur tutior opi.Iac.But.†ꝙ immo quando exceptio venit examinanda seorsum a crimine ꝙ possit interuenire procurator ꝑ iura per eum adducta,& primo per l.ij. & l. ꝓses. C.ad l.fla. de plag. in quibus iuribus examinatio quæstionis proprietatis tendebat ud exclusionem criminis plagij. & tamen potest in causa interuenire procurator.l.de fide.C.de fal. & l.ij. C.ad l. fla.de plagia. & facit text.vltra alios in.l.aduersus.C.de fur.vbi in actione furti potest interuenire procurator. licet remedium tendat ad exclu-

363 sionem iudicij criminalis.Sed potest dici ꝙ † In d.l.ij.C.ad l.fla.de plag.causa rei vendicatæ.secū

364 dum Imo.erat mere pecuniaria. † Idem in l.de fide.vbi in accusatione falsi ciuiliter porrecta ad-

365 mittitur procurator.† eodē modo in actione furti ciuiliter mota potest interuenire procurator.licet in.q.Bar. exceptio illa ꝙ fuerit rite bānitus, vel non rite,vel cancellatus non videtur habere ali am naturam.nisi vt excludat vel includat delictum.Idem Io. de Imo. distinguit duos casus. primus casus est qñ quis agit principaliter rei vendicatione contra illū qui dr̄ seruū adduxisse,& hoc casu pōt interuenire procurator:quia licet ex hoc casu possit sequi decisio criminis : tñ non agitur principaliter ad hunc finē.sed ad finē pecuniariū: vt ipse seruus restituatur,aut vero scd̄m Imo.q̄stio opponitur per viā exceptionis, vt in hoc exēplo

366 † accuso te de crimine plagij,ꝙ mihi surripuisti seruum,tu excipis de dominio,& sic ꝙ seruus est tuus,&sic ꝙ non est cōmissum plagiū. & isto casu pōt saluari opi.Iac.de Bel. & primo casu procedet opi.Iac.But.est verum ꝙ cum Iac. de Bel.& Bar.hic transit Saly. in d.l.reos.col.iij.& in d.l.

367 ij.C.ad l.fla.de plagia.† Sed tu cōsidera.q̄a vr̄ verior opi.But.simpliciter ꝑ tex.in d.l. defide.C. de fal.& d.l.aduersus.C.de fur.nā vbi agit̄ ciuiliter pro falso aut furto,talis causa licet sit separata a decisione criminalis causę procurator admittit̄, tñ ꝑ illā cognitionē potest sequi decisio criminis l.ij.§.hoc edicto.ff.vi bon.rap.& l.inde Neratius. §.si dolo.ff.ad l. Aquil. vel saltē inferri ꝑiudiciū iudicio publico l.interdū.ff.eo.cū ibi no.ergo verior videtur opi.contra Bar.nō recedo tñ a Bar.

368 † Circa vltimam q.Bar.habes conclusionē,ꝙ in causis criminalibus vbi non pōt interuenire procurator,si interueniat. licet non opponatur,tñ processus est nullus.& fuit opi.glo.in l.quāuis.C. de adul.& gl.Io. And. in c.j.de iudi. & ibi Io.de Fantu.idem dicit do. Abb.in c. veniens. de accu. & dicit Are.in d.c.veniens.col.pe.vnū singulare verbum ꝙ ista opi.est cōior.quam tenuerunt etiā Cy.& Saly.in l.quāuis C.de adult.& Bal.hic.& in l.seruum.§.publice.ff.eo. & in l.ij.C.qui accu. non pos.& in l.reos.de accu.& hanc opi.dicit veriorē Alex.in l.ita demum.C.de procu. Pro ista opi.stringit primo iste tex. subtiliter inducendo & primo in prin. dum dicit ad crimen publicum

369 persequendum. † nam persequutio est perfecta sequutio.arg.l.ædificia.§.prędixisse. de verb.sig. & in l.vrbana prædia.§.pernoctare.ff.de ver.sig. ergo datur intelligi procurator prohibetur vt in publicis iudiciis non possit interesse, nec in principio,nec in medio , nec in fine iudicij, suadetur,

370 quia tex.vtitur † dictione frustra,quæ significat actum ipso iure nullum,vt probari videtur nō cauillando literam in l.verbis ciuilibus.de vulg.& pup.vbi Ias.pulchre,& in c.quia frustra. de vsu. et in l.si eo.et in l.cū donationis.C.de trāsa.adeo ꝙ pōderando istū tex.in ver.ad crimen persequē dū & in ver.vr̄ ꝙ lex resistat interuētui procuratoris.iuxta l.cū lex,C.de fideiuss.ergo vr̄ ꝙ gesta per procuratorem ēt ꝙ per partē nō fuerit opposi tum sint ipso iure nulla.& maxime secundū Bar. hic quia militat illa potissima rō: quia diligētius accusans & accusatus suas prosequuntur, & ideo lex requirit,ꝙ accusans & accusatus sint præsentes corā conspectu ipsius iudicis.vt ex eorum sermonibus,constātia,& trepidatione possit veritas

371 criminis dignosci & intelligi . † Suadetur ista opi.alia rōne scd̄m Are.in c.veniēs.circa fi.dr̄ in d.c.veniens. ꝙ iudex nō pōt recipere procuratorem in causa criminali , & sic per illam negatiuā positā ante verbū pōt , denegari videtur potentia ipsi

ipsi iudici recipiendi procuratorem in causis criminalibus faciunt not.per Bart.in l. cum lex.,de fideiuss.& in l.suus quoque.de hære.insti.ergo necessario dicendum est ꝙ processus sit nullus. cum ergo lex non velit posse cognosci de crimine siue de causa,vbi partes sunt absentes. ergo si processum fuerit a procuratoribus vsque ad sententiam sine reorum presentia, constat notorie non fuisse cognitum de cã:prout natura causę requirit et sua det. ergo huiuscemodi processus videtur agitatus
372 sine causæ cognitione. † ergo sententia lata sup eo erit ipso iure nulla.vt lata sine causæ cognitione.iuxta l.ex stipulatione C.de sen.et interlo.om. iud.& l.fi.C.cõmi.per episto.& pro ista opi.videtur casus in c.si qñ.ij.q.vj.iuncta l.j.in prin.de asser.toll.dicit enim lex.in c.si qñ.ꝙ causa criminalis & cã status prohibetur agi per procuratorẽ &
373 sic parificat istas duas causas, † sed in cã status tex.dicit in prin.l.j.ꝙ penitus prohibetur per procuratorem comparere seu litigare,ergo videtur ꝙ
374 iudicium sit nullũ in vtroque casu.† nam dictio (penitus)importat actum esse nullum ipso iure,vt l.solutum.§.si in sortẽ. in fi. ff.de pig.act.iuncta.l. si non sortẽ.in prin.de condi.inde.bñ facit gl.not. in ver.penitus. in c.romana.in.§.in vniuersitate.
375 de sen.excõ. lib.vj. †Contrariã tñ opi. tenuit gl.Ber.quam ibi sequuntur Inn.Hosti.& Io.mo.ĩ d.c.j.de iudi.lib.vj.quã opi.secutus est ẽt Archid. in c.qui generaliter.de procura.in.vj.& ĩ.c.reos. iij.q.v.& Old.in consi.cxxix.Ange.hic.& Io.de lig.& Cardi.in d.c.veniens.vbi ẽt Fely.hanc sententiam amplectitur.& dicit Bar.in l.post mortem .§.fi.de adop.ꝙ si ea quæ non pñt fieri per procuratorem & fiant si non opponatur valent,allegat gl. in.§.si quis ergo.ver.sit igitur licentia.in auc.qui bus mo.nat.essi.leg.& illud dictum Bart.sequitur Ro.in consil.cclj.& isti patres respondent ad istũ tex.& ad tex. in c.veniens.& ad alia iura.supra adducta ꝙ frustra interuenit procurator si opponatur exceptio.iuxta not.in l.vniuersa C. de preci. impe.offe.& eodem modo põt responderi ad c.veniens.ponderatum per Are.ꝙ iudex non põt recipere procuratores parte scilicet opponente.et eodẽ modo põt responderi ad l.j.de asser. toll. Sed
376 non est recedendum a cõi opi.† quia licet aliqñ dictio frustra, non importet nullitatem ipso iure, sed ope exceptionis. vt est tex. vltra alios hic in l.si Titius,in fi.de fideiuss.& in l.j.de non nu.pecu. tamen istud est verũ vbi subiecta materia hoc patitur.de proprietate tamẽ sermonis dictio frustra, importat nullitatem ipso iure.vt Doc.cõiter dicũt in d.c. veniens.& Ias. in d.l. verbis ciuilibus. &
377 semper stat firma illa potissima rõ,ꝙ† lex abhorret,ꝙ iudex cognoscat de crie publico seu capitali in absentia accusatoris et accusati.quo casu cõfunduntur oẽs distinctiones Doc.in hac mã.quę
378 sunt tot,quot sunt capita hidræ.†quarum prima fuit Iac.Butr. ꝙ si ꝓcurator interueniat ex parte accusatoris,valebit processus,ex quo non fuit opposita exceptio, secus si interuenerat ex parte accusati:quia non põt absens damnari non poterit ẽt procurator pñs:quia nõ deliquit:nisi forte dicatur secũdũ Ia.But.ꝙ ex quo nõ fuit opposita exceptio añ lit.contest. sequit̃ ꝙ abñs dãnari poterit : quia regula trita est,ꝙ dato vno inconuenienti sequunt̃ plura.l.ratas.C.de resc.vẽ.& ista prima distinctio
379 nõ est æqua:quia semper militat rõ.†ꝙ lex vult examinari cã capitalis in pñtia accusatoris,& ac
380 cusati. Secunda†fuit distinctio Bar.q̃ eius opi. reuocauit:quæ non differt ab opi.Ia. de Bel.ꝙ ex parte accusatoris valet processus : rõ quia pars,et iudex põt remittere accusatori pænã calũniæ: & solum propter pęnã calũniæ introductũ est ꝙ non possit ꝓcurator ĩteruenire.sed ipse principalis admitti debeat:si vero ex parte rei,tunc põt interue
381 nire.nisi post causæ conclusionẽ. † & profecto Bar. recte mutauit opi.quia videtur secundũ Imo. inepte intellexisse tex.in l.q̃uis.C.de adul.qui loquitur qñ interuenit procurator ex parte accusato
382 ris non aũt ex parte accusati. Secundo†male dicit.Bar.dum vult ꝙ iudex & pars possint remittere pænã calũniæ:quia hęc remissio esset cõtra pu
383 blicam vtilitatem,† q̃ suadet calumniã & malesicia puniri.l.ita vulneratus.ad l.aquil.& facit optime id qđ legitur et not.in l.diuus,supra ad Sylla. & in l.iurisgentiũ.§.si paciscar.ff.de pac.& l. ius
384 publicũ,& pro hoc ẽt facit:†quia licet nihil fuerit dictum in primo iudicio de calũnia , tñ postea de illa põt quæri per viam accusationis vel inquisitionis ẽt ex interuallo.vt plene not.in l.j.§.j. ad Turp.& in l.j.& in l.quæ nõ probasse.C.de calũ. et in l.athletas.§.calumniator supra de infami.Et
385 † pro ista opi.vltra alios facit tex.ĩ l.fallaciter. C.de calũ.vbi fallaciter & per calũniã accusantibus:non prodest nec publica abolitio nec priuata.
386 immo nec spãlis indulgentia principis:†si ergo non prodest nec spãlis indulgentia principis. nescio quo poterit pars & iudex remittere calumniã accusatori.facit tex.in l.abolitio.C.de abol. & ĩ l.fallaciter.eo.tit.Suadetur hæc opi.contra Bart.
387 †quia licet in crimine priuato possit quis remittere iniuriã quo ad actionem ciuilẽ : non tñ potest pacisci de nõ accusando criminaliter.vtBar.dicit in l.inter oẽs §.recte.de fur.faciunt not.per Fely. in c.j.col.vlti.extra de præsumpt.& per Ias.in l. fi.in.iiij.not.C.de furt. & tradit idẽ Bart.in l.j.§. vsque adeo.per illum tex.ff.de iniu.& sentit Are. licet prædicta non adducat in dicto cap. veniens.
388 col.ãtepe. Tertia†fuit decisio Dñorũ de Rota decis.ccl.quã refert hic Imo.& Alex.post.eũ ĩ d. l.ita demũ.q̃ dicunt ꝙ vbi nõ opponitur exceptio cõtra procuratorẽ,ꝙ tenet processus,vbi absolutoria venit ferenda in fauorẽ abñtis , q̃ abñs fauori suo renunciare.põt.Sed ista distinctio cũ qua simpliciter transit Io.de.Imo.confundit̃ ex supra di-
389 ctis,† quia calũnia.q̃ tendit ad vindictã publicã remitti nõ põt.facit tex.in l.q̃ cetu.§.vacatẽ. ad l. Iul.de vi pub.Itẽ militat illa rõ.ꝙ crimẽ publicũ seu capitale debet discuti ĩ pñtia accusatoris & accusati,alis nõ põt valere snĩa.qa vr̃ lata siue causę
390 cognitione.† vt in siñi dicit Bar. in extrauag. ad repri.ĩ ṽ.summarie.vbi si iudex in iudicio plenario dicat se sũmarie cognouisse de cã,et ferat sẽtentiã, talis sententia vti lata sine causę cognitio-
391 ne est nulla. Quarta † fuit distinctio do. Ant. de But. in d.c.veniens.qui considerat duos casus. primus

primus casus est, vbi sententia non potest ferri contra absentem, prout non potest regulariter in causis capitalibus. & isto casu vult do. Anto. ꝙ si admittatur procurator ꝙ processus sit nullus. quia frustra intercessit. nec suppletur hic defectus ex litis contestatione, quia nõ cessat causa prohibitiua constitutionis procuratoris. faciunt not. secundum eum. in l. qui stipendia. C. de procurato. & in capitu. in nostra. & in isto primo casu bene dicit domi. Anto. in d. cap. veniens. in antepenul. colum. Secundus casus est secundum eum, vbi potest procedi in absentem, & tunc videlicet iudicium, quia tunc non est defectus nisi solennitatis, 391 id est, cautionis non præstite, † quæ solennitas potest remitti. l. Pomponius §. rati. de procur. sed do. Ant. præsupponit secundum Imo. hic. ꝙ ratio quare ex parte rei non possit interuenire procurator sit illa quia procurator non potest legitimare personam suam præstando cautionem de iudicato soluendo, & tamen ista non est potissima, quare ex parte rei non possit interuenire procurator. Sed tuendo opi. do. Ant. tu dic ꝙ ex quo absens potest damnari, cessat illa principalis ratio prohibitiua constitutionis procuratoris, quę est, ꝙ in pręsentia accusatoris & accusati causa agitari & discuti debeat, & si dicatur nonne ipsi melius defendent per se ꝙ̃ per alium. quia imputet sibi qui instituit procurotorem, & non venit ad se defendendum, et melius est ꝙ per aliquem defendatur ꝙ̃ per nullũ ex quo deliberat absens esse, & sic potest defendi ista opi. contra Imo. & sequaces. Quinta fuit 393 † distinctio Io. de Imo. hic. quæ est longior. §. Callimachus. qui in effectu considerat duos casus, in quibus tenet & valet iudicium. primus est quando procurator ex parte accusatoris fuit admissus, & probauit plene crimen seu delictum contra accusatum præsentem. Secundus casus est quando procurator interuenit ex parte accusati, & plene probauit innocentiam ipsius rei accusati cõtra ipsum accusatorem præsentẽ, & in hisce duobus casibus iudicium non redditur nullum. ratio horum casuũ est. quia licet hi procuratores a principio admitti non debuissent. quia tamen repulsi non fuere. per eos crimen liquidatum fuit. videtur ꝙ sit ferenda sententia, nec curandum sit, ꝙ alius diligentius & curiosius liquidare potuisset, quandoquidem sufficienter crimen sit liquidatũ. arg. l. Gallus. §. si eius 394 de lib. & posth. quia † vndecunque crimina clarescant, punienda sunt. c. in ecclesia. xxiiij. q. iij. et suadetur hæc opin. per no. per Bar. in l. posthumus. §. si quis ex his. de inoffi. testa. post Inno. in c. in nostra. de procur. & in c. causam quę. qui fil. sint 395 leg. vbi concludunt † ꝙ vbi sententia lata pro vno in causa in qua agens non petit sibi aliquid dari vel fieri, sed solum aliquid fieri a iudice, vel declarari, prodest omnibus, & sic si feratur sen-396 tentia pro procuratore † accusantis proderit accusatori, & reipub. & omnibus. eodem modo lata in fauorem procuratoris accusati. Sed ista distinctio non placet Aret. in d. c. veniens colum. pen. quia licet in primo casu fuerit plene crimen liquidatum, vt condemnatoria sequi possit, & in secundo casu etiam constet de innocentia rei. vt absolui possit. tamen non videtur in primo casu, vbi procurator fuit admissus ex parte accusatoris contra reum præsentem, ꝙ possit plene cõstare de innocentia seu nocentia ipsius rei, quandoquidem si accusatus ipse præsens fuisset, ex eius sermone, & ex constantia, & trepidatione, facile potuisset 397 deprehendi de innocentia ipsius rei: † & confutari calumnia & fallacia ipsius accusatoris. eodẽ modo ex parte rei. Si reus fuisset præsens, ex constantia, & trepidatione potuisset crimen detegi: quod ob eius absentiam occultatum & celatũ fuit & hoc saltem procederet quo ad sumendũ aliquod indiciũ, ob quod potuisset torqueri, et veritas erui. ergo stat semper firma illa potissima et singularis ratio, ꝙ lex abhorret, ꝙ in absentia accusatoris vel accusati crimina discutiãtur. Sed tuendo opi. Imo. potest dici ꝙ principalis ratio quare in criminalibus non possit interuenire procurator, videtur illa potissimum, ne iudicium elusorium reddatur. quæ ratio in hisce duobus casibus per Imo. traditis cessare videtur. cessat enim in primo casu quando procurator accusatoris plene probauit crimen contra reum præsentem contra quem sententiam executioni mandari poterit, & etiam cessare videtur in secundo casu, quando ex parte procuratoris accusati. quia ex quo probatum est de innocentia ipsius accusanti, poterit accusans, qui est ꝓ-398 sens condemnari de calumnia, † quam calumniã videtur cõmisisse eo ipso ꝙ non probauit l. j. C. de 399 calum. & profecto pro opi. Imo. † videtur esse casus, vt ipsemet dicit in l. quamuis. C. de adult. quem strictius induco. nam in princi. dicitur ꝙ oportet in crimine adulterij pręsentiã accusatoris pręcedere, tamen quia constabat Materiam vxorem viatoris adulterium cum Iuliano cõmisisse. mandat Imperator Diocletianus ipsam condemnari, ex quo constabat de delicto, nõ obstante exceptione ꝙ citaretur viator eius maritus. ratio est quia constabat de delicto. & sic delictum erat liquidatum contra ipsam Materiam vxorem, & si dicatur aduerte quia tex. dicit non putamus viatorem deputatum ad excubias limitis reuocandum. et sic videtur ꝙ ibi potuerit condemnari Materia vxor viatoris. quia ipse viator erat absens causa reipublicæ. sed ista non est potissima ratio illius l. ꝙ̃uis. Sed quia erat liquidatum negocium ex ꝑte procuratoris. Item constabat de confessione habita a Materia per tormenta, & erat conclusum in causa. & istis tribus concurrentibus valuit sententia lata contra dictam adulteram: mihi tamen magis placet opi. Are. ꝙ non possit dici liquidatũ 400 crimen. & ꝙ requiratur ꝑsentia vtriusque. † & ideo non videtur recedendum a communi sententia, ꝙ iudicium sit ipso iure nullum. Posset tñ saluari opi. Imo. in duobus casibus. Primo in casu d. l. ꝙ̃uis. C. de adult. Item quando de crimine cõstaret per spontaneam confessionem rei ante quam nulla præcessissent tormenta, vel metus torturæ. 401 quia † illo casu etiam si totum iudicium esset nullum. tamen possem ferri sententia tanꝙ̃ super notorio. vt not. Inno. in c. qualiter & quãdo. de accusa. & Bart. in l. si confessus. ff. de cust. reo. & pro hac limitatione videtur esse casus in l. ait prætor §. per.

§.permittitur.de mino. quem tex.secundum Are. in d.c.veniens. dicit singularē Bal. in l.ij.in fi.C. 402 de re iudi. † nam confessus non potest opponere de ineptitudine libelli, nec de alio iuris ordine nō seruato & videtur casus in c.pisanis.de resti. spo. 403 sed aduerte † quia cōtra Are. videtur casus in d. l.quamuis. vbi etiam confessus per tormenta non potest opponere ꝙ non potuit interuenire procura torem. sed ibi vt supra dixi. concurrebant plura. Paduæ. M. D. xxxiiij. Die viij. Iulij.

TRACTATVS DE POTESTATE procuratoris & defensoris in causis criminalibus, Secunda pars, & interpretario in §.publice. l. seruum quoq;. ff. de procur. authore Ioanne Antonio Rubeo Alexandrino.

SVMMARIVM.

1 Personaliter comparere quis non cogitur in causis pecuniariis, nisi subsistente iusta causa.
2 Procurator constitui non potest in causis capitalibus, & numero 48. & an id sit perpetuum. nume. 50.
3 Absens damnari non potest in causa capitali, etiā post litem contestatam.
4 Actio ciuilis quàm criminalis intendi potest pro quolibet crimine capitali tam publico quàm priuato.
5 Pœna talionis ita militat in crimine priuato sicut in publico.
6 Causa censetur criminalis, vbi pro crimine pœna venit applicanda fisco.
7 Intellectus ad hunc §.publicè. & nume. 12.cum seq. vsque ad nu. 23.
8 Ratio dubitandi quare quis admitti non videbatur ad allegandum causas absentiæ sine mandato.
9 Cautio iudicatum solui ab eo præstanda est, qui alium vult defendere, etiam si locupletissimus sit.
10 Defensor qui non satisdat, condemnari non pōt.
11 Ratio decidendi, cur quis admittatur ad allegandum causas absentiæ sine mandato.
18 Iudex debet ex officio suo inquirere veritatem, etiam in causis in quibus lite non contestata proceditur ad diffinitiuam.
19 Intellectus ad l.reos, C.de accusationi.
20 Procurator an possit interuenire, vt tantū prosit non etiam noceat.
21 Excusator an & quatenus admittatur pro alio citra mandatum.
23 Reus absens ex iusta causa, potest a quibuscunque defendi plenariè, & quis effectus ex tali defensione resultet.nu. 24.
25 Condemnari nemo potest, nisi termino prius ei dato ad se defendendum.
26 Terminus ad opponendum datur etiam sponte confessis. Quod non procedit in crimine notorio.nu. 27.
28 Cogi quis non potest ad renuntiandum defensionibus, etiam lapso termino defensionis.
29 Termino renunciari potest, sed non defensioni.
30 Versi. nam & in capitalibus, concordat cum auct.multo magis, C.de sacrosanct.eccle.
31 Ad allegandum causas absentiæ facti. liberè cuilibet patet accessus, sine satisdatione.
32 Causæ absentiæ iuris an a quolibet allegari possint & nu. 34.
33 Defensor regulariter non admittitur sine mandato. & vbi admittitur tenetur cauere de rato. & nu. 45.
35 Procurator pro absente interuenire potest, vbi absens damnari potest. Et an id obtineat in causis capitalibus indistinctè vide nume. 36. 37. 39. & 41.
38 Intellectus ad l.penul.§.ad crimen.ff. de public. iudic.
40 Sententia in causa appellationis potest ferri aduersus reum criminis absentem.
42 Iudex an possit repulso procuratore dicere, quòd vult quòd principalis personaliter compareat. & nume. 43.
44 Publice interest aliquem defendi, & ibi declaratur quomodo procedat, & nu. 46.
47 Interesse reipublicæ in multis casibus secundario considerari, in quibus principaliter consideratur interesse priuatorum.
49 Inscriptio ad pœnam talionis in quibus criminibus locum habeat.
51 Crimina publica habent quiddam speciale, quod non habent crimina priuata, & ibi habes exempla aliquot in eam rem.
52 Mulier de crimine publico accusare non potest.
53 Damnatus de crimine publico non potest accusare.
54 Procurator quare non possit constitui ex parte accusatoris.
55 Dominus an possit tanquam procurator defendere seruum accusatum.
56 Seruus accusatus qui a domino non defenditur, an pos-

an possit per alium defendi. & nu. 57.

58 *Procurator interuenire potest in causa criminis pro quo venit imponenda pœna relegationis vel remotionis ab ordine.*

59 *Intellectus ad l. j. ff. an per alium cau. appellatio.*

60 *Vsq; dictio, an excludat vel includat.*

61 *Intellectus ad l. fi. ff. de iniur. & l. fi. eo. tit.*

62 *Procurator interuenire non potest in causa iniuriarum, & quæ sit huius ratio.*



VANTAE Sit vtilitatis, & subtilitatis huiuscemodi. §. elicitur ex dictis Pauli de Castr. hic in ij. col. & Bald. in fi. sui commenti. Et aliorum quos citaui in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iudi. & pro ip- 1 sius clariori intellectu est præmittendũ: † ꝙ principium huiusce. §. loquitur de causis pecuniariis: in quibus quis non cogitur personaliter comparere, nisi subsistente causa l. fi. C. de procu. & c. j. de iudic. lib. vj. in quibus causis regulariter procurator admitti potest. l. ij. §. vsus. supra eo. in hisce tamen causis aliquando quis cogitur per procuratorem comparere. l. pen. & auc. omnino. C. eo. titu. 2 † Versiculus vero nam & in capitalibus loquitur in causis capitalibus de quibus in l. ij. & in l. capitalium. ff. de pœn. & in l. edicto. §. rei capitalis. ff. de bonorum poss. quarum capitalium quædam proueniunt ex iudicio publico, quædam ex iudicio priuato, & in hisce causis capitalibus ꝓcurator constitui non potest: siue proueniant ex iudicio publico de quo loquitur tex. in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. & text. vltra alios in l. de fide. C. ad l. Corne. de fal. & tex. in l. tunc conuenit. C. de accus. & in l. reos. eo. titu. de causa vero capitali proueniente ex delicto priuato posset intelligi tex. in l. j. §. j. & ij. responso. ff. quando cau. appel. per alium agi po. qui non distinguit inter causam capitalem proueniente ex iudicio publico vel priuato. & communis est ꝙ etiam in delictis priuatis vt in ra dicam procurator constitui 3 non possit: & est notandum † ꝙ in hisce causis capitalibus, vbi agitur de pęna capitis absens damnari non potest, etiam ꝙ sit lis contestata. l. j. C. & ff. de requi. reis. & l. absentem. §. j. vbi Bart. ff. de pœnis. sed vbi quis non comparet peruenitur ad annotationem bonorum, cuius formã tradit Bar. in d. l. j. de requiren. reis. Secundo pręmittendũ 4 est, † ꝙ pro quolibet crimine capitali tam publico quam priuato potest agi tam ciuiliter ꝙ̃ criminaliter. l. qui nomine. & l. hodie. ff ad l. Corne. de 5 fals. & l. fi. de priua. delic. & de furt. † & sicut de iure in crimine publico requiritur inscriptio ad pœnam talionis, ita requiritur in crimine priuato. l. fi. C. de iniu. & d. l. fi. de prin. deli. & ideo videbimus infra: ꝙ vbi pro crimine tam publico quam priuato pœna pecuniaria imponitur. siue 6 pœna sit applicanda parti: siue fisco, † quo casu dicitur causa criminalis. l. iij. vbi gl. Bar. & cęteri. ff. de sepul. viola. & tradunt Mod. in rub. C. de iud. Et extra eodẽ: ꝙ in hisce causis iudicium per procuratorem agitari potest. Versiculus vero tertius huiusce. §. intelligitur in causis non capitalibus, vt in pœna relegationis, & remotionis ab ordine: & de aliis de quibus in l. cognitionum. de variis & extraord. cog. & in l. moris. ff. de pœn. & ideo infra videbimus, an in isto tertio genere includatur pœna corporis afflictiua. vt quãdo plebeus flagellis ceditur, vel fustibus subiicitur. iuxta l. capitalium. in prin. in ij. responso. ff. de pęn. Quartum genus causarum addit gloss. in l. non solum. §. fin. infra eo. Quintum addit Albericus hic col. fi. de quo secundum eum loquitur tex. in l. sed & hæ. §. & patronus. ff. eo. & in l. non solum. §. fi. infra eod. Sed tu dic, ꝙ istud quintum genus satis includitur in illo genere, quod æstimationem lædit de quo loquitur tex. in l. pen. de var. & extra- 7 ordi. cog. Vltimo præmittendum est, ꝙ † text. noster pluribus modis legitur. vt hic per Odofr. Alber. & alios plerosq; antiquos: communiter tamen recipitur intellectus gl. ꝙ principium loquatur in causis pecuniariis. Secundum vero responsum in capitalibus. Tertium in causis non capitalibus in quibus sententia contra absentem ferri potest. Tu considera circa principium huiusce. 8 §. intelligendo eum † ꝙ loquatur in allegante causas absentiæ, quæ nam poterat esse ratio dubitandi: ad quod dic, ꝙ videbatur dicendum, ꝙ non deberet admitti quis sine mãdato: ex quo in hisce causis procurator constitui potest, & imputãdum videbatur absenti, qui procuratorem non dimisit. l. absens. supra eo. vel saltem videbatur, ꝙ esset admittendus mediante cautione de iudicato sol- 9 uendo, † quam etiam locupletissimus qui defendere vult præstare tenetur. l. qui proprio. §. qui 10 alium. ff. eo. & l. minor etiam. eod. titu. † attento etiam quia defensor qui non satisdat condemnari non potest. l. liberto. in fi. de nego. gest. Contra- 11 rium tamẽ hic deciditur, † ꝙ a quocunq; absens defendi potest: nec mirum, quia iura prædicta loquuntur, vbi quis vult plene defendere, & suscipere in se telam iudiciariam, sed tex. noster loquitur de illis tantummodo, qui allegant causas absentiæ, ad quas passim etiam inhabiles admittuntur, vt hic dicit glo. magna ad finem. Circa secundum responsum faciebat dubium, & videba- 12 tur, † ꝙ ex quo in hisce causis remouetur omnis procurator, et defensor, qui plene defendere vult, debetur etiam remoueri quilibet alius defensor, qui causam absentiæ adducere intendit, per regulam quæ habet, ꝙ a quo remouetur genus, remouetur quælibet eius species l. chorus. ff. de leg. iij. & l. j. ff. de suis & legiti. Contrarium hic deciditur, & ratio decidendi est, quia in allegãte causas absentię cessant rationes prohibitiuæ constitutionis procuratoris, de quibus plene dixi in d. §. ad cri- 13 men. † Circa tertium responsum faciebat dubium, quia videbatur, ꝙ etiam in hisce causis non capitalibus, ex quo per eas læditur hominis æstimatio, non deberet posse cõstitui procurator. arg. l. iusta. ff. de manu. vindic. & l. Iulianus. ff. si quis omis. causa testa. & l. si isti quidem. ff. quod metus cau. attento etiam quia tex. in l. j. in j. & ij. respõso. ff.

so. ff. quando cau. app. per alium agi po. videtur so lum velle, ꝙ in causa pecuniaria procurator constitui possit. vt patet ibi, sinautem pecuniaria sit. & ibi, sed si ea causa sit ex qua solet sequi condemnatio vsque ad relegationem: intelligendo ꝙ dictio (vsque) stet inclusiue. vt Bartol. dicit infra. col. ij. Sed ratio decidendi colligitur ex vna ratione, quæ adducitur, ꝙ ideo in causis capitalibus procurator constitui nō potest. quia sententia posset reddi elusoria: contra l. si prętor. ff. de iudi.

14 † Sed iste intellectus communis non videtur tutus per locum a sufficienti partium numeratione. nam intelligendo hunc tex. in prin. in allegante causas absentię: & eodem modo versiculum (nam & in capitalibus) non video, quomodo possit intelligi tex. in ii. responso. in allegante causas causæ: quia illa dictio (itaque) est continuatiua præcedentium:

15 † & ideo huic tex. accomodatur secundus intellectus per Marti. Syllima. Iacob. de Rauani. & Pet. de Bellaperti. quos citat hic Bar. & hunc intellectum sequuntur Cyn. & Albe. in l. reos, C. de accu: sed iste intellectus non recipitur communiter ex duplici capite: & primo secundum Barto. quia verba tex. huic intellectui refragari videntur: quandoquidem allegare causas innocentiæ sit plenarie defendere. l. is qui reus. ff. de pub. iud. Sed tuendo hunc intellectum dici potest: ꝙ satis dicitur excusare innocētiam ille, qui excusat absentem a contumacia: quandoquidem contumax habeatur pro nocente seu delinquente. iuxta. l. omne delictum, in princip. de re mili. Secundo obiicitur huic intellectui, quia si iste vltimus versiculus intelligeretur de allegante causas absentiæ, decideretur hic casus minus dubius. Si enim quis admittitur in causis capitalibus ad allegandum causas absentiæ: longe magis & minus dubie debet admitti in causis non capitalibus: in quibus absens condemnari potest: Sed tuēdo hunc intellectum responderi potest: ꝙ videbatur dicendum: ꝙ ex quo in hisce causis non capitalibus procurator constitui potest: ꝙ non deberet admitti quis ad allegandum causas absentiæ.

16 † Tertius datur intellectus per Dyn. ꝙ iste tex. intelligatur generaliter in quibuscunque causis tam capitalibus quam non capitalibus. in quibus absens condemnari potest: ideo secundum eum in terminis. l. lege Cornelia. §. constitutum. & l. ne diu. C. de pœn. & extrauag. ad repri. vbi absens condemnari potest: admitti potest procurator: qui potest prodesse & nocere domino: & cum isto intellectu transeunt nōnulli antiqui quos citat Imo. in l. pen. §. ad crimen. col. vlt. de pub. iud. & Mod. Senenses. qui transcribunt dicta Imo. in c. veniēs. in xxviij. colum. de accu. sed Barto. non recipit hunc sensum: vt per eum in d. §. ad crimen. in secunda colum. & in d. extrauag. ad repri. in verbo legitime: cuius tamen fundamentis respōdet Imo. in d. §. ad crimen. sed dicam infra in vlti. nota.

17 † Quartus intellectus accommodatur per Bar. hic ꝙ iste text. non loquatur in procuratore, sed in defensore sine mandato, & in omni genere causarum de mundo, vt patet ibi, a quibuscunque defendi, quasi dicat, non curo cum mandato vel sine, & vt patet ibi, quemuis verba pro eo facientē, quasi dicat, non curo an habeat mandatum, vel sit sine mandato: & an sit masculus vel fœmina: quia admittitur vt excusator innocentiæ: qui potest prodesse ipsi accusato vel inquisito & non nocere:

18 † & pro isto intellectu. facit secundū Bar. quia si iudex in causis, in quibus proceditur ad diffinitiuam etiam lite non contesta. tenetur ipse ex suo officio inquirere veritatē. auc. qui semel, ibi, perquisita veritate, C. quomodo & quando iud. & idem est in causa appellationis, in qua non requiritur litis contestatio. l. ampliorem. C. de app. idē in casu isto.

19 † Et pro isto intellectu pondero istū text. in verbo, æquum & ordinarium est. quasi velit dicere, ꝙ licet procurator in causis capitalibus non possit constitui: tamen æquum & ordinarium est admittere quempiam excusantem absentem, qui condemnari potest: et hoc est quod voluit dicere tex. in l. reos. C. de accu. dum dicit leges publicorum iudiciorum non solum per defensorem, sed etiam per procuratorem defendi permittunt, vt tantum defendat, non autem vt noceat, attento maxime quia etiam in criminalibus, vbi quis est præsens, ac confessus, & condemnatus, tenetur iudex ex officio inquirere veritatem l. j. §. si quis vltro. ff. de questi. Ergo longe magis hoc dicendū videtur in absente. l. si non defendantur. ff. de pœnis. & facit pulcher tex. vbi videtur esse casus vltra alios in l. fi. ff. ad l. Iuliam. de annona. vbi licet mulier non admittatur ad accusandum lege Iulia de annona. admittitur tamen ad instruendum præfectum annonæ. facit tex. in l. amplius puto ibi, adire prætorem & indicare rem prout se habet. ff. de fideicom. lib. & hunc intellectum sibi ascribit Salyc. in l. reos. in xj. colum. C. de accu. & cum isto intellectu hic transit Paul. de Cast. qui dicit, ꝙ iste talis solum admittitur ad excusandum: nec subiicit se sententiæ: & cum isto intellectu transit etiam do. Anto. Rosel. in consi. xlix. col. ij. inter consilia Cępollæ, sed huic intellectui cōtradicit Ang. hic. quia Bart. videtur sentire, ꝙ non possit admitti quis vt procurator, & tamen in contrarium ob. iste text. ibi, quemuis, & ibi, a quibuscunq; defendi. qui videtur innuere, ꝙ etiā quis vt procurator possit admitti, sed responderi potest, ꝙ Bar. etiam fatetur, procuratorem debere admitti ad informandum ipsum iudicem de innocentia accusati, vel inquisiti. Sed replicari potest, ꝙ tunc non potest dici, ꝙ admittatur vt procurator, ex quo in se non suscipit telam iudiciariam, arg. cap. super. de re iud. & l. si suspecta. ff. de inoffic. testa.

20 Secundo mouetur Ang. † nam procurator non potest interuenire, vt tantum prodesse valeat, vt Inno. tradit in c. constitutus, extra eo. tit. sed ad hoc respondet Aret. in c. veniens. de accu. ꝙ licet non possit talis procurator constitui ab homine, tamen potest a lege admitti: vt possit prodesse, & non nocere, vt in simili de tutore tradit Bartol. in l. tutor qui repertorium, ad fin. ff. de admini. tuto. facit l. ij. C. de accu.

21 Tu † considera aut pars aduersa non contradicit huic excusatori, & isto casu procedat opi. Bar. aut vero contradicit, & tūc videtur ꝙ teneatur cauere. iuxta l.

qui

qui proprio. §. qui alium. & l. minor. ff. eo. tit. & facit tex. in l. ij §. penul. ff. ex quibus cau. in poss. ea. vbi non debet admitti procurator, per quem conditio aduersarij efficiatur deterior: & hoc vltra alios. Est verum, ꝙ intellectui Bar. multum refragatur iste text. dum dicit, quemlibet admitti: & sic etiam procuratorem: facit regula. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & sic videtur, ꝙ si habeat mandatum, ꝙ debeat admitti tanquam defensor: attento maxime, quia non videtur, ꝙ possit nocere domino. secundum Imo. nisi habeat specialissimum mandatum: sed dic, ꝙ non est inconueniens restringere istam dictionem (quęuis) vt non comprehendat procuratorem: cuius factũ regulariter praeiudicat domino: & si dicatur, contra Bartol. est casus in extrauagan. ad repri. ibi, personaliter vel legitime non comparuerit: & nõ dixit personaliter tantum. Nam ad hunc tex. respondet Bartol. ꝙ dum dicit (legitime) refertur ad vniuersitatem, quae in causa criminali per ꝓcuratorem comparere potest: sed facile fuisset imperatori hoc, quod Bar. sentit exprimere, sed replicari potest, ꝙ non est inconueniens: ꝙ ex quo illud verbum (personaliter) nõ potest referri nisi ad singulares personas: ꝙ illud verbum (legitime) referatur ad vniuersitatem tãtum. attento maxime, quia text. in l. inter accusatorem. ff. de pub. iud. videtur innuere, ꝙ sit suscepta cognitio, ꝙ absens possit condemnari: siue sit reus, siue actor: & tamen vult, ꝙ sola defensio detur: & idem probatur in. §. ad crimen. ad fi. ibi, & si iustam rationem habeant, sententiam differant: 22 † & ideo credo: ꝙ possit etiam accommodari nouus intellectus ad hunc tex. & considerandum est: ꝙ licet in causis capitalibus absens poena capitis damnari non possit. vt dicit tex. in l. absentem, in princ. de poenis. & in ver. verum si quid grauius irrogandum fuisset, tamen absens qui citationi & edictis praesidum non obtemperat, condemnari oportet: dicit tex. in d. l. absentem. nec ista sunt contraria: quia solum condemnatur ad poenam, quae aestimationem laedit. dico ergo, ꝙ vbi absens potest condemnari siue causa sit capitalis, siue non capitalis, siue ciuilis, dummodo non agatur de poena capitis. potest interuenire quis, & tanquam procurator, & tãquam instructor. & iste intellectus differt ab intellectu Dyni qui voluit, ꝙ etiam vbi absens potest condemnari poena capitis, ꝙ possit interuenire procurator: & in hisce terminis posset intelligi tex. in l. reos. C. de accu. Alius potest accommodari intellectus: & considerandum est: ꝙ per locum a ciuilibus ad criminalia arguitur vt probatur in d. l. absentem. ibi, secundum morem priuatorum iudiciorum: sed in causis ciuilibus potest reus assumere in se onus probandi: vt demonstret actorem experiri sine actione. l. si pupilli. §. Iulianus. de nego. gest. dico: ergo ꝙ quilibet debet admitti ad excusandam innocentiam rei, ꝙ accusator vel inquisitor non habet ius accusandi vel inquirendi: nec isto casu videtur ꝙ iudex possit dicere ꝙ velit habere praesentiam accusati vel inquisiti, vt videat qua fronte, & quo animo loquatur: attento ꝙ proceditur solum ad exclusionem processus: & quasi per viam extraordinariam, & hoc est: ꝙ vult dicere tex. in c. veniens. de accus. vbi vult: ꝙ admittatur procurator ad excludendum accusatorem: qui confessus fuerat se per calumniam accusasse: magis tamen placet praecedẽs intellectus. 23 Datur † alius intellectus ad hunc tex. per Ange. hic in quadam sua repetitione: quẽ referunt quidam Moder. in c. veniens. de accu. & vult, ꝙ vbi reus est absens. ex iusta causa: ꝙ tunc potest interuenire procurator ad plenam defensionem: quia publice vtile est absentẽ a quibuscunque defendi: ita loquitur tex. hic: sed vbi quis est absens ex iniusta causa, & latitat: tunc non potest interuenire procurator: ita loquitur text. in. §. ad crimen. in primo vero casu loquitur etiam tex. in 24 l. reos. C. de acc. † Et si dicatur, ꝙ licet sit absens ex iusta causa: ex quo non potest condemnari, videtur ꝙ non possit admitti procurator: ex quo ex tali interuentu nullus potest sequi effectus: replicari potest. ꝙ euitabit annotationem bonorum: sed tu dic, ꝙ iste intellectus confunditur per tex. in. §. ad crimen. in fi. qui vult, ꝙ possit subesse iusta cã. quae habeat euitare annotationem bonorum: & tamen generaliter dicit, ꝙ in crimine publico persequendo non interuenit procurator. Notatur primo ex hoc tex. ibi, publice vtile est absentes a 25 quibuscunq; defendi: † ꝙ ex quo interest reipublicae vt absentes defendantur, nemo potest condemnari. secundum Ang. nisi sibi detur terminus ad defensam. l. iij. & l. desertorem §. si ad diem. ff. de re mil. & est tex. cum gl. in l. j. ff. de fur. balne. & tradunt Bar. & Imo. in l. custodias. §. j. de pub. 26 iud. † & dicit Saly. in l. ij. de cust. reo. ꝙ pratica totius mundi est. vt sponte confessus mittatur ad carceres: & assignetur sibi terminus ad allegandum quicquid velit, ne condemnetur: & si nullam faciat defensionem intra terminum, videtur 27 perseuerare in illa confessione. Dixit † tamen singulariter Bald. in l. a procedente. C. de dila. ꝙ vbi delictum est notorium: ꝙ iudex potest denegare talem dilationẽ ac interloqui talem dilationem non esse dandam: & eum condemnare & mit 28 tere ad furcas. Et secundum Ang. hic † male faciunt assessores, qui faciunt inquisitum vel accusatum confiteri delictum, deinde praefigunt terminum octo dierum ad faciendum suas defensiones, deinde faciunt eos renunciare hisce defensionibus: quia non possunt. iuxta glo. in l. pactum inter haeredem. ff. de pac. vbi plene Mod. facit l. non tãtum. de app. vbi Bar. Ang. tamen de Aret. in trac. suo malefic. in verbo qui iudex statuit terminum ad eorum defensionem, post Ange. in l. custodias. ff. de pub. iud. distinguit, ꝙ aut constat reum nullã habere defensionem: vt quia forte est insignis latro: & tunc põt renunciare, ex quo ius defendẽdi non habet: & nihil aliud fit: nisi ꝙ citius moritur: aut vero constat ipsum habere defensionẽ: & tũc nõ tenet renunciatio, et in hisce terminis põt intelligi tex. in l. addictos. C. de app. & in l. non tñ. eo. tit. ibi enim cõstat eũ habere defensiones, ex quo ducebatur ad patibulũ infra tẽpora data ad appellandũ. in dubio tñ cõcludunt oẽs, ꝙ ꝗs possit renũtiare suis defensionibus. ꝑ gl. in l. j. de furi. balne. q̃ hoc

hoc mihi non probat: & videtur magna restrictio ad gl. in l. pactum inter hæredem. quæ indistincte dicit: ꝙ quis non potest renunciare suis defensio-
29 nibus: † mihi placet id quod dicit singulariter Innoc. in. c. quoniam abbas. de offic. deleg. ꝙ quis possit renunciare termino non autem defensioni.
30 † Notatur secundo: ibi, nam & in capitalibus: hic esse tex. pro illa regula, ꝙ si de quo minus videtur inesse & inest: ergo de quo magis: nam si in capitalibus causis defensio datur, longe magis debet dari in causis pecuniarijs. facit auc. multo magis. C. de sac. sanc. eccle. Notantur tertio ex hoc
31 tex. ibi, defensio datur † ꝙ ad allegandū causas absentiæ facti: vt puta ꝙ accusatus vel inquisitus est detentus in vinculis: admittitur non solum procurator, sed etiam defensor quilibet, tam masculus ꝙ̃ fœmina, etiam sine aliqua satisdatione: vt patet ibi a quibuscunque defendi. Sed opponitur secundum Alberi. hic, & videtur: ꝙ illa dictio (a quibuscunque) debeat restringi ad personas habiles. l. j. de sac. sanc. ecc. & l. vt gradatim. §. j. de muneribus. & hono. sed ipse respondet ꝙ ad allegandum causam absentiæ, & ad informandum ipsum iudicem de impedimento facti quilibet indistincte ad-
32 mittitur. † Sed difficultas consistit. secundū Ang. post Inno. relatum per Bar. in. §. ad crimen. an admittatur quilibet ad allegandum causas absentię iuris: vtputa ꝙ accusatus vel inquisitus non potest venire: quia locus non est tutus, & distinguendum est. secundum Ang. aut enim causæ iuris, quæ allegantur, apparent ex actis: & sine dubio cum sint notoriæ, adduci possunt: quia iudex ex officio ad hoc astringitur etiam parte non petente. vt gl. dicit in l. vbi pactum. de transa. Si vero causæ absentiæ iuris non sint notoriæ: non admittitur excusator sine mandato: vt si vellet dicere: (vt dixi) ꝙ locus non esset tutus accusato: vel ꝙ iudex non esset competens ipsius accusati, vel ꝙ esset excommunicatus: & ratio huius conclusionis est, secundū Ang. quia verosimiliter potest quis ignorare, an accusatus vel inquisitus velit vti hisce exceptionibus. Item vt Bart. dicit in. §. ad crimen. esset possibile, ꝙ impeditus impedimento loci non tuti, non obst. hoc inpedimento cōpareret: & ideo videtur, ꝙ ad has allegationes nō debeat quispiā admitti sine mandato. sed secundū Imo. post Bal. in. d. §. ad crimen. ista opi. Ang. hic non est tuta. Primo, quia non est verosimile, ꝙ absens velit se exponere periculo, licet possit: quia exponens se periculo etiam inuitus defendi potest. l. non tantū de app. & ideo vbi aliquis allegat istam exceptionem loci non tuti, vel incompetentiæ iudicis, non videtur, ꝙ illam alleget contra voluntatem absentis: quia vbi absens non comparet, pręsumptio est, ꝙ velit illas exceptiones adduci posse, ne incidat in delictum contumaciæ. ergo satis pręsumendum est, ꝙ non admittatur contra voluntatem citati. arg. l. liberto. §. fin. de neg. gest. & ideo idem Ang. in quadam sua disputa. quæ incipit Bononiensis quidam, tenet, ꝙ immo quilibet excusator admittatur etiam ad allegandum causas iuris, quæ non præiudicant ipsi accusato: vel inquisito: quia eas adducendo gerit negocium domini vtiliter. iuxta l. qui vtiliter. de neg. gest. quo casu aut dominus gesta per hunc excusatorem ratificabit: & tunc constabit de voluntate domini. aut vero non habebit ratum: & sic poterit quandocunque renunciare huic exceptioni declinatoriæ oppositæ per excusatorem. Sed ista consideratio Ange. non videtur
33 vera: & considerandum est, ꝙ regulariter † defensor sine mādato nō admittitur. d. l. liberto. §. fi. et l. torius, vbi Bar. ff. eo. titu. et vbi admittitur tenetur cauere de iudicato soluendo: & ratio potissima huiusce conclusionis est, ne iudicium reddatur elusorium: quia interest eius, contra quem causæ absentiæ iuris allegantur: vt allegans habeat manda-
34 tum: † mihi tamen placet. opi. contra Ange. hic primo per istum tex. qui vult, ꝙ vbi absens potest condemnari: possit quis innocentiam suam excusare: ergo longe magis debet quis admitti ad allegandū causas absentiæ iuris in causis capitalibus: quia nisi reus excusetur confiscabuntur omnia eius bona post annum irreuocabiliter: si ergo succurritur de ęquitate absenti eo casu, quo potest cōdemnari, vt eius innocentia possit excusari, quo casu sæpenumero agitur de minori præiudicio, ꝙ̃ sit confiscatio omnium bonorum longe magis hic videtur succurrendum. & ista opi. secundum Are. probari videtur in l. fi. circa med. ff. de requi. reis. vbi tex. dicit, ꝙ si reus non comparet infra annū post citationem, vel nō habeat, qui eum defendat in causa capitali, post annum confiscantur eius bona. Et si quispiam diceret, aduerte, quia ille tex. debet suppleri, ꝙ veniat cum mandato, replicari potest, ꝙ si haberet mandatum, non vocaretur simpliciter defensor: cum ergo ille text. non possit intelligi de allegante causas causæ seu innocentiæ: debet intelligi de quibuscunque causis tam iuris ꝙ̃ facti: & ita etiam intelligendus videtur tex. in. §. ad crimen. in fin. & tex. noster hic. Notatur
35 quarto ex isto tex. † ꝙ vbi absens potest condēna-
36 ri: ibi potest interuenire procurator. † Et ideo secūdum Dy. relatū hic per Bar. & per Albe. col. x. vbi de iure cōmuni in causa capitali sententia potest ferri contra absentem, ibi potest interuenire procurator: & sic in casu. l. ne diu. C. de pæn. & extrauag. ad repri. & in casu. l. lege Cornelia. §. constitutum. ad l. Corne. in quibus absens damnari potest, poterit interuenire procurator. Idem est, si ex forma statuti vel ex consuetudine. secundum Dy. quis posset absens condemnari: habereturque pro confesso & conuicto: & hanc opi. amplectitur Imo. in. d. §. ad crimen. qui dicit, ꝙ ita cōmuniter tenetur, & referūt Mod. in c. veniens, col. xxviij.
37 de accu. Sed contraria opin. † quæ videtur crebrior secundum Ias. in l. ij. qui testa. fa. pos. videtur etiam verior, ꝙ in causis capitalibus: vbi agitur de pæna maiore relegatione, dato ꝙ absens possit condemnari, siue ex dispositione iuris communis, siue ex forma statuti, aut consuetudinis, nullo modo possit interuenire procurator: quę quidem opinio probari videtur lege, ratione, & authoritate. & primo per tex. in l. pen. §. ad crimen. de pub. iud. vbi dicitur simpliciter ad crimen publici iudicij persequendum frustra interuenit pro-
38 curator † Sed huic tex. respondetur, ꝙ licet simpliciter

plicìter loquatur.debet tamen distingui,& declarari per alias leges.Sed replicari potest, ꝙ nullibi repellitur, ꝙ absens in causa capitali de iure fforum possit condemnari:nisi in casu.l.lege Cornelia.§.constitutum.qui tex.vult, ꝙ serui,qui spadonem interfecerunt, licet vltimo supplicio sint puniendi,absentes tamen condemnari possunt: cū ergo ille solus casus reperiatur,non est verosimile, ꝙ includatur in regula.§.nostri: Item potest dici ad illum tex. dū dicit de absentibus quoque, tanq̄ lege Cornelia teneantur, pronunciandū est: vt sit pronunciandum perinde,ac si essent præsentes vsque ad relegationem. vt ibi sentit glo. in secundo intellectu. Vel potest dici ꝙ ille tex.nō loquitur de absentibus,vt sint puniendi tanquam lege Cornelia teneantur. scilicet pœna corporali, sed sola pœna confiscationis bonorū: quia absens non potest deportari:minus est præsumendum ꝙ ista regula trahatur ad l.ne diu.C.de pœn.quia nō potuit Iure consultus diuinare de illo tex. minus de extrauag.ad repri.in verbo, legitime. vt ibi

39 Bart.dicit. Secundo† obijcitur contra opi.Dy. per Bar.tex.in l. inter accusatorem, de pub.iud. vbi inter accusatorem & accusatum etiam suscepta cognitione,& sic lite cōtest.excusatio pro absente iustis rationibus admittitur:quia tex. generaliter loquitur & vult,ꝙ sola excusatio iustis rationibus admittatur: & tamen ille tex.videtur loqui,vbi absens potest condemnari:dum dicit, nec per triduum per singulos dies ter citatus condemnetur.ergo text.noster necessario debet intelligi: & idem probari videtur in d.l.pe.dum dicit, sed excusationes absentium ex senatusconsulto iudicibus allegantur.subdit tex.& si iustam rationem habeant, sententiam differunt: Et pro veritate. pro ista opi.contra Dy.videtur esse casus de causis capitalibus in d.c. veniens. & in c. super hic. de accu. vbi quando agitur de pœna depositionis ab ordine,non admittitur procurator : quia causa est criminalis. Sed ad istum tex. respondet Imo. ꝙ pœna depositionis ab ordine de iure cano. censetur pœna criminalis: & ratio est secundū Mod. in d.c.veniens.col. xxviij.in.xiij.q.quia depositio ab ordinibus ecclesiasticis est magna pœna: quia quis non deponitur ab ordine nisi ex grauissimo crimine.c.j.lxxxj.dist. sed ob hoc non tollitur cōtrarium: quia illa sententia depositionis ab ordinibus sacris in absentem ferri potest:& tamē non potest interuenire procurator : Suadetur hæc opi.contra Dy.secundum Bart.in d. extrauag.ad

40 repri.in verbo legitime,†nam in causa appellationis etiam in criminalibus ferri potest sententia in absentem.l.fi.§.illud.de temp.app. & tamen in causa appellationis non potest interuenire procurator.sed replicari potest secundum quosdā Mod. in d.c.veniens. ꝙ ille tex:loquitur, vbi in causa principali non poterat procedi contra absentem: nil mirum ergo si idem est in causa appellationis: quæ censetur eiusdem naturæ.sed si in causa principali potuisset procedi contra absentem etiam causa appellationis posset per alium agi : sed ille text.non patitur hunc sensum:quia solum facit differentiam inter causam pecuniariam & capitalē: & absolute dicit, ꝙ causa capitalis per alium agi non potest.nec distinguit inter absentiam & præsentiam:& late dicam de intellectu illius.l.j. Vl-

41 timo suadetur hæc opi.pulchra ratione.† nam videtur absurdum, ꝙ in causa capitali admittatur procurator, qui non solum potest prodesse, sed etiam nocere domino:Sed ad hoc respondet Imo. ꝙ per eius dictum non præiudicabitur domino, nisi habebat specialissimum mandatum, vt in simili dicitur in matrimonio,in quo requiritur mādatum indiuiduum. attento maxime ꝙ factū procuratoris tendens ad delictum domino non præiudicat. l. si procurator. de condi. inde. & erit magis vtile admittere procuratorem, licet possit in aliqua particula nocere: q̄ relinquere ipsum absentem indefensum:& maxime vbi iudex est omnino processurus contra absentem.arg. tex. in l. non solum.in fi.ff.de procur. vbi quādo iudex deliberat omnino procedere cōtra absentem:admittitur quis sine mandato ad remouendam causam suspecti tutoris. Sed replicari potest, ꝙ si ista ratio esset vera, deberet etiam admitti in causis capitalibus, in quibus absens condemnari non potest: quia melius esset eum defendere, licet in aliqua parte possit sibi nocere, q̄ eum indefensum relinquere. Item vt dicit Bart.melius est,ꝙ quilibet admittatur, qui possit tantum prodesse, non autem nocere.est verum,ꝙ pro opinione Dy.multum stringit tex. in d.extrauag.ad repri. dum dicit,personaliter vel legitime,cui tex.non satisfacit solutio Bar. secundum Imo.dicentis ꝙ ille dicitur comparere,qui personaliter comparet,si est singularis persona:vel per procuratorē,si est vniuersitas:quia illa verba personaliter vel legitime videntur pariformiter referri: tam ad singulares personas,q̄ ad vniuersitatē: sed replicari potest, ꝙ ex quo illa verba personaliter non possunt referri ad corpus collegium,vel ad vniuersitatem: necessario sunt referenda ad personas singulares: cum verbum (legitime)ad collegium vel vniuersitatem, vt Bar.sentit proprie referri possit:quia regula.l.nam hoc iure.de vul.& pup.procedit vbi fieri potest pariformis determinatio. cogita.

Notatur vltimo ex hoc text.ibi,æquum & ordinarium est admittere,hic esse tex.ꝙ iudex non potest dicere procuratori, ꝙ vult, ꝙ principalis personaliter compareat:quia melius nouerit veritatem:quia ꝙ quis posset comparere per procuratorem est ordinarium & æquum : contrarium tamen tenet Bar.hic reprobata opi.Iac.But.qui volebat, ꝙ si procurator haberet specificum mandatum:ad sic respondendum ꝙ iudex non posset desiderare, ꝙ principalis compareret.nam cōtra Iac.stringit iste tex.qui vult, ꝙ sit æquum & ordinarium admittere procuratorem:huic ergo æquitati.& iuris ordini non potest iudex derogare:sed vt supra dixi Bar.hic, & in l.fi. C.de procur. & in l.ij.§.defendi,ex quibus.cau.in pos.ea.tenet, ꝙ immo possit cogi principalis ad respondēdū: quia ob eius præsentiam veritas magis percipi poterit: quæ per tremorem,ruborem, palorem, & similia percipi solet.sed secundum Bal.distinguendum videtur inter iudicium criminale & ciuile : nam in

iudicio

iudicio criminali in quo torturę locus esse potest, potest cogi principalis comparere, & in hisce ter minis loquitur tex. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæsti. sed vbi non esset locus torturæ, ex quo procurator habet specificum mandatum, dominus videtur loqui per organum procuratoris. l. qui au tem. in fin. ff. de constitu. pecu. siue causa sit ciuilis siue criminalis. ita dicit Bald. hic, & ista opinio. fuit de mente Barto. licet Bal. non dicat in l. qui bona. §. qui alieno. in vltim. colum. vbi facit differentiam inter iudicium criminale & ciuile: & vult, ꝙ in criminali teneatur comparere personaliter: quia ex aspectu, voce, colore, & trepidatione poterit iudex melius se informare ab ipso principali. & opin. Barto. in d. §. qui alieno, recipitur communiter. secundum Alexan. & Mod. in l. fi. C. de procu. & probari videtur ex illo tex. vbi vnicuique permittitur per procuratorem respondere, nisi subsistente iusta causa. & tradit Rapha. Fulg. in consil. ccxliiij. † Mihi placet distinctio quam sentit Bald. hic ꝙ siue causa sit ciuilis siue criminalis dummodo non agatur de tortura non possit cogi principalis comparere per hunc text. qui generaliter loquitur. & per text. in dicta l. fin. nisi subesset iusta causa, vtputa, quia procurator esset infamis, vel rixosus vt Mod. tradunt in d. l. fi. Circa gloss. † in verbo publice, colligitur conclusio, ꝙ interest reipublicæ quàplurimos ad defendendam suam causam admitti. Sed tu aduerte, quia iura allegata in glos. non probant hoc. nam tex. in l. in prouinciali. §. fin. cum l. seq. bene probat, ꝙ si ædificetur in publico, ꝙ omnes ciues nunciare possunt: quia interest reipublicæ ꝙ̄ plurimos ad suam causam admitti. sed text. noster nõ loquitur de interesse publico principaliter: sed ipsius absentis: sicut etiam loquitur tex. in l. exigendi C. de procu. † Item text. in l. j. in fin. ff. quod cuiusque vniuer. loquitur de defensore qui tenetur satisdare de rato vel de iudicato soluendo. iuxta l. qui proprio. §. qui alium. & l. minor. ff. eo. sed tex. noster loquitur de defensore allegãte causas absentiæ, qui non tenetur ad aliquam satisdationem: vt est gloss. sing. in l. in eo. §. nemo. de reg. iur. sed alii defensores tenentur satisdare, dato ꝙ sint locupletissimi dicta l. minor. Sed tu considera quia gloss. in dicta l. in eo. §. nemo, loquitur in allegante causas absentiæ in causa criminali. vbi agitur de vtili. publ. vt Bartol. dicit in l. vbi pactum. colum. penulti. de transac. ideo vide Dec. omnino in dicta l. in eo §. nemo. ff. de regul. iur. & dic † ꝙ interest reipublieæ, hic secundario, principaliter tamen interest ipsius absentis a quocunque defendi: alias si principaliter interesset reipublicæ: vt hic sentit Ange. posset procurator inuitus constitui, & tamen non potest l. filiusfamilias. §. inuitus supra eo. & l. inuitus. C. eo. & ideo officium procuratoris est priuatum authoritate et vtilitate: licet secus sit in officio tutoris & curatoris: quod est publicum authoritate & vtilitate priuatum l. si quis magistratus. ff. de muner. & hono. & instit. de excu. tut. † nec est inconueniens, ꝙ principaliter intersit priuatorum principaliter a quibuscunque defendi, & secundario reipublicæ sicut in simili dicitur, ꝙ interest principaliter ne quis re sua male vtatur, secundario reipublicæ, vt ita onera reipublice subire possit. §. penulti. institu. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in §. eos. in auct. vt iudi. sine quoquo suffr. sic etiam principaliter interest mulierum dotes earum conseruari, secundario reipublicæ. l. j. & ij. de iur. dot. & l. j. solut. mat.

Gloss. in verbo, datur. potest diuidi in quinque partes principales. In prima parre opp. contra text. In secunda distinguendo tria genera causarum opp. resoluit, & contra primum genus opponit tribus modis. In tertia diuidit ipsum text. In quarta format vnam quæstionem. In quinta intelligit hunc text. quando quis potest plene defendere: sed tantum vult allegare causas absentiæ. Secunda ibi, sed vt tollas. Tertia ibi, & secundum hoc. Quarta ibi, sed in quem sententia dabitur. Quinta & vltima ibi, vel si vis dicas. Ex hac gloss. colligitur prima conclusio: ꝙ † in causis capitalibus regulariter non potest constitui procurator. l. pen. §. ad crimen. de publ. iud. qui text. licet loquatur in publico iudicio capitali, tamen habet locum etiam in iudicio capitali priuato. vt probatur in l. prima an per alium cau. app. vbi non distinguitur crimen publicum a priuato, sed solum qualitas pœnæ. & videtur esse casus. secundum Imo. in dicto §. ad crimen. col. ij. in l. vnica. C. vt omnes iud. tam ciuil. ꝙ̄ mili. in ver. ꝙ si intra quinquaginta dierum numerum. nam in princ. illius l. fit mentio de furto vt patet ibi, super furtis aut criminibus, querimoniam commouendi: & tamen in ver. accusationem, dicit accusationem vero super criminibus factam, debet ipse officialis per se prosequi: † sed responderi potest disputatiue tamen: quia proprie inscriptio ad pœnam talionis habet locum in criminibus publicis: in quibus est determinata pœna: & in quibus cadit proprie similitudo supplicij. l. si cui. ff. de accu. & l. final. C. eod. titu. & ita tradit Albe. in l. in priuatis. ff. ad Turpil. & si dicatur, ꝙ etiam in priuatis delictis habet locum, & maxime in furto: vt probari videtur in l. fina. ff. de furt. dico, ꝙ ille text. respondet huic difficultati: dum dicit, ꝙ non fit inscriptio quasi in publicum iudic. sed vt temeritas gentium extraordinaria pœna coherceatur: & ideo ibi non cadit propriæ pœna talionis. Idem probatur. secundum Imo. in l. tertia C. vbi sena. vel clar. ibi, omne crimen publicum priuatumue: cui tamen non per procuratorem responderi liceat: sed ad illum text. potest responderi, ꝙ non infertur ex hoc, ꝙ regulariter in priuatis delictis non possit constitui procurator, & ideo Angel. relatus per Imo. in dicto §. ad crimen. columna secunda vult, ꝙ in crimine publici iudicij etiam quando pro crimine est imponenda pœna pecuniaria, siue sententia possit ferri in absentem, siue non, non possit constitui procurator. primo per illum text. qui loquitur indistincte: & ideo ipse intelligit text. nostrum in crimine capitali priuato: vt

to: vt in illo posit interuenire procurator; vt sententia posit ferri in absente, & ideo secundum eum, in crimine publico, siue posit ferri in absentem, siue non. vt probat tex. in dicto §. ad crimen. non potest constitui procurator: Item secundum eum † in crimine priuato bene fit distinctio, an sit imponenda pœna maior relegatione, & non posit procurator constitui, an vero minor, & posit: sed in crimine publico, siue agatur de pœna capitali: siue de alia pœna relegationis, vel minores, vel etiam de pœna pecuniaria, prout agitur in plerisque delictis publicis, vt institu. de publ. iudic. §. finali & in l. prima ad l. Iul. de annona. & de residuis non potest constitui. Et pro opinio. Angel. pondero tres tex. vltra alios. primo text. in l. de fide. C. ad l. Cornel. de fals. qui text. proprie loquitur in criminibus publicis, † habent enim huiusce modi crimina, nescio quid specialitatis: patet in l. qui crimen publicum. qui accusa. non poss. vbi proprie pœna talionis fuit introducta pro crimine publico, & probatur in dicta l. final. de fur. † & ideo non permittitur mulieri accusare de crimine public. l. de crimine. C. qui accusa. non pos. † & ideo damnatus de crimine public. non potest amplius accusare. l. qui publico iudicio. ff. de public. iud. & ex delicto publico damnatus, etiam efficitur infamis: non sic est in omnibus priuatis delictis l. infamem. ff. de public. iudic. & ideo non dicitur publicum iudicium: nisi expresse a lege cautum sit. l. tertia. ff. de præua. & pœna Turpilliani de qua ibi in. §. fina. solum habet locum in publicis iudiciis. ergo tamen credo, ꝙ opin. Angel. ita confirmata non sit vera, per text. in l. tunc conuenit. C. de accusa. & l. secunda C. qui accusa. non poss. qui proprie vult ꝙ in ea causa non sit admittendus procurator, vbi est necessaria subscriptio in crimen: secus est vbi agitur de causa pecuniaria. facit text. in l. secunda C. qui accusa. non poss. † sed hic esset indaganda ratio, quare primo ex parte accusatoris non posit constitui procurator: & dicit hic Albe. colum. vij. post Barto. in. §. ad crimen. ꝙ ex parte accusatoris est, quia si non probat, punitur similitudine supplicij. dicta l. si cui. de accu. & l. final. eod. titu. & ideo debent detineri in pari custodia. l. secunda de custo. reo. sed ex quo hodie non seruatur de consuetudine. esset videndum, an correcta ratione. l. censeatur correcta lex, de quo plene dixi in dicto. §. ad crimen. illa semper mihi visa fuit vera ratio tam ex parte actoris quam ex parte rei: quam assignat Iureconsultus in l. prima de requi. re. qui dicit, quod ratio non patitur, quod absens eo non audito damnetur: & ideo lex vult, quod non admittatur procurator: vt iudex accuratius posit indagare veritatem criminis inspiciendis accusatorem & reum in faciem: ac videndo quo colore, quo tremore, & palore loquatur: vt hic dicit Bald. columna penultima, & hæc ratio (vt dixi) probatur in dicta l. prima sed ista ratio non militat ex parte accusatoris: quia amplius non punitur pœna talionis: sed potest dici quod lex quantum potest videtur restringere facultatem accusandi l. si cui. de accus. & l. final. ibi, ne innocentiam feriamus: & ideo vult, quod ipsemet accuset, non autem per procuratorem & ideo in accusatore desistente habet locum pœna. de qua in l. tertia de præuari. de quo tamen plene scripsi in dicto. §. ad crimen. vbi vltra alios posui. xxx. ampliationes ad hanc regulam & forte etiam. xxx. limitationes. Gloss. tamen hic ponit tres. Prima est, vt † non procedat in casu l. Lucius. ff. de app. vbi pro seruo condemnato in causa capitali potest dominus appellare, & causam appellationis prosequi. & ratio est. dicit gloss. quia comparet pro suo interesse proprio. sed ista solutio non videtur tuta. per text. in l. si non defendantur. ff. de pœn. & in l. secunda. ff. de exhibend. reo. & ideo gloss. in l. si seruus, de stat. homi. dicit, quod dominus potest bene ministrare probationes ipsi seruo eum defendendo. sed iudicium est agitandum cum ipso seruo: & pro ista solutione facit text. in l. secunda C. de accus. ibi, vt posit pro eo competentes allegationes afferre: sed finis distinguitur secundum principium illius l. vt ibi declarat Salycet. vere tamen videtur, quod † pro seruo, si dominus citatus pro suo interesse non vult eum defendere, sed relinquere fortunam iudicio: poterit vel a seipso defendi, vel a quocunque dicta l. si non defendantur. & l. serui. ff. de appella. & ideo Imo. in dicta l. Lucius. dicit quod ideo ab alio potest defendi seruus: quia debet dicere causam in vinculis, dicta l. secunda de custo. re. sed ista solutio Imo. non videtur tuta, quia in casu l. prima quando cau. appel. vult, ꝙ in causa capitali non posit constitui procurator ad prosequendam appellationem: & tamen est necesse fateri, ꝙ ex quo fuit condemnatus in causa principali, ꝙ erat præsens, aliter in ipsum non potuisset ferri sententia dicta l. absentem. de pœnis, Imo. dicit, ꝙ ibi arripuit fugam: † tu dic breuiter ꝙ ex quo seruus regulariter non potest esse in iudicio: nec in ciuili nec criminali, si non defendatur a domino potest seipsum defendere: & si seipsum non defendat potest ab alio defendi: istam tamen secundam solutionem quod in casu l. Lucius. posit interuenire procurator. quia erat incarceratus. voluit Bartol. in dicta l. secunda sed non placet Bald. hic in secunda columna, quia semper in causa capitali dicit Bald. quis debet detineri dicta l. secunda de custo. reo. & tamen in dicta l. prima an per alium cau. app. dicitur, ꝙ non admittitur procurator, & ideo infert hic Bald. retenta solutione gloss. ꝙ stante statuto, ꝙ pater teneatur soluere condemnationem filij, ꝙ statutum, valet, licet sit iniquum: ꝙ pater pro suo interesse poterit interuenire pro filio in causa criminali: & idem dicunt Angel. & Imol. in dicta l. Lucius. †Secunda colligitur conclusio ex hac gl. ꝙ vbi ex crimine publico vel priuato venit imponenda pœna relegationis, vel remotionis ab ordine,

ab ordine, potest interuenire procurator, ratio est, quia absens relegari potest: ergo & in tali causa procurator constitui. & hæc est communis Doct. opin. † & probatur etiam in l. prima. ff. an per alium cau. appel. vbi dicitur, sin autem causa sit non pecuniaria, sed capitalis, non potest per procuratorem agi: nam ibi appellatione pœnæ capitalis. secundum Bartol. hic intelligitur de pœna capitali stricte sumpta. versic. vero (sed in ea) loquitur de pœna damnationis in metallum: & deportationis vsque ad relegationem, excludendo ipsam relegationem. & dato milies, ꝙ principium illius text. intelligeretur de pœna capitali large. secundum Ryc. & Barthol. de Salyce. ille text. posset intelligi de alijs pœnis: quæ sunt mediæ inter pœnas capitales & relegationem sicut pœna fustium, & flagellorum, & damnatio in opus publicum ad tempus: de quibus in l. capitalium. ff. de pœnis. sed replicari potest, ꝙ ille pœnæ in dicta l. capitalium. secundum ordinem literæ postponuntur ipsi relegationi: vt patet ibi, veluti relegatio ad tempus vel in perpetuum. ergo pœna relegationis videtur reputari maior: & ideo videtur verior intellectus Bartol. ꝙ † ibi illa dictio (vsque) stet inclusiue: quia hęc est eius propria nam. secundum Bartol. in l. Sempronium. §. patrono. colum. vltima de leg. iij. & nisi staret inclusiue in illo text. sequeretur ꝙ casus relegationis non tam clare decideretur: sicut casus vbi agitur de pœna capitali: vel agitur ad pœnam pecuniariam pro crimine: & tamen poterat magis dubitari de causa relegationis, quam de alijs causis: quia de capitalibus erat aperte decisum: eodem modo de causis pecu. vt in hoc text. in princip. Ergo est necesse dicere, ꝙ dictio (vsque) stet inclusiue: prout est sua propria natura: & suadetur hæc opin. secundum Bartol. quia pro iniuria imponi potest pœna relegationis. l. fina. ff. de iniur. iuncta. l. fina. C. eodem titu. † sed ad hunc text. dantur plures solutiones, quas retuli in dicto. §. ad crimen. de pub. iud. mihi placet illa solutio quam tradit Cyn. in dicta l. fina. C. de iniur. ꝙ † licet regulariter vbi agitur de imponendo pœnam relegationis ex crimine publico vel priuato possit constitui procurator: non potest tamen in crimine iniuriarum: licet sit priuatum delictum. argumen. l. prætor edixit. ff. de iniur. attento etiam ꝙ aliquando pro iniuria imponitur pœna capitalis. vt in dicta l. prætor. §. primo. de iniu. & in l. iii. in fin. ad leg. Cornel. de sica. & in l. prima. C. de famo. lib. & ideo dicitur in l. qui iniuriarum. ꝙ aliquando imponitur pœna exilij, vel relegationis: nil mirum si non potest interuenire procurator, & si dicatur, aduerte: nam in casu. l. tertia. in fin. de sica. & l. lege Cornelia. §. fina. cum l. sequen. de iniur. vbi pro iniuria imponitur pœna capitalis: censetur crimen publicum replicari potest, quod etiam grauiter animaduertitur pro crimine iniuriarum, etiam ꝙ sit crimen priuatum: vt si quis faciem alicuius luto spurcauerit: vel aquas fistolas lacus: quidue aliud ad iniuriam publicam contaminauerit: potest etiam imponi pœna capitis pro crimine iniuriarum l. facularij. §. sunt quidam, si velles tamen tueri opin. Iacob. de Aret. posses dicere: ꝙ non consideratur qualitas delicti, sed qualitas pœnæ. dicta l. prima. nisi replices: quod hic concurrit. & qualitas delicti, & etiam pœnæ: sed hac ratione attenta idem esset in furto: vbi aliquando etiam imponitur pœna mortis l. capitalium. §. famosos. ff. de poen. & tenendo hanc opinio. ad hunc text. iuncta l. absentem potest responderi: quod non sequitur absens potest condemnari. ergo potest interuenire procurator patet in. §. ad crimen. de publi. iudi. vbi potest ferri sententia in absentem: & tamen non interuenit procurator: nec dicatur, quod ille text. intelligitur de sententia annotationis bonorum: quia hæc solutio diuinat: stat ergo similiter, ꝙ absens possit relegari, & tamen in causa relegationis non possit interuenire procurator, vt est casus expressus in d. l. j. an per alium cau. app. Cætera dic, vt dixi in dicto §. ad crimen.

59 60 61 62

F I N I S.



TRACTATVS DE CRIMINE læſę maieſtatis ſummi legum doctoris do. Martini Garrati Laudenſis.

De crimine læſæ maieſtatis. ***Rub.***

Prima quæſtio.



NDVCIBVS & proceribus non habet locū vt delinquens contra eorum ſtatū puniatur ſecūdū formam l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. ſecundum Albet. de Roſa. in d. l. quiſquis. limita hoc verū niſi princeps non recognoſcat ſuperiorem, puta Imperatorem, quia tunc de eo vt de ſupremo iudice iudicandum eſt, arg. not. in l. hoſtes. ff. de cap. quia tūc habet locū pœna. d. l. quiſquis. ſecūdū Bal. in d. l. quiſquis. Aduertendū tñ eſt ꝙ in principe recognoſcēte ſuperiorē committitur crimē lęſę maieſt. l. j. ff. ad l. Iul. maieſt. nō tamen pœna extēditur ad liberos ſecundum formam d. l. quiſquis. & de rebellibus vide Bar. in extrauag. ad repri. i verbo, rebelles.

Secunda quęſtio.

Qui mittūt literas vel nuntiū hoſtibus doloſe, incidūt in crimē lęſę maieſtatis, & ēt nuntius ſciēter portans literas punitur. l. j. per Bal. ff. ad l. Iul. maie. & l. j. §. incidat. ff. ad Turpil. & quod not. Cy. in l. non ideo minus C. de accuſa. & Bar. in l. j. §. ne autem. C. de cadu. tollen.

Tertia quęſtio.

Licet pluribus modis committatur crimen lęſę maieſta. l. j. cū ſeq. ff. ad l. Iul. maieſt. tñ proprie cōmittitur in perſona principis vel aſtantium corpori eius. Cy. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.

Quarta quęſtio.

Mutuans vel donans pecuniam hoſtibus principis incidit in crimen lęſę maieſtatis. l. cuiuſcunque. ff. ad l. Iul. maie.

Quinta quæſtio.

Rebellio ſubditorum nō priuat dominum poſſeſſione ciuitatis, niſi eum vel officiales ſuos expellerent de ciuitate, vel caperent, vel incarcerarent. l. j. §. pen. ff. de vi & vi arma. & not. Bald. in repe. l. ſi aquam. C. de ſerui. & aqua. Nā ſi violenter expellitur, vel reuertens non admittatur, vel ſuſpicatur repelli dominus perdat poſſeſſionem ciuitatis. l. j. §. deijcitur. ff. de vi & vi arma. l. clam poſſidere. §. fi. ff. de acqui. poſ. Et aduertendum eſt ſi princeps timore inimicorum ſuorum vel hoſtium dimittat caſtrum vel ciuitatem non perdit poſſeſſionem. l. licet. ff. de acqui. poſ. dummodo hoſtes nō occupauerint caſtrum illud. l. clā poſſidere. §. fi. Item qui capitur ab hoſtibus perdit poſſeſſionem rerum ſuarum, & etiam non captus amittit poſſeſſionem rerum ſuarum captarum ab hoſtibus l. denique. ff. ex quib. cau. maio. & Inno. in c. ij. circa fin. de ope. no. nun. facit not. per Ioan. de Ligna. in c. dilecta. de capel. mo.

Sexta quæſtio.

Qui frangit ſcienter ſaluum conductum tenetur lege Iulia maieſt. Angel. in l. vtimur. ff. de ſepul. vio. & vide Bar. in l. iij. in. §. transfuga. ff. de ſica. & non debet dari ſaluus conductus cum alterius damno. l. ij §. ſi quis a principe. ff. ne quis in loco pub. licet hoc male ſeruetur, & quis poſſit concedere ſaluū conductum. vide Ang. in d. l. vtimur.

Septima quæſtio.

Damnatus de crimine læſæ maieſtatis poteſt appellare. glo. in l. Pantonius. §. rei. ff. de acquiten. hæredi.

Octaua quæſtio.

Tractatus & conſpiratio contra principem poteſt probari per complices & ſocios criminis. Bal. in l. quoniam liberi. C. de teſta.

Nona quæſtio.

Facere conuenticulā de papatu viuente papa eſt crimen læſæ maieſta. no. in c. veniēs. de teſtib. & Bal. in l. quoniam liberi. C. de teſti. quod nota contra concilium non canonice congregatum.

Decima quæſtio.

Vbicunq; quis punitur vſque ad alterum gradum intelligitur de deſcendentibus a maſculis nō a fœminis. C. vbicunque. de pœn. lib. vj. & in crimine læſæ maieſtatis non puniuntur ita filiæ ſicut filij, quia mulieres nō ſunt ita audaces l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.

Vndecima quæſtio.

Contra notorie tenentes ciuitates Eccleſiæ Romanæ ſine citatione peruenitur ad ſententiam ſecundum Bal. in prooem. feudorum.

Duodecima quæſtio.

Ille dicitur facere contra ſtatum principis, qui vult dirigere ſtatum ad aliud regimen. puta ad alium principem. Bald. in l. j. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iure.

Decimatertia quæſtio.

Sola ſcientia punitur quādo maleficium eſt cōmittendum in perſonam eius, cuius eſt ſubditus,

puta in personam principis. Bar. in l. vtrum. ff. de parrici. quod no. pro principibus contra subditos scientes proditiones.

Decimaquarta quæstio.

Propter publicam vtilitatem, puta ob bonum pacis reipublicæ, potest concedi vt bona rebelliũ empta restituantur, vidi opinio, magnorum Doctorũ allegantiũ Bar. in l. quæcunq;. C. de fide instru. & iur. hastæ fis. li. x. facit l. Lucius. de euictio.

Decimaquinta quæstio.

Pœna transiens in posteros non comprehendit lineam fœmineam. Et licet in crimine læsæ maiestatis confiscantur omnia bona, tamen non confiscantur bona feudalia. Io. And. in c. in quibusdã. de pœnis. lib. vj.

Decimasexta quæstio.

Conspiratio est confœderatio inter aliquos in præiudicium principis vel alterius. Ioan. And. in c. exhibita. de iud. & Io. de Imo. in c. petitio. de iureiur. Et dicuntur tyrãni qui propter partialitates ciuitatum faciunt se dominos l. nemo exterus. in fin. C. de iudi. & j. quæst. j. incipiunt alias principatus.

Decimaseptima quæstio.

Filij rebelliũ ciuitatis vel principis concepti tpe rebellionis nõ sunt ciues illius ciuitatis. Bal. in l. impera. la ij. ff. de statu ho. & perdunt iura ciuilia. Bal. in l. j. C. de hære. institu.

Decimaoctaua quæstio.

In crimine læsæ maiestatis etiam hodie non seruantur bona filijs aucten. Bona damnatorum. C. de bonis damnato.

Decimanona quæstio.

Iuribus dicentibus ꝙ punitur affectus & si non sequatur effectus, est derogatum per generalem cõsuetudinem, nisi in crimine læsę maiestatis. & patriæ oppugnatæ. Ang. in l. fin. §. fin. ff. quod quisque iuris.

Vigesima quæstio.

Pœna l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. habet locũ et in filio naturali tm̃, quia facere cõtra Imperatorẽ vel Papã est cõtra ius quasi naturale, qui Imperator & Papa est pater omniũ secũdum Alber. in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

Vigesimaprima quæstio.

Priuata inimicitia non excusat a pœna rebellionis. Inno. & Bal. in c. j. de offi. deleg. licet Bar. teneat contrarium. in l. hostes. ff. de capti. cuius sententia videtur humanior.

Vigesimasecunda quæstio.

Licet quis efficiatur subditus propter delictum l. j. C. vbi de cri. agi opor. non tamen taliter fit subditus vt committatur crimen læsę maiest. secũdum Old. consi. xlij.

Vigesimatertia quæstio.

Nullus priuilegiatus torquetur excep. in maiestatis crimine. l. nullus. C. ad l. Iul. maiest.

Vigesimaquarta quæstio.

In crimine læsæ maiest. filius perdit legitimam secundum Fran. Zaba. in cle. pastoralis de re iudi. qui alleg. Io. de Ligna. ita tenere.

Vigesimaquinta quæstio.

Omnes ciues ciuitatum subditarum principi nõ possunt dare alteri principi tex. & ibi Ia. de Belui. in auth. de defen. ciui. §. audiẽt. facit quod not. glo. in l. inuitus. ff. de fideicom. liber.

Vigesimasexta quæstio.

Corrumpens imaginem quę fuit dicta ad infamiam alicuius proditoris principis, puta qui suspensus pedibus, vel ad decus publicum, punitur in quingentis aureis. l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iudi. & ibi per Doct.

Vigesimaseptima quęstio.

In crimine læsę maiest. admittitur laicus contra clericum pro testificando. glo. in c. cum p. mãconella. de accusa.

Vigesimaoctaua quæstio.

Rebellis & proditor est, qui reliquit principẽ suum & adhęret alteri. Bartol. in extrauag. quoniam nuper. in verbo, rebelles. & amittit iura sui principis. l. amisione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi.

Vigesimanona quæstio.

Sicut per rebellionem contra principem perdũtur priuilegia, ita cõsuetudines priuilegiatę. Bal. in extrauaganti de pace Constantiæ in verbo, habetis, & rebelles dicuntur esse qui sunt in notoria inobedientia glo. in l. si certarum. ff. de mili. testa. Ang. in l. ij. §. si. ff. de iudi. Et rebellio subditorũ nõ priuat dominum possessione. Bal. in l. si aquã. C. de seruitu. in repet. & vide Bald. in l. j. & ibi scripsi. C. de ser. fugi.

Trigesima quæstio.

Memoria damnatur post mortem in crimine læsæ maiestatis. §. per contrarium. insti. de hære. quæ ab intesta. vbi glo.

Trigesimaprima quæstio.

Beneficium ecclesiasticum filij non publicatur propter crimen lęsę maiestatis commissum a patre. gl. l. vj. d. c. satis peruersum. & vide gl. in c. pastoralis. de re iudicata.

Trigesimasecunda quęstio.

Sententia non facit quem desinere esse hęredẽ ipso iure, fallit in damnato qui fecit contra rem publicam vel principem. gl. quę incipit. & not. in l. & si sine. §. & si papinianus. ff. de mino.

Trigesimatertia quęstio.

Qui est proditor cõtra Imperatorem non amittit feudũ quod habet ab ecclesia nisi per sententiam ecclesię. Bal. in l. j. ff. de re. diui. iiij. q.

Trigesimaquarta quęstio.

Licet crimẽ lęsę maiestatis nõ cadat nisi in subdito. cle. pastoralis, de re iu. tñ hostis dr̃ de omni gẽte. Bal. in l. nihil. C. de manu. vindi. & qualiter proceditur in crimine lęsę maiestatis. vide tex. & Bar. in extrauag. ad reprimendam.

Trigesimaquinta quęstio.

Licet decreto ducis vel regis caueatur ꝙ bona facientis contra statum suum publicentur, tamen filia debet habere legitimam. l. quisquis. §. ad filiam. C. ad l. Iul. maiest. & consuluit Ang. consi. cccvij. quod est singulare verbum.

Trigesimasexta quęstio.

Barones facientes cõtra statũ principis habent magis puniri alij ꝙ̃ ciues. Bart. in l. j. C. de condi. lib. xj.

Trigesimaseptima quæstio.

Omnis proditor perdit feudum. Iaco. de Belui. in c.j. qui. mod. feud. amit. & ibi dixi.

Trigesimaoctaua quæstio.

Vassallus vel subditus principis qui inimicos permisit venire in territorio principis est proditor. Bald. in l. prima. ff. de re. diuis. in questio. xlij.

Trigesimanona quæstio.

Pater non potest exhæredare filium. quia sit proditor patriæ: quia non est de causis insertis in .§. causas. in authen. vt cum de appell. cogno. quem. §. vide. Aduerte tamen quia non successibilis est, quia est proditor patriæ l.j. C. de hære. insti. & not. in l. eius qui. ff. de testa. facit l. minime. ff. de reli. & l. veluti. ff. de iusti. & iur. l. fallaciter. C. de aboli.

Quadragesima quæstio.

Tenens castrum rebellatū contra rempublicā debet mori. Bal. per tex. in l.j. C. de seditiosis. no. bene & cadit etiam sub rub. de castellanis.

Quadragesima prima quæstio.

Arma eius qui nō potest stare in ciuitate propter proditionem patriæ debent destrui. Bar. in l. ij. ff. de ope. pub.

Quadragesimasecunda quæstio.

Speciale est in crimine hæresis & læsæ maiestatis, vt superueniente accusatore non sileat inquisito secundum Angel. in l. ea quidem. C. de accusa. not. ad limita. not. per Bart. in l. iij. ff. de adul.

Quadragesimatertia quæstio.

Proditor non potest esse testis secundum Bal. in c. licet vniuersis. de testibus.

Quadragesimaquarta quæstio.

Speciale est in crimine læsæ maiestatis, vt iudex cogat accusatorem suam accusationē prosequi. l. fallaciter. C. de aboli. secundum Angel. in l. accusa. de accusa.

Quadragesimaquinta quæstio.

Bona castri rebellis ciuitatis postea reconciliati, nō intelliguntur restituta per solam reconciliationem secundum Ang. in l. filio quem. ff. de libe. & posthu.

Quadragesimasexta quæstio.

Si subditus principis cōturbauerit principē nō incidit in crimen læsæ maiestatis. sed aliter debet puniri. vide And. de Iser. in cap. j. §. j. qui. mo. feu. amit.

Quadragesimaseptima quæstio.

In crimine læsę maiest. pceditur summarie, de plano, sine strepitu & figura iudicij. vide text. in extrauag. ad reprimendā. quem Bar. glossauit.

Quadragesimaoctaua quæstio.

Aliud est quem esse rebellem imperij, aliud est quem esse in odium imperij. primum videlicet rebellio est mortale, nec potest remitti nisi ex gratia. secundum est medicinale quod remittitur purgata cōtumacia authen. item nulla communitas. C. de epis. & cle. de quo plene per Bart. in extrauag. ad repri. in verbo rebelles. vbi plene.

Quadragesimanona quæstio.

Reuelantes secreta in damnum principis hostibus, capite puniuntur, vt l. omnes delictū. §. exploratores. ff. de re mili. sed reuelantes amico principis ex qua reuelatione est factus inimicus tenentur crimine læsæ maiestatis. l. cum dolo. ff. ad l. Iul. maie. alijs casibus reuelans in damnum principis punitur. secundum. l. j. C. si quis Impera. maledixerit. vide And. de Iser. plene loquentem in c. j. quibus mo. feud. amit.

Quinquagesima quæstio.

Bona eorum qui expelluntur de ciuitate quando est dissensio inter ciues, puta ob partialitates, non debent publicari: quia nō hostes, neq; in crimine læsæ maiestatis inciderūt l. si quis ingenuā. §. in ciuilibus. ff. de capti. sed reuersis debent restitui bona secūdum Odof. & Albe. in auth. bona damnatorum. C. de bonis dam.

Quinquagesimaprima quæstio.

Veneti vel alij si sint rebelles imperio possunt priuari libertate sua cum habeant eā, vel ex priuilegijs Imperatoris, vel per patientiam eius. secundum Bal. in c. sicut. de iureiur. forte habent a Papa. & tunc rebelles papæ possunt priuari libertate sua ex ratione Bal.

Quinquagesimasecunda quæstio.

Faciens ligam contra Imperatorem incidit in crimen læsæ maiestatis. l. j. C. vt armorum vsus. lib. xj. secus si contra alium. tex. in l. non dubito. ff. de capti. & no. Bald. in l. conuentionum, in recollectis. ff. de pact.

Quinquagesimatertia quæstio.

Proditorem principis debemus manifestare. l. metrodorum. ff. de pœn. And. de Iser. in c. j. quæ fuit prima cau. benefi. amit.


Quinquagesimaquarta quæstio.

Banniti Papæ vel Imperatoris perdunt patriam potestatem, secus si ab inferiore secundum Angel. in l. si cum dotem §. si pater. ff. solu. matrimo.

Quinquagesimaquinta quæstio.

Iura quæ non transeunt nisi ad filios. non confiscantur l. insulam. in prin. vbi Bald. ff. solu. mat. Martinus Laudensis.

FINIS.



TRACTATVS DE CRImine læsę maiesta. xij. quæstio, distinctus, per Incertum Authorem editus.

PRAEFATIO.



VM solito speculationis gaudio mens occuparetur, interlegendū nuper in manus excidit tractatus in crimine lęsę maiestatis nouiter editus qui duodecim quęstionū concluditur examine. Hunc cum auidius vt nouitas faciebat aliquantisper lectitassem, primum optimi authoris atque veri Iureconsulti prę se maiestatem ferre videbatur, sed dum exactius singula degustassem, visum fuit illius conclusiones non parum a iuris veritate dissonas, cuius cū super omnia qui censuratum studiosus est maxime tutorem atque defensorem esse deceat. l. vna. C. de edi. liberta. tollen. quamq; super omnia amāda legislator exclamat in l. cum ita. ff. de condi. & demon. & pulchre. Bal. in consi. diuino schismatis. quod posuit super rubri. C. si quis aliquem testari ꝓhibuerit. quid enim veritate sanctius, quid diuinius? est enim omnibus rebus humanis anteferēda, nam qui veritatem sequitur Deum sequitur. vnde Augustinus ad Casulanum. & habetur in cano. quisquis. xj. q. iij. quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat, melius est pro veritate pati supplicium, ꝗ̄ pro adulatione beneficium. Proinde suppressam veritatem maxima etiam lucubratione ostentare, & illi aduersantes conclusiones optimis cōfutare rationibus, nō parum boni viri officio conducere duxi. Verū enim vero hāc suscipere prouinciam in tantumq; pelagus pedem referre maxime dissuadebat, quod Marcum Anto. hominem quidem ingeniosum dicere solitum ferūt, se ideo nullam vnquam orationem scripsisse, vt aliquando opus esset quid a se non esse dictum, posset id se negare dixisse, quo fit vt maximo oneri se suppositum intelligat, qui dicta sua scriptis demandat, cum infinitis censoribus se submittat necesse sit, sed dum inter hæc alter caret veritatis amore victus, censorū non veritas sententiam manum porrexi calamo pro clipeo, his qui male sentient obiiciens ꝙ Hieron. dicit in prologo super Iob. si aut fiscellam &c. & quod idem tradit in prologo super Esdram. plerīq; in publico detrahunt &c. & quæ traduntur in c. inter verba, in fi. xj. q. iij. itaq; tractatum alium in materia in quo singulæ authoris quæstiones ad vtranq; partē examinentur, & tandem suis confutatis argumentis, vera sequatur conclusio, edere & editum in lucē mittere statuti, in quo si quid perperam dictū fuerit, negare enim non possum quin pleraque dicam quæ iusta repræhēsione digna videbuntur, vt verbis vtar Aug. in lib. retractationum, & recitantur in c. negare. ix. distin. correctorem beneuolum patienter sustinebo, si vero aliquid subtiliter vel acute dictum reperiatur, id totum bonitati atque clementiæ domini nostri Iesu Christi atque eius virginis Matris attribuatur. Porro lectorem rogo ne prius iudicet ꝗ̄ totum perlegerit. nam in plerisq; quæstionibus leuiora præmittentur fundamenta quæ vero vrgentiora sunt in calce ponentur.

SVMMARIVM.

1. *Bona rei in crimine læsæ maiestatis ipso iure an confiscentur.*
2. *Synodus tota sapientiæ legalis adesse dicebatur, cum Dynus aliquam decideret quæstionem.*
3. *Effectus consurgit fortior dispositione legis cum hominis concurrente contractu.*
4. *Feudum ea conceditur conditione, vt vassallo feloniam committente resoluatur.*
5. *Statutum in vno æquiparatorum in altero locum habet.*
6. *Priuationis pœnam si ipso iure impositam non constet, interpretatio fit vt in ea requiratur sñia. Cognitio causæ requiritur in feudi priuatione.*
7. *Reus læsæ maiestatis bonorum dominium ipso iure non perdit.*
8. *Feudum ob crimen læsæ maiestatis ipso iure non reuertitur ad dominum. Iudicare potest iudex contra communem opinionem, casum legis non habentem.*
9. *Feudum ipso iure ob feloniam non reuertitur ad dominum, culpa per sñiam nondum conuicta. Deus ex conuentione sua obligari posset.*
10. *Contractus quidam in feudo esse censetur, ex quo vltro citroque obligatio nascitur.*
11. *Consuetudo in principem disponens ipso principe maior est.*

12 *Princeps supremus vasallum feudo priuare nequit, nisi per sententiam culpa conuicta.*

13 *Regulam pro se habens, intentionem fundatam habere dicitur.*

Regulis iuris tenaciter inhærendum.

14 *Interpretatio extensiua nõ fit in æquiparatis, nisi æquiparatio per modum regulæ facta sit.*

Extensio passiua æquiparatorum locum non habent in pœnis ipso iure impositis.

15 *Ius vtrunque in suo debet obseruari foro.*

16 *Authoritas dicentis non est attendenda, sed ratio potius.*

Bartolus legistarum Idolum.

17 *Bona delinquentis vasalli an applicentur fisco ipso iure, & hoc specialiter.*

18 *Causæ duæ lucratiuæ in confiscatione ob delictũ non possunt concurrere.*

19 *Dominium eiusdẽ rei ex pluribus causis eodẽ uel diuersis tẽporibus concurrẽtibus quæri nõ põt.*

Pœna priuationis nunquam ipso iure imponitur nisi in casibus a iure expressis.

20 *Dominus feudi qua lege obligetur ad non priuandum vasallum feudo nisi culpa conuicta.*

21 *Extensio in correctoriis nullo modo fienda, etiam ex identitate rationis.*

22 *Sententia requiritur ad feudi priuationem, etiam delicto existente notorio.*

Notorium pro sententia non habetur.

23 *Episcopus notorius homicida non deponitur absq; sententia.*

24 *Iudex de notorio crimine non potest condemnare, absque præcedenti citatione.*

25 *Confessio non sufficit, vbi scientia requiritur in pœnis executionem secum trahentibus.*

Quæstio. I.



ET QVIDEM prima quęstio quæ in hac materia ponitur est, num videlicet in crimine lęsę maiestatis bona rei ipso iure fisco applicẽtur, vel an sententia necessaria sit. Et cõcluditur per authorem tractatus† ꝙ in crimine lęsę maiesta. ipso iure bona confiscãtur nec opus est altera sentẽtia. Et allegat aliquos authores ita tenuisse. & vltra eos præmissam cõclusionem firmant Archi. & Io. An. in nouel. in c. felicis, de pœnis, in vj. vbi dicunt bona committentis crimen læsæ maiestatis effici ipso facto fisci, sicut bona ingredientis religionem efficiuntur monasterij. & idem etiam tenuit Saly. Bononien. in l. fin. C. de bon. proscrip. vbi dicit ꝙ in crimine læsæ maiestatis ipso facto bona committentis fisco applicantur. & videtur probare tex. in d. l. quisquis, ibi omnibus bonis fisco nostro additis, quæ verba cum ponantur in præterito, non videtur opus altera sententia, vt tradit expresse Bart. in l. j. ff. ad l. Iuli. de vi priua. vbi facit differentiã an dicatur bona sint publicata, vel publicẽtur, vt primo casu ipso facto committantur, & nimirum quia multa alia sunt specialia in hoc crimine, vt generaliter, crimen exceptum dicatur, vt tradit signanter Lud. de Roma. in l. si quis in graui. §. hi quoque. ff. ad Sylla. & quidam Moder. in l. de minore. ad princi. ff. de quæstio. & cum præmissam sententiam tenuerit Dyn. de Mugello quem allegat author. cuius quanta sit authoritas pulchre de eo commemorat Cy. in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferuntur. † ꝙ quando Dy. decidebat aliquam quæstionem dicebatur adesse tota synodus legalis sapientiæ. tenuerit etiam Io. And. i duobus locis a cuius opinione tanꝗ a fundamento iuris non esse recedendũ bellissime Bal. inquit in c. cum olim de re iud fuit enim temporibus suis lumen mundi, meruitque hac salutatione pontificali decorari, bene veneris qui lux mũdi cognominaris, vt refert Ant. de Prato veteri in præludijs ad reperto. Bar. tenuit Arch. Pau. de Cast. & Saly. videtur hęc opinio communior quare amplectenda in causarum decisionibus l. vna. ibi, sane apud veteres crebior &c. ff. de offi. consulis & in c. in canonicis scripturis. xix. distin. Bal. pulchre in l. fin. C. de pęna iud. qui male iudi. cum plerisque similibus vulgaribus & præsertim in feudo non videtur habere dubitationem, vt tenuit Bal. & Cardi. Alexan. in locis allegatis per tractatus. & sequitur nouissime Franscicus Cur. in suo egregio opere feudo. in iiij. parte. in sij. regula. in iiij. dubitatione. Et ad confirmationem huius opinionis vltra præmissa aduco† ꝙ vbi cõcurrit dispositio legis & contractus hominis tunc fortior effectus resultat. vt eo casu etiam casibus permissis, ꝙ alias permitteretur prohibeatur & econtra vt probat tex. in. §. sanctissimas. in auth. de aliena. & emphy. quẽ ponderat Ang. Imo. Alexan. & Mod. in l filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. Bal. in l. quoties. C. de fideicom. & in l. j. C. de pac. & ponderauit ante eos glo. in c. verum, de condi. apposi. & in simili ꝙ dispositio hominis concurrens cum dispositione legis fortiorem effectum reddat facit glo. in. §. oportet. in authen. de iud. colla. vj. & gl. quam ibi summe no. Ange. in authen. de exhib. & introducen. reis ad prin. colla. v. & glo. in l. si mulier. §. si quis rẽ. ff. de lega. iij. quod tradit Bar. in l. ij. §. fin. ff. de vsucap. pro empto. Bald. in l. ij. C. de vsucap. quæ pro liber. Panor. in c. pastoralis. de appel. cum si. In quibus locis communiter concluditur ex concursu dispositionis legis & hominis fortiorem debere induci effectũ, & semper hominis dispositionẽ aliquid vltra debere addere ad dispositionẽ legis. Quia in proposita quęstione scilicet in feudo extat primũ dispositio legis ciuilis, quę vult bona committentis in maiestatẽ principis confiscari. † extat secundo lex contractus feudalis, & sic dispositio hominis, ex qua feudum sub

sub hac conditione datum vr̃, si vasallus fidelis sit, vt sequuta felonia fiat resolutio, vt infra dicetur, ergo nimirum si illa lex contractus coniuncta cum l. scripta debeat operari, vt ipso iure feudum eo casu reuertatur. vbi alias sñia esset necessaria. & cum Bal. qui hanc sñiam tenuit, non habeat cõtradicentem, non vr̃ ab eius opinione in practica discedendum vt tradit Rapha. Fulg. consil. xxvj. & dicit Alex. in l. ij. in prin. col. iiij. vers. in practica tamen tene mẽti. ff. de vulg. ꝙ magna est authoritas Bal. vbi non habet contradicentem. fuit enim virtus iuris nostri secundum Lud. de Ro. cõsil. ccccl xxx. incip. in casu proposito. & de eo in plerisq; consiliis mirabiliter exclamat eius germanus Ange. Et præsertim, quia vt dicit author tractatus, in crimine hæresis, ꝙ æquiparatur crimini læsæ maiestatis, vt ipse in sequentibus pluribus comprobat fundamentis, ita per ius canonicũ statutum fuit, & in ęquiparatis per legem antiquã habet locum interpretatio passiua. allegat duas gl. satis vulgares, sed in terminis melius facit gl. vulga. in c. si postquã. §. fi. de elec. lib. vj. gl. in l. ij. C. de cura. furio. & late tradit Alex. in l. Centurio. ff. de vulg. vbi per glo. alleg. 5 † & alia iura pro quadrata cõclusione firmat, quod statuitur in vno æquiparatorum habere locum in reliquo et si materia sit exorbitans a regulari dispositione, vt in præmissa qõne. et melius adhuc facit singula. tex. in l. his solis de reuo. dona. vbi probatur punctualiter fieri extẽsionem pœnæ priuationis ipso iure de casu ad casum propter illorum æquiparationẽ quod procedere videtur etiam si lex esset odiosa et vteretur dictione exclusiua tantum. gl. sing. qua ibi summe. Saly. no. in l. fi. C. de reuo. dona. Mod. Papien. in authen. non licet. C. de libe. præte. vel exhæreda. & no. Ang. in l. lege Corne. ff. de iniur. cum si. & facit et optime c. cum dilecta. de confir. vtili vel inuti. vbi probatur ꝙ etiam in exceptis potest fieri extensio propter æquiparationem. & ideo licet casus. c. cum secundum, sit exceptus à communi regula propter æquiparationem, potest extendi ad casus similes.

Sed hisce omnibus nõ obstantibus in secreto & veritate iuris, contraria cõclusio tenenda est, & pro eius fundamento adducũtur tres regulæ quadratæ iuris. prima generalis 6 † ꝙ videlicet vbi non apparet expresse pęnã priuationis ipso iure impositã, semper interpretatio fit, vt in ipsa priuationis pœna imponenda, requiratur sñia, & non fiat ipso iure, vt tradit glo. in c. quicunq;, in verbo innodetur de hæreti. lib. vj. gl. in c. in pœnis. de reg. iur. eo. lib. et in c. cupiẽtes. §. si vero, in verbo, præuentus. de elec. eod. lib. late Moder. Cano. in c. si diligenti. de fo. cõpe. & formalius Bald. in authẽ. qui semel. C. qũo & qñ iud. vbi dicit ꝙ lex in dubio nõ dr̃ damnare quẽ ipso iure, sed per sñiam iudicis l. j. §. calumniatores. ff. ad turpil. subiiciens & fortius ꝙ vbi lex disponit quem priuari cã cognita priuationis, et si lex diceret priuari ipso iure. tñ semper requiritur priuatiua sñia, arg. l. de qua re. ff. de iud. et sine dubio in ista priuatione feudi requiritur causę cognitio. c. j. de feudo sine culpa non amit. cũ si. & sequitur in terminis propriis patet veritatis Alex. consil. cxxiiij. incip. omissis superfluis. col. ij. vol. j. et nouissime Ias. in l. iij. §. pe. ff. ꝙ quisq; iuris in alium statue. & in confiscatione ꝙ non fiat ipso iure, sed per sñiam traditur textualiter in l. aufertur. §. in reatu. ff. de iur. fis. cum suis concor. prout late deducunt Doc. in l. post contractum. ff. de dona.

7 Secunda, & specialis regula est † ꝙ in crimine læsæ maiestatis ipso iure reus non perdit dominium bonorum, licet statim interdicatur ei a lege administratio, et ideo antequã bona ex eo delicto censeantur fisco quæsita, opus est sententia. tex. est rotundus in l. quæsitum. ff. qui & a quibus manumis. lib. qui non potest calumniari quia punctualiter loquitur, ꝙ ante sentẽtiam reus perduellionis remanet dominus bonorum. Aduerte ꝙ illa lex quæsitum dicit in ratione dubitationis qm̃ dominus est, tamẽ postea decidit dominum qui cõmisit crimen læsæ maiestatis non posse manumittere, quod posset si esset dominus, saltem fauore libertatis, quæ est valde fauorabilis. l. libertas. ff. de reg. iur. ideo ille tex. nõ bene probat, nec est formalis vt dicit author. Immo habes ꝙ post commissum crimen bona a fisco vendicantur. l. eorum. & l. fi. ff. ad l. Iul. maiesta. Ideo fiscus erat dominus etiam ante sententiam, adeo ꝙ habetur ratio fructuum a die cõmissi criminis. glo. sing. in auth. de incest. nup. in vers. imminere. colla. ii. quam Bal. ponderat in marga. in ver. priuatio. & vide Barba. consi. lxx. vbi Christus. col. xviij. & seq. in iiij volu. alia vide quæ addidi ad d. l. quisquis. P. Rebuffus. Et per illum tex. firmat Bar. in locis allegatis per authorẽ. & idem Bart. in l. post contractum. ff. de donat. dum alle. dic. l. quæsitum, allegantur etiam alia iura. l. fi. C. ad l. Iuliam maiesta. in verbo. punitus, & ibi firmant formaliter Cy. & Bar. expresse in d. l. q̃squis. Ioã. de Imo. & alij in d. l. post cõtractum, et cõmuniter Doct. in l. ex iudiciorum. ff. de publi. iudiciis. Ange. Are. etiam prædictam conclusionem firmat in tractatu maleficiorum super glo. tu hai tradito la tua patria. et idem sentit Maria. de Senis. in cons. xxij. in j. volumi. hanc conclusionem formaliter 8 & per literas grossas firmat etiam in feudo † ꝙ propter crimen læsæ maiestatis ipso iure non reuertatur. Cardi. Florenti. in consilio cxxviij. incip. in quæstione quæ vertitur inter Andræam. j. colum. ad fin. & sequen. & est communior sententia, licet præfatus author voluerit contrarium asserere, & licet non haberemus Docto. firmantem hanc opinionem. tamen tex. in d. l. quæsitum, est ineuitabilis. & ideo superflua est disputatio & omnis dubitatio ex quo habemus text. vt dicit Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. & facit l. ancillæ. C. de fur. & propterea alibi dicit idem Bald. in quodam suo consi. incipien. prępomitur. in ij. volumi. ꝙ in causarum decisionibus non per varias opiniones scribentium, sed per silicatas vias textuum incedendum est, vnde idem Bald. in capitu. j. §. iudices. de pace iuramen. firman. admonet iudices ne in dubio a tex. & a regula recedant, & ideo etiam contra communem opinionem permissum est iudicare si illa non

habet

habet casum legis, ita Anton. de Butr. in cap. tuanos. colum. ij. de vsur. refert & sequitur Barba. consil. x. volu. ij. & cum per legem ciuilem ita decisum sit secundum illam feudalis materia cum contrarium per feudales consuetudines non reperiatur cautum regulari debet. tex. singularis. in c. j. in fi. de feu. cogni. Quia perquirantur omnes feudales constitutiones, non reperiretur tex. qui decidat contrarium ergo lege ciuili vtendum est, secundum quam, vt prædixi, in crimine læsæ maiestatis est expressum reum perduellionis ante sententiam bonorum suorum retinere dominium.

9 **Tertia regula** in materia feudali traditur † ꝙ videlicet feudum propter feloniam commissam non reuertitur ipso iure ad dominum nisi conuicta culpa per sententiam. c. j. in princ. & §. si vasallus. si de feud. fuerit controuer. inter domi. & agnat. vasal. & in c. j. de feudo sine culpa non amitten. non enim potest diuestire vasallum suum etiam Imperator & Rex quicunque, nisi causa cognita & conuicta culpa, quia licet principi Deus subiecerit leges, & tributa, non tamen subiecit ei conuentiones & consuetudines feudales quibus ligatur. & ita pulchre Bal. inquit in c. j. de natu. feu. per tex. ibi. & idem Bald. in l. princeps. ff. de legi. & in c. j. de proba. nam & Deus ex conuentione obligaretur: vt idẽ Bal. inquit. in l. j. ff. de pact. et ideo Panor. in c. quę in ecclesiarum, de consti. dicit ꝙ nõ creditur verbis principis attestantis feudatarium delictum fecisse propter quod priuandus est, quia si id diceremus facile posset euacuare omnem contractum cum eo firmatum. quod esset contra. l. Cæsar. ff. de 10 publi. † in feudo enim est quidam contractus in quo vltro citroq; nascitur obligatio. c. de forma. xxij. q. v. & l. liber homo. ff. de verb. obli. & quia de natura feudi est vt non auferatur nisi cum causæ cognitione d. c. j. de feudo sine culpa non amit. secundum Panor. in d. c. quæ in ecclesiarum, cum quo ibi Moder. transeunt. & idem tradit in apostillis suis in cle. pastoralis. de re iudic. in fin. & Lud. Roma. consil. ccclij. incip. quæritur primo, ad fi. ideo Bald. signanter dicit. in c. j. de natura feu. ꝙ princeps non potest infringere feuda quæ concessit nisi conuicta culpa, & ꝙ consuetudo in hoc dat naturam & eam assignat contractibus feudalibus. & ideo refert de Imperatore Federico j. qui fecerat commune Papię comitem in certis castris ꝙ nec ipse nec eius successor possunt diuestire vasallum nisi conuicta culpa, & ideo signanter dixit Bal. in auth. omnes peregrini. C. commu. de succes. ꝙ ex quo consuetudo feudorum dictat ꝙ princeps non possit priuare vasallos nisi prius per pares iudicentur indigni. certe non poterit Imperator statuere contrarium, & quasi abusiuas facere 11 dignitates. † quia consuetudo quæ disponit in ipsum principem maior est ipso principe. idem Bal. in c. j. §. j. versi. quæro nunquid, de noua forma fidel. vbi etiam dicit ꝙ consuetudo feudorum censetur ius naturale, & elegantius Bal. in c. j. §. quia vidimus. versi. quæro nunquid Imperator. in tit. q feu. dare poss. decidit post gl. ꝙ Imperator non potest diuestire vasallum nisi conuicta culpa; assignat rationem, quia bonæ, & naturales consuetudines ligant principes; quia potentius est ius naturale ꝙ principatus, & quia in ore principis firmior debet esse veritas, alleg. in lib. Esdrę. et quia non decet principem reuocare suum beneficium.

12 ex quibus resultat firma conclusio, ꝙ nec † princeps supremus in materia feudati commissa felonia potest vasallum feudo priuare nisi per sententiam conuicta culpa, & hoc propter legem contractus, qua ipse ligatur, & vltra traditur pro regula, ꝙ vbicunque in feudis fit mentio de amissione feudi propter feloniam, intelligitur culpa conuicta, & in iudiciario ordine, & non aliter. ita signanter Bald. in c. cæterũ. de iudi. Idem Doc. in §. quicunq; de pace tenen. per tex. ibi. refert & sequitur Ioan. Baptista de sancto Seue. in repe. c. j. de feu. cogniti. quod indubitanter procedit respectu agnatorum, quia illi nunquam priuantur nisi per sententiam probata & conuicta culpa. ita signanter Bal. dicit. in c. j. §. nulla. per quos fiat inuestit. vbi dicit vnum quod est magis singulare, quod ad priuationem feudi requiratur exautoratio de inuestiendo, vt si per annulum fuerit inuestitus, deannuletur; sicut in clerico antequam possit puniri per secularẽ iudicem, degradatio, & in milite exautoratio, quia opus est actu retro simili. al leg. l. ab emptione. ff. de pac. cum simi. quod expressius firmat & exclamat Ioan. Bapti. in suo commen. d. c. j. de feu. cogni. ex quo sequitur ꝙ antequam deinuestiatur vasallus non censetur feudũ reuersum ad dominum.

Succedit nunc ꝙ cum habeamus tres regulas quadratas iuris prelibatas quę etiam loquuntur in Imperatore quando felonia contra eum commissa est, habemus intentionem fundatam. vt tradit gl. ordinaria in rub. de regul. iur. in vj. Bar. in l. quoties. ff. qui satisda cog. & in l. ij. col. ij. ad fi. ff. si quis in ius voc. non ierit. Bal. in c. j. col. iij. de alie. iud. mutan. cau. facta. Panor. in rub. extra vt lite non cont. & bene probat tex. in l. suus quoq;. ver. puto. ff. de hære. insti. & in c. venerabilibus. §. fi. vers. potest quoque. de senten. excom. lib. vj. quibus iuribus trita est doctrina 13 † ꝙ habens pro se regulam dicitur intentionẽ habere fundatam, adeo quod dicens aliquem casum excipi a regula teneretur præcise illum probare. & hoc est quod dicebat Spe. in tit. de offic. iudi. §. viij. versic. v. quod stare omnino debemus regulæ qñ casus aliter non reperitur exceptuatus, & propterea signanter dicit Ioan. An. in c. salubriter de vsu. ꝙ nunquam a regula textuali debet discedi per aliquam exceptionem nisi expresse ostendatur text. pro limitatione regulæ. & probatur formaliter in c. ij. de coniugio leproso. & in ca. sane. xv. q. iij. vnde regulæ tenaciter inhærendum est, sicut Bononienses adhærent carocio. ita gl. singularis licet vulga. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. & Bal. in c. j. §. iudices, de pace iuramẽ. firmã. admoneo inquit vos iudices ne in dubio a tex. et a regula recedatis. & idẽ Bal. in l. j. C. de sac. san. eccle. in versi. sed quęro quid in deportato. & in l. si tutor. C. de seruo pigno. dato manumisso. dicit ꝙ tenaciter regulis inhærere debemus, nisi aliquid

quid specialiter & expresse inueniatur. & idem Salyc. in l. si hominem. ff. mandati. vbi inuehit cõtra dimmittentes regulas. nisi pro limitatione habeant tex. & ideo cum Bal. voluerit sine tex. formare exceptionem crimine læsæ maiestatis, retorquendum est in eum, quod ipse dicit de glo. in l. rei publicæ. ff. ex quibus causis maio. quod ipse loquitur ex capite suo, quia sine lege. & ideo Ant. de But. de Bald. dicit in c. consultationibus. de iure patro. ꝙ plerunque dicta Bald. carent neruo rationis. & legis & ideo non est illis multum adhęrendum. præsertim cum ipse dicat expresse contra tex. formales iuris, & etiam vt per præmissa patet, ꝙ aliter sensit in multis locis. & in effectu ista est vera & indubitata conclusio, quidquid dixerit author tractatus, salua pace dixerimus. Nec obstant fundamenta quę pro contraria parte fuerunt adducta. Et primo dum allegatur capitulum, cum 14 secundum de hæreticis. † Respondetur ꝙ anteꝗ in æquiparatis passiua extensio locum habeat, requiritur ꝙ æquiparatio sit facta per modum regulæ. ita tradit eleganter Matthæus de mathesi. in tractatu extensionis, quem sequitur Areti. in. §. ius ciuile, institu. de iure naturali gentium vel ciui. Decius nouissime in c. translato. de consti. Or vt infra dicetur crimen læsæ maiestatis & hæresis non æquiparantur per modum regulæ. Secundo respondetur & peremptorie ꝙ in pœnis quæ imponuntur ipso iure, illa extensio passiua æquiparatorum non habet locum etiam propter identitatem rationis. ita signanter voluit Ioan. And. in regula odia, de reg. iur. in vj. firmat & sequitur Bald. in l. de quibus. vj. col. ff. de leg. & expresse in crimine læsæ maiestatis tradit Soci. consi. cclxxv. incip. in causa fratrum ad fi. v. col. in ij. parte. Tertio respõdetur quod deberet esse æquiparatio facta per omnia, ita ꝙ omnino eadem militaret ratio, antequam fiat extensio pœnę, ita glo. not. in c. j. in verbo. sane, de voto in vj. & in c. constitutus, in vers. prorogamus. de reg. eo. lib. & firmat expresse in hoc crimine Sozi. in consil. allegan. sed vt infra dicetur non est æquiparatio per omnia inter hæc duo crimina, sed est longum discrimen. igitur &c.

Quarto & peremptorie quia specialiter contrarium reperitur decisum per ius ciuile in d. l. 15 quæsitum, quæ loquitur in casu indiuiduo. † & sic vtrunq; ius debet obseruari in foro suo, nec enim ius canonicum etiam expresse legem ciuilem corrigere posset, nisi in concernentibus forum animę, vt late traditur in c. fi. de præscrip. per glo. in regula possessor. de reg. iur. in vj. glo. in c. ij. de arbi. in vj. Doct. communiter in c. cum esses, de testamẽ. Nec obstat c. primum de noui ope. nunc. vbi traditur ꝙ ius ciuile dubium per ius canonicum declaratur, nam minor deficit, quia cum habeamus casum legis rotundum, quæ non reperitur aliquatenus correcta per aliam legem nouam, non est dubium, & hoc est quod dicit glo. singularis in authen. de non eligendo secundo nubentes. §. j. col. ij. quæ dicit ꝙ superuacuo dubitabat Imperator, cum esset casus legis allega. l. ancillæ. C. de fur. quare sublatum est fundamentum principale authoris in hac materia. Nec obstat authoritas Io. And. et aliorum, quia dicendum est cum Ang. in cano. ego solis ix. distin. &c. Et cum text. in. §. sed neque ex multitudine authorũ l. j. C. de vete. 16 iure enuclean. † & quia in dicente nõ authoritas sed ratio ponderanda est. vt dicit Hiero. super Hieremiam & probatur in cano. secundũ. xix. distin. vnde dicit Card. in consil. lxxviij. ꝙ nunquã Io. And. voluit in opinione cedere nisi inquantum vrgebat ratio. & habemus contra eum autoritatem Barto. quæ non est minoris ponderis, immo longe maioris in foro Cæsa. in quo eius opinio vt idolũ solet adorari vt refert pulchre Bal. de eo. & Rap. Cuma. in authen. nisi breuiores. C. de sentẽ. ex breuiculo recitandis. & dicit Ang. consi. cciiij. ꝙ tremens auderet dicere contra opinionem Bart. cum fuerit lucerna & speculum iuris, & refert Ioan. Bapt. de sancto Seuerino in tracta. de modo studendi ꝙ opinio Bar. in foro deficientibus legibus obseruatur pro textu, & multa de eo commemorat Fran. de Curte in consi. lvj. col. iiij. quę opinio melius est fundata, quam etiam tenuit Bald. vt dixi, qui non est modicæ authoritatis; tenuerunt etiam plures alij Doct. legistæ supradicti, ita vt communior sit, quibus magis standum est in prato Cæsaris & in his qui sunt iuris ciuilis argu. glos. singularis in cano. vt veterum ix. dist. & expresse Philip. Dec. in c. j. de consti. dicit per illam gloss. ꝙ magis opinioni Bart. in iure ciuili standum est ꝙ̃ opinioni. Ioan. Andrę. & econtra. Ad secundum 17 fundamentum † quod videlicet in feudo sit speciale vt bona vasalli committentis ipso iure applicentur fisco, eo, quia dupliciter principis persona offenditur, & quia facilius aufertur dominiũ vtile ꝙ̃ directum, eo, ꝙ quælibet res facile ad primęuã naturam redeat, respondetur ꝙ istud fundamentũ est valde debile, primo, quia pro ista limitatione non allegatur aliquis tex. expressus, nec in simili, quod tamen esset necessarium attento ꝙ habemus regulas in contrarium. Secundo dominus feudi est opus ꝙ deligat ex qua causa velit feudũ acquirere. nam respectu fisci pœna dicitur causa lucratiua. pariter reuersio feudi respectu domini feudalis, licet propter vltionem iniuriæ reuertatur ad dominum, quia nihil sibi abest de pœna, quod dicatur esse causa lucratiua, probatur in l. multarum, ibi compendia de modo multarum. C. & ex ratione legis in summa. & l. quod placuit, de iure fisci. ff. & in rub. C. de pœnis fiscalibus creditores præferri. lib. x. & est text. in authen. de nup. §. si vero altera colla. iiij. in reuersione autem feudi ad dominum licet non proprie causa lucratiua dicatur, dicitur tamen quasi lucratiua, vt dicimus in actione noxali. l. apud. Celsum. §. si quis autẽ. ff. de doli mali & metus exceptione quę omnino. vt ibi tra- 18 ditur. æquiparatur causæ lucratiuæ. † Quia succedit in delictis duas causas lucratiuas in confiscatione concurrere nõ posse, vt expresse tradit Bar. in l. Mæuius. §. duorum testamẽtis. de le. ij. & propterea licet duplex qualitas concurrens in persona offensa delictum aggrauare videatur, quod & ex lege feudi & ex lege ciuili puniri potest, tamẽ quia illa duplex qualitas non reponit delictum in diuersis speciebus, & vbi ita esset vna lege duntaxat,

taxat, cum ex vtraque executio quantum ad priuationem feudi fieri non possit, agendum est iuxta tradita in l. senatus. ff. de accusa. vbi Bart. & in l. nunquam plura. ff. de priua. delictis, & in l. si gemina. ff. arbo. fur. cesarum. Salyc. plene in l. qui de crimine. C. qui accu. non pos. Bal. in l. qui sepulchra. C. de sepul. viola. vbi dicit quod duplici lege pœna in executione imponi non potest. alleg. l. prætor edixit. §. j. ff. de iniurijs. & idem tradunt communiter scriben. in l. quicunque C. de ser. fugi. & coadiuuatur ex regula tradita in l. in numerationibus. ff. de solu. & in l. iij. §. ex pluribus. ff. de ac-

19 qui. pos. vbi traditur † ꝙ ex pluribus causis eodē vel diuersis temporibus concurrentibus dominiū eiusdem rei quæri non potest, & præsertim in causis lucratiuis quarum prohibitus est concursus l. inter stipulantē. §. pe. ff. de ver. obli. vbi late Doc. qui alleg. concor. & sic concluditur ꝙ necesse est ex altera duntaxat & non ex vtraque coniuncta inferri debere ad perditionem & confiscationem bonorum feudalium. Or quælibet causa separata, vt dictum est, illud non operatur. igitur &c. immo & si vtraque concurrere posset, non reperitur iure cautū, ꝙ cōcursus duplicis causæ operetur priuationē dominij ipso iure, & pœna priuationis ipso iure nunquam imponitur nisi in casibus a iure expresśis, ita text. formalis ad propositum in auth. de non eligendo secundo nubentes. §. cum igitur, ver. sin autem non valuerit, ibi, nec quælibet est lex aliquid tale dices. col. ij. quē ponderat Bal. in auth. ex testamento. C. de secun. nup. & bonus tex. in l. & si quis. §. diuus autē. ff. de religi. & sum. fune. glo. quam ibi Panor. dicit singularem in cap.

20 si. de iure patro. † & multa congerunt Moder. in c. querelam, de iureiur. quæ videri possunt. immo placet retorquere fundamentum adductum per authorem cō tra eum, nam dum ipse se fundat in lege contractus feudalis, illa (vt supra pluribus rationibus comprobatum est) operatur, vt dominus sit obligatus vasallo ad non disuestiendum, nisi culpa conuicta, & maiorem causæ cognitionem adhibere teneatur propter legem contractus feudalis cui subijcitur, & sic anteꝙ ad eam priuationem deueniat, ad causæ cognitionem adhibendam maiori vinculo est astrictus, vt supra late dictum fuit, etiam in Imperatore contra quem non est dubiū, quin quis incurrat læsæ maiestatis crimen. Nec obstant iura quæ vltra authorem supra deduxi, ꝙ videlicet in pœna priuationis fit extensio propter rationis identitatem, nam, vt supra dictum est, hoc non habet locum in pœna priuationis quę ipso iure imponitur. & iura allegata loquuntur in reuocatione donationis, quæ fit per viam actionis tum etiam quia non militat, vt in sequentibus dicetur, omnino eadem ratio in vtroque crimine, hæresis videlicet, & læsæ maiestatis, cum longe grauius sit diuina ꝙ humanam offendere maiestatem, vt infra subijcietur, tum etiam quia induceretur correctio. l. quæsitum. & in correctorijs etiā

21 ex identitate rationis non debet † fieri extensio. glo. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. late Doct. in l. si constante, ad princi. ff. soluto matrimo. & facit glo. in cap. cupientes. §. quod si per viginti. de electio. lib. vj. cum similibus. Non obstat pariter aliud fundamentum eiusdem authoris, dum dicit ꝙ res de facili reuertitur &c. nam licet suam rationem comprobet Alexand. quem ipse non allegat in l. cum mulier. ff. solu. matrimo. vbi voluit ꝙ in materia feudali in qua agitur de amisśione dominij vtilis solum, facile fit extensio, quia facilis est reuersio &c. tamen salua pace tanti Docto. dixerim, confunditur ex doctrina singulari Bart. in l. ij. C. de fund. patrimo. lib. xj. vbi dicit ꝙ ita dificilis est ablatio vel priuatio dominij vtilis sicut directi. & exclamant omnes in l. Gallus. §. quid si tantū. ff. de lib. & posthu. & per illud dictum Bar. reprobat dictum Alexan. Ias. de Mayno. in l. cum quidam. ad fi. iiij. col. ff. de libe. & posthu. ex quibus omnibus præmisśis quadrata sequitur conclusio, ꝙ etiam in crimine læsæ maiestatis commisso contra principem dominum feudi, feudum non reuertitur ad dominum feudi, ipso iure, sed requiritur sententia, quod præsertim respectu agnatorum, vt supra dixi allegando Bald. in. §. nulla. in fin. titu. per quos fiat inuestitura, non habet aliquod dubium, & ita intrepide tenendum puto quidquid dixerit author.

22 Ex quibus etiam correlarie infertur † ꝙ cum requiratur sentētia ad priuationem feudi etiam si delictum esset notorium non poterat procedi ad executionem, licet enim dicat Inno. in c. ex parte. de verb. signi. ꝙ in notorijs debet potius procedi exequendo ꝙ condemnando, & Bald. in c. ad nostram, tertio, de iureiuran. dicit ꝙ in notorijs ordo est ordinem non seruare, tamen antequam ad id deueniatur, & pœna censeatur imposita, requiritur ꝙ super illo notorio interueniat sententia vsque adeo ꝙ notorium non sufficit, vbi requiritur sententia maxime in materia priuationis, ita expresse in materia feudali tradit Bal. per tex. ibi in c. vnico. qualiter dominus feudi proprietate priuetur, vbi dicit formaliter notorium non haberi pro sententia, & in materia criminali ꝙ requiratur sententia, nec sufficiat notorium expresse dicit Bal. in l. fi. per illum text. C. de male. Et ideo dicebat Bald. in l. si maritus. C. de do. inter vir. & vxo. & in l. nam ita diuus. ff. de adop. & in l. cum fratrem. C. de his qui

23 bus vt indig. ꝙ † licet episcopus sit notorius homicida, non tamen debet deponi sine sententia & iuris ordine non seruato, & dicit Bal. in c. ad nostrā: in iij. col. de iureiuran. ꝙ etiam in notorijs pars est citanda, & sententia est ferenda, ꝙ in eis etiam requiritur talis qualis causæ cognitio, quia sententia debet ferri de facto, ad quod allegat, capit. cum sit romana. de appella. Et l. ea quidem. C. de accusa. Et pro hac opinione mea vltra prædicta adduco gloss. communiter approbatam in c. euidentia. de accusa. quæ expresse dicit ꝙ super notorio sententia est ferenda, & idem dicit Bald. in l. cum fratrem, præallegata, & firmant Moder. in l. si vero. in. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satis. cogan. & Ang. multum not. in l. libertas. in. §. fin. ff. de sta. homi. vbi dixit ꝙ si statutum dicit ꝙ condemnatus de maleficio posśit impune occidi quærit quid si non est condemnatus, sed cri-

men

men est notorium, an poterit impune occidi, & dicit videtur ꝙ sic, quia notorium æquiparatur sententiæ, vt in l. emptorē, in princ. ff. de act. emptio. vnde in notorijs proceditur executiue. id est potest incipi ab executione, vt in l. ictus fustium. ff. de his qui not. infamia. et no. Inno. in c. statuimus. de offic. deleg. & in c. ex parte in Christo. de verbo. signi. veritas tamen est in contrariū, dicit ibi Ange. quia hoc notorium non æquiperatur sententiæ, & dicit ꝙ pro hoc est casus in l. quicunque. quæ est lex fina. C. de malefi. & mathe. quod dicit esse notorium, pro quo facit quod voluit Bald. in l. presbyteri. la prima in iij. col. ibi secundo quæro. C. de episco. & cleri. 24 † vbi dicit ꝙ licet iudici sit notorium, tamen non procedit ad condemnationem, nisi citet, quod dictum refert Fely. in cap. cum olim. in viij. col. post me. de re iudi. & vltra adduco decisionem Bar. in l. decem. ff. de verbo. oblig. Ludo. de Roma, & Iacob. in l. fina. ad prin. ff. si cer. peta. vbi dicunt quod licet non sit opus dicussione, vbi notorium est debitorem non esse soluendo, tamen requiritur sententia, per quā declaretur ita esse, & adduco tex. singularem quem nullus Moder. allegat in c. cum dilectis. §. his igitur, de purga. cano. in verbo nimirum si crimen notorium existebat, non erat illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sententia promulgata. & ibi lucerna iuris canonici Ioan. And. dicit not. ꝙ hic est tex. ꝙ etiam in notorijs ferenda est sententia diffinitiua. nec sufficit solum præceptum iudicis, etiam si reus confiteatur statim, ex quo destruitur altera conclusio authoris, dum dicebat ꝙ confessio operabatur effectum sententiæ vt bona censerentur confiscata ipso iure. 25 † nā & in pœnis secum trahentibus executionem, confessio non sufficit, vbi requiritur sententia, vt tradit glo. in c. super eo, in princi. de test. & in c. denique, de excep. & probatur in l. iij. §. lege. ff. de testi. & in l. qui ad statum. ff. de pœnis. & in l. qui iudicio. ff. de bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt. & in l. si confessus, vbi Barto. plene. ff. de custo. reo. & Spe. & Bal. quos allegat author, nūꝗ dixerunt illud ad quod ipse eos allegat, sed loquūtur duntaxat quod ratione confessionis pœna efficitur transitoria ad hæredes, sed ꝙ propterea bona ipso iure confiscentur sine sententia, nunꝗ dixerunt aliquid & infideliter referuntur per authorem tractatus, salua sua dixerimus honorificētia, vt verbis vtar text. in cano. neq; ix. distinctione.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an dicatur nouum vel antiquum, si vasallus feudo priuatus ipsum recuperet.*
Debita per propositionem reformata non amplius censenda sunt hæreditaria.
2 *Res semel alienata & per hæredem recuperata, penes ipsum esse censetur ex noua causa.*
Aedificium radicitus destructum, si reædificetur, omnino nouum dicetur.
3 *Princeps rem suam infeudando de nouo, legem quam vult dicere potest.*
Feudum iuxta principis voluntatem regulari debet.
4 *verba quæ in concessionibus principum ponuntur, plenè intelligi debent.*
Restituere quid sit.
5 *Restitutio quæ fit ad bona, est plenissime interpretanda.*
6 *Princeps facere potest vt factum pro non facto habeatur.*
7 *Feudum quod restituitur, ex quadam subrogatione antiquum esse censetur.*
8 *Feuda quo ad alienationem ad instar rerum patrimonialium sunt redacta.*

Quæstio. II.

1 SECVNDA quæstio quæ se examinandam offert est, † num videlicet si vasallus feudo priuatus fuerit, & postea restitutus, feudum recuperatum dicatur nouum vel antiquum. in qua quæstione author tractatus allegat iura ad vtranq; partem. & satis plene tangit materiam. sed ego considerandum puto, an videlicet feudum fuerit veraciter acquisitum domino per realem apprehensionem post sententiam latam etiam ex veris probationibus, & tunc si per viam gratiæ fieret restitutio cum alteratione qualitatum substantialium, & non constaret ex verbis ꝙ princeps velit iure feudi antiqui concedere, tunc sine dubio procederet authoris conclusio per iura quæ ipse adducit. vltra q̄ facit quod singulariter dicit Ang. in consi. xxxj. incip. dom. Philippus, vbi pulchre dicit ꝙ debita reformata per compositionem non dicuntur amplius hæreditaria, quia renouata causa nō dicitur hæreditaria, & sic primæua. allega. l. cum hæreditas. ff. ad Trebel. & idem tradit pulchre Aretinus in consi. clxviij. inci. in quæstione proposita, col. penu. & facit bene text. in l. si a me. ff. ad l. falc. quā author sequenti quæstione ad aliud propositum allegat. vbi 2 probatur † ꝙ res semel alienata, recuperata per hæredem, dicitur esse penes eum ex noua causa, eo quod semel exiuisset dominiū suum & ibi Bar. & Alexan. inferunt ad quæstionē de emphytheuta alienante & postea recuperante &c. & optime quadrant tradita per Bal. & alios in l. ab emptione. ff. de pactis. quam Ioan. Raynaldi pro hac opinione adduxit. vbi dicunt quod vbi est semel facta traditio & translatum dominiū, si post disoluatur ille contractus, censetur esse nouus contractus, vt & noua gabella debeatur, & ita etiam tradit Bald. in l. si prædium. C. de ædiliti. actio, Bald. & Angel. in l. iurisgētium. §. adeo. ff. de pactis. & idē Bal. & Saly. in l. ij. C. quando liceat ab emptione discedere cum similibus. Et in simili solet dici ꝙ

quando

quando ædificium omnino destructum est, tunc dicetur, si reædificetur, omnino nouum ædificium, vt late tradit Ias. in l. ius ciuile. allegata per authorem. & latius in repetitione l. quominus. ff. de fluminibus. & præmissa sine scrupulo procedunt, quando princeps non est vsus verbo, restituo. sed si verbo restituo, vsus fuerit, tunc etiam post apprensionem feudum dicitur antiquum. Ad hoc dicendum moueor primum † ꝙ princeps infeudando rem etiam de nouo, potest dicere legem quam voluerit, & secundum eius voluntatem regulabitur natura feudi, vt pulchre Bal. inquit in consi. inci. sanctissima & illustrissima regina, quod est positum inter consilia Ang. consi. cx. idem Bald. in c. j. de alienatione feudi paterni. & in c. j. in pe. col. an agnatus vel filius. Iacob. Albe. post Iacob. ardiso. in c. j. de vasallo decrepitæ ætatis. & in c. j. de gradibus succedendi in feudo. tenuit etiã hãc opinionem Andrę. de Ieser. in cap. primo de contro. feudi apud pares terminanda, eam etiam sequitur Marti. Lauden. & Card. Mediolanen. in cap. j. de aliena. feudi paterni. Alex. consil. xxx. incip. quoniam omne datum optimum. col. ij. vol. j. & consil. lvj. incip. perspectis. xiiij. col. in iiij. volu. & consi. x. circa. x. colum. v. volu. Franc. de Aret. cõsil penu. in l. si mihi, & Titio. ff. de verbo. obliga. in quibus locis late concludunt, secundum principis voluntatem feudum regulari debere, vt etiam si sit nouum ex voluntate principis possit haberi pro antiquo, nimirum, quia princeps potest immutare substantiam actus, vt dicit glo. sing. in c. j. de capell. monacho. in vj. ad eam autem voluntatem principis colligendam, maxime verborum tenorem, & vim considerare debemus & secundum verba dispositionem regulare, vt per multa fundamenta, quæ referre laboriosum esset, comprobari Francis. de Curte consi. xlviij. & consil. xlix. vbi plenissime loquitur. † & verba maxime in principium concessionis apposita, debent plene intelligi l. fi. de pręp. agentium in rebus. lib. xij. l. si quando. de bonis vacantibus. lib. x. C. succedit nunc ꝙ verbum restituo. ex sua propria significatione significat repositionem in pristinum statum omnino. textus quadratus in l. secunda. §. restitutus. ibi, restituere videtur qui in pristinum statum reducit, ff. ne quid in loco publico, & tex. aureus in l. videamus. §. in fauiana. ff. de vsuris dicit ꝙ plenissimam significationem habet verbũ, restituere, vt pro non facto actus restitutus habeatur, vt per restitutionem casus pro non aduento reputari debeat, & facit vulga. l. qđ si minor. §. restitutio. ff. de mino. & tex. in l. prima in fi. C. de senten. pas. & resti. & in l. princeps. ff. de verbo. signi. et in. §. cum autem, ibi restituti fuerint, insti. qui. modis ius patrie potesta. soluitur. & in l. secunda ff. de natal. restituen. & in l. j. C. de iure aureorum annullorum, verbum enim restitutio, latissime patet. l. restituere. ff. de verborum significatio. l. in condemnatione. §. primo. & l. cum prætor. §. j. eo. titu. & facit capitu. venerabili. in verbo, plenarie. de officio delega. & text. in capitu. pisanis. de restitutione spoliatorum & melior text. in l. Lucius. §. primo ff. de administra. tutorum, vbi † restitutio facta ad bona plenissime interpretatur, vt extendatur etiam ad actiones quæ nunquam fuerunt in bonis, & tradit Bart. in l. fi. C. de sen. pas. vbi dicit ꝙ plenissime debet. restitutio interpretari. Angel. & Moder. in l. fin ff. de constitu. principum. et pulchre Anto. de Bur. consil. xx. colum. prima. Sique cum verba præmissa habeant plenã significationem remittendi omnia in pristinũ statum, princeps illis vtendo nouiter non concedere, sed pristinam inuestiturã suscitare voluit, quia cum secundum verba pręsumatur eius mens, constat ꝙ de nouo voluit concedere, quod maxime procedit vbi sunt apposita verba, prout tui antecessores tenuerunt, quæ verba faciunt vt princeps iure feudi antiqui concedere voluerit, vt late deducunt scriben. in locis allega. & pro hac opinione est honus text. coniuncta glo. in l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. ibi, sed antiqui redditus & ibi ponderant omnes Docto. & bonus tex. coniuncta glo. & ibi ponderat Paul. de Cast. in l. peculium. §. si ære. ff. de peculio. & omnes post glo. in dicta. l. qnod dicitur, allegata per authorem. ff. de impensis in rebus dotalibus factis, & probatur in dicta l. filio, de liberis, & posthumis, ꝙ etiam vbi facta esset executio habeat locum maxima præmissa, nam ibi loquitur tex. de filio emancipato, qui reuera exiuerat patriam potestatem, & effectualiter, & tamen si arrogetur, dicit tex. ꝙ non de nouo in patriam potestatẽ assumi, sed antiquæ patrię potestati redditus videtur; & tamen non est dubium quin omnino semel exiuisse, et ita in proposito esto quod res feudales omnino per apprehẽsionem reuersæ essent ad principem, tamen restituendo non de nouo dedisse, sed ablatum feudum reddidisse videtur, maxime quãdo vtitur verbo, restituo, quod habet hanc plenam significationẽ. Nec obstat l. ab emptione. ff. de pactis. in qua est fundata opinio Ioan. Raynaudi, quem allegat author contra, nam respondetur ꝙ princeps potest hic facere & fingere in materia feudali etiam nouum feudum haberi pro antiquo, immo vt dictum est per verbum, restituo, videtur velle ꝙ confiscatio habeatur pro non facta, † & non est dubium quin princeps possit et quantum ad effectus præteritos facere quod factum pro non facto habeatur. glo. singularis in clemen. j. in verbo, pro infectis. de immuuita. ecclesia. text. in cap. is qui. de sponsali. & matrimo. & text. in clemen. prima de concessio. præben. in fi. quare concludendum puto ꝙ quando princeps vtitur verbo, restituo quod plenissimam habet significationem, vt infra latius dicetur in quarta quæstione, adijciendo maxime hæc verba, prout tui antecessores. feudum restitutum etiam post apprehensionem censendum esse feudum antiquum & non nouum, & maxime quando apprehensio non fuit effectualis per incorporationem, nec aliquid facit reseruatio quæ fieret per principem in aliquibus iuribus. quia licet specialiter aliquid fuerit reseruatum, non per hoc derogatum videtur alijs qualitatibus, quæ alio modo & alia via includuntur, vt not. dicit Saly. in l. de crimine. in ij. oppo. per illum tex. C. de accusatio. facit tex. in l. prima. & quod ibi not. Bal.

C. de

C.de diuer.rescript.vnde Doct.in restitutione lo-
7 quentes dicunt† quod feudum restitutum censetur esse antiquum ex quadam subrogatione. quia de iure quando vna res subrogatur in locum alterius, quamuis in aliquo discrepet, in alijs sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. ita signanter tradit Paulus de Castro in consilio.cxxix.inci. licet ista domina Liza, col.fina. versicu.nec obstat. & formaliter ad casum nostrum adduxit. ita firmans Philippus Dec.consil.quinquagesimo tertio incipiens placet mihi. circa principium secundæ colum. & vltra præmissa allegat decisionem magis expressam, Sozi. in l. Gallus.§.etiam si parente.ff.de liber. & posthumis. vbi formaliter dicit quod licet apponatur aliquod pactum contra naturam feudi in inuestitura, tunc alteratur natura feudi consecutiui pacti duntaxat,& non in alijs.& ibi alleg.optima iura.nec est verũ ꝙ verba apposita in restitutione, pro te, successoribus tuis, & habentibus causam a te, alterent feudi naturam, quia illa verba in nullo alterant naturam feudi, quippe cum ex consuetudine generali Franciæ, de qua in sequenti quæstione late dice-
8 tur † feuda quantum ad alienationem sint redacta ad instar rerum patrimonialium, expresio eius quod tacite inerat per consuetudinem non alterat naturam feudi, nec aliquid immutat l. fina.C.de fideiussoribus,not.in l,cum quo.ff.si certum peta. & late legitur & notatur. in l.tertia. ff. de lega. primo. & ita hac ratione in simili concludebant consulendo de verbis pro se & descendentibus in infinitum &c. Iaso. de Mayno, & Ambrosius de opizo. in causa illorum de Beccaria, prout eos refert consuluisse.ita vt prædictum est collegium Bononien. in consilio suo posito inter consi.Francis. de Curte.consi.l.ad principium sextæ colum. vbi etiam approbat præmissam maximam, quare illa verba exprimentia quod ex natura rei inerat, non potuerunt naturam feudi alterare, immo remansit reuera feudum antiquum. Nec obst.arg. de adiectione qualitatis, quia vt supra dixi non operatur vltra consequutiua pacti. nec impedit quo minus in alijs sortiatur naturam antiqui feudi. & ita concludo.

SVMMARIVM.

1 *Bona eius qui crimen læsæ maiestatis commisit subiecta restitutioni fideicommissi, an veniant in confiscationem.*

2 *Alienare prohibitus, an possit delinquendo bona fideicommisso subiecta in fiscum transferre.*

3 *Vasallus ita testari potest de bonis feudalibus atque de allodialibus.*

4 *Vasallus qui subinfeudauit alteri si felloniam committat, an feudum reuertatur ad dominum.*

5 *Delictum vasalli commissum in personam domini quando agnatis præiudicet.*

6 *Vasallus legem contractus feudalis euertere non potest.*

7 *Contractus feudalis est innominatus, à consuetudine & non à iure ciuili inuentus.*

8 *Sententia contra condemnatum lata quando substitutis noceat, & aliis ius prætendentibus.*

Quæstio. III.



ERTIA quæstio quæ in hac materia proponitur est.† nam si bona
1 committentis crimen læsæ maiestatis sint subiecta restitutioni fideicommissi, venient in confiscationem. in qua questione tenuisse loquutus est author, salua sua pace dixerim. primum adduxit in medium ꝙ in crimine læsæ maiestatis quæ non possunt transire in hæredem extranenum, transeant in fiscum, & allegat aliqua iura quæ faciunt formaliter in contrarium, nam est tex. formalis in l.eos. ad l.Iul. maiest.ff. quæ non reperitur in hoc correcta,qui vult per literas grossas iura patronatus quæ non transeunt in hæredem extranenum, non transire in fiscum in crimine lesę maiestatis, et est text.rotũdus in l.iura. ff.de iure patronatus. bene verũ est ꝙ dicte leges quæ dicebant iura patronatus reseruari filijs, sunt hodie correctæ, eo quia filij sint effecti incapaces per l.quisquis.& ita loquitur glo.in his legibus, & etiam Bart. sed ꝙ transeant in fiscum non est verum immo potius liberarentur liberti a iure patronatus,ita formaliter tradit Bal.quem ibi sequitur Alexan.in apostilis,in illa l.j.C. de bo.liber. & sequitur ibi Saly.quando videlicet tale ius patronatus non proueniebat ex persona patris delinquetis,sed ex ꝑsona antecessorũ.& est lata differẽtia inter illa iura patronatus q̃ nõ possunt filijs incapacibus acquiri,et inter ius fideicõmissi q̃d debet agnatis,q̃ nõ possunt effici incapaces ex deli-
2 cto agnati†vnde ꝓhibitus alienare expresse vel tacite non videtur delinquendo in fiscum potuisse bona subiecta fideicommisso transferre text. formalis in l.Imperator.ff. de fideicommissa. liberta.vel saltẽ per iura quę author deduxit vnũ debere transire cum onere suo, & traditur etiam in l.cum pater.§.hæreditatem.de leg. ij. expresse loquens in fideicommisso, illa ratione, ꝙ bona illi subiecta non possunt transire in herede extraneũ,quod non transeant in fiscum per multa iura & authoritates quas allegat.concludit Alexã. in consi.lxviij. incip. oportune consideratis, secunda & tertia colum. volu. iij. rationes suas longum esset transcribere, videri possunt, vltra illa iura facit quia quando fit translatio etiã in pœnã legati de vna personã in alterã illa semper fit cũ onere suo l.Caio.l prin.ff.de alimẽ.& cibarijs lega.vbi no.Bar.idem Bar.in l.legatum.ff.de adimen.lega. Confirmatur,& maxime quia in Gallia feuda sunt redacta ad instar rerum patrimonialium,

nialium, vt dicit Petrus Iacobi. in libellis suis in titu. de conditione ex moti, & voluit Ioã. Fab. in auth. ingresi. C. de sac. sanc. eccle. & hanc etiã consuetudinem Franciæ generalem refert Ias. in l. de quibus. ff. de legib. vbi dicit † ꝙ vltra montes consuetudine generali obseruatur, ꝙ posit quis de bonis feudalibus ita testari, sicut de allodialibus, subijciens id per consuetudinẽ introduci potuisse. allegat Bald. qui hoc dicit in cap. 1. ad fi. principij. quæstio. pe. de succesione feudi. & idem not. Docto. in cap. significauit secundo de rescrip. cum simi. succedit ꝙ vbi vna res redigitur ad instar alterius, in se suscipit qualitates & conditiones rei ad quam adæquatur ita probat tex. not. in l. j. §. j. ff. si quid in fraudem patron. & tex. in l. illud in princi. ff. de donatio. causa mortis. & late tradunt Doct. in l. j. ff. de leg. j. & pulchre Bald. in l. omnia. C. de epis. & cleri. quando enim vna res efficitur ad instar alterius, vt sit bona similitudo, necesse est qualitates quę insunt vni inesse alteri tex. pulcher in l. in testamẽto. ff. de cõditio. & demon. Sicque videretur cõcludendũ ꝙ sicut in rebus allodialibus fideicõmissum non extinguitur per cõfiscationem, ita nec in proposito in bonis feudalibus quæ ad instar rerum allodialiũ, saltem quantũ ad alienationem redacta sunt.

Confirmatur, & fortius ex eo qđ signanter tradit Ioan. Fab. in §. fi. insti. de vsuf. & Io. Raynaudi. in c. imperialem. §. illud. in ti. de prohibita feudi aliena. & Fride. † Vbi quærunt de quæstione si vasallus sub infeudauerit alteri, & postmodũ primus vasallus committat feloniam an feudũ reuertatur ad dominum. & primo dicunt ꝙ videtur ꝙ sic, quia resolutio iure datoris &c. allegant l. lex vectigali fundo. ff. de pig. post. modum distinguẽdo, dicunt ꝙ aut dominus cõsensit aut non, si consenserit non est dubiũ ꝙ non reuertitur, aut non consensit, & tunc reuertitur, nisi is qui habet ius a vasallo, quæ cõmisit feloniã sit paratus seruire priori domino & ab eo feudum recognoscere, ex quo sequitur i proposito ꝙ vbi agnati quibus feudum ex fideicommisso debetur, essent parati seruire priori domino, & ab eo recognoscere feudũ, ipse tenetur illos adimere, non obstante felonia cõmissa per decisionẽ alleg. quæ apponit gladiũ ad radicem, quam sequitur Iacob. de sancto Georgio in suo opere feudorum in verbo dictiq; vasalli. ad fi. iij. col. & principio sequẽtis, quod omnino sine dubitatione procedit vbi vasallus postmodum restituitur, quia tunc secundus vasallus qui ius suũ amisit in consequentiam ex resolutione iuris datoris, in consequentiam recuperat ius amissum, modo non fuerit in alium translatum medio tempore. ita signanter tradit Iacob. de Bel. in capitu. primo. in titu. hic finitur lex contradi. | deinde consuetudines regni incipiunt, quem refert & sequitur Iacob. de sancto Georgio in loco allegato, & præsertim vbi non sunt descendentes, quo casu feudum debet applicari agnatis, & non reuerti ad dominum, etiam si felonia in eius personam commissa fuerat, Et iura quæ dicunt † ꝙ delictum directo in personam domini commissum præiudicat agnatis debent intelligi stantibus descendentibus. tunc enim quia descendentes qui titulo hæreditario deberent habere, capere non possunt, tamen quia proximiores sunt & excludunt agnatos, & ipsi excluduntur a domino, nimirum si dominus excludat tunc agnatos, quia si vinco vincentem te. Secus vbi non sunt descendentes, tunc enim agnati quibus iure hæreditario feudum non obuenit, et sunt capaces, debent admitti excluso domino, hanc opi. mediã tanquam per distinctionem, alias ad concordiam reducentem amplexus est. & in ea persistit Iacob. Albe. in c. j. §. fina. in ij. conclusione in titul. quæ fuit prima causa beneficij amitten. et est æqua opinio, & tanquam media distinguens sequenda l. adeo. §. cum quis. ff. de acquiren. rerum do. & ita eam firmat & sequitur Franc. de Cur. in d. consil. xlix. circa fin. consilij dicens ꝙ est æqua opinio, & ideo his casibus concludendum est feudum non reuerti ad dominum. fateor ꝙ vbi præmissa cessarent, verior videretur conclusio ꝙ fideicommissum extingueretur, & ad id dicendum moueor primum quia testator duntaxat sibi & hæredi suo legem imponere potest, & non domino feudi, vt videlicet feudum non euertatur felonia commissa per eum qui vasallus erit pro tempore, non potuit enim testator nisi successori suo legem imponere, ita Bald. in l. ij. C. de vsucapio. pro empto.

6 Confirmatur, quia non est in potestate † vasalli legem contractus feudalis euertere, ex qua ab initio feudum sub ea conditione datum videtur; vt si vasallus fidelis sit, vt si ingratitudo committatur, feudum ad ipsum dominum reuertatur, & hoc modo per concedentem conditionatum, & ideo nõ possunt alij agnati de hoc cum iustitia conqueri, quia traditioni rei suæ potest vnusquisque apponere legem quam vult. l. legem C. de pac. Ista ergo est quædam lex tacite apposita traditioni feudi. & istud est quod vult dicere tex. in d. c. j. §. fin. quæ fuerit prima causa benefi amittẽ. in illis verbis, vt habeat dominus hanc saltem suæ iniuriæ vltionem, subintelligitur enim in concessione feudi tacita conditio, si primus cui fit concessio, & omnes ab eo descendentes, erunt grati versus dominum, argumen. l. cum quis. ff. de sol. & l. stipulationem. ff. de iu. do. ergo quamprimum aliquis ex descendentibus primi inuestiti committit ingratitudinem contra dominum, cessat tacita conditio, sub qua feudum fuit concessum, ideo non est inconueniens ꝙ feudum ad dominum reuertatur argu. l. primæ. C. de dona. quæ sub modo. Et hanc rationem formaliter assignat Franc. de Cur. in suo opere feudorum, in quinta parte in principio, & eandem rationem assignat Salyc. in l. ij. C. de liber. & eorum libe. Bald. in l. le. xij. tabu. C. de legib. here. vbi dicit ꝙ agnati priuantur propter legem contractus. & idem Bal. sentit eandem rationem in dicto capit. j. §. fina. quæ fuerit prima causa benefic. amitten. vbi etiam dicit ꝙ ista reuersio fit ex lege contractus. Et confirmatur & fortius, † nam contractus feudalis est quidam innominatus contractus. est enim contractus inuentus a consuetudine & nõ a iure ciuili, nunquam enim fuit cognitus ciuibus romanis, quia si cognouissent,

sent, habuissent illum exosum, quia quandam seruitutē sapit. ita Bal. in c. quæ in ecclesiarum. de cōstitu. Quia omnes cōtractus quos consuetudo inuenit, vt contractus feudi, quia nomen vsuale habet magis adherent contractui innominato ꝙ nominato, ita Bald. in rub. C. de rerum permuta. Idem Bal. in l. fina. §. q. C. quando liceat ab empti. disce. Idem Bal. in c. fin. col. fi. de causa possessio. & pro prie. & sic videtur quidam contractus correspectiuus quales sunt contractus innominati, videlicet do feudum vt facias, idest vt sis fidelis. & ideo vbi ex parte vassalli non adimpletur contractus ex capite causæ non secutæ, repetitur res, succedit ꝙ vbi ex lege prioris contractus introducitur illius resolutio, omnia onera medio tempore imposita tolluntur. tex. est quadratus in l. iij. ad princi. ff. quibus modis pignus vel hypothec. solui. tradit expresse Bart. in l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. & in l. ij. ff. de in diem addictione. cum simi. Et iste rationes sunt longe magis vrgentes, quam quæ per authorē deducuntur, tñ, vt dixi, nō procederent in casibus præmissis, debet ēt temperari procedere hæc cōclusio, qñ sententia lata contra vassallū fuit lata ex veris probationibus, secus si ex ficta confessione insurgente ex contumacia & 8 banno, † licet. n. sententia lata cōtra condemnatū noceat substitutis vel alijs qui possunt prætendere ius in consequentiā, vt probatur in l. contractu. ff. de re iudi. & tradit Bart. in l. in diem. de aqua pluuia arcen. & sequuntur omnes in l. filiusfamilias §. diui. de leg. j. nec requiritur illorum citatio, per, text. singularem in l. prima. §. denuntiare. ff. de ventre in possessionem mittendo. tamen moderatur quando ferretur sententia ex veris probationibus, secus si ex ficta confessione resultante propter contumaciam vel bannum. ita formaliter tenuit Bartol. in l. cum filius. ff. de verbo. obligatio. quem ibi communiter omnes sequuntur, & idem tenuerunt Dynus & Raynerius in l. prima per illum tex. ff. quando ex facto tuto. Bald. & Salyc. in l. j. C. ne filius pro patre. Alberi. de Rosate in opere statutorum quæstio. cclviij. Nellus de sancto Geminiano in tractatu bannitorū in secunda parte q. xxxiiij. & probatur optime in l. qui repudiantis. ff. de inoffic. testamen. quem ad hoc deducunt Imo. & Alexand. in l. sepe. de re iudica. & multa congerit Felyn. in c. cum Bertoldus eod. titu. Secundo debet temperari & intelligi vbi videlicet agnati essent citati saltem per proclama generale, secus si nullo modo, quia tunc non præiudicaret. ita tradit Bar. in extrauaganti, ad reprimēdum. in verbo, per edictum Bald. in l. si eo tempore. C. de remissio. pigno. Ang. in l. si perlusorio. ad princ. ff. de appel. Sozi. in d. l. cum filius, Moder. repeten. in d. §. diui. & est cōis conclusio quam in propria materia feudali firmat summus feudista Andre. de Iser. in c. si vasallus. in tit. si de feu. fue. controuer. inter dominum & agna. vas. vbi concludit. ꝙ si feudum antiquum erat pœnes vnum de agnatione, sententia cōtra aliū lata nō nocet alijs agnatis nullo mō citatis, & ita in hac quæstione cōcludo salua cuiuslibet rectius sentiētis correctione.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum quòd semel per confiscationē extinguitur, an reuiuiscat si restitutio sequa̅t.*
2 *Iniuria pacto sublata, pacto subsequenti non potest reintegrari.*
3 *Beneficium ciuilitatis quòd per bellum aufertur, pace subsequuta belli remotiua redintegratum non censetur.*
4 *Restitutio sui natura in statum pristinum reponit omnia.*
5 *Ciuis quia restituitur semper ciuis retro fuisse fingitur.*
6 *Exhæredatio per patrem facta eo ipso extinguitur, & reuocatur cum causa illius inductiua remouetur.*
7 *Restitutio omnia in pristinum reponens statum ad personas extenditur quæ in principalis consequentiam puniuntur.*
8 *Restitutione sequuta actiones contra restitutum reuiuiscunt.*
9 *Filio capti ab hostibus ante patris reditum obeunte, fingitur pater reuersus retro filium habuisse in potestate.*
10 *Restitutio etiam in tertii præiudicium retrotrahitur in iure sibi quæsito.*
Mens concedentis colligitur qualis fuerit ex verbis supplicationis.
11 *Princeps in dubio præsumitur vsus iure communi, non gratia speciali.*
12 *Qualitas accidentalis quando magis attendatur quam naturalis.*
13 *Feudi natura alteratur per verba pro te & successoribus &c.*

Quæstio. IIII.



1 QVARTA questio nūc se offert, an videlicet † fideicōmissum semel per cōfiscationē extinctum, secuta restitutione reuiuiscat, & hāc qōnem vltra deducta per authorē ad vtraq; parte examinare statuti, & pro parte negatiua ꝙ ius fideicōmisi extinctum nō reuiuiscat, accedit primū iuris conclusio, quæ habet ꝙ subsequens dispositio ex intellectu non inducit repetitionem eorum quæ in prima dispositione sunt d. l. per retentionem. C. de vsucap. l. si tibi certam. ff. de adimen. leg. l. cum pater. §. pater certam. ff. de leg. ij. cum simi. Secundo quia si qualitates adiecte dispositioni primo duranti nō possunt intelligi repetite in dubio in dispositione secunda, in quam illius primo tunc durantis facta est translatio. l. nouatione. ff. de noua. l. labeo. §. si. ff. de arbi. l. si cum hermes. C. locati. l. valerianus. ff. de præto. stipul. cum. si. Consequens est,

vt multo minus qualitates onerose hmõi adiecte feudo quas superueniens felonnia totaliter extinxit non intelligantur repetite in hac restitutione sequenti. In quam non potest videri translata defuncti liberalitas inductiua fideicommissi omnino extincta per confiscationem. Tertio probatur, quia id renouatum quod de per se non est causa fideicõmisi non potest inducere eiusdem fideicommissi iam extincti renouationem. ad hoc tex. ad propositum valde notabilis licet vulgaris, in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. versi. sed si pactum. 2 † dicens iniuriam pacto sublatam nõ posse pacto subsequenti reintegrari. & subijcit rationem formaliter sic, non enim ex pacto iniuria nascitur, sed ex contumelia. ita igitur in proposito nostro ipsum fideicommissum quod non inducit principis beneficium, sed voluntas defuncti, non debemus dicere reintegratum ex restitutione. Quarto qa est notissima iuris regula quod sublatio cause præcedentis actus sublatiuę de per se solum actum iam sublatum non reintegrat sed opus est nouo contractu quãdoq; voluntario, quãdoq; coacto, prout sunt casuum diuersitates, vt patet in l. si quis accepto. ff. de condi. ob cau. & in l. metum. §. ex hoc edicto. ff. quod met. cau. l. ob eũ. ff. de præscriptis verbis. & in l. cum mota. secundum vnum intellectum. C. de transactioni. posset etiam ad id adduci materia. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obliga. l. deferre. §. fin. cum l. seq. ff. de iure fis. l. quod in rerum. §. fin. ff. de lega. j. cum si. Quinto adduco aliud fundamentum magis astringens in simili. quod punitur in l. ij. C. de libe. & eorum liber. vbi probatur 3 † ꝙ beneficiũ ciuilitatis ablatum per bellum, subsecuta pace remotiua belli nõ censetur reintegratum, quam ita ponderat Ludo. de Roma. consi. ccccclix. incipien. in proposita cõsultatione. & est bonus text. in l. cum seruus. ff. de alimen. lega. vbi legatum extinctum per alienationem factam de re legata, non reconualescit eadem re per testatorẽ recuperata, cui non obstat ꝙ cessante causa &c. nã ex quo extinctio semel operata est suum effectũ, non debet reconualescere fideicommissum, licet postmodum cesset causa extinctionis. tex. no. in l. fin. ff. vnde liber. per quem dicit Bart. in l. titia. §. imperator. ff. de leg. ij. ꝙ donatio reuocata per superuenientiam liberorum, non reconualescit, licet postmodum tollatur causa extinctiua, vt pote, quia filij suspecti decedant superstite parente. Sexto & vltimo adduco decisionem Ang. formatam in illa l. debitor. C. de sen. pass. vbi dicit respondendo ad legem, qui res. §. aream. ff. de solutio. ꝙ illa lex tertia intelligitur vbi bona transierunt in fiscum cũ onere suo, quia tunc non censetur omnino extinctum debitum, & ideo nimirum si ad illa restitutus teneatur ad debita, a contrario sentit ꝙ vbi bona non trãsissent cum onere suo, ꝙ tunc restitutus reincideret in pristinam obligationem, & hęc sunt quę reuera iudicio meo non parum astringunt.

Quibus tamen non obstãtibus, quæ reuera non obstant, cõtraria conclusio verior & tutior de iure videtur & accedit primum 4 † quod restitutio sui natura omnia reponit in pristinum statum per iura quæ supra deduxi in ij. quæstio. qua ratione fideicommissum extinctum per confiscationem, suscitari per restitutionem. decidit expresse Ludo. de Roma. qui non est leuis authoritatis, in consi. ccxlvij. incipien. primo dicitur. ad prin. ij. col. Secunda facit, quia restitutio ęquiparatur fictioni postliminij, & retrotrahitur, & perinde haberi debet, ac si nunquam felonia esset commissa. tex. optimus ad propositum in l. si quis filio exhæredato. §. pen. ff. de iniusto ru pto irrito facto testa. & quod restitutio retrotrahatur. firmant expresse Angel. & Imo. in l. si alienũ. §. in extraneis. ff. de hæred. instit. & ibi clarius Pau. de Cast. post Bal. vbi dicunt ꝙ vbi restitutus bona recuperat simpliciter restitutio trahitur retro, nisi agatur de præiudicio tertij, licet Bar. contrarium senserit in d. §. pe. l. si quis filio exhęredato, & hanc sententiam ꝙ omnino retrotrahatur firmat solennis doc. Caro. Ruinus in repe. §. & quid si tantum. l. gallus. de libe. & post. Tertio adduco in simili deci. Rogerij de Peru. in consi. incipien. punctus paulutius. posito inter consilia Bald. consil. lxiiij. in v. par. vbi dicit 5 † ꝙ restitutus ciuis semper fingitur fuisse retro ciuis, eo quod restitutio retrotrahatur, & idẽ sequitur Frã. Tigri. in consilio seq. pro quo allegat bo. text. in l. aristo. ff. de manu. testa. ita, & vassallus remissa felonia retro semper debet fingi fuisse fidelis. Quarto facit, quia iura in alium translata quæ fuerunt ablata condemnato ministerio iuris duntaxat secuta restitutione recuperantur, vt est tex. formalis, in l. siue patronus. in princi. ff. de iure patro. & tex. in l. fina. C. de senten. passis. & firmat Bald. in dicto. §. & quid si tantum idem Bal. in c. domino guerram. in titu. hic finitur lex corradi. & idem Bal. in tit. de pace constan. in verbo priuilegia, & omnes nemine discrepante in dicto. §. & quid si tantu. & tamen eo casu ius respectu condemnati erat omnino extinctum, & maxime in casu l. si. C. de sen. pas. vbi filius per deportationem patris omnino erat exutus a patria pote. & tamen illud ius iam extinctum in præiudicium tertij, quia duntaxat ministerio legis sine facto hominis per restitutionem suscitatur. si igitur respectu condemnati restitui suscitatio iuriũ extinctorum locum habeat, a fortiori quantum ad alios. quippe fictio retroctatiua, quæ illud operatur, fundatur super maxima ęquitate, vt late declarat Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. sed longe maior equitas versatur respectu tertij qui non deliquit, & qui miseratione dignissimus est, quam respectu delinquentis. igitur &cęt. Quinto facit ꝙ singulariter tradit Bartol. in l. iiij. per tex. ibi. ff. de adimen. lega. vbi eleganter 6 inquit † ꝙ exhæredatio facta per patrem eoipso extinguitur & reuocatur ꝙ causa illius inductiua tollitur & remouetur. sic & in proposito, sublata per restitutionem principis felonia, causa inductiua extinctionis fideicommissi extinctio cessare debet, & fideicommissum suscitari. Sexto & fortius ꝙ restitutio trahatur ad omnes qui fuerunt puniti in consequentiam, & quorum iura fuerunt

ra fuerunt resoluta resoluto iure vasalli committentis feloniam, deduco decisionem expressam Iac. de Belui. in c. j. in titu. hic finitur lex Corra. & Iacobini de sancto Geor. in suo opere feudo. quos allegaui in quæstione præcedenti qui formaliter volunt ꝙ per restitutionem eorum iura suscitentur quæ ex resolutione extincta fuerant, quæ decisio habet magnam æquitatem, & apponit securim ad radicem. Septimo adduco tex. formalem ad hoc a nemine ponderatum. in l. fi. ff. de senten. pas. vbi tex. formaliter vult ꝙ restituto principaliter damnato, restituitur is qui in consequentiam punitus fuit, & ita intelligit ibi gl. fi. Octauo & vltimo adduco decisionē ad propositum singularem Saly. in l. castitati. j. col. C. ad l. Iuli. de adul. vbi singulariter decidit, ꝙ eo † quod restitutio omnia reponat in pristinum statum, trahitur etiam ad personas, quæ in consequentiam principalis puniuntur, sicut in casu subiecto. & proprie tex. in d. l. si debitor. C. de sen. pas. quam author allega. decidit casum. Nec obstat ꝙ Ang. ibi dicere voluit ꝙ illa l. habet locum ubi bona transibāt in fiscum cum onere suo, nam reuera, salua pace tanti doctoris dixerim, non est verum. & ad eum confundendum ego adduco tex. singularem, quem nemo ponderat in l. ij. ff. de senten. pas. & restitutis, vbi vult tex. ꝙ licet simpliciter restitutus sine bonis non reincidat in pristinam obligationē, tamen si bona restituantur, reincidit, ita ꝙ si vellet dimittere bona, non posset se exuere obligationibus. ex quo formaliter infertur ꝙ obligatio personalis suscitatur, et tamen non principaliter ratione commitantiæ obligationis ad bona restitutus reincidit in pristinam obligationem, quia si duntaxat illa ratione dimittendo bona liberaretur ꝑ l. ij. ff. quod cum eo. cum simil. vulg. & ideo gl. ibi singulariter dicit quod illud est ideo ꝙ ille in pristinum statum reponitur & non alia, ergo sequitur ꝙ respectu rei non tenetur. nec illa est principalis ratio ꝙ bona transissent cum onere suo, sed eo ꝙ in pristinum statum omnino reponitur, quando recuperat bona, vnde ex quadam æquitate lex non vult ꝙ damnatus restitutus teneatur, nisi bona recuperet. nimirum quia bona intelligebantur deducto ere alieno, & vbi non transissent cum onere suo dico ꝙ remaneret obligatus damnatus, saltem naturaliter. sicut dicimus in seruo qui remanet obligatus naturaliter, sed quando creditores possunt habere regressum contra fiscum, nimirum si tunc liberetur condemnatus. in vltimis autem voluntatibus quin hæredes sint obligati ex quasi cōtractu acceptando hæreditatem nemo est qui dubitet, quia sunt iura vulgaria. Ad aliud fundamētum, dum dicitur ꝙ res semel extincta &c. Respondetur ꝙ fictio retrotractiua restitutionis istud operatur, quæ quantum ad effectum facit quod non censeatur extincta ab initio obligatio. ad hoc deduco text. singularem in l. iij. ff. de senten. pas. vbi vult tex. † ꝙ secuta restitutione actiones directæ contra restitutum reuiuiscunt, & tamen nisi fingendo nunquam fuisse extinctas non possunt suscitari directo, sed duntaxat vtiliter, vt not. Doctor. in dicta l. inter stipulantem. §. sacram. & sic consequens est vt restitutio quæ retro fingit, tollat omnino causam extinctiuam etiā quantum ad effectus præteritos, quod sine dubio princeps facere potest, vt dicit glo. sing. in clem. j. in verbo, pro infectis de immunita. ecclesiarū, & propterea Bal. in l. imperialis. §. j. C. de nupti. dicit per tex. ibi ꝙ restitutio purgat omnem maculam, eo ꝙ omnia reponat in pristinum statum.

Nec obstat si dicatur quod fictio retrotractiua non potest habere locum hoc casu, eo quod medio tēpore superuenerit inhabilitas propter omnimodam extinctionem fideicommiss. nam respōdetur ꝙ inhabilitas quæ concernit consequentia & non principale, & non impedit fictionem translatiuam retrotractiuam, etiam quantum ad illa consequentia, cum multa concedantur in cōsequentiam, quæ principaliter non conceduntur l. j. in fin. princip. de authorita. tutor. l. quoties. C. de iudi. c. de prudentia. de donatio. inter virum & vxor. hæc limitatio probatur in l. si liber homo. §. si seruus. ff. ad legem Aquil. & in l. penulti. ff. de suis & legiti. hæredibus, vbi habetur † quod si filius capti ab hostibus decesserit ante patris reditum demum pater reuertatur, fingitur retro filium habuisse in potestate, & ideo omnia bona filij applicantur ei iure peculij, & tamen tempore quo pater redijt extremum a quo non erat habile, cum filius esset mortuus & ratio est. quia illud extremum veniebat in consequentiam, & ideo illius inhabilitas non consideratur. & istam limitationem ponit Bartol. in l. fina. C. de senten. passis. Ioan. de Imo. & Raphael Cuma. in d. l. si is qui pro emptore. sic intelligentes text. in l. sed & si quis stipuletur. §. j de vsufru. & ita resident.

Ad fundamenta quæ pro contraria conclusione per authorem tractatus adducuntur. & primo dum dicit ꝙ restitutus non videtur amplius possidere bona recuperata iure hæreditario, sed ex superuenienti restitutione, & beneficio principis, quodq; ex beneficio principis fideicommissum non inducitur &c. Respondetur ꝙ auctor falsum præsupponit, ꝙ videlicet bona recuperata non habeantur iure hæreditario; quia vt dictum est illa restitutio retrotrahitur, nec aliquid de nouo dat, sed omnia reponit in pristinum statum, ita vt reddita bona non nouiter concessa videantur. Nec obstat pariter aliud fundamentum in quo dicitur ꝙ res semel alienata perpetuo durat alienabilis, nec reincidit in pristinum fideicommissum, & allegatur principaliter tex. in l. pater. § quindecim. de leg. iij. Nam respondetur primo ꝙ ille text. non habet locum in materia feudali. vt est text. singu. quem ad hoc formaliter ponderat Bald. pro limitatione dicti. §. quindecim. in cap. j. de eo qui sibi & hæredi. suis masculis & fœmi. Secūdo respondetur quod ista prohibitio est realis, & ideo non procedit dispositio. §. quindecim, qui loquitur in prohibitione personali. ita formaliter Bar. in l. peto. §. a fratre. de lega. ij. & quod tradit idem Bar. in l. pater filium. §. fundum. de leg. iij.

Tertio respondetur ꝙ hic non fuit facta ali-

qua alienatio, licet enim per delictum videatur fieri alienatio, superueniens tamen restitutio, quę retrotrahitur, fingit nunquam delictum commissum, & in consequentiam alienationem nō fuisse factam, quare suum fundamentum non procedit quod maxime procedit, vbi restitutio esset facta per viam iustitiæ. tunc enim non est dubiū quod trahitur ad omnes in consequentiam. ita Inno. in c. auditis. de præscriptis. Doct. in l. j. C. si vnus ex pluribus. vnde & tunc eo ꝙ omnia reponuntur in pristinum statum. per l. quod si minor. §. Scæuola. 10 ff. de mino. † restitutio trahitur retro etiā in præiudicium tertij in iure sibi quæsito. ita tradit Rapha. Cu. quem sequuntur nouissimi in d. §. & quid si tantum. Nellus de sancto Gemi. in tracta. de bāni. in i. par. iij. temporis. q. xj. & potest dici fuisse factam restitutionem per viam iustitiæ, quādo in præfatione narratiua illius continetur restituendum condemnatum fuisse per contumaciam, quia ex verbis supplicationis qualis concedentis fuerit mēs colligitur, tex. not. in l. j. de diuer. rescri. C. & tex. in c. inter dilectos. §. cæterum, de fide instru. Ioan. de Imo. in l. iudex. ff. de re iudi. & in simili in absolutione tradit Panor. in c. cū pro causa. de senten. excommu. & quod idem tradit in c. ij. de treuga & pa. cum si. Et etiam potest colligi mens principis ex suis proœmiis & pręfationibus l. fi. vbi no. Bal. & Imo. ff. de hære. isti. l. regula. §. licet. & ibi Bar. ff. de iur. & fac. igno. Bal. in c. cū terra. de elec. Alex. in cōsi. vij. incip. visis. & ani-11 maduersis. col. iii. vol. ij. † Et in dubio iure communi præsumitur princeps vsus & non gratia speciali. argu. l. in testamento. C. de test. mili. nam qn̄ factum superioris potest referri ad ius cōe, in dubio semper ita intelligitur, vt not. Bal. in l. bonorum. C. qui admitti. et est doctrina Inno. quam Io. And. Ant. de But. & oēs sequuntur in c. dudum. de decimis. & no. Pau. de Cast. in l. princeps. ff. de legi. cum si. vt tradit Alex. in l. quanquam. C. de testa. mili. et in simili ēt dicimus quod in dubio princeps vr̄ habere respectum ad ius cōe, vt tradit Inno. in c. innotuit. in princ. de elec. Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscri. Pau. de Cas. in l. si testamētum. C. de testa. Panor. in c. ad hęc. de rescri. cum si. & facit l. si qn̄. ad prin. C. de inof. testa. & vbi vtraq; qualitas, iustitiæ videlicet, & gratiæ concurreret, qualitas iustitiæ deberet potius attendi duplici ratione. Primo quia magis fouetur iuri cōi, vt pulchre decidit Bald. in l. si quis decurio. C. de fal. Pet. de Anch. in c. canonū statuta. de consti. & est decisio tex. in l. nam & miles. ff. de iniu. rup. & irri. fac. testa. Secundo quia fauorabilior est, vt dicit Bar. in l. cum quis. in fi. §. si quis pro eo. ff. de solu. & sic magis attendenda. 12 † quia licet alias qualitas naturalis magis ꝙ accidentalis consideretur, tn̄ vbi accidentalis est fauorabilior, illa est attendenda. tex. est peregrinus in l. hæreditatem. in prin. ff. de castrē. pec. si bene inducatur. Dum postremo author tractatus deducit ꝙ vbi sunt apposita ista verba & quibus dederis &c. vr̄ concessa facultas alienandi, esset magna qō, quam ipse non intrauit, an intelligeretur permissa successio ab intestato, nam Bal. formaliter in c. feudum ea lege. si de feudo fuerit contro. dicit ꝙ per illa verba duntaxat censeretur data facultas alienandi, & sub eis solum comprehenditur vera & propria alienatio, & propterea infert ꝙ non comprehenditur illa quæ fieret ex delicto, quia non est propria alienatio l. si quis in tantam. C. vnde vi. ergo & in proposito videtur dicendum ꝙ non comprehendatur alienatio, quæ fit per successionē ab intestato, quia non dr̄ defunctus ꝓprie alienasse, sed a lege defertur. l. lege obuenire dr̄. ff. de verb. sig. & l. iij. §. de illo. ff. ꝓ socio. et improprie ac ficte prouenit a defuncto. l. cō ficiunt. & l. si quis cū nullū. ff. de iure codicillorū, et formaliter Bar. iuncto eo quod dicūt ibi Ang. & Alex. decidit in l. q rome. in §. duo fratres. ff. de verb. sig. ꝙ vbi datur facultas alienādi grauato per eū cui debet fieri restitutio fideicommis. ita demū ꝑiudicat licētia concedenti, si bona fuerint alienata, vsq; adeo ꝙ si nō fuerint alienata debēt peruenire ad concedentē licentiā prout alias per-13 uentura erant, † vnde de illa verba, pro te & successoribus tuis & habētibus cām &c. Nō alterāt, vt dixi naturā feudi in Gallia, cū tacite insit ex consuetudine, scdm quā permissa est alienatio rerū feudalium sicut allodialium. Quia vt dixi in quæstione secunda, expressio eorum quę inherent nihil operatur, & est longum discrimen inter ista verba quibus dederis vel habētibus causam a te, quia per illa verba habentibus causam &c. non videtur esse data aliqua facultas nisi vbi alias illam haberet de iure, nec præsumitur ꝑ ista verba princeps iuri agnatorum derogare voluisse. per iura vulgaria quæ deducere piget, & ita concludendum puto, saluo semper saniori iudicio.

SVMMARIVM.

1. *Pœna incapacitatis per legem, quisquis inflicta filiis, an locum habeat in filiabus.*
2. *Dispositio odium irrationabile continens, nullatenus extendi debet.*
   Statutum vni pro alio pœnam imponens, irrationabile dicitur, & iniquum.
3. *Constitutio quæ punit vnum pro alio est iuri naturæ & diuino contraria.*
4. *Statutum dictans filio rebellium de ciuitate expellendos, ad filias non est extendendum.*
5. *Filię nō cēsent̄ cōprehēse sub filiorū exheredatiōe.*
   Priuatio nunq̄ inducit̄ nisi specialiter exprimat̄.
6. *Pœna incapacitatis filiorum quoad extraneorū successiones, non debet ad filias extendi.*
   Salycetus fuit excellentissimus doc. & præcipuus veritatis inuestigator, cuius opiniones plerumque medullam iuris continent.
7. *Verba quæ in dispositione odiosa opponuntur, ad alia non extenduntur.*
8. *Titulus institutionis respectu hæreditatis parentum, est honorabilis.*

Hæresis

Quæstio. V.



1 QVINTA quæstio quæ proponitur in hac materia est, num † videlicet pœna incapacitatis filijs inflicta per l. quisquis. habeat locum in filiabus. et breuiter quicquid dixerit author tractatus, vera cōclusio est ꝙ pœna illius legis, quisquis. non trahať ad filias nisi duntaxat inquantū exprimitur, nec sub nomine filiorū quibus pœna incapacitatis, quantum ad omnem successionem infligitur, filiæ possunt censeri comprehensæ. Primo ista cōclusio cōprobabitur autho. scribent. Secundo deducentur rationes. Tertio respondebitur ad argumenta deducta per authorem.

Et primo ꝙ in illa l. quisquis. sub filiorum appellatione nō cōprehēdantur filię dicit formaliter Bar. in l. j. ff. de verbo. signi. sequuntur Bal. Ang. Saly. & Franc. de Aret. in l. quicunque. C. de ser. fugit. Imo. in l. si ita scriptū. de leg. ij. & ratio est secūdum eos, quia licet alias in materia pœnali fiat extēsio de persona ad personā, vt in l. si quis id quod. alleg. per authorē, & in multis alijs locis, habet locū, nisi odiū sit irrationabile, quale dicūt esse in casu dic. l. quisquis.
2 ꝙ videlicet vnus puniatur pro alio. † et ideo quia irrationabile odiū cōtinet, nō debet aliquatenus fieri extēsio, & ita ēt pulchre cōsulendo concludit Phil. Deci. consi. lxiiij. inci. et diligenter &c. col. ij. & idem expresius firmat Franc. de Are. consi. xxxix. per totū & quod cōtineat odiū irrationabile adduco primū quod Cy. dixisse signanter refert l. lege corn. ff. de vul. ꝙ statuta & constitutiones quibus pater pro filio, vel econtra filius pro patre punitur, sapiunt quandam tyrannidem. idē Bal. in l. dotis. C. de iure do. dicit ꝙ statuta quę imponunt pœnam filijs pro patribus, sunt valde dura & rigorosa. & idē tradit Ang. in l. sancimus. C. res inter alios acta. dicit ꝙ statutū imponēs pœnā vni pro alio, licet sit tolerabile, tñ non est laudabile, sed valde iniquū. & ideo idē Bal. in auth. si captiui. C. de episco. & cle. dicit ꝙ statutum quo vnus tenetur pro alio, nunquam tanquam odiosissimum debet extendi maxime qñ pœna corporalis vel infamie, vt in proposito imponitur. nam ēt si expresse hoc vellet nō valeret tanquā iniquissimum & irrationabile. dictat enim ratio naturalis quod gesta debeant ad authores suos restringi: & non extendi ad alios qui culpa carent, & ideo idem Bal. & Salyc. in d. rub. res inter alios acta.
3 † dicunt tales constitutiones esse contra ius nature & diuinū. & dicit formaliter Soci. in l. cum filius. ff. de verb. sig. ꝙ vbi reperitur talis constitutio, licet valeat, tñ non pōt negari quin sit valde dura & exhorbitans, eo quod tendat in præiudicium non delinquentis. & est bene notandum ꝙ Bal. & Saly. in d. rub. res inter alios acta. equiparant pœnā infamie pœnæ corporali, pro qua ęquiparatione facit tex. formalis in l. iusta. ff. de manumis. vindi. & quod Bal. singulariter tradit in l. j. C. manda. ex quibus firma resultat conclusio, ꝙ constitutio dictans vt vnus puniatur pro alio, filius videlicet ꝓ parte, est valde rigorosa & exorbitans ab ęquitate naturali & a iure diuino, quare strictissime est interpretanda, nec debet fieri aliqua extensio. Secundo adduco ꝙ videlicet vbi diuersa ratio militat in filiabus ꝙ̄ in filijs, nunc nunquam dispositum in illis trahitur ad filias. ita singulariter Bal. tradit in l. seruus. C. cōia de success. sed in casu subiecto diuersa ratio militat, quippe in filijs. l. quisquis. dicit exempla criminis paterni metu, in filiabus dicit illas esse minus ausuras, nimirum quandoquidem filij ad bella ineunda proditiones faciendas habiles & apti esse possunt, filiabus vero arma deferre, proditiones conspirare sexus fragilitas non permittit. propterea Bald. in l. illa quicunq;. de ser. fugi. dicit
4 † ꝙ si statuto caueatur vt filij rebelliū expellantur de ciuitate, non extēditur ad filias, quia cessat ratio. nō enim propter sexus fragilitatem, ita ausuræ præsumuntur, vt docet experiētia naturalis. vnde prout est in textu verbum metuuntur, delictum præsumptum filiorum punitur, quæ præsumptio, vt dixi, cessat in illis, ergo sub filiorum appellatione non potuerunt comprehendi, nec pœna filijs imposita potest dici repetita in filiabus.

Tertio confirmatur præmissa, quia vbi cōstitutio loquitur discretiue de filijs, & filiabus, tūc qđ dicitur in filijs nunquā extēditur ad filius, ita singulariter tradit Bal. in l. in multis. ff. de sta. homi. sed in proposito lex illa, quisquis. loquitur discretiue de filijs & discretiue de filiabus, ergo non possint in dispositione filiorum intelligi comprehensæ. Ex quo ēt sequitur ꝙ attento quod habent specialem determinationem non debet fieri repetitio eius quod dicitur de vno in altero per text. ad hoc no. in simili in c. cum dilecti. de dona. quē ibi ad hoc ponderant Card. & Imo. Bald. in c. secundo

cundo requiritis.de appell.& in l.j.in fi.C.de legi. hæred. Quarto & expresſius deduco quod voluit glo.in l.ſi ita. in verbo, natus. ff. de iniuſto. rup.quam ibi ponderat & ſequitur Io.de Imo.quę 5 eleganter voluit.† quod ſub exhęredatione filiorum non cenſetur eſſe comprehenſe filię & ſic in propoſito,ſub excluſione filiorum ab hæreditatibus extraneorum, non debent cenſeri. eſſe comprehenſe filię, cum ſpecialiter excluſe non reperiantur. Quinto facit quia in materia excluſiua. punitiua & priuatiua,qualis eſt iſta,quod non eſt ſpecialiter expreſſum non inducit priuationē, vt pulchre tradit Bal.in l.chirographis.C.ſi cer. pet.&t vbi maior verſaretur ratio. ita pulchre idē Bal.in auth.ex teſtamento.C. de ſecun. nup. per tex.in.§.cum igitur in auth.de non eligen. ſecun. nuben.col.j.cum ſi. Sexto & vltimo confirmatur, nam cum quantum ad excluſionem illa.l.ſit valde odioſa,non debet fieri aliqua extenſio.vnde dicit ibi ſingulariter Ang.prout eum refert Soci.in conſi. cclxxv. quod habuit quæſtionem in Romandiola,in qua conſuluit quod filij non prohibeantur capere ex teſtamēto parentum , qui nō deliquerant, licet lex prohibeat illos capere ex teſtamento extraneorum , eo quod expreſſe non prohibeat ex teſtamento parentum,& &t quia val de odioſa ſit non debet fieri aliqua extenſio, qua 6 ratione motus Saly.tenuit † pœnam incapacitatis quantum ad ſucceſsiones extraneorum nō debere extendi ad filias,qui in hoc non habet contradicētem,& eſt magne authoritatis. de quo exclamat Pe.de Anch.in c.canonum ſtatuta.de conſti.dicens ꝙ Saly.fuit excellentiſsimus doctor,& præcipuus veritatis inueſtigator,& quod eius opiniones ſolent cōiter continere medullam iuris , quem etiam ſecutus eſt,vt refert author, Ang. Areti.& iſti duo non habēt aliquem contradicentem, quare in materia pœnali, vt infra latius dicetur, & ſequenda eſt eorum opinio. cum quibus tamen ſunt omnes doct.quos deduxi ſupra in princ.

Supereſt nunc ad argumenta in contrariū adducta reſpondere. Et primo adducitur ꝙ.§.ad filias loquitur limitatiue, & diſpēſatiue, nam reſpondetur quod non eſt verum quod loquatur limitatiue.nam reſpondetur,immo eſt diſpoſitio ſeparato de per ſe quæ fit in filiabus & licet limitatiue loqueretur,non propterea ſequitur quod diſpoſitio §.præcedentis amplietur,in vi cōprehenſiua vltra ſuam ſignificationem , vt Bart. tradit in l. generali.§. vxori. per text. ibi.ff. de vſufr.lega.nec obſtat pariter & diſpenſatiue loquatur, quia immo vt dixi , eſt diſpoſitio ſeparata.& poſito ꝙ diſpenſatiue loqueretur , eſſet verum reſpectu hæreditatis materne ,vt videlicet non obſtante quod imperator illas ab ea hæreditate excludat tamen reſeruat eis certam portionem.Non valet pariter argumentum ſumptum ex tex. in verbo, nec iure hæreditario. ad inferendum ꝙ filię ſint incapaces tituli hæreditarij,nam verum eſt reſpectu ſucceſsionis materne,ad quam 7 duntaxat verba illa referuntur . † quæ cum ſint appoſita in diſpoſitione odioſa , vt dictum eſt, & infra latius dicetur non debet extendi ad alias ſucceſsiones. Nec valet dum dicitur ꝙ ſi reſpectu ſucceſsionis materne incapaces ſint filiæ,quæ magis eis debetur,a fortiori reſpectu ſucceſsionis extraneorum . Nam reſpondetur ꝙ quando ratione alicuius in dignitatis inducitur incapacitas,magis ſolet induci reſpectu ſucceſsioni parentum ꝙ̄ extraneorum, quibus eſſet quodammodo pœna non poſſe relinqueret, vt videmus in filijs ſpurijs,qui a parentum excluduntur ſucceſsione, & tamen non prohibentur ſuccedere extraneis vel cognatis &c.l. hac parte.ff.vnde cogna.cum ſimi. Secundo ſi argumentum de maiori ad minus non habeat locum in diſpenſationibus ſimpliciter odioſis,vt eſt dictum ſingulare Hoſtien.in c.poſtulaſti.de reſcrip.vbi ſequuntur omnes, a fortiori in hac materia quæ eſt maxime odioſa, pœnalis,& correctoria tale argumentum procedere 8 non poteſt,& minus valet dum dicitur† ꝙ titulus inſtitutionis eſt honorabilis. de quo potuiſſet allegare tex. formalem in l. filium.§.ſed ſi portio. coniuncta glo.in verbo.pleniore.ff. de lega. præſtan.nam illud proprie procedit reſpectu hęreditatis parentum.eſſet enim ſatis dedecorum ſi non nominaretur hæres patris,pręſumereturq; ingratus,quæ conſideratio nō cadit reſpectu extraneorum.reſpectu quorum ad paria iudicantur titulus inſtitutionis vel alius, quia ceſſat illa conſideratio particularis,vt not.doct. in l. ſi quis priore.ff. ad trebellia. nec pariter obſtat dū dicitur ꝙ tex. in ſui ratione voluit duntaxat per dictionem vt, quæ denotat cauſam finalem,ꝙ filiæ haberent ſolum mediocrem alimoniam, & nō integrum emolumentum, nam ratio ad diſpoſitionē ſuā adaptāda eſt, & ſic reſpectu ſucceſsionis materne noluit imperator quod haberent integrum emolumentum, ſed duntaxat mediocrem alimoniam. quantum vero ad exterorum ſucceſsiones. lex nihil exprimit quare non debet fieri extenſio. vt ſupra dictum fuit.Nec pariter obſtat verſiculus,id quod de prædictis,vbi ſecūdum eum non repetitur verbum filiæ,ſed filij tantum.& ſic ibi ſub appellatione filiorū comprehenduntur filiæ,nam poſſe id negari,vel ſi de filiabus intelligatur, debet intelligi modo præmiſſo. Non obſtant pariter alia argumenta quæ extra textum per authorem adducuntur,quod ſub appellatione filiorum continentur filiæ.& primum adduxit.c.vergentis.in fi.de hęreti.vbi tex.loquitur de excluſione filiorum a bonis patris delinquentis , & tamen nemo dubitat quin comprehendantur filię.nam reuera non poſſum non admirari ꝙ tam debile fundamētum in medium obtulerit. nam cum bona hęretici applicentur fiſco,nimirum ſi filia excludatur, quia de neceſsitate illud ſequitur. alle pariter l. manicheos. in verbo, filios.C. de hęreti. nam idem reſpondetur,vel aliter reſpōdendo dicimus ꝙ, vt 9 in ſequentibus latiſsime dicetur, † lata eſt differentia inter crimen hæreſis , & crimen læſæ maieſt. crimē quippe hæreſis principaliter animam inficit & animam concernit,& eadem ratio infectionis quantum ad animam quæ militat in prole maſculina,militat & in filia,quia quantum ad infectionem animæ non requiritur audacia , & fragilitas

gilitas sexus nihil operatur. secus in crimine læsæ maie. in quo, vt dixi, diuersa ratio militat, ex quo ēt sequitur solutio ad tex. iuris diuini allegatus per authorem. nam loquuntur de punitione delicti concernentis animam, & de punitione spirituali, nec est aliqua comparatio offense dei ad offensam hominis, immo esset quasi hæreticū velle equiparare hominem deo, & dicere ita grauem esse offensam quæ contra illum committitur, sicut contra deum. vt infra latius dicemus. Non obstat pariter tex. in authen. qui. mo. natu. effi. sui. §. pen. nam adhuc istud fundamentum est debilius, quippe eadem ratio omnino quæ militat in filijs, militat & in filiabus, eo ꝙ ex damnato coitu nate sint, quia infectio proueniens ex conceptione per legem damnata, equaliter concernit filios & filias, secus in casu subiecto, vt prædixi. Minus obstat tex. in l. ij. C. de libe. & eo. liber. nam de filiabus ꝙ comprehendantur, nec text. nec glo. nec doc. faciunt aliquam mentionem. & si comprehenderentur, alia ratio reformat pactum, nam vt ibi glo. intelligit in finali solutione, ille text. debet 10 intelligi † quod nati ex his qui sunt redacti in pristinam seruitutem propter ingratitudinem, sunt serui, modo vterq; parentum vel saltem mater sit ancilla, quia partus sequitur ventrem, alioquin volunt ibi glo. & doct. ꝙ filij non essent serui, & si cum ista ratio conceptionis in seruitute eque militaret in filiabus sicut in filijs, nimirum si comprehenderetur. Nec obstat pariter dum dicit author ꝙ ratio quæ habet locum in filijs quæ est, vt pater magis torqueatur propter punitionē filiorū, militat & in filiabus. & ad hoc ponderat text. in d. l. quisquis. in verbo, perire enim debet paterno supplicio. exponit idem ad paternum supplicium. nam ratio expressa in d. l. quisquis. est, quia in filijs metuuntur exempla paterni criminis. in filiabus dicitur minus ausuras confidimus. illa ratio est expressa & non altera, vt dicemus secundū illam igitur duntaxat licet arguere, & nō secundū non expressam, vt late tradit Inno. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. ma. Alex. late in l. si cōstāte. ad prin. ff. eo. ti. bonus tex. in l. cū pater. §. dulcissimis. de leg. ij. & in l. pater. §. fundum. de leg. iij. Et dum dicit ꝙ immo altera ratio est expressa in tex. ibi paterno supplicio, id est ad paternū supplicium. illa expositio, vt vulgo dicitur. est gl. Aurelianeñ. quæ corrūpit tex. nā tex. dicit ꝙ imperiali lenitate donatur vita filijs, qui debēt perire paterno supplicio. & ibi gl. super verbo, paterno. dicit qđ est interpositio, & sic illa verba referuntur ad causam remissionis pœnæ capitalis, quæ fit filijs, & non pro ratione pœnæ incapacitatis prolata sunt, & quia etiam illa verba possunt intelligi paterno supplicio perire debent, id est pœna et supplicium patris debet in eos redundare, & illa est vera expositio, nescio vnde author suam traxerit. vnde cum saltem illa verba possint habe-11 re plures expositiones † eius qđ multipliciter exponitur veritas ignoratur, secundum philosophū. vt refert Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretū. ff. de offi. procon. & lega. & sic non potest argui ex eo, vt deducit late Alexan. post Imo. in dicta l. si constante. & dum postmodum subiiciebat quod expressa ratio in textu militat in filiabus, non est verum, vt supra dictum fuit. Ex quo etiam sequitur solutio ad alias rationes, quas ex aliis iuribus author tractatus trahit ad punitionem filiorum. nam respondetur quod ille rationes nō sunt expresse in d. l. quisquis. ille pariter rationes sunt diuerse, & quando plures rationes assignari possunt, ex illis non potest fieri extensio, vt late concludit Alex. in illa l. si constante. ad prin. ff. solu. matr. & vt inferius subiicietur in criminibus in quibus rationes ille exprimuntur, est longe diuersa ratio. Et dum ex præmissis argumentis author uoluit concludere ꝙ appellatione filij fuerūt comprehensæ filiæ, quodq; ex natura verbi, saltem ex larga significatione, appellatione filiorū cōprehenduntur filiæ, quo casu vbi militat rationis idētitatis potest fieri extensio, allegat aliqua iura, nam ad id multipliciter respondetur. Primo illa regula non habet locum in hac materia odiosa in præiudicium tertij, vt expresse voluit Ioan. de Imol. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. dum allegat. l. patri. ff. ad l. Iul. de adul. Idem Alex. in d. l. si constante. ad prin. Secundo maxima authoris non habet locum vbi simul pœnalis est dispositio & correctoria. gloss. singu. in cle. vt hi qui de ætate & qualitate. quam firmant Imo. & Alexā. in locis alleg. ꝙ sit pœnalis non est dubium, ꝙ sit correctoria iuris antiqui, est tex. in l. eos. ff. ad legem Iul. maiestatis. & in l. iura. ff. de iure patron. quibus expresse probatur ꝙ olim non puniebatur filii in crimine læsæ maiestatis, immo iura patronatus eis reseruabantur, & sic. l. quisquis in hoc corrigit d. l. eos, vt voluerunt gloss. in dictis legi-12 bus. quare non debet fieri extensio. † Tertio respondetur ꝙ illud non habet locum in pęnis inflictis ipso iure, in quibus non fit extensio ex paritate rationis, vt dixi supra in j. q. & in propriis terminis allegaui Sozin. ita tenentem in consil. cclxxv. Quarto et peremptorie esset opus ꝙ militaret eadem ratio, vt ibi dixi, sed eadem ratio in proposito per omnia non militat, & igitur &c.

Non ob. pariter ꝙ materia est fauorabilis, quia interest reipublicæ &c. & allegat doctrinā Bar. nam illa doctrina Bar. salua pace tanti doctoris non videtur vsquequaque vera. causa enim immediata imponendi pęnam, est odium delinquentiū, remota vero est fauor publicus, ad cognoscēdum autem an dispositio sit fauorabilis vel odiosa, attendi debet causa proxima & non remota, secundum Bal. in l. fi. C. de interdic. matrimo. quam rationem assignat Aret. cōtra dictum Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantū. de libe. & posthu. et ēt quidā Moder. repeten. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. pro empto. vbi dicitur ꝙ alias sequeretur ꝙ omnis exceptio esset fauorabilis, cum principaliter vel in consequentiam cōseruat fauorē. quod tamen est falsum l. qui exceptionem. ff. de condi. indebi. & facit bonus tex. pro hac opinione in l. ob id. ff. ad l. Aquil. quod tradit Bar. in l fi. C. vn-13 de vi. † Secundo respondetur ꝙ dispositio pęnalis est fauorabilis reipublicę respectu delinquentis, sed quantum ad filios vt dixi, continet odium

irrationabile, & non debet aliquatenus extendi, immo sapit quandam speciem tyrannidis. quare nimirum si hoc casu non sit fauorabilis, & sic non debet fieri extensio. Non obstat pariter dum subiicitur ꝙ etiam in materia pœnali appellatione filiorum cōprehenduntur filiæ. nam supra plene responsum est quod non habet locum in odio irrationabili, quale continetur in d.l. quisquis. Nec obstat gl. in d.l. quisquis. quæ illam loquentem de patre extendit ad matrem. nam iusta ratione reprehenditur a Salyc. & ab Ange. Aret. & ꝙ illa gl. male loquatur demonstro aperta ratione, nam patet qui habet filios in potestate, nimirum si obliget filios ad pęnam, cum & illos vendere possit in necessitate l.ij.C. de patribus qui filios distraxe. quę vt ibi dicunt omnes Doct. & signanter Bald. & Salyc. non habet locum in matre, habebatq; olim pater ius vitæ & necis in filium, vt dicit text. in l. in suis. ff. de libe. & posthu. ꝙ ius non concedebatur matri, vt ibi traditur. Secundo præsumptum crimen quod punitur in filiis ex pręsumptione exēpli, militat in patre & nō in matre, quippe cū pater tribuat formā in generatione, ab eo filij denominaꝰ, & cū eo dicunt eadē substātia, nec dicunt diuersi a patre. vnde vna & eadē caro cēsentur, secundū philosophū. et tradit text. formalis in. §. hęc authoritas. xxxv. q̄stione vj. 14 † & propterea dicitur filius esse portio corporis paterni, text. in l. cū scimus. de agrico. & censi. lib. xj. vnaque & eadem persona cum patre reputatur. l. fi. C. de impub. & alijs substitu. quę omnia non habent locum in matre. facit glo. singularis in l. ij. C. qui ætate vel professione se excusant. quæ signanter dicit iura quæ dicunt filium & patrem debere censeri eadem persona non habere locum in eo qui non est in potestate. & glos. sibi contraria in dicta l. quisquis. dicit formaliter ꝙ filius emancipatus non punitur pęna illius legis, ergo respectu matris nunquam punitur, cum mater non habeat filios in potestate. Propterea tex. singularis in l. exemplo. de decurio. lib. x. C. vult, iura quæ dicunt filium a patre denominari debere, & non a matre. quæ iura late deducunt Moder. in c. Raynutius. de testamen. vsque adeo procedere. vt non valeat consuetudo in contrarium, eo ꝙ iure quodam naturali, vt ibi dicunt Docto. illud procedat, qua ratione sanctus Thomas in secunda secundæ q. lxxxij. de articulo non recordor, tenuit formaliter in simili 15 † ꝙ si contingeret aliquem nasci duntaxat ex muliere sine semine viri, ille non esset conceptus in peccato originali, eo quia mater non tribuat formam sed materiam, & multa alia deduci possent.

Non obstat pariter dum dicit quod illa lex quātum ad filios non continet odium irrationabile, nam in principio huius quæstionis multis fundamentis demonstraui contrarium, & allegaui maximos legū vertices ita tenere, & dum dicit quod Deus qui misericors est nonnunquam punit filios propter peccata parentum, nam miror quod iste doctor velit os ponere in cœlum, & punitionem quæ fit occulto iudicio Dei, vult comparare punitioni humanæ, cum nec in punitione nec in offensa sit aliqua comparatio, vt subijcietur. Demum deduxit text. in cap. statutum. & in cap. vbicunque. de pœnis, vbi dicitur ꝙ istud est expressum in crimine hæresis, ꝙ puniantur æqualiter filiæ sicut filij, & quod crimen hæresis, & crimen læsæ maiestatis æquiparantur, per multa fundamenta, quæ deducit in quæstione sequenti nam respondetur 16 † ꝙ videlicet longe grauius est diuinam ꝙ̄ humanam offendere maiestatem l. auctē. gazaros, C. de hæreti. & text. in cap. vergentis. eo. titu. & text. met. in illa extrauag. Feder. quam ipse allegat dum dicit, quanto magis, etiam vult arguere a maioritate rationis, quod argumentum procedit, sed econtra nunquam. & sic arguere econtra, videlicet de crimine hæresis ad crimen læsæ maiestatis, esset arguere de maiori ad minus. Secundo respondetur ꝙ in crimine hæresis ꝙ pœna & eius punitio extendatur. aliæ rationes militant, quę non militant in crimine læsæ maiestatis. Primo, quia illud tendit in fauorem fidei, tunc enim etiam in materia pœnali verba largo modo & improprie intelliguntur, & sic fit extensio. ita singulariter nota. Panor. post. Hostien. in c. ij. in fin. de diuor. Secunda ratio, quia ex offensione diuina, si delicta grauiter non punirentur pestes, terremotus, & alia infinita mala prouenire possent. in auth. vt non luxurientur homines contra naturam. colla. vj. Tertio quia tractatur de fauore animarum, tunc enim debet fieri extensio etiam iuris pœnalis. per illud quod not. glo. in c. sciant cuncti. & in cap. fina. de elect. in vj. & ita tenet do. Abbas in consil. xxij. incip. in quæstione mouenda inter Anto. circa fin. idem tenet Ioan. And. in c. ex tenore. qui filij sint legi. et ibi Panor. reputat singulare, & non tradendum obliuioni 17 † ꝙ constitutio pœnalis debet extendi, & largo modo interpretari, quando emanauit, vt euitentur pericula animarum. idem tenet Geminia. in cap. j. §. fin. in j. col. de homi. in vj. & propterea Alexan. consil. xlij. incip. super. præmisso themate. col. fin. circa fin. j. volumi. signanter dicit, ꝙ fauore fidei & animarum, etiam in materia correctoria fit extensio. sicut enim anima præfertur corpori. ita bona illius præferuntur bonis corporis. & ideo nimirum si quantum ad crimen hæresis, quod est contagiosum, & multos inficere solet, vt periculum animarum euitetur, fuerit introductum, vt pœna extenderetur. & hęc est solutio cui Apollo non responderet Christo. vt verbis vtar Bald. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitutio. potest etiam aliter responderi quod videlicet in illis iuribus comprehenduntur filię, quia expressum est. Item illa iura non loquuntur quantum ad pœnam incapacitatis respectu successionis extraneorum, quare non militant, postremo author tractatus deduxit aliud fundamentum de extrauaganti Federici. vbi ponitur verbum, liberos. & de. l. fina. C. de bonis proscripto. vbi ponitur verbum, posteros. per quæ verba vult l. quisquis. quantum ad vim comprehensiuam verborum filijs esse declaratam. nam quia primis onerata esset hæc quæstio, respondebitur plusquam peremptorie in quæstio. sequen. in qua eadem iura deduxit author pro fundamento suæ opinionis,

opinionis, & etiam respondebitur ad extensionẽ passiuam, quam dicit habere locum in materia correctoria. ad quod etiam responsum fuit plene in prima quæstione circa fin. Ex quibus remanent sublata omnia fundamenta authoris. quibus se Herculis manu clamant abstulisse putabat.

18 † estque consequens conclusio ꝙ pena l. quisquis. quantum ad incapacitatem successionis aliorum ꝙ̃ parentum non trahitur ad filias, & ita intrepide tenendum puto saluo semper saniori iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Pœna legis, quisquis, quæ loquitur in filiis ad nepotes an extendatur.*
2 *Nepos etiam venit appellatione filii.*
3 *Nepos in materia correctoria venit nomine filii.*
4 *Infectio criminis læsæ maiestatis lepra quædam dicitur omnes inficiens.*
5 *Pœna in crimine hæresis ad secundum gradum extenditur.*
6 *Nepotes verè non veniunt filiorum appellatione.*
7 *Nepos nõ venit filii appellatione in materia odiosa etiam in legis dispositione.*
8 *Priuilegium filiis concessum si ad nepotes non extendatur, nec odium.*
9 *Pęna incapacitatis spurii nõ trahitur ad nepotes.*
10 *Nepotes non veniunt nomine filiorum in his in quibus interpretatio stricta fieri debet.*
11 *Auus nepotes ad pœnam obligare non potest.*
12 *Nepotes auo mortuo concepti ad eum nihil spectare dicuntur.*
13 *Nepotes filiorum appellatione continentur filio de medio sublato.*
14 *Verba legislatoris enuntiatiua non disponunt.*
15 *Relatiuũ debet intelligi scd̃m qualitates relati.*
16 *Error pręsumitur quando aliud in referente quã in relato reperitur.*
17 *Collaterales non puniuntur ob crimen læsæ maiestatis.*
18 *Pœnam in crimine læsæ maiestatis ad posteros transmitti qualiter intelligatur.*
19 *Constitutiones extraordinariæ sunt apocriphæ, nec allegari merentur.*
20 *Leges Cæsaris non aliter recipiuntur in Galliis quam quod bonæ sint.*
Rex Francorũ legibus Cæsareis non subditur.
21 *Asperitas dominorũ tẽperanda est, non imitãda.*
22 *Hæresis æquipararī potest crimini læsæ maiestatis, at non ècontrario.*
23 *Lex declaratoria pœnam imponens respectu pœnæ non trahitur ad præterita.*
24 *Punitionis ratio non æquè militat in nepotibus sicut in filiis.*
Causa magis in propinquo operatur quàm in remoto.
25 *Nepos patris imago dicitur.*
26 *Filius & nepos eadem persona censentur.*
27 *Delinquens in seipso punitur, in filiis aut nepotibus puniri non debet.*
28 *Pœna incapacitatis & infamiæ quæ infligitur filiis non trahitur ad nepotes.*

Quæstio. VI.



SEXTO quæritur, an pœna l. quisquis loquentis in filiis trahatur ad nepotes. 1 † pro parte affirmatiua ꝙ pœna l. quisquis extendatur ad nepotes vltra allegata ꝑ authorẽ tractatus facit, quia sicut filius dicitur esse pars corporis paterni, ita & nepos dicitur pars corporis aui, vt eadem proximitas in vno videatur sicut in altero. ita bellissime Bal. inquit consi. xiij. vol. iij. quãtum enim ad naturam certum est ꝙ nepos est ex radice aui, & caro filij, caro patris, similiter de nepote qui deriuatur ab auo nascendi ordine, vnde generatio nepotis est ex genere aui, nec posset naturaliter aliud prouenire sicut semẽ ex semine, & riuulus ex fonte. l. pronuntiatio. §. appellatur. ff. de verborum significatio. ita bellissime Bald. inquit in consilio clxxvj. vol. v. vnde idem Bald. in l. iij. C. de suis & legitimis hæredibus. dicit ꝙ imago patris est nepos, & eandem affectionem quam habet quis in filium præsumitur gerere ad nepotem. textus singula. in l. cum auus. ff. de condi. & demonstratio. 2 † & proprie appellatione filij dicitur venire nepos. d. l. liberorum. ff. de verborum significa. immo de proprio significato. nam proprius sensus vocabuli est ille quem lex ei dat, non quẽ vulgus imperitum assignat, totum significat proprie quamlibet suam partem, sed nepos est pars ipsius filij l. cum scimus. & l. cũ satis, C. de agric. & censi. lib. xj. & respectu naturæ appellatione filiorum continentur nepotes l. tutelas. ff. de capitis diminu. & in dubio verba respectu naturæ proferri videntur l. fi. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. Et quod proprie ex significato naturali appellatione filij veniat nepos firmat Iacob. But. in quadam sua disputatio. quam late refert Barba. in consilio cviij. incipien. Omnipotentem & immortalem Deum. colum. pen. quarto vol. dicens quod hoc procedit ex significatione naturali proprie & vere, & ꝙ nihil est ita verum sicut natura. & alleg. d. l. liberorum, in verbo, natura nos docet. eandem etiam disputationẽ Iacob. Butri. refert Bald. in l. maximum vitium. C. de liberis præteri. vel exhæreda. & in l. Gallus. §. instituens. ff. de liberis & posthumis. & tradit Petr. de Anchara. capitu. primo de constitutio.

stitutio. & in clemen. prima de baptismo. & multa congerit Barba. in consilio x. volumi. secundo. Et saltem non potest inficiari quin ex lata significatione vocabuli nepos veniat appellatione filij. & vbi vnum venit appellatione alterius, etiā sub lata significatione, modo sit eadem ratio, dispositum in vno trahitur ad alterum. ita glos. in cle. j. de rescript. coniuncta glo. in cle. auditor. eod. titu. & gloss. in clemen. j de electio. sed ratio expressa in d. l. quisquis, in nepotibus militat, igitur &c. & hanc sententiam fortius firmat Panormi. consil. 3 lxxxvj. incipiente primo quaeritur vbi dicit † ꝙ etiam in materia correctoria proprie appellatione filij venit nepos. Et hanc etiam conclusionem firmat late & sequitur Barba. consi. lv. & consil. lxiij. volu. ij. vbi plenissime loquitur. sicque videretur concludendū hoc casu nepotes esse comprehensos ex proprietate sermonis; quia in materia quantuncunque odiosa nunquam ea lata interpretatio excluditur, quae ex verborum proprietate insurgit. ita Ange. in l. fi. ff. de constitutio. principum. Pulchre Areti. in l. cum lege, per tex. ibi. ff. de testamen. Calde. consi. j. sub tit. de consanguinitate & affinitate. Confirmatur, quia vt declarat Salyc. in d. l. quisquis, prout in litera est verbum metuuntur praesumptum delictum filiorum puniri, qui praesumuntur imitatores morum paternorum, eo, ꝙ ex sanguine infecto originem trahant, quae ratio aeque militat in nepotibus. nimirum 4 † quia quantum ad id infectio criminis lęsę maiestatis dicitur quaedam lepra quae omnes inficit, & ita aequiparat singulariter Bal. in consi. clviij. incipien. super eo quod quaeritur, ad finem secundae colum. volumi. iij. Et altera ratio scilicet vt retrahatur pater a delicto aequaliter militare videtur, cum aequalis sit ad filium & nepotem affectio & dilectio, vt sentit Richar. Malumb. quem refert Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicommissi. & formaliter tradit Barba. alleg. consi. lv. vol. secundo vbi alia deducit, & latius in allega. consil. lxiij. eo. vol. vnde & nepos immediate dicitur nasci ex corpore aui. vt singulariter inquit Bald. in l. j. C. de condi. infer. sicq; ratio quae militat in filio propter coniunctionem ex radice infecta originem trahente in exemplo haereditarij criminis metuuntur, videtur aequo marte militare & in nepote, cum immediate dicatur ab auo deriuari.

5 Confirmatur. † nam cum in crimine haeresis sit declaratum poenam extendi vsque ad secundum gradum, a fortiori locum habere debet in crimine laesae maiestatis. nam licet grauius sit diuinam quam humanam offendere maiestatem, tamen mitius in poena videtur debere agi cum Deo, quam cum homine l. ij. §. fina. de pollicita. & est dictum singulare Inno. in c. sicut dignum. de homici. & quod tradit glo. singu. in cap. fraternitas. xij. q. ij. cum si. Ex quibus videretur concludendum poenam incapacitatis l. quisquis, extendi ad nepotes, & ista iudicio meo non parum astringunt, & forte magis ꝙ̄ quae in multiloquio per authorem adducuntur.

Sed tamen praemissis non obstantibus quae reuera non obstant contraria conclusio est verissima, & in puncto iuris intrepide tenenda, & pro fundamento veniat primum in 6 aciem communis in iure conclusio † ꝙ regulariter appellatione filiorum non comprehenduntur nepotes vt concludit gl. ordi. in l. filij. ff. de verb. signi. et gl. in cle. j. in verb. liberorū. de baptismo. & ideo ex proprietate sermonis sub verbo filiorum non est vis comprehensiua nepotum. vt notat Bar. in l. liberorum. ff. de verb. sig. vbi alleg. Dy. in l. iusta interpretatione. per illum tex. ff. de verbo. sig. & idem sequitur Bal. in l. maximum vitiū. col. iiij. ver. ex praemissis C. de libe. praete. vel ex haere. & in l. Gallus. §. instituens. ff. de libe. & post. & in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & Pet. de Anch. in c. j. in xlj. col. de consti. vnde in dubio ab ea communi regula & proprietate verborum non est recedendum, praesertim in materia odiosa l. j. §. is qui nauem. ff. de exercitoria, & propterea formaliter ad propositum dicit Ioā. An. in nouella. in c. ad extirpandas. de filijs presbyte. ꝙ si in casu c. statutum. de haereti. in vj. non fuisset expressum de nepotibus, sub appellatione filiorum non fuissent comprehensi, quod reuera apponit gladium ad radicem haesitationis, & ibi sequitur But. idem Ioan. An. formaliter in cap. in 7 quibusdam, de poenis. & non est dubium † ꝙ in materia odiosa etiam in dispositione legis, appellatione filij non venit nepos, ita dicunt Docto. in duabus decre. alle. & idem expresse Bar. in l. ij. §. filius. ff. ad Tertul. Bald. in l. Titius. ff. de lib. & posthu. in l. filius. C. ad Mace. & quod idē tradit in l. sed & milites. ad princ. ff. de excu. tuto. vnde vbi agitur de onere siue odio filiorum nunquā sub illorum appellatione nepotes comprehenduntur. ita expresse Pau. de Castr. consi. clxx. inci. ne in propriis, col. ij. vbi dicit ꝙ appellatione filiorum non veniunt nepotes ex proprio significato, nec ex interpretatione in quacunque dispositione legis vel hominis, quando non tractatur de ipsorū cōmodo sed onere. & istud per literas grossas voluit glo. sing. in authen. de resti. fidei. §. nos igitur. col. ix. quae singulariter dicit prohibitionem alienationis factam filiis, quia onerosa, est non trahi ad nepotes. & idē tradit Bar. in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. j. Bar. in l. Lucius. §. Semproniae. ff. de leg. iij. Alex. cōsi. lvj. incipien. Idronandus. vnde Iureconsultus in l. iij. ff. de excu. tut. dicit ꝙ a significatione sumpta a voce non est idem esse filij & esse nepotis. idem traditur in l. quid si nepotes ff. de testamēta. tut. & §. fi. insti. qui dari tuto. pos. vnde dicit singulariter Bal. in cons. ij. vol. j. ad fi. 8 j. col. † ꝙ si priuilegium concessum filiis non extēditur ad nepotes l. iubemus. C. ad Trebel. a fortiori nec odium, & sequeretur secundum eum aliud inconueniens, ꝙ eadem ratione odium ad omnes extenderetur. vt ff. de postulan. l. j. ad fi. cū seque. quod est falsum secūdum eum, et pulchre subiicit ꝙ filius est prima persona, nepos secunda. sed ꝙ secunda persona sit prima, implicat impossibilitatē naturae. & praemissa non habent dubium quando verbum filius, profertur cum adiuncto, vtpote, quia dr̄ filiis suis vel eius vt dicit l. quisquis, in verbis eius filiis, quia tunc non comprehendūtur

aliquo

aliquo modo nepotes. ita elegātet optima ratione
decidit subtilis Sozi.in d.l.Gallus.§.instituens.de
libe.& posthu.ad fin.secundæ col. Confirmatur
& fortius quia in exhæredatione facta per verbū
filios, censentur duntaxat exclusi filij primi gra-
dus ita ꝙ illa exhæredatio certa appellatur,eo ꝙ
duntaxat liberi primi gradus contineantur l.Ti-
tius.ff.de liberis et posth.& ibi formaliter notant
omnes Doct.& bonus text.in l.si quis filio exhæ-
redato in prin.ff.de iniusto rupto &c. & in.§.po-
sthumorum.insti. de exhæreda.lib. Et magis ex-
presse in casu subiecto deduco alia fundamenta,
quibus facile responderi non potest. Et primo de-
duco glo.singularem in auth. quibus modis natu.
effici.sui.§.si. colla. vij.glo.in l. fina.C.de natur.
libe.per quas Bald.in c.in præsentia.de proba.&
in l. Gallus.§.quid si is.ff.de lib. & posthu. quem
9 ibi omnes Moder.sequuntur, firmat† ꝙ pœna in-
capacitatis filij spurij non trahetur ad nepotes,
immo nepotes possunt capere a persona vnde vi-
tium originem trahit,videlicet ab auo,& tamen,
non est dubium quin ex radice abominabili &
damnata originem trahant. l. fina. C.de natura.
libe. quod pulchra ratione eleganter Bald. con-
firmat consil.cxlvj.in prima parte dicens,ꝙ licet
pater sit spurius, tamen nepos est habilis ad hono
res & successiones & omnia, eo, quia in eo non
potest dici macula, licet ex infecta radice natus
videatur potius enim debet inspici persona imme
diate q̃ mediata, quia causa proxima magis co-
hæret causato q̃ remota.l.cū tale.§.penul. de cō-
di.et demonstra.ff.& nota.in l.si mulier.ff.re.amo
ta.& subijcit ꝙ non debet nepos odio paterno ex-
cludi nec inhabilitari. allegat.l. non tantum.§. si
emancipatus.ff.de bono.posse.contra tab.quod di
ctum profecto apponit securim ad radicem. Se-
cundo deduco & specialius decisio.forma. Bal.&
Salyc. in l.ij.C. de patri. qui filios distra. vbi in
terminis dicunt ꝙ potestas concessa patri venden
di filium in necessitate,non extenditur ad nepotē,
quia materia subiecta, odiosa respectu filij.non pa
titur hanc interpretationem,vt sub illius appella-
tione nepos contineatur; quia longe maior est po
testas in filium personam immediatam, q̃ in ne-
potem personam mediatam.& sic infertur ꝙ si per
contractum patri concessa sit facultas seruitutem
inducendi in filios,nō extendatur ad nepotes,nec
per delictum id licebit, per tex.ad hoc optimum
in l.Imperator.ff.de fideicommissa. liber. Ter-
tio adduco decisionem Bart.in l.libertorum.ff.de
verbo. signi. quam sequitur Petrus de Aancha.in
cle.j.de baptismo.& Anto.de But.in c.in quibus-
10 dam.de pœnis.vbi dicunt † ꝙ in contractibus,in
quibus debet fieri stricta interpretatio, sub nomi-
ne filiorum non comprehenduntur nepotes.ergo a
fortiori in hac materia continente odium irratio-
nabile, in qua longe strictior debet fieri interpre-
tatio, sub appellatione filiorum non possunt cen-
seri comprehensi nepotes,& quia bonum est argu
mentum de contractibus ad delicta l.omnem ff.de
iudi.l.ij.ff.de custo.& exhibi.reo. Quarto addu-
co quod in simili tradit Andre.Barba.vt referunt
quidam Moderni in l.fin.C.de primipilo.lib.xij.
vbi dicit ꝙ licet ex contractu primipilari tenea-
tur filius licet non sit hæres,non trahitur ad nepo-
tem.quia fuit inductum vt pater propter filium sa-
gacius administraret,timore ne filius cogatur sol-
uere,quę ratio non habet locum in nepote,quia nō
præsumitur pater circa illum habere tantam af-
fectionem quantam circa filium,& dicetur latius
infra in responsione ad argumenta authoris. pro-
pter quam rationem etiam solet dici ꝙ lex.iij.C.
de patria potestate.loquens in filio non habet lo-
cum in nepote,vt licet pater posit taxare pœnam
filio imponendam, quia propter affectionem quā
habet ad filium non præsumitur ꝙ graue de eo
supplicium petat. sed quia minorem affectionem
ad nepotem gerere præsumitur, non habet locum
dispositio illius legis. Quinto adduco decisionē
formatam per Bart.in l. patri. per illum text. ff.
ad legem Iul.de adult.vbi dicit formaliter per ra
tionem illius text.ꝙ cū l.quisquis.contineat odiū
tertiæ personæ,apppellatione patris non compre-
henditur auus, & sic vult ꝙ licet pater obliget fi-
11 lios ad pœnam,† tamen secus est in auo, qui non
potest obligare nepotes ad pęnam.& ideo gl.sing.
in d.l.patri,voluit ꝙ lex permittens patri occide-
re filiam adulteram in adulterio deprehensam,nō
habet locum in auo, eo ꝙ concernat odium tertiæ
personæ, & quia patri permittitur propter affe-
ctionem quam pręsumitur habere ad filiam,quam
non præsumitur auus æqualem ad nepotem habe-
re.& illā gl. pro singulari deduxit ad hoc propo-
situm Ludo. de roma. in repeti.authen.similiter.
C.ad l.falcid. & reperio ꝙ in terminis consulen-
do solēnis doctor adhuc viuens Philippus Decius
consi.lxiiij.allegato in præcedenti quęstione ita
concludit in proprijs terminis. Ex quibus omni-
bus concludēdum puto ꝙ pœna l.quisquis, loquēs
in filijs nō trahitur ad nepotes.quod maxime pro
cedit vbi nepotes sunt post mortem aui concepti.
tunc enim non possunt censeri exclusi, nec effecti
incapaces ex delicto aui, cum nihil tunc ei attine
re dicantur l.si quis filio.§.primo de iniust.rup.et
irri.fact.testa.bonus text.in l. Titius.ff. de suis &
legi.hære.& l.prima.§.si quis proximior.ff.vnde
cognati.per quæ iura dicit Bald.in cap.primo ad
princi.secundæ col.in titu.si vasallus feudo priue-
tur.ꝙ inter nepotem conceptum post mortem aui
& ipsum auum,nulla vnquam fuerunt iura consan
12 guintatis.† nepotes enim qui post aui mortē con
cipiuntur, non proprie sed abusiue nepotes dicun-
tur l.item prætor.§.si.ff.de gradi.affinit.per quam
Bald.ita dicit consi.clxxvj.volu.v. subijciens ꝙ
nemo mortuus potest incipere esse auus.l.qui liber
tinus.§.posthumus,ibi, nec quisquam.ff.de bonis
liberto. & propterea dicimus in nepotibus post
mortem aui conceptis,ciuilitatis & originis aui-
tæ iura non inesse,nec suorum in hoc conditionem
sequi auorum.glo.in l.assumptio.§.j.ff.ad munici-
pa.Cyn.in l.ij.C.de iurisdic.omnium iudicium.

Secundo procedit hæc conclusio sine dubitatio-
ne vbi pœna habuit vel potuit habere locum se-
mel in filijs, vbi enim appellatione filiorum in
aliqua dispositione comprehenduntur nepotes, si
illa dispositio habuerit vel potuerit habere effectū
in per-

in persona filij, etiam in fauorabilibus, non debet extendi ad nepotem. ita formaliter cõcludit Bar. in dicta l. liberorum. ff. de verbo. signifi. quem sequitur Alexand. consil. cv. col. secunda lib. j. incipien. perspectis verbis. idem Alex. cõsi. xj. incip. ponderatis his. col. vj. lib. iij. & alibi sæpe. & hoc est quod dicebat Iacob. Butr. in sua dispu. quem refert Bal. in d. l. Gallus. §. instituens. ff. de libe. et posthu. Ioan. And. & Anto. de Butr. in d. c. ad extripandas. de filijs presbyte. & multi solennes docto. in eorum subscriptionibus ad quoddam consilium positum inter consilia Soyci. consi. vlti. pri-13 mæ partis.† quibus locis voluerunt appellatione filiorum etiam ex dispositione legis nepotes contineri quãdo filius est sublatus de medio. vbi vero filius est in medio, tunc volunt ad nepotem dispositionem non trahi, eo ꝙ filius sit in medio in quo dispositio locum habere potest & multa alia deducentur fundamenta in responsione ad argumenta deducta pro contraria concluosione.

Nunc deueniendum est ad solutionem argumentorum deductorum per autorem. Et potissimum fundamentum authoris in verbo liberos apposito in extrauaganti Federici per quã dicit l. quisquis, esse declaratum habere locum ẽt in nepotibus. & pro eadem declaratione deduxit tex. in l. fi. C. de bon. proscrip. in verbo, posteros. ad quę iura multipliciter responderi potest. Et primum esto ꝙ extrauagans Federici esset approbata & recepta in regno, tamen ex illa non potest assumi fundamentum validum. Primo illa verba sunt narratiua alterius constitutionis, & ex verbis narratiuis legis non est licitũ sumere aliquod argumentum. ita glos. quæ solet dici singularis in l. vnã. C. quando non petentium partes. quam ita allegat Ludo. Roma. in authẽ. similiter. C. ad leg. falcidiam. & in consi. cxxxiiij. incip. pro declaratione primæ dubitationis. & idem voluit gl. in c. auditis. in ver. ex postfacto. in fin. de electio. & glo. in c. ij. in verb. non teneris. & ibi Geminia. ad hoc notat de dolo. & contu. in vj. glos. in c. j. in ver. collationem, de rerum permu. eod. lib. & pulchre Raph. Cuma. in l. si insulam. ff. de verbo. ob. 14 & l. qui Romæ. §. Callimachus. eod. titu. † vnde hæc verba enuntiatiua prolata a legislatore non disponunt, nec licitum est ex eis arguere secundũ Bar. in l. extat in vlt. col. ff. quod met. causa Saly. in l. accusationem. C. de accusa. & in l. qui se patris. in viij. col. vbi late Alex. C. vnde liberi. sit & consequens vt cum illa verba sint enuntiatiua non potest ex eis assumi argumentum validũ. Nec obstat dum dicitur ꝙ ex verbis enuntiatiuis potest inferri ad declarationem, nam respondetur et peremptorie ꝙ attento ꝙ hoc verbum filijs eius appositum in d. l. quisquis, est verbum certum sui natura duntaxat in materia in qua probatum fuit comprehensiuum liberorum primi gradus. d. l. Titius. vbi not. omnes. ff. de libe. & postuhu. extendere vlterius non esset declarare, sed tunc diceretur esse noua dispositio. ita declarat Pau. de Cast. in l. heredes palam. §. sed si post. ff. de testa. idẽ Docto. in consil. clvj. incip. viso & examinato puncto. col. fi. & in simili tradit Pet. de Ancha. in consil. cccxcix. incip. præmitto pro clariori decisione col. fi. Or quod per illa verba enuntiatiua inducatur noua dispositio vt præmissum fuit, non potest vlla rationi sustineri, ergo nec ꝙ per illam extrauagantẽ ad nepotes fuerit facta extensio. Con-15 firmatur,† nã cũ illa extrauagãs referat alteram constitutionem, debet intelligi secundum qualitates relati, & ab eo debet recipere limitationem & restrictionem. tex. aureus in auth. de filijs natis ante dotalia instrumenta. §. fin. col. iij. quem Bald. ad hoc propositũ dicit singularem in rub. de rescrip. facit. l. nihil. ff. de coniun. cum emancip. libe. & quod generaliter referens intelligatur secundum qualitates relati, & eo modo debet restringi. probatur in l. in testamento. & in l. si ita scriptum. ff. de condi. & demon. & in l. esse toto, ff. de hære. institu. tradit formaliter Bar. in l. j. ff. de receptatoribus. idem Bart. in l. j. ff. fur. nau. caupo. stabu. & idem in l. si quis seruum. §. fi. ff. de leg. ij. sed l. quisquis, relata per Imperatorem, quia non potest censeri relata altera constitutio loquitur in liberis primi gradus per verbum filijs, ergo & illa constitutio Federici referens ponendo verbũ liberos, debet intelligi de liberis primi gradus; vt a relata restrictionem recipiat. Et ad hanc maximam coadiuuandam accedit adhuc duplex iuris conclu-16 sio. prima† ꝙ vbi in referente aliud quam in relato continetur præsumeretur esse error. ita formaliter voluit Bal. in l. ij. C. de errore aduocatorum pulchre Alex. in consi. ix. volu. v. Secunda nouę constitutiones per antiquas declarantur & limitantur l. non est nouum. ff. de legi. gl. in auth. offeratur. C. de litis contesta. & glos. in l. sciendum. ff. qui satisdare cogan. cum simil. & ideo nimirum si illa constitutio Federici loquens per verbum, liberos, restringatur & limitetur per. l. quisquis, anteriorem. in liberis primi gradus, magis enim præcedentia faciunt ad declarationem sequentium ꝙ̃ econtra. Bar. in l. filium. ff. vt in possessio. leg. et in l. si a via. ff. de condi. & demõstra. et in l. quisquis. de lega. iij. & præsertim quia præcedens constitutio, videlicet illa l. quisquis, quantum ad id est specialis loquens in liberis primi gradus, altera vero generaliter nimirum si recipiat restrictionem a speciali per iura allegata. Secundo respondemus & peremptorie tam ad verbum, liberos. positum in dicta extrauaganti, ꝙ̃ ad verbum, posteros. positum in dicta l. in quod cum illa constitutio quantum ad filios sit valde odiosa & irrationabilis, debet strictissime interpretari vt reducatur ad terminos saltem l. quisquis. Et pro ista ratione adduco decisionem singularem in terminis Ioan. An. in nouella in c. vbicunque, de pœnis. lib. vj. vbi dicit ꝙ Papa propter crimen læsæ maiestatis condemnat Titium & cognationem suam, debemus secundnm Gratiam, qui hanc quæstionem 17 Bononiæ disputauit, tria considerare.† Primum an debuerit propter crimen læsæ maiestatis punire collaterales, & certum est ꝙ non. cano. si quis cum militibus. vj. quæstio. j. c. fælicis. §. certum, de pœnis. Secundo an potuerit ex plenitudine potestatis, & vtique potuit, vt est casus clarus testatis, & vtique potuit, vt est casus clarus in dicto. §. cæterum.

terum. Tertio an voluerit. & in hoc dicit consu-
lendum principem. & si id commode fieri nō pos-
sit, restrigendam esse sententiam vt non compre-
hendat collaterales, sed duntaxat eas personas,
quæ de iure puniri possunt, qua ratione in simili
concludit princeps Iureconsultorū Franc. de Are
tio consil. xxxix. ꝙ in casu in quo consulebat in
quo erat appositum verbum generale dubium fi-
liorum, dicit ꝙ non intelligebatur de filiabus in
illo statuto facto super punitione rebellium, eo ꝙ
tale statutum debebat recipere interpretationem
secundum dispositionem iuris communis, & quia
quantum ad filios continebat odium irrationabi-
le, non censebantur comprehensæ filiæ. & in fin.
consil. aliud dicit quod bene facit ad propositum.
ꝙ interpretationem suam coadiuuabat in casu in
quo consulebat, ꝙ intentio populi non fuerat ali-
quid de nouo statuere, tum quia vbi agitur de iu-
ris iam concessione extensione, restringitur vni-
uersalis dispositione quis indebite damnum in-
currat, allegat Bald. in l. sequens. in princip. C.
de inoffic. testamen. Bartol. in l. prima. §. nuntia-
tio. ff. de ope. noui. nuntiatio. & in l. prima. C. de
sacrosan. eccle. & in l. terminato. C. de fructi. &
litium expē. Ex quibus omnibus infertur ad pro-
positum ꝙ verba constitutionis Federici & illius
l. fina. debent restringi & limitari secundum ter-
minos. l. quisquis. & istud est peremptorium & si-
ne replica. Respondemus vlterius ad legem fi-
na. C. de bonis proscrip. in verbo posteros. ꝙ dū
18 dicit † ꝙ in crimine læsæ maiestatis pœna ad po
steros transmittitur, loquitur quantum ad confi-
scationem bonorum patris. nam in præcedenti-
bus reseruabantur filijs & filiabus bona patris in
alijs delictis, in hoc autem crimine dicitur ꝙ pœ
na scilicet confiscationis bonorum patris trans-
mittitur ad posteros, & sic nihil ad propositum
quantum ad pœnam incapacitatis. dicimus vlte-
rius ꝙ illa extrauagans Federici non potest nec
debet allegari in causarum decisionibus. Primo
illa non est insertam in volumine authentico. &
sic non censetur de approbatis. glo. in c. si roma-
norum. & ibi summe not. Domi. xix. dist. Anto.
de But. in prooemio decretalium. late Felyn. in c.
pastoralis. de fide instru. & in c. j. de re iudic. fa-
cit glo. in l. eos. C. de offi. magis. mili. & quod tra-
dit Bald. & omnes in l. scriniarios. C. de testa. mi-
li. vbi dicunt ꝙ descripti in libro aliorum sunt
approbati, non descripti vero non sunt approba-
ti. Et propterea cum sit extraordinaria constitu-
tio quæ non reperitur in voluminibus iuris, non
potest, & non debet pro lege allegari, vt in simili
dicit gl. in titu. de prohibita feudi aliena. per to-
tum & in ti. quot testes sunt necessa. Bal. in c. j. de
19 gradi. suc. in feu. † vbi dicit extraordinarias cō
stitutiones esse apocriphas & non debere allega-
ri. et expressius Ioan. Raynau. in §. quia vidimus
qui feudum dare possunt dicit ꝙ tales extraordi-
nariæ constitutiones non debent allegari nisi fue-
rint practicatę. & ideo licet Galli leges ciuiles vt
bonas receperint, vt in simili dicit Bal. in c. trāſ-
lato. de constit. tamen illæ intelliguntur receptæ
quæ sunt in volumine aliarum & non aliæ. & sic
cum illa constitutio Federici nec expresse nec ta-
cite recepta reperiatur, non ligat quantum ad pœ
nam nec debet obseruari. glos. in c. j. de treuga &
pace. Archi. in §. fi. iiij. distinct. Mathe. & Cardi.
floren. in prooemio clementinarum. in. §. vniuersi-
tate. & pulchre Cępola Veronen. consi. xiij. inci-
pien. stante quodam decreto. colum. iij. & sequen-
ti. vnde maxime in hoc regno leges Imperato-
rum non nos ligant, nisi quatenus fuerint rece-
ptæ, vt sentit gloss. singularis in verbo, Romano-
rum. institu. de patria potestate. & propterea Bal.
in l. nemo. C. de senten. & interlocu. omnium iu-
20 dic. dicit † ꝙ Galli recipiunt leges Romano-
rum inquantum bonæ & non alias. & maxime in
consistorio principis leges Imperatorum pro ra-
tione duntaxat debent allegari & non pro autho
ritate. Bald. in cap. j. §. iniuriam. de pace iura. fir
man. & propterea sing. Oldr. dicit in cons. lxix.
col. iij. ꝙ in Hispania est statutum, vt quicunque
in consistorio principis allegauerit legem rigoro
sam Imperatorum puniatur pœna capitali. quod
maxime procedit in Illustrissimo Rege nostro
Franciæ. Rex enim Francorum francus est a le-
gibus Romanis, & dedignatur legibus subiici, &
sola ratione intellectus regitur & gubernatur. ita
bellissime Bald. inquit consilio ccxxvij. in ter-
tia parte. & in sequen. consi. dicit ꝙ super omnes
reges mundi rex Franciæ obtinet coronam liber
tatis, Regis autem clementia debet rigorositatem
legum temperare, quia beatissimus est ille rex
qui sedet super cathedram æquitatis. Vnde pro-
prium regis est dispensare super lege rigorosa.
21 † Nam & lex ciuilis dicit ꝙ nimia asperitas do
minorum temperanda est non sequenda. l. ij. ff. de
his qui sunt sui vel alie. iur. ita ad propositū Bal.
inquit in consi. ccclxiiij. volu. iij. sicque in regno
hoc & leges quæ saperent quasi tyrannidem non
sunt receptæ nec recipiendæ. cum & maxime
temporis qualitas non requirat tantam exaspe-
rationem. & si dicatur ꝙ illa extraua. Federi. est
approbata per ius canonicum in illo cap. inquisi-
tionis, de hære. tex. ibi formaliter dicit ꝙ est ap-
probata. inquantum punit crimen hæresis, non
quantum ad aliam. nam dicit formaliter text. le-
ges quas olim Romanorum Imperatorem Fede-
ricum &c. Dei & ecclesiæ suæ sanctæ honorem
promouent & hæreticorum exterminium prose-
quuntur, et statutis canonicis non obsistunt appro-
bantes, & obseruari volentes &c. & sic quantum
ad alia non approbatur. Superest nunc ad aliud
fundamentum authoris respondere, quo sublato
remanebit firma conclusio quam supra deduxi-
mus, & adduxit in eo fundamento author tracta-
tus text. in c. statutum, de hæreticis. vbi dicit esse
declaratum in crimine hæresis, & ꝙ ista duo cri-
mina æquiparantur. itaque lex noua superueniēs
in vno debet trahi ad alterum ego ad istud funda-
mentum amplissime in præcedenti quæstione re-
spondi. ꝙ videlicet bene fit ęquiparatio inter hęc
22 crimina, sicut de minori ad maius, † videlicet cri
men hæresis æquiparatur crimini lęsę maiestatis,
sed non econtra; quia vt ibi late dictū fuit crimen
hæresis longe grauius est altero, & altera ratio

militat

militat in vno q̃ in alio,& ꝙ etiã in æquiparatis non habet locum illa extensio in pœnis inflictis ipso iure. Secundo etiam non est æquiperatio per omnia facta per modum regulæ. Tertio vbi lex est pœnalis & correctoria simul vt in proposito. Quarto respondemus ꝙ interpretatio passiua in æquiparatis non fit respectu pœnæ. ita eleganter tradit Ioan. And. in c. dispendia. de rescrip. in vj. idem Ioan. Andr. in cap. si forte. de elect. eo. lib. Et vtrobiq; firmat & sequitur Gemi. & Imo. in c. fin. de rescrip. Panor. in procem. decre. & in c. j. de locato. Ant. de But. in c. fi. de consue. & expresse in propriis terminis firmat Sozi. cõs. cclxxv. pro quo bene facit & formaliter ad propositum ꝙ licet lex declaratoria trahatur ad præterita. §. j. in authen. de filiis ante dota. instr. na. Bal. in l. nõ dubium. C. de legi. Cano. in c. fi. de consti. 23 † tamẽ si talis lex declaratoria imponit pœnam respectu pœnæ non trahitur ad præterita. tex. in cle. j. cum gl. in verbo, de cætero. de vsur. quam glo. ad hoc ibi no. d. Abb. & ibi d. Card. Flor. in ij. col. reputat singularem. idem d. Abb. & alij in d. c. fi. de cõsti. & in c. cum tu. de vsur. idem no. d. Abb. in cap. causam. in vlti. not. per illum tex. de simo. & in c. j. per illum tex. ne præla. vi. suas glo. in c. j. §. qui vero. in verbo, receperit. & ibi Gemi. no. de cle. non residen. in vj. & in c. j. in ij. col. de his quæ vi met. ve cau. in vj. quicquid notet idem Gemi. in c. si cõpromissarius. in prin. ꝑ gl. ibi in verbo ipso. de elec. in vj. Quinto quia in materia exclusiua, priuatiua, & punitiua, quod non est expressum in iure non inducit priuationem seu punitionem. de punitione pulchre loquitur Bal. in l. super chirographis. C. si cer. pet. per text. in §. quia vero leonis. in authen. de non alienã. & bene facit tex. in l. at si quis. §. diuus autem Marcus. ibi pęnam tamen in eum statutã non esse. ff. de relig. & sumpti. fune. quem ponderat Bal. in l. nemo. C. de sacros. eccle. de priuatione et vbi versaretur maior ratio. pulchre not. Bal. in auth. ex testamento. C. de secun. nup. per tex. in authen. de nõ eligen. secun. nuben. §. cum igitur sim autem, ibi, nec quælibet est lex aliquid tale dicẽs. gl. in c. cum vos. de offi. ordi. Alex. consi. ciiij. xij. col. j. vol. sed in nepotibus in hoc crimine nõ reperitur expressum. nam & tex. in d. c. statutum. non loquitur de successione collateralium, prout ibi formaliter tenet Phil. Fran. ita firmat per literas grossas dicens ꝙ nepotes per illam constitutionẽ non excluduntur a successione collateralium, igitur &c. 24 † Non obstat pariter dum dicit author ꝙ æque militat punitionis ratio in nepotibus sicut in filiis, salua sua pace dixerimus nõ est verum. nam si loquatur de ratione expressa in illa l. quisquis, secundum quam duntaxat licet facere extensionem, illa non ęqualiter militat in nepotibus sicut in filijs, nam ꝙ metuantur exempla criminis paterni in filijs est ex quadam imitatione naturæ quæ præsumitur inesse filio propter maximam coniunctionem quã habet cum patre, quę ratio non æqualiter militat in nepote propter enim personam filij inter mediam non potest dici eadem causari qualitas a delinquẽte in nepote sicut in filio; quia causa omnis magis operatur in propinquo q̃ in remoto, & magis cũ immediata q̃ mediata considerari debet. l. si mulier. ff. ret. amo. Bal. in l. interpositas. C. de trãsa. & ideo non præsumitur æqualis morum imitatio in vno sicut in altero. & propterea Bald. dicebat in l. iij. C. de suis & legi. hære. 25 † ꝙ nepos est imago patris. quasi non esset idem cum patre, & sicut imago secundum eum differt a suo representato, ita & differre vr̃ nepos a patre suo. & propterea Bald. in l. iij. §. si duo. ff. de legi. tuto. dicit ꝙ licet nepos representet personam patris sui scilicet filij, & reputetur eadẽ persona cum eo illud est per fictionem, & non secundum veritatem. & probatur in auth. de hære. ab intesta. §. hoc vero priuilegium. col. ix. & in l. fi. in verbo, intelligitur. C. de impub. & aliis substi. verbum enim intelligitur, denotat fictionem. l. si is qui pro emptore. & ibi no. Bar. in xij. col. ff. de vsuc. & in l. si tibi homo. §. cũ seruus. de leg. j. et expresse tradit Alex. in propria materia in cons. ccvij. incip. cõsideratis verbis. ad fi. ij. col. vol. ij. succedit ꝙ in materia pœnali etiam quę non contineret odium irrationabile per fictionem non potest fieri extensio text. formalis in l. ob id. ff. ad l. Aquil. & voluit Bar. in l. fi. C. vnde vi. firmant & sequitur Franc. de Are. & Caro. Roy. in d. §. & q̃d si tm̃. l. Gallus. ff. de libe. & posth. ex quo resoluuntur multa argumẽta quę deduxi supra pro parte affirmatiua 26 † ꝙ filius & nepos cẽsentur eadem persona. nam illud est per fictionem & non veraciter. Non obstat pariter altera ratio quę per authorẽ extra tex. allegatur ꝙ videlicet puniuntur filij, vt pater eorũ timore magis retrahatur a delicto q̃ propter timorẽ propriæ pœnę. Nam respondemus ꝙ illa ratio non militat æqualiter in nepotibus sicut in filiis, quippe qñ filij sunt in medio longe maiorẽ ad eos q̃ ad nepotes præsumitur pater gerere affectionẽ, quia propinqua causa magis agit q̃ remota, ita expresse probatur in l. si viua matre. C. de bo. mater. & hoc est quod volunt omnes Doct. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posthu. vbi dicunt ordinem charitatis & affectionis cadere inter filium & nepotem, vt si æqualiter vocentur per copulatiuam, & resoluatur in disiunctam, vt ordine successiuo vnus post alium censeantur vocati, non nepos simul cum patre, quia non est eadem seu æqualis ad vtrunque affectio. pro hoc bene facit tex. cum ibi no. in l. publius. §. fi. ff. de cõdi. & demonstra. sicque æqualiter per omnia non militaret eadem ratio, igitur cum præsertim agatur de odio irrationabili nõ debet fieri extensio.

Confirmatur ex viua ratione, nã si pęna traheretur ad nepotes duplex incõueniens sequeretur. 27 † Primo ex parte delinquentis, qui puniretur in filiis & in nepotibus, & sic pœna traheretur vltra suos limites. Secundo & fortius ex parte filiorum qui sine culpa plectuntur punirentur duplici pęna. Primo pœna infamiæ & incapacitatis quãtum ad seipsos. Secundo punirentur altera pęna grauiori propter punitionem suorum filiorum iuxta rationem authoris, & sic pœnæ seueritas maxime temperanda in eo qui non deliquit extẽderetur, quod reuera esset contra omnem ęquitatẽ & iu-

& iustitiam & in talibus benignior assumenda est interpretatio. vulg.l.præses.& l. interpretatione. ff.de pœnis.& propterea Bald.in l.moueor, C.de seruis exportan. dicit ꝙ in talibus benignius debet esse iudicantis animus.et idem Bald.in l.præcibus. C. de impub. & alijs substi. pulchre inquit quod pro liberatione iudicantis animus semper inclinari debet. & propterea singulariter voluit Barba.consi.lx.in j. volu. quem refert Decius in c.j.fin.col. de constitu.quod in materia criminali eligenda est, & sequenda opinio quæ liberationi faueat etiam si esset singularis. allegat in simili singulare dictum Hosti.in c. si vir.de cogna.spiritua.tex.in.c.fi.de re iud.cum si. & præsertim vbi pro illa opin. sunt meliores rationes & fortiora fundaméta.c.capellanus,ibi subtilioribus &c. de ferijs.l.j.§. sed neq;. C.de vete.iur.enuclean.cum similibus. Ex quibus omnibus elicio hanc con-28 clusionem † ꝙ videlicet pœna in capacitatis & infamiæ inflicta filijs per l.quisquis, non trahatur ad nepotes tanquam veriorem, & æquiorem in causarum decisionibus amplectendam, puto maxime in consistorio principis in quo secundum æquitatem procedi debet.& non secundum legem scriptam rigorosam,vt singulariter tradit Bart. in l. præsenti. C.de his qui ad ecclesi.confug. & Francis.de Aret.in l.si.seruum.§.sequitur.ff. de verbo. obligat.et facit quod voluit Bal.in l.fi.C.de legi. quod tradit idem Bart. in l.vna.C.vt quæ desunt aduoca.cum plerisq; similibus quę congerit Fely. in c. ad petitionem.de accusa.& alibi sępe Doct.

SVMMARIVM.

1 *Pœna legis, quisquis, quæ infligitur filiis, an locum habeat in iam natis.*
2 *Delictum patris quo in seruitutem redigitur, filiis postea natis duntaxat nocere præsumitur.*
3 *Qualitas odiosa patri superueniens, filiis antea natis non obest.*
4 *Natura rerum testis optimus.*
5 *Iura antiqua in filiorum ob delicta parentum punitione corriguntur per noua.*
6 *Crimen læsæ maiestatis potest per mulieres denuntiari.*
7 *Interpretatio passiua restrictiua legis ciuilis per aliam legem ciuilem potius quàm per canones fieri debet.*
8 *Qualitas quæ naturaliter inest, difficilius tollitur quàm ea quæ accidentaliter.*

Quæstio. VII.



EPTIMA quæstio quę in hac materia proponitur est, † An videlicet pœna l.quisquis. habeat locum in filijs iam natis.in qua quæstione quidquid dixerit author tractatus breuiter concludendum puto quod pœna d.l.quisquis. non habeat locum in filijs iam natis, & hęc opinio primo comprobabitur authoritate. Secundo ratione & authoritate, videlicet Pe.de Bellaper. doctoris citramontani excellentissimi.& Cyn.de Pistorio qui fixo pede ita tenuerunt in d. l. quisquis. quam etiam tenuit ibi summus practicus Ioan. Fabri.sequitur etiam Ang.licet author illum allegauerit in contrarium & male, & hanc conclusionem tanquam benigniorem, magis fauorabilem & æquiorem sequitur, & dicit amplectandam optimæ conscientię vir.Ioan.de Anania in c.vergentis, de hæreti. & in effectu videtur esse cõmunior conclusio:& huiusce conclusionis ratio, & fundamentum assumitur primum per l.ij. quam allegat author.C. de libe. & eorum libe. vbi formaliter 2 dicitur † ꝙ delictum patris propter quod ipse in seruitutem redigitur nocet filijs duntaxat postea natis & non ante. ratio est secundum Bald. quia qui postea nascuntur hi contrahunt originem a linea iam infecta.ita dicit ibi Bald.in j. col. iij.no. versi.item not.ex quo ad propositum infertur ꝙ cum filij delinquentis in crimine læsæ maiestatis ea ratione puniuntur ꝙ originem ex sanguine infecto trahunt,qua ratione criminis paterni exempla in eis metuuntur : quam rationem formaliter assignat Cy.in l.sancimus.C.de pęnis. Io. Andr. in regul.sine culpa.de regu.iur.in sexto, & Saly. in d.l.quisquis.& formaliter Philippus Decius in sępe allega.consil.lxiiij. quam rationem in simili assignat text. in peccato primi parentis.in.§.sed his exemplis.iiij.q.j.quod dũtaxat postea nati qui ex sanguine infecto nascuntur, & non antea puniuntur. Secundo facit, quia si regulariter dignitas patris non prosit filio antea nato, vt duntaxat hi ab ea qualitate paterna priuilegientur,qui post eam adeptam concepti sunt vulga.lege emancipatum.§.fin.ff. de senato.& tradunt omnes post glo. in l.imperialis.§.his illud.C.de nup.Bart.in l. senatores.de dignitati.lib.xij.& in l.quicunque. de princi.agen.in rebus.eo.lib.& in l.filium senato-3 ris.ff. de senato.cum simil.a fortiori,† nec qualitas odiosa debet contrahi in antea natis.sed duntaxat in nascituris. Nec obstat l. moris.§.fina.ff.de pœnis.l.spurij.§.j.ff.de decurio.quia ille leges loquuntur vt filij pœnam euitent, tunc enim comprehenduntur etiam antea nati, alias secus vt in iuribus allegat. Tertio pro hac conclusione facit l.j.§.si.ff.de bono. pos.contratabu.l.si necẽ.§.si deportatur.ff. de bonis liber. quæ traduntur in l. diuo.C.de questioni. cum similib. quibus iuribus cautum est casum superuenientem patri non debere obesse filijs antea suceptis,nec reddere illos incapaces successionis, & est communis conclusio, ꝙ in odiosis maxime superueniens macula patri non solet nocere filijs antea natis,& sic etiam naturaliter videmus ꝙ vitium naturale patris non solet inficere filios antea natos, sed duntaxat post natos quasi ex conceptione infecta cõtrahatur vitium, sic etiam in casu d.l.quisquis. sumptum delictum imitationis morum paternorum prouenis ex infecta origine conceptionis in qua pater tribuit formam ratione cuius filij ab eo censentur omnino deriuari, & quantum ad declinationem

naturalem

naturalem similes patri effici; sed qualitas quæ superuenit patri post natiuitatem filiorum non potest infundi in antea natis & conceptis qui receperunt formam ante infectionem parentis secundum qualitatem, tunc in patre existentem, & ista est ratio naturalis secundum quam licet arguere. vt pulchre dicit Iure consultus in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tutor. & curat. in verbo, ex ipsa naturali iniustitia. & propterea dicit Bal. in l. testium. C. de testi. in vij. col. 4 † ꝙ non possumus habere meliorem testem ꝙ̄ rerum naturam, & propterea legem pedagogam naturæ appellat Angel. in consilio cx. incipien. sanctissima & illustrissima regina, & propterea Bald. in l. vna in principio. C. de cadu. tollen. dicit ꝙ optimus legis clipeus est ratio naturalis. vnde idem Bald. in l. quoties. C. de suis & legit. hæredi. dicit ꝙ virtus legis est in ratione naturali, quia lex speculatur in natura, & propterea Bald. in consilio ccccl xvij. incipiente circa quæstionē in quinta parte. pulchre dicit ꝙ ratio naturalis quæ est ratio certa et indubia habetur pro lege scripta, & est idem ꝙ iustitia naturalis, & ideo præualent rationibus coniunctis, sicque in proposito cum vt dixi secundum naturam in antea natis non possit qualitas infectionis infundi, nimirum si delictum paternum eis non noceat; quia cum non sint nati in vitio, non præsumuntur ita infecti. & licet illa l. quisquis. loquatur indistincte, tamen debet recipere interpretationem & a natura ipsa, & a legibus antiquis loquentibus in simili materia, per quas leges nouæ limitantur & restringuntur. glo. vulga. in l. sciendum. ff. qui satisdare cogan. & in authē. offeratur. C. de litis contesta. glos. in. §. sed hodie, institu. de satisda. & in. §. suscepto. in authētica de exhiben. reis. colla. quinta Bart. in l. sed & posteriores. ff. de legibus, & in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure, pulchre Ioannes de Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio & Alexand. 5 consilio cvij. quinto vol. cum similibus, † & præsertim vbi agitur de correctione iuris antiqui vt in proposito, vt supra dixi, corriguntur iura antiqua in punitione filiorum, tunc enim etiam si in lege noua esset apposita clausula, non obstantibus quibuscunq; legibus, deberet illa lex noua declarari per antiquam. vt voluit glo. valde singularis in authen. de hæredi. quæ ab intesta. in prin. in verb. vacantibus. col. ix. & idem firmat Bart. in extrauag. ad reprimendam. in verbo, non obstantibus. Ludo. de Ro. consi. cccxxij. & alibi sepe Doct. & cum præsertim hic agatur de odio irrationabili & præiudicio tertio inferendo sine, culpa quo casu summa debet fieri restrictione quis indebite damnum patiatur, per id quod dicit gloss. singul. quam ibi summe no. scriben. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. & tradit in propria materia Franc. de Are. cons. xxxix. in fin. vbi allegat quotas alias, tum etiam quia eadem ratio limitationis, vt dixi, versatur hic sicut in alijs iuribus, vt etiam deduxit Ioan. de Ana. in d. c. vergētis. de hære. qui hanc opinionē expresse tenet & firmat.

Non obstant fundamentā quę per authorem in contrarium adducuntur quæ sunt in effectu quatuor. Primo dum dicitur quod necesse est. l. quisquis. intelligi de antea natis, eo quia quasi inutilis esset in postea natis. cum text. dicat pater gladio feriatur. & sic non potest intelligi de postea natis, ex quo pater mortuus est, nam admiror, & non parum ꝙ tam leue 6 fundamentum author adduxerit. † quippe coniuratio in principem vel proditio patriæ potest longo tempore manere inulta, vel quia tales proditiones soleant occulte, et secrete fieri, qua ratione lex voluit vt per mulierem denuntiari possent l. in quæstionibus. ff. ad l. Iuliam maiestatis. vbi tex. singularis loquitur de Iulia muliere quæ detexit coniurationem Catilinæ. vel quia propter potentiam vel alias tales conspiratores non possunt facile deprēhendi, & per longum tempus nōnunquam liberi a pœna relinquuntur, quo tempore non est dubium quin possint cōcipere liberos, licet postmodum puniantur capite. & ideo argumentum authoris non concludit; quia conclusio quā supra tenuimus loquitur in liberis natis ante crimen, et non post crimen ante sententiam, & sic nihil ad propositum. & eadem responsio satisfacit pōderationi text. d. l. quisquis. in ver. vxores. vbi loquitur de lucris applicandis filiis. Nam debet intelligi de filiis susceptis post crimen cōmissum. & l. fi. de bonis proscrip. in verbo, ad posteros nihil. facit, quia loquitur in pœna cōfiscationis quæ nimirum si transeat ad filios etiam antea natos vt supra diximus in præcedentibus questionibus.

Secundo adducitur text. in c. statutum. de hæreti. in vj. & in c. felicis. de pœnis. eo. li. cum quibusdam alijs, in quibus dicit author esse expressum in criminibus de quibus ibi crimini lesæ maiestatis secundum eum equiparatis pęnam quæ imponitur filijs habere locum etiam in filijs ante crimen cōmissum natis. Nam esto ꝙ illa iura per eum allegata de necessitate probarent, tamen non potest 7 inferri ꝙ ita sit in ꝓposito nostro. † Primo quia vbi agitur de interpretatione restrictiua passiua legis ciuilis, illa debet potius fieri per alteram legem ciuilem, ꝙ̄ per ius canonicum, eo quia in habentibus symbolum, facilior est transitus. ita in simili eleganter concludit Petrus de Ancha. consi. xciij. incipi. ista domina. Idem Pet. de Anchar. in consil. cccxxiiij. incipien. viso puncto. col. fin. & idem tradit. Pau. de Castro in consil. cxxx. incipien. dubitatur primo. col. v. vbi dicunt, ꝙ vbi agitur de interpretatione restrictiua vel declaratione alicuius legis municipalis, illa debet potius assumi si possit ex alia lege muncipalis ꝙ̄ ex lege scripta. eo quia in habentibus symbolum &c. et sic ī proposito infertur ꝙ declaratio. l. quisquis. potius debet fieri ex alijs legibus ciuilibus ꝙ̄ ex decretalibus. Secundo respondetur ꝙ vt late diximus in quæstione de filiabus longe diuersa ratio militat in crimine hæresis, ꝙ̄ in crimine læsæ maiestatis. Tertio dicit ꝙ ratio l. quisquis, magis militat in filijs antea natis ꝙ̄ in nascituris, eo quod illi viderint mores paternos et potuerunt ex conuersatione assidua magis paternorom morum imitatores effici, nam respondemus ꝙ illa conuersatio salua sua pace dixerimus, non est ita for-

tis

tis sicut infusio qualitatis quæ naturaliter imprimitur in conceptione, vt qui nati sunt post infectam voluntatẽ patris eius imitatores presumãtur, illa quidẽ q̃ ex conuersatione prouenit, superuenit accidentaliter, cuius effectus facile tollitur per punitionem paternam propter quam filij retrahuntur a delicto, vnde difficilius tollitur, vt patet de 8 per se† quod naturaliter inest vt in filijs postea natis, q̃ quod accidentaliter inest ratione conuersationis in filijs antea natis. Non ob. pariter dum dicit q̃ alia ratio erat in l. ij. C. de libe. & eorum liber. q̃ in d. l. quisquis. quia grauius est crimen lęsæ maiesta. &c. nam licet istud crimen in se grauius sit, tñ quantum ad pœnam filijs infligendam eadem ratio militat in vno sicut in altero, eo q̃ originem trahant a linea iam infecta. Quarto & postremo deduxit glo. in c. vt cõmissum. §. deniq;. de hæreti. cum quibusdam alijs glo. per quas vult inferre q̃ in crimine læsæ maiesta. habente in punitione filiorum specialem rationem nõ debet dispositio noua. l. quisquis limitari per alia iura loquentia in alijs criminibus. nam vnico verbo respondemus q̃ fundamentum suum procederet nisi vtroque casu eadem ratio militaret sicut in casu subiecto esse supra apte demonstrauimus. & ita formaliter respondet Ioan. de Ana. in d. c. vergentis. Ex quibus concludendum puto hanc opinionem tanquam æquiorem & benigniorem esse amplectendam in causarum decisionibus per ea quæ diximus supra in fine præcedentis quæstionis.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an posit filio restituti a pœna criminis læsæ maiestatis gratiam concedere, vt delictum patris reincidentis ei non noceat.*
2 *Rescriptum remittens pœnam ante delictum commissum est nullum.*
3 *Prohibitus vinum portare, censetur prohibitus portare legenam causa degustationis.*
4 *Statutum est nullum quod pœna pecuniaria punit homicidium.*
5 *Remissione pœnæ prohibita, prohiberi censetur eius diminutio.*
6 *Filius pro patre puniri non debet secundum legem naturæ.*
7 *Obligatio naturalis ex tacito cõsensu delictis inest.*
8 *Pœna ante delictum commissum remitti potest, & qui ex alieno punitur delicto.*
9 *Filii legitimi efficiuntur per oblationem curiæ.*
10 *Princeps in his casibus dispensare potest, in quibus & legem condere.*
11 *Homicidium quando & quali pecuniaria pœna puniri possit.*
12 *Dolus præsumptus futurus remitti potest, non autem verus.*
13 *Mens principis manifesta est omnino obseruanda.*

Quæstio. VIII.



1 OCTAVO quæritur † nunquid princeps possit filio eius qui alias incidit in crimen læsæ maiestatis & fuit restitutus præseruatiuam cõcedere gratiam, vt si pater reincidat (filio dummodo patri non præbuerit assensum) delictum paternum non noceat, & in effectu est quærere an princeps ante commissum delictum possit remittere. nam quæ imponitur filio ex delicto paterno. & quia tenuissime in hac q. salua sua pace diximus locutus est author examinabimus hanc q. ad vtranque partem. Et primo pro parte negatiua q̃ princeps non possit facere talem gratiam adduco vltra allegata per authorem decisionem singularem Bal. in l. eam quam. C. de fideicommis. col. xij. vbi punctualiter ad propositum dicit quod princeps non potest fingere circa impossibile, vt quia contra bonos mores, & infert q̃ nõ potest legitimare spurium antequam nascatur, eo quod patri spurij futurum dolum remittere videretur, & daret occasionem delinquendi, subijciens q̃ licet delicto commisso possit remitti, pœna tamen antea non, quia remitteretur pœna & reatus. propterea. Saly. post Iacob. But. in l. castitati. C. ad l. Iul. de adul. dice-2 bat † q̃ rescriptum dans remissionem pœnæ infligendæ ante commissum delictum non valeat, quia inuitat ad delinquendum, & quia remissio fit pœnitenti, sed pęnitere & operari simul stare non possunt, quæ ratio vltimo loco posita militat & in filijs, in quibus secundum Saly. delictum presumptum punitur, & sic eis dolus futurus presumptus remitti videtur, qui non vide ur posse remitti sicut nec verus dolus. vt singulariter dicit Pau. de Ca. in d. l. si vnus. §. illud. ff. de pac. Secundo confirmatur, quia princeps non potest aliquid turpe vel in honestum facere; quia licet sit dominus legum, non tamen est dominus morum. vt singulariter dicit Bald. in peculio suo super Inno. & facit quod idem tradit in l. ij. C. de serui. & aqua. & in. §. vasallus si feudum. in ti. si de feud. fue. contro. Quia omne quod tendit ad materiã delinquendi est turpe quibuscunque verbis prolatis. vt singulariter dicit Bal. i l. j. in vj. col. C. de his qui pœnæ nomi. sed in proposito daretur occasio delinquendi. saltem facilius cum pater magis amore filiorum q̃ timore propriẽ pœnæ a delicto retrahi possit, vt deducit author. igitur talis remissio nõ videtur valida, vnde prohibita remissione pœnę principali delinquẽti ne tribuatur occasio delinquendi videt prohibitũ omne preparatoriũ. propter quod facilius perueniretur ad illud, arg. l. oratione. ff. de spõsa. quod tradit gl. i l. itẽ qa. §. fi. ff. de pac. vnde eleganter Bal. inquit in l. j. C. q̃ res vendi. prohibet. 3 † q̃ prohibitus portare vinũ ꝓhibetur portare amphorã degustationis gratia. idẽ Bal. in c. nã cõcupiscentiã. de consti. pulchre dicit q̃ prohibitum in termino prohibetur & in via. sed in patre in quo

poena terminatur istud prohibetur, ergo & in filio per quem si impunis remaneret posset ad delictū via præparari, omnino.n.tollenda est occasio delinquendi.l.si a reo.§.itē quod vulgo. vbi Bar.ff. de fideiusso.l.conuenire.ff.de pac.dotalibus.l.j.cū glo. de eo q̄d certo loco.l.in cōmodato. in prin.ff. cōmodati.glos. in l.scire.C.vt in poss.leg.& propterea eleganter.dicit Bar.in l.cū lex. ff. de leg. & in l.oēs populi.de iusti. & iur. ꝙ quando lex pœnam remittit, intelligitur pro præteritis casibus & non pro futuris, ne præstetur occasio delinquendi, & sequitur Alber.in vlti.parte statutorū. q.lvj.incip.similis quæstio. Ang.in consi.lxij. in ci.ex themate.in ij.dubio.Salyc. in l.ij.per illum tex.C.de generali aboli. & alibi sæpe Docto. & 4 propterea dicunt Doct.ꝙ non valet† statutū imponens pœnam pecuniariam pro homicidio, eo ꝙ occasio delinquendi præstaretur.vt no. Hostiē. & Abb. Moder.in c.fina.de consuet. Albe.in ij.parte statutorum.q.cxxij.incip. item quæro. cum si. vt tradunt Ioan.de Ana.& Mod. in rubri.de homicidio, & propterea traditur pro firma conclusione ꝙ per legem vel statutū non pōt introduci, vt filij spurij succedāt eo ꝙ patres facilius delinquerent & allicerentur homines ad delictū. vt tradit Federi.de Senis in consi.cccxxx.ordine meo vbi ita consuluerunt Iaco. Butri.& Pau.de Leaza.sequ tur Bar.& ibi Ioan.de Imo.in l.testamēti factio.ff.de testa. Bald.in l.j.C.de iure aureorū annulorum.& late Ioan.And.vbi multa iura allegat in additio.Spec.in titu.de success. ab intesta. versi. quid si pater. circa finem.& Petr.de Anch. in c.j.q.xj.principali.de constitutio. Confirma-5 tur† fortius quia vbi prohibetur remissio pœnæ, & illius diminutio videtur prohibita: quia etiam quando pœna consueta minuitur, occasio delinquendi præstari dicitur.licet in totum pœna non tollatur.ad hoc allego tex.singularem in l.in operis.C.de pœn.sicque cum in proposito diminueretur pœna patris ex remissione facta filio præstaretur occasio delinquendi, quare ex omni capite talis pœnæ remissio non videretur valida, & hęc sunt quæ longe magis astringunt q̄ꝫ quæ per authorem deducuntur salua sua honorificentia diximus. Quibus tamen non obstantibus contraria conclusio est verissima, & intrepide tenenda, ꝙ videlicet valeat tale rescriptū per quod pœna remittitur filijs, qui ex alieno non proprio puniuntur delicto, immo tale rescriptū est summæ æquitatis & iustitiæ. cum enim, vt supra diximus in quæst.de filiabus.l.illa quisquis, contineat odium irrationabile, & quandam tyrannidem sapiat respectu filiorum qui non deliquerunt, gratia in contrarium concessa valde fauorabilis (eo ꝙ per illam ad ius primeuum naturæ & ciuile antiquum 6 redeatur,† secundum quæ non debet filius pro patre puniri) censenda est, & ideo est valde ampliāda, per id quod dicit glo.singularis.in c. statutum. de præben.lib.vj.facit c. ab exordio. xxxv. distin.& vulga.l.si vnus.§.pactus.ff.de pactis.& ꝓpterea dicebat singulariter Panor. in c. veniens. de præscrip.col.vj.ꝙ licet alias prælatus nō possit iura ecclesiæ remittere, tñ si remittat tale ius ex cuius remissione redeatur ad primæuū ius & statum valebit & tenebit remissio. & multa congerit Fely.in c.cum accessissent.de consti. nemini dubiū ꝙ si pœna filiorum quæ est ex causa valde odiosa cū puniantur culpa aliena remittatur, redditur ad ius primeuum diuinum & ciuile antiquum vt præmissum fuit, ergo tale rescriptū, remissiuum illius poenę.maxime validum & fauo-7 rabile censendum est. Confirmatur,† nam regulariter in delictis dicimus inesse obligationem naturalem ex tacito consensu, qui videtur inesse in delinquendo, facto ipso futuræ pœnæ consentire videatur, eaq; ratione maxime ad pœnā obligatur, vt tradit glo.in l.j.§.fi.ff.de postulan.& glo.in l.si seruus.ff.de his qui not.infam.tex. singu. in l. Imperatores.ff.de iure fisci.in versi. tu huic pœnæ te subdisti.quæ obligatio nō potest dici inesse respectu filiorū quin nec expresse vel tacite facto ipso possunt censeri consensisse pœnæ, & sic in eis omnino cessat causa obligationis ad pœnam, quare nimirum si remissio eis facta valeat, & propterea lex dicit facile parcendum eis qui nō suo sed alieno morbo laborant.l.lege. C. de natur.libe.vnde licet testator possit de bonis suis disponere ad nutum, quia disponat testator & erit lex vulga.§.disponat. in authenti. de nupti. collatio. iiij.tamen non potest facere vt propter culpā vel negligentiam vnius ex hæredibus suis, alius qui non fuit in culpa puniatur in sua portione hæreditatis, tam exosum iura habet, ꝙ vnus puniatur pro alio.tex.est sing.in l.pater.ff.de hære.insti.& ideo nimirum si lex continens talem punitionē censeantur valde rigorosa, quam princeps per suam gratiam moderare possit. Secundo expressius deduco ad propositum formalem decisionem Bal.in loco satis trito videlicet in l.rescri-8 pta.C.de preci.impe.† vbi dicit ꝙ licet principaliter delinquenti non possit remitti pœna ante cōmissum delictum, tamen bene potest remitti ei qui ex alieno delicto punitur, quia tunc non videtur quantū ad illum remitti dolus futurus, sed duntaxat pœna, alle.l.illud.ff.ad l. Aquil. & l. si familia.ff.de iuris.om.iudi. Tertio adduco decisionē magis expressam Fran.de Are.in l.iij. in fin. iij. col.ff.de testa.vbi eleganter dicit quod licet non valeat constitutio disponens aliquid ad fauorem delinquentis per quam datur materia delinquendi, quia non est honesta, & per consequens nulla, tñ si disponat principaliter ad fauorem alterius qui non est particeps delicti, licet aliqñ pœna imponatur vni ꝓ altero.vt ipse ibi loquitur in filijs spurijs qui puniunt̄ ex delicto paterno cōstitutio principaliter edita in eorū fauorē licet videat̄ dare occasionē delinquēdi p̄ri esset valida, & ꝓ hoc v̄r tex.quem ipse adduxit in auth.quib.mo.natu. effi.sui §.fi.i verbo, nō vtēdo.vbi dicit tex. ꝙ Cōstatinus ꝓmulgauerat quandā legem super spurijs nascituris in eorum fauorē, ad quā imperator non habet respectum, quia non vtendo perempta est. & sic datur intelligi ꝙ antequam tolleretur per non vsum erat valida. & hoc probatur in eodem 9 authen. primus modus.vbi imperator statuit † vt per oblationem curiæ filij efficiantur legitimi, &

succedant parentibus,quæ lex videtur dare occasionem pariter delinquendi. & sequeretur ꝙ non valeret.c.cum haberet,de eo qui duxit in matrimonium. vbi permittitur,immo de necessitate,pater tenetur alere filios spurios,quæ tamen permissio vr̄ ampliare habenas concupiscentiæ; sed quia principaliter fit in fauorem filiorum qui puniuntur ex alieno delicto valet. debemus enim attendere principalem intentionem, & quod principaliter agitur l.si quis nec causam.ff.si cer.pet.l.qui exceptionem.ff.de condi.inde. & ideo in principe.Bal.concludit in l.cunctos populos.C.de sum. trini.& fide cathol.quod posset per legem permittere vt relinqueretur filiis spuriis,& tñ non est dubium quin daretur occasio delinquendi patri. igitur a fortiori si posset legem condere & corrigere iura contrarium dicentia & omnino tollere.poterit dispẽsare in casu particulari.vnde Maria.Sozi.in c.ad audientiam. pen.char.de ho.in versic.
10 quinto artic.dicit † ꝙ in omnibus casibus in quibus princeps pōt legem condere ipse potest dispẽsare,immo facilius, nam legatus non pōt contra leges statuere, & tamen dispensare potest,vt tradunt But.& Imo.in clemen.ij.de rescrip.per glo. ibi,& sequitur And. Sicu.in c.cum omnes.de consti.qui enim condere pōt & relaxare iuri. vulga. & cū princeps per legem generalem posset si vellet & de hoc non est dubium cum sit mere ius positum in totam legem quisquis quantum ad pœnā filiorum abrogare, ergo a fortiori in aliquo casu particulari poterit contra illam dispensare,et prę sertim ibi non ex toto deletur pœna paterna,licet enim statuta quæ tribuerent remissionem futuri delicti non valeant, tamen qñ diminuunt de pœna statuta, quia adhuc remanet aliqua pœna propter quam pōt quis retrahi a delicto valent talia statuta.ita singulariter tradit Nellus in prima parte secundi temporis in suo tractatu de bannitis quæstione xj.vbi elegātissime loquitur,refert & sequitur Ioan. Baptista de sancto Seuerino in repetitione l. omnes populi.ff.de iustitia & iure. sed in proposito non ex toto pœna patri remittitur, sed duntaxat diminuitur, non principaliter, vt dixi ad fauorem filii non delinquentis. & hoc est quod dicebat Bald.in §.iniuria. de pace iura-
11 men.firman. vbi dicebat † quod licet communiter concludatur non valere statutum quod imponit pęnam pecuniariam pro homicidio, & remittit corporalem, tñ si illa pœna pecuniaria sit magna,vt verisimiliter propter illam quis posit retrahi a delicto valebit tale statutum. & sequitur Pontan.in suis singularibus. & allegat tex. nota. ad propositum in.§.pęna.instit.de iniur.sed in proposito pœna,quæ vltra pœnam filiorum debet imponi patri, quæ est pœna mortis, longe grauior quacunq; pecuniaria, non est dubium quin possit patrē retrahere a delicto, ergo valet remissio pœnæ filiorum,non enim est dubium quin in talibus maior sit potestas principis quam legis vel statuti.vt pulchre Bal. tradit in auth. hoc amplius.C. de fideicommis. & facit l. si diuina domus, cū ibi not.C.de exacto.tributo.lib.x.cum simil. & huic fundamento respondeat author vel Apollo. Cō-
12 firmatur & fortius, † nam licet dolus verus futurus non possit remitti iuribus communibus, tñ dolus præsumptus futurus remitti pōt ita singulariter dicunt Ioan. And.in nouel. & Anto.de But.in c.fraternitatis.de testibus. & idem voluit Bal.in l.j.in fi.C.de vsufruct.& facit gl.singula.in l. vbi extigitur.ff. de eden. quæ eleganter dicit ꝙ licet minor non restituatur aduersus dolum verum, tñ restituitur aduersus dolum præsumptum,sed in ꝓposito prout d.l.quisquis, est in verbo metuuntur. præsumptus dolus & malitia filiorum punitur qui præsumuntur imitatores morum paternorum. potuit autem ille futurus dolus præsumptus remitti. ergo & pœna. Nec ob.ꝙ non sit apposita clausula non obstante &c. quia vbi constat omnino de mẽte principis non est opus illa clausula non obstante,vt voluit eleganter Bald. in l. rescripta.C.de preci.impera.offe.si bene pōderentur eius verba. & propterea Anton.de But.in c.ex parte.de foro
13 compet.dicit † ꝙ vbi constat de mente principalis illa omnino obseruāda est quanuis dura. licet non sit apposita clausula,non obstante, nec debet referri ad ius cōe, & idem expresius tradit Domi.in c.statutum.in prin.col.iiij.in fi.de rescri.li. vj.sed hic constat oīno de mẽte principis &c. Secundo respondetur ꝙ vbi actus aliter nō pōt valere nisi de plenitudine potestatis,tunc princeps ita faciendo præsumitur velle illa vti.vt pulchre tradit Pau.de Cast.ī l.ex imperfecto.C.de testa. Moder.in c.quæ in ecclesiarū.vbi alleg.alias cottas. de consti.sed secundum mentem authoris tractatus non videretur nisi ex plenitudine potestatis potuisse concedi hæc gratia præseruatiua : ergo princeps ille præsumitur vsus cum aliter valere non posset eius concessio.Ex præmissis etiam patet facilis solutio ad argumenta in contrariū adducta ꝙ videlicet daretur occasio delinquendi.nā ex prædictis plene pōt respōderi, & propterea nō insisto,sed finaliter cōcludo talem pręseruatiuam gratiam optimo iure validam censeri debere.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Literæ principis gratiosæ in curia præsidis non integratæ, an prosint ei, qui eas obtinuit.*
2 *Impetrans literas principis gratiosas, ante integrationem illis se iuuare poterit, si opus fuerit.*
3 *Gratiæ principum executionem secum trahentes, non indigent alia executione.*

Quæstio. IX.



1 NONO quærit author,† An literæ hmōi si nō fuerint integratę in curia præsidis vel alterius magistratus possint & debeant prodesse ei qui illas obtinuit in qua qōne etiā multa deduci possent.sed breuiter concludo ꝙ defectus integrationis in casu subiecto,vbi non agebatur de præiudicio tertij, & sic non erat opus causę cognitione in cōcesione gratiæ non impedit effectum literarū, quippe in aliis

literis et remissionũ: verum est ꝙ requiritur integratio, quia et literæ important causę cognitionē, cum agatur de præiudicio tertij, sed in proposito vbi agebatur de simplici dispensatione gratiosa, & de solo præiudicio concedentis, non erat opus aliqua causæ cognitione. Ita pulchre tradit Inno. in c. nisi cum pridem. in fi. de renũtia. Bal. in l. fi. C. quib. res iudi. non nocet. Panor. in c. cum olim. de re iudi. & ibi late Fely. & alibi sæpe Doctor.

2 †Secundo respondemus & peremptorie, ꝙ etiam vbi esset opus integratione ante illã poterit impetrans se tueri ex sua gratia. ad hoc adduco quod in simili tradit Pau. de Cast. in l. mulier. §. non est dubitandum. ff. ad Treb. & in l. si creditoris. C. de fideicom. vbi dicit ꝙ si bannitus obtinuerit gratiã vt cancelletur a banno, poterit illa vti et antequã realiter cancelletur, ita ꝙ si ex statuto permittebatur impune offendi, nõ poterit tũc propter suã

3 gratiam, licet nõ fuerit executa offendi, † quia in gratijs principum, maxime quæ secũ trahunt executionē, vt in remissione de qua in proposito, non est opus altera executione, quia per se operantur effectum, vt in simili in priuilegijs tradit Bald. in c. ad audientiam. de præscrip. & faciũt multa quę congerunt Mod. Papien. in l. quoties. C. de rei vẽdi. quare concludo quod in proposito nõ erat opus aliqua executione quam secum literę trahebant, cum non ageretur de alterius præiudicio, nisi solius concedentis. & ita debet intelligi & limitari stylus qui allegatur per authorem.

SVMMARIVM.

1 *Filius cui princeps concessit, ut nõ obstante paterno delicto succedere possit in omnibus iuribus &c. an possit extraneis succedere.*

Legitimatio quæ fit respectu bonorũ paternorũ, non extẽditur ad successiones collateralium.

2 *Pœnæ ob delictum paternum remissio facta filio amplissime extendi debet.*

3 *Argumentum a maiori in materia quantumcunque odiosa est valida.*

4 *Extensio & si prohibita sit, si tamen ratio expressa sit in lege, fieri potest.*

5 *Dispensationes odiosæ non sunt ampliandæ, licet bene fauorabiles.*

6 *Ius quærendum facilius abdicatur, quam id quod iam quæsitum est.*

Quæstio. X.

1 DECIMO quęritur, An† si per tales literas princeps concesserit filio, vt non obstante delicto paterno possit ipse succedere in omnibus iuribus, & bonis paternis, an videatur rehabilitatus, quantum ad successiones aliorum videlicet agnatorũ vel cognatorum. & concludit author tractatus ꝙ illa gratia videtur esse quædam dispensatio odiosa, quæ non debet extẽdi. allegat in simili. c. primũ. de filijs presbytero. in vj. allegat et decisionem Ant. de But. in c. per venerabilē, qui fil. sunt legi. ꝙ legitimatio facta respectu bonorum paternorũ nõ trahitur ad successiones collateralium. & idẽ tradit Ang. & fortius quem ipse non allegat cõsi. xvij. vbi dicit ꝙ antequã valeat legitimatio quãtum ad successiones collateralium, requiritur ꝙ interueniat illorum consensus, alioquin non valet secundum eum.

Sed hisce minime refragantibus q̃ reuera nõ obstãt in proposito, cõtrarium verius de iure vr̃. & ad id dicendũ moueor. Pri-

2 mũ† ꝙ videlicet illa remissio pœnę quæ fit filio sit amplissime extendẽda, eo ꝙ per talē remissionē ad ius primæuũ redeamus secundũ ꝙ in crimine lęsę maiesta. non puniebãtur filij ex delicto paterno, quo casu et lex alias correctoria quæ non debet extendi, deberet amplissime interpretari. glo. sing. alleg. in q. præce. in c. statutũ, in verbo, numerandũ, de præb. in vj. Ant. de But. in c. olim tibi. de verb. sig. Alex. in l. si constante. ad princ. ff. sol. ma. Ias. i auth. quas actiones. C. de sac. san. eccle. cum simi. sicque cũ princeps remiserit pœnam futuram & habilitauerit quantũ ad bona paterna, debet trahi ad successiones aliorũ, cũ vt di-

3 xi sit valde fauorabilis. †Cõfirmatur qa in materia quantũcunq; odiosa bonũ est argumentum a maiori. l. nec in ea. vbi Bart. ff. de adult. l. in suis. in fi. ff. de lib. & posthu. & per glo. in c. in literis. de resti. spol. & facit tex. in c. cum illorum. de senten. excõi. & in cano. miramur. xxiij. q. j. & in l. qui indignus. ff. de senato. & in l. si cui ex facto. ff. de seruis exportã. & in l. relegatorũ. §. solet. ff. de inter. & releg. & in terminis in simili est tex. forma. in c. per venerabilē. qui filij sint legitimi. Si igitur princeps voluerit vt delictũ paternum nõ noceret filio in bonis & iuribus patris, quibus magis debebat priuari q̃ successione collateraliũ. a fortiori vr̃ voluisse remmittere et quantum ad successionē collateraliũ, qd maxime sine dubitatione procedit, vbi princeps assignat rationem generalē, vt pote si forte dicat ꝙ non vult ꝙ filij sine culpa puniantur propter delicta paterna. tũc enim licet postmodũ dũtaxat de iuribus & bonis patris faciat mentionē, extenditur talis gratia ad oẽs successiones, eo quia ratio qua fuit motus cõcedens tẽdit ad sublationem effectualem radicis, propter quam rationem licet extendere et dispensationes odiosas ad non expressa, vt formaliter voluit Abbas. moder. in cap. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. & licet Fely. in c. postulasti. de rescrip. voluerit in hoc reprehendere Abb. tamẽ cõiter omnes illum sequuntur. vt refert Deci. in

4 d. §. de adulterijs. & assignatur ratio, † quia licet alias extensio prohibeatur, tamen si ratio sit expressa in lege fieri potest, quia tali casu extensio non vr̃. sed dispositio legis immediate reputatur. & ita in materia correctoria quæ est valde odiosa. dicit Bal. in auth. quas actiones, col. j. in fi. ver. sed ego dico. C. de sacrosan. eccle. per tex. in l. his solis. C. de reuo. dona. vbi et Bald. in j. no. & idem Bal. in l. si quis seruo persuaserit. col. ij. ver. & adde. C.

de.C.de furtis.& not. Alex.per illum tex.in l.cũ mulier.in v.not.ff.solu.matri.Nã quãdo in pluribus casibus vna & eadem ratio decidit oẽs casus, quia sicut genus comprehendit species, ita ratio generalis diuersas species casuum complectitur. vt not.tradit Pau.de Cast.consi.cccxxxiiij.præsens casus.col.ij. Alex.in cõsi.lxxv.videtur. col. j.lib.v.& idem Bal.in auth. post fratres. ver. itẽ frater.C.de legit.hære.& idem dicit in c.secundo requiris.in prin.de appel. Non obstat ꝙ licet eadẽ ratio si tñ videtur extensio quia illud non est verũ data identitate rõnis, sed haberet locum si arguatur a similitudine rationis, vt declarat Pau. de Cast.in consi.præalleg. Confirmatur, quia iura quæ dicunt † ꝙ dispensationes non sunt ampliandæ, intelliguntur de dispensationibus odiosis ad beneficia propter ambitionem restringendã c.quamuis de rescrip.lib.vj. vbi vero essemus in alia materia in qua posset fauor inesse, tũc debet extendi & latissime interpretari sicut alia beneficia principum, ita pulchre Panor. & ibi oẽs Moder.in illo.§.de adulterijs, idem Panor. in c. ad aures, de rescrip. sed in proposito non põt esse magis fauorabilis gratia ꝙ̃ ista. vt supra dixi, ergo latissime debet extendi.quibus casibus duobus præmissis non procedit dictum Hostien. vulga.in c.postulasti.vt ibi tradũt Moder.& in alijs iuri.allega.potest autẽ vt diximus. in præcedentibus quæstionibus collegi mens & intentio finalis principis,& ratio qua motus fuit, secundũ quã oportet regulare suã cõcessionem ex suis præfationibus & verbis proœmialibus l. fina. vbi expresse no. Bal.& Ang. & Imol.ff. de hęred.insti.

9 Confirmatur † vlterius quia si per restitutionẽ quæ post delictum commissum conceditur recuperentur iura cognationis, vt est text. optimus in l.j.§.qui mortis.ff.ad Tertul. & probatur etiã in l.j.in fi.ff.de bono.pos. contra tabu. & ibi declarat Bar.& pariter recuperantur iura fideicõmissi, cuius nondum dies cessit.l.arist.ff.de manu.vindicta.& l. ex facto.§.si.vbi late oẽs. ff. de vulga. maxime secundum iura hodierna. vt tradit Bal. in l.cunctos populos.C. de summa trini. & plenissime Sozi.in l.si cognatis.ff. de rebus dubijs. vbi plenissime tangit, a fortiori ista remissio quę fit ante delictum commissum debet illud operari, quia multa impediuntur fienda &c.l.patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & facilius abdicatur ius quærendum quam ius quæsitũ l.qui aũt in prin.ff.de his quę in frau.credi.Innoc.in c. admonet.de renuntia.Fed.de senis.consi.ix. Car. & Imo.in c.j.de locato.Panor.in c. potuit.eod.ti. Alex. consi.xiiij.ij. vol. sed ante delictum commissum non erat alijs agnatis vel collateralibus quæsitum aliquod ius exclusiuum filiorum, ex habilitate a successione. sed duntaxat erat quærendũ vel vt ipsi alij succederent vel ꝙ eis non succederetur; quæ fuit ratio motiua Ant.de Butr.igitur tale ius facile auferri potuit. Ex quibus concludo ꝙ in casu subiecto concurrentibus præmissis gratia præseruatiua ab incursu futuræ pœnæ extenderetur generaliter ad oẽs successiones, nec restringeretur propter expressionem bonorũ paternorũ, maxime vbi dicitur in iuribus & prærogatiuis &c. quia iura, & prærogatiuæ patris, maxime qui est comes vel dux, sunt vt ipse sit habilis ad omnes successiones, & honores &c. Ex quibus præmissis sunt resoluta fundamenta in cõtrariũ adducta per authorem, & ideo non est opus amplius insistere circa illorum solutionem.

SVMMARIVM.

1 *Gratia carere debet impetrata qui contrauenit contentis in ea.*
2 *Contractus principis quando habeat vim legis*
3 *Sententia declaratoria requiritur in pœnis quæ sine executione infliguntur ipso iure.*
4 *Probationes liquidissimæ requiruntur antequam pœna priuationis incurratur.*
5 *Delictum maius a paruo dignoscitur ex pœnæ qualitate.*
Petitio veniæ non est sufficiens probatio delicti.
6 *Actus sequens ad præcedentis actus declaratorius tendens quando suum sortiatur effectum.*

Quæstio. XI.



VNDECIMO quęritur si princeps i cõcessione gratię prȩseruatiuę apposuerit clausulã ꝙ si filius cui fiebat gratia cõsentiret patri in ꝓditione, vel cõspiratione cõtra principem vel faceret seu cõsentiret aliquid ꝙ posset redũdare in prȩiudicium principis esset priuatus eo ipso cõmodo suæ grȩ, an si filius tale q̃d postmodũ fecisse reperiatur, ipso iure priuetur cõmodo gratiæ, in qua q̃ne & si possemus multa allegare contra autherẽ, breui tñ perstringemus stylo, & supposito ꝓ vera cõclusione † ꝙ ex cõtrauentione ipso iure priuetur effectu grę, vt tradũt late Doc. Moder.ĩ d.§.pactus ne peteret l.si vnus.ff.de pac.post Bart. quẽ author alleg.& idẽ Bar.in l.tale pactũ §.qui ꝓuocauit.eo. ti.& latissime disputat in si.Phi. Dec.cõs.cxliiij. cuius fundamẽta referre pigeret, tñ põderãda est, rõ, in qua Bar.se fundat & cęteri Doct. quę est, ꝙ q̃n talis clausula apponitur ab habẽte potestatem legis cõdẽde, cũ eius cõtractus pro lege habeatur, nimirũ si actio ex delicto quę semel extincta pacto priuatorũ suscitari non põt, ex dispositione tñ legis bene põt suscitari, cuius, vim cõtractus principis obtinet ex illo suscitet, & illa est ratio præcisa scribentium. sed ego reperio † ꝙ ita demũ cõtractus principis habẽti pr̃atem legis cõdendę habet vim legis q̃n in ipso cõtractu exprimitur, vt singulariter colligit fuisse de mente Bar.in consi. q̃d incipit ex facto ꝓponitur ꝙ nobiles viri, ꝓut eũ refert & sequitur maximus Doct. Io. Bap.de S. Seuerino in repeti.l.oẽs populi.ff.de iusti.& iure. vbi ẽt dicit ꝙ repetit istud dictũ relatũ a quibusdã Moder.in l.prima.ff.de consti.princ.ideo ita deberet tẽperari cõclusio authoris quando esset expressum ꝙ haberet vim legis, alioquin talis clau-

sula videretur regulanda vt pactum priuatorum, sed circa id insisto, sed dico, quod vbi talis clausula operaretur superueniente reincidentia ipso iure priuationem cõmodi gratiæ requireretur ꝙ liquidissime constaret aliquid tale esse cõmissum ex quo pœna priuationis gratiæ incurrebatur, vt probat text. singula. in l. in testamento. in prin. ff. de condi. & demonstra. quem ita ad propositum Bald. alleg. in c. j. qualiter dominus feudi proprieta. priue. & alibi sæpe. & facta liquidatione esset opus ꝙ ita declaretur per sententiam, videlicet vasallum contrauenisse promissioni suæ. & ex hoc priuatum fuisse. nã per multa concludit Sozi. in consi. inci. sępenumero animo reuolui &c. quod edidit pro Florentinis, & est positum inter cõsilia Fran. de curte consil. xx. col. xj. in fi. & duodecima per totum. 3 † ꝙ etiam in pœnis quæ infliguntur ipso iure sine executione requiritur sententia declaratoria, quidquid dixerit Fely. in c. Rodulphus, de rescrip. & in c. cum nõ ab homine, de iud. vnde quando reperitur aliqua sententia lata contra vasallum cui fuit gratia præseruatiua concessa, nisi exprimeretur causa rebellionis cõtra personam principis, non censeretur ex illa condemnatus, sed ex alia leuiori. vt probat tex. in l. præses. ff. de pœnis. quem ad hoc alleg. Panor. in c. aduersario. de excepti. & hinc dicit glo. sing. in l. hę enim. ff. de suspec. tuto. ꝙ sententia quę potest censeri lata ex causa irrogante infamiam. vel ex causa quæ non irrogat, ex ea causa tanꝙ leuiori lata præsumitur adduco etiam alteram gl. singularem in c. si confirmationem, de elec. in vj. quæ eleganter dicit ꝙ si non apparet quare fuerit cassata electio, in dubio præsumitur potius cassata ex defectu formæ quam ex vitio electi tanquam ex leuiori causa & minus nociua. & idem in simili tradit Rota decisio. xiiij. in antiquis. Spe. etiam in alio casu simili. in titu. de offi. iudi. §. definit. ver. quid si reus. vbi allegat. d. l. hęc enim, & in effectu est communis conclusio quæ maxime in questione 4 proposita procedit, eo † quod ad incurrendam pœnam priuationis, vt dixi, requiruntur liquidissime probationes super facto ex quo illa incurrenda est; nec est verum quod sola incarceratio sit sufficiens ad probationem delicti huiusmodi, immo est valde insulsum id dicere, quia in carcerario potuit fieri ex alia causa etiam graui ꝙ̃ ex causa delicti commissi contra principem, tum quia incarceratio non præsupponit plenam probationem delicti, quia potest fieri ex solis indicijs, vt sunt iura tritissima minus valet dum dicit ꝙ condemnatio ad petendum veniam satis demonstrat delictum fuisse commissum contra personam principis, nam placet retorquere suum fundamentum contra eum, nam pęna & delictum sibi ad inuicem corespondẽt Bald. & Alexan. in l. j. ff. ne quis eum, & in l. decuriones. C. ex quibus caus. infa. irroga. & pulchre Anto. de prato veteri in quodam consilio. posito in fine primæ partis consiliorum Barba. propterea Barbatius consil. xlviij. incipien. præclare scribitur primo Regum. in an-5 tepen. cap. ij. parte. dicit † ꝙ ex qualitate pœne cognoscitur maius delictum a paruo. pœna enim debet cõmensurari delicto: vt per multa iura comprobat Bald. in cap. primo in j. not. de vasal. qui contra consti. Lotha. sicque est consequens ꝙ ex pœna imposita arguitur quale fuerit delictum, se pœna petitionis veniæ, vel quod iterato præstetur iuramentum fidelitatis &c. non est pœna quæ solet, & debet imponi ex factione, vel conspiratione contra principem, quæ longe grauior est, igitur non præsumitur fuisse tale delictum, & de iure petitio veniæ non est sufficiens probatio delicti. glo. singu. in c. exhibita, de homicidio. quam exclamat & sequitur Ludoui. de Roma in l. prima. §. nuntiatio. ff. de noui operis nuntiatio. & potius præsumendum est vasallum fuisse condemnatum ad petendum veniam, ad placandum principis animum, forte motum ex relatione maliuolorum, qui & plerumque solent incolere principum curias, quam ex alia causa graui contra principem, quia tunc verisimilius est ꝙ maior fuisset imposita pœna. & istud maxime sine dubitatione procedit quando postmodum per principem & pares curiæ fuit declaratum talem vasallum fuisse immunem a delictis ei impositis: tunc enim est dubium quin sententia huiusmodi probet efficaciter vasallum esse immunem a delicto. & vbi in vim declarationis non valeret, operaretur de nouo effectum suum restitutorum, vt in simili traditur in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauerit. ff. de acquiren. hæredita. & in l. iij. in princip. ff. de acquir. poss. vbi traditur pro 6 firma conclusione † ꝙ vbi actus subsequens tendens ad præcedentis actus declarationem vel cõfirmationem non possit id operari, operabitur suũ effectum de nouo quando is dependet a sola voluntate facientis, vt proposito veniebat a sola voluntate principis declarantis concedere gratiam restitutoriam, & facere ꝙ etiam delicta haberentur pro non commissis, etiam quantum ad effectus præteritos, per glo. singularem in clem. j. in verbo pro infectis. de immuni. eccl. & non est dubium quin talis sententia principis faciat ius apud omnes per late lecta, & no. in cap. in causis, de re iudi. & ideo stante tali sententia declaratoria non esset dubium.

SVMMARIVM.

1 *Princeps inhabilem ex delicto paterno tractans vt fidelem vasallum, an censeatur eum rehabilitasse.*

2 *Princeps vasallum post feloniam commissam vt suæ curiæ parem vocans, an censeatur ei culpam remisisse.*

3 *Mens deliberata principis colligitur ex actibus frequenter iteratis.*

4 *Patientia longi temporis nonnunquam obligationem, quandoque remissionem & aliquando alios actus inducit.*

5 *Feudo ad dominum ex mora vasalli reuerso, si dominus*

minus eum recipiat ad iuramentum fidelitatis, præsumitur more ingratitudinem remisisse.

Quæstio. XII.



DVODECIMO & vltimo quæritur † nunquid si princeps illum qui erat inhabilis ex delicto paterno vocauerit, & admiserit atq; tractauerit vt fidelem vasallum, amicum & consiliarium, an eo ipso videatur eum rehabilitasse, & author tractatus dicit ꝙ ista quæstio non habet dubium de iure. & verum dicit pro contraria conclusione ꝙ videlicet ex tali admissione & tractatione vasalli, videtur purgata inhabilitas. pro quo est text. formalis peregrinus in iure in l. sed si accepto vsu togę. ff. de iure fisci. vbi formaliter probatur ꝙ obsides qui recepto vsu togæ fuerunt reputati, & habiti veluti ciues Romani efficiuntur capaces successionum actiue & passiue, vbi alias essent omnino incapaces. & propterea dicimus ꝙ pater qui tractat aliquem vt filium videtur eum talem approbare c. per tuas. de proba. c. ex tenore. qui filij sint leg. & formalius Bal. ad propositum in l. imperialis. §. illud. C. de nupt. vbi dicit † ꝙ si princeps vasallum commissa felonia vt parem suæ curiæ vocauerit & admiserit, videtur eo ipso omnem maculam abstersisse. non est enim dubium ꝙ actus superioris, videlicet principis qui est in agere & non pati, vt pote quia tractat vt fidelem recipit ab eo iuramentum fidelitatis & facit similia, operetur effectum rehabilitationis, vt colligitur & not. per Innoc. & Butr. in cap. veniens. de filijs præsby. communiter per omnes Doc. in cap. fraternitatis. de schismat. & communiter Doc. maxime Alexan. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. & in l. idem Vlpianus. §. fina. de excusa. tut. & maxime quando ita reiteratur tractatus & receptio ad iuramentum fidelitatis. † Nam ex talibus actibus reiteratis, magis colligitur deliberata mens principis per id quod dicit glos. in cap. si quis iratus, iij. quæstio. j. Bald. consi. diuino schismatis. quod posuit super rub. C. si quis aliquem testari prohibuerit. vnde ex factis ipsis melius quam verbis voluntas principis colligi potest l. ei qui. §. si tamē. ff. de ędil. edic. facit l. reprehendenda. C. de institu. & substi. cap. secundi requiris, de appella. l. pro hære. §. fi. de acquir. hæredi. cum simi. Nec obstat illa cle. si romanus. & cap. si papa, quia loquitur in simplici nominatione quæ adhuc fiebat ignoranter, hic vero in quæstione præmissa, non solum reiterata nominatio sed tractatio, commissio, & receptio diutina interuenit. ex quibus non potest inficiari quin mens & voluntas principis cui inhabilitas notissima erat fuerit rehabilitare. Et possent pro confirmatione huius opinionis adduci multa fundamenta, quæ elicerentur ex dictis scribentium in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. & in l. si certis annis. C. de pac. & in l. qui in aliena. §. primo. ff. de acquir. hæredi. in quibus locis multas adducunt decisiones ad probandū, quod † patientia longi temporis inducit nonnunquam obligationem, nonnunquam remissionem. & multos alios effectus operatur quos ibi Moder. deducunt. Et vltra facit quod tradunt Doc. in l. ij. post glo. C. de iure emphy. & Cano. in cap. potuit. de locato vbi dicunt ꝙ si vasallus qui cōmiserat feloniam fuerit receptus ad fidelitatem per dominum videtur felonia remissa. Et idem in simili tradit Bald. in cap. j. quo tempore miles inuestituram feudi petere debeat. & idem Docto. in cap. quæ in ecclesiarum. de consti. vbi dicit ꝙ † vbi feudum est reuersum ad dominum ex mora vasalli, si dominus recipiat eum ad iuramentum fidelitatis videtur remisisse ingratitudinem moræ, propter quam priuatus erat. Et infinita alia deduci possent, quæ breuitatis causa prætermitto. ex quibus præmissis concludo ꝙ dominus diutine tractans vasallum vt fidelem amicum & consiliarium, & passim illum admittens ad honores, & alia vt parem suæ curiæ, eo ipso videtur omnem abstersisse maculam, & eū rehabilitasse.

Hisce finem dicendis impono, & si longior fuerim quā deceret, mouit maxime, ꝙ quę abundant non solent vitiare scripturas, sed intelligentium implere cisternas vt pulchre Bal. inquit in l. fin. in fi. C. de iur. emphy. fateor ꝙ pleraque & pene innumera ad propositum deduci potuissent, sed locus & tempus non patiebantur plenius deliberandi consilium, vt inquit iureconsult. in l. j. ad fin. princ. ff. de exercito. opusq; quasi raptim ex ingenti occupatione excerptum fuit. vt & tēpus labor suppleuerit.

FINIS.

PRECLARVS, ET ELEGANS TRACTATVS DE SEDITIOSIS, OMNIBVS, CIVITATVM, VILLArum, & Castrorum, dominis Scabinis seu consulibus, ac cæteris reipublicæ administratoribus utilis, quotidianus ac necessarius, per clarissimum virum domi. Nicolaum Boerii. I. V. interpretem, de Montepessulano, Christianissimi domini nostri Francorum principis in suo excelso consistorio consiliarium ordinarium, nouiter æditus.





I SVMMO ingenio parique fretus scientia, officium scribendi facile me implere posse credere, tamen tam arduum hoc opus ingredi sine magno difficultatis timore nõ possum. Scribendum tamen est. Cum temporibus decursus sæpe ortæ sint nunc indies oriantur de ciuitatibus, villis, & Castris huius Christianissimi Francorum regni seditiones, tumultus, seu populorum commotiones, aduersus illustrissimum ac Christianissimum principem dominum meum supremnm vel eius officiarios, consules, ac administratores ciuitatum & locrum regni sui. Necnon alios terrarum dominos, & quod peius & ægre ferendum est in ecclesias, & ministros Dei. Cum longe grauius sit ęternã quam temporalem offendere maiestatem. Quæritur qua pœna tales seditiosis veniant de iure plectendi. Ideo IESV Christi benedicti ac intemerate, & gloriosæ virginis eius genitricis prius nomina inuoco, vt ipse pijssimus Iesus media eius matre Maria veritatem ponat in ore meo, ipse enim ad Moysen dicit. Ero semper in ore tuo & docebo te quid loquaris. Et ad suos gloriosos Apostolos ait. Dum steteritis ante reges &c. dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, cum veritas super omnia amanda sit l. cum ita legatum. ff. de condi. & demon. tutores veritatis esse debemus l. j. C. de lati. lib. tol. quoniam omnia vera consonant, vt ait Aristo. iiij. Ethic. ac etiam victoriam contra mihi emulos (quam eius gratia huc vsque tribuit) Iuxta virtutem mei nominis Nicolai (qui populi victor dicitur) concedere dignetur signantes nos signo sacro sanctæ crucis. †. ad omnẽ enim actum, ad omnem incessum manus pingat crucem. vt inquit Hiero. in iij. parte. Epistola. xlj. c. xv. de contemplatione, oratione, & lectione. col. ij. & tex. cum glo. in c. postea signatur. de cõsecra. dist. iiij. vbi glo. refert illud quod dicit Diabolus de iudæo qui supra se fecerat signum crucis. Inueni vas vacuum sed signatum. & in Epistola. xvij. eo. lib. col. xij. dicit crebro signaculo crucis munias frontem tuam, ne exterminator egypti in te locũ reperiat. accedat rubr. nigrum. Nemini licere signum saluato. Christi. &c. Idcirco illud in medio afferam Bal. quod venit in mentem in commento l. precibus. C. de impube. & alijs substit. col. xiiij. ea inquit q̃ sunt a magistris tradita recito, & post terga metensium quasi spicas colligendo vado. vt Ruth. ij. c. tãti doctoris fretus authoritate id sequar & breuius quã res tanta dici possit. Ad cuius euidentiã aliqua puto esse p̃mittenda & p̃supponẽda.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Seditio generatur per proprii commodi procurationem.*

2 *Mores nouos ad vitæ rectitudinem non necessarios inducere, est discordiam inducere.*

3 *Seditio, & discordia generatur si aliis alleuiatis, alii nimis in collectis grauentur.*

4 *Seditio facilius oritur si delicta non puniantur.*

5 *Iustitia dicitur anima ciuitatis.*

6 *Iudex toto conatu seditionibus obuiare debet. Officium irenarchæ, quale.*

7 *Clericos arcens à seditione, non incidit in canonem, si quis suadente Diabolo.*

8 *Impotentia seu difficultas puniendi, excusat iudicem à puniendis delictis.*

9 *Iudici non imputatur, si aduersus seditiosos potentiores non processerit.*

10 *Fatuitas maxima ex seditione oritur. Crudelitas nimia descendit ex partialitate, & seditione.*

Crudelitas

Et primo tria sunt quæ generant seditionem & discordiam in ciuitatibus & villis secundum beatum Anto. Archiepis. Florentinum in ij. parte summę suæ. tit. iiij. c. viij. 1 §. iij. † Primo proprii commodi procuratio inordinata, quando aliquis nimis intendit suæ vtilitati & alij inde grauantur, & modicam cum eo possunt habere concordiam. vnde ait Senec. in prouer. principium discordiæ est aliquid ex communi suum facere. Turpiusq; nihil est quam cum illo bellum gerere cum quo familiariter vixeris, propter quod dicitur in c. erit autem lex. iiij. dist. ꝙ lex quæ ligat homines subditos ad sui obseruātiam, ligat in concordia & pace quod nullo priuato cōmodo, sed pro communi ciuium vtilitate debet esse scripta. Exemplum de Roboam qui nimis voluit prouidere bursę suę vt posset facere expēs. superfluas in curia sua vt pater eius Salomon. Et diminuere noluit exactionem tributorum seu talliarum, ex hoc tanta est orta discordia inter tribū Iuda & tribus Israel, ꝙ nunquam tollit potuit, & amisit magnā partem dominij sui, vt habetur iij. 2 Rex. xij. † Inducere enim nouos mores non necessarios ad rectitudinem vitæ inducit discordiā & indecre. dicitur discordiam parit præsumptio nouitatum, vel secundum Pet. Iaco. in titu. de refectio. murorum. ver. modo quæritur an principes &c. Quod propter monetæ seu pecuniæ mutationem & deteriorationem quæ fit plerunque quæsito colore adinuento, vt ex illo lucro a Deo & hominibus maledicto princeps posit guerram sustinere. Ideo descendunt machinationes & maledictiones populi, intellige, quando tributa sine causa imponit & grauat subditos, secus si propter iustam defensionem status secundum Inno. in ca. quod super. de voto. & Bal. in c. cum ab ecclesiarum. de offi. or. quia tunc potest superindicta ponere l. j. & per totum. C. de superindi. lib. x. & tenet Mar. Laudeñ. in trac. de prin. §. vij. tamen si sine causa opprimeret non debent in eū conspirare vt sing. voluit d. Stepha. Buynardus. in repe. l. quisquis. in j. not. C. ad l. Iul. maiestatis. licet sit permissum in finibus defensionis stare vt ibi per eū qui

qui extendit & corroborat prędicta per plures rationes & dicta &c. † Secundum generans discordiam et seditionem est quando aliqui nimis vexātur in collectis, & in aliis laboribus. & alij nimis alleuiantur, vel cum honores & officia aliquibus copiose conferuntur. aliis vero parum aut nihil l. quis tam inueniri. C. de decu. lib. x. vnde generatur discordia inter eos, vel ēt quando rectores & administratores reipu. nimis grauāt subditos propter quod subditi minus diligunt eos. tex. est celebris & mēte tenendus in auth. de man. prin. §. deinde conueniens est. col. iij. ibi, vt nulli populi ciuitatum alterutris seditionem faciant, sed omnem pacem dei esse ciuitatibus, dum æquitas etiā hic nostris subiectis seruatur, & neq; lucri neque passionis alicuius causa ad aliquam partium declinatur. vnde dicit Greg. in cap. ad hæc. lxxxix. dist. dum reuerentiam minores potentioribus exhibent, & potentiores minoribus dilectionem impēdunt, vera concordia fit, & ex diuersitate contextio. & recte officiorum administratio geritur singulorum. & dixi in tractat. de authoritate magni consilij & parlamentorum regni post princ. ij. postil. † Tertium est per quod sequitur seditio & discordia non punire delicta. Nam per hoc datur audacia malis ad lædendum alios, ex quo seditiones, discordiæ & inimicitiæ sequuntur. Et si puniantur aliqui impotentes & non alij potentes & maiores oriuntur indignationes & murmurationes. exemplum de tribu Beniamin qui noluit punire scelus commissum ab hominibus ciuitatis Gabaa qui erant in tribu sua inde orta est discordia inter eos & alias tribus, & propter hoc mouentes bellum contra eos pene totam gladio peremerunt. & hoc in casu erant claues iustitiæ, vt dicit gloss. in l. ad splendidioris. C. de diuersis offic. lib. xij. quando delicta potentum celantur, & non puniuntur, de quo dixi de auto. magni consilij & parlamentorum regni. fol. xiij. † Nam iustitia est anima ciuitatis secundum Alb. de Rosa. in l. iustitia. ff. de iusti. & iure. Multum ergo secundū beatum Ant. vbi supra caueri debet discordia maxime quia vt ait Hiero. post Sallust. in iugurtino. Concordia parue res crescunt, discordia maximę dilabuntur; quia sicut virtus vnita est magis infinita, id est fortior, ita quāto magis est diuisa tanto debilitatur & demum deficit, quoniam omne regnum in se diuisum desolabitur. & idem dicit Luc. de Pen. in l. vnica. in verbo. concordiam. C. de irenarch. li. xj. Et de prædictis cōquerebantur Agenenses contra Consules & iuratos ciuitatis vt infra dicam. & maxime ꝙ honores consulares continuantur in illos qui erant eiusdem domus & familiæ, vt de patre in filium, vel generum, aut in nepotem, vel alios consanguineos & in seipsos quod fieri non debet l. j. C. de mu. & hon. lib. x. nisi aliis idoneis deficientibus l. honor. § pen. & fi. ff. eo. ti. Nulli autem magis commaculant cōmunitatem discordiis quam seditiosi & partiales † ideo ꝑprimum iudex videt prouisiones, & materiam dispositam ad seditiones, monopolia, rixas, tumultus, ac delicta committenda totis conatibus debet obuiare, vt dicit text. in d. authen. de manda. prin. §. deinde conueniens est. & ibi gloss. & Iacob. de Beluiso. colla. iij. quia ad eius officiū spectat ne veniatur ad rixas & arma. l. ęquissimum. ff. de vsufr. & Luc. de Pena. in l. j. col. xv. post prin. versi. secundum ius romanorum. &c. C. pub. letitiæ. lib. xij. et in d. l. vnica. de irenarch. et officium irenarchæ erat qui ad prouinciarum tutelam quietis & pacis per singula territoria faciebat stat• concordiam. & ibi glo. super rub. & Io. de pla. & Iaco. rebufi. & tenet Paris de Puteo in trac. syndica. in verbo. iudices. versi. vbi fiunt ꝓuisiones, & in verbo officialis. versi. si duo sunt &c. quoniam scriptum est Lucæ. xxj. cum autem audieritis prælia & seditiones nolite terreri &c. &. i. ad Corinth. 6. c. In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus &c. † Quin immo etiam clericos arcere a tali turba & seditione nec incidunt in canonem si quis suadente diabolo. xvij. q. iiij. vt tenet ibi gl. in verbo, violentas. alias si non occurrant debent priuari officio vt not. Cyn. in l. seruus. C. de noxa. actio. Bart. & Bald. in l. j. ff. de offic. præfe. vrb. Et Bald. in l. nullus. C. de sum. tri. & Paris de Puteo in d. tract. tit. de offic. syndi. §. syndicantur etiam officiales qui violentas manus &c. Et etiam incurrunt sententiam excommunicationis c. fœlicis. §. fi. & ibi Philip. franc. in c. j. not. de pęnis. lib. vj. Et hoc si possunt sine grandi periculo obuiare, vt d. c. fœlicis. § fin. ibi & facultas ei affuerit &c. & ibi Phi. fran. in v. nota. † dicit ꝙ a pœna quæ imponitur ratione negligentiæ excusat impotentia seu difficultas, si delictum puniri non potest propter potentiam facientis, vel multitudinem delinquentium, vel graue scandalum: vt quia armis se defendunt, vel loci difficultate se protegunt secundum Archi. & Ioan. And. ibi quod facit ad q. secundum Philip. de villa. vel iudice obligato capere malefactorem, vt excusetur si capere non potest supradictis interuenientibus. de quo per Barttol. in l. j. §. occisorum. ff. ad sil. quia vt dicit Bald. in trac. scisma. col. iij. versi. porro. multitudo modū non seruat. & nemo est qui furentis populi rumorē non paueat, pro hoc adducit tex. in c. statutū. §. cum vero. ibi, nisi actor eandē ciuitatem, vel diœcesim intrare non audens: aut sui aduersarij potentiam merito perhorrescens &c. de rescriptis lib. vj. vbi gloss. in verbo, non audens. dicit forte erat Gibellinus & ibi regunt Guelphi, vel econuerso. † Ideo non potest imputari ordinario & maiori. iudicibus Aggenensium qui non fecerant informationes nec processerant ad captionem seditiosorum ad aduentum vsque domini in fratris mei domini Bertrādi de chassaignes iurium professoris ac in supremi Burdegale parlamenti consiliarij optimi ac boni & recti iudicis per dictam curiam ad contra ipsos seditiosos procedendum commissi & deputati, cui postea fui collega adiūctus, vt infra dicam. cum ob metum seditiosæ cōmunitatis Agenensis ausi non fuerint, vt ex infra dicendis apparebit: quia in huiusmodi seditionibus & partialitatibus reperiuntur & descendunt tria magna mala secundum beatum

Anto.

10 Anton. vbi supra † Prima magna fatuitas, quia non videtur sub coelo esse stultior gens ꝙ partiales qui ex appetitu & desiderio mali, dum partialitatem & diuisionem affectant, ponentes in periculo substantiam temporalem, corpus, filios, consanguineos, amicos & eorum bona. Quid enim boni ex partialitate lucrentur non videtur, nisi hæc pericula experiri, Et huiusmodi partiales similes sunt frenetico qui gaudes exponit se magnis periculis nil reputans ea, & hoc quia ratione caret. Secundũ malum est nimia crudelitas, non enim inuenitur tanta crudelitas in aliquo genere hominum quãta in partialibus & seditiosis, ratio enim est secũdum eum quia habitum odij semper habẽt contra homines contrariæ partis tam notos quam ignotos præsentes, præteritos. & futuros aduersus infantes, & senes, Aliquando aduersus consanguineos et affines & contra eos qui aliquando sibi in multis seruierunt, & eorum omnium quibus odiũ gerunt, & in mente homicidæ dici possunt. Qui enim odit fratrem suum homicida est j. Io. iij. Sed vltra odium cordiale quis exprimere valeat seueras & immanes crudelitates quas contra aliam partem exercent non parcunt ætati, non sexui, nõ consanguinitati, non amicitiæ, non fidei, non religioni, non sanctitati, sed vsque ad deuorationem
11 humanæ carnis perueniunt. † Sed istis iusto Dei iudicio frequenter euenit quod accidit crudelissimo Adonibesech regis Iebus seu Hierusalem cui capto fuerunt abscisi pedes et manus et positus fuit sub mensa comedẽrium sicut canis, qui memorans suæ exercitæ crudelitatis, ait, reddidit mihi Deus quod feci. Septuaginta enim reges abscisi manuũ & pedũ summitatibus colligebant sub mensa mea reliquias ciborum, sicut feci, sic mihi factum est. Iudicium j. ca. Et quod etiam accidit crudeli Tyro regi Persarum qui ex crudelitate delectabatur effundere sanguinem humanum, sed hunc captum regina Tamaris, cuius filium occiderat, decapitari fecit, & caput eius in ollam seu vtrem sanguine plenum demergi dices. sanguinem sitisti, san-
12 guinem bibe. † Sub iusto enim domino viuere summa libertas est secundum Ange. in l. j. in fi. ff. de seruit. vrba, prædio, quia alleg. Senecam. Quid Bartholomeo de Salyceto iurium professori propter istas partialitates accidit, expulsus relegatusque & confinatus ad ciuitatem Paduanam extitit vt refert Andr. Barba. in repeti. Ioannina. c. raynaldus. char. xvj. col. iij. versi. pro certo se valde commendat de testa. & in c. rodulphus. et ibi Fely. col. ij. de rescrip. Tertium malum est magna in eo diuturnitas. Nam semper morantur in huiusmodi diuisionibus & partialitatibus. Et multum difficile est dimittere partialitatem in qua inueterati sunt & firmiter habituati. vnde secundum beatum Anto. vbi supra de talibus seditionibus & discordijs quæ fiunt in ciuitatibus & castris, dici potest illud quod Psal. præclarissimus diuino cantauit ore, vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, tota die circundabant eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia, quod exponit ipse singulariter ibi. Qualem ciuitatis statum describit Vergi. Ac veluti magno in populo contra est seditio, sæuitque animis ignobile vulgus. Iamque faces, & saxa volant, furor ar-
13 ma ministrat † Ideo homines honesti sagaces ac præcipue iurisperiti istas seditiones, discordias, & partialitates fugere & præcauere debent, nec sibi assumere nomen Guelphi, vel Gebellini, aut communitatis, vel sectæ seditiosæ, vt no: Bar. in tracta. de Guelph. in iij. q. prin. in fi. arg. l. facta. §. in danda. ff. ad Trebelli. & Martin. Lauden. in tractatũ de prin. §. cliij. dicit, ꝙ ista nomina sunt diabolica quæ non possunt esse ad bonum publicum, immo ad consumptionem reipub. vt experientia docet. Multa enim profecto crimina ex maleuolentia partialium & seditiosorum oriuntur. Hinc homicidia, hinc adulteria, illinc meretricia, raptus, fornicationes, monialium violationes, rapinæ, furta, incendia, sacrilegia, alij fame moriuntur, alij igne cõburũtur, alij, decapitãt, alij mẽbris detruncãtur, manibus lingua, & alijs mẽbris ẽt quod verecundum est dicere pudentibus &c. In clericis continentia, in religiosis deficit vita regularis, vt apparet claris exemplis infra dicẽdis. Postquam enim vt inquit beatus Anto. in ciuitate Romana conquesito dominio orbis ingressæ sunt vrbem partialitatum & seditionum discordiæ, agente Mario contra Syllam. Et econtra Catilina contra Sertorium, & Ciceronem. Cæsare contra Pompeium innumerę cedes ciuium secutæ sunt, sanguis humanus supra modum effusus vt infra dicam. Et si tempore Octauiani imperium pacificum fuerit, hoc summo Deo ob natiuitatem Christi operante euenit, demum paulatim ad nihilum deductum est. & orta est seditio in Ephraim & Iepte, & occiduntur Ephraim cogniti in prolatione cuiusdam verbi, vt Iudicum xij. Item alia aduersus reges, vt primi Esdræ iiij. & etiam apud Machabeos alia
14 seditio. vt ij. Machabeorum xiiij. ca. † Et illam Catilinę coniurationem quam Sallustius describit sciunt omnes. & de supplicio agentibus Cæsar parcendum dignitati. Cato animaduertendum pro scelere censebat, quam sententiam secutis omnibus in carcere paricidæ strangulatur, et quanuis parte coniurationis oppressa, tamen ab incepto Catilina nõ destitit. sed infestis ab Ethruria signis patriam petens obuio Antonij. exercitu opprimitur, ꝙ atrociter dimicatum sit exitus docuit, & idem Iustinus in Lucij flori epithome lib. iiij. Et Vale. Maximus lib. ix. c. vij. titu. de vi & seditione, & de populo Ro. tam violentiæ, & seditionis togatę ꝙ etiam armatę facta refert & primo Togatorum L. Equituum, qui se Gracchi filium simulabat, tribunatumque aduersus leges cum L. Saturnino petebat a Mario quintum consulatum gerente in publicam custodiam ductũ, populus claustris carceris conuulsis raptum humeris suis per
15 summam animorum alacritatem portauit. † Idemque Q. Metellum censorem ꝙ ab eo tanquam Gracchi filio censum recipere nolebat, lapidibus prosternere conatus est affirmante tantummodo tres filios. T. Graccho fuisse. E quibus vnum in Sardinia stipendia merentem. Alterum infantem Præneste. Tertium post patris mortem natum Romæ dicessisse, nec oportere clarissimæ familiæ

ignotas

ignotas sordes inseri, cum interim improuida cõcitate multitudinis teneritas pro imprudentia & audacia aduersus consulatum & censuram tetẽdi, principesque suos omni petulantie genere vexauit, vesana hæc tantummodo illa etiam cruenta seditio, populus enim Minuium competitorẽ Saturnini nomen iam creatis tribunis vnoque loco candidatis duobus restante vi prius in ædes priuatas compulit. extractum deinde interemit, vt cede integerrimi ciuis facultas adipiscendæ potestatis teterrimo ciui daretur. Pręterea creditorum quorum consternatio aduersus Sempronij assellonis prætoris vrbani caput intolerabili modo exarsit, quem quia causam debito susceperat. concitati a L. Cassio Tr. Pl. pro æde concordię sacrificium facientem ab ipsis altaribus fugere extra forum coactum. Inque tabernacula latitantem prætextatum discerpserunt detestanda fori conditio. Nunc 16 de seditiosis militibus refert. † Et primo ꝙ cum C. Mario lege suplicia prouincia Asia vt aduersus Mithridatem bellum gereret priuato decreta esset missum ab eo Gratidium legatum L. Syllam consulem accipiendarum legionum causa milites trucidarunt, proculdubio indignati ꝙ a summo Imperio ad eum qui nullo in honore versaretur transire cogerentur. Sed quis ferat militem scita plebis exitio legati corrigẽtem pro consule istud tam violenter exercitus illud aduersus consulem. Item Q. Pomponium Syllę collegã senatus iussu ad exercitum Cn. Pom. quem aliquandiu inuicta ciuitate obtinebat contendere ausum ambitiosi ducis illecebris corrupti milites sacrificare incipientem adorti in modum hostiæ mactauerunt, tantumque scelus curia castris cedere se confessa inultum habuit. Tum ꝙ ille quoque exercitus nepharie violentus qui C. Carbonem fratrem Carbonis ter consulis propter ciuilia dissolutam disciplinam militarem præfactius et regidius astringere conatum priuauit vita, satiusque duxit maximo scelere coinquinari ꝗ prauos ac tetros mores mutare. Reperio præterea Cornelium nepotem alias Plinium aut Sueto. appellatum de gestis Ro. 17 referentem in c. duodecimo † quod cum Porsena rex vrbem obsideret Mutius Sceuola Cordes vir Romanæ constantiæ senatum adijt. Et veniam transfugiendi petijt, necem regis repromittens. accepta potestate in castra Porsenæ venit. Ibiq; purpuratum scribam pro rege deceptus occidit. Apprehensus ad regem pertractatus dexteram aris imposuit, hoc supplicij area exigens quod in cede peccasset. Vnde cum misericordia regis distraheret quasi beneficium referens ait trecentos aduersus eum similes coniurasse. qua re ille territus bellum acceptis obsidibus deposuit. Mutio prata trans Tyberim data ab eo Mutia appellata, statuaque ei honoris gratia constituta est. Idẽ refert de eodem Mutio Titius Liuius, in secundo lib. decadis, tamen videtur propter illius manus comburationem voluntarie factam, necem quam quis sibi iactationis causa consciuit vt fecit Empedocles l. si quis filio. §. eius. ff. de iniusto rupto testamen. actum non esse virtuosum: quia secundum Barto. ibi hoc faciunt vt ostendant se fortes, & de 18 nulla re timerent: sed non est actus virtuosus; † quia ad hoc vt fortitudo sit virtus requiritur ꝙ tendat ad debitum finem, quia attentare magna pericula non est magnanimitas, sed temeritas, vt voluit Ioan. de Plate. in l. in his. in sexto notabi. C. de prædic. nauicu. lib. xj. alleg. illud Senecæ in libro de quatuor virtutibus. Eris magnanimus si pericula non appetas &c. Idemque Cornelius cap. xix. refert de C. Neomancio qui captis Cariolis vrbe Volscorum Coriolanus dictus, ob ęgregia militię facinora a Postumio optionem munerum accipiens, equum tantum & hospitem sumpsit virtutis, & pietatis exemplum. hic consul graui annona aduentum e Sicilia frumentum magno pretio populo dandum curauit, vt hac iniuria plebs agros non seditione coleret. Ergo a Tr. Pl. decio dicta die ad Volscos concessit, eosque duce Actio Tullio aduersum Romanos concitauit, & ad quartum lapidem ab vrbe castra posuit. Cumque nullis ciuium legationibus flecteretur a Veturia matre & Volumnia vxore matronarum numero comitata motus omisso vt proditor occisus est. Ibi templum fortunæ muliebri cõstitutum. hoc idem refert Titus Liuius eodem libro. Sic accidit Holoferni, cui Iudith. caput amputauit. vt Iudith. xiij. c. & dixi in tract. de custo. cla. porta. ciuit. in vlti. præsuppositione. 19 † Item refert idem Cornelius nepos de Tyberio Graccho Aphricano, qui ex filia nepos quæstos Mancino in Hispania fędus eius flagitiosum probauit periculum deditionis eloquentię gratia effugit. Tr. Pl. legem tulit, ne quis plus mille agri iugera haberet. Octauio collega intercedente nouo exemplo magistratu abrogauit. deinde tulit vt ea familia, que de Attali hereditate erat, ageretur & populo diuideretur. Deinde eum prorogare sibi potestatem vellet aduersus auspicia in publicũ processit, statimque capitolium petijt, manum ad caput referens qua salutem suam populo commendabat. hoc nobilitas ita accepit, quasi Diadema posceretur. Segniterque cessante Mutio consule. Scipio Nasica sequi se iussit, qui saluam rempubli. vellent. Gracchum in capitolio persecutus oppressit. cuius corpus Lucretij ædilis manu in Tyberim missum vnde ille Vespillo dictus Nasica vt inuidiæ substraheretur per speciem legationis in Asiam ablegatus est huius Tyberij Gracchi seditionem refert etiam Iustinus in iij. Epithoma. 20 Lucij, flori. † necnon aliam causam Gracchi, fratris Tiberij mortui seditionem & etiam Cornelius idem. Nam cum statim & mortis & legum fratris sui vindex nõ minore impetu incaluit ipse Caius, qui cum pari tumultu atq; terrore plebem in auitos agros arcesseret, & recentem Attali hæreditatem in alimenta populo polliceretur. Iamq; nimius & potens altero tribunatu secunda plebs volitaret, abrogare auso legibus suis Municio tribuno fretus comitum manu fatale familiæ suæ capitolium inuasit. Inde proximorum cede depulsus. cum se in auentinum recepisset. Inde quoque obuia senatus manu ab optimo consule oppressus est insulatum quoque reliquis illud caput tribuni plebis percussoribus auro pensatum est. Nihilominus

minus Apulius Saturninus, vt ait Iustinus Gracchanas asserere leges non destitit, tantum animorum. viro marius dabat qui nobilitati inimicus consulatu præterea cõfisus occiso palam comicus animo competitore tribunatus subrogare conatus in eius locum Caium Gracchum hominem sine tribu, sine nomine, sed subito titulo in familiã ipse se adoptabat, cum tot tantisq; ludibriis exultaret impune rogandis Gracchorum legibus, ita vehementer incubuit, vt senatumque cogeret in verba iurare cum annuẽtibus aqua & igni interdicturum seminaretur, vnus tamẽ extitit qui mallet exilium igitur post Metelli fuga in omni nobilitate percussa, iam cum tertium annum dominaretur eo vesaniæ progressus est, vt consularia quoque comitia noua cede turbaret quippe vt satellitem furoris sui Glauciam consulem faceret Caium Memmium cõpetitorem interfici iussit. Et in eo tumultu regem ex Satellitibus suis appellatum letus accepit. Tum vero iam conspiratione senatus ipso quoque iam Mario consule, quia tueri non poterat aduerso directe in foro acies, repulsus inde capitolium inuasit, sed cum abruptis fistulis obsideretur, senatusque per legatos pœnitentiæ fidem faceret ab arce digressus cum ducibus factionis receptus in curiã est, ibi in eũ facta irruptione populusq; fustibus saxisq; coopertũ, in
21 ipsa quoq; morte lacerauit.† Item de Liuio Druso seditionem adduxit ibi Iustinus, eo.lib. Denique idem Titus Liuius lib.iij.in prin.refert seditiones alias fuisse Romæ ob legem de Agrariis. T.Emylio consule cum Quinto Fabio. latam, & atrox certamen aderat, nisi Fabius cõsilio neutri partium acerbo rem expedisset. Eodemq; libro plures magnas discordias & seditiones ibi fuisse propter creandos decem tribunos qui summæ rei præessent, militariq; honore illos tribunos militũ appellari aduersus quos S. P. oppius senatui pręsidenr. Nihil aspere quippe agi voluit, ne ipsis seditionis esset locus. sed mittuntur tres legati consulares C. Iulius. P. Sulpitius. Sp. Tarpeius qui quærerent senatus vrbis cuius iussu castra desseuissent, aut quid sibi vellent. & tandem plebs decem creari tribunos obtinuit. & tempore etiam Martini papæ quarti fuit Romæ seditio, ex eo ꝙ Carolo Siciliæ regi senatoriam dignitatem, qua a Nicolao papa tertius priuatus fuerat restituit. ꝙ non ita ab omnibus probatum est maxime ab Vrsinis & Hannibalibus, vt refert Platina in dicti Martini quarti chronica. Non omitto illas vesperas Siculas siue Sicilianas contra Gallos, qui nullo sexus discrimine habito cesi sint, sunt qua in re adeo certe seruitum est, vt etiam mulieres gallico compressu prægnantes cesæ dicantur,
22 vt ibi per Platinam. † Sed in regno nostro Frãciæ maiores numero seditiones fuisse factas comperio. Tempore enim Chiliperici regis qui in singulos imposuit, qui vineas, vel possiderent, vel colerent pendere quotannis vini vrceolum, id est amphoram. Cui tributo legendo Marcus quidã apud Aquitanos exactor positus dum pensionem superbe contumeliosequе exegit, a lemouicensibus occiditur, vt patet in chronica eiusdem per Gaguinũ edita fol.xij. Alia insuper tẽpore diui Ludouici inter scholares, & ciues Parisiẽses, ita vt nonnullis vtrinque occisis, cum sibi de iniuriis illatis satis non esse factum scholastici dicerent, eo indignati de vniuersitate transferenda, quos rex Anglus Francorum perpetuus & implacabilis hostis clandestinis nunciis vt id facerent sollicitabat vt in eiusdem diui Ludouici appparet chronica. fol. lix. Item suo etiam tempore Pastorelorum fuit seditio, qui Parisios Aurelianosque & Bituriges profecti, cum non furto, non adulterus abstinerent a Biturigibus, non longe a vico, qui mortuum mare dicitur, quo ad nouam villam iter est perempti sunt. Hi enim pastorelos se nominari volebant. de quibus hoc distichon scriptum recitat Gaguinus. fol.lxj.verso.N. Semel.& bis.c.li.coniunge dice. Duxit pa
23 storum seua megera chorum. † Alia pastorum seditio fuit tempore Philippi longi qui admoniti cœlesti, vt ipsi dicebant, oraculo in Syriam religionis Christianæ causa profecturos se iactabant. qui postquam magno numero aucti sunt, latrunculis non dissimiles cum prędas agerent Carcassonam vsque progressi ab incolis dissipati aufugerunt pluribus interfectis, & patibulo strangulatis. Præterea fuit alia tempore Philippi pulchri bellouacorum in eorum episcopum nomine Symonem seditio facta quæ eo processerat, vt ciuitate extorris præsul nobilium quorundã manu collecta ciues quosdam ex insidiis cęperit suburbiis igne consumptis. Eodem tempore a Parisiis ob monetæ vsum alia fuit non modica seditio. diuites enim qui suas inquilinis & variorum ministeriorum opificibus domos locauerant, minoris pretii monetam accipere annuę pensionis loco recusabant, alteram quæ iustioris ponderis erat exigentes. Cuius inuenti author Stephanus Bar-
24 betus habebatur. † Et hic Stephanus in delitiis habebat hortos a suo nomine barbetos appellatos cum præclaris ædibus in eo loco, cui barbetẽ porta nomen postea mansit, populus furens in barbeti possessiones delatus quidquid in ædibus & hortis fuit vastat, atque incendit, mox inde mouentes ad viam sancti Martini vt ipse barbetus incolebat se conferunt, fustibus clauisque & verubus vt cui arma furor ministrabat instructi. Effractis barbeti portis domum suppellectilemq; omnem diripiunt. erat per hos dies Philippus pulcher apud templarios quem nihil periculi expectantem seditiosi in templo confestim obsident. Nec quicquam ad eum inferri substinebant quod non, vel raperent, vel coeuo interficerent. tam repentino populi motu attonitus rex, misso ad seditiosos Parisiano cum quibusque aulicis præposito, dicere illis imperat, si quid in illos a quopiam commissum esset. aut iniuria illata se regem esse qui eos tueri possit, petant modo si quid a rege optent. Et domum abeant se protinus curaturum vt populo melius consultum sit, his pro tempore simulatis, leuis populus a furore temperãs cũ domũ
25 quisq; petiisset† nihil cũctatus ipse lex Philippus seditionis authores ad octo & viginti correctos furtis ad quatuor vrbis celebriores portas erectis

ctis illaqueari, & strangulari mandat. Nec multum post monetam ad legitimum æris valorē cudit: vt in eius chronica fol.lxix.cum seq. No.ꝙ non interest nostra habere domum delicatam ita & habilem vt eius intuitu a forensibus vexemur immense,& tenet Ang.in l.j.per gl. ibi in versic. non licere ibi, quia plures homines veniebant a me.ff.de serui.vrb.pręd.dicentes tene mēti tu qui in viridariis delectas,quia præmeris sumptu continuo. Et hoc faciunt nonnulli qui eorum nomen perpetuare cupiunt cū ex magnitudine ædificiorū præsumatur quis magnanimus, tex.in l.in his. in fi.ibi per industriam hominis animosi accessit C.de prædi.nauicu.lib.xj.vbi Bar.dicit ꝙ ex illo tex.habemus vnum modum probandi hominē ingeniosum et magnanimum.et idem ibi Ioan.de Pla.in vj.no.& Luc.de Pen.colum.ij.ibi dicit ꝙ sunt nonnulli qui in laboriose ætatis initio quæstu omisso,& agricultura & delitiis in eorum vita sumunt auspicia, decorem domus excogitant, eam tandem laboriose constructam vacuam habitare coguntur.contra quos adduxit illud Prouer-26 bio.xxiiij.† Præpara foris opus tuum, exerce diligenter agrum tuum, vt postea ædifices tibi domum. Item Bernar.ad quendam nobilem ait. Si vis ædificare domum inducat te necessitas,nō voluntas. Cupiditas ædificandi ædificando non tollitur,nimia & inordinata ædificādi cupiditas expectat ædificiorum venditionem. Turris completa & Archa euacuata faciunt tarde hominem sapientem.vt ibi per eum qui plura adduxit. Nam qui altam facit domum suam quærit ruinam.Prouerb.xvij.Non omittit illud Tullij.j.offi.ornanda est dignitas domo, non ex domo tota quætenda,nec domo dominus sed domus domino honestanda est,& vti in cunctis habenda ratio non sua solum sed etiam aliorum. Fuit deniq; alia tempore Ioannis regis apud ciuitatem Attrebatensem seditio, Cuius seditionis ipsorum plebeiorum aduersum primores ciuitatis causa fuit impositi ad belli vsum census exactio, plebs enim in opulentos insurgens aliquot interfectis reipublicæ regimen vsurpauit. Ad quos missus a rege Arnulphus dangregus senescallus cētum supplicio affecit, vt 27 fol.lxxx.per Gagui. † Et eodem tempore fuit alia Parisius ob monetæ mutationem quam non bono animo Parisienses ferentes Andegauorum comitem vicarium, a Carolo Normanię duce qui Ioānis regis ab Anglis capiti primogenitus erat, relictum plurimo populo comitante conueniunt, vt monetæ vsum inhibeat.quod comes, dum Carolus ab Imperatore rediret, concedit Carolo ab Imperatore reuerso mercatorum præpositum ad sanctū Germanum Altisiodorensem per archiepiscopum Senonen.vocat. Quem cum ingenti armatæ plebis multitudine venientem archiepiscopis monet nō aduersari legi quam de moneta Carolus tulerat. Sed plebis frequentia fretus prępositus pernegat id se facturum,neque præmissurum eam monetam in vsum venire,atque ita loquutus domum discessit,moxque quosq; opifices ab opere cessare & in armis esse paratos iubet. Crepidatum est ne quod a plebe insigne flagitium patrare tur.Exa[illegible] nocte Carolus sub initium lucis palacium petiit, quo idem mercatorum præpositus se confert. Quem Carolus alloquens dicit ego præposite bona animo fero quod a conciuibus tuis cō missum est. Et si quid culpę est illam tibi remitto, nec impedio conuentum procerum habere eosq; ab officiis semouere placet,qui sub patre potestatem gessere. Monetę vero considerationem atque vsum ad arbitrium eorū deferre placet, qui a publico conuentu delegabuntur. Caroli verba præpositus libens excepit,petit de ipsis chyrographū ab ipso conscribi,quod Carolus facile admisit.& tandem contionem ad parlamentum Carolus vocat. Et obtinent Parisienses in petitis sine alia pu-28 nitione.† Eodem tempore non pauci ex Constanciensi atque Ebroicensi territorio prędones agrū Parisiorum incursantes cuncta populabantur. Et licet in eos cum copiis missus esset Petrus villarius præfectus vigilum nullos grassatores damno affecit. Ea propter occasione sumpta Carolus copias contrahit siue,vt prędonibus vt ipse dicebat occurreret, siue, vt pleriq; sentiebant, Parisio & vicinis oppidis præsidium collocaret, idque metuentes parisiaci Carolum admonent ne id faciat declarando se in vrbem milites non admissuros. Et ob id veriti parisienses ne aperto bello arma circunferrentur signum sibi ciuilis concordiæ ac commodant capuciola rubri & blaui coloris cōsuunt,quæ quiq; ferant, hæc ad dissensionem spectare aduertens Carolus ad forum quem halas vocant vbi Parisienses conuenire frequenter soliti essent prodire constituit,& ad illos orationem habuit vt ibi.fol.lxxxiij.Et paulopost monetæ pretium mutatum est.Nam mutonus,id enim monetę aureæ nomen erat. ꝙ arietis effigiem quem mutonem Franci dicunt sculptam haberet,solidis turonen.triginta æstimatus est vnde Perrinus Marcus campsoris cuiusdam institor Ioan.Bailletum Caroli præfati thesaurarium incautum a tergo occidit,quem in ædem diui Mederici latētem Carolus inde euelli iubet,& manu qua Bailletū peremerat abscissa homicidam patibulo strangulari. 29 † Postridie contracto Parisius in æde diui Eligij magno populi cetu, cese prius Reginaldo dauoy dum a palatio domum petit, mercatorum præpositus Stephanus Marcellus cubiculum Caroli ingressus. Nihil, inquit serene princeps inter ea quę gesturi sumus contristeris. & simul hæc dicens Conflauum campanum marescallum Carolo conspiciente necant. Robertumq; claremontensem inde fugientem in penetrali interimunt. Quibus sedibus perterritus Carolus atque a suis desertus & ait illi. tu præposite libera Carolum & serua. Securus esto præpositus respondit, & hoc tuo capiti capuciolum impone. id enim vestimenti genus erat quod sibi populus ad diuersæ partis discrimen desumpserat. Carolus igitur commutato cum præposito capucio,per omnē diem illam,populari insigni vsus suum præposito capucium ferre permisit. Cęsorum cadauera trahi a satellibus & ad mensam marmoream quæ in atrio ad gradus palatij est proiici inspiciente Carolo præpositus iubet,vbi ad populi spectaculum ad vesperam

vsque

vsque relicta iacuere. Itaque eo superbiæ processit populi furor, vt præpositus tyranno persimilis abuteretur magistratu. Et laneos Carolo pannos bicolores misit. Ex quibus capuciola suis aulicis conficeret, futura munimenta aduersus seditiosos. Id quoque Carolus non recusauit. Conuocatis præterea in Augustinensium cenobio permultis qui per eos dies in communi Franciæ conuentu agebant, cedem a se factam præpositus, adnitente maxime Roberto Corbio, laudari probarique imperat. Carolum deinde in senatu parlamenti, ius dicentem cum plerisque armatis conueniens petit ea omnia illibata seruari quæ ad trium statutum de legatis instituta decretaque essent, neque impediret aliquot ex suis magistrat. ammoueri, sed sineret eos rempublicam moderari a quibus regendã esse populus decreuerat. Reciperetq; in suum consilium tris, aut ad summum quatuor Parisianos ciues quos populus designaret. Postulata Carolus admisit. Cumque Nauarro rege donationibus ab ipso Carolo factis pacato. Parisiani considerantes ne per principum beniuolentiam male cum eis ageretur. Et pessimorum facinorum pœnas luerent ad alias ciuitates & regni primiores literas dant suadentes suam societatem profiteri, & capuciolum Parisien. fœderis atque communis amicitiæ præ se ferre, quod iam Carolus ipse & Nauarrus rex Philippus præterea Aurelianus Franciæ regis frater, & comes Stampensis assumpsissent literis acceptis pauci assumpsere. Inter tot reipublicæ damna Carolus consilium cæpit, non se regis vicarium & locum tenentem, vt solitus erat, sed regentem appellare plus authoritatis in ea appellatione esse ratus. Et ipso Carolo apud Compendium existente Parisiani arcem luparam occuparunt, & præsidio imposito machinas inde belli ad ædes publicas vrbis transduxerunt. Itaque parum abfuit quin ad priorem aduersitatem nouæ factiones accederent. nam abeunte Parisio Carolo nemo nobilium Parisios inuisebat Carolum sequentes. Et aliquot ciuitates cum Parisijs sentiebant, sed longe plures Caroli partes tuebantur & infinite seditiones secutæ fuere, vt ibi fol.lxxxiij.cum seq. † Fuit præterea eodẽ Carolo tunc rege quinto existente, cædes apud Montempessulanum nonobile castrum, in quo originem sumpsi, a ciuibus truculenter occisis octoginta viris ingenuis atque nobilibus inter quos fuere Guilielmus Poncellus, eques Andegauorum ducis cancellarius Guido desserus, & Arnoldus eiusdem loci prætor. cædis causa hæc fuisse memoratur secundum Guaguinũ in chronica eiusdẽ Caroli erat in prouincia Narbonensi, cui linguæ Occitanæ nunc nomen est. Ludouicus Andegauus Caroli frater positus a rege gubernator, cuius nomine cum ob bellum quod in ea regione gerebatur pensum magistratus exigerent seditione facta sanguinarij ciues eos trucidarunt deiectis in alios puteos cadaueribus occisorum. tam detestabile flagitium non prætererunt impune, nam armatis instructus dux apud Montempessula. cũ aduenisset omnis populus fletu merore lachrimisque confectus vrbe egressus, & loci cõsules funes ex canabe collo tanquam morti obnoxi gestantes per vias prostrati duci obuiam pergunt miserabili clamore ignosci sibi flagitantes. Assistebant duci, cardinales Aruerniæ, cum pontificis clementis oratoribus qui eo placandi ducis causa conuenirent, postridie aduentus ducis in villam ipse in tabulatum quod ei in foro edictũ erat, cum pluribus præcipua dignitate viris comitatus conscendit. Ex quo ab omni plebe conspectus cum grauem admodum in ciues sententiã tulisset. sublato rursus clamore populus veniam frequenter repetebat, quorum fletibus votis cardinales oratoresque pontificis accedentes animum tandem ducis inflexerunt, sententiæ seueritatem rigoremque moderantes quod ipsorum misertus fuit, habuit igitur locum miseratio. Nam cum sexcenti necis iudicium excepissent soli cędis authores, & qui operam sceleri dederant regis arbitrio reseruati sunt. cumque omnium incolarum bona fisco deputata forent dimidium remissum est, armis omnibus quæ apud illos extant deditis pensata insuper ad plenum impensa quam dux ob huiusmodi cædem sustinuisset, vt ibi vide.fol.xcj. † Item etiam tempori Caroli sexti, quædam ex Parisianis plebecula, nouis furijs acta est, videns se vectigalium magnitudine præmi, itaque Præpositum mercatorum aggrediens ad contionem venire hominem cogit, vbi vnus ex plebe audentior, vice multitudinis petit pensiones & vectigalia tolli. Quod qñq; quidam olim postulassent, nec fuissent exauditi, iam adesse tempus, cum satis illis factũ esse oporteat, Concitatæ multitudini plerique sobrie obsistere cupientes, rati si res in crastinam deferretur, compesci furorem posse, in posteram diem negotium remittebant. quod intelligens quidam veterum calceorum sutor temere exurgens, pompa, inquit, aulicorum & fastus, in humeros populi recidunt, & quæ ab illis per luxum profunduntur, dãna nostra, & calamitates sunt. Hanc vilis opificis temeritatem arguere ausus est Ioannes Dormanus, regius cancellarius, obtinuitque in alteram diem postulata transferri. Non restrinxit mora furorem. Enimuero redijt postridie cõcitatior plebs, & petita, ex regis primorumque eius sententia, reportauit. Et vt sedatior domum plebs repeteret ad illam adhuc furentem concionari Ioannem Maresium Carolus imperat, atque causas memorare, quamobrem census, & vectigalia reipubli. moderatoribus pendantur. † Oportere eos qui præsunt multa onera subire, bella plurima a Carolo patre gesta. Et item a filio gerenda esse, quæ sine populari ope bene procedere non possuut, Regios prouentus & fiscum Anglorum iniquitate imminutos esse, Regem publicæ libertati, & populi tutorem, populum coadiutorem esse, debere, æquo animo ferre, si quid nonnunquam durius per necessitatem imperetur. nihilominus tamen gratum nunc regi esse vectigalia tolli, dicendo abirent. Abeant ipsi domum, & quiescant tumultuari. Et cum ad hanc Ioannis orationem sedata turba esse speraretur, sublato clamore, volumus inquiunt, iudæos vrbe expelli. Quibus respondente Ioanne de re ipsa ad regem relaturum se, procurrens confestim quique plebeius publicanorum

norum ædes aggrediuntur, atque effractis pixidibus vbi reposita de vectigalibus pecunia erat, nũmos in vias dispergit, libellosque rationum ministris interfectis carpit & laniat, Iudæorum domos aliquot & bona diripit. Quæ tametsi reddit restituique rex iussisset, nequaquam tamen obtemperatum est, vt vide in chronica eiusdem. fol. xcij. verso. in fi. cum seq.

33 † Item eo tempore alia fuit apud Flamingos & Gandenses seditio, ob nouam pecuniæ a Ludouico Flandrensi comite exactionem. Qui nam siue egens, siue pecuniæ auidus a Gandensibus, qui propter oppidi magnitudinem & populi frequentiam primi inter Flandrenses habentur, grandem pecuniam arrogantissime petens, cum ea sibi constanter negaretur, loco discedens, & ego, inquit, huic populo me principem & dominum exhibebo. Et Halso militi attributis copijs, & Anglorum manu, mandat Gandensibus bellum inferrere, qui mox Gandensem agrũ quotidianis incursionibus vexat. Ibant nihilominus Gandenses armis instructi, seque viriliter tuebantur in commodis multis hostem afficientes. Recordati tamen debitę suo comiti subiectionis, petunt ab illo se audiri. Admisit eos comes. Quorũ hæc breuis oratio fuit. Tui, inquiunt, comes. sumus. Tu nobis es princeps & comes. Tibi cum oratione parere nos decet, tu nos tueri debes. si quid in te peccauimus quod tibi molestum sit, id nobis condonari suppliciter flagitamus. Tãtum ne libertatem tollas, quam a maioribus acceptam, Gandensis populus tueri instituit. Cogi se vectigalibus nescit. Si rebus tuis per aliquam necessitatem opus est pecuniarium subsidium, id tibi non coactione, sed sua se sponte daturum liber populus offert. His comitem verbis placasse rati, ab aulicis imprudentibus, & per ætatem rerum imperitis, iniurias acceperunt, iactantibus comitis potestate esse illorum obstinatam rebellionem flectere calcaribus perinde ac stimulis asellum illos agi oportere, & omnimodo iugum imponere. Quo accepto conuitio Gandenses abiere. Comes vero magnopere studebat illos rerum & comeatus penuria affictari, vt egentes, potestati eius se crederent. At Gandenses animo erecti, vim propulsare bello constituunt, ꝙ fugam comes dederit, vt in præfati Caroli sexti chronica vide fol. xciiij.

34 † Fuit denique alia apud Parisianos eiusdem Caroli vj. tempore & duce Andegauo Franciæ regente seditio. Andegauus enim durum, alij item principes & regij plerique consultores. qui rebus gerendis præ erant, nouũ tributi genus instituere cõtẽdunt. Habitis aliquot cõtionibus, nunc, blãdis nũc amicorũ interuentu, adducere nõ paucos in suã sententiam studebant. Obsistebat tamen populus, nec Petro dilerio, nec Ioanni Maresio qui maxime populares erant, aures accommodabat, tametsi dicerent ex ea pertinacia regem irritatum iri. Et hunc periculum grauioris alicuius pœnæ impendere, Itaque discedens a principibus populus arma capit, decanos quadragenariosque & quinquagenarios per ciuitatem ponens. Cathenas quæ ad compita viarum intra vrbem erant prætendebat, positis contra nocturnas insidias, ex cubis custodibus præterea ad portas ordinatis, Idque facere incipientibus Parisianis reliquæ fere regni vrbes sequntur. Itaque ducenti ex Rothomagensibus plebei homines hoc exemplum imitati, quẽdam obesum ciuem ob crassam corpulẽtiam Crassus vocabatur, alioquin renitentem sibi regem præficiunt, curruique impositum per vrbem circunferentes, tandem in rerum venalium foro constitutum de abolendis vectigalibus legem ferre, & eam promulgare compellunt a cæde non abstinentes. Seuitum enim est in vectigalium quæstores. & expilatum diui Audoeni cenobium. Propterea quod in eo priuilegia quædam reposita esse audierant, quæ libertati ciuitatis nõ congruerunt. Arcem quoque oppugnare adorti, inde a præsidio repulsi sunt aliquot interemptis. dum hæc Rothomagi geruntur, Andegauus dux regens post quartum mensem cum Parisianæ plebis seditionem sedatam esse putat, legem de vectigalibus exigendis tulit, & in foro iudiciali apud Castelletum promulgare iubet, institutis ministris qui legendi vectigalis officium exequerentur.

35 † Ad Calendas Martias cum eius officij causa quæstor ad mercatum apud hallas aduenisset, obolumque pro nasturtio a muliercula, cui Perota morela nomen erat, exigeret, quæsta & vociferans anus, mercatores aliquot in quæstorem excitauit, qui hominem multis vulneribus confossum trucidauerunt eius facinoris fama vbi per ciuitatem vulgata est, protinus vilium artium ministri arma cupiunt, perque ciuitatis vias circuncursant ad cędem perpetrandũ animati quibus cum perditi plerique & nullius æstimationis homines facile accedebant. & inermibus arma nõ dessent publicas ædes adoriuntur, vbi emotis euulsisque postibus communia arma rapiunt, & ea inducuntur fuere ex prudentioribus nonnulli, & inter illos Parisianus antistes, qui tot malis insurgentibus coactas clam fortunas suas ciuitate exportarent, tutiore se loco committentes. Inter arma quæ furibunda plebs desumpserat, erant plumbei mallei quibus obuios quousq; subsidij pecuniarij exactores trucidabant, domos eorum fortunis omnibus spoliantes, nec ad ecclesiam profugientibus immunitas præstabatur, vnũ enim in diui Iacobi hospitalis æde diuæ Mariæ simulachrum amplexantem, protinus necauerunt. simile ad diuum Germanum de Pratis, quo nonnulli confugerent, cum facere molirentur, defendentibus se incolis, inanes in vrbem reuersi. Castelleti item & episcopi carcere recluso, captiuos omnes & Hugonem Aubriotum soluerunt, hunc sibi ducem præficientes, Sed conscius quid pensi furijs incitata plebs haberet, noctu se ex vrbe proripuit, quo in sequente luce domi non inuento, sæuius furere omnes cæperunt. cõstituerunt q; Charentonum pontem petere. & prosternere. Sed destiterunt a Ioanne Maresio admoniti. Tumque frigescere illis cæpit hesternus furor et mentis insania.

36 † Parisiana seditione ad Carolum perlata, authores supplicio grauissimo plectere constituit. Sed regis indignationem quidam ex ciuibus, & schola Parisiensi delicti sapientes mitigauerunt. de his tantum pœna sumpta est qui castelletum

vi olauerunt

violauerūt,subsidio pecuniario abrogato. de quo postea contentio fuit non modica,vt ibi vide,fol. xcvj. Nam incurtraci publicis ædibus literæ repertæ sunt Parisiacæ factionis, quas illis de seditione Parisienses dedisse subscriptio annotabat. Id Carolus egerrime admodum tulit,atque supra morem,furia correptus, plerisque mortem minatur.& ipsi regi per ciuitatem pergenti. Præpositus magna ciuium multitudine stipulatus , humilis,pronusq; occurrens,cum loqui cepisset,rex audire noluit. Præpositiq; preces omnino aspernatus est,iubetq; eū a conspectu procerum discedere, sed præteriens, ad diuæ Mariæ templum profectus,supplicatione absoluta Palaciū redijt.Erant per compita & diuersoria vrbis dispositi ad custodiam milites,prohibiti ne populo,& ne militi populus iniuriā faceret.& dicti tñ cōtemptores duo ex plebe fuere,qui mox comprehensi a suis fenestris illaqueati strangulatiq; perpenderunt,& sic contumaciæ & superbiæ pœnas dederunt. Incesserunt eo die per vrbem Biturigum & Burgundię duces,magna armatorum manu vallati ,& seditionis insigniores authores trecentum in vinculū primum coniectos,paulopost carnifex capite mulctauit,inter quos fuerunt Guillermus Cenomanēsis, Ioannes filiolus,& Martinus doublus,& paucis interiectis diebus. Nicolaus flamingus , supplicio eorū expleto,cathenæ oēs ex cōpitis euulsæ in arcem vicenarum arma per quasq; domos inuenta,partim in Luparam,partim in Palatium deportata sunt.Et Ioannes Marsius, homo populo gratus,delatus ꝙ inter seditiosos fureti plebei fauisset,& cum eo duodecim capite puniti , prius scabinis,& Præposito mercatorum ab eorum officijs priuatis.Inter hæc ad gradus Palatinos, vbi Philippi pulchri simulachrum visitur, extructo throno , Carolus patruelibus & aulicorum nobilitate circunsessus. Petrum Diogemontem cancellarium affari,qui conuenerat populum , iubet. Qui a Carolo quinto ad præsentia tempora orationem deducens,præteritas seditiones & populi flagitia,regis præterea gesta,& ex Flamingis habitas victorias,prolixa oratione memorauit.Hęc postquam loquutus est cancellarius, ad Carolum cōuersus,Hæc ne sunt inquit,serenissime rex, quę mihi dicenda commiseras. Assentiente rege , Patrueles eius ad genua Caroli procliues , populo indulgeri orant,nobilitate quoque atque fortunis insignes fœminæ, passis crinibus lachrymantes, procumbente humi populo , regis miserationem expectabant. Mouit regem miserabilis clamor, & mortis supplicium pecuniaria multa commutauit . Nam dimidiam fortunarum omnium partem,reus quique redimendi sui causa pendit, quæ
37 militi ad stipendium distributa est. † Eadem quoque tempestate Aruerni , adiunctis Lemouicensibus atque Pictauis,grauissimam seditionem excitauerunt,ducem sibi quendam Petrum Bruerium instituentes atque ita per nequissimam licentiam grassantes , nobilem quemque clerum , item & alicuius pensi hominem sibi obuium , sine miseratione obtruncabant.Nam deprehēsi forte per viam scoti equitis capiti initium cassidem imponunt , Sacerdoti amputatis digitis , capitis verticem deglubunt, deinde cremant . Religiosum hospitalis ordinis per allas procere arbori appensum,sagitis telisque confossum necant.Nec modus illis erat vllus seuiendi . Pluris inter illos habebatur qui diriora flagitia cō mitteret ,huius tā detestandæ inhumanitatis nuntio accepto. Biturigum dux qui Auenionem salutandi pontificis causa petebat, delecto nobilium exercitu in seditiosos mouet quos nō difficili prælio , multis occisis mulrisq; laqueo strāgulatis superauit. Itē tēpore Caroli vij. Gādenses a Philippo Burgundiorum duce discerere , ob salis tributum quod illis annuum imponere conabatur . Hinc bello excitato , magna pars regionis cæde atque incendio vastatur . Redierunt tandem in ducis beneuolentiam Gandenses, rebellionis pœnas magno ære luentes . Et apud Parisios tempore Ludouici xj. qui ad principes regni Ludouico ob bonum publicum aduertentes oratores misissent proscriptionis pœnam Ludouicus in oratores quī ad coniuratos legati fuerant pronuntiauit , vt ibī vide, fo. cxlij. Præterea apud Bituriges eodem tempore, ob tributum in aliquod super rebus impositum,fuit populi eleuatio aduersum ipsius tributi receptorem , quem trucidarunt , cuius mortis pœnam non euasere . Nam rex ipse Ludouicus armatos misit milites , & in eorum stillicidijs decem & tris ex fautoribus laqueo strangulari præcepit , & alios plures eiusdem ciuitatis primiores prisonarios supra currum per aliquot
38 menses sequi quocunque ibat loco iussit. †Item apud Ianuenses communis populus aduersus nobiles irruit , & tandem aduersus dominum nostrum supremum regem Ludouicum xij. cuius animam possideat paradisus . Et hac nostra tempestate anno præsenti. ccccxiij. supra mille in ciuitate Agenensi propter subsidium super rebus venundandis imponendum , ad refectionem siue reparationem pontis ciuitatis supra fluuium Garonem existen. conuertendum , ac propterea alia grandia quæ sibi communitas dicebat non iure fuisse , sed contra ipsius ciuitatis priuilegia , consuetudines & statuta imposita . Quorum etiam denariorum siue reipu . reddituum sibi a consulibus, & consiliarijs, quos vulgus iuratos vocat , rationem reddi postulabat . Necnon ob electionem consularis dignitatis , quæ quotannis est fieri solita , deligendo vno ex prudentioribus cuiuslibet status siue guyethi non celebratam , sed veteres consules suos parentes affines & amicos contra ciuitatis mo- rem ex quadam, vt ipsi dicebant , inter eos firmata pactione eligebant . Aduersus quos , communitas die quo subsidium deliberatum fuit , quæ secunda Iulij erat , circa solis occasum insurrexit . Inter quos authores erant Petrus de la sarre , dictus Clerguet . Andre. de la Brosse, vocatus brosset , Guyrandus de Podio veteri , in vulgari Vasconio dictus. de peylo viet , & plures alij ad numerum mille & vltra , sed non æque principales authores erant , vt infra in sententia inserta continetur , qui per viam

ciuitatis publicas paucis armatis circumcursant, ad iniurias,& cedem, vt aliqui dicebant, consulibus & iuratis ac alijs Regijs officiarijs inferendũ & perpetrandã animati quibus perditi pleriq; & nullius ęstimationis homines & pueri accedebant vociferãtes, vbi sunt nũc isti latrones consules vectigal nouum, quod ipsi rhenant appellant, imponere volentes, trucidare.n.eos oportet,& altum cõis plateæ puteum ex cadaueribus ipsorum repleri, clamantesq; more Tuscorum & Apulorũ, viuat, viuat rex & cõitas. quæ tandem in cõi platea se contulerunt, manum a circunstantibus leuare præcipiunt, eosque & eorum partem sequi astringentes. 39 †Et ne consules iuratiq; consiliarij ac olij officiarij a ciuitate nocte illa vel sequenti luce fugam arripere possent, ad clauium portarũ ciuitatis custodes seu clauigeros accesserunt, eisq; claues quas pluribus noctibus seruandas quibusdam ex ipsis tradiderunt, inter quos fuere præfatus Petrus de peylo viet. Petrus darque, Ioannes bastardus, dictus trompeta, & Petrus de domo noua remouerunt. Et exacta nocte sequẽti die lunæ, quæ tertia Iulij erat, post initium lucis, in diuæ Mariæ carmelitarum conuentu, & pradello eiusdẽ in numero duorum millium ad campanarum ecclesiarum eiusdem conuentus sanctorum Hylarij, Fidis, & Caprasij sonum seu pulsationem, quæ ad hominum vocationem ignis extinguẽdi causa fieri solet, se congregauerunt. Ad quos eo in loco nobilis Petrus Gaillardus, dominus de Busconio ciuis plebi gratus, causa placandi & pacis inter eos componendæ se contulit. Eosque hortatus est, vt ex ipsis aliquot magis honestiores, ad ipsis consulibus sua prætensa grauamina demonstranda eligerent. Id quoque facere furibunda plebs recusat, declaransq; omnem plebem interesse velle. Et subito ad communem seu publicam domũ accesserunt, per vias publicas cridando, vbi sunt latrones consules,& virgas more bidellorum vniuersitatum ante se deferri facientes. Sed cum illic consules ac cæteros ciuitatis consiliarios non inuenissent, centum ex ipsis peiores ad ipsam cõmunem domum inuitos consules adducendum delegerunt. 40 †Qui eosdẽ consules ad domos eorum, & vias publicas ac ædes sacras circũquerentes, duos quibus nomẽ erat Raynaldus, alius Ioannes Theobalbus Iurisper itus & integrę famę vir, & Petrus abbrecombus in diui Stephani ęde missam audientes, violenter diuina perturbantes officia extra ad domum communem adduxerunt. Alium autem qui ad diui Dominici pinnaculum quo confugerat nomine Armaniacum, sutorem qui eos de sed itione increpuerat, eripiunt. Quendam alium nomine Ioannem de broha, publicum scribam in vicini domo absconsum, per crines extrahi iubẽt, qui præ timore mortis in suas caligas se extercorauit, quo i derisum postea extercorator seu iuxta eorum vulgare, Cacator vocatus fuit. Eosdemq; ac plures alios ciues prisonarios constituerunt, Claues archiuorum a manibus consulũ, propterea ꝙ in eis priuilegia quædam reposita esse dicebãt, quæ libertati ciuitatis congruerent, ac pariter seras Archiuorum ferreis instrumentis per vnum ex fabris euelli conati sunt. Statutorumq; libros & rationum in numero quinque e domo communi exportari per Antonium Rinhacum fecerunt: alias insuper seditiones & congregationes tam de die quam de nocte, quamuis ter a iudice maiore, ne ipsas sub mortis pœna & bonorum confiscatione facerent, admoniti fuissent, peregerunt, Itaque eo superbie processit populi furor, vt omnes primores se mortuos esse crederent. 41 † Cumq; Agenenses considerantes ne per iustitiam male cum eis ageretur,& pessimorum facinorum pœnas luerent, ad aliarum ciuitatum & castrorum primores literas dant, suadentes suam societatem profiteri, & eorum fœderis ac communis amicitiæ esse. Quorum literis habitatores castrorum sancti Clari de podio mugio acquieuerunt, idem in eorum locis committens. Itaque ꝙ cæteras Vasconiæ ciuitates exemplo eorum, maxime in castro de Logmaine, in comitatu Armaniacij existente, contra consules ac proprios dominos, & officiarios regios, nisi quod hanc Agenensium seditionem ad christianissimũ principem dominum nostrum supremum perlatam, ac annullos commissarios per ipsum ad seditiosos puniendos deputatos intellexissent moneri & se leuari omnes aiebant. Postque per compita & diuersoria vrbis Agenij dispositi fuere ad custodiam, præter custodes ad portas ordinatos, ducentum & plus armati homines, ne noctu in eorum lectis prisonarij ad Burdegalensem curiam vbi adornati fuerant ducerentur. Sed hanc Agenensium seditionem rex Ludoui. dominus noster supremus cuius anima requiescat in bona pace egerrime ad modum ferens illorum punitionem clarissimo viro & illustri domino Bertrando de stissaco, æquiti domino eiusdem loci ac Petragoricensis senescalco consiliarioque & ipsius regis chambellano, & nobili ac spectabili viro iurium professori, domi. Bertrando de chassaignes, domino loci Stanfortis. etiam in suprema Burdegale curia consiliario, & mihi Nico. Boherij, inter cæteros sui sacri regali consistorij consiliarios minimo per patentes literas commisit & deputauit, de quorum punitione apparet per sententias per nos commissarios ante dictos in fine huius operis insertas. 42 † Præterea nobis apud Agenenses sic existentibus, similis populi commotio facta in Campania apud Trecenses, ad quos puniendos potens dominus de aura valle, eiusdem campaniæ gubernator, & nobilis, ac clarissimus vir. domi. Petrus de la verande, Iurium professor & æques, consiliariusque, & magister requestarum regalis hospitij ordinarius missi fuere. qui per eorum sententiam duos principales seditionis authores ad mortem in patibulo subeundam, aliosque in emendam retinentes condemnauerunt, quorum sententia quæ appellatione suspensa fuerat per arrestum fuit confirmata, ac etiam profecto hoc anno apud Pannoniæ seu Vngariæ regnum fuit magna aduersus eorum principẽ populi seditio, qui seuere puniri fecit eosdem, vt in exemplo & historia impressa patet.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Seditio dicitur perturbatio quietis seu pacis publicæ.*
2 *Seditiosus dicitur qui animarum dissentiones facit & discordias gignit.*
3 *Seditio proprie fit inter partes multitudinis inter se dissentientes.*
Bellum & rixa differunt a seditione.
4 *Seditio quid sit, & in quibus locum habeat.*
5 *Congregatio multis nominibus vocatur.*

1 Secundo præsuppono quid sit seditio, † & est quietis publicæ perturbatio. l. j.& ij.C.de sedi. vnde secundum glo. ibi seditio dicitur quasi seorsum itio, quia in diuersum vadunt, aliosque trahunt, vel dicitur a sedo as. per contrarium, quia plerunque populo discordante itur ad manus, & apud græcos dicitur pharatrea. c.coniurationum.xj.q.j.vbi glo. exponit a Phares quod est diuisio, inde Pharisei c. seditionarios.xlvj.dist.& seditio secundum beatū Ant. Archiepi.Floren.in ij.par.suæ sum. ti.iiij.c. viij.§.j. importat discordiā, non quancunq;, sed inter partes alicuius multitudinis, quia discordia est sexta filia inanis gloriæ, sub qua continetur seditio secundum bea.Tho.ij.ij.q.xlvij. arg. j. Ideo Isido.
2 in lib. Etymo.dicit † ꝙ seditiosus est, qui dissensiones animorum facit, & si discordias gignit. Conuenit autem secundum diuum Tho.vbi supra in aliquo cū schismate, rixa, & bello, & in aliquo differt. Conuenit in hoc, quia importat quandam contraditionem, sicut illa. Differt aut schismate, quia schisma opponitur vnitati spirituali scilicet multitudinis ciuitatis. Differt autem a bello, & rixa, quia bellum est contra extraneos hostes, quasi multitudinem. Rixa vero est vnus ad vnū, vel paucorum ad paucos vt per Bartol.& Ang.in l.si in rixa.ff.de sic. & l. quoniā multa facinora.
3 C.de vi pub. † Sed seditio proprie est inter partes vnius multitudinis inter se dissentientes, puta cum vna pars ciuitatis excitatur in tumultum cōtra aliā, vt colligi potest ex d.ll. de sedi. & tenet Card. Alexan.in d.c.seditionarios. post Arch.& idem Ang. de claua. in sua sum. in verbo, seditio. Secundo etiam bellum & rixa in hoc differunt a seditione, quia bellum & rixa important impugnationem in actu, sed seditio dici potest siue sit huiusmodi impugnatio in actu siue fiat præparatio ad impugnationem huiusmodi, vt infra dicam in solutione q. princi. qua pœna puniantur seditiosi, vnde glo. dicit.ij. ad Cor. xij. ꝙ se-
4 ditiones sunt † tumultus ad pugnam scilicet quibus se præparant & intentant pugnare, vt dicitur Iudicium.xij. ideo seditio habet locum in exercitu, in classe, in campo, in schola, & vbicunque multitudo est hominum. Ideo secundum Bonifa.de vitalli. in d.suo tract.criminum.tit.de seditio. seditiosus dicitur ille qui seditionem, vel proditionem tractat de aliqua ciuitate vel castro habendo vel dando, causa faciendi guerram contra publicam vtilitatem, vel tractat facere nouitatem in ciuitate vel bonum publicum statum ipsius, vel tractat se fieri dominum terræ vel alterius loci. & ad præmissa facit illud quod tradit Bal.in consi.cxxx. inci.decretum domi.vol.j.ꝙ verbum congregationis est genus generalissimū l.j.§.conuentionis.ff.de pac.ibi dum dicit in vnū locum congregantur & veniunt &c.& prædicatur de cōuentione nuda in qua aliqui. pactionibus non firmantur, sicut est congregatio ad audiendā aliquam prędicationē vel harengam, vel aliquod
5 parlamentum. † Item ēt de congregatione in qua aliquid pactionibus vel statutis firmatur quæ habent diuersa nomina secundum ꝙ cōgregati ei nomen imponunt, vel secundum ꝙ ius imponit, nam aliquando vocatur vnio, aliquando cōfęderatio, aliquando secta, aliquando conuēticula, aliquādo coniuratio, id est simul iuratio, aliquando conspiratio, id est simul vel idem spiratio, & de vtroque est text. cum sua glo.in c.constitutionem.§.j.cum seq.de verb.sig.lib.vj. vbi licet coniuratio capiatur pro conspiratione, & conspiratio pro coniuratione, secundum doc.Fely.in c.fi. de testi. cog. & in c.exhibita.col.ij.versic. non limitationem. de iud.& Cæpo. Veroneñ.in consil.iiij.colū.iij.cum seq.& Luc.de Penna in l. magistros. col. vlti.C. de profes.lib.x. & Archi.in d.c.coniurationum. xj.q.j. Aliquando mutinatio, & inde mutini in Francia vocantur, quæ omnia fere coliguntur ex l.j.& ij.ff.ad l.Iul.maiest. Aliqñ monopolium, vt C.de monopo. Aliquando consilium, vt d.l.j. & passione dominica dicitur, M.xxvj. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, qui dicebatur Cayphas, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occiderent.dicebant autem, non in die festo.Ne forte tumultus fieret.& idē Marci.xiij.et Lucæ xxiij.Nā hæc omnia, secundum Bald.in d. consi.significant quendā consensum inter se fidei interpositione firmata, quibus homines ad seditionē & tumultū contra rempu.vel tertium prouocātur, vt no.Fely.in d.c.fi. de testi.cogen. & in alijs iuribus.in iiij.præsuppo.alleg.

SVMMARIVM.

1 *Homines quatuor gentem constituunt.*
2 *Multitudo an possit in quatuor consistere.*
3 *Populus ex decem hominibus constitui potest.*

1 Tertio præmitto quot † homines faciāt congregationē, et Bar.in l.ij.ff.vi bo.rap.& in l.j.ff.de probatio. dicit, ꝙ quatuor homines faciunt gentem. & pro eius opi.est tex.in Lombar.in l.j.de aggre.in vico facta, quę est canonizata.xij.q.ij.cum deuotissimam. ibi si quis manu armata vsque ad quatuor homines in vicum alterius &c. & in l.ij.de sedi. contra iudicem vel ciuitatem leuata eo. lib.& c. j.& ibi per omnes.& in c.cōgregato. de elec. Sed Bal.in l.j.§.fi.ff.de iusti.et iur.& in cōs.clxxxvj. in fi.vol.j.tenet contrarium, quia d.l.j.hoc nō dicit,

cit, quia ibi ponitur genus pro geniculo, non pro collectione multitudinis, maxime in statutis & decretis seu ordinationibus punientibus facientes congregationem, vt l.ij.ibi Bald.in ver. collegerit.C.de sedi.de quo statim dicam † & ꝙ quatuor homines non dicantur multitudo, adducit tex.in l.fin.C.de testamen.ideo secundum ipsum quatuor, aut quinque congregantes se ad malefactores puniendos non incidunt in pœnam statuti congregationes prohibentis, ideo Bituriges qui pastorellos de quibus dictum est supra occiderunt non tenentur, licet sine auctoritate principis se cõgregauerint.faciunt not. in l.si barsatoram. C.de fideiuſ.& quæ dixi in.§.xix.de iur. omn. iud. & idem secundum Bal.in d. consi. clxxxvj. si conuocauerint amicos beneuolos ad extirpãdas istas bestias condẽnatas quę regioni nocent vt not.in l.iij.§.cum igitur.ff. de vi & vi arma. sicut enim ad tuitionem rerum licet congregare amicos, vt ibi cum not.in l.j.C.vnde vi.multo magis ad tuitionem publicam,& idem tenet Bar.in suo tract. de Guelphis & Gibellinis.in iij.princi.q.& dico ꝙ debet relinqui arbitrio iudicantis, quot homines faciant congregationem secundum gl.& doc. in c.latores.de cleri.excom.ministran. & in c.disciplina.xlv.distin.et Fely.in c.dilectus.in ij.col. in fi.de simo. † Sed decem homines bene faciũt populum, vt no.in d.c.j. & alijs iuribus supra alleg.gl.& Io.Fab.in.§.si grex.insti.de leg. & Bal. in d.l.j.§.huius.col.iij.vbi dicit ꝙ facile fit turba coadunata,id est, decem hominibus vel pluribus ad idem flagitium cõmittendum. nam turba a turbo dicta est ex genere tumultus l. prætor. vi bo. rap. sicut dicitur tempus turbatum, quando est inuolutum,& aer cõmixtus. & turbare idem est ꝙ confundere, vel inquietare, vel imbrigare l.j.§. fi.ff.de ser.corrup.& per Bar.in ti. qui sint rebelles.in verbo, rebellis,& in verbo tenere.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas personarum in delictis puniendis attendi debet.*
2 *Qualitas causæ in puniendis delictis debet considerari.*
3 *Inimicitia priuata excusat a rebellionis pœna.*
4 *Amicos & cognatos conuocare quando sit licitum.*

Quarto iuxta prædicta præmitto ꝙ in talibus congregationibus puniendis vel remissius plectendis, debet considerari qualitas personarum & causæ l. aut facta.§.causa. &.§. persona & ibi per Doct. ff. de pœn.† & de qualitate personæ patet, quia ex personis hominum dicta pensamus l.j.C.si quis Imperato.maledi.& l. famosi.§.j.ff.ad l.Iul.maie.& l. fi.ff.de act.& obli.& l.si quis aliquid.§.authores. ibi pro qualitate dignitatis.ff.de pœ.ideo si prolata fuerint aliqua verba contra principem tempore seditionis furore durante, veluti ꝙ se alteri regi. scilicet Angliæ vel Aragoñ. redderent, si vellet rex noster eos subsidijs opprimere, vel contra consules & consiliarios ciuitatum. dicendo ꝙ eos occidere oportebat, & puteum corporibus eorum repleri totum, vt aliqui Ageñ.dicebant, veniunt in consideratione, quia lubricũ linguę ad pœnam facile non trahendum d.l.j.& l.famosi.§.j. & olim Præpositi laborum corrigebant eos qui male loquebantur de principe, vt no.glo.super rub. C.de præpo.labo.lib.xij tamen si nobiles Burgenses & alij diuites hæc dicerent contra principem, magis essent puniẽdi ꝗ̃ ciues plebei & pauperes, vt voluit Mar.Lauden.in d.tract.de cri.lęsæ maiest.§.xxxvj.alleg.Bal. infra.l.j.C. de conducto. & procura.lib.xj.tamen genus istud maledicendi sub crimine læsæ maiesta.non comprehenditur vt d.l.iuris.& tenet d. Stepha.Buynardus in d.l.quis.in j.no. versi.secundo dictum notabile. † De secundo scilicet de qualitate causæ patet per tex. in l.mulier.ff.rerum amota.& d.l.ij.ff.vi.bo.rap. tex.in l. Pomponius.in ij.ff.de neg. gest. & Old. in terminis in consi.cccxv.in fi.ver.ex præmissis itaque apparet & hoc probatur Numeri.xx. c.in prin.ꝙ cum populus aqua indigeret, conuenerunt aduersus Moysen & Aron.& ver.in seditione dixerunt. Quare nos fecistis ascendere de Egypto, & eduxistis in locum istum pessimum, qui seri nõ potest, nec gignit, nec vineas nec malogranata, insuper & aquã nõ habet.& tunc Moyses,& Aaron orauerunt pro populo, & exaudiuit dominus clamorem populi, vel secundum Bal. quando est inimicitia priuata.non præsumitur talia fieri contra principem vel rempulicam, sed solũmodo vt priuatus a priuato se defendat.tex.est celebris in l. si quis ingenuam.§.in ciuibus.ff.de ca. licet ipse idẽ Bald. teneat contrarium post Innocen. in ca. j.de offi.deleg.sed Bart.†tenet primum ꝙ priuata inimicitia excusat a pœna rebellionis, in l.hostes.de cap.cuius sententia videtur humanior, secundum Marti.Lauden.in tracta.de crimine læsæ maiest. .§.xxj.& hoc fere natura inductũ est.Quia, vt ait Aristo.congregat separatissimos cõmunis timor, vnde secundum Bald.in d.consi.cxxx.hęc cõsueinoleuit, vt de pace iur.fi.§.cõuenticulas.cum ibi no. quia si quis vult diuidere aliquam cognationem, debet ei resisti saltem consulendo l.possessionum.C. cõmunia vtriusque iudi. Nam qua mente aliquid fiat, animaduerti cõuenit.alle.tex.in l.ex charitate amicitię.ff.ad exhiben.quam nõ inueni ibi, quia amicus amico vult bona l.offic.C.de nego.gest.& d.l.iij.§.cum igitur, de vi et vi arma.& Hester.v.vbi Aman reuersus ad domũ, cõuocauit ad se amicos, ex eo ꝙ Mardocheus sedens ei non assurgit.& etiam habetur Lucæ.xv.vbi dominus qui ouem perdiderat,& inueniens cõuocauit amicos& vicinos et ij. Machabe.vij.c.vbi Iudas machabeus & qui cum illo erant conuocauerunt cognatos & amicos &c. & idem tenet.Car. Alex.in d.§.cõuenticulas.col.ij.ver.vnde si aliquis &c.de pace iura.firm. & per prædicta & alia per ipsum Bal.adducta in d.cõsi.cxxx.decidit† ꝙ stante cõstitutione & decreto domini, disponente ꝙ nullus audeat vel præsumat palã vel secrete directe vel indirecte

indirecte vel aliquo quæsito colore cōtrahere & fabricare, nec modo aliquo celebrare adinuicem aliquam ligam, vnionem, confœderationem, sectam vel conuenticulam, nec vllam conuersationem vel conspirationem sub pœna æris & personæ, eiusdem domini arbitrio imponenda &c. ꝙ si aliqui ne eorum amici de stirpe domus diuidātur inter se ad instantiam quorundam, accesserint ad quendam locum, vbi plurimos conuocauerint & congregauerint, qui inter eos hæc verba habuerunt & potulerunt. Amici vos cognoscitis & nos cognoscimus instigationes & astutias illorum de Gambarinis qui volunt vos diuidere, & quia virtus vnita fortior est ipsa dispersa rogamus vos vt eis nō credatis, nec aliqualiter adhærere velitis, Quinimmo vestro solito more ī defensionibus et offensionibus vbi offendi vobis velint esse debeatis in idē, alias in finalē consumptionē faciliter icurrere poteritis &c. ꝙ nō debeāt puniri, sed eorū pœna est ipsi principi reseruata, q pro motu animi sui sit declaraturus, cui nihil pōt aliud ꝙ̄ persuaderi, ꝙ imponat pœnam pro motu & pietate animi iuxta modicitatem non enormen.

SVMMARIVM.

1 *Populus quando licite poßit se congregare sine superioris aut suorum iudicum authoritate.*
2 *Monachi an poßint licite iurare se defensuros aduersus quemlibet monasterii bona diripientem.*
3 *Congregationes laicorum an sint licitæ.*
4 *Congregatio licita censetur cuius finis licitus reperitur.*
5 *Guelphis sua permittuntur statuta, & Gibellinis sua.*
6 *Seditiosi non dicuntur qui regimen tyrannicum perturbare nituntur.*
7 *Tyrannus in populo sibi subiecto seditiosus est, & ideo expellendus.*

1 Quinto iuxta præmissa † præmitto an populo licitum sit se congregare sine superioris aut suorum iudicum authoritate, & videtur ꝙ non, vt probatur j. Mach. xiiij. ante fi. ibi ne liceat vlli ex populo & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione sine ipso & vestiri purpura. sic & etiam Psal. xv. non congregabo conuenticulam eorum, & in auth. de mand. prin. §. deinde conueniens. & §. deinde competens. colla. iij. & in l. denuntiamus. C. de his qui ad eccle. confu. & tenet Abb. post Host. in d. c. fin. de testi. cogen. & Doct. per illum tex. in l. conuenticulā. C. de epis. & cle. & in d. §. conuenticulas, & Car. Alex. in c. illud. col. v. & xxiij. & ita habetur in stylo & libro consue. & ibi per Aufreri. in tit. quorum cognitio pertinet ad regem. & tenet Ioan. Fab. in l. addictos. C. de epi. aud. & in l. j. de offi. mili. iudi. & Innoc. in c. significasti, & ibi per Doc. insuper Fely. de offi. deleg. & bo. tex. in auth. vt neque miles neq; fœdera. colla. viij. & in c. j. & iij. xxiij. q. iij. In contrariū ꝙ possit se congregare, vt voluit glo. in d. §. conuenticulas, vbi dicit ꝙ de consue. ciuitates faciunt iuratas cōfederationes maxime in Italia, & in ciuitatibus expressis in pace Constantiæ, & præcipue si fiat super licito tangente cōmunitatē, vt puta, vt clerici nō permittant episcopo res ecclesiæ alienare, vt tenent Archi. Pet. de Anch. & Phili. Fran. in d. c. cōstitutionem. de ver. 2 sig. lib. vj. in illa q. an † monachi qui videntes suū monasterium in tēporalibus labi ex dilapidatione abbatis, iurauerunt in simul se iuuare & defendere pro posse, tam contra abbatē, ꝙ̄ contra quācunque aliam personam monasterium destruentē, dicantur cōiuratores a iure reprobati, vbi concludunt ꝙ si ex causa de præsenti & cōi contra prælatū & superiorē, quia iam dilapidabat & male tractabat personas & bona monasterij, ꝙ possit fieri prædicta cōuentio, sed si contra superiorē nihil apparet de præsenti iniustū vel præsumptum, ꝙ tunc non licet subdito cōiurare vel conspirare contra prælatum per d. c. constitutionē, quia istæ conuentiones alliciunt subditos ad peccandum & ad iurgia, quæ licet per se non sint mala, tamen quia malum ex eis sequi potest reprobantur a iure vt not. in c. si Christus. de iureiur. & tenet Luc. de Penna ī l. magistros. col. vlt. de profes. & med. lib. x. & Io. Fab. C. dē monop. & And. de Isern. et Card. Alex. in d. §. conueniculas. & Doc. in l. per iniquum. C. de iur. om. iud. & Bart. in l. fin. ff. de colle. illic. & Host. in sum. de iureiur. §. sed an sit 3 licitum. & Bal. in d. consi. cxxx. † & ideo istę fraternitates quæ fiunt per laicos, siue mares, siue mulieres ad bonum, sunt licitæ, de quo per Archi. in c. si quis despicit. xlj. dist. & Felyn. post Abb. sicu. in c. accedentes. col. j. & ij. de præscrip. vbi Fely. ponit signa cognoscendi collegia licita, tū requiritur ꝙ istæ conuenticulæ mercatorum sint authoritate superioris approbatæ vel confirmatæ, vt not. Bar. in l. fi. de colleg. illic. & in l. j. §. j. sub prætextu. de extraor. crimi. vbi etiam dicit quod superior potest mandare collegijs, vt portent sibi statuta collegiorum suorum. de quo plene per Cardi. Alexan. in d. §. conuenticulas. colum. ij. vbi ponit regulam ꝙ omnia collegia, congregationes & sodalitates sunt prohibita l. j. in princi. ff. de 4 colleg. illic. † vnde secundum eum per finem licitum, licita cognoscitur congregatio, & econtra, per finem illicitum ꝙ sit illicita l. si a reo. §. fina. ff. de fideiuf. & per Angel. in consi. ccclxxvj. colum. j. & Ludo. de Ro. in consi. xxxvij. & huiusmodi confratriæ solent de stilo Franciæ per ipsum Principem approbari. & ita tenet Bonifa. de vitalinis, in tracta. malefi. titu. de colle. illic. vel secundum Bart. in tract. de Guelphis & Gibellin. in iij. quæst. princi. quando congregationes tendunt principaliter ad bonum publicum, vt ciuitas recte & quiete gubernetur, licet tamen non possint aduersarijs resistere, nisi sub vno partialitatis nomine, vt Guelphorum vel Gibellinorum, aut communitatis, tunc licitū est cōi se congrega-

re. Et ideo dicit Bald. in l.ij §.deinde cum esset. ff. de ori. iur.ꝙ plebei possunt sibi facere legē de per se. Et magnates de per se. † & sic secundū eū Guelphi possunt habere sua statuta, & Gibellini sua,& idem dicit Bal.in consi.clx.in prin. vol.j. & dixi in trac.de custo.clauiū porta.fo. viij. col. ij. Sed quando vna pars nō solū vult resistere, sed vult ponere in administratione & regimine alios regentes & istud est simpliciter illicitum, vt d.l.j. de sedi.& ibi no.per gl.de eo q volebat deponere ptātem, vt dicā infra in solu. q. prin. nisi secundū Bar. tales regētes quos volunt deponere, essent tyranni, tunc duobus cōcurrētibus licitū & permissum est deponere. Primo si habendo recursum ad superiorē non possit tyrannides deponi sine magna difficultate. Secundo ꝙ ipsi hoc faciant propter vtilitatem publicam vt status ciuitatis restauretur, secus si hoc facerent, vt alijs expulsis, nouā tyrannidem innouarent, vt ipse hoc probat iuribus & dictis Sanctorum Doc. vt ibi per eum, tamen istis duobus interuenientibus, si peruenerint ad actū, ita ꝙ rumor vel tumultus irrepserat in ciuitate non incidunt in l. j. C. de sedi. alleg. Beatū Tho. ij.ij.q.xlij.arti.ij.& idē Marti. Lauden. in tract.de prin.§.cxj.& Angel.de clau. in sua summa, in verbo, seditio in vlti.q. & etiā diuus Ant. in d.sua sum.ij.parte tit.iiij.c.viij.§.j. vbi volunt †ꝙ cum regimen tyrrannicum non sit iustū, quia non ordinatur ad bonum commune, sed ad bonum priuatum regentis, vt dicitur.iij. Politi. Ideo perturbatio hmōi regiminis non habet rōnem seditionis, nisi forte qn̄ sic perturbatur inordinate tiranni regimen, ꝙ multitudo subiecta maius detrimentum patitur ex perturbatione sequenti, quam tyranni regimine. † Magis autem tyrannus seditiosus est in populo sibi subdito seditiones & discordias nutrit, vt diutius dominari possit & tenet Bart. in tract. de tyran. & in l. decernimus, & ibi Moder. C. de sac. sanct. eccle. & Mar. de Lau. in tract. de confedera. pace & conuentioñ. prin §. xiiij. Vnde Ioiada summus sacerdos, qui cum multitudine armata abstulit regnum Iuda ab Athalia, quod sibi iniuste vsurpauerat, non fuit seditiosus, sed virtuosus. iiij. regū. xj. Similiter Aioth & Gedeon auferentes dominia ab oppressoribus suis. vt in lib. Iudicum habetur.

SVMMARIVM.

1 Oppugnans vel prodens propriam ciuitatem, vel alium principem ab Imperatore inferiorē, an incidat crimen læsæ maiestatis.
2 Monetam & imaginem Cæsaris falsificans crimē læsæ maiestatis incurrit.
3 Forensis licet conspirationem a populo factam sciuerit non tamen punitur.
Clericus an possit cōmittere crimē maiestatis læsæ.
4 Marchio Ferrariensis iura de crimen læsæ maiesta. loquentia contra suos subditos exercet.
5 Ciuitas Florentiæ ex priuilegio sibi indulto regalia habet.
6 Crimen læsæ maiestatis etiam aduersus dominum ciuitatis committi potest.
7 Crimen læsæ maiestatis incurrunt qui cardinales, clericos, vel religiosos insultant.
8 Ciuitates quæ ius fisci habere dicantur.
9 Crimen læsæ maiesta. committere dicuntur, qui in principem, vel eos qui ad latus eius sunt, moliuntur.
10 Conatus in quibus puniatur criminibus.
11 Maiestas duplex est, diuina scilicet & humana, & postrema hæc triplex reperitur.
12 Filii non puniuntur ob crimen læsæ maiesta. a parentibus commissum.
13 Oppugnans ciuitatem imperatori subiectam & obedientem in perduellionis crimen incidit.
Inimicos principis sui in terram intrare permittens, læsæ maiestatis crimen incurrit.
14 Ciues mittentes literas rebellibus ciuitatis, aut aliquod signum dantes criminis læsæ maiesta. rei efficiuntur.
15 Nuncium vel literas hostibus mittens aut aliud signum faciens quo possint ciuitatem & eius dominium occupari, crimeo in currit maiestatis læsæ.
Crimen læsæ maiesta. quis proprie dicatur committere.
Perduelles qui dicantur.
16 Crimen læsæ maiesta. non committitur vbi substractio non fit a iurisditione principis.
17 Maiestas Papæ est maior Imperiali maiestate: Rex Francorum de iure superiorem non recognoscit.
Ciuitatem regi Francorum subditam oppugnans reus est maiestatis læsæ.
18 Laicus iuramentum violando prophanans quod regi & domino suo iurat, & peruerse & dolose regnum eius tractat, & in mortem ipsius insidiatur crimine maiesta læsæ irretitur.
19 Maiestas dicitur maior stās siue maior potestas.
20 Crimen maiesta. læsæ an extinguatur morte.
21 Confiscatio quælibet bonorum ad ipsum regem deuenire debet.
22 Rex Francorum solus in regno suo gratiam seu remissionem concedere potest.
23 Crimen læsæ maiesta locum habet contra regē Franciæ, tamen filii eius qui crimen commisit non sunt infames.
24 Princeps occupatori violento ciuitatis vel prouinciæ non potest ipsam concedere.

Præsuppono

1 Præsuppono etiã sexto† an oppugnans vel rebellans aut prodens propriam ciuitatẽ vel alium principẽ ab imperatore inferiorem recognoscentem vel non recognoscentem superiorem, incidat in crimen læsæ maiesta. ita ꝙ habeat locum l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. Vel dicatur seditionem cõmittere, quæ non solum contra principem committitur l. j. C. de sedi. sed etiam contra ciuitates, castra, & alia oppida ac loca, vt l. ij. in prin. de sedi. dum dicit, in nonnullis locis aut ciuitatibus &c. & l. denuntiamus. ibi collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis vel vici vel cuiuslibet loci &c. C. de his qui ad ec. confu. & l. j. ibi, loca ve occupantur et l. iij. ff. ad l. Iul. maie. & circa hanc qõ. glo. & doc. sunt varij. Nam glo. in l. fallaciter. §. fi. in verbo, prodita. quam ibi sequitur Bald. C. de abol. tenet ꝙ committit crimen læsæ maie. & Bald. ibi not. illum tex. in ver. oppugnata. ad duo. Primo contra venientes cũ vexillis eleuatis hastiliter contra ciuitatẽ. Secundo cõtra proditores populi, qui incidunt in crimẽ læsæ maie. & idem tenent Bal.
2 in l. si quis nummos. C. de falsa mone.† qui dicit ꝙ qui falsificat monetã & imaginem Cæsaris in derogationem suæ maiestatis, committit crimẽ læsæ maie. & idem dicit in ciuitate ista, loquẽdo de ciuitate Perusij, si quis subditus eiusdem ciuitatis falsaret monetam ipsius, alleg. Pau. de Leaza. in cle. pastoralis. de re iudi. bene dicit Bald. ꝙ qui vult prodere populum, incidit in crimen læsæ maiestatis. quod dicit esse verum in subdito, secus in nõ subdito, per tex. ibi, quia nõ committit crimen læsæ maie. glo. in d. clem. pastoralis. in verbo. innuit. quã ibi sequũtur Doc. idem tenet Aegid. Bellamera in consi. xv. in ij. q. Steph. Buynar. in d. l. quisquis. in j. not. ver. vj. addendo prędictis. & Io. Fab. in l. meminisse. C. ad l. Iul. maie. & Bal. in l. ij. ad fin. C. de vindi. manu. Et ideo dicit Ang. in
3 l. frater. ff. de parric. in fi. †ꝙ forensis qui non est de populo. & sic ius populi non debet tueri, licet sciat conspirationem, tamen non debet puniri ex hoc ꝙ non reuelauit. & singula. Oldra. in consi. xliiij. col. ij. versicu. circa. vj. & Marti. Laud. in tract. de crimi. læsæ maiest. §. xxij. & sic videtur ꝙ clericus non dicitur committere crimen læsæ maie. nec habeat locum in eo. l. quisquis. ad l. Iul. maiesta. vt voluit And. Barba. in consi. xxj. vol. iij. de quo per Bar. Sozi. in consi. xij. in iij. & iiij. quæst. volu. j. Abb. sic. in cap. at si clerici. in prin. in fin. de iudi. & tex. in cap. si quis laicus. xxij. q. v. de quo dicam infra circa fin. q. prin. & singulariter Hiero. de tortis in suo eleganti consi. in fauorem Florentinorum, qui archiepiscopum seditiosum suspenderunt, ædito, quod reperitur inter consilia do. Anto. de But. vltimum. & per Bald. in consi. xxiiij. volumi. iiij. incipien. quidam plebanus, & Steph. Buynar. in d. l. quisquis in j. not. ver. v. declaratur. & hãc Bal. opi. sequitur Cæpola in consi. xvij. col. iij. ver. cum ergo casus noster dicens in iiij. col. ver. præterea licet &c. ꝙ in Italia est talis cõsuetudo inter principes ẽt recogno-
4 scentes superiorem ecclesiam Romanam † vt est marchio Ferrarien. qui publicat bona & exercet iura loquentia de crimi. læsæ maie. cõtra subditos suos sibi rebelles & proditores & idem And. Bar. consuluit pro prædicto marchione Ferrarien. in consi. lxx. inci. vbi Christus col. xij. cum seq. ver. capio primũ. vol. iiij. vbi hanc tenet partem multũ singulariter, et pro ipsa adduxit tex. in d. c. si quis laicus. xxij. q. v. per quẽ tex. probat ꝙ crimen læsæ maie. cõmitiut, qui offendit regem aut dñm terræ. & idẽ tenet Ang. in consi. cclvij. inc. Dominus Greg. pagnocij &c. Gregorius fuit ob cãm turbationis status cõdẽnatus ad mortẽ. & oĩa eius bona cõfiscata cõitati Florentiæ, & talis sñia
5 tenuit de iure, scdm eum, † eo ꝙ ciuitas Florentiæ habet regalia ex priuilegio sibi indulto per Cæsarem, q̃ sint regalię c. j. alias esset nulla publicatio, tanꝙ facta a iudice iurisdictione carente l. j. C. de bo. vac. lib. x. & pariter Odofr. in d. l. ij. C. de sedi. per tex. in d. l. j. ad l. Iul. maie. & etiam Ang. in trac. malefi. in gl. che hai tradito la patria tua. in j. q. in ciuitatibus superiorem non recognoscentibus, quia tales ciuitates æquiparantur ciuitati Romanæ vel principi, vt no. Bar. in l. hostes. circa fi. ff. de capti. Et habebit locũ hoc crimen quocunq; modo aliquid contra ius fiat, sicut si fieret contra ciuitatẽ Romanã d. l. j. ij. iij. & iiij. & idem tenet ipse Ang. Are. in. §. per contrarium, quem legit cũ §. interdum. insti. de hære. quæ ab intesta. deferuntur. & idem Pau. de Cast. in l. iij. per illum tex. C. de epis. aud. & hoc qñ per seipsas se regunt, vt Perusia et Bononia, etiam si sint alicui subditæ. et ita dicit seruari de facto, quidquid sit de iure, dicens ꝙ in hac. q. Bal. & Ang. fratres, fuerunt in consulendo contrarij. & idem tenet Bar. brixieñ. in re-
6 perto. in verbo, maiestas, † dicens ꝙ nedũ aduersus reges, sed etiam aduersus dominum ciuitatis committitur crimen læsæ maiesta. alleg. d. l. iij. & in hanc partem videtur inclinare Fely. in c. cum non liceat. col. vj. de præscri. & Archi. in c. fœlicis. & ibi Pet. de Ancha. in iiij. not. de pœnis. lib. vj. et Fran. de Zaba. in d. clemen. pastoralis. in v. q. & ibi Ioan. And. & Io. de Imo. & Ioan. Fab. in procemio. insti. per tex. in l. non dubito. ff. de cap. & idem tenuit Odof. in iiij. nota. C. de iure reipu. lib. x. vbi dicit ꝙ respu. Romanorum & aliarum ciuitatum in hoc parificantur, quia pariter puniũtur seditiosi contra Roma. vel aliam ciuitatem d. l. j. ad l. Iul. maiesta. & d l. fallaciter. & istam partem tenet Marti. Lauden. tract. de crimin. læsæ ma. in prin. si non recognoscat superiorem, sed si recognoscat committitur crimen læsæ maiesta. l. j. ad l. Iul. maiesta. non tamen pœna extenditur ad liberos, secundum d. l. quisquis. & idem tenet
7 Ludo. Bolog. in consi. lxxv. volens † quod etiam habeat locum contra insultantes vel delinquẽtes aduersus episcopos, Cardinales & clericos vel religiosos familiares Papæ & Cardinalium, de quo per Ioan. de Ana. in consi. lxxv. & prædictam sententiam tenuit Aegid. Bellame. in d. consil. xv. in j. quæstio. si ex priuilegio vel permissu Imperatoris aut de consuetudine tanti temporis, de cuius initio non esset memoria, vnus rex haberet supremum dominium. & sic ab eo appellari non possit, tunc contra talem principem crimen læsæ maie.

committitur, & ibi ita consuluit pro Ludo. rege Hierusalem & Siciliæ ac comite prouinciæ a quo non appellatur, & est supremus licet recognoscat Imperatorem, secundū eum, & ego vidi in Archiuis ciuitatis Aquensis comitatus Prouinciæ iuramentum fidelitatis sub sigillo aureo, & in comitatibus Prouinciæ & Folcalcherij habet comes iura imperialia ex priuilegio, vt dicit Albe. de Rosa. in prima parte statu. q. clxv. & istam partē te-
8 net ipse in iij. parte statu. q. xix. † vbi dicit quod licet de stricto iure ciuitates & regna ius fisci nō habeant, fallit in ciuitatibus Lombardiæ quibus per pacem Constantiæ concessum fuit merum & mixtum imperium & regalia. & idem credit in alijs dominis & ciuitatibus habentibus merū imperium ab Imperatore. & idem in regno Franciæ & alijs regnis, tamen secundum Bal. in rub. ff. de rerum diui. ciuitas vel dominus non recognoscens superiorem habet de consuetudine regalia, & iura fiscalia, & etiam Marti. Lauden. in d. tract. de prin. §. cxxij. & clxxxviij. ꝙ idem tenet Guido Papæ in qō. cccxliiij. volens ꝙ habeat locum in Delphino & duce Burgundiæ & et Duce Sabaudiæ, licet recognoscat in superiorem Imperatorem, & ita dicit fuisse iudicatum, & in Delphino duce comite consanguineis regiis, et in paribus Franciæ respectu ad principem, & per quandam consequentiam, & non respectu ad eos. tenet Stepha. Buy. in d. l. quisquis. in iij. no. sed secundum Aegid. in d. cons. contra aliquem ducem, comitem, vel Baronem regni Franciæ, sed solum contra ipsum regē, qui supremus est dn̄s in regno, crimen læsæ maie. infra regnum committi potest, quia nullus alius ꝙ̄ rex supremus dominus in regno dici potest, ille enim a quo appellatur, supremus dici non pōt, vt etiam dixi in tract. de custo. clauium portarum, & hoc tenet Ioan. Barberij in viatorio iuris. ti. de crimine læsæ maie. in ij. mēb. Sed contrarium tenet gl. in d. l. j. ad l. Iul. maiest.
9 † quia illi dicuntur cōmittere crimen læsæ maiestatis qui contra principem vel contra eos qui iuxta latus suum sunt, aut contra rempublicā Romanorum moliuntur vt ibi. d. l. quisquis. Non aūt illi qui contra alias ciuitates moliuntur, vt probatur in d. l. fallaciter. in fin. vbi crimen læsæ maie. & crimen patriæ oppugnatæ ponuntur vt species differentes. ciuitates enim aliæ ab vrbe Romæ funguntur iure priuatorum. l. eum qui vectigal. ff. de verb. sig. & Bald. in consil. xlix. in princ. vol. ij. & secundum hanc opi. consuluit Bald. prout refert & sequtur Nellus de S. Gemi. in tracta. bānito. in j. parte, vbi dicit ita vidisse per viros magnæ authoritatis consultum, ꝙ pluries in ciuitate Floren. obseruatum fuit. Et hanc similiter tenent Aug. Arimi. & Bernar. Land. in addi. Ang. Aret. tract. de malefi. in glo che hai tradito. Nam secundum ipsos titulus talis criminis est seditionis, non perduellionis, vel maiesta. alleg. tex. in d. l. j. de sedi. & ideo Augu. Arimi. dicit gl. in d. l. fallaciter esse falsam per tex. ibi in quo ponuntur casus separati, scilicet demolitio contra patriam, & crimen læsæ maiestatis, vt dictum est. l. allega. Bal. in d. consil. inci. Quanquam allegata sint multa et plura &c. quod non potui inuenire, & Ang. Pau. de Ca. Alex. & Ias. in l. j. §. fina. ff. quod quisque
10 iur. dum volunt † ꝙ conatus non puniatur, nisi in crimine læsæ maie. & in crimine patriæ expugnatæ vel turbationis status, & Ange. in l. vj. ad l. Iul. maie. vbi dicit ꝙ est solum pœna capitalis, per tex. in d. l. j. de sedi. vbi idē tenet per tex. in auth. de manda. prin. §. fin. & in l. capitalium. §. solent quidem. ff. de pœn. vbi glo. ponit exemplum in Ioseph. decurione Bononiensi & Bergollo Pisano qui aduersus quietem ciuitatum suarū sæpe conuenerunt, et populum concitauerunt, & facit secundū eum. Ecc. xxvj. c. circa prin. dum dicit delecturā ciuitatis & collectionem populi &c. & idem vult Bald. in d. l. j. de seditio. dum dicit ꝙ tenens castrū rebellatum contra principem debet mori et Ang. in l. lex. xij. tab. in fina. ad l. Iul. & Angel in addi. ad Bart. in d. l. j. ad l. Iul. maie. & dixi in q.
11 de cust. claui. † Nam certum est ꝙ duplex est maiestas diuina & humana. auc. gazaros. C. de hære. & dicam infra circa fi. q. princ. Et est humana triplex scilicet Imperatoris, vt in proœ. insti. ibi Imperatoriam maiestatem, & etiam regia. l. j. C. vt nemo pri. ibi. regiæ maiestatis &c. itē populi Romani d. l. j. ad l. Iul. maie. dicitur enim maiestas, cum, loco priuatorum habeantur, vt dictum est, ita tenuit Cy. in d. l. quisquis. quem ibi sequuntur Ange. & Saly. in j. oppo. vbi dicit Ange. ꝙ hodie de consuetudine in filiorum & filiarū personis nō habet locum idem dicit ī d. l. fallaciter. et in l. vna. col. ij. C. ne ex delic. defun. & tuba veritatis Bar. in d. l. j. in fin. ad l. Iul. ma. vbi dicit ꝙ tenetur solum lege Iulia de vi pub. & latius ī extrauag. qui sint rebelles, & in verbo, rebellādo. post prin. ver. Sed an hæc constitutio habeat locum &c. & hoc per tex. in d. l. si quis ingenuā. §. in ciuilibus. ff. de cap. & Ang. in d. l. frater. de parric. & Hippo. de Marsil. in suo sin. clxiiij. ante fin. & Io. de Pla. in d. §. j. insti. de pup. iud. & Pet. de Ancha. in d. cle. pastoralis. versi. octauo no. & Cald. in consil. vlti. ti. de accu. & singulariter Ang. in consil. ccxxiij. inci. casus talis est forti guerra &c. maxime vt filij non puniantur, secundum d. l. quisquis. & idem
12 Io. Fab. in. §. publica. de pub. iud. † vbi dicit ꝙ filij tantum puniuntur in terminis. d. l. quisquis. licet alias posset dici crimen læsæ maie. tamen filij non puniuntur, et pulchre & amplissime tenet hāc partem Illustris Doc. Barth. Sozi. in cōsi. ccxxv. inci. in causa fratris Andræ. vol. ij. qui dicit hanc esse communem, & respondet singulariter ad iura in j. parte adducta, volens illud habere locum, etiam si tales princeps non recognoscant superiorem, ex priuilegio vel ex consuetudine præscripta, aut ex concessione superioris, quæ singula membra separatim examinat. Idem tenuit Anto. de Bu. in consi. lxj. in princ. Quid dicēdū, Saly. in d. l. fallaciter. concordat istas opinio. videlicet. aut patria proditur vel oppugnat, vt principi vel populo Romano auferatur, & tūc procedit opi. gl. in d. l. fallaciter supra primo loco relata, ꝙ tunc crimen læsæ maiestatis cōmittatur quia maiestas cui debent obedire offenditur, vt d. l. quisquis, et l. pe. ad l. Iul. maie. Aut oppugnatur vel proditur patria

tria aut ciuitas, sed non ad finem vt principi aufe ratur, tunc non committitur crimen læsæ maiesta. & ita loquitur gl. in d.l.j.ff.ad l.Iul. maiesta. supra secundo loco adducta, & sic Saly. tenet ꝙ in dubio vel indistincte non est crimen læsæ maiest. quod committitur contra inferiorem a principe. Et ista distinctio est valde singularis, quam sequitur Ioan.de Pla.in d.§.j.in vlti.q.instit. de publi. iudic.& Illustris doc.Barth. Sozi.in consi.xxij. col.ij.versi.sed hic aduertendum.cum seq.volu.j. quia secundū eū aut loquimur de his qui oppugnāt per partialitatem, expellendo vnā partem aut factionem, eo ꝙ sunt de alia parte seu factione, & introducendo partem suā, non tñ occupando dñium ipsius ciuitatis, & tunc non dicitur crimen læsæ maiesta.committi. & ita loquuntur iura secundo loco allegata, quia secundum eum Gibellinæ & Guelphæ partes sunt duæ sectæ solum approbatæ pro locis in quibus sunt.allega. Bar.in l.si quis a filio.§.si princip.sed non vbi.& Ioan. Andr.in c. statutum.§.cum vero.in verbo, non audens. de rescrip.lib.vj.& idem Cardi. Alex.in d.§.conuenticulas.col.iij.versi.quæro quid in parte Gibellina & Guelpha.& dixi supra in proxi.præsuppositione.

13 † Aut oppugnat ciuitatem Imperio subiectā & Imperatori obedientem, illius dominium & iurisdictionem mixtum & merum imperium occupando, talis indubitanter dicitur crimen lęsę maiesta.incurrere, quia qui contra principem arma sumunt, eum tangere totum videntur l. vulgaris. in princ.ff.de fur. & ita loquuntur iura superius in j.parte adducta, quia ille dicitur facere contra statum principis, qui vult dirigere statū ad aliud regimen, puta regem, vt voluit Bal.in l.j.§.huius studij.col.ij.in fi.ver.& dicitur status a sto stas.ff. de iusti.& iure & Martinus Laud. in d. tract. de crimine lęsę maiesta.§.xij. vel etiam si inimicos principis permitteret intrare in territorio vel regno principis.text. celebris in l. si quis barbaris scelerata factione.C.de re mili.li.xij.vbi gl.ponit exemplum de potestate castri Franci qui permisit venire Mutinenses corruptus ab eis. tenet Bal.in l.j.q. xlij.ff.de rerum diuisio. & Martin. Lauden.vbi supra.§.xxxviij. quia qui non tenetur ponere fortilicium in manibus inimicorū, tenetur curare ne per inimicos occupetur quantum potest, vt eleganter dicit Ange. in l.non est impossibile.in fi.ff.de pac. & Marti. de Laud.in tract. de castel. & castris §.xxxj. & xxxiij. pro quo adduco bo.tex.in l.dolo. in prin.ff. si ven. nomi. in pos.& ibi gl.singu.& dixi in tract.de custo.claui. in iij. presuppositione.& pro hac parte facit quod dicit Ang.in d.l.j.ad l.Iul.maiesta.

14 †Nota vt curent & aduertant ciues, vt rebellibus ciuitatis non mittant literas, neque aliquod signum prębeant eis, per quod ipsi possint se iuuare cōtra ciuitatem. Nam contrarium facientes incidunt in maiestatem, per illum tex. accipiēdo maiestatem large, vt ipse dicit, quod dictum adducit Barba. in d.consi.lxx.contra Saly.& ego pro Saly.quia Ange.ibi in prin.sequitur gl.quod non habeat locum in alijs ciuitatibus & dominis inferioribus a principe, & sic nō est verisimile quod in fi.per dictum supra alleg.voluerit contrarium, quia dictū docto.debet intelligi secūdum l. quam allegat vt dicit Bar.in l.non solum.§.si liberationis.ff. de libe.leg.& dixi in addi.ad mandago. de electio.in l.addi.sed dictum Ang. in d.l.j.ad l. Iul. maiesta. & etiam opin.Saly.probatur per text.ibi, quive hostibus populi Romani nuncium literasve miserit, signumve dederit, feceritve dolo malo quo hostes populi Romani consilio iuuentur aduersus rempub.

15 qui tex.clare vult † ꝙ mittens nuncium vel literas, aut signum faciens hostibus, quo possint occupare ciuitatem, & dominium illius vsurpare, committit crimen lęsę maiestatis, ergo sequitur, si ad hunc finem non fecerit, nō incidit in crimē lęsę maie.ita tenet Marti.de Laud.in d.tract. de crimine læsæ maiest.§.ij.vbi dicit quod dolose mittat.& Ludo.de Ro.in consi.cccl xv. in fin. & Cępo.in d.consi.xvij.col. vij.in prin.& Old. in d.consi. xliij.in vj.q.vbi dicit ꝙ ille proprie dicitur crimen læsæ maiestatis committere, qui iurisdictioni & potestati imperij suppositus, ab obedientia se realiter subtrahens, hostis animum assumit, & se domino suo aduersarium parat. & ideo tales perduelles vocantur, id est, perfecte ad duellum siue bellum clandestinum vel publicum parati & accincti. vnde & tale crimen vocatum est crimen perduellionis.l.donationes.§.fin.ff. de dona.&.§. per contrarium.insti. de hære.quæ ab intesta.defe.& l.cum filius.§.reis.ff. de leg.ij.idē tenuit Barto.in titu.qui sint rebelles. in versi.tenore.& Martin.Laud.vbi supra.§.xxvj. facit l. amissione.§.deficiunt.ff.de capi. dimi.

16 † vbi ergo non est substratio a iurisdictione principis non est crimen læsæ maiestatis, secundum eum. In hoc articulo ego, saluo semper saniore iudicio, hanc vltimam partem tanquam in iure verissimam, in consulendo & in iudicando firmiter tenendam censeo & sequor, ꝙ contra rebellem & proditorem Ducum, Marchionum, Comitum & aliorum dominorum temporalium ac ciuitatum superiorum recognoscentium pœna l. quisquis. ad l.Iul. maiesta. non habet locum quo ad bona & personas liberorum, sed solum pœna erit capitalis, per dicta l.j.de seditio.nisi proditio fieret cum armis, tunc propter vim publicam bona veniunt publicanda, vt infra dicam in solutione.q.qua pęna puniantur seditiosi, isto in casu filij non erunt incapaces nec secundum. d.l.quisquis. quia indicens taliter bellum, non dicitur committere crimen læsæ maiesta. l.hostes.ff. de capti. vt voluit Oldr.in dicto consi.xliij.in vj.quæs.& istam partem tenet Alberi.de Rosa.in d.l.quisquis. Secus vero est quando fit rebellio contra propriam personam ipsius Imperatoris d.l.quisquis.

17 † Idem si conspiretur contra Papam.c.in primis. in fi.ij.q.j. Cuius maiestas maior est Imperiali.c.solitæ.de maio.& obedien.aut rebellio fiat in personam supremi domini nostri regis, qui de iure non recognoscit superiorem.c. per venerabilē.§. insuper. qui filij sint legitimi, & ibi per Inno. & Mode. & dixi de auth.magni consilij et parlamentorum regni. Aut etiam contra eos qui iuxta latus eorū sunt, vel si oppugnatur aliqua ciuitas eis subdita

ad fidem

ad fidem vt eis auferatur, & tunc habet locum pena, dictæ l.quisquis. vt tenet ibi Cyn.& Stepha. Buynar.in iij.notabi. & idem dicit si contra Augustum committeretur, per illum tex. & semel vidi in magno consilio, scilicet anno quingentesimooctauo supra mille, processum in crimine læsæ maiest.per summum pontificem Iulium secundũ, motum contra illos de Bentiuoille, ex eo ꝙ præfati de Bentiuoille, dominium ciuitatis Bononiæ sibi occupabant, qui tandem fuit per consilium remissus perficiendus & determinandus coram certis non suspectis iudicibus per ipsum Papam deputandis. & hanc conclusionem probo per tex.in d. c.si quis laicus.xxij.q.v.de quo fecit festum Barba.in dicto consi.lxx.supra in prima parte alleg.

18 Nam tex.dicit. † Si quis laicus iuramentum violando prophanat, quod Regi & domino suo iurat, & postea peruerse & dolose eius Regnum tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur &c. & sic copulatiue loquitur, non solum quando prodit Regnum, sed in mortem ipsius Regis insidiatus est. Non enim videtur habere locum in alio domino terræ a Principe inferiore, nec est sub correctione mens illius literæ. & ita tenet Oldra.in dicto consil. xliij.in vj.quæst.vbi

19 vult † quod maiestas dicitur maior stans siue maior potestas, arguendo ab ethymologia vocabuli.l. decernimus. C.de episcopis & clericis.& l.tugurij.ff.de verbor.signific.l.j.ff. de acquiren. possessio.l.fin.ff.ad municip.& omnes post Bart. in l.j.ff.soluto matrimo.sed crimen læsę maiesta. non committitur nisi cum læditur maior potestas sed in inferiore nulla est potestas in læso respectu lædentis, loquendo de potestate, prout accipit lex, potestatis.ff.de verbo.significa. Posito etiam ꝙ talis rebellis teneat ab eodem inferiore domino feudum, quia secundum Oldra. illud non dat domino imperium in suum vasallum. Est enim quidam contractus in quo quis alteri obligatur, vt de noua forma fidelita. cum aliis enim alleg. vbi consuluit pro quodam rege qui auxilium prębuerat aliquibus contra Imperatorem concludendo ꝙ ille Rex non commisit crimen læsę maiestã.vt ibi per eum. Et istud tenet Bal.in consil.lx.volu. ij.incipiẽ.punctus seu facti narratio &c. vbi vult

20 † quod crimen læsę maiestatis contra principem vel rempublicam Roma.commissum, morte non extinguatur, sed bene contra alios principes & ciuitates commissum per mortem extinguatur.al leg.l.fin.ff.ad l.Iuli.maiesta. idem tenet gl. in d. l.meminisse.C.eodem titu.Et ista est vera & communi opi.& etiam in non recognoscentibus superiorem de facto, ex priuilegio vel consuetudine præscripta, vt patet per Sozi.in d.conf.ccclxxv. Quia in delictis mitior & benignior pœna est accipienda l. interpretatione.ff. de pœn. Et in hoc regno Francię ita obseruatur in istis dominis & principibus ab ipso rege inferioribus, & ipsum recognoscentibus, secundum Alberi.de Rosat.in dicta quęstio.xix.in singu.per Aegidi. de Bellamera in d.consil.xv. & ita reperi in grandi consuetudinario Francię nouiter in vulgari impresso.titul.de iuribus rega. col.vj. versi. Item la ou vne ville ne obeist au Roy.&c.quia ad eum solũ spectat cognoscere de crimine læsæ maiestatis, prout in dicto lib.consuetu.eodem titu.fol.v.versicu. Item au Roy nostro syre &c. quod de facto

21 fuit iudicatum contra regem Nauarræ. † Et ibi etiam dicitur ꝙ omnis confiscatio bonorum spectat ad ipsum regem, & nõ ad alium, etiam altum iustitiarium de quo vltimo an bona publicata spectent ad ipsum principem vel ad dominum immediatum, vide Aegidium in d.consil. xv. in ij.q.& Guido papæ in q.cccxlj.& Aufrerium in q.capel lę Tolosæ.q.cccxcv.& plene per Bart. & omnes Mod. in l.si finita.§. de vectigalibus.ff. de damn. infe.& Albe.de Rosa.in iij.parte. q.vij.& Ioan. Fab.in auth. bona damnatorum.C. de bon. dam. & Spe.tit.de feu.ver.xl.& quid de bo.cleri.vide quæ dixi in.§.x.de iurisd.om.iudi. & Fely.in cap. excommunicamus. in princ. de hęre. & Stepha. Buynar.in d.l.quisquis.in iiij.no.versi.iij.procedit.cum ver. seq.quia in hoc regno solum contra ipsum regẽ, & non contra alios principes sibi subditos.crimen lęsę maie.committitur, vt supra dictum est. Pręterea habet solus cognitionem quo ad portum armorum, si fiat publice cum multitudine gentium, vel in itineribus publicis, quia ipse solus prohibet vsum armorum, ideo solus offenditur, vt vide in stylo parlamenti, in j.parte.titu. de

22 iurib.regal. & ibi per Aufrerium. † & pariter nullus princeps pręter ipsum in toto regno potest gratiam & remissionem criminosis facere, cum solum ad supremum dominum illud spectet l.iij. C.de episc.audi.& l.cum indulgentia.& l.fi.C.de sen.pass.& l.fi.C.de genera.obli.& tenet Signo. de Homodeis in consi.clv.col.ij.ver.pręterea nõ est nouum quod princeps &c. & etiam reappellare deportatos ad ciuitatem.l. relegati.in fin.ff.de pœ.nisi inferior ex causa faceret l.is qui reus.per glo.& Bar.ff.de pub.iud. & Ange.in l.si decesserit.ff.qui satis.cogan. & in l.j.§.non fuit.ff.de dolo.faciunt no.per Bal. in l.j.C. de iure aureo. annu.qui possit reseruata principi.sed hic nullo modo possunt etiam ex causa.& per Felyn.in sermone, hodie mecum eris &c. & istam partem tenuit d.Guili.do. Accusarij in quadã q. per eum disput. incipien.quidam Albertus Armixij &c.secundũ Albe.de Rosa.in dicta q. xix.quę de iure commu

23 ni, & etiam diuino procedit vt ibi. † Et licet in hoc regno habeat locum crimen lęsę maiesta.contra principem nostrum supremum, vt dictum est, tamen pœna d.l.quisquis. quo ad filios incapacitatem seu in habilitatem ipsorum non habet locũ quin possint succedere, & capere eis relicta in testamento suorum parentum aliorum, & etiam ab intestato, nec efficiuntur infames, sed ad honores possunt promoueri, sed habet locum quo ad pœnã corporalem & cõfiscationem bonorum omnium, quia consuetudo est generalis in hoc secundum Ang.in d.l.quisquis, vt supra dictum. Si alij domini & principes contrariam habeant consuetudinem ego me remitto consuetudini, & conscientię eorum & suorum consiliariorum. & etiam de iure.d.l.quisquis. loquitur in filiis in potestate constitutis & nõ in emancipatis vt voluit Augu.Ari.

in addi. ad Ange. Are. in trac. malefi. in glo. che hai tradito. versi & aduertendum est, in aditione incip. tu autem in ac materia, adde ꝙ videtur ꝙ gloss. per gloss. in cap. si quis. vj. q. j. quam non inueni. volens plus Augu. ibi quod pœna d. l. quisquis. non habeat locum si filij sint clerici. per glo. in cap. satis peruersum. lvj. dist. non priuantur beneficijs, & tenet Marti. de crimine læsę maie. §. xxxj. de quo plene dixi in addi. ad Dyn. in regu. non debet aliquis alterius odio pregrauari. de regu. iur. lib. vj. 24 † & no. quod violento occupatori ciuitatis vel prouinciæ, princeps non potest concedere ciuitatem vel prouinciam violēter occupatā l. meminerint. C. vnde vi. & ibi Bar. nisi ex causa vera & iusta princeps faceret concesionem, non obstante dicta violentia. l. Lucius. ff. de euictio. & tenet Mart. Lauden. in d. tracta. de princ. §. xij.

SVMMARIVM.

1 Seditio est crimen graue & enorme.
2 Appellatio & si per iudicem a quo non admittatur, tamen executio differri debet.
3 Iudex vnius ciuitatis non potest cognoscere de seditione facta in alia.
Delictum vniuersitatis nisi notorium et famosum esse potest.
4 Delictum per x. homines commissum potest dici notorium.
5 Consultor non tenetur si per viam iustitie procedatur.
6 Vniuersitas vel populus seditionem vel tumultū faciens qualiter puniri debeat.
Vniuersitas delinquere potest in omittendo.
7 Vniuersitas qualiter in committendo delinquere possit.
8 Syndicus vniuersitatis quando legitime censeatur ordinatus.
9 Deliberatio consilii non requiritur in delicto consistente in omittendo.
Ciuitas sine deliberatione delictum continuatum committere potest.
10 Voluntas & intentio potius factis quam verbis demonstratur.
11 Vniuersitati quando possit piudicare pars maior.
12 Vniuersitas ex consilii deliberatione delictum cōmittentes an censeatur delinquere.
13 Ciuitas an teneatur de delicto consulum.
14 Vniuersitas non dicitur delinquere in eo quod à quolibet priuato committi potest.
15 Vniuersitas quæ in faciendo deliquit an possit criminaliter puniri.
16 Pœna quæ infligi possit pro delicto vniuersitatis.
17 Ciuitas priuatur priuilegio episcopali ob delictum homicidii.
18 Inquisito facilius fit contra vniuersitatem quàm contra persona singulares.
19 Ciuitas tota ob hæresis crimen potest comburi.
20 Punitio temporalis vni quandoque infligitur ob delictum alterius, scilicet non spiritualis seu eterna.
Ciues omnes puniuntur ob iudicis delictum.
21 Vniuersitas decapitari non potest.
22 Vniuersitas nil aliud est ab hominibus ipsam repræsentantibus.
23 Vniuersitas verè dicitur deliquisse, in his qui reperiuntur consensisse delicto.
24 Multitudo delinquentium est causa rigoris iuris relaxandi.
Papa non potest omnes clericos vel episcopos priuare.
25 Multitudini in septem casibus non parcitur.
Multitudini in septem casibus non parcitur.
nec etiam multitudini religiosorum.
26 Multitudini non parcitur in delicto committendo, licet bene in commisso.
27 Vniuersitas illa puniri potest ob delictum in qua infantes aut personæ similes non reperiuntur.
28 Seditiosis qua sint pœna afficiendi.
29 Seditiosi ædes alienas expilātes capite plectūtur.
30 Bona damnatorum hodie non sunt publicanda, nisi in crimine lasæ maiestatis.
Deportatio nil aliud est quàm omnium bonorum publicatio.
31 Bona damnatorum non censentur confiscata nisi hoc expresse in sententia dicatur.
32 Seditiosi derobatores puniuntur per l. si quando. C. vnde vi.
33 Violentia præambula non confunditur propter delictum secutum, ad cuius factum tendebat.
34 Seditiosis ex proposito, dolo, & conspiratione machinata mouentes, pro dignitatis qualitate sunt puniendi.
35 Dictio studiose, in delictis malum animum significat.
Seditiosi mori debent si seditio inualuit cruenta. & factio prærupta.
36 Offendere personam publicam grauius est quam priuatam.
37 Delictum coram iudice pro tribunali sedente commissum, nullam probationem aliam exigit.
38 Authores seditionis sunt capite puniendi.
39 Præparamenta ad aliquid faciendum sufficere dicuntur

dicuntur vt ipsum factum censeatur.

40 *Procedere in delicto quid sit, & quid ipsum consummare.*

41 *Tractatus solus etiam in attrocissimis non est puniendus.*

42 *Conatus solus in quibus criminibus puniatur, nullo etiam effectu sequuto.*

43 *Turba non punitur, sed bene quòd iu turba perpetratur.*

44 *Seditio Iustitiæ opponitur & communi bono.*

45 *Seditio Chore qualis fuerit et qualiter perierint qui in seditione fuerunt.*

46 *Plaga in Israel cessauit Moyse & Aaron pro populo orantibus.*

47 *Sediosis toto conatu resistere licet etiam eos occidendo.*

Consulatum sibi propter suam nobilitatem vsurpare volentes sunt fustigandi, & postulantis priuandi.

49 *Agenenses sedittosi de quibus arguantur.*

50 *Personæ honestæ non sunt fustigandæ, sed viles bene.*

51 *Lapidem iaciens ex lasciuia, si aliquem interfecerit, mitius puniri debet.*

52 *Tumultu per accidens incidente, pœna pecuniaria locum habet, & non corporalis.*

53 *Aurelianenses clamantes aduersus scholares, moriantur, vel occidantur, pecuniaria pœna mulctati sunt.*

54 *Malitia crescente debet etiam pœna augeri.*

55 *Seditiosi vt cunque sunt excusandi si magistratus aut consulum authoritate seditionem fecerint.*

56 *Clerici in episcopum proprium seditiosi, depositi traduntur curiæ seculari.*

Extrahentes aliquem de ecclesia crimen læsæ maiestatis incurrunt.

57 *Maiestatem cælestem offendentes grauius puniuntur quàm qui temporalem.*

58 *Pœna extrahentium aliquem de ecclesia qualis sit hodie de iure canonico.*

59 *Mulieres tempore guerræ possunt ciuitatem tueri & defendere.*

Carcassona ciuitas à Carcassa vetula dicta est, quod sola eam ciuitatem defenderit.

60 *Mulieres possunt crimen læsæ maie. incurrere.*

61 *Milites ex proposito & dolose seditionem facientes in exercitu belli debent capite plecti.*

62 *Patrem velle filium mori non est verosimile.*

63 *Miles qui per lasciuiam aliquibus rixantibus seditionem fecerit militiæ gradu priuari debet.*

64 *Pugillum fortitudo clamoribus incitatur, & sermo imperatoris paratas ad prælium acies acutosque mucrones accendit.*

Septimo & vltimo præsuppono qualiter contra seditiosos & conspiratores & similes sit procedēdum, Et quomodo probetur rebellio & seditio, vide Ang. Are. in d. tracta. malefi. in glo. che hai tradito in princ. † vbi dicit ꝙ quamuis istud crimen sit enorme & graue, vt probatur in passione dominica. Luc. xxiij. vbi iudęi accusabāt Iesum Christum benedictum dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram &c. & ibi sequitur at illi inualescebant dicentes, commouit populum, docens per vniuersam Iudeam, incipiens a Galilea vsque huc, &c. Sic etiam diuum Paulum vt Actuum xxiiij. Inuenimus hunc hominem pestiferum & concitantem seditiones omnibus Iudęis in vniuerso orbe, & authorem seditionis sectæ Nazarenorum &c. ita quod appellari non potest l. constitutiones. & ibi Bar, Ang. Are. & Mod. ff. de appel. & Alexan. in addi. ad Bart. in d. l. si quis a filio. §. hi autem. de iniu. rup. testa. & in l. Pantonius. §. rei per duellionis. ff. de acqui. hære. & Io. An. Arch. & sequa. in c. fœlicis. de pœ. li. vi. † licet secundum Bar. in l. j. ff. de offi. eius cui man. est iurisf. appellatio per iudicem tenet Alex. in d. §. hi autē. & Mart. Laud. in d. tract. de crimi. lęsę maie. §. vij. tamen procedi non potest ad torturam, nisi præcedentibus indicijs & alijs præsumptionibus per tex. glo. Cyn. Bar. Bald. Ang. & Salyc. in l. si quis alicui. C. ad l. Iul. maie. & ipsis præcedentibus omnis potest torqueri nullo priuilegio obstāte, siue sit miles armatæ vel cælestis militię, siue doctor. c. j. de deposito. & Barb. in consi. xliij. col. iiij. versi. & si quispiam. lib. j. & tex. in l. nullus. et ibi omnes. C. ad l. Iul. maie. & contra seditiosos proceditur per viam inquisitionis, vt in auth. de mand. princi. §. fi. & ibi Ange. pro hac alle. l. j. in fi. C. de abol. & aduertendum est secundum Ange. ibi † quod de hoc crimine seditionis vnius ciuitatis, puta Perusij, non potest cognoscere iudex Florentiæ, per text. ibi; quia de seditione cōmissa in ciuitate Constantinopoli non potest præses prouinciæ cognoscere, sed debet inquirere & inuestigare diligenter contra facientes seditionem, & ipsos ad ciuiitatem remittere, quod est singulare, quia regulariter delictum alibi commissum potest hic puniri, vt volunt Doc. in l. j. C. vbi de cri. agi. opor. & per Bart. in l. si cui. §. cum sacrilegium. ff. de accu. & dixi in. §. xxiiij. in glo. j. de iurisf. om. iud. li. consue. Biturig. Sed facilius inquiritur cōtra vniuersitatem, ꝙ contra singulares personas, quia delictum magnæ vniuersitatis non potest esse nisi notorium & famosum l. iustissimos. C. de offi. rec. prouin. & tenet Alex. in addi. ad Bar. in l. aut facta. §. non nunquam. de pœ. Et hoc verum secundum Bar. ibi, si vniuersitas delinquit vt vniuersitas; quia proposito & deliberato consilio, hoc fecit, vt infra dicam, secus si non proposito, & deliberato consilio, quia tunc debet inquiri contra

tra

tra singulos atque singula. Paul. de Cast. in d. con sil. cccc xv. col. vj. versi. secunda pars verborum. vol. antiq. vbi consuluit pro communitate Ianuensium, quę tunc transtulerat dominium ciuitatis Ianue in regem Franciæ, vt ipse refert ibi, col. vij. ver. nunc ad propositū. & idem tenet Pau. de Cas. in consi. cv. incip. in causa sforcij vel nouo. Ideo dicit Bal. in l. j. §. si. ff. de iusti. & iur. † ꝙ delictum quod fit per decē homines, vel supra est notoriū, vnde secūdum Bar. in suo trac. de Guelph. in iiij. princ. q. quis potest probari esse de affectione Gibellinorum vel Guelphorum, vel illis adhærere, quando expresse dicit se esse illius factionis, quod sufficit, nemo enim videtur dicere quod mente nō agitauerit l. Labeo. ff. de suppelle. lega. vel quia illi parti fauebat in consiliis, & in armis, ac in aliis factis. Et hoc intelligit in factis voluntariis. prout faciebat nobilis vir, & eques veteranus Bertrandus de forces. eiusdem loci dominus, qui in consiliis & aliis fauebat communitati seditiosæ Agenensi, & pro ipsa vniuersitate iuit erga Christianissimum regem nostrum, et pro hoc tex. in d. l. j. de seditio. ibi publicam disciplinam defendere fortasse tentauerint &c. ꝙ exponit Ioan. Fab. ibi de facto & non de iure, vt infra dicam.

5 † Quia vbi proceditur per viam Iustitiæ, aduocatus consulendo iure aut plebiscitando, nō tenetur, ideo d. Nic. Bertrandi iuris vtriusq; doc. qui fuit aduocatus pro dicta communitate coram nobis commissariis antedictis teneri non potest de consilio. & etiam statim dimisit illos. Ideo est intelligē dum de consilio fraudulento circa seditionem faciendam, aut post factam & commissam, defendendo verbo & facto l. consilij non fraudulenti. ff. de re iudi. & in regula nullus ex cōs. & ibi dixi post Dyn. eo. lib. vj. bo. est tex. in l. aut facta. in princ. ibi cōsilia vt coniurationes &c. ff. de poen. & Collec. in c. nuper. & ibi per do. Celsum Hugo. in addit. de sen. excom. & in c. sane. de renun. & tractatus & conspiratio per complices & socios criminis potest probari, vt no. Bal. in l. quoniam liberi. C. de testi. maxime quæ fit contra principem, tenet Martin. Lauden. in d. tracta. de crimine læsæ maiesta. §. viij. volens ibi in. §. xj. quod contra notorie tenentes ciuitates ecclesiæ Roma. sine citatione proceditur ad sentētiam alleg. Bal. in, phe. feudo. Et laicus contra clericum in crimine læsæ maiesta. potest testificari, vt tenet glo. in c. cum p. manconella. de accusa. & Martin. vbi supra. §. xxvij. de quo per omnes in d. c. cum p. manconella. His præsuppositis venio ad solutionē q. † qua

6 pœna de iure puniatur populus, collegium, capitulum, vel vniuersitas seditionem, rebellionem, & tumultum faciens, aut aliud delictum committēs, circa quam Doc. infra allegandi mouent plures quæstiones, quas omnes per vnam claram distinctionem & breuem, ommisis argumētis cōprehēdam. Ideo aut agitur de seditione facta in ciuitate aut in acie bello. Si in ciuitate, tunc aut vniuersitas delictum committit in ommittendo, aut in faciendo. Si in ommittendo, & tunc vniuersitas potest vere & proprie delinquere, vt tenet Cy. in l. si quis in tantam, col. iij. versi. sed pone, iuxta hoc C. vnde vi. vbi mouet istam quęstio. & etiam Bar. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis. & Saly. in dicta l. j. C. de sedi. in j. q. ij. & Anto. de But. & Abb. Sicu. in c. dilectus. ij. col. pen. & ibi Ioan. de Ana. col. iij. de simo. & secundum ipsos punitur totum collegium seu vniuersitas, licet secundum Saly. nulla conuocatio & consilij deliberatio fuerit facta, vt l. iubemus nullam nauem. C. de sacrosan. eccles. & ratio est, quia licet negligentia regentium vniuersitatem hoc contingat, tamē ipsa vniuersitas dicitur negligere, vt dicta l. iubemus. & negligentia illorum quibus mandatur nō excusat mandantem. l. procurator. §. tutores. in fi.

7 ff. manda. † Si vero in faciendo et committendo, & tunc aut per modum vniuersi, vt quia populus & vniuersitas conuocata extitit per sonum campanæ vel tubæ, vel alio simili signo more solito. l. ij. iuncta glo. C. de decurio. lib. x. & consilio deliberato ad hoc delictum committendum processit, dicitur delictum committere, alias vniuersitas ipsa nō dicitur committere, sed singulariter sing. tex. est celebris in l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam. & hoc est quod vult glo. in l. si ex dolo §. j. ff. de dolo. & expresse in l. aliud. §. aufertur. ff. de regul. iur. & in l. sicut. ff. quod cuiusq; vniuer. & Saly. in d. l. j. in iiij. q. de sedi. & Bart. in dicta l. aut facta. §. nonnunquam. versicu. vlterius quæro. & Angel. in l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. causa. & singu. Oldr. in consil. cccxv. & gloss. in prag. sanc. in titul. de numero cardin. in verbo ibi collegialiter, & etiam in titul. de interdic. in princ. in verbo, locorum. & Paul. de Castr. in consi. cv. incip. in causa sfortij, ver. nouorum. & Dyn. in regula delictum personæ, & quæ ibi dixi. in addi. & post me. d. Celsus Hug. de regu. iur. lib. vj. & Colle. in cap. plerunq; in pen. quæst. & ibi d. Celsus de rescrip. & ample Hier. de Tortis in dicto consi. in fauorem florentinorum edito. colum. ij. in princ. vbi refert Ioan. de Ligna. in cle. j. de poe. ita dixisse corā summo pontific. & cardinalibus in ciuitate Bononiensi. facit tex. & quod no. ibi Barto. in l. actuarios. C.

8 de numera. & cartul. lib. xij. † ꝙ syndicus creatus non congregata vniuersitate ad sonum campanæ, vel alio signo, vel non congregata in loco vbi alias consueta fuerat congregari, vel non congregata de mandato superioris, prout consueuerat, non dicitur legitime ordinatus, & ita dicit de facto se obtinuisse, & idem Anto. Corse. in singul. consuetudo. Ita etiam quod si omnes ciues velo eleuato & vexillo erecto, & pulsata prius campana iuissent ad hoc faciendum, non dicetur vniuersitas delinquere, si deliberatio non præcesserit. Et isto casu illi qui cōuocauerunt, & eleuauerunt vexillum, & campanam pulsauerunt, dicuntur incitatores personarum & tenentur tanꝗ seditiosi, secundum Bartol. in dicto. §. nonnunꝗ. & Salyc. in dicta l. j. in iij. quæstio. de sedi. & Abb. Sicu. in d. c. dilectus. in q. pe. & ibi Ioan. de Ana. col. v. q. iij. & col. seq. versic. dicit etiam per no. in c. cum oēs, de consti. & idē Fely. in d. c. dilectus. col. vlti. vers. sexto inquantum & omnes &c. vbi hoc limi

9 tat tribus modis. † Primo vt habeat locū in delicto quod

cto quod consistit in faciendo secus in omittendo, in quo non requiritur consilij deliberatio, ut supra in j. memb. dixi. Secundo consistit verum in delicto quod non habet tractum successiuum, sicut est homicidium, & similia, secus si esset delictum continuatum, vt rebellio, guerra, tolerantia præsidis erga subditos opprimentes, vnde in istis credit ꝙ sine deliberatione, & pulsatione campanæ, & congregatione solenni, si fuerit ab vna vniuersitate perpetrata, vel si fuerit vna ciuitas passa per subditos perpetrari aliquo tempore, ꝙ vere illud dicatur delictum vniuersitatis, postꝙ totus populus concurrit, secundum Pet. de Anch. in cõs. clviij. incip. ex narratis in facto apparet &c. & in cle. j. post Cardin. ibi. iiij. q. de pœ. † Satis enim, secundum eum, factis ipsis declaratur intẽtio vniuersitatis, & euidentius declaratur voluntas hominis factis quam verbis c. dilecti filij. de ap. & l. reprehendenda tu magis es. C. de insti. & substitu. quod etiam sequitur Io. de Ana. in d. c. dilectus. col. v. ver. & circa prædicta an & quando ecclesia &c. Et sic videtur fecisse cõmunitas Agenensis, quæ die Lunæ tertia Iulij continuando tumultum & seditionem nocte præcedente inchoatam, pulsare fecit campanas ecclesiarum, & virgas tanꝙ vexillum antefetri faciebat ad conuentum Carmelitanum, vsq; vbi se congregauit. Ad requisitionem tamen domini Dubuscon volentis sedare tumultum, & communicato cum eodẽ Dubuscon qui nihil potuit proficere, velo eleuato accesit ipsa communitas ad domum ciuitatis communem, & postea continuauit per mensem & vltra faciendo guietum armis, & alia peregit, prout supra narratum est, vt in sententia per dominos mihi collegas lata ad longum inserta continetur. Sed per hoc dicitur vniuersitas Agenensis deliquisset. Tum quia totus populus non occurrit nec hoc fecit, quod requirebatur, vt volunt Doct. supra alle. licet essent mille & plus de plebeis rusticis & miserabilibus personis. † Tũ quia ad hoc vt maior pars possit præiudicare vniuersitati, secundum legem quod maior pars. ff. ad munic. requiritur ꝙ illa tendant ad vtilitatem, vel saltem non tendant ad damnum. Sed quando tendunt ad damnum & delictum, requiritur ꝙ omnes concordent, alias contradictio vnius faceret ne videatur gestum ab ipsa vniuersitate, vt tenet Guil. de Cu. in d. l. iubemus. quem ibi sequitur Paul. de Cast. col. ij. & Feli. in d. c. cum omnes. col. ix. versic. in eadem glo. ibi, si sint plures, de consti. & Alex. in d. l. quod maior pars. vbi in fi. dicit quod illa lex, non habet locum in criminalibus. alleg. glo. in c. milites. lvj. distin. Et tenet Bal. in l. metum. §. animaduertendum. vbi dicit, ꝙ si maior pars canonicorum delinquit, non videntur propterea omnes delinquere l. j. in prin. ff. de magi. conue. quod no. quia videtur restringere dictum omnium Docto. † volentium vniuersitatem delinquere si ex consilij deliberatione commiserit delictum, sed non facit. Nam istud intelligitur quando maior pars delinquit sine conuocatione & deliberatione præcedente, quia vniuersitas tunc non dicitur delinquere, vt supra dictum est. faciunt no. per Abb. in cap. auditis. de elec. & c. j. de his quæ fi. a maio. & ideo nos processimus tanꝙ contra singulares & particulares, vt supra dictum est. Tertio nisi per coniecturas & actus sequentes detegatur volũtas populi, forte non puniunt, nec in exilium ponunt delinquentes. ita colligitur secundum Felyn. ex verbis Cardi. in d. cle. j. in iiij. q. de pœ. † Et prædicta conclusio procedit, etiam si consules & officiarij ciuitatis delictum ipsum commiserint, vt voluit Bart. in d. §. nonnunꝙ. & Io de Ana. in d. c. dilectus. col. vj. versicu. quarto principaliter. & Cyn. in d. l. iubemus. teneat contrarium, sed opin. Bart. est verior. quã tenet Old. in d. cons. cccxv. & quod nullo modo dicatur vniuersitas delinquere, nisi fecerit deliberationem, vt dictum est, & hoc casu vera est conclusio, quando delictum est commissum circa id quod a sola vniuersitate fieri potuit, puta statuta illicita condendo, vel collectas imponendo, & tunc secundum Barto. in d. §. nonnunquam. cum priuatis hoc facere non possit, ipsa vniuersitas dicitur vere proprie facere, in qua hoc ius residet l. omnes populi. ff. de insti. & iur. & auth. cassa & irrita. de sacrosan. eccle. & auth. item nulla communitas. C. de episc. & cleri. & istud tenet Saly. in l. j. in iiij. q. de sedi. & Abb. sicu. in d. c. dilectus, col. pen. & ibi Io. de Ana. col. iiij. in fi. qui ambo post Ant. ibi alleg. tex. in d. c. grauem. et in cap. nouerit. de senten. excom. Idem Maria. Sozi. in d. cap. dilectus. † Si vero est cõmissum circa id quod a quolibet priuato fieri potest, vt est crimen homicidij, rapinæ vel violentiæ, aut doli, & tunc secundum Barto. vniuersitas proprie non dicitur illud committere; quia non cadit in vniuersitatem, & ad eorum commixtionem & perpetrationem vera persona exigitur, et pro hoc alleg. d. l. sed si ex dolo. §. j. de dolo. & l. j. §. fin. ff. de acquiren. pos. sed vniuersitas non est vera persona sed ficta l. mortuo. ff. de fideius. ideo ficte & non vere delinquit, vt ipse probat, & ipsum sequitur Io. Barbe. in suo viatorio, eo tacito. & tenuit Specu. titu. de accu. in fi. & Abb. sicu. in d. c. dilectus. colum. pen. & ibi Ioan. de Ana. col. iiij. post prin. Sed Saly. in d. l. j. de sedi. in iij. & iiij. quæstio. tenet contrarium circa hoc vltimum ꝙ vniuersitas vt persona representata dicitur vere facere, quia vniuersitas nihil aliud est ꝙ homines vniuersitatis, sed homines vniuersitatis vere fecerunt, ergo & vniuersitas vere fecit quod homines. Pro hoc alleg. text. in d. l. semper. §. in sepulchro. & in l. si familia. ff. de iurisdi. omnium iudicum & hoc dicit esse verum, quando homines vniuersitatis ad hoc faciendum conuenerunt, vt vniuersi, vt dictum est, alias si vt singuli conuenerunt sine deliberatione vniuersitatis, tunc vere dicit Bartol. & istam partem tenuit Alber. de Gandino in tracta. malefi. titu. de homi. versi. quæstio talis est, & sæpe de facto contingit commune seu vniuersitas &c. † Sed in modo puniendi ipsam vniuersitatem quæ delinquit in faciendo, quod puniatur criminaliter est altercatio non modica. Nam Cyn. in d. l. si quis in tantum. versicu. sed pone quod facit homicidium &c. varias refert opiniones, & finaliter concludit ꝙ teneatur

teneatur criminaliter, sed alterabitur pœna propter multitudinem, secundum glo. in d. §. nonunquã, quia fieret magna hominum strages, & idem tenet Ang. ĩ dicta l. si familia, ĩ prima fallẽtia; sed Inno. in d. c. dilectus et ĩ d. c. grauẽ. de senten. excõ. tenet contrarium, ꝙ vniuersitas non puniatur, ne innocentes, vt pupilli, furiosi, & similes personæ, quæ non possunt delinquere, puniantur, sed pœna transmutetur in pœnam pecuniariam, nisi ex delicto aliquid peruenerit ad ipsam vniuersitatem tunc tenetur d. l. si ex dolo. §. j. et hoc tenent omnes tex. in cap. sæpe. de resti. spo. & in c. quia. v. de iudi. et Pau. de Cast. consil. ccccxv. col. ij. vel tertio videndum est &c. vsque ad fi. ꝙ est sing. inci. quia scio ꝙ super isto volu. antiq. Sed Bart. in d. §. nonunquam reassumit illas opi. & tandem distinguit.

16 † Aut delicti pœna est realis, aut personalis. primo casu, aut non æque cadit illa pœna in singulos de vniuersitate sicut in ipsa vniuersitate. exẽplũ, publicatur res ex delicto si illa res est vniuersitatis ipsa vniuersitas punitur. d. l. iubemus. de sac. san. eccle. & in hoc conueniunt omnes scriben. in locis supra alleg. & Abb. & Ioann. de Ana. in d. c. dilectus. de off. ord. Aut pœna æque cadit in singulos, vt pœna certæ pecuniæ vel quantitatis, & tũc dicit. Aut collegium est paruum, vt est collegium ancianorum, vel capitulum canonicorum, vel collegium doctorum. Aut magnum, vtputa ciuitas aut castrum. Primo casu ꝙ non puniatur collegium, sed tantum hi qui consenserunt, per tex. in l. j. in princi. ff. de magist. conuen. Secundo vero casu ꝙ puniatur vniuersitas, vt d. auth. item nulla communitas. & §. j. de pace. ia[illegible]ra. firman. Ratio diuersitatis secundum Bart. est, quia in collegio amplo. & diffuso, non ita de facili cognoscuntur dissentientes a consentientibus, seu delinquentes a non delinquentibus, sicut in collegio paruo. & idem tenet Abb. sicu. et Io. de Ana. in d. c. dilectus. post Anto.

17 qui ambo alleg. tex. in c. ita nos. xxv. q. ij. † vbi ciuitas priuatur dignitate episcopali propter delictum homicidij, quod proprie non cadit in vniuersitatem, sed tenetur ex eo quod mandauit, vel ratum habuit pro quo etiam alleg. cap. vbi periculum. §. ciuitas, de ele. lib. vj. accedat similis tex. in d. c. fœlicis. §. fi. & ibi Francus in vltimo nota. Sed Saly. in d. l. j. de sedi. dicit ꝙ est trussa, quia infantes, furiosi, mulieres, ac multi alij possent discerni, ergo non est bona ratio in casu certi, vt ipsemet Bart. secundum Saly. videtur fateri, dum ducit, ꝙ si pro pœna soluenda debet collecta imponi, ꝙ non consentientes non tenentur ad contributionem, per d. l. j. in prin. de magist. conuen. & ideo non placet sibi distinctio collegij parui,

18 vel diffusi, vt infra dicam. † Item etiam quia facilius inquiritur contra vniuersitatem, ꝙ̃ contra singulares personas; quia delictum magnæ vniuersitatis non potest esse nisi notorium, vt dixi in vltima præsuppositione supra. Sed quando pœna est personalis & tunc secundum Bar. Aut tale est crimen quod afficit filium propter patrem, vt crimen læsæ ma. l. quisquis. C. ad l. Iul. ma. vel crimẽ hæresis. c. statutum, de hære. lib. vj. & c. fœlicis. de pœ. eod. lib. & tunc vniuersitas vel communitas criminaliter punitur, vt factum fuit de Carthagine, quæ passa fuit aratrum l. si vsusfructus ciuitati. ff. qui. mo. vsuf. amit. vbi gl. idem dicit de Troia. vnde Bart. refert se vidisse quandam sententiam diffinitiuam Imperatoris Henri. quam dedit contra ciuitatem Brixiæ, quæ fuerat sibi rebellis, in qua dicebat illam ciuitatem esse subijciendam aratro, quam pœnam ex misericordia relaxauit. Et etiam dicit Bonifacium papam ita fecisse propter hæresim quorundam templariorum, quod totum collegium destruere fecit. vnde Fely. in d. ca. dilectus. col. penul. versi. secundo inquantũ dicunt

19 &c. alleg. text. in ca. si audieris. xxiij. q. v. † vbi propter hæresim tota ciuitas potest comburi. & idem tenet Pet. de Anchara. in cap. romana. §. vniuersitatem. de senten. excommunica. lib. vj. Et sic bona in communi existentia publicantur, & idem voluit Bart. in titu. qui sint rebelles in verbo rebellando, col. vltima, & Abba. sicul. in d. cap. dilectus. col. pen. Ioan. de Ana. col. iiij. dicentes ꝙ ciuitas Bononiæ etiam fuit prorsus destructa & passa aratrum ex sententia Imperatoris, sed post ex indulgentia fuit reædificata, vt legitur in legenda Sancti Ambr[illegible]sij, vt refert Bar. in procemio. ff. §. hæc tria. Sic etiam secundum eos. Deus deleuit funditus Sodomam & Gomoram & tres finitimas seu vicinas ciuitates, & tamen ibi erant multi in-

20 fantes & furiosi qui nõ poterant delinquere. † Ex atrocitate ergo delicti sępe vnus punitur pro alio temporaliter non autem spiritualiter. pro quo vide bonam glo. xxiiij. quæstio. iij. in summa. & in §. ecclesia l. quæstio. iiij. & sic, secundum ipsos, in huiusmodi delictis cessant rationes Innoc. Et opi. eius videtur seruari in hoc regno secundum ꝙ reperi scriptum in magno consuetudinario Franci. & titu. de iuribus rega. fo. vj. versi. Item Ia ou vne ville ne obeist au Roy, elle doibtestre rasee. Et pro hac opi. facit tex. in l. iudices. C. de naui. li. xj. vbi propter delictum iudicis puniuntur omnes ciues quem tex. inducit Bart. ibi ꝙ propter denegatam iustitiam a iudice vel rectore loci, conceduntur repræsaliæ contra omnes ciuitatis tex. cum glos. in cap. dominus noster. xxiij. quæstio. secunda, idem Anto. cors. in singulari iudex, immo secundũ Innoc. in cap. cum ex iniuncto. de noui ope. nuncia. ciuitas potest mori, si princeps eam damnat ad aratrum, & tenet Mart. Laudẽ. in tract. de prin. §. cij. Aut crimen est tale ꝙ non affligatur alius quã committens, vt est homicidium, violentia vel ra-

21 pina. & secundum Bar. † cum vniuesitas non habeat caput, sed fictum, decapitari non potest; sed pœna illa cõmutabitur in pecuniariam, vt l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. & isto casu habebit locum opi. Inno. ne innocentes pro nocentibus puniantur, & ipsum Bar. sequitur Abb. sic. in d. c. dilectus, col. vlt. ver. sed in modo puniendi. & etiam Io. de Ana. col. iiij. Sed prædictam distinctionem reprehendit Saly. in d. l. j. de seditio. dicens, ꝙ siue collegium sit vniuersale, siue particulare, magnum & diffusum, siue paruum, ꝙ solum puniantur qui consenserunt, per d. l. j. in princi. de magistra. conuen. Et illius legis fuit ratio, quia

præsen-

præsentes qui fuerunt maior pars totius, totam vniuersitatem repræsentant. l. quod maior pars. ff. ad munic. Ergo per eos repræsentata vere facit, 22 vt supradictum est. † Cum vniuersitas nihil aliud sit, quam homines ipsam ræpresentantes, merito lex ipsos solum puniri voluit & dicetur vniuersitas punita taliter, qualiter fuit præsentata. Et idē secundum eum, vbi pœna est personalis eadem ratione, tam in homicidio ꝙ in crimine læsæ maiestatis, in quo ex patris delicto filij puniuntur, & non alij de genere suo. Ideo ciuitas non subijcietur aratro sine principis conscientia, vt voluit ipsemet Bart. in extraua. qui sint rebel. in verbo, rebellando. quasi ad fi. Et istam opi. tenuit Gandi. in d. titu. de homici. vbi dicit ꝙ authores & participes homicidij, si appareant, puniri debent, per tex. in l. quoniam. C. ad l. Iul. de vi pub. Si vero non appareant, tunc pecuniariter. Sed in hæresi, bene dicit Bar. secundum Saly. quia singuli de collegió dicuntur peccare, merito puniuntur. Sed si opi. Saly. esset vera, frustra quæritur an vniuersitas tractatu præcedente & concilio deliberato deliquerit, si solum singuli consentientes tenentur quemadmodum si sine consilij deliberatione deliquissent vt dictum est. & ipsemet voluit in d. 23 l. j. de sedi. in iij. q. † Sed potest responderi, ꝙ vniuersitas tunc vere delinquit, & etiam punitur in illis qui reperientur consensisse & culpabiles ipsā vniuersitatem repræsentantes, cum per deliberationem cōsilij vniuersitas ipsa deliquerit. Et eius opi. est æqua, & multum mihi placet, vt statim dicam, tamen secundum Saly. in eo casu si collegiū esset magnum, ita ꝙ ex præsentium pœna sequeretur magna strages, tunc principalioribus punitio, pœna aliorum in pecuniariam vel aliam commutari debet. ar. l. qui cæde. ff. de sica. & hoc est quod vult dicere glo. in d. l. aut facta. §. nonnunquam. et facit tex. in l. si quis aliquid. §. authores. ff. de pen. & in d. c. dilectus. de simo. & in l. si familia ff. si fami. fur. & cap. vt constitueretur. l. di. ibi, sed populorum plurimorum strages iacet. detrahendum est aliquid seueritati &c. & Albe. de Rosa. in l. a procedente. C. de dila. & Marti. Lauden. in dicto tracta. de prin. §. cxij. & in. §. ccxxxv. & no. in c. sane. de tempo. ordi. & sentit Bar. in suo tracta. de Guelphis & Gibeli. i iiij. princi. q. ver. quid enim 24 si vna pars erat extra ciuitatem. &c. † quia multitudo inducit iudicem ad dispensandum contra iuris rigorem; cum ob populum multum crimen petranseat inultum v. dist. iurib. & ca. non potest. xxiij. q. iiij. Et etiam propter scandalum euitandum, quia scandalosum esset totum populū vnius ciuitatis interficere, & depopulare vrbem in detrimentum reipub. cuius interest amplam habere sobolem, ad replendas ciuitates liberis hominibus l. j. ff. solu. matri. vnde interrogatus Homerus quod maximum esset ornamentum ciuitatis, pueri (inquit) & turres per pueros numerositatem significans, de quo per Sozi. in consi. cxxxix. colum. vj. ver. vltra ostenditur. lib. j. & dixi in §. j. de consue. iuri. stat. persona quoniam in lata gente, gloria principis, & diminutione populi, cōtritio principis, denotatur. j. q. iiij. c. ecclesia. §. item Dauid & ideo dicit glo. in c. fi. ix. quæstio. vlti. ꝙ papa non potest priuare omnes clericos, vel omnes episcopos, quia vniuersalem statum ecclesiæ turba-25 ret. † Et licet multitudini parcatur, vt d. iurib. hoc fallit in septem casibus, secundū Io. de Ana. & Fely. in d. c. dilectus. col. j. Primo nisi multitudo defenderet ex quadā authoritate delictum suum, vt tenet glo. in c. cōmessationes. xliiij. dist. prout fecisse videntur seditiosi Agenenses, qui per plures noctes ibāt per portas ciuitatis faciendo guyetum, dicētes ꝙ nullū cōmissariū authoritate curiæ supremæ Burdegalen. deputatum intraciuitatem introire sinerent. Quinnimo eundē in quadā parua nauicula vocata in eorum vulgari. gabarrot, sine aliquo remo supra Garonā ponerent, posteaque ei dicerent, venitis de Burdegale reuertimini Burdegale & ab exclusis molendinorū præcaueatis, & plura verba de quibus in sententia inserta sit aliqua mentio, ratione cuius processimus magis rigorose, quia ex quo quis perseuerat in malitia, grauius puniendus est ꝙ alius xj. quæstio. iij. cap. præcipue. & ij. q. iiij. c. quanto. & dixi in. §. xxij. de iurisd. om. iud. Secundo nisi esset delictum maximum, vt voluit Archid in cap. denique. iiij. distin. facit secunda quęstio. j. multi. Tertio, nisi esset multitudo religiosorum, vt tenet Hostien. in c. eaquæ, de statu mona. Quarto nisi loquamur in pęna eter-26 na glo. in d. c. denique. † Quinto, nisi esset delictū non commissum sed cōmittendum, vt voluit Bar. in d. §. nonnunquam Sexto, nisi cessaret scandalū, quia illo cessante potest puniri. glos. in. c. latores. de cler. exc. mini. Septimo, nisi in multitudine essent aliqui principaliores, quia illi poterunt puniri, secundum glo. in d. c. latores. vt supra proxi. dixi. Et istas limitationes ponit Domini, post Arch. in d. c. denique. & d. c. vt constitueretur l. dist. & omnes isti casus fallen. reincidunt cū di. Bart. Et quamuis opi. Bart. sit communis, tamen mihi magis placet opi. Saly. ꝙ solum consentientes teneantur non alij, nec tota ciuitas qui non delinquerunt, qui forte erunt maior pars totius quia in ipsis congregationibus consilij populorum, non sunt sensu carentes vt mulieres, infantes, furiosi, ebetes, & huiusmodi similes vocati, nec vocati consueuerunt, secundum Angel. in consil. lxiij. in fin. & in dicto. §. animaduertendum. & dixi. in §. x. in glo. j. ante fin. de consue. iur. stat. perso. licet tales personæ sequantur alios, qui tamen ignorāt quo pacto & animo, aut iure res agatur & fiat l. prima C. de fal mone. l. diuus. ff. de off. pręsi. & l. omnes. C. de pœn. quia peccatum vnius alios prouocat ad peccandum secunda quæstio. vij. Paulus, in j. & c. magnæ. §. primo, de voto ergo iniquum esset ꝙ tales personæ, quæ non consenserunt propter delictū aliorum punirentur hoc voluit Barth. brixi. in c. episcopus qui mancip. xij. q. ij. dum di-27 cit, † ꝙ illa vniuersitas poterit criminaliter puniri, in qua non sunt infantes & similes personæ. Et in pœnis mitior pœna est amplectenda l. præses. ff. de pœn. & in regula, in pœnis de re. iu. & quæ ibi dixi post Dyn. & supra in vj. præsuppositione. Et profecto Cyn. Inno. & eorum sequaces videntur habuisse bonam & æquam rationem & ipsos

ipsos sequitur Albe.de Rosa.in d.l.aliud.§.refertur.qui alleg.Gandi.in d.ti. de homi. alias sequeretur ꝙ appellatione personæ in odiosis comprehenderetur vniuersitas quod not. vt voluit Ioan. And.in c.cum in illis,circa fi.de præben. lib. vj. Secus in fauorabilibus,vt ibi per eum & Cardi. Alex.in d.§.conuenticulas.in primo no.de pa. tenen.vbi vide.& istam opi.tenet Paul. de Cast. in d.consi.c.v.& Ang.in l.qui cędem.ff.de sicc.qui alleg.Inno.in d.c.grauem.& sentit Albe.in ij. parte statu. quæst. lxxj. & quæstio. lxxvij. & facit ecc.xxvj.vbi dicitur. A tribus timuit cor meum & in quarto,facies mea metuit. Delaturum ciuitatis & collectionem populi &c.& in istam partē inclinat Bonifa.de vitali.in d.tract.& ti. de seditio.in fi.& in titu.ad l.Iul.maie. Si vero per modum particularium & tanquam singulares fiat seditio,& tunc pœna sequitur suos authores l. sancimus.C.de pen.& in c.quæsiuit. de his quæ fi. a

28 præla.† Quia aut cum seditione occurrit,& commissum est aliud delictum aut non. Si non occidit aliud delictum,aut est facta in ciuitate Romana, & tunc tales committunt crimen læsæ maiestatis, in qua specie sunt hi qui fecerunt homines armari cum telis & lapidibus , conuenerunt ve vt homines ad seditionem conuocentur aduersus rempublicam, aut quo quis magistratus qui Imperiū habet,occidatur,& alijs casibus not. in l.j. ij. & iij.cum seq.ff.ad l.Iul.maie.& per Ioan.Fab. Angel.Are.& Io.de Pla.in.§.j. insti. de pub. iud. & hoc tenet Car.Alex.in d. c. seditionarios. xlvj. dist.in alijs vero ciuitatibus,qui turbæ,seditionis ve faciendæ consilium interunt, & gentem cū armis congregauerunt , vim publicam committunt l.j.& iij.in prin.& l.qui dolo.ver. hac l. tenetur. ff.ad leg.Iul.de vi publi.& l.fi.C.eod. & ista fuit opi.Bar.& vera in dicta l.j. ad leg. Iul. maiesta. vt supra dixi in vj.præsuppositione. Quorum pœna est mortis.l.j.C. de seditio. saltem deportatio cum publicatione bonorum omnium . institu. de publi.iud.§.item lex Iulia. de vi. & ibi Ang. & Doct.supra allega.& l.j.& ij.C.de vi publi. Et tenet Bonifa.de vitali.in tract.de malefi.titu.de col le.illic.ver.vnde notandum est, & titu. ad l. Iul.

29 de vi publi.† Et si in tali turba & seditione ędes alienas, aut villas expillauerint,effregerint,expugnauerint cum armis, tunc capite puniuntur l. si qui ædes alienas.ff.de vi publi.& Alex.in consi.cxj.colum.iiij.versi.nec prædictis obstat. vol. j.quod fecerunt Agenenses , accipiendo per vim ex archiuis statuta & alia ciuitatis documenta, illaque ad eorum domum importantes . & idem Guido papæ in decisi. ccccxxij. vbi tenet quod qui extrahunt aliquem per vim cum armis de domo sua(in qua debebat esse tutus.)l.j.C.de præto. lib.xij.& l.plerique.cum l.seq. ff. de in ius voc. & l.nemo de domo sua.ff.de reg.iur. & constituerint prisonarium quod committunt tria delicta. Primo iniuriam per dicta iura. Secundo crimen capitale triplici modo,vt ibi per eū. Tertio vim

30 publicam per iura supra alleg.† tamen in hoc casu secundum ipsum hodie non publicantur bona, sed deferuntur ascendentibus & descendentibus, nisi in crimine læsæ maie.auth.bona damnatorū. C.de bo.dam.ex quo perdit vitā,aut ciuitatē, vel statū,non perdit bona,vt tenet ibi Bal. & Angel. sed sub correctione.d.auth. bona damnatorū. nō corrigit iura antiqua in illis casibus in quibus imponunt pœnam ad emptionis bonorū expresse & per se,& non in consequentiam alterius pœnę, vt tenet Pet.de Bella pertica, quem sequitur Cy. in d.auth.bona.& Bart.in l.j.ff.de bon. dam. vbi istam dicit esse cōem.sed pœna legis Iuliæ de vi publi.est deportatio.d.l.qui dolo.§.fi. cum sua gl. & d.§.item lex Iul. sed deportatio nihil aliud est quam omniū bonorū publicatio.l.j.§.fin.ff.de fal. & in.§.Item lex Cornelia.in verbo , deportatio. insti.de publi.iudi. Tum etiam non habet locum d.auth.bona damnatorum . quando expresse per sententiam bona publicantur & fisco applicantur:vt tenet Ang. Are.in tracta.malefi. in glo. &

31 eius bona publicamus. in prin.† alias secundum eum bona regulariter non intelliguntur confiscata quamuis quis sit damnatus ad mortem naturalē vel ciuilem.Idem tenet Alber.de Gandi.in tit. de bo.malefac.in j.q. ideo iudex debet esse cautus,ꝙ in sententia confiscet & publicet bona deportati,propter opi. euitandas , prout fecimus in sententia per nos contra seditiosos Agenenses lata,vt infra per tenorem eius apparebit. & sic se habet stylus curiarum Franciæ,tamen in aliquibus ciuitatibus & locis sunt consuetudines & statuta circa publicationē bonorum,vt apud Bituriges,apud quos bona delinquentium pro quocunq; crimine,etiam læsæ maiestatis, vel hæresis , non confiscantur,sed remanent eorum parentibus, vt

32 dixi plene in.§.x.& xij.de iuris.omn. iudi. † Et not.ꝙ contra tales seditiosos derobatores habet locum dispositio l.si quando.C.vnde vi.& c. fin. quod met.cau.vt tenet Ioā.de Imo.in consi. ij. & etiam ad omnia resarciendum damna tenentur, secundum Bal.in c.j.§.iniuria. quem ibi sequitur Car.Alex.in fi.de pace iura. fir. Si vero sine armis,tunc non perdunt omnia bona, sed tertiā partem,vt d.§.itē lex Iul.de vi.Et si forte banniātur ad tempus,debent ipsis reseruari, & reuersis restitui bona dimissa,secundū Odof. & Albe. de Ros. in d.authen.bona damnatorum refert & sequitur Marti.de Laude,in tract.de crimi.læsæ maiest.§. quinquagesimo.vel etiam si homicidum commissum fuerint in seditione , quod pariter teneantur de homicidio,vt tenet gl.in l. quoniam multa facinora.C.de vi pub.& pro hoc tex.in d.l.qui dolo.ver.hac lege tenentur & qui conuocatis hominibus vim fecerint quo quis verberetur & pulsetur,& si neque homo occisus sit &c.& legitur in passione dominica,Marci.xiij. & Lucæ.xxiij. de Barraba qui cū seditiosis erat vinctus propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium &c.& ita iudicatum fuit per Carolum v. contra primum Marcum seditiosum , qui a tergo occiderat Ioan.Bailletum eiusdem Caroli thesaurariū in ciuitate Parisiensi, vt supra in exemplis

33 ostensum est,† quia violentia præambula non cōfunditur propter delictum secutum , ad cuius factum tendebat lege si confidis. & ibi ita tenet

Ang.C.de vi. pub.Et ideo circa istum arti. concluditur q̄ si contra Principem Ro.aut vrbē Romanam vel regem Franciæ committatur, quod teneatur crimine læsæ maiesta. vt dictum est supra in vj.præsuppositione, & supra probatum est in exemplis in prima præsuppositione positis, tempore regis Philippi pulchri, tunc in ciuitate Parisien.apud templarios existētis. Si vero simplex seditio fiat contra rempu. aliarum ciuitatum aut dominorum,& tunc secundum Bart. in l. capitalium.§.solent quidam qui se vulgo iuuenes appellant.ver.nonnunquam.ff.de pœ. aut fit per lasciuiam & insolentiam populi,aut ex dolo & proposito ac malitia l.respiciendum.§.delinquunt.ff. de 34 pœnis.† Si ex proposito, dolo & machinata conspiratione; vt quia secundum Bar. acclamauerūt fortiter,q̄ moriantur consules,qui regunt,vel incitauerunt & congregauerunt populum per campanarum pulsationem & vexilli delationem; vt supradictum est in princi.huius quæstio.in vj.præsuppositione, & tunc debent tales authores seditionis pro qualitate dignitatis puniri.iuxta formā tex.in l.si quis aliquid.§.authores.ff.de pœ. quia aut furcha tolluntur, aut bestijs subijciuntur, aut in insulam deportantur.& hoc vr̄ velle etiā tex. in dicto.§.solent.ibi, qui si nihil amplius admiserint &c.& in l.j.& ij.cum sua glo.de sedi.vbi gl. dicit quod volebant deponere potestatem & aliū facere.& idē tenet Bar.in d.suo tract.de Guelph. in iij.q.principali.quando secundum eum possunt habere recursum ad superiorem, hoc facere non debent, etiam ad vtilitatem reipub. ideo debent puniri dictis pœnis.& tenet Bald. in d.l. fallaciter.§.fina.de aboli. & in l.denuntiamus.ff. de his qui ad ecc.confug.& tenet Ang.in d.l.j.ad l. Iul. maie.& in d.l.ij.de sedi. vbi dicit quod requiritur quod studiosi rumorem concitauerint & ad fi-35 nem tumultus, †quia in delictis verbum studiose,significat malum animum,id est dolosum,sed in actibus bonis significat actum meritorium, secundum Bal.in l.j.§.huius studij,col.j.ff.de iusti.& iure. vbi adducit ad. q. de statuto puniente aliquid studiose factum.& idem not.col.ij. versic. item si statutum est factum contra turbantes. & quod sic debeāt puniri,tenet Bar.in l.si in rixa.ff.ad l.Iul. de fica.& Io.de Pla. in.§.j.in fi.insti. de pub. iud. & Ioan. And. Anto.de But.Abb.sicu.& Fely.in d.c.fin.de testib.cog.& Alex.in d.consi.cxj. col. iiij.ver.nec prædictis obstat,vol.j.& Car. Alex. in d.c.seditionarios. vbicunque enim inualuit seditio cruenta & prærupta factio, debent tunc tales seditiosi mori.l. si quis filio exhæredato.§.hi autem omnes,ibi seditio prærupta factioq; cruenta &c.ff.de iniust.rup.testa. Et exemplificant ibi Bal.& Imo.præruptam factionem & seditionem cruentam,quando seditiosi interficiunt magistratum, aut patricium ciuitatis, uel consulem, vel aliquem de maioribus.idem tenet Hiero. de tortis in d.suo consi. colum. ix. versi. sed ipsa occi-36 sio fuit facta &c. † Nam grauius est offendere personam publicam quam priuatam: ideo grauior pœna est imponenda, secundum Alexan. in d.l. si familia, per illum text. de iurisd. omnium iud.allego bo.text.in l.aut facta.§. in magistratu vel in priuatum.ff.de pœn.& in l.prætor.§.fin.ff. de iniur.quia iudices & magistratus dicuntur habere maiestatem,vt voluit Ioā.Fab. in procemio insti.in prin.& Aegid.Bellamera.in d.consi. xv. non dico quod habeat locum crimen læsæ maiesta.vt dixi supra in vj.præsuppositione. licet Cy. in l.si non conuitij.in iiij.q. C.de iniur. videatur sentire cum Pet.de Bella pertica.ibi q̄ omnis iniuria illata officiali regis actu gerenti officium, intelligitur facta regi.& idem Luc.de pen.in l.j. col.v.in prin.C.de coarta.& prin.lib.xij.& Stephan.Buynardus.in d.l.quisquis.in ij. no. ante fi. ver.per quos tex.quando in contemptum regis dicunt se non curari de Rege, nulla quoq; allegata causa,secus si cum causa in contemptum præsidis vel odiū partis aduersæ,vel indebite se grauatū ex priuilegio prætendit. & ibi exemplificat de 37 Normanis,& de Burgundis. † Vnum circa hoc not.q̄ delictum commissum in conspectu iudicis adhuc sedentis pro tribunali,non exigit aliā probationem;quia de eo constat,vt iudici.ita not. gl. in c.Deus omnipotens.§.quando autem crimē, in verbo,sedentis.ij.q.j.quam reputauit sing. Albe. de Rosa.in l.illicitas.§.veritas.ff.de offi. præsid. & Anto.Corseti in singulari, delictum. Et sic videtur q̄ possit cognoscere & esse iudex de quo in clem. j. de pœn. & plene dixi in.§.xxj. de iurisdict.omnium iudic.Expedit enim reipubli. tales seditionum concilatores & duces factionū occidere l.constitutiones.ff.de appellatio. & l.iij.§. qui author seditionis.ff.de sica.ita vt multis crassantibus opus sit exemplo mortis acerbissime l. aut facta §.fi.& l.capitalium.§.famosos.ff.de pœnis.& l.j.C.ad leg. Iuliam repetund. Et idem se-38 cundum legem longobardam† vt qui authores in capite fuerint, capite puniantur, & cæteri qui in seditionem cucurrerunt, in emendam condemnetur.l.si pro quacunque causa.& l. pen. de aggress. in vico facta. & in l.j. de seditione contra iudicē vel ciuitatem leuata. Authores enim magis sunt puniendi,vt probatur per id quod dicit Dominica veritas Pontio Pilato Ioan. xviij. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet, bonus tex in d.c.latores.ibi,eos quos magis causam delicti esse constiterit &c.Et idem secundum Ioā. Fabri.in d.l.prima & ij.de seditio.quando plebs de facto , & per potentiam se defendit secus si de iure se opponere. Et non solum si se defendat de facto,sed etiam si tentauerit se defendere, propter verbum ibi positum tentauerit.& in dicta l.denūtiamus.& tenet Angel.in l. eadem causa.ff.de vi public. quod tenens homines armatos in domo, vel qui ineunt consilium causa seditionis, licet ad nullum alium actum peruenerint. tenentur eadem 39 lege,& ratio reddi potest.†quia per sola præparamenta dicitur res quasi peracta l. si partem.ff. quemadmodum seruitu.amit. cum nota.in l.is qui cum telo.C.de sica.& idem tenet Ang. in d. authen. de mandatis principum.§. fina. per illum text.ibi, qui populum in turbas sollicitare tentant &cæt. vbi dicit nota contra tentantes pacificum statum ciuitatis Parisij, vt puniantur.

Et voluit

Et voluit Bald. in consilio xxiiij. vol. iij. vbi ponit quid sit attentare, tractare, procedere, & consumare. Quia attentare idem est quod ad aliquem actum procedere l. si quis non dicam rapere. & ibi per omnes. C. de episcopis & clericis. & in authen. habita, ne filius pro patre & cap. quamuis de offi. ordina. lib. vj. Tractare est colloquium habere, qualiter quid geri queat c. cum olim. de arbitris. c. dudum. de rebus ecc. non alienandis. lib. vj. l. pompo. cum sua glo. ff. de negotijs gestis. † Procedere est prosequi inchoata & maliuolum actum animi & propositum conari producere ad finem l. possessio. ff. de vsucapio. Consummare delictum est id facere quod cesset esse delictum. vnde aliqui dicunt delictum esse consummatum quando lex punit consilium principaliter nō accessorie l. prima. §. persuadere. ff. de seruo corupto. Et quædam non consummata in opere sunt consummata in crimine quia factiosam voluntatem notant. & multo fortius factiosam factionem l. quæsitum. ff. qui & a quibus. & tales ordientes secundum eum lex censet esse reos, quia postfactum non haberent iudicē punitorem. debet enim factum habere vltorem. d. l. quisquis. ad leg. Iuliam maiesta. & §. per contrarium. institu. de hæredita. quæ abintesta. deferunt. sed propter solum conatū sine aliquo actu ex proposito celebrato, videtur durum quod debeant suspendi, vt in sequenti membro dicam: quia secundum Bald. in l. non ideo minus. in vj. quæstio. C. de accusa. † solus tractatus sola ordinatio non punitur, etiam in atrocissimis, nisi sit processum ad aliquem actum ordinatum de præsenti ad ipsum factum: quia vbi lex punit affectum ac si delictum esset consummatum, iudex potest ex potestate sibi a lege concessa mitigare pœnam, sed non tenetur. ita dicebat Bald. in voce, prout refert Saly. in d. l. is qui cum telo. per text. singula. & optimum in l. aut facta. §. euentus. ff. de poen. quod est cordi tenendum, secundū Saly. & etiam Fely. in tracta. de conat. in fi. ver. vltimo scias, quem posuit post tit. de appellatio. ideo dicit Speculato. in titu. de accusato. §. primo. versi. Quid si in primo actum fuerit &c. esse omnibus legibus volentibus conatum puniri derogatum per contrariam consuetu. quæ verba multum commendant Angel. & Paul. de Cast. in dicta l. prima. §. fin. quod quisque iuris. & Felyn. in dicto tracta. col. iij. versic. & ideo dicit Bart. &c. quod intelligunt verum Angel. & Pau. † præterquam in crimi. læsæ maiesta. & crimine oppugnantæ patriæ in quibus non separatur euentus, sed sufficit simplex conatus, quia sero pararetur vindicta crimine consummato; vt si quis faceret tractatum contra statum ciuitatis, & ipsos sequitur Alexan. ibi. & Ias. & Mart. Lauden. in d. tracta. de crimine læsæ maie. §. xix. & ista est communis in istis duobus casibus & in simonia & in volente intoxicare aliquem veneno, de quo per Fely. in d. tract. ver. quinto fallit. cum versi. seq. & intelligo quando conati sunt prodere & expugnare patriam vel ciuitatem, & ad aliquem processerunt actum, vt tenet Bal. vt d. consi. xxiiij. & Bonifa. de vitali. in d. tracta. de criminibus. titu. de seditio. versicu. vt dixi perueniendo ad actum &c. sed in alijs delictis non punitur conatus de consuetu. nec l. is qui cum telo, habet locum in patria consuetudinaria, vt not. Aufrer. in stilo parlamenti. iiij. parte. §. cxxxvj. licet Bart. in l. prima. §. Diuus. ff. de sica. reprobet illud Specula. dictum, vt ibi vide. † Quia lex dicit non punitur turba, sed factum in turba. l. prætor. ff. vi bonorum raptorum & dicta l. metum post, princi. quod metus cau. & uoluit Bald. in dicto consilio cxxx. volu. primo Præterea Alber. de Rosa. iudicio suo in verbo seditio, dicit quod facere seditionem est graue peccatum, vnde Apostolus numerat seditiones inter alia peccata ad Gal. v. etiā Iurisc. in dicta l. constitutiones. de app. & in alijs iuribus supra alleg. & est speciale peccatum, quia habet speciale bonum (cui opponitur) scilicet vnitatem & pacem multitudinis. Et ratio est secundum beatum. Tho. ij. secundæ quæstio. xl. articu. secundo. & etiam diuum Anto. in sua summa. in secunda parte titu. iiij. capi. viij. & Angel. de Claua. in sua summa in versicu. seditio. in prima quæstio. & secunda quia seditio opponitur vnitati multitudinis populi ciuitatis vel regni. Et dicit Aug. xxj. de ciuita. Dei quod populum determinant sapientes, non omnem cetum multitudinis, sed cetum iuris consensu & vtilitatis communione sociatum, vnde manifestum est vnitatem cui opponitur seditio esse vnitatem iuris & communis vtilitatis. † Ex quo patet quod opponitur Iustitiæ et bono communi, ideo ex genere suo est mortale, & tanto grauius quantum bonum commune quod impugnatur per seditionem est maius quam bonū priuatum quod impugnatur per rixam. Et delictū huiusmodi secundum ipsos primo quidem & principaliter pertinet ad eos qui seditionem procurarunt qui grauissime peccant sicut filius Boeri qui clamans coram omni populo Israel. non est tibi pars in Dauid &c. fecit seditionem, faciens tribus Israel recedere a regimine Dauid, sed Ioab procedens contra eum fecit eum decapitare, vt habetur. ij. Reg. xx. Secundo pertinet ad illos qui sequuntur eos perturbantes bonum commune, sicut illa multitudo quæ secuta est Absalonem in coniuratione contra patrem suum Dauid & suos adhærentes & sequaces, sed puniti sunt quando ex peste mortui sunt lxx. millia virorum. ij. Reg. xxij. non enim solum propter peccatum Dauid sed propter coniurationem populi occisi sunt secundum Tho. Et Dauid tamen luxit Absalonem tribus diebus & tribus noctibus, vt not. Cyn. in l. propter insidias. C. qui accu. non pos. & Tho. Terracij. in cautel. xxxv. ante fi. † Item legitur Chore filijs Esau, filijs Cahat. filijs Dathan, atque Abiron, de filijs Eliab, Hon quoque filio Pheleph. & de filijs Ruben qui surrexerunt contra Moysen & Aaron dicentes quare se eleuabant supra populum domini &c. Et iratus Moyses valde ait ad dominum. ne respicias sacrificia eorum &c. loquensque dominus ad Moysen, & Aaron, separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam, & separatis Chore, & Datam, & Abiron cum vxoribus & liberis ac bonis, confestim dirupta est terra sub pedibus

dibus eorum & aperiens os suum deuorauit illos, descenderuntque viui in infernum, & perierunt de medio multitudinis, vt habetur numeri. xvj. & ibi sequitur. cunque oriretur seditio, & tumultus incresceret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum foederis, quod postquam ingressi sunt operuit nubes, & apparuit gloria domini, dixitque ad Moysen. Recedite de medio huius 46 multitudinis etiam nunc delebo eos. † Cunque iacerent in terra dicit Moyses ad Aaron. Tolle thuribulum & hausto igne de altari mitte incensum desuper pergens cito ad populum, vt roges pro eis. iam enim ingressa est ira a domino & plaga deseuit. quod cum fecisset Aaron, & cum cucurrisset ad mediam multitudinem quam vastabat incendium, obtulit thymiama, & stans inter mortuos & viuentes pro populo deprecatus est & plaga cessauit, fuerunt autem qui percusisi sunt xiiij. milia hominum septigenti, absque his qui perierant in seditione Chore. illi vero qui bonum commune defendunt eis resistentes non sunt dicendi seditiosi. sicut nec illi qui defendunt se cum inuaduntur ab alijs, dicendi sunt, vt contingit domino du Buscon, vt supra dictum est, sic factum fuisse legitur in actibus Apostolorum per quẽdam nomine Iasonem qui Thessalonicã pro diuo Paulo Apostolo seditionem commouentibus turbis semetipsum dederit, vt Apostolo dicendi faceret libertatem, vt refert diuus Hier. in epistola. lxxxij. scribens super epistolam ad Roma. quae incipit, Paulus seruus Iesu Christi. lib. j. & dixi 47 supra in tertia praesuppositione, † immo licitum est eisdem toto conatu resistere etiam eos occidendo vt singulariter voluit Hiero. de tortis in d. suo consili. si vero per lasciuiam, tunc debet procedi secundum Bar. eo ordine & forma per illum. §. solent tradita, quia aut non est peruentũ ad actũ, sed solum est statum & remansum in terminis insolentiae & acclamationis, vt quia secundum Bartol. in d. §. solent. acclamauerunt vt turbarent populares dum falso clamant foras vel ad arma. & gl. ibi exemplificat in Bergollo Pisano & non de Ioseph decurione Bono. credo ꝙ voluit dicere de Ioseph ab arimathia nobili decurione qui non acclamabat sicut caeteri iudaei quod Christus crucifigeretur quoniam ipse discipulus Iesu erat, occultus autem propter metum iudaeorum, & debet esse loco Bon. bonus & iustus, vt Lucae. xxiij. in fin. pro hoc bonus tex. in l. iij. §. si intra vociferationem aut leuem querelam seditio mota est &c. ff. de re mil. vel secundum glos. in d. l. ij. C. de 48 sedi. † volebant esse consules propter suam nobilitatem. & non processerunt vltra, tales debent de rigore fustigari per text. in d. §. solent. & carere debent effectu postulatorum d. l. ij. de sedit. & illam gloss. multum commendat ibi Angel. in fin. contra facientes rumorem in palatio, vt ad officia assumantur, Et est in Tuscia multum in vsu, vt ipse dicit. quia contentiosis verbis non est strependum cap. in loco benedictionis v. q. iiij. ibi nullus debet, aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullis etiã fabulis vanis vel risibus agi. Et (quod est deterius) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Et ne vndique cachinis & vocibus aer resonet & audientiam aures praestrepitu terreantur, vt dicit Hiero. in epistola. xiiij. cap. vij. lib. iij. Sed cum omni modestia stantes vno loquente caeteri sileant. Nec alter alterum ex auiditate loquendi interrumpat & praebeat impedimenta loquenti. Secus si acclamatio per populum fieret propter letitiam dicendo, viuat talis, tunc non debent in aliquo puniri. Glo. & Doct. insuper Ludo. Bologni. in secundis interpre. in l. j. C. de quaest. lib. xij. vbi Laud. alle. bo. text. in l. iustissimos. ibi publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem, vt honoris eius authores proferamus. C. de off. rect. 49 prouin. † sed si fiat secundum eum propter seditionem, tunc debent puniri quem admodum Agenenses fecerunt qui per vias & vicos ciuitatis acclamabant, viuat Rex & communitas faciendo deferri ensem & virgas ante eos congregando populum & dicendo, vbi sunt isti fures consules & alia plura, vt supradictum est, et sic etiam fecit quidam plebanus de prouincia romandiolae, vt refert Bal. in d. consi. xxiiij. volum. iiij. qui clamauit postꝙ̃ ingressus fuit portam ciuitatis quam prodere intendebat viuat viuat nobilis antedictus, vt ibi vide. & non solum propter talem vociferationem seditiosam quis tenetur, sed etiam profecto quando quis concitauit alios ad vociferationem, vel qui submisit vt vociferaretur l. apud Labeonem. §. fecisse conuicium. ff. de iniu. faciunt quae dixi consi. j. inci. si quis animo iniuriandi, posito in fin. lib. consue. Biturig. vbi posui de scholare vociferante contra doctorem legentem, & etiã quod dicit Bald. in d. tract. schismatis de Romanis acclamantibus tempore electionis papae Vrbani ante conclaue cardinalium Romanolo volemo Italiano lo volemo, vt dixi in addi. ad man50 dag. in tract. de elect. cap. liij. † Et intellige ꝙ fustigari debent si sint viles personae: quia nobiles & honestae persone non patiuntur illas viles poenas. vt tenet Bartol. in. §. serui cesi, qui. §. dependet ex d. §. solent. & Caepo. in consi. xl. colum. iij. versicu. quantum ad mortem. &c. dixi in tract. de custo. claui. fol. vj. colum. iij. sed debent alias in emendam condemnari secundum facultates eorũ, quia causa & personae considerari debent l. vna. C. si quis Impe. maledi. vt dixi supra in iiij. praesuppositione. et isto modo debet ꝓcedi ad punitionem talium seditiosorum, nisi ad proditionem ciuitatis vel patriae, aut domnij ipsius per aliquem actum processissent, vt supradictum est, alias oporteret destruere text. in dicto. §. Solent. Gloss. & Doct. hic alle. & mens & intellectus Angel. & sequac. est iste. & pro hac conclusione facit quod nota. Paul. de Cast. in l. prima. C. vbi sena. vel cla51 ri. † ꝙ quando noctis tempore quod potius ex lasciuia quam dolo praesumitur aliquis proiecit lapidem & percusit vnum qui mortuus est, ipse consuluit quod debet mitius puniri, scilicet pecuniariter, vel forte sibi dare bannum pro aliquo tempore. & idem Caepo. in l. j. colum. viij. versicu. ex quo refert. C. de ser. fug. dicens esse


bene

bene notandum ad adiuuandum pueros & homines ludentes per lasciuiam ad lapides sicut ludant Veronæ secundum ipsum. & Pet. de Anch. in consi. cclxxxiij. incip. iure scripto & consuetudine. et dixi in. §. xxiiij. in addi. iij. de iuris. om. iud. vel ludunt ad niuem vel ad poma aureicentia: vt in Montepessulano et Auenione tempore carnispriuij, sicut etiam fit in multis alijs locis, & aliquis in eo ludo occidatur per iactum lapidis vel niuis aut aureicentium pomorum, ꝙ occidens non debet puniri pena mortis vel corporali, facit l. itē si obstetrix. §. sed si per lasciuiam. cum. §. sequen. & l. sequen. ff. ad l. Aquil. vbi Bald. in. §. quemadmodum, no. illum tex. contra istos qui faciunt seditiones & in l. omne delictum. §. pen. ibi, per vinum aut lasciuiam. ff. de re mili. † Quia et quandoq; per accidens tumultus inciderit quod debeant pœna pecuniaria condemnari voluit Ang. in d. l. ij. de seditio. quoniam non fuit mota controuersia in exitum reipubl. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. de cap. & ibi Alexan. in addi. per quem tex. dicit ibi Bart. quod propter dissentiones ciuiles res publica læditur. & Fely. in d. c. fin. de testi. cogen. vbi allega. Bal. in l. j. §. fi. ff. de iustitia & iu. quod si statutum puniat morte turbātem statum ciuitatis, debet intelligi si principaliter hoc agit. non autem si venit in consequentiam alterius delicti, & est ratio, quia debet attendi qđ principaliter agitur. l. si quis. nec causam valde remotam. ff. si cer. pet. quod intelligit Fely. quando occasionaliter & per causam valde remotam contingit turbatio status. secus si immediate & ex actibus proximis est deuentum ad concitationem & rumorem populi allegando Bald. in d. consi. ex insultu. & idem tenet Ang. in d. l. metum. §. animaduertendum. vbi dicit ꝙ si populus cogat per legem, subditum ad aliquid faciendum non potest conqueri de populo. & ideo ne res trāseat in exēplum malum debent remissius puniri. d. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. & tenet Bal. in d. consi. cxxx. in fi. Et Agenenses ab initio bene fecerant se opponendo & contradicendo ne subsidium & rhena pro ponte reficiendo imponeretur. Sed malo freti consilio se postea congregauerunt modo & forma quibus supradictum est, & ita secundum istam conclusionem fuit iudicatum per arrestum supremæ curiæ Parisiensi † pro vniuersitate Aurelianensi, contra quosdā particulares ciues eiusdem ciuitatis qui fuerant in emendam condemnati, ex eo quod clamauerant contra scholares a mort a mort, vt refert do. Stepha. Aufrerij in stylo parlamēti in quarta parte de arrestis. §. lxxvj. & idem Io. Galli. in q. cxxj. in fi. sequendo de verbo ad verbum ipsum Aufrerium licet alio stylo. scilicet per modum quæstionum. Si vero tales acclamantes fuerant prius admoniti & prohibiti a iudice ne talia facerent, tunc grauius puniuntur propter contemptum iudicis, vt dicit tex. iuncta glo. in d. §. solent. ibi nec ante sint a præside amoniti &c. prout fuerant Agenenses qui per iudicem maiorē fuerant prohibiti, tam in iudicio quā extra per vocē præconis igitur &c. pro hoc facit tex in c. si quis clericorum authoritate interdicente. xj. q. j. vbi Doc. dicunt ꝙ si interdicit authoritas superioris etiam ad bonum est prohibita coniuratio licet alias authoritate non intercedente valeat, vt per glo. ibi & dixi supra in v. præsuppositione. Si vero semel fustigati & correcti secundo acclamauerint, tunc debent mitti in exilium per d. §. solent. Sinautem sepius seditiose & turbulenter se gesserint in eadem temeritate propositi perseuerauerint, tunc capite plectendi sunt vt dicit tex. in d. §. solent. † Quia crescente malitia crescere debet & pœna. l. si diutino tempore. & ibi gl. ff. de pœ. & dixi in. §. xxij. in prin. de iuris. om. iud. Et intelligo sepius qui ter sediti ose se habuerit ꝑ d. §. solēt. & tex. in l. seruos. §. seruos ibi viles aūt infamesq; ꝑsonæ, et hi qui bis aut sepius violentiam. &c. C. de vi publi. prout fecerat dictus Clerget. qui author trium fuerat seditionum. videlicet duarum præcedentium, vt spōte coram nobis confessus est, & huiusmodi vltimę quæ fuit grandis & continuata seditio duorū mensium spatio ex qua solum debebat suspendi, tamē misericorditer cum eo & alijs complicibus suis procedēdo fuit & plures alij in sentētia nominati fustigati, nam ipsi Agenenses soliti sunt seditiones facere, qm̄ archidiaconum maioris ecclesiæ intra Garone fluuium violenter ab ecclesia extractum submerserunt, vt a fide dignis ibi tunc intellexi. † Si vero seditio fiat ex mandato & instigatione iudicum seu magistratuum, aut consulum quod cōmittentes sunt excusandi, sed non in totum, quia iussu magistratus & suæ ciuitatis, villæ, vel castri voluntate id fecerunt l. quenquā. ff. de aqua plu. arcen. & l. non videtur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. & quæ no. Dyn. in regula, ꝙ quisq; mandato. iudicis. & ibi dixi in addi. eo. tit. lib. vj. & hoc tenet Alber. de Gandi. tit. de homi. vbi dicit hac ratione motum fuisse Imperatorem Federicum, ad parcendū ambasiatoribus Lombardiæ, qui missi fuerant contra eū in Alamania pro discordia concitanda inter eū, & filium eius Henricum, quia iuerant præcepto eorum ciuium & magistratuū. Sed de iure canonico, seditiosi si sint clerici puniuntur pro simplici seditione; quia promoueri ad sacros ordines prohibentur d. c. seditionarios. xlvj. dist. & iam promoueri priuantur honore quo vtebantur. c. coniuratorum. & c. seq. xj. q. j. de quo vide quod dictū est supra in vj. ꝑsuppositione. † Et si fiat contra proprium episcopum & sint incorrigibiles debent deponi & tradi curiæ seculari, vt tenet Glo. Abb. & Doct. in d. c. fi. de testi. cog. Si vero laici excommunicantur, & vna libra auri sunt condemnandi d. §. conuenticulas. & §. episcopus. de pace tenē. Aut seditio fit in ecclesia, & ꝑ laicos tūc vltimo supplicio debēt plecti. d. l. denūciamus. & ibi Odof. & doc. de his q̄ ad eccl. cōfu. & gl. ī c. j. §. ꝓhibeanť. et ne diuina officia tumultuosi quorūq; ꝑ ecclesiā etc. ī ver. ꝑturbēt. de his q̄ tp̄e diuinorū off. vag. per eccle. in pragma. sanc. & Alex. in d. consi. cxj. col. iiij. ver. nec prędictis obstat volu. j. & nō immerito, quia tales extrahētes de ecclesia ad quam propter deuotionē accesserant, aut seditionem & tumultum euitandum cōfugerant, tenetur crimine læsæ maiesta. ac si illud

crimen cōmisissent.l.ij.C.de his qui ad ec.confu. vbi Odof. dicit quod est priuilegium ecclesiarū, pręcipue Gallicorū, quia in eis confugientes sunt securi. Idem tenet Lucas de Pen.in l.j.de palatiis 57 & domib.domini.li.xj.† Nam sicut tenentur crimine læsæ maie. qui offendunt terrestrem.l.quisquis.crebro allega.multofortius qui offendunt cęlestē.l.si quenquam.ver.cū sane.& l.si quis in hoc genus sacrilegij.C. de epis. & cle. canonizata.ij. q.j.c.in primis.§.si quis in hoc genus. & ibi gl.& auth.gazaros.C.de hæreti.& vnde sumitur de statu.& cōsue.cōtra lib.§.gazaros.& in c.vergētis. de hęre.Et tenet Steph.Buynar.i d.l.quisquis.in iij.nota.Et non solum qui ab ecclesia de facto abduxerūt.sed qui conati sunt abducere, vt tenet gl. fi.per illum tex.in d.l.ij.quam ibi sequitur Saly. propter verbum ibi tentauerit positum, vt supra dixi. Et aliquando tales seditiosi extractos ab ecclesia carceribus mancipāt & intrudunt, quod est aliud crimen capitale.l.j.de coarta. & prin.libro xij.immo censetur esse crimen læsę maiestatis.l. j.C.de priua.carce.de quo ibi per Doct. & Bart. in l.capite quinto.ff.de adult.& Lucas de Penna in d.l.j.col.ij. versic. quid ergo si quis capiat. de coarta.quod est notan. quia sæpe contingit vt supra visum.Sic fecisse videntur Agenenses,qui cōsules & iuratos villæ per quos ciuitas regebatur. c.fi.de procu.ac etiam alios qui eorum ligam non sequebantur,vel qui eos de factione repræhendebant a maiori, & Iacobitarum ecclesijs extraxerunt.necnon a domo propria & intra carceres domus cōis induxerunt. Per quos ēt actus videntur regem dominum eorum possesione ciuitatis priuasse l.j.§.pen.ff.de vi & vi arma.not. Bal.in repeti.l.si aquam.C.de serui.& aqua. & Martin.de Laude.in d.tract de crimine læsæ maiest.§.v.in- 58 ci.rebellio subditorum &c. † Sed hodie est alia pœna de iure canonico,secundum Ioan.Fab.in d. l.ij.de his qui ad eccl.confugiun. contra tales tumultuosos extrahentes homines de ecclesia, videlicet,ꝙ vltra excommunicationem debent cōdemnari in summa triginta librarum argenti, & ad damnorum restitutionem.xvij.q.iiij. quisquis c.nullus.& c.si quis contumax. ea. causa.& quæstio.& in c.si quis in consil.xj.q.iij.de quo per gl. Archid.& sequa.in d.c.cōstitutionem.§.j. & ij.de verb.signi.lib.vj. Et not.ꝙ non solum viri, sed etiam mulieres possunt facere seditionem & insultum vt supra visum est in exemplis de Perota motela Parisiensi. Quem plerunque & pro maiori parte ex consilio et persuasione maritorum cōmittunt vt in Lombarda. de aggres. in vico facta.l. relatum est nobis. secundum quam illæ mulieres tonsæ capillis debent fustigari per ciuitatem. Et ego vidi in prouincia prouincię mulieres cuiusdā castri quę pręsentibus maritis se irruerunt in porcos eorum domini temporalis & illos occiderunt vt dixi in d.l.relatum,in annotationibus nostris, 59 † quia mulieres possunt delinquere,& tueri ciuitatē tempore guerrę vt no. Lucas de Pēna in l.est verū.C.de incol.lib.x.& dixi in quęstio.de cust. clauiū. Et apud Valeriū Maxi. li.iiij.tit.de amo re coniugali.Legitur de Hypsicratea vxore Mithridatis quę tonsis capillis equo se et armis assuefecit. Et in Franciā de Ioanna puella quę tēpore Caroli vij. Francorū regis purgauit Franciā Anglis vt dixi in §.vij.de consue. feud.col.pe.& facit tex.in l.j.de vxo.mil. tū sine licētia principis vxor nō debet ire ad maritum militem in exercitio armorum existentem l.quicunq;, & ibi Io.de Pla.Iac.Rebuf.& Luc.de Penna.C.de re mil.li. xij.& Martin.Lauden.in tract. de milite.§.xj.& xl. Et communiter dr de quadā bauci. & vetula Carcassa quę sola defendit ciuitatem Carcassone, & inde ciuitas illa Carcassona a prædicta vetula Carcassa nomen assumpsit.Et agenti per informationes cōperimus ꝙ quędam Guilardina de colūber vidua fecit de nocte durante seditione pulsare campanam ecclesiæ de capella. & ideo dicebat Verg.ij.Eneidos.Notum quod furens quid fœmi- 60 na posit. † Et licet lex eas minus ausuras quā viros pręsumat d.l.quisquis.ad l.Iul. maiesta.et l. optimā.C.de contrahen.et cōmit.stipula.tū secundum gl.in l.quisquis.in verbo, ausuras.crimen læsæ maiest.cōmittere possunt, & idem tenet Ange. Areti.in d.tract.malefi.in gl.che hai tradito. vlt. col. versi.et aduertendū est.de quo ibi per August. Arimi.et Bernar.Lādri.in addit.& Frāc.de Are. in xxxix. & facit l.si quis in tantā.C.vū vi. vbi gl.extendit illā l.pœnalē loquentē in viro ad mulierē.& Pau.de Cast.in l.si quis id qꝗ.ff. de iuris. omniū iudic.& Doc.in l.si quis maior.C. de trāsac. de quo ibi per Tho.Parpilli.in sua repeti. col.j. Sed in pœnis eisdem infligēdis, vel euitādis, sufficit mulieribus paruus seu modicus error, scdm 61 Oldra. cōsi.ccxcj.ante fi.† Aut vero seditio fit in acie seu exercitu belli per ipsos milites ex ꝓposito & dolo,tunc capite plecti debet.l.iij.§. qui seditionē.ff.de re mil.vbi gl.ponit exemplū, primo in eo qui incitauit milites in aliquē & non in hostē. Secūdo qū quis retraxit seu remouit milites seuientes in hostes ab illo ꝓposito.Tertio qū incitauit ēt in hostem,sed non ex præcepto ducis belli,vt d.l.iij.§.in bello.vt fecit T. Manlius, filius T.Manlij Torquati consulis,qui contra edictum consulū pugnauit aduersus latinos, quamuis prospere pugnasset,pater ad se vocari iussit. Quando quidē inquit tu T.Manlij neq; imperiū consulare,neq; maiestatē patriam veritus aduersus edictū nostrū extra ordinē hostem pugnasti.Et quantum in te fuit disciplina militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res,soluisti, neq; in eam necesitatē adduxisti,vt aut reipu. mihi, aut mei meorūq; obliuiscendū sit, nos potius nostro debito plectemur,quā respubli.tanto suo damno nostra peccata luat. Triste exēplū,sed in posterū salubre iuuentī erimus. Me quidē cū ingenita caritas liberum, tū specimen istud virtutis deceptum vana imagine decoris in te monet, sed cum aut morte tua sancianda sint consulum imperia,aut impunitate imperpetuū abroganda,nec te quidē si quid in te nostri sanguinis est recusare censeam,quin disciplinā militarē tua culpa prolapsam pœna restituas, itaq; velut emerso ab admiratione animo cū silētio defixi stetissent, repente posteaquam ceruice cesa visus est cruor. Tum libero conquestu co-

olte voces sunt, vt neq; lamentis, neque execrationibus parceretur, spolijsque contectum iuuenis corpus, quantum militaribus studijs funus vllum concelebrari potest structo extra vallũ rogo concremaretur. Manlia nanq; imperia non impresentia modo horrenda sed exempli et tristis imposterum essent, fecit tamen atrocitas pœnæ obedientem duci militem. ita refert Titus Li-
62 uius octauo decadis. † non enim verisimile est patrem velle mori filium l. qui vno. §. qui filium. & l. milites agrum. §. desertorem. ff. de re mil. per quem tex. dicunt Doc. ꝙ si pater filiũ qui commisit aliquod delictum, puta crimẽ læsæ maiesta. offerat & exhibeat iudici, quod filius nõ debet mori, nec est ita puniendus de quo per Cæpo. in sua prima cautela. & Bald. in l. fin. in fi. C. de vsu. rei iud. et Ias. in l. de quibus. col. xv. ante fi. ff. de legi. & de seueritate & indulgentia parentum in liberos, vide Valeri. in v. circa fin. & Cy. & Doc. in d. l. propter insidias, qui accu. non pos. & in istis tribus casibus debent pœna capitali puniri. & te-
63 net Mar. de Laude. in trac. de mili. §. xlix. † Sed si per lasciuiam aliquibus rixantibus, vel vociferantibus, aut leuem querelam habentibus miles fecerit seditionem. debet militiæ gradu priuari d. l. iij. §. si intra vociferationem & in. §. fina. in auth. de man. prin. vnde Iustinus lib. xij. grande narrat iudicium factum per Alex. Magnum qui dimissis veteranis exercitum ex minoribus supplet, sed recẽtem veteranorum discessum egre ferentes, missionem & ipsi flagitabant, nec annos sed stipendia sua numerari iubebant, pariter in militia lectos pariter sacramento solui equum cẽsentes. Nec iam precibus sed cognitio agebant, iubentes eum solum cum patre suo Hammone finire bella vt milites suos fastidiat contra, ille nunc castigare milites nunc lenibus verbis monere ne gloriam militiæ seditionibus infuscarent, at postremum cum nihil proficeret verbis ad corripiendos seditionis authores e tribunali in conditionem armatam inermis ipse desilijt, & nemine prohibente xiij. correptos manu sua ipse ad supplicia duxit, tantam vel illis moriendi patientiã metus regis vel hinc exigendi supplicia constantiam disciplina militaris dabat, & diuus Hiero.
64 in xvij. Epist. in iij. parte dicit, † pugillum fortitudo clamoribus incitatur paratas ad prælium acies, acutosq; mucrones sermo imperatoris accendit. & de pluribus alijs militaribus seditionibus visum est supra in exemplis enarratis secundum Valerium & alios supra alle. Vnũ non omitto in hac seditionum materia singulare, quod qñ aliquis expulsus de ciuitate propter seditionem & proditionem, vbicũque arma eius sunt depicta in sui honorem, debent destrui, vt not. Bart. in l. eorum, per illum tex. sing. ff. de poe. & vbi ad infamiã talis proditoris est depicta imago, vt quia suspensus pedibus, vel aliquod aliud, ꝙ corrumpens vel radens talem imaginem punitur in quingentis aureis. l. si quis id quod. ff. de iurisdi. omn. iudi. & ibi per Doc. ita tenet Mar. Lau. in d. trac. de crimi. læsæ maie. §. xxvj.

F I N I S.



PERVTILIS TRACTATUS DE PERCUSSIONIBUS PER DOMINUM ODOFRED.

SVMMARIVM.

1 *Percussus cum armis in rixa, si moriatur, an ex vulnere periisse dicatur, & nu. 5. & 6. Distingue, vt ibi.*
2 *Vulnus semper censetur causa mortis, eo quòd nihil interest an quis occidat, vel causam mortis præbeat.*
3 *Causa vicina præcedens inspicitur, quæ sequitur in forma præsumitur.*
4 *Iudicantem oportet cuncta rimari, & quid debeat iudex seruare in casu vulneris ibi.*
7 *Quid si durante vulnere superueniat alia infirmitas, & moriatur, an ex vulnere præsumatur mortuus. Distingue vt ibi.*
8 *Quid si post solidatum vulnus, stimulus vulneris affligat, refluentibus aliis humoribus moriatur, nunquid occasione primi vulneris præsumatur mortuus. Distingue vt ibi. & nu. 12.*
9 *Quid de percusso cum modico lapide, vel bacculo, si superueniente febri moriatur & nu. 13.*
10 *Voluntas & propositum distingunt maleficium.*
11 *Pœna non debet vlterius progredi quàm delictum.*
14 *Delicti æstimatio non debet ex post facto crescere.*

15 Inter occidentem & occasionem mortis preben tem, differt.
16 Damni causam dans, videtur damnum dedisse.
17 Occisum accipere debemus ferro, vel modica re, siue magna.
18 Limitatio ad prædicta nu. 15. 16. & 17.



SVPER hoc frequenter propter duplicitatem ambiguũ in materia emersit. Ecce 1 †ab aliquo cum armis aliquis fuit in rixa percussus, et moritur an præsumitur ex vulnere perijsse, & super hoc vt veritas liqueat, dic distinguendum esse, aut certum est ꝙ mortifere fuit percussus, aut dubium, si est certum ꝙ vulnus sit mortale & tunc non est locus dubitationi. ff. ad l. Aquil. ait lex. §. quod si mortifere. & l. ita vulneratus. in prin. eod. ti. ff. de verbo. obli. continuus. §. cũ ita, aut est dubium an sit mortale vel non. & lex videtur innuere ꝙ si post huiusmodi vulnus decessit, ꝙ tunc ex eo vulnere mortuus apparet. ff. ad l. Aquil. l. huic scripturæ. §. si seruus. versi. si manumissus. in fi. Non ob. ꝙ in principio illius. §. dicitur mortifere, quia expone vt putabatur, non tamen erat mortale, alias est contra prædicta l. ita vulneratus, alias legis præsumptione occasione 2 vulneris mortuus præsumitur, † quia semper vulnus causa mortis censetur, pro eo ꝙ nihil interest an quis occidat, vel causam mortis præbeat. ff. ad l. Cor. de sica. l. nihil interest. ff. ad l. Aquili. l. qui occidit. §. pe. et l. qua actione. §. Celsus. & l. ita vulneratus, in princi. extra de homici. c. presbyterum, &c. de cætero. & c. audientiam. Ad hoc est valde bonum arg. ff. de dam. infe. l. damni. §. Sabinus. iudicatur præsumptio facti præcedentis per subsequẽs. C. de adul. l. si qui. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. l. sicut. §. superuacuum. ff. de accu. l. si 3 qui. §. eiusdem, & hæc est regula, † ꝙ vicina causa quæ præcessit inspicitur, & consideratur, quæ sequitur in forma præsumitur. ff. mand. l. si procurator. in princi. ff. deposi. l. j. §. quod si tibi vt. §. si 4 seruus in fi. verum quia † oportet iudicantem cuncta rimari. C. de iudi. l. iudices. & iiij. q. v. Iudicantem iudex qui habet iudicare super facti quęstione aduocet & habet peritos assessores, qui secundum artem considerata qualitate, quãtitate, et loco vulneris exponant & referant si vulnus fuit mortale, vel occasione vulneris mortis causa pręcessit. C. de re mili. l. semel lib. x. de vent. inspi. l. j. extra de homici. significasti. Sed vt circa hanc 5 materiam nihil de contingentibus omittatur, † si post vulnus dubium intercedente temporis interuallo modico vel magno vulneratus decessit, an semper ex vulnere vel occasione vulneris mortuus pręsumatur, & circa hunc articulum leges & canones varie videntur, & vario modo loquuntur, & dicunt quidam ꝙ præsumitur mortuus ex vulnere si fuit mortuus infra tres dies, vt infra dicitur si qua fœmina. et alibi dicitur, & aliquando diu vixit, & non dicit quantum, vt extra de homici. ad audientiam. alibi dicitur infra paucos dies, & non dicit quot dies, vt eod. titu. cap. 6 præsbyterum, alibi dicitur, ꝙ † si moritur post octo menses propter temporis prolixitatem non pręsumitur ex vulnere mori, extra de cle. percus. cap. ij. Sed argumento contrario sumpto ex hoc prooemio. cap. videtur expresse concedi, ꝙ si infra octo menses moriatur, ꝙ ex vulnere mori præsumatur. ff. de offi. eius cui mand. est iuris. l. j. §. huius rei. quia contrariorum eadem est disciplina l. j. de his qui sunt sui vel alie. iur. Item in lombarda, si moriatur infra annum post vulnus præsumitur ex eo vulnere mori, vt in titu. de plagis, hoc in omnibus plagis vel feritis, Sed in hac varietate modicum tempus, aut magnum tempus arbitrio iudicis est relinquendum, vel committendum l. j. C. de iure deli. de effracto. l. ij. §. j. vel ꝙ modicum ex dictis sententijs arbitretur. ff. si par. hære. peta. l. antiqui. & in prædictis iuribus rationes speciales non assignantur, quibus magis ad vnam ex his ꝙ̃ ad aliam animum applicemus. l. Nesennius. ff. de nego. gesto. & hæc sunt vera, si vulnus non sanatum durauit vsque ad mortem. ff. quod cuiusque vni. nomi. Item eorum. §. quod si actor. & de in rem ver. l. si pater. §. versum. Sed 7 † quid si durante vulnere eodem superuenit infirmitas alia, et mortuus est, nunquid ex vulnere pręsumitur mortuus. dic ꝙ sic, quia semper vulnus ad alia accidentia videtur causam dedisse. cap. presbyterum. & cap. ad audientiam de homici. & cap. de cætero. ff. ad l. Cornel. de sica. l. nihil. ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. Celsus. Sed hæc vera sunt si imperitia vel negligentia medicantium, vel incuria seu culpa vel in cautela percussi non intercessit. ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. vlt. & l. quas actiones. §. vlti. extra de homi. tua nos. & 8 cap. exhibita. Item † quid si post vulnus sanatum & consolidatum languor & stimulus eiusdem vulneris, sicut sæpe accidit, redundauit & affligit & refluentibus alijs humoribus moritur, nunquid occasione primi vulneris præsumatur mortuus, dic ꝙ sic, quia semper prima causa perseuerare videtur, & causam dedisse præsumitur, licet ad tempus vacantem. extra de homic. ad naturam. & cap. si quis semel de pœniten. distin. ij. & arg. ff. de ædil. edi. l. qui tertiana. C. de cur. furio. cum ex his. explorato super hoc semper consilio Medicorum, & præuisa temporum quantitate vnde infirmitas causetur, vt supra dictum est. Si ergo mortifere vulneratus negligentia perijt, licet mortuus sit propter vulnus, nõ tamen de occiso agitur, vt supra in ver. Sed quid si durante. in fi. idem est si mortifere, & ab alio sit occisus, vel ruina aut naufragio perijt. ff. ad l. Aquil. l. huic scripturæ. §. 9 j. Quid † si non mortifere, vt puta cum bacculo vel modico lapide vel claui percussus est, ita ꝙ omnes Medici dicunt, ꝙ propter vulnus non morietur, & superuenit febris, quæ eum tenuit vsq; ad mortem, & Medici confitentur, & dicunt, ꝙ de eo vulnere non fuisset mortuus, nisi fuisset febris, quæ superuenit, nunquid percussor, de vulnerato,

rato, aut de occiſo tenebitur. & certe videtur ꝙ de vulnere teneatur, argu. l. qui occidit. & l. huic ſcripturæ. in fin. & l. ita vulneratus ad l. Aquil. Item quia iniuria ex effectu facientis tantum. ff. 10 de iniur. l. illud. & † voluntas ac propoſitum diſtinguunt maleficia. ff. de furt. qui iniuriæ. non enim delictum committitur niſi voluntas nocendi interueniat. C. de ſicari. l. prima. non enim eſt veriſimile quod occidere voluerit, qui calce vel gleba, vel lapide paruo percuſsit. ff. ad l. Cornel. de ſica. l. prima. §. diuus. Præterea dicit lex, quod ſi inferatur alicui modicum vulnus, quod res iſta non habet in ſe delictum. ff. de ædil. edic. l. j. §. ij. 11 † non enim debet vlterius progredi pœna quam delictum. C. de pœnis. l. ſancimus. ff. de vulgar. & pupilla. ſubſtitu. l. ex facto. §. final. & §. Iulio lar- 12 gius. † Preterea credi debet Medicis qui de egritudine teſtificantur C. de re mili. l. ſemel. libr. xij. in authenti. de non alienan. §. quod autem. 13 Præterea † ex quo mortuus eſt ex febre, non debet qui percuſsit condemnari de occiſo, ſicut ſi ab alio fuiſſet occiſus, vel alio caſu mortuus, licet enim primo mortifere vulneraſſet eum, & alius ſecundario interfeciſſet, primus de occiſo non teneretur. ff. ad leg. Aquil. l. item Mela §. Celſus. & l. huic ſcripturæ. §. primo. Præterea 14 † non debet ex poſt facto creſcere præteriti delicti æſtimatio. ff. de regul. iur. l. omnis hæreditas. §. nunquam. cum ergo non fuerit mortiferum vulnus, licet ex poſt facto & a caſu febricitauerit, nec occaſione vulneris fuerit mors ſequuta, non tenetur de occiſo, nec debet pœna creſcere eius delicti, vt de occiſo teneatur, vt not. dicta l. omnis hæreditas. §. nunquam. Nec obſtat ꝙ ex percuſsione vel vulneris occaſione, ſeu percuſsione febris ſuperuenerit, & mors ſe- 15 quuta eſt, quia † inter eum qui occidit, & qui occaſionem mortis præbet differentia eſt. ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. Celſus. econtra vero videtur ꝙ de occiſo agi poſsit & teneatur, quia occaſione vulneris febris ſuperuenit, & ipſum inua- 16 ſit ex qua mors eſt ſequuta. & † qui occaſionem damni dat damnum dediſſe videtur. ff. vi bono. raptor. l. pluribus. §. cum autem, in fin. ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. nihil, extra de iureiuran. capitulo vltimo, quinquageſima diſtinctio. ſtudeat. Nec ob. ꝙ leue fuit vulnus, moritur enim quandoque quis ex leui vulnere de quo alius non moreretur dicta l. qua actione. §. ſi quis ſeruum egrum. Nec obſtat quod gleba terræ, vel mo- 17 dico lapide, vel fuſte eum percuſsit, quia † occiſum accipere debemus vel ferro, vel alia re modica vel magna dicta l. qua actione. §. primo. Item argu. ad hoc quod legitur de minore & muliere, quod occaſione prioris actus incidunt in iacturam. ff. de iureiuran. l. tertia. §. ſecundo. C. ad velleia. l. mulier perfectæ ætatis. Quid plura? videtur enim lex quaſi expreſſa, vt videatur eum occidiſſe quum vulnerauit licet poſt mortuus fuerit vt in eodem titulo l. ait lex. & l. huic ſcripturæ. §. primo. Ad idem facit l. ſi vulnerato ſeruo. eodem titulo. Nec obſtat quod alibi dicitur differt quod, quis occiderit vel cauſam mortis dederit vel præbuerit dicta l. qua actione. §. Celſus. quia verum eſt quod differt quo ad modum agendi ciuiliter, vel quantum ad actionem, quia quum occidit agitur actione. l. Aquiliæ directa, quum vero cauſam mortis præbet agitur actione in factum. Idem eſt vtrobique quum agitur de homicidio licet diuerſis actionibus. & tandem conſequitur actione legis Aquiliæ vtili vel in factum ſubſidiaria contra illum qui occidit, vt argu. de nego. geſto. l. antepenulti. & de ſeruo corrup. l. et tantum. & ſi quis cau. eum qui. §. qui iniuriarum. & not. ad l. Aquil. Item Mela. §. ſi alius. Ad quæ forte eſt diſtinguendum, aut animo occidendi percuſsit, aut non & hoc perpenditur ex factis aut dictis præcedentibus, vel ſequentibus, aut ex qualitate ictus vel percuſsionis & gladij cum quo percuſsit. ff. de ſicar. l. prima. §. diuus & l. lege. §. cum quædam, & argumen. de legat. primo ſi ſeruus plurium. §. fina. & de legat. tertio. l. minus. primo caſu tenebitur de occiſo. C. ad l. Cornel. de ſicar. l. is qui cum telo. ff. de ſicar. l. ita. cum ſimilibus vel dic quod ſemper tenebitur de occiſo, ſed tamen mitigabitur pœna, ex quo non animo occidendi fecit vel percuſsit, vt legibus prædictis. & ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. j. §. diuus. & l. lege. §. cum quidam. Deo gratias.

FINIS.

TRACTATVS SVBTILIS ET ELEGANS DE LAMIIS ET EXCELLENTIA VTRIVSQVE IVRIS, CVM nonnullis conclusionibus ad materiam hæresis in practica vtilibus, spectabilis & egregii Iuris vtriusque doctoris domini Ioan. Francisci Ponzinibii Placentini.



Illustri & excelso Iurisconsulto d. Iafredo Caroli Reuerendissimi, ac amplissimi senatus Regij Mediolani præsidi meritissimo Ioan. Franciscus Ponzinibius doctor Placentinus Salutem.



SCIO tibi multorum ingenia ludere & varias doctorum lucubrationes nomini tuo dicari, ita vt possis leuiora hæc & minuta opuscula fastidire. Veruntamen eam in te noui mansuetudinem ac facilitatē vt cum sublimiora inspexeris, humilioribus etiam pariter benigne aditum præbeas. Quam vt literatorum omnium fautor humanissimus habearis, & ad te veluti amenissimum diuersorium omnes liberalium artium studiosi libenter confugiant, & veluti communem patronum atq; assertorem amplectantur & obseruant. versabatur superioribus diebus animus meus in materiam Lamiarum, quarum perfectiones in hac vrbe Placentina valde frequentari cepere, & cogitabam quæ occurrebant, & vera, ac vtilia mihi videbantur in ipsa eadem materia, in qua plurimæ quęstiones exortæ sunt scriptis demandare. Et cum id faciens inciderit vt arguendo dicerem ius nostrum scientiā nequaquam logicorum more dici posse, & ad idlógius progrediens excellentiam eius explicauerim, ita vt libellum de Lamiis ac iuris ciuilis laudibus cōtextim confecerim, eū tibi sapientissime Pręses ac nomini tuo consecraui. Et potissimum ratione ꝙ tibi iucundissimum fore existimaui illius sapientiæ laudes intueri, cuj impensam ipse operam a iuuentute nauasti. Quam adeo familiarem longis vigiliis ac vehementi animi applicatione fecisti, vt illam Serui Sulpitij tanquam delectabilem filiolam amplectaris, cui excellentem illam dignitatem & maximos honores quos comparasti soles ascribere. Nec iniuria si quidē eius beneficio factus es Christianissimo Francorū regi charissimus, qui eū te sanctissimo senatorio ordini in toto Mediolanensi imperio pręfecerit, facile significauit qualem de tua moderatione, castitate, sanitate, opinionem habeat. Cuius sis apud illum authoritatis, & cū vt solet dici magistratus virum ostēdit in hac prouincia, quāpluribus iam annis secunda fama gubernasti, tanta ingenij magnitudine, tanta es integritate versatus, vt inter doctissimos iustissimū, & inter iustissimos doctissimum possimus appellare. Accipe igitur libellum hunc exigue quidem facultatis ac tenuis ingenij, quem tuæ dominationi propensa voluntate offero. Et iube tuis felicibus auspiciis prodire in publicum, ac tuo fretum patrocinio delicatiorum censuram non reformidare. Vale.

Anto. Maria Merula ad lectorem.

Intima Franciscus quod Regnatoris olympi.
Iunxerit humanis legibus ore sacro.
Ne mirere, virum hunc peperit Venus aurea mater.
Gratia sic illi est matris ab vberibus.
Quod cecinit sagam sine mole accingier artes,
Hoc ab Atlantiade quo satus est decidit.
Iure ergo emunctus cui concessere vicissim,
Eloquium genitrix, & pater ingenium.

SVMMARIVM.

1 *Lamiæ mulieres ad ludum demonis deferuntur per ipsum demonem.*
2 *Theologorum est sacras tractare scripturas.*
3 *Princeps non debet se rebus immiscere spiritualibus.*
4 *Theologia est omnium scientiarum dignissima. Ius canonicum vel ciuile non est scientia.*
5 *Leges simplicitatem amplectuntur & subtilitatem respuunt.*

Lex

Lex est voluntaria, opinatiua non passim necessaria &c.

6 Lex est localis, non omnibus prouidens casibus.

7 Perito cuique de pertinentibus ad artem suam creditur.

8 Dubia in spectantibus ad fidem sunt ad papam referenda.

Canones allegari possunt sicut & leges.

9 Subiectum legalis scientiæ nedum circa mores, sed est etiam circa fidem.

10 Leges a Deo per ora prudentum & Imperatorũ promulgatæ sunt.

11 Legibus subdi debet omnis homo.

12 Leges in quibus allegari possint.

13 Scripturæ sacræ adiuuari debent & declarari per alias inferiores scientias.

14 Ius ars boni & æqui dicitur.

15 Leges rationem & causam habere censentur.

16 Ius ciuile est scientia practica & speculatiua.

17 Negotia plura sunt numero quam vocabula.

18 Scientia iuris est certissima, nobilis & omni honore digna.

19 Doctores iuris priuilegiati sunt in multis.

20 Contennentes iuris doctores detestandi sunt velut pecudes.

21 Doctores iuris ciuilis circa quæ versari dicãtur.

22 Scientia iuris ciuilis nobilissima est, nobilissimos reddens suos professores.

23 Scientia iuris ciuilis sapientia est & res sanctissima.

24 Regere seipsum summa sapientia est.

25 Scientia iuris ciuilis est omnium sapientũ dogma.

Legistæ & canonistæ qualem modum habeant arguendi.

26 Scientia quælibet suas proprias imaginationes, rationes & disputationes habet.

27 Facundia oratorum quale habeat officium.

28 Ratio legis ipsius anima dicitur.

29 Leges respuere subtilitates qualiter intelligatur.

30 Lex non dicitur voluntaria, cum etiam principis voluntas legẽ condens ratione regulari debeat.

31 Principis proprium est iustitiam exercere.

32 Rescriptum principis non est cum alterius iniuria exequendum.

33 Principis studium esse debet vt populus sibi subditus bene viuat.

34 Lex rationabilis dicitur eo ipso quod prohibita non reperitur.

35 Respondere per verbum dubitatiuum est philosophicum.

36 Lex an sit variabilis seu mutabilis.

37 Lex an sit omnibus casibus prouidens.

38 Iuris periti in dubiis sunt adeundi.

39 Lamiæ ad ludum demonum realiter & verè deferuntur, & non tantum imaginariè.

40 Demon potest hominem de loco ad locum portare.

41 Deus per artem demonis multa contingere permittit.

Negatiua est non ens, & ideo improbabilis.

42 Diabolus quoad potest fidei nostræ resistere nititur & eam impugnare.

43 Solennitas eadem requiritur in soluendo quæ in ligando.

44 Præcedentia declarãtur per sequentia et è cõtra.

45 Factũ aliquid esse non præsumitur nisi probetur.

46 Experimenta sermonum verorum cum rebus sensatis concordare debent

47 Facta per artem Diaboli non vera censentur sed fantastica.

48 Iura de aliquibus loquentia locum habent in non expressis in quibus eadem militat ratio.

49 Mulieres super quasdam bestias de nocte equitare & in momento multa terrarum spacia pertransire falsum est.

50 Lamiis dicentibus se delatas ad ludum demonum, & multa se fecisse asserentibus, non creditur.

51 Argumentum de similibus ad similia est licitum.

52 Confessio lamiarum est erronea & respuenda eo quod illusæ sint.

Cõfessioni rei ĩ criminalibus regulariter nõ statur.

53 Testes probare non possunt quæ tantum in spiritu fiunt.

54 Antecedens destructum censetur si consequens destruatur.

55 Loquentis virtus stat in hoc si bene distinguat.

56 Lex fit tãtum de his quæ vt plurimum accidunt.

57 Posse non dicitur qui sine adiutorio non potest.

58 Argumentum inefficax censetur quod instantiam. seu retorquutionem patitur.

59 Argumentum à separatis in iure est nullius valoris.

60 Probatio non admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.

61 Baptismus ad sui essentiam non requirit personarum præsentiam.

62 Occasio capi debet quæ benignius responsum ꝓbet.

Lamias portare corpus Christi ad ludum demonũ, & illud demoni offerere est falsissimum.

63 Lamias noctu domos ingressas sanguinem sugere paruulorum est errorneum.

Paru



LAMIARVM materiam, quas vulgus striges appellat, silentibus in istis natalitiis festis, iudiciorum strepitibus, tractaturus assumo quod scribitur Matt. iiij. ca. Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem & statuit eum supra pinaculum templi. & infra. Assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde. 1 † Ex hoc arguunt multi, & asserunt mulieres istas ad ludum demonis, & per ipsum demonē deferri posse quoniam si de quo magis inesse videtur & inest, ergo de quo minus auth. multo magis. C. de epis. & cle. l. quanto magis. ff. de iureiuran. c. cum in cunctis, extra de electio. immo stante hac possibilitate, & secundum eos concedenda, inferunt credendum esse fore eas ad ipsum ludum omnino portari vere, quoniam quod est possibile est admissibile. Verum quoniam ego contrariā sententiam fauore fidei semper existimaui benigniorem, non per modum conclusionis, quoniam prudentiorum iudicio me subijcio, decreui in oppositum, inuocato Dei omnipotētis auxilio, nōnullas breuissimas rationes afferre. Verum quia videtur theologorum materia; quia de fide agitur, ne possit mihi obijci quod scriptum est vj. q. iij. c. scriptum. vbi dicitur in alienam messem manum non apponas. Censui in primis aliam dubitationem excitare, videlicet. Nunquid canones legesue adduci ac allegari possint ad interpretationem diuinarum scripturarum ac seu ad declarationem vel decisionem theologicarum quæstionum. Nam hoc

hoc pacto cessabit obiectum, cognosceturq; maximum esse canonum ac legum potestatem, & propterea leges omni veneratione dignas. Ast, quia sicut aromatum solet esse natura, vt longe magis contrita redoleant, sic & veritas quanto magis conteritur & oppugnatur, tanto clarior, expulsis nebulis, luce progreditur. Notando enim & disputando bene & optima ratione decreuit Modestinus, dicit tex. in l. fi. §. mixta. ff. de mu. & ho. & secundum Aug. xxiij. q. 5. vj. c. vides, ratio vincit per disputationis pugnam. Arguendo ad partes, videtur, in primis leges ipsas vel canones nullo pacto sic fore admittendas.

2 † Et primo, quia talis interpretatio videtur tãtummodo spectare ad theologos, quoniam ipsi sunt, vt habetur. xx. dist. c. j. illi qui dicuntur tractatores diuinarum scripturarum, & propterea, vt ibi dicitur in expositionibus earum. summis pontificibus praeponuntur, licet in causis diffiniendis, secundum locum post eos mereantur, vana ergo videtur hęc disputatio legum sic adducendarum; quia nemo debet se intromittere circa pertinentia ad alium l. consulta diualia. C. de test. Culpa enim est se immiscere rei ad alium pertinenti. dixi text. in l. culpa. ff. de regul. iur. & bonus tex. x. distin. c. quoniam. qui dicit, pontifices se non immisceant negotiis secularibus, quibus est pręposit⁹ princeps, & princeps se non immisceat diuinis rebus, quibus est summus pontifex praepositus.

3 † Et propterea infertur ꝙ si princeps, qui est supra leges, inhibetur se immiscere spiritualibus rebus, vt ibi, ergo fortius hoc inhibetur subditis eius. Vel sic, si pontifices pro cursu temporalium tantũmodo rerum imperialibus, debent legibus vti, ergo fortius seculares, quibus est denegatũ se immiscere spiritualibus rebus, debent posse ad allegandas ipsas leges, nisi pro temporalibus rebus admitti. Et facit ead. distin. c. imperialium. vbi dicitur, imperium suis publicae rei quotidianis administrationibus debet esse contentum, non vsurpare quę sacerdotibus domini solum conueniunt. & bonus tex. in auth. quomodo opor. epis. in prin. ibi, illud quidem diuinis ministrans: hoc autem humanis pręsidens ac diligentiam adhibens. Et ideo gl. in verbo cõferens. not. quod nec Papa in temporalibus, nec Imperator in spiritualibus se debent immiscere. Et glo. in d. c. quoniam. per illum text. dicit ꝙ non licet allegare leges vbi est canon.

4 † Secundo, quia theologia est scientia superior & magis digna, vt habetur x. dist. c. lege, versi. item lex, lex imperialis non est supra legẽ Dei, sed subtus, vt ea. dist. c. certum. & c. suscipitis. Et probatur quia scientia legalis subijcitur Ethicę, vt per gloss. in procе. decreti. quae Ethica est longe minus digna quam sit theologia. ergo non expedit eam interpretari per scientiam longe inferiorem & minus scientificam, ac etiã plus religiosis interdictam c. non magno. & cap. super specula. extra ne cleri. vel mona. Tertio, quia ius ciuile vel canonicum non est scientia: quia legistae vel canonistae (vt inquiunt logici) non habent modum arguendi, nec cognoscunt per causas, sed nituntur tantummodo authoritate legis vel canonis, quia dicunt, ita lex dicit, ita canon loquitur, sed qui per causam non cognoscit, non scit, q̃a scire est rẽ per causam cognoscere. xxiij. q. viij. occidit, de testibus. cum causam. & habetur primo Posteriorum, & secundo Metaphisicę. per Ioan. Andr. in procе. sexti in l. pupillus. vbi Bart. & Bald. ff. de acqui. haere. per Ang. in l. qui Romae. §. duo fratres. xiiij. col. ff. de verbo. oblig.

5 † Et facit, quia leges dicuntur amare simplicitatem, non autem subtilitatem, vt l. sicut circa fi. versi. si debitori. ibi, hae autem subtilitates a iudicibus non admittuntur ff. quib. mod. pig. vel hypo. solu. l. j. C. vt actio. ab haere. et contra hęre. incip. ibi, nec propter nimiam subtilitatem. & in c. dilecti filij, in ver. prouideatis attẽtis, ne ita subtiliter, sed simpliciter & pure, extra de iudi.

Praeterea lex est voluntaria, vt per Aristote. in primo de coelo & mundo. & not. gl. instit. de vsucap. dum dicit ꝙ sufficit pro ratione voluntas. & probatur in l. prospexit. ibi, quia ita verba faciũt ff. qui & a quibus. ff. de leg. iij. l. non aliter. ff. de exer. l. j. §. is qui. Nam quod principi placuit legis habet vigorem. dicit text. insti. de iure natu. gen. vel ciui. & non omnium quae a maioribus nostris constituta sunt, ratio reddi potest. d. l. non omnium. ff. de legi. subiungens. l. seq. quae incip. et ideo. Et ideo rationes eorum quae constituuntur inquiri non oportet alioquin multa ex his quae certa sunt subuertuntur. & facit l. benignius. ff. eo. vbi dicitur benignius leges interpretandae sunt, quo voluntas earum conseruetur. Est etiã opinatiua & formidine permixta, vt videtur probari in. §. responsa prudentum. in verbo, opiniones. insti. de iur. natu. gen. vel ciui. et in l. si me & Titium in verbo. subsisto. ff. si cert. pet. & in l. seruum quoque. in princ. in verbo, subsistimus. ff. de procu. Item non passim necessaria, quia vt habetur in cap. licet. de regu. quae spiritu Dei aguntur, sub lege non sunt. & quod not. Inno. in c. pastoralis, de offi. ordi. vbi habetur ꝙ homines possunt cum tanta ratione regi, ꝙ non subiicerentur exercitio legis. & no. do. Abb. in c. rex pacificus. & bo. tex. in authen. de nup. §. si vero. col. la. iiij. est etiam variabilis. cap. j. de consti. lib. vj. & ff. de leg. l. non est nouum. cum ibi notatis.

6 † Item localis, quia non obseruatur vbiq;, vt in c. super specula. ibi quia tamen in Francia & nonnullis prouinciis, laici romanorum imperatorum legibus non vtuntur. extra de priui. & facit quod dicit Comen. in suo consi. xiiij. ad fin. qui dicit ꝙ Veneti non vtuntur iure communi, sed iustitia naturali. Ad idem quia vt videmus, fere omnes ciuitates habent sua statuta & suos ordines, legibus communibus difformes & repugnantes. Viuimus etiam consuetudinibus. ff. de legi. l. de quibus. §. ex non scripto. instit. de iure. natu. gen. vel ciui. Item non omnibus casibus prouidens, quia non omnes casus possunt sub lege comprehendi, vt dicit text. in l. neque. ff. de leg. ergo talis cognitio vel notitia non potest dici scientifica, quia scientia debet esse de immutabilibus, aeternis & determinatis, vt per Aristotel. v. Ethico, & lex debet poni vniuersaliter,

& non

& non particulariter, vt per eundem in loco prçal legato; quia particularia sunt infinita, quæ a nobis cognosci non possunt, sed cum sit de actibus humanis, impossibile est vniuersaliter verum dicere, quia est vtile, in aliquo casu particulari oppositum legis obseruari, & de quo multa exempla poni possunt & patet ex not. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. per Barto. in vj. quæstio. & per id ꝙ not. Innocen. & Docto. in cap. j. de consti. dum dicunt, ꝙ licet aliquando leges transgredi ex magna causa, ergo ad scientes theologos videtur relinquenda talis declaratio ac interpretatio, quia cæcus, nesciens quo vadit, in foueam cadit c. quæ ipsis, xx. dist. & ignorantia est cunctorum errorum mater. c. ignorantia. ea. dist. † Quarto quia peritis est standum cap. fraternitatis. de frigi. & malefi. c. significasti. el ij. extra de homi. l. i. circa princ. ff. de ventre inspi. l. semel. C. de re mili. lib. xij. ergo theologis peritis tantum in talibus est standum, vt etiam per Alexan. in consi. j. & consi. cvij. volu. ij. post Petr. de Ancha. in q. incip. antiquis & modernis temporibus. Quinto per text. in c. de quibus. xx. dist. qui ponens ad quos sit recurrendum cum sacrosantæ scripturæ authoritas non occurrit, inquit. De quibus causis nulla soluendi ligandiq; authoritas in libris veteris & noui testamenti, & quatuor euangeliorum cum totis scriptis appareat, ad diuina recurri te scripta grçca, si nec in illis ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas scriptas manum mittite. si nec in illis, sanctorum exempla perspicaciter recordamini, ꝙ si in omnibus his inspectis huius quæstionis qualitas non lucide inuestigatur, seniores prouinciæ congregate, & eos inuestigare, ergo ad has personas tantummodo est recurrendum, & non ad doctores legum, cum sint omisši. Contraria opinio tamen de iure videtur verior. Primo per text. in c. relatum. xxxvij. distin. vbi formaliter dicitur. Absurdum non est, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis, quæ forte etiam in pueritia attingit. Ad assertionem veri dogmatis conferat. Ad idem ea. di. c. turbat. vbi dicitur ꝙ etiam literæ seculares addisci, ac legi permittuntur, vt errores gentilium legendo detestentur, ac vtilia quæ in eis inueniuntur, ad vsum sacræ eruditionis vertant. ergo nihil habet obstare, quin & multo magis leges, canonesve sic adduci possint. † Secundo, quia etiam Papa ad quem spectat decisio dubiorum circa fidem d. c. j. xx. dist. cle. j. §. porro. de sum. tri. & fi. catho. glo. in cap. sicut vnire, de exces. prælа. alleg. leges & sequitur eas, vt habetur in c. cum a nobis. in prin. ibi, & canonica & ciuilia iura sequentes districtius inhibemus, de testibus, & alibi sæpe. Tertio quia etiam canones possunt sic allegari. xx. dist. c. de libellis, & c. seq. & hoc non est dubium; ergo etiam leges, ratione connexitatis, & inuitationis c. j. extra de ope. no. nun. vbi leges non dedignantur imitari canones, & econuerso. Connexorum enim est idem iudicium c. translato. extra de consti. not. glo. per illum text. in cap. quo iure. viij. distin. sed leges & canones fraternizant, ac quandã connexitatẽ habent adinuicem, ergo &c. & facit tex. in authen. de non alienan. aut permutan. §. cum autem. & in authen. de trien. & semis. in princip. vbi idem dicitur de imperio & sacerdotio, quia non multum differunt, immo fraternizant. † Quarto quia subiectum legalis scientiæ non est tantum circa mores, sed etiam circa fidem, quia nedum subiicitur ethicç, sed etiam theologiç, cum in ea etiam tractetur de anima & fide, & in ea habeamus multos titulos, qui nos dirigũt in deum, & tendunt ad fidem. Et propterea glo. in l. iustitia. ff. de iusti. & iur. & insti. eod. titu. in princip. dicit ꝙ non expedit nobis legere theologiam, quia omnia pertinentia ad fidem & ad diuini iuris scientiam, reperiuntur in corpore iuris, non est ergo spernenda iuris scientia cum lex sit sanctio sancta. Et cum dicat Imperator in l. cunctos populos. C. de summa trinita. & fide catho. Cunctos populos, quos clementiæ nostrę regit imperium, volumus in tali religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse romanis, religio adhuc ab ipso insinuata declarat, hoc est secundum apostolicam doctrinam, euãgelicamq; disciplinam, patris & filij & spiritus sancti, vna deitate, sub pari maiestate, & sub vna trinitate credamus & in authen. quomodo opor. epis. §. nos igitur dicit. Nos igitur maximam habemus solicitudinem circa vera dei dogmata, & circa sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus, credimus: quia per eam nobis maxima dona dabuntur a deo; & ea quæ sunt firma habebimus, & quæ nondum hactenus venerunt, acquiremus. bene autem vniuersa geruntur & competenter, si rei principium fiat decens & amabile deo. & hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum obseruatio custodiatur, quam nisi laudandi, et adorandi inspectores, & ministri dei verbo tradiderunt apostoli, & sancti patres custodierunt & explanauerunt. † Præterea dicuntur leges a deo, ex ore prudẽtum, & imperatorum promulgatæ l. fin. & ibi glo. in ver. diuino. C. de prçscrip. lõgi temp. §. quia igitur imperium. in auth. de instru. caut. & fide. viij. distin. c. quo iure. ibi, quia ipsa iura humana, per imperatores & reges seculi, deus distribuit humano generi, vt vj. q. iij. c. fin. Nam lex cepit a deo in paradiso, & ideo dicitur domum dei, & dogma prudentum, vt l. j. ff. de legi. vnde Panor. in c. j. de iura. calum. dicit ꝙ sicut lex canonica potest dici partim positiua & partim diuina, quia in parte subiicitur ethicæ & partim theologiæ. Idem dici debet de legibus ciuilibus, habito respectu ad causam efficientem immediatam, licet respectu causæ immediate efficiẽtis dicantur diuinitus per ora principum promulgatæ d. capi. quo in re. & dicta l. fina. ergo saltem intuitu causę a qua sic emanarunt, debent allegari posse. † Quinto quia hoc etiam videtur perutile, quia cum omnis homo sit subditus legibus, ergo adducta lege quisquis facilius obtemperabit veritati, & hoc propter timorem pœnæ, quoniam legi standum est c. de capitulis. cum quatuor capitulis seq. x. dist. Et hoc etiam in foro conscientiæ, vt no. Bald. & Docto. in c. quæ in ecclesiarũ. extra de constitu. do. Abb. in proœ. decre. Petr. de Anch.

de Anch. in consi.xxj.incip.videtur prima facie dicendum.per Ioan. An.in c.ij. de verbo.signific. in vj.per beatum Tho.ij.ij.xcvj.q. & per Bal.in c.in omni.de testi. vbi eleganter dicit ꝙ ideo in foro conscientiæ leges sunt seruandæ, quia alias sequeretur ꝙ omnis legum forma & subtilitas duceret ad inferos,& scientia legum esset magis dānata quam maleficium. Et pulcherrime per Fede. de senis,consil. suo xxj.vbi etiam multis rationibus comprobat ꝙ quis tenetur magis sequi dispositionem legis quam conscientiam eius. pro quo vltimo bene faciunt etiā quæ not. in l. illicitas.§. veritas.ff.de offi.præsi.& per Pau.de Cast.consi. ccxcvj.in j.parte nouorum.& dicit glo.in cle.ad nostram.in verbo , ieiunare. de hære. & ibi do. Card.& Imo.in rubr.de consti. col.vj. Abb.in c. solitæ.in ij.colum.de maio.& obe. & in c.omnis anima.de censi.ꝙ non est aliquis adeo bonus vel 12 perfectus, qui non subsit legi. † Et sic ex hac conclusione, quæ fundatur super vtili, debent leges sic posse allegari. & pro qua optime facit text.in c.vt commissi, circa fi.de hære.in vj.vbi iubetur Iurisperitos debere ab inquisitoribus auocari, vt eorum processibus assistant. & recte factum,quia legistæ sunt tractatores maleficiorum, & leges ēt tractant de maleficiis, vt C.de malefi. & mathe. per totum.& C.de pag.& eorum temp. & sacrifi. & C.de thesau.l.j.lib.x.& alibi sæpe. Et sic patet,contraria non habere obstare.Et maxime primum argumentum,dum dicitur,vanam esse hanc allegationem legum, quia immo patet ꝙ est vtilis & non vana. Nec obst.text.in d.c.quoniam cum concor. quia illa iura loquuntur in casu diuerso,quoniam aliud est quærere, nunquid Imperator possit se intromittere in causis spiritualibus prout loquuntur illa iura , aliud , nunquid leges possint induci in theologicis quæstionibus, & diuinis , prout dicit quæstio nostra . Et propterea do.Abb.in c. inter illa.in primo no.de immu.eccle. quicquid dixerit glo.in d.c.quoniam dicit ꝙ etiam vbi non deficit canon, potest lex allegari, per illum tex.& probat bonus tex.x. dist.c.j.vbi dicitur leges imperatorum non esse omnino eruēdas,cum eis sępe ecclesia vtitur contra hęreticos, & sæpe contra tyrannos, & per eas contra quoscunque prauos defenditur. concor. ea. dist.cap.si in adiutorium. vbi dicitur, & sunt verba Augu.si in adiutorium vestrum terreni imperij leges assumendas putatis , non repræhendimus. Nam fecit hoc Pau.& concor.text. vbi gloss.in c.j.extra de ope.no.nunc.& xxxix.dist.c.j.in versicu. vt eorum cautela ecclesiæ seruentur indemnes , & sic videmus ꝙ etiam prædicatores in prædicationibus , & Theologi in suis scriptis allegant leges, 13 & bene. † Non ob.secundum , quia vt etiam est dictum, per alias scientias inferiores potest ius sacrarum scripturarum adiuuari & declarari, ergo tanto magis per leges quarum scientia est sublimior. Et facit quia etiam Christus,cuius actio est nostra instructio,de conse.dist.j. sollennitates per exempla rerum humanarum & terrestrium , declarabat altissima , & quæ de sursum sunt , vt in euangelijs. Præterea , vt dicit Philosophus.j. Physicorum. innata est nobis in via cognoscendi ab imperfectioribus. Nec ob.quod dicitur de.c. non magno.& c.super specula.quia hæc scientia, vt ibidem notatur, non est omnino religiosis interdicta , sed causatiue , scilicet vt magis theologiæ studium amplectentur, vt dilatato sui tentorij loco,funiculos suos faciat longiores , attamen cū licentia leges addiscunt , & quas dedicerunt possunt docere,& allegare,& sic fit. Non ob.tertiū, quia immo ius ciuile vel canonicum est scientia, patet ex pluribus. Et primo per text. in proœ.ff. circa princ.in verbo, professores legitimæ scientiæ constitutos , & ibi , prima vestigia cuiusque scientię mediocriter tradentes . & in iiij.col.ibi, & hi qui rudes adhuc legitimæ scientiæ capescendę aspirant. & in pen. colum. ibi,nihil legitimæ scientiæ eius deerit. & ibi,hæc sola scientia finē 14 habet mirabilem. † Secundo per tex. in l.j.ff. de iusti. & iur.§.j. ibi, ius est ars boni & æqui. & ibi , æqui & iniqui notitiam profitemur , & ibi, æquum ab iniquo separantes , licitum ab illicito discernentes. Nam si ius est ars.vt ibi,& concordat tex.in proœ.ff.col.pen.ibi, nulla euenit arte, ergo est cognitio quia vt dicit Philosophus.j. Posteriorum. omnis ar.& doctrina fit ex præexistēti cognitione sicut contingit in iure,cum in eo distinguamus æquum ab iniquo , sed distinctio non potest fieri sine cognitione. Nec hic potest capi ars pro habitu factiuo,si prædicta considerentur, quinimmo dicta verba ostendunt , vt accipiatur pro habitu scientifico, & per demonstrationes acquisito. Ostenditur etiam, quia leges habent rationem & causam vt subijciam. Et potest adduci tex.cum glo.in l.j.C.de stud.lib.xj. dum iurisperiti & medici dicuntur esse Philosophi , & vi- 15 ri profundioris scientiæ & doctrinæ . † Tertio quia leges habent rationem & causam , & ideo eam doctores,& præsertim legentes, semper inuestigant quærentes de ratione dubitandi , item de ratione decidendi,de ratione dubitandi, quia lex non fit nisi in casu dubio.l.labeo.ff.de carbo.edi. l.antiquæ.C.de furt.In claris enim non est opus laborare.ff.de verbo.oblig.l. continuus.§. illud. Item quia de singulis dubitare non est inutile,vt in prædicamentis Aristo. & per glo.in l.iij.C.de sum.tri.& fid.catho. de ratione decidendi, vt intelligatur quod est cum ratione facta , sicuti esse debet.iiij.dist.c.erit autem lex.& sic multis alijs omissis,ex his constat ius ciuile esse scientiam, & veram ex rationibus & demonstrationibus. 16 † Constat etiam quia non solum est scientia practica sed etiam speculatiua,quoniam oportet prudentem iure soluere nodos,quæstiones & controuersias,quæ nunquam etiam contingerunt , quod non potest fieri nisi per subtiles indagationes , & per speculationem . Quo fit vt quia subtiliter indagandum est & procedendum per argumenta, rationes,& similia,& alijs varijs modis,secundū regulas iuris,quas decet habere notas, quod detestandi sunt illi qui tantummodo, (vt sunt multi,) qui vtuntur temeritate pro scientia contra text. in l.quisquis.C.de postu.vel qui tantummodo vadunt per repertoria,& qui nihil volētes a seipsis

excogitare,

excogitare, timent consulere vel pronuntiare, quoniam id a doctoribus non reperiunt factum, & hoc licet adsit bona ratio vel bonum simile sed male, quia vt etiam inquit Paul. de Cast. in l. clodius. ff. de acqui. hære. pernitiosus est talis timor, & in miserrimus est talis intellectus, qualiter enim scientia legalis fuisset augmentata, si ita fecissent antiqui. quia noluissent consulere, nisi vbi repertum esset ita a doctoribus determinatũ. & concordat ꝙ dicit Boetius de disciplina scholastica, vbi etiam ipse dicit. miserrimi ingenij est, nolle nisi inuentis vti. Et propterea rationibus innitendum est, quoniam vt dicit text. in l. j. §. sed quia. C. de vete. iure enucle. & in proœ. sexti natura semper nouas deproperat ædere formas, & quę de nouo emergunt nouo indigent auxilio. l. diuus. 17 ff. de restitu. in integ. † Item quia cum plura sint negotia quam vocabula, vt l. natura. ff. de prescri. verb. nõ possunt omnes articuli sigillatim decidi, sed debet procedi per rationes & similia, vt l. non possunt. ff. de leg. Et sic patet etiam non habere obstare, quod habetur per Philosophum in j. Metaphisice. vbi dicit, ꝙ scientes, quorum scientie non sunt ad vsum, sunt nobiliores illis, quorũ scientie sunt ad vsum, quoniam illud dictum non debet intelligi de tali scientia quæ est speculatiua, & practica. Aliter diceremus etiam theologiam vel medicinã quas theologi et medici summe extollunt, non esse scientias nobiliores, cum sint etiam ad vsum, vt patet. Accedat quia est etiam scientia, quæ nedum versatur circa mores, sed etiam circa ea quæ sunt ad diuini iuris vsum, 18 vt supra est tactum, & etiam dicam infra. † Est etiam certissima scientia, quia habet finem quem non habent alie scientiæ, vt in proœ. ff. col. pen. habetq; certissimas rationes, causas et demonstrationes, vt peritis notum est, sed vt dicit Philosophus in proœmio de anima, vna scientia dicitur nobilior altera, vel subiecto nobiliori, vel quia est certior, vel propter vtrunque simul. Est ergo scientia nobilis & honore digna, quod ab effectu etiam demonstratur, quia per eam homines fiunt nobiles, vt habetur in l. ij §. fina. ff. de excusa. tut. l. prouidendum. C. de postu. per Bar. Bal. & Doct. in proœ. C. per Bart. in j. consti. ff. col. iij. & in j. cõsti. C. §. hæc quoque. per do. Alex. consi. xv. col. pe. & consi. xviij. col. fi. in fi. in j. volum. & consi. xciiij. col. ij. ver. sed ita. eo. volu. & per Fely. in c. quanto. de magi. Et propterea, vt per Doct. ibi infamis & iudæus non possunt doctorari, & bonus tex. in l. fin. in versi, qui ve magisteriæ, potestatis sudoribus clarus factus est. C. vbi sena. vel claris. 19 † Item qui a Doctores iuris priuilegiãtur in multis, vt per Doct. in varijs locis, & no. do. Alex. in l. centurio. circa prin. ff. de vulga. & pupi. et per domi. And. Siculum in consi. lvij. incipi. scribitur apud Iob. in ij. parte & per domi. Paridẽ Puteum, in tractatu suo syndicatus. in. §. doctor. & seq. & in §. mandauit rex. nam in eis versatur publica vtilitas, vt l. j. & ibi gloss. C. de stud. lib. vr. Barto. & alij in l. j. ff. sol. mat. & per Cyn. in l. j. C. de iur. & fact. ignoran. Probatur etiã quia vt dicit do. Azo. in proœ. institu. scientia ciuilis facit professores eius in orbem terrarum solenniter principari, & sedere in aula imperiali. Et propterea refert Angel. de Perusio, in l. cum salutatus. C. de senten. pas. ꝙ licet Papa recipiat omnes ad osculum pedis. tamen Vrbanus Papa recipit eum ad osculum 20 pacis. † Vnde ex istis & multis alijs quæ adduci possent, merito iure inferri potest, ꝙ tanꝙ pecudes detestandi sunt. qui de facili & lubrico lingue doctores iuris contemnunt; & ꝙ similiter pessime faciunt, qui volentes violare priuilegia doctorum (prout sepe istis temporibus fieri conatum est) faciunt hospitia militum in domibus eorum, quia hoc cædit dedecori tante dignitatis. et contra tex. expressum in l. ij. vbi etiam glo. C. de mune. patri. lib. x. Item etiam contra consuetum, & cum lesione publicæ vtilitatis. & propterea dicit Paris de puteo, in dicto. §. doctor. quod officialis faciẽs hoc meretur syndicari. & ita dicit factum contra quendam potestatem de Theano, qui voluit milites hospitari in domibus cuiusdam doctoris. super hoc tamen est prouisum per Illustres præsides, & re-21 gios senatores. † Demonstratur etiam ratione exercitij, quia versantur doctores circa diuina, circa commune, & circa ea quæ studet ciuitas & princeps, & circa alia optima. vnde Magnifici viri appellari debent, quia & sic versantes Magnificos viros appellat Philosophus, quarto Ethico. & ita etiam eos appellat text. j. consti. C. & in proœ. institu. sunt enim doctores iuris, optimi iustitiæ & rei publicæ ministri inquit text. in l. prima. §. discipuli. & §. fina. ff. de origi. iur. & dicit tex. in l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iudi. hi qui dirimunt ambigua facta causarum, suæque defensionis iuribus in rebus sæpe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam si prælijs ac vulneribus, patriam parentesque saluarent. Nec enim solos, nostro imperio militare credimus, illos qui gladijs ac toracibus nituntur, sed etiam aduocati militant. Nam patroni causarum, qui gloriosæ vocis consisi munimine, laborantium spem vitam & 22 posteros defendũt. † Est ergo scientia nobilissima, iuris ciuilis scientia, cum & ex ea fiant nobilissimi eius professores, vt supra. & quia nemo dat quod non habet j. q. vij. c. daibertum. de iure patronatus, quod autem. insti. de libe. in prin. per gloss. Immo est admirabilis & diuina, quum dicat tex. in l. ij. circa princip. C. de vete. iure enucle. Nihil in legibus neque contrarium neque idem, neque simile inuenitur, vt ne geminæ leges pro singulis rebus positæ appareant, quod quidem cœlestis prouidentiæ peculiare fuit & humanæ imbecillitati nullo modo possibile. & probatur, quia est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia, authore Chrysippo, vt l. iustitia. ff. de iusti. & iur. & insti. eod. titu. in princi. Et a diffinitione non est recedendum, quia secundum Philosophum. vij. Metaphi. diffinitio est sermo indicãs quid est esse rei per essentialia. & secundum Bal. in rub. C. qui. admitti. allegantem Boetiũ, diffinitio essentiam rei claudit, & allusio siue Ethimologia intelligentiam rei. Et propterea Bal. in l. nõ fine. C. de bo. quæ libe. dicit ꝙ illud dicitur in esse quod

23 quod constat ex suo diffinito. † Quinimmo est sapientia secundũ Iurisconsultum in l.j.§.proinde.ff.de varijs & extraor.cog.qui dicit ꝙ sanctissima res est ciuilis sapientia. & facit quia secundum beatum Tho.ij.ij.q.j.arti. ij. de dono scientiæ cognitio diuinarum rerum vocatur sapientia, cognitio vero humanarum rerum vocatur scientia, sed cognitio legalis est huiusmodi per iura allegata, & bo.tex.in l.j.C.de vete.iure enu.vbi dicit text. Nihil tam studiosum in omnibus rebus inuenitur, quam legum authoritas, quæ & diuinas & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit. & sic sapientia, quoniam vt dicit glo.in d.§.proinde.ciuilis scientia est sanctissima quo ad animam, & firmissima quo ad mundum. Et dicit Philosophus ad Alexandrum sapiẽtia est cõseruatiua animæ, sicut sanitas corporis, sed hæc scientia est huiusmodi, quia facit homines virtuosos, dirigens eos in Deum, tollens lites, rixas, controuersias, & talia ex quibus solent sequi homicidia & omnia alia mala, ergo est conseruatiua animæ & corporis, & sic sanctissima quo ad animam, & firmissima quo ad mundum,
24 & sic consequenter est sapientia. † Corroboratur, quia seipsum regere est summa sapientia, vt per Philosophum.de regi.princ.sed hæc scientia nedum docet seipsum regere, sed etiam ciuitates, pronuncias, & omnem orbem terrarum; vt patet, & dicit tex, in auth.vt omnes obe.iudi.prouin.sine ea nihil factum est. & est præcipua aliarum, quum per eam reguntur omnia. Et probatur, quia decet Iure consultum habere docendi peritiam, dicendi facundiam, differendi copiã, interpretandi subtilitatem, solertiam, fidem, bonos mores, & laudabilem vitam.C.de profes.qui. in vrbe constan.l.j.li.xij.l.magistros.C.de profes.& med. li. x.& in procemio insti.§.cunq;. quinimmo debet etiam alios præcellere moribus & scientia. vt in illa.l.magistros.nec immerito, quia doctores sunt ad aliorum eruditiones c.super specula. de magi. et dicit tex.in c.gloriosus in sanctis suis.de reliq. & vene.sanc.ꝙ sunt luminosæ candelæ ardentes super candelabrum positæ, quæ in vniuersum corpus orbis terrarum tenebris profugatis, veluti sidus irradiat matutinum.& text.in d.c. super specula.dicit ꝙ fulgent veluti splendor firmamenti, & veluti stellæ sunt in æternitates perpetuas permansuræ.& tex.in c.multi.de pœni.dist.ij.ꝙ sunt radij solis.& probat tex.in l.si arborem.§.si communem in verbo, locus opacus, quoniam sole cœpit esse plenus.ff.de ser. vrb. prædi. cum ibi not.
25 per Ang. † Ad idem quia est dogma omnium sapientum vt dicit text. in l.ij.ff. de leg. & vera Philosophia & non simulata, vt l.j. ff. de iust. & iure.ergo est sapientia, & ita dici debet, quoniam peritis in arte est standum, vt dixi supra & est bona glo.ix.dist.c.veterum.& facit tex.in.§.responsa prudentum.insti.de iure natu. gen. vel ciui. & quia etiam leges, & sic ipsorum Iurisconsultorum verba, a romana ecclesia, cui, vt dicitur xxij. distin.c.j.iura terreni & cœlestis imperij sunt commissa, sunt approbata. Non ob. quod legistæ vel canonistæ non habent modum arguendi quia est falsum, & patet, quia ẽt esto quod non habeant eũ modum quem habent dialectici vel aliarum scientiarũ professores, hoc non expedit dummodo habeant modum scientificũ & concludentem, sicut habent, quia secundum Spe.in tit. de aduo.§.nunc de exordijs.ver.quid si aliter. quælibet scientia habet diuersa genera loquendi intantum ꝙ proprius modus loquendi in vna scientia, est absurdus in alia, & sunt verba Augu. in cap. locutio. xxxviij.dist.et dicit Philosophus primo posterio
26 rũ, † vnaqueq; sciẽtia habet suas proprias imaginationes, rõnes, ac disputationes, & bene, quia locutiones habent esse secundũ subiectã materiã l.si vno.C.loc.& secundũ Philosophũ.1.Ethyco. tũc perfectæ enunciamus, cum scdm subiectam materiã loquimur.de quo ẽt per Bal.in l. data opera. circa medium.C.qui accu.non pos. Et ideo indigne dicitur legistam vel canonistam non habere modum arguendi, licet nõ logice loquatur, vel secundum aliũ modũ. Nã vt inquit tex.in c. indignum.& in c.ecclesiastica.xviij.dist. canones nõ sunt restringendi sub regulis donati, nec ẽt ociosis Philosophorum scholis. & facit quia legistæ sunt reales locutores, & rebus & non verbis intẽdentes, quia non verbis sed rebus leges imponuntur l.ij.C.com.de leg.c.commissi.de elec. lib. vj. & ideo Bal.in l. veteris.C.de contrahẽ.& cõmit. stipu.dicit ꝙ leges sunt veræ philosophiæ legales & non dialecticæ, & ponderat ad hoc illum text. & cõcordant verba Io.An.in regula, infamibus. de reg.iur.in vj.qui dicit, absit ꝙ per sophisticationes verborum naturã immutemus, & ideo secũdum eũ in c.j.de confes.in vj. ex mente Dydimi
27 ad Alexandrũ. † Non artem bene loquendi discimus, nec facũdiæ oratorum rhetorũq; operam damus, cuius officiũ est falsitatis sermonibus figmentare mendacia, & innocentiæ fidẽ conferre criminibus, ac parricidij reos assignare pijssimos, qui dum putant se alienæ laudis fructum per iniquam victoriam rapuisse, nesciunt munimentum suæ cõscientiæ perdidisse. pro quo facit tex.in c. sedulo. xviij.dist.qui præclarissime ad propositum loquẽdo dicit. Cordi casto linguam exercitatã conferre non audeãt & putent præponendas esse verbis sententias, sicut præponitur animus corpori, debetq; veriores ꝙ disertiores audire sermones, sicut prudentiores ꝙ̃ formosiores amicos habere.

Similiter non obst. ꝙ legistæ vel canonistæ nõ cognoscunt per causas, quia ẽt ex supradictis op-
28 positũ probatum est. † Quinimmo ratio legis dr̃ anima legis l. quod dictum.ff.de pac. & strictius est obseruantia quã ipsa lex, secundum Bald.in l. quicunq;.C.de ser. fugi.& in l.non dubium.in v. col.C.de leg.& per eundem in l. si quis seruo.C. de fur.vbi dicit ꝙ ratio est sicut anima, & verba sunt sicut superficies.& in d. l. non dubium. dicit quod est spiritus viuificans legem, omne dictum & factum faciens ratum & firmum. & habetur per do. Abba.in consi.j.in j.volu.Et dicit Bald.in l.nemo.in prin.C.de senten. & interlo. omn. iud. quod ideo Francigenæ tantummodo allegant rationem, & dicunt sic est ratio legis, non autem dicunt, sic est lex, vel lex sic dicit. Sed con-

cesso etiam ꝙ simpliciter allegetur lex, vel dicatur sic lex dicit, prout fit, quid ad rem, cum talis allegatio non est sine ratione, cum lex contineat rationem, & sit ratione facta quo fit ꝙ allegata lege, etiam ratio legis habetur pro allegata. Nam & idem fit de dictis philosophi, quia eius dictis simpliciter adductis philosophantes acquiescunt, quod non est, nisi quod continent rationem vel causam. Sicut etiam de dictis Pythagoræ refert Boetius in princ. suæ arithmeticæ. qui inquit, ꝙ sufficiebat dici sic Pythagoras dicit. & ad propositum etiam dicit Bal. in c. ad hæc. in vj. col. de pace iur. fir. ꝙ leges non allegantur in curiis regum pro authoritate, sed pro ratione. Breuitatis causa etiam hoc fit, quoniam gaudent breuitate moderni, vt inquit gl. in l. j. ff. ꝙ met. cau. et facit tex. in l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appel.

29 † Non obstat ꝙ leges non amant subtilitates, quia non est verum, inquantum tractatur de interpretatione iurium, vel de enucleatione quæstionum, & ad veritatem eliciendam, sed ne subtilitatibus fiant deceptiones, peruertantur vera & recta iudicia, iniquitates æquitati præferentes, in quo genere boni & æqui, vt inquit tex. in l. si seruū. §. de illo. ff. de verb. obl. plerunq; sub authoritate iuris scientię pernitiose erratur, secus, & hoc est de quo proprie loquuntur iura contraria, & id quod dicunt leges subtilitates nō amare, quia est verum eas non amare, inquantum tendunt ad decipiendum, vt ēt declarat Pau. in c. dilecti filij. in ij. col. de iu. vbi latius per eum, quæ subtilitates sint attendendę & quæ non. & aliquid per Ro. cō. sil. ccj. inci. omnipotentis Dei postulato suffragio, in proposita consultatione. Et probat tex. in c. si cupis. xvj. q. j. qui dicit habeo simplicitatē columbę, ne cuiquam machineris dolos, serpentis astu-

30 tiā, ne aliorum supplanteris insidijs. †Non ob. ꝙ lex sit voluntaria, quia est falsum, vt ex prædictis constat. Nec ēt sola voluntas principis facit legem, quia immo debet esse regulata ratione. Nā & volūtas eius subiacet regulę rationis, est enim animal politicum, ratione & mortale secundum Bal. in l. ij. C. de serui. & aqua. & ideo non potest iniquum statuere, vt inquiunt d. Abb. & scribētes de consti. c. j. & per beatum Tho. ij. ij. q. ix. arti. vj. & secundum Ang. in consi. suo c. incip. sanctissima. in iiij. col. opinioni eius non est standum, si contraria sententia est rationibus melioribus cōprobata. alleg. text. in l. Aemilius. ff. de mino. & multa dicit Par. de Puteo in tract. suo syndica. in c. j. & ij. ꝙ non licet principibus nec regibus in aliquo excedere, nec quicq̄ facere, quod non conueniat probatissimo ac sapientissimo viro, & si aliter faciunt, non sunt principes nec reges, & eis obediendum non est, vt ibi latissime per eum, de quo etiam per Ioan. And. in c. j. de homic. lib. vj.

31 post Host. ibidem, vbi dicunt † ꝙ proprium principis est iustitiam exercere, & si deficit in hoc. auferretur ei nomen boni & religiosi principis, et si carebit nomine, carebit & re. C. de ferijs l. a nullo. C. de nup. l. imperialis. §. j. & de verb. sig. c. nā & ego. Et concordat, quia rex dr̄ a gerendo. vnde debet regere, & non regi. ff. de leg. l. fi. alias nō est rex secundū Bal. in l. non ambigitur. post Cy. ff. de legi. & in l. post susceptum. ff. de excus. tuto. & idem de Imperatore, per Bal. in tit. de pace constan. in fin. & per And. de Iser. in tit. qui. mo. feu. amit. §. similiter si dn̄m, vbi expresse dicit, quod male versantes in regno sunt priuandi regno. Et propterea non est dicendum, ꝙ sola voluntas principis faciat legē, quia immo decernit secundū rationem et regulas legis & rationis. Pro quo facit, quia & ipse attestatur se velle legibus viuere l. digna vox. C. de legib. l. ex imperfecto. C. de test. cū

32 concor. † & ordinatum est, eius voluntatem vel rescriptum cum iniuria alterius non esse exequēdum, immo esse nullum & irritum. C. de preci. impe. offe. l. quoties. & l. nec dānosa. C. vnde vi. l. authoritatem. & ff. ne quid in loco publi. l. j. §. merito. & C. de emanci. lib. nec auus. cum concor. & facit tex. in cle. pasto. de re iudi. vbi sentētia principis, quia contra ius fuerunt cassatæ, & annullatæ, & merito, quia vt inquit Pau. de Cast. in cōsi. lxx. inci. In Christi nomine, quia frustra disputaretur. in ij. parte, secundum stampam nouam. vbi etiam consuluit contra quandam sententiā principis, quia constitutio regni & monarchia est de iure gentium, ergo non debet contra illud posse, & sic debet esse eius lex omnino communis, rationabilis, & honesta, vt in d. c. erit autem lex. et xxiij. q. iiij. c. si ecclesia. in fi. & concordat tex. in auth. de instru. cautela & fide. ibi, quia igitur imperiū propterea Deus de cœlo constituit, vt difficilibus imponat quæ apud eum sunt bona, & leges aptet secundum naturæ varietatem. & Paulo inferius. & dare in commune subiectis quos Deus nobis tradidit prius, et paulatim semper adijciet. et tex. in auth. vt non luxurientur contra naturā in prin.

33 ibi, † quia omne nobis est studium & oratio, vt & crediti nobis a domino Deo, bene viuant, & eius inueniant placationem, & tex. in auth. de priui. dotis in prin. vbi dicit, vnam nobis esse in omni nostræ reipubli. & imperij vita, in Deo spem credimus, scientes quia hæc nobis & animæ & imperij dat salutem, vnde & legislationes nostras inde pendere competit, & in eam respicere, & hoc eis principium esse & medium & terminum. Nec habet obstare allegata. l. prospexit. ff. qui & a quibus. quia secundum Bald. in d. l. si quis seruo. Immo lex illa quo ad Vlpianum conditorem eius, dicitur habere rationem, & eā Bal. aperit ibi, & idem Bal. in l. j. C. quæ sit longa consue. refert & commemorat Fely. in c. si quando. in vij. col. de rescrip. in ver. circa rationem legis. Et potest adduci quod dicit idem Bald. in rub. de

34 consti. col. ij. vbi dicit † ꝙ lex satis potest dici rationabilis eo ipso ꝙ non reperitur prohibita, licet non possit demonstrari ratio eius, per glos. sing. in l. j. §. initium, in verbo, ratus. ff. de postulā. & per ea quæ not. Archidia. viij. dist. frustra. vbi dicit idem de consuetudine, vt possit dici rationabilis, ex quo nō obuiat canonicis institutis. de quo vltimo habetur etiam per Bal. in c. cum venissent. de eo qui mit. in pos. col. iij. vbi secundum eum, consuetudo in dubio debet præsumi laudabilis, & bona, ex quo non reperitur prohibita, &

& placet

& placet ciuibus, quia quod eis placet, generat cō cordiam, quæ est ciuitatibus vtilissima. Non ob. quod sit formidine permixta quia immo est firma & certa, cum sit ratione facta, quæ vt est dictum facit omne dictum ratum & firmum, vt per Bal. in l. non dubium. C. de legi. & probatur in l. solam. C. de testi. cum ibi no. in auth. de hære. & fal. §. si vero. col. j. in auth. de sanctis. epis. §. j. & in 35 authē. de testi. §. & licet. cum concor. † præterea philosophicum est respondere per verbum dubitatiuum. vt per verbum forte, vt inquit glos. in l. cum res. § sed si stichum. ff. de leg. j. Præterea leges quibus vtimur sunt approbatæ, quia quæ visę sunt rationabiles vel bonæ fuerunt approbatæ, ergo verborum qualitas non habet vitiare siue nocere. Illud autē ꝙ non sint leges passim necessariæ, & ꝙ vbiq; non seruantur, similiter non habet obstare, quia non sequitur, ergo nō sunt scietificæ & bonæ. Nam & aliæ scientiæ q̄uis non seruentur vbique, tamen ex hoc non sunt minus veræ bonæ ac perfectæ. Nec attenditur id quod fit, sed id ꝙ fieri debet l. sed licet. ff. de offi. præsi. sed leges deberent vbique seruari. l. leges sacratissimæ. de legi. & no. glo. in d. c. super specula: omnis enim anima est submissa Imperatori, quia est dominus totius mundi. l. deprecatio. ff. ad leg. rho. de iactu. & vij. q. j. in apibus, ergo &c. & facit, quia vt dicit glos. in cle. ad nostram. in versi. ieiunare. de hære. omnis etiam quantumcunque iustus subest legi, licet non exercitio eius. & not. d. Abba. in c. omnis anima. de censi. & in d. c. rex pacificus. & sentit Philosophus. x. Ethicorū, qui dicit ꝙ non tantum propter iuuenes sed etiam pro36pter senes facta est lex. † Nec ob. quod sit variabilis siue mutabilis, quia hoc etiam simpliciter dictum est falsum. Nam quātum attinet ad ius naturale vel gentium, hoc patet insti. de iur. natu. gen. vel ciui. ver. sed naturalia. quia illud est immutabile. quantum autem ad ius diuinum, idem, vt ibi, & in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. quantum vero ad ius, quia ius nostrum est tripartite collectum, vt in. §. fina. insti. eo. dicitur quod licet immutetur aliqua constitutio, non tamen scientia iuris immutatur, quum talis immutatio fiat secundum regulas iuris, quæ volunt sic fieri, necessitate vel vtilitate sic exigente. c. non debet. de consan. & affi. lex enim debet deseruire tēpori xxxiiij. distin. c. fraternitatis. & iiij. dist. c. erit autem lex & quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. causa. ff. de interro. act. & ideo etiam Deus omnipotens ex his quæ in testamento veteri statuerat, nonnulla mutauit, vt d. c. non debet: ob quod d. Panor. in d. c. non debet, etiam ipse dicit ꝙ licet scientiam sit de incorruptibilibus, & impossibilibus aliter se habere, vt habetur primo posteriorum, non tamen expedit vt detrahatur scientiæ iuris, quasi non sit scientia, ex eo ꝙ immutetur in aliquo, quia omnino est scientia, rationibus de quibus ibi per eum. Pro quo faciunt etiam quæ no. per eundem in c. ij. in pen. colū. in ver. sed reducendo ad concordiam. extra de proba. & per eundem in c. fi. in v. col. de consue. vbi secūdū eū ex causa pōt induci cōsuetudo antiqua damnata, & ēt fieri statutū cōtra canonē, quia hoc fit ex mente legis, quæ est ipsa lex. Et facit, quia secundū veritatē temporū & locorū, ēt remedia et canones medicorum expedit immutari, & tamen immutatio eorū, quia fit canonibus medicinæ sic dictantibus, non arguit defectum, sed potius bonitatem & scientiam; ergo idē in iure nostro dicēdū est, quia quod medicamenta morbis, hoc exhibēt iura negotijs, vt in auth. hæc constitutio innouat 37 constitutionem in prin. † Non obstat similiter ꝙ non sit omnibus casibus prouidens, quoniam etiā hoc est falsum, quia immo lege, ratione legis, vel simili possunt omnia decidi, vt dixi supra & facit tex. in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tuto. et in c. secundo requiris. in fin. de appel. & vbi sub authoritate legis potest etiam allegari ratio naturalis, ratione legis vel simili deficiēte. & not. gl. in c. consuetudo. j. distin. & facit optime tex. in d. c. de quibus. xx. dist. vbi ponens ad quos sit recurrendum cum sacrosanctæ scripturæ authoritas nō occurrit, dicit etiam ad exempla esse recurrendum. Et quia ita fit seu fieri potest, igitur dixi scientiam istam esse speculatiuā scientiam, & habere suos modos, & rationes arguendi & decidēdi. & sic constat ꝙ non est ēt verum, ꝙ sit impossibile, ꝙ lex vniuersaliter verum dicat, cū sit vtile, oppositum legis in aliquo casu obseruari, q̄m immo in tali casu oppositi, lex quantumcunq; generalis recipit restrictionem, vel iure vtilitatis, vel necessitatis, vel congruentiæ, vel verisimilitudinis, vel honestatis, vel alijs de causis, prout expedit, & hoc omnino ex præcepto legum quæ mandant sic fieri restrictionem, vt l. cunctos populos. cum ibi plene no. C. de sum. tri. & fid. catho. in l. oēs populi. ff. de iusti. & iur. l. vt gradatim. ff. de mune. & hono. in l. fi. §. in compu. C. de iure deli. in l. serui nostri. C. de noxali. in l. nec auus. ff. de eman. liber. in l. ij. §. merito. ff. ne quid i loco pub. 38 cum alijs concor. & in locis alijs notis. † Ad alia duo, vltimo loco obiecta, respondeo ꝙ immo etiam ad peritos iuris debet haberi recursus, vt patet in d. c. vt commissi. de hęre. in vj. & c. fi. eo. ti. Præterea vt dicit gl. in d. c. de quibus. seniores dicuntur sapientes. viij. dist. c. porro. sed doctores sunt sapientes, vt supra probatum est ergo &c.

Et sic his contingenter dictis, remanet hæc j. q. absoluta, licet taliter qualiter, sed omnia sint dicta ad honorem Dei, a quo profluunt ipse leges. Ad cuius laudem accedo nunc ad aliam quæstionem, in qua consimilem ordinem obseruans, dico ex multis videri in prima consideratione dicendum dictas mulieres deferri ad dictum ludum realiter ac vere, non autem imaginarie, vel per illu39sionem. † Et primo per confessionem earū quę confessio in crimine hæresis videtur attendenda, secundum Bal. in l. non dicam rapere. in j. colū. C. de epis. & cleri. & in confessum nullæ partes sunt iudicis nisi in condemnando l. proinde. ff. ad l. Aquil. & dixit Magister veritatis dominus Iesus, tu dixisti & dicit Ouidius. Non est confessi causa tuenda rei. Secundo quia experiētia, quæ (vt habetur j. Metaph.) est rerum magistra, ac singularium cognitio. & no. in c. q̄ sit. de elec. & fa

cit c.cupientes.in prin.eo.ti.in vj. & c. statutum. de rescrip.hoc multis sic asserentibus fuit visum & cognitum,ergo sic credendum est c. in nomine domini.de testi.& in l.vbi numerus.eo.tit. Et faciunt quae habentur in c.cum oporteat.de accu.& in l.de minore.§.tormenta.ff.de quaest. vbi fama 40 publica facit fidem. †Tertio quia hoc non est impossibile demoni, cum etiam portauerit creatorem in pinaculo templi,& super montem. ergo non debet ei cui quod plus est licet, ꝙ minus est non licere, vt in regula, non debet. de regul.iur. Immo concessa hac possibilitate, & quae videtur concedenda, quum etiam alias personas portasse vr̄, quia vt dicit Philosophus in j. de anima. & Bal.in l.conuenticula.col.fi.C.de epis.& cle. Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscēdum quod quid est. Videtur etiam concedendus actus istius delationis, & maxime coniuncta eorum confessione iurata. Quarto per argumentū a verosimili, quia si diabolus nititur adorari, vt Deus,cum etiā voluerit adorari a creatore, Matthaei iiij.cap.& hr̄ in c.nec mirū.xxvj. q. v. col. iiij. versi.ad haec.n.contingatq; ea quę inhaerent personis,per quas fallere nititur.vt ibidē. Et iste mulieres dicunt se ire ad talem ludum delectationis gratia, & se ibidem adorare demonem, ergo verisimiliter credendum est ipsum demonem eas portare ad ipsum ludum vere & realiter, vt etiā vere & realiter adoretur. Nam & a Saule Rege voluit adorari in vigilijs,vt dicit tex.in d.c. nec mirum.& idem a creatore.Item quia nititur facere vt Deus,argumentum enim a verisimili est bonum tex.est in l.si extraneus.ff.de condit.ob cau. & in l.Lucius.§.Titio.ff.de libe. & posthum. in 41 l.fin.C.de haere. insti. †Quinto ex similitudine rationis,quia si Deus etiam multa alia permittit contingere ob artem demonis, vt probentur audientes quali deuotione & fide sunt erga eum, vt habetur in d.c.nec mirum.circa fi.ergo eadem ratione credendum est ꝙ etiam permittat talē declarationem,vt sic etiam per hoc non probentur haec audientes, quali deuotione & fide sunt erga eum.quod non contingeret si talis delatio non esset realis sed illusoria, quoniam nullus tentatus ire ad talem ludum verisimiliter consentiret se ad illum duci vel deferri,quinimmo quę de eo dicuntur, veluti falsa spernerentur. Sexto quia hęc opinio videtur probabilior,cum sit affirmatiua. quoniam dicere oppositum est negare, & qui negat nihil ponit. Negatiua enim est non ens & sic improbabilis: quia non potest directo sensui subiacere.Entium enim sunt sensus,non autem nō entium, secundum Philosophum secundo de anima,& Bald.in l.secunda in fin.C.de erro.aduoc. & ideo dicit glos.in l.diem proferre.ff.de arbi.ꝙ creditur magis duobus inffirmantibus ꝗ̄ decem negantibus. Septimo quia praesumitur potius veritas quam fictio.l.tertia.§.hęc verba.ff.de negotijs gestis.

42 †Octauo quia Diabolus cōtradicit honori Dei & fidei nostrę plusquam potest, ergo debet praesumi vel dici ꝙ magis realiter deferantur ꝗ̄ fantastice,& per illusionem, vt sic vere etiam conculcent crucem,& vere adorent ipsum demonem,& similiter vere omnia alia faciant quę facere consitentur.quia si vere fiunt,tendunt ad maiorem cōtemptum Dei & fidei nostrae, ꝗ̄ si in somnijs ea fierent, vel per imaginationem.maior enim pręsumptio tollit minorē l.diuus.C.de in integ.resti. mi.& habetur per Bald.in l.siue pos.C.de proba.

Nono ratione contrariorum,quia sicut realiter & expresse ac in praesentia personarum abrenuntiatur in baptismo demoni & pompis eius, ergo debet dici ꝙ ipse demon velit realiter & in pręsentia personarum se adorari contrariorum enim est eadē disciplina xxxij.dist. hospitiolū.in fi.& institu. de his qui sunt sui vel alie. iur.in prin. Et 43 per Philosophum ix.metap. †Item quia eadem solēnitas debet interuenire in dissoluendo quę interuenit in cōsitendo.Quodlibet eñ debet dissolui eo modo quo colligatum est. dicit text.in l. nihil tam naturale.ff.de reg. iur. Decimo per remotionem.tex.in c. episcopi.xxvj.q.v. qui videtur huic parti multum repugnare.quia non habet obstare, quia videtur loqui in alia secta,quia mulieres de quibus ibi,& credentes eis dānantur, quia ea quae dicebant & credebant sunt impossibilia, qm̄ aliquid diuinitatis aut humanitatis extra vnū Deum arbitrabantur.Credebantq; aliquā creaturam fieri posse, aut in aliam speciem transmutari ab alio quam a summo creatore;quod est impossibile,vt patet in versi.& cum aliquid.& in versic. quisquis ergo. Nam cum dicebant se equitare super quasdam bestias, credebant illas bestias fieri ab alio ꝗ̄ a creatore,vt in illo ver.quisquis ergo. per quem versiculū ita videtur dici & debere intelligi illas mulieres sic tenere, & dicere licet tex.in ver.sciendum.in princi.referat simpliciter illas mulieres dicere se equitare super quasdam 44 bestias nocturnis horis,† quia pręcedentia declarantur per sequentia, & econuerso.sequentia per praecedentia l.qui filiabus.& l.si seruus plurium. in prin.ff.de leg.j.sed haec cessant in istis mulieribus, quia licet ēt ipsae dicāt se portari super hircis nocturnis honoris,tn̄ credunt eos esse demones sic transformatos. Cōfitentur similiter se parere dominę ludi, veluti demoni.sed talis assumptio formę non est impossibilis demoni.cum ēt se transfiguret in Angelum lucis,ergo de istis non loquitur ille tex.nec cōprehenduntur in eo,cessante eius ratione l.quod dictū.ff.de pac.per gl.& Bar.in l.j. i ver.prudentia.ff.de leg.tuto.per Inno.in cap.post translationē.in xix.col.extra de renunc.& in c. nō miramur.de seruis non ordi.iuncto tex.in c.de multa.de aeta.& quali.& per Inno.in c.pleriq; in fi.col.de immu.eccl.Et ideo ēt credere ꝙ tales mulieres vadant ad ludū in corpore,nō potest dici ꝙ taliter credentes incidant in errorē,de quo in illo tex.& sic in errorē paganorū, tanquā credant similia illis q̄ credebant personae de quibus in illo tex.quia similia dicūtur esse illa,in quibus est omnimoda ratio.l.nō possūt.ff.de legi.l.iij.ff.de offi. psi.l.j.C.de lib.prete p Pe. de Anc.cōsi.cccl.inci. in christi nomine,in praedicta consideratione, vel quorū qualitas est vna scdm Philosophū vj.Metaphisicę.quē alle.Cy. i d.l.nō possūt,et sic ille tex. in versi.

in ver. & his similia non habet obstare, quia hęc non sunt similia. Contraria tñ sententia videtur 45 verior. † Primo quia facta non præsumuntur nisi probentur l. in bello. §. captæ. ff. de cap. & postli. reuer. l. quicunque. ff. de publica. l. consilio. §. fina. ff. de cura. fur. sed de hoc non constat nec probatur. vt infra dicam. Secundo per glo. in c. iuuenis. de spon. & in c. j. de scrutinio. in clemen. exiui. de verb. sig. vbi in dubijs debet amplecti pars fauens animabus, etiam si sit durior. Sed ista secunda pars videtur magis tutior & fauens animabus, quia ea prædicata vera, remouentur homines malis desiderijs, quæ forte appeterentur cõcessa altera parte contraria vera, vt etiam ostendam infra, ergo videtur magis fauorabilis, et amplectenda. Nam & in quauis materia, in dubijs benigniora præferuntur. ff. de reg. iur. l. semper. cum concor. & facit quia dicit tex. in c. vlti. xix. dist. benigniora sunt imitatione, quæ sunt excellẽtiora pietate. Tertio per argu. a minus verisimili, quia dicere ꝙ talis delatio sit vera, & ꝙ tã subito tales personæ pertranseant per tot terrarũ spacia, & ꝙ faciant talia tam in ipso ludo ꝙ̃ in eundo & redeundo quæ dicuntur facere, est longe a verisimili, ergo reputanda falsa, quia vt dicebat Auerrois, vt refert Bal. in l. j. C. de ser. fugi. 46 † experimenta verorum sermonum debent concordare cum rebus sensatis & not. idem Bald. in tract. schismatis, quem posuit in rub. C. si quis aliquem testa. prohibue. & in l. fina. C. de edi. diui Adri. tollen. & in l. testium. C. de testib. Et propterea in d. l. j. dicit ꝙ in regno Franciæ fuit cassata quædam inquisitio, quia non poterat verificari, secundum communem opinionem fruentium intellectu: quia quod est longe a verisimili, est quædam falsitatis imago, & bo. text. in c. quia verisimile non est, de præsump. cum ibi not. & tex. in l. si ita quis. in fi. ibi, nemo sanus probauerint. ff. de euic. tex. in l. milites. §. oportet. C. de quæst. & dicit Bal. in l. testium. in pen. colum. C. de testi. quod magis creditur duobus testibus verisimilia dicentibus, quam centum non verisimilia, immo vt no. in d. c. quia verisimile. tales testes non verisimilia deponentes, sunt suspecti de falso, & non creditur eis. Quarto ab authoritate tex. in d. c. nec mirum. xxvj. quæstio. v. vbi videtur conclu-47 di † ꝙ omnia quæ fiunt ob artem demonis, siue fiant arte magica, siue necromantica, siue hydromantica, vel alia simili arte dicuntur fantastica & non vera, vnde in versicu. ex his ergo dicitur. His ergo portentis per diabolorum fallaciam illuditur curiositas hominum quando appetunt id scire, quod nulla ratione conuenit eis inuestigare subiungens in versicu. semper, ergo diabolus sub velamine latens prodit se, dum ea confingit quæ inhiberent personis per quas fallere nititur, ergo authoritate illius text. videtur dicendũ ꝙ etiam iste mulieres sint illusæ. & hoc ex generalitate illius tex. l. de pretio. ff. de pub. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præstan. immo & multomagis, cum sint mulieres, & si qui sunt homines, sunt rustici, & personę faciles ad decipiendum. l. cum mulier. C. de donatio. inter vir. & vxo. & ignorãtia dicitur cũctorum errorum mater, vnde mulieribus & rusticis iura subueniunt, vt not. in l. j. C. de iur. & fact. igno. & in l. bonorũ. C. qui admitti. Præterea oẽs sunt personæ reprobatæ, & corruptæ circa fidem, circa bonos mores, & appetentes non appetenda, ergo idem in istis, quod in illis dicitur, dici debet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. C. ad leg. fal. l. fi. l. a Titio in fi. ff. de verb. oblig. §. idẽque. 48 insti. quib. ex cau. ma. pos. † Iura enim loquentia de aliquibus personis habent etiam locum in nõ expressis, in quibus militat eadem ratio, vt habetur per Pan. in c. nihil, de electio. in c. fi. de rescri. in procœ. decre. & in cap. translato. de consti. per Doc. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. ma. per Glo. & Doct. in cle. j. de electio. in cle. auditor. in ver. beneficio. de rescri. in gl. in auth. vt hi ꝗ obliga. tes. in ver. ad curationem. & gl. in auth. minoris debitor. C. qui tuto. da. possunt. Quinto per text. in d. c. episcopi. qui si recte intueatur, videtur ꝓprie emanasse ad tollendum hunc errorem. scilicet vt non credatur talia fieri in corpore, sed in spiritu tantum quod patet ex distinctione & recitatione 49 eius, quia postꝙ̃ fecit mentionem † quod illę mulieres testarentur se equitare super quasdam bestias nocturnis horis, & se multarum terrarũ spacia intempeste noctis silentio pertransire, recitaueritq; innumeram multitudinem hac falsa opinione deceptam, cum arbitraretur aliquid diuinitatis aut numinis esse extra vnum Deum. Mandat vt patet in ver. qua propter. ea omnia reputari falsa, & non a diuino spiritu, sed a maligno talia fantasmata mentibus fidelium irrogari, & reddens rationem in ver. si quidem, quia ipse Sathanas qui transfigurat se in angelum lucis, cum mẽtem cuiusque mulieris cœperit, & hanc per infidelitatẽ sibi subiugauerit, illico se transformat in diuersarum species personarum atq; similitudines, & mentem quam captiuam tenet in somnijs deludens modo leta, modo tristia. modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per queque deuia deducit. Subiungit postea quod hoc solus spiritus patitur, & quod infidelis hoc non in animo sed in corpore euenire opinatur. & adducit exemplum de Ezechiele propheta, qui visiones domini in spiritu, non in corpore vidit. & quod Paulus non audet dicere se raptum in corpore, ergo vidit. & ꝙ venit ad determinandum non solũ talia fieri a spiritu maligno, & non diuino, sed etiam ea & illis similia fieri in spiritu & non in 50 corpore. Et propterea sequitur † quod etiam in casu nostro, licet videantur hæ personæ dicere se portari a demonibus sub hircorum forma, & similiter dicant se credere dominam ludi in cathedra honorifice modo sedentem esse demonem sic transformatum, quod tamen debet dici hęc & alia quæ se facere confitentur fantastice in spiritu sibi obuenire non autem vere nec in corpore. Qui tex. & si posset dici ꝙ loquatur in alia secta. Attamẽ hoc nihil esset, quia & si illa secta fuisset diuersa ab ista aliquo respectu, vt quia dicatur quod forte ille videbantur credere ea fieri a diuino spiritu, quod non videntur credere istæ, cum dicant illos hircos a quibus dicunt se portari

esse demones,& dominam illam ludi esse demonem,non autem personam diuinam, tamen omnino videntur similes in hoc; quia ita credebant illæ ea fieri in corpore sicut etiam credunt istæ. & hoc sufficit ꝙ sit similitudo in casu de quo quæritur.vt not. in c. cum dilecta. extra de confir.vti. vel inuti.& l. si creditor.ff. de ope. no. nunc. Et propterea cum ille tex.non solum damnet vt est dictum ea de quibus ibi, inquantum dicebantur fieri diuinitus,sed etiam inquantum fiunt a spiritu maligno,quia etiā inquantum fiūt a spiritu maligno damnat ea fieri in corpore, nec vult ea credi debere nec credi sic ea contingere. certe consequenter etiam ex eodem tex. debent damnari credentes ea,quæ dicunt istæ esse vera, quia ista videntur similia illis de quibus ibi. Quum etiam istæ dicant se ire ad ludum noctis tempore, & qđ subito multa pertranseunt terrarum spacia, & ꝙ ibi conuenit in numera multitudo personarum vtriusq; sexus,& quod multas delectationes edendo,bibendo,& coeundo,& alijs varijs modis consequuntur. 51 †A similibus enim ad similia licita est argumentatio.l.non possunt.ff.de leg.l.ij.ff. de offi.præsi.l.j.C.de libe.præte.c.in causis.de re iudi. & maxime vbi in lege est apposita clausula, idē in similibus.sicut est in illo tex.in fi.ibi,& his similia,secundum Bal.in l.de quibus.in ij. colum. ff.de leg. vbi inquit, ꝙ talis lex tunc est etiam latissime extendenda.& habetur per Io. de Lig. in c.fi.de consti.vbi etiam d. Ant. col. xij. & per Imo.in l.si vero.§.de viro.ff.sol.ma.& hoc etiam non obstante quod adsit aliqua dissimilitudo, secundum Panor.in c.translato. de consti. & in c. quemadmodum.de iureiurā.per illum tex. & per d. Anto. in c. non debet.de consan.& affi. Et sic stante huiusmodi tex.dispositione a qua per subtilitates sophisticas nec argumenta licet recedere.xvj.q.j.c.institutiones.vij.dist.c.non decet. & seq.xix. dist. cap. enimuero. & sequen. xvij. q. iiij.c.si quis.§.qui autem.cum concor. videtur ꝙ non habeant obstare, arg. contraria, quia vt dicit tex.in c.quidem.xxiiij.q.iij. in fi. quicunque aliter scripturam sacrosanctam intelligit quam sensus spiritus sancti flagitat a quo conscripta est,licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest & ea,quæstio.& causa.c. hæresis. Quibus tamen etiam sigillatim ac particulariter respondens. vt sic hæc pars quam puto veriorem,nisi melior sententia refragetur per responsiones particulares perstringatur, quia valet plus quod specialiter fit vel dicitur, quam quod generaliter.extra de hære. c. si aduersus. extra de confir.vtili vel inuti.c.bonæ.xxiij.dist.c.quāquam.ff. de iniur. l. item apud Labeonem.§.hoc edictum.cum concor.de quibus in glo. ibi, & per glo. in rub.C.de ser.& aqua.dico ea ex infrascriptis non obstare. 52 † Et primo non obstat primū, quia cum tales personæ sunt illusæ,vt est dictum, ergo debet dici quod etiam earū confessio est erronea nec admittenda.l.error.& l.cum post.C. de iur.& fac.igno.no.in l.de ætate.§.fi.ff.de interroga.actio.cōfessio.n.debet continere verū & possibile,vt per Gl.Bal.& alios in l.j.C. de confes. & per Glo.in c.fi.de confes.in vj.ff.ad l. Aquil.l. inde Neratius.§.fi.sed.ista respuunt ius & natura, ergo non sequitur.istę mulieres sic cōfitentur, ergo sic est.nam confessio longe distat ab actu, & quidquid est contra naturā, deficit in suis principijs,ergo naturaliter est impossibile. Præterea in criminalibus regulariter non statur soli confessioni rei,vt per Bal.& Ang.in l.j.C.de confess.& dicam infra in ij.no. Nec habet obstare quod dicit Bal.in d.l.si quis non dicam rapere, quia eius dictum procedit in hæresi, inquantum perficitur in sola mente ex cogitatione, quo casu bene, vt inquit ipse,quia cogitatio mentis quā solus Deus noscit,non potest aliter probari ꝙ per confessionē,ideo statur soli confessioni, sed confessio, de qua in casu nostro continet actum ab extra, & minus possibilem de iure & natura,ac ēt minus verisimilē.& ideo potest dici ꝙ licet quo ad ea quæ credunt sit standum confessioni earum,quo ad punitionem,quia talis credulitas pendet ab animo & voluntate,non tamen quo ad hoc, vt quia sic 53 sit vel sic fiat,sicut asserunt. †Non ob.secūdum, quia cum hæc fiant tantummodo in spiritu, non potest de eis per testes de visu deponens haberi vera scientia. & sic non potest dici constare per experimenta, quia non apparentium siue non entium nulla est qualitas .l.si.ff.pro suo.l.eius qui in prouincia.circa fi.ff.si cer. peta. Non constat ēt de aliquibus, qui ea realiter fieri viderint. & si essent aliqui, qui ita vellent attestari, crederem ꝙ si subtiliter interrogarentur,vel non concluderent deponerent,quia ea de nocte fieri dicuntur, & in loco solitario,& præter naturam,vel potius et ipsi dicerentur illusi. Non obstat tertium,quia talis consequentia quæ fit de dicta confessione, est falsa,ergo arg.quod fit de ea est fallax et nullum, 54 †quia destructo consequenti,in quo stat ratio antecedentis,destruitur etiam antecedens.C.de fur. l.apud antiquos.ff.de publ.l.si ego.§.si partem. & per Bal.in l.conuenticula.C.de episc.& cle. Itē quia nō probat hoc esse ꝙ ab hoc contingat abesse.l. non hoc.C. vnde cog.l.neque natales. C. de proba.cum simi. Per quæ iura potest etiam dici ꝙ non sequitur, diabolus portauit creatorem, & aliquos alios, ergo etiam portat has mulieres.

Quinimmo videtur posse attentari & negari talis possibilitas per alle.tex.in d.c.episcopi.qui ex quo negat talem delationem & prædicta alia fieri in corpore,vr̄ consequenter negare istū actū possibilitatis,quoniam quod est possibile, est admissibile.& tamen cum hoc non obstante nō admittat talia fieri in corpore, & negando factum præcipiat ēt quod non credatur,illud certe videtur dicendū ea ratione,quod sentiat nec ista a maligno spiritu fieri posse,nisi in spiritu,et illusorie. nam si hæc possent fieri etiam in corpore,non est credendum ꝙ ita simpliciter & absolute dixisset, talia euenire tantummodo in spiritu, & nō in corpore, quia sicut quæ rerum natura prohibentur,nulla lege confirmata sunt l.vbi repugnantia. ff. de regul. iur. ita ea quæ a natura conceduntur, a lege tanquam possibilia admittuntur. 55 † Item quia loquentis virtus est distinguere,si distinctio

stinctio dari potest, quia vt inquit Seneca, quem refert Saly. in l.filiæ meæ.C. fami.erci.qui bene distinguit, est proximus veritati, & indistincte loquens, reprehenditur tanquam imperfecte loquens, gl. in l.si vehenda.per tex.ibi in.§.j.& fi.ff.ad l.rho. de iac.& ideo distinguentis opinio semper dicitur melior l. rogasti. ff. si cert. peta.bonus text.in l. adeo.§.cum quis.ff.de acquir. re.domi. tex.in c. literas. de resti. spol. & ideo cum ille tex.in quo defectus præsumi non debet, cum sit spiritusancto dictante factus, non distinguat, sed præcipiat non credi ea fieri in corpore, ergo nec nos distinguere debemus.l.j.§.generaliter.ff.de lega.præst.l.de pretio.ff.de publi.cum concor. suadet etiam ratio, quia non est credendum quod conditores illius tex. non recordati fuerint vel de Christo, vel de alijs qui dicuntur aliquando fuisse portati de loco ad locum, & tamen cum eis non attentis dixerint illa non fieri in corpore, & referant exempla Ezechielis prophetæ et Pauli, quorum aliter vidit visiones domini in spiritu, & alter non audet dicere se raptum in corpore, ergo dicendum est quod noluerint exempla illa de Christo & alijs portatis de loco ad locum in aliquo considerari. nam & exemplis non est iudicandum. l. nemo. C. de sent.

56 † Item quia ex his quæ raro accidunt, non fit lex nec regula ff. de regu. iur. l.ea quæ raro.& l. iura.cum duabus.ll. sequen.ff. de legi. & not. per gl.in l.ex his.ff. eodem quæ dicit quod ex eo quod Lazarus resuscitatus fuit a mortuis, non propterea debuit fieri lex de resurgentibus a mortuis. & facit tex.qui concordat in auth. vt sine prohi.mul. deb §.quia vero. & quod habetur per beatum Tho. in ij.sent.distin.xj.art.iij. in corpore quæstionis & solutio.argu.& per Ray. in sua summa in titu. de Angelis. vbi dicunt quod etiam Antichristus habebit Angelum bonum in sua custodia, ne lex communis immutetur propter vnum. Facit etiam, quia vt dicit gl.in c.si enim, in verbo, a morte domini. & in verbo, ad inferna.de poen.dist. ij. col.penul. per mortem dei, diabolo est adempta potestas mundi, et relegatus est in inferno, vbi erit ligatus vsque ad tempus Antichristi, quo tempore tunc non soluetur a poenis sed a vinculis, vt exerceat vires suas in malos. & propterea vt tollatur obiectum de Christo, & qui fuit portatus ab ipso diabolo siue assumptus ex permissu eius, potest inferri & dici quod si non constat de permissu Dei, quod nullo modo possit vel debeat concedi talis delatio.

57 † Nam & de iure dicitur quem non posse, qui sine adiuncto non potest, vt in c.j.de rebus ecclesi. non alie. vbi dicitur prælatum non posse alienare, quia solus sine consensu capituli non potest.sicut etiam dicitur de minore, quia sine decreto iudicis non potest.C.de prædi. min.l.non solum.C. de administ.tuto.l.si quidem.et l.lex quæ tutores. Posset etiam per modum obiectus dici, si diabolus sic potest, cur in paucis & abiectis personis tantum hoc facit, cum sit indifferens & tentator vniuersalis mundi. Et iterum si id facit in istis tantum, a quibus habebimus testimonium fidele & indubitatum, cum talium personarum non admittatur testimonium, vt ex illo tex.in cap.episcopi. & facit l.iij.ff.de testib. qui dicit testium fides diligenter examinanda est, ideoque in persona eorum exploranda erunt in primis conditio cuiusque, vtrum quis decurio an plebeius sit, & an honestæ & inculpatæ vitæ, an vero quis notatus & reprehensibilis, an locuples vel egens sit, an lucri causa quid facile admittat, an amicus vel inimicus. & concor.text.in cap.qualiter & quando, el secundo & in cap.cum oporteat.de accusa. vbi fama debet habere ortum a personis fidedignis & honestis. Ab alijs autem facile haberi non posset, nec verisimiliter, rationibus supra adductis

58 in responsione secundi argumenti. † Argumentum ergo de Christo patitur retorquutionem, ergo inefficax cap.si romana.cum glo.in verbo, suffragari.xviij.distin. Et sic etiam non mirum si in d. c.episcopi. dicatur tales delationes esse illusiones, & credentes eas esse infideles & illusas. Quidquid tamen sit de hac demonis potestate principalis conclusio videtur vera. Non ob.quartum, quia non sequitur, diabolus nititur adorari, ergo etiam defert tales personas vere & realiter ad locum ludi destinatum, vt ipse inquiunt, vt ibi etiam realiter adoretur, cum in domibus earum possit adorari realiter & vere, sicut etiam multæ ex eis sunt quæ dixerunt se ita in domibus earum, & tempore noctis adorare. Præterea nititur adorari eo modo quo potest. Nam & a Saule rege non fuit adoratus nisi in forma imaginaria Samuelis & satis est ei quod etiam adoretur mentaliter. Nam & Deus omnipotens respicit ad cor. sufficit enim ei, scilicet demoni hominis mentem habere captiua-

59 tam, vt si possit homo decipi & illudi. † Ad quintum respondetur similiter quod non sequitur, Deus permittit multa mala fieri, ergo permittit etiam hanc delationem realiter fieri, quia est arguere a separatis, quod lex non admittit l. naturaliter.§. in commune.ff.de acquir. pos.l. Papinianus exuli. ff.de mino.facit c.non exemplo.xxvj.q.j. Tollitur etiam hæc argumentatio per ea quæ dicta sunt supra in responsione tertij argumenti. Præterea etiam esto quod fiant hæc per illusionem, tamen satis probantur homines quali fide & deuotione sint erga Deum, quia non credere ac odio habere dicta, & asseuerata per istas mulieres, quia sunt abominabilia probantur audientes esse deuotos & fideles. Ad sextum apparet responsio, cum hæc pars appareat magis rationabilis & vera, per no. in d.l.diem proferre. nec in criminalibus minus creditur negantibus quam affirmantibus, vt ibi-

60 dem. † Præterea ista pars habet præsumptionem iuris, immo iuris & de iure, vt probatur in d.cap. episcopi. ideo non admittit probationem in contrarium, vt no.in auth.sed iam necesse. C. de dona.ante nup. Item negatiua probatur etiam eoipso quod non probatur contrarium, per Bald. in l. ij. C.de erro.aduo.per Bar.in l.iam hoc iure. ff. de ver.obli. Non ob.septimum, quia non videtur quid vrgere, propter quod possint dici hæc magis vera quam ficta, licet in oppositum vrgeat, quoniam procedunt a diabolo mendace deceptore, & qui multos nocendi modos habet, vt in d.c.nec mirum. & xvj. q. ij.c.visus. & ideo tex.in d.c.episcopi.dicit illa

de quibus ibi, & illis similia esse omnino falsa, cũ a spiritu maligno procedant. Octauo patet respon sio ex his quæ relata sunt supra in responsione ad quartum argumentum, quia vt ibi est dictum, diabolus potest facere se adorari ĩ domibus proprijs, & ibi etiam facere conculcari crucem. Ad nonum potest responderi per id quod solet dici, non curamus de modo, dummodo habeamus effectum, & seu ꝙ non refert, quomodo quid sit factum, dummodo sit factum, vt habetur per Bart. & doc. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. quod maxime procedit in obligationibus spiritualibus, quia in illis non attenditur forma, vt habetur per Pan. in c. fin. de regul. & ideo dummodo diabolus habeat interitum hominis & sic intentum eius, debet dici ꝙ non curet de modo nec de 61 forma. †Præterea ad substantiam baptismi non requiritur præsentia personarum, vt probatur in c. dudum. de baptismo. insuper non omne destruitur eo modo quo colligatur, vt no. in d. l. nihil tã naturale. ff. de reg. iur. in glo. nec eijcitur quis a communione fidelium eo modo quo recipitur. patet per comparationem baptismi ad anathema. sic etiã aliquando facilius quid adimitur quam cõcedatur l. non statim. ff. de peculio. Argumentum ergo remanet sublatum, quia ad tollendum argumentum sufficit dare instantiam. j. q. iiij. cap. sicut vrgeri. & per philosophũ. ix. Ethico. optima instantiarum est dicere quare non sic, vt refert glo. in d. c. sicut. alias instantias etiam tradit glos. in d. c. j. extra de regulari. Vltimo colligitur responsio ex narratis circa intellectum. c. episcopi. qui videtur magis amicus literæ ac rationabilior et magis fauere animabus, quia vt dixi, si pars cõtraria esset vera, inuitarentur homines quodammodo ad malos appetitus, a quibus remouebuntur prædicata illa falsa. Et propter hoc forte etiam emanauit dispositio illius tex. qm̃ vt dicit text. in 62 l. capienda occasio. ff. de regu. iur. † capienda est occasio quæ præbet benignus responsum concor. text. in l. ea quæ. §. j. ff. eo. quæ dicit, in re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est quam tutius. & concordat l. quoties. et l. in ambiguis. eo tit. Potest etiam dici ꝙ istæ mulieres tribuant aliquid diuinitatis aut numinis ipsi demoni. nam adorant eum, vt fertur, ideo credendum est ꝙ etiã firmiter teneant eum posse aliquid operari in virtute eius, quia & ipsum quoque in dominum accipiunt. Et sic ex his, reiectis argumentatiouibus contrarijs, attenta hac parte pro vera, multę conclusiones eliciuntur. Prima quod non sit verum quod tales personæ portent sacratissimum corpus Christi ad ipsum ludum, & ipsum offerant demoni, & faciant ibidem alia quę facere (vt dicitur) afferunt, quæ reuerentiæ gratia nõ scribenda puto, sed in processibus inquisitorum 63 continentur. †Secunda ꝙ non sit verũ ꝙ de nocte ingrediantur domos paruulorum & eos stricent, sanguinem eis fugendo, quod etiam non videtur verisimile ea ratione, quoniam scriptum est, ꝙ Deus iustus non patitur quęquam iniuste nocere d. c. secundum apostolicã. Item quia cuilibet datus est angelus bonus, ita ꝙ ẽt existenti in vtero matris datus est, & hoc vt resistat angelo malo, & sagaciter ac potenter cohibeat potestatẽ eius a nocẽdo, vt per beatum Tho. ij. sen. dist. xij. q. ij. arti. v. in corpore quæstionis & sol. agumenti. & per Ray. in sua sum. in ti. de angeli. c. vj. & c. ix. Item quia vt dixi potestas demonis est adẽpta per aduẽtum saluatoris. Item quia alias vita & mors hominis videretur esse in potestate demonis & malarũ personarũ medio eius quod non est dicendũ. Nec habet refragari opinio hominum, quæ videtur cõmunis, quæ est ꝙ paruuli stricantur, & sæpe hoc experientia docente. quoniam potest respõderi, ꝙ non stricantur per ingressum domorũ de nocte & modo prædicto, sed aliter et alio modo scilicet per incantationem & maleficia, per ea quæ habentur toto tit. de frig. & malefi. vel vt dicit Archiepiscopus Flo. in ij. parte suæ summæ. in tit. de infidelitate c. j. versi. sed naturaliter oculo vrenti ac infecto propter animam infectã quod est ẽt de mente. Petri de Tarantasia, vt refert idẽ d. Archiepiscopus, & facit illud Vergilij. Nescio quis teneros oculis 64 mihi fascinat agnos. †Tertia ꝙ stet firma & vera illa sententia, quæ habetur in cõpendio theologiæ, quã refert & sequitur Archiepiscopus Flo. in ij. parte suę sum. in ti. de luxuria c. iiij. ver. quãtum ad secundum, quæ est, ꝙ postq; diabolus tentauit homines de vitio cõtra naturã, & eos induxit ad peccandum fugit abominans ex nobilitate suæ naturæ tale & tantum scelus. qui altera parte cõcessa, confunderetur. quoniam istæ miserrimæ asserunt ab amasijs eorum, quos demones esse dicunt, licet in forma virorum. ab vtraque parte cum mẽbro bifurcato cognosci. Incidenter tñ huic sententiæ. d. Archiepiscopi videtur posse obijci, & dici, quomodo põt hoc procedere, cũ diabolus sit tentator malorum ac nephandissimus operator, & sic quo ergo est dicendum ꝙ sic fugiat. sed potest responderi ꝙ ideo fugit, quia videt homines ex magno calore incensos omnino peccaturos, vt sic tũc fugit propter nobilitatem suæ naturæ tale, & tan- 65 tum scelus, vt inquit do. Archiepiscopus. †Quarta & si fauore fidei admittuntur ad testimoniũ conscij & participes criminis, vt in c. fidei. de hęre. in vj. quod tñ non habet locum in casu talis delationis & aliorum quę dicuntur fieri in dicto ludo, cum sint tales mulieres illusę in eis & deceptę. Et propterea contra alios non facient fidẽ nec indicium, ẽt ad inquirendum, licet aliter videatur obseruatũ, & vt arbitror male, cum dicta taliũ personarum procedant ab his, qui per deceptos homines, alios decipere quotidie gestium. xxv. quęstio. ij. qui sine saluatore, & dicto c. nec mirum. & quia hoc modo demone illudente possent boni & iusti accusari, cum demon se transferat in diuersarum personarum species, & eas ostendit se immiscendo per imaginaria vasa dicto cap. episcopi. Quinta ꝙ inquisitores debet facere abiurare illam opinionem, ꝙ eatur ad ipsum ludum, & seu ꝙ portentur personę de loco ad locum in corpore & vere, cum talis opinio sit reprobata. quod puto 66 notandum licet nouum, & non obseruetur. †Sexta ꝙ postquam scientia nostra est scientia conferens ad disputationes theologales, maxime

vbi

vbi agitur de executione iustitiæ, ꝙ doctores sunt vocandi, & assistant processibus inquisitorũ ac examinibus & quęstionibus; ipsi enim sunt tractatores criminalium, & non post perfectum processum differatur eorum vocatio, & sic obseruari debent constitutiones capituli, vt commissa. & c. fi. de hære. in vj. cum concor. Quibus & si Deo concedente posset dici hæc quæstio absoluta, & secundum stylum legalem & canonicum, & salua meliori sententia, nihilominus ad corroborationem aliquorum ex prædictis, & vt authoritate illustris doctoris fulciantur, subijcio quinq; conclusiones, quę colliguntur ex not. per Oldr. in consil. 67 cc. alias postea superaddendo. † Prima ꝙ in hoc crimine hæretico debent probationes esse luce meridiana clariores, quia si in alijs criminibus hoc requiritur, vt C. de proba. l. sciant. & de procu. l. qui sententiam. multomagis in hoc crimine, in quo simul quis & criminaliter condemnatur, & ciuiliter punitur, & eius posteritas propterea notatur infamia, sola posteris vita quadam lenitate relicta, & in quo breuiter videntur concurrere omnia cognitionum genera, de quibus legitur. ff. de var. & extraordina. cog. l. cognitionum genera. & vbi maius periculum vertitur, ibi cautius est agendum. ff. de carb. edi. l. j. l. addictos supplicio. §. sed & si quis. C. de app. & quia si ex suspicione quamuis vehementi non debet quis condemnari. extra de præsum. c. literas. & ff. de pęn. l. absentem, ergo et de hoc, cum sit tantum crimen debet specialiter dici, & hoc propter pœnas quæ sequuntur, vt est dictum, & probatur extra de hęre. c. vergentis. & c. quicunque. §. hæreticis. eo. ti. 68 in vj. † Secunda ꝙ licet qui leui argumento a fide catholica deuiat, hæreticus censendus sit, vt C. de hære. l. ij. tamē talem deuiationem plene ꝓbari oportet per indicia, & quæ indicia plene per testes probari debent, vt C. fa. ercisc. l. fi. vbi nota. glo. in verbo, indicijs. Tertia ꝙ etiam in hoc crimine testis non debet officium testis excedere, & sic non interpretari nec iudicare. vt C. de ero. mil. anno. l. per hanc. xxx. quæstio. v. iudicantem iij. q̃o. ix. pura et simplex. ff. de testi. l. ob carmen. Quarta ꝙ testes debent deponere verisimilia. ff. de testi. l. ob carmen. nec per eundem præmeditatumque sermonem, nec astute & malitiose, sed legibus amica simplicitate vtentes. ff. de testi. l. iij. §. pe. & in auth. de testi. §. si vero astu. coll. vij. 69 † Quinta quod etiam infamia quę non habet ortum a personis non suspectis non est attendenda. extra de accu. c. cum oporteat. & c. inquisitionis. hæc Old. Quibus adduntur aliæ & secundum ordinem. Sexta est ꝙ licet regulariter cogitatio non puniatur, si stat in meris eius terminis vltra non progrediens, vt l. cogitationis. ff. de pœnis. ff. de verb. sig. l. si fugitiuus. & l. sæpe. in fin. eo. ti. l. inficiendo. in prin. ff. de fur. & no. in l. si quis nō dicam rapere. C. de episco. & cle. per Albe. in ij. parte statutorum. q̃o. clxviij. inci. quærit. & per Bal. in l. non ideo minus enim, vj. col. ver. vj. quęritur. C. de acc. Tamē fallit in hoc crimine hæresis, quia est delictum quod sola voluntate, & in mente cōmittitur. c. excōmunicamus. §. credētes. de hære. secundum Bal. in d. l. si quis non dicā. Io. de Ana. in c. si quis episcopus. iij. col. de hære. & in c. consuluit. iij. col. de vsur. & per Fely. in trac. 70 suo de conatu. col. ij. ver. quis casus. † Septima ꝙ licet ex sola confessione quis damnari nō possit. nisi aliter cōstet de delicto, vt l. j. §. item illud. & ibi Bar. ff. ad Sylle. Are. in trac. malefi. in gl. in verbo, & vestem cœlestem abstulit. versi. quid si aliquis confitetur. per Ang. in l. j. C. de confes. ꝑ Bal. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fug. Paul. de Cast. in l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hære. insti. Fely. in c. auditis. in xvj. col. extra de præscri. Tamen in hoc crimine sola confessio sufficit, quoniam de ea aliter liquere non potest, cum solus Deus, sit scrutator mentis. secundum Bald. in d. l. si quis non dicam rapere. & sensit Fely. vbi supra. Declaratur tamen dummodo talis confessio sit verisimilis vel vera, per no. per Bald. & Ange. post glo. in d. l. j. Bal. in l. si quis in hoc. C. de episco. & cleri. per Cæpol. consil. xxxiij. & per Alexand. in consil. cxvj. in iiij. volumi. vbi consuluit, quædam mulier fuerat confessa se dedisse venenum viro suo ad bibendum, & quod ob id mortuus erat, nihilominus, quia iudicio medicorum, tale venenum non erat efficax ad mortem, consuluit ex tali confessione non posse mulierem condemnari, & faciunt not. per Are. in lib. malefic. in verbo, comparent inquisiti in termino defensionis. colum. fi. in fin. & per Paridem in tractatu suo syndicatus. charta xxv. in verbo, cōfessio. Et propterea dicunt Doct. ꝙ iudex debet inquirere de veritate confessionis, quia aliquando aliqui confessi sunt delictum & postea reperti sunt non deliquisse, & sic ergo ꝙ non debet subito ex confessione reum condemnare, alias po- 71 neret se in periculo. † Secundo declaratur dummodo non sit æquiuoca, per ea quæ habentur per Bald. in d. authenti. sed nouo iure. C. de ser. fug. vbi dicit ꝙ per illa verba per quæ quis cōfitetur se fecisse multa furta eodem loco diuersis temporibus, quia sunt obscura, quia possunt intelligi de diuersis temporibus continuatis, non poterit condemnari tanquam commisisset plura furta, nisi in inquisitione esset dictum cum temporis interuallo, refert & sequitur Angel. in d. tracta. in gloss. in verbo, & vestem cœlestem abstulit. versi. quid si quis confitetur. & per Cæpo. in consil. lxxvij. vbi dicit ꝙ si inquisitio confessata potest interpretari in diuersos sensus, præsumitur in benigniorem partem pro confitente. ff. de iudi. l. si quis intentione ambigua, & quod no. extra de accu. cum dilecti. & extra de spon. c. ex literis. & Cæpol. in cons. j. col. ij. in prin. & in consi. xxiiij. in x. col. ver. duodecima ratio & vlti. & faciunt quæ consuluit Roma. in consi. cccclv. & Alexan. in consil. clxxxiij. colum. ij. versicul. tamen ad omne dubium tollendum. & Pau. de Cast. in consil. cclxxiiij. in ij. parte nouorum. vbi de confessione indiscreta & quę potest comprehendere plu- 72 res eiusdem nominis. † Ex quibus infero ꝙ cum licet quædam mulier confessa esset se alias in iudicio abiurasse hæresim in manibus alterius inquisitoris, ꝙ tamen ex noua confessione & relapsu

relapsu non poterat dici plene relapsa, & quia vocatus ab inquisitore ad illud examen, ita dixi in contingentia facti, adduco rationem, quoniam poterat esse ꝙ abiurauerat hæresim, sed tamen non propter vehementem suspitionem sed leuem. & ideo quia nõ potest quis ex abiuratione facta ex leui præsumptione damnari, vt relapsus c. accusatus. de hæreti. in vj. non constito ex qua pręsumptione processisset talis abiuratio, dicebam ꝙ nõ poterat ex tali confessione vti relapsa condemnari, quia debet fieri interpretatio in benigniorem partem. Concurrebat etiam, quia non apparebat de tali abiuratione, nec de persona vel nomine inquisitoris, in cuius manibus esset facta. Et ita fuit conclusum, licet inquisitor inclinaret prima fronte in partem contrariam, et vellet eã vti relapsam condemnare. Tertio dummodo talis confessio sit iudicialis, & non facta in foro pœnitentiæ, per tex. in c. si sacerdos, cum ibi no. per Panor. extra de off. or. & per not. per Bald. in l. archigerontes. C. de episco. aud. faciunt not. per Arch. in c. vtilẽ. xxij. q. ij. vbi refert Alexãdrum papam tertium, qui cum non posset condemnare quendam episcopum qui ei reuelauerat simoniam commisisse, induxit illum episcopum sub promissione impunitatis, vt crimen suum confiteretur coram cardinalibus, quo facto, postea ex tali confessione priuauit eum. & dicit Archid. ꝙ fuit laudatus, quia dolum bonum commisit.

73 † Octaua ꝙ etiam post didicita testificata possunt in hoc crimine de nouo examinari testes super hisdem capitulis. ita Ang. in l. per hanc. C. de temp. app. col. viij. alle. c. fin. de hær. in vj. Domi. in cap. officium. in. §. verum, eod. ti. & li. Bal. in l. eos. §. si quid. C. de app. Fely. in c. fraternitatis. colum. x. versic. item limita in causa hæresis. extra de testi. & hoc dummodo iudex faciat ex mero & puro eius officio, sicut etiam dicitur in alijs criminibus, vt habetur per Doct. in c. cum clamor. extra de testi. per tex. in l. ij §. si publico. ff. de adult. secundum Aret. in d. c. cum clamor. Arch. et Io. And. in cap. per hoc. de hær. in vj. & Io. And. in c. vt officium. eo. ti. & lib. Quæ restrictio tamen videtur mirabilis, attento ꝙ etiam in isto crimine admittuntur testes, in quibus etiam cadit ratio suspitionis, sicut etiã suspecti testes habentur propter timorem subornationis, vbi examinantur publicatis attestationibus. Item quia vbi agitur de periculo animarum, tamen attenditur rigorosa subtilitas publicationis testium, vt habetur per domi. Anto. in c. attestationes. col. iij. ver. obuiat. de despon. impu. Panor. in c. iurauit. de proba. & per Felyn. in d. c. fraternitatis. ergo videretur dicendum indistincte testes super hisdem capitulis publicatis attestationibus posse examinari, & sic etiam ad instantiam partis.

74 † Nona ꝙ in hoc crimine etiã nõ fit publicatio testium, vbi testibus propter potentiam personarum contra quas inquiritur immineret graue periculum, licet in aliis criminibus secus. in c. fi. de hære. in vj. & ibi Ioan. An. assignat rationes multas specialitatis, sed non concludũt.

Decima ꝙ potest hęreticis etiam a pluribus inquiri d. c. per hoc & cle. j. eo. ti. quod est contra regulam l. vbi cœptum. ff. de iudi. vbi etiam Ange. ita dicit & no. Felyn. in c. ex tenore. in ver. fallit octauo. extra de rescri. Bal. & Ang. in l. si pluribus. ad fi. ff. de leg. j. vbi traditur post Bar. materia præuentionis. sententia tñ illius pręualet, qui prius formauit inquisitionem, licet alius prius puenerit ad sententiã ꝙ est verum, secundũ Alex. ibi. qñ inquisitores sunt diuersorũ locorum: alias seruabitur quod traditur in d. c. per hoc. & sic in casu discordiæ recurretur ad papam. Data autem contumacia rei in alijs criminibus et poterit reus conuentus ab vtroque iudice condẽnari. Ita Bar. in l. sepulchri. ff. de sepul. vio. et Bal. in l. senatus. ad fi. C. qui accu. non pos. Præuentio tñ procurata non haberet prodesse reo ita Bar. & Doct. in d. §. si qs ante. & no. Cæp. in cautela sua xix.

75 † Vndecima ꝙ occultans hæreticũ scienter, põt puniri sicut hęreticus, secundum Bal. in l. j. C. de his qui latro. vbi idem de occultante latronem. Et facit, quia vt dicit gl. rubricæ ibi, qui occultat alienum delictum facit illud suum. est bonus text. in l. pen. C. ad leg. Iul. de vi publ. Duodecima ꝙ hæreticus, et post mortem, potest inquiri, & damnari. c. ij. de præscri. in vj. xxiiij. qõ. ij. in sum. & c. vlti. xxiij. dist. c. quorundam. de hære. c. si quis episcopus. & l. hæreticos. C. de hęre. licet in alijs criminibus regulariter sit secus, secundum Bal. Saly. & Doc. in l. ij. C. qui testa. face. poss. per Fely. in d. c. si quis episcopus. & per Paridem in tract. suo syndicatus. cart. liij. in verbo, mortuus & per beatũ Thomam. ij. ij. q. xl. c. j. vbi idem dicit de occisis in duello. & faciunt quę no. per Io. An. in c. in fidei. de hære. in vj. vbi dicit quod licet concilium possit damnare papam viuentem de hæresi. xl. distin. c. si papa ad fi. tamen papa erit iudex competens causæ sui pędecessoris, si accusetur de hoc crimine. xxiiij. qõ. j. c. admittantur.

76 † Decimatertia ꝙ bona hæreticorum tanq̃ publicata ipso facto capiuntur. c. ij. de pręscri. in vj. & habetur in c. vergentis. de hære. & faciunt quę not. Bar. in l. eius qui delatorem. ff. de iu. fis. quod procedit etiã lapso quinquẽnio, quidquid dixerit Bar. in l. ij. C. de apo. secundum Pan. vbi Fely. in c. cum nobis. extra de pręscri. et per Doct. in d. c. ij. vbi est tex. & dicit Panor. ꝙ licet dictum Bar. possit procedere in iuribus fisci vel principis, habita distinctione inter bona fisco incorporata & bona delata nondum incorporata, vt sic in bonis nondum incorporatis sufficiat præscriptio quinq; annorum, vt d. l. ij. tamen respectu ecclesiarum inferiorum requiritur præscriptio. xl. anno. respectu vero ecclesię Romane centũ annorum; vt ibi latius per eum.

77 † Decimaquarta ꝙ hæretico denegatur audientia, etiam in multum fauorabilibus, ita ꝙ nec spoliatus petens vt restituatur, auditur, nec si dicat illũ a quo fuit percussus, quia clericus, quod est excommunicatus. Dom. in c. in nomine domini. xxiij. dist. Roma. in l. j. §. sublata. ff. ad Tre. Fely. in cap. ad abolendam. de hære. c. in eo. ver. si vero quasi in fi. de sen. excom. Car. in cle. vt romani. §. cæterũ. de ele. & Fely. in c. absolutionis, eo. ti. de sen. excom. Et ampliatur, quia nedum ipse non auditur, sed nec etiam alius aduocando

pro

pro eo.cap.si aduersus.de hære.Quod tamen dicit Fely.ibi verum,nisi esset dubiū de hoc,quia obiecta non saperent hæresim manifestā all.Old.cōsi. suo.ccxx.vbi ita dicit se defendisse quędam quia obiecta non sapiebant hæresim manifestam,& pos sunt adduci quæ no.per Doct.in tract.malefi.in gl. in verbo, Andræam auxiliatorem versi. si autem diceret statutū in additio.& per Albe. in iiij.parte statutorum q. xxxij.quæ incip. ipse Gandinus in rub.de bannitis.versi.item pone. † vbi dicunt ꝙ illa opinio quæ est ꝙ possit aduocari pro bannito, est æquior.quia officium allegandi est publicæ vtilitatis,vt ff.& C.de postu.ff.de procu.l.seruum quoque §.publice, ergo quis aduocando pœnam non meretur. Et dicit Old. ꝙ ipse existens Romæ pro dominis Vicecomitibus qui damnati fuerant de hæresi per Ioan.Papam, xxij.& iniuste, petijt processus annulari, quia non est fauere hæreticis, qui coram superiore defendit, & dicit etiam obtinuisse Pergami. Et possunt adduci quæ not.per Bar.in l.si cōfessus.ff.de cust.& exhi.reo. vbi dicit ꝙ iudex secularis cui per inquisitorem fuit traditus condennatus,& ꝙ nō vult inquisitionem facere. de quo etiam per eundem in l. magistratibus.ff.de iurisdi.om.iudi.vbi etiam alij Doct.& per Innoc.in cap.pastoralis.col. fin.extra de off.dele.& in c.cum in iure peritus, eo: tit.vbi dicit ꝙ iudex secularis quando sic videt condemnationem iniustam, non debet illam exequi.sed debet ad superiorem rescribere. Refert & sequitur.do.Ioan.Puteus in d.l.magistratibus.& adducit rationem, quia & ipsemet iudex qui tulit sententiam, si postea ex aliquo accidenti, sibi videretur iniusta, quamuis transiuisset in rem iudicatam,haberet necesse supersedere,& ad principem rescribere.l.j.§.si quis vltro.&.§.sequen.ff.de qō.

† Decimaquinta ꝙ licet in casu dubio iudex cognoscat regulariter an sua sit iurisdictio. l. si quis ex aliena.ff.de iud.tamen inquisitores qui se non intromittunt nisi in his quæ sapiunt hæresim manifeste,vt cap.accusatus.§.sane.de hære.in vj. non possunt cognoscere an sua sit iurisdictio,secūdum glo.in d.§.sane,facit in simi.tex.in c.cæterū, de iudi. vbi negata qualitate iurisdictionem tribuente,iudex non cognoscit de iurisdictione, nec per no.in c.j.de offi.deleg.in vj.staretur assertioni ipsorum inquisitorum, si ad fundandam eorum iurisdictionem dicerent notorie sapere crimen hęreticum.& dicit Fed.de Sen.in consi.clvij. in vlt. responsione ꝙ nec hanc probationem manifesti possunt inquisitores recipere in forma probationis, quia non est adhuc iudex, licet in forma instructionis & informationis extraiudicialis & ex mero eius officio sic.Et faciunt quæ habentur per Aretin.in cap.quoniam contra.in iij.col.extra de proba.vbi alleg.Spe.in tit.de inquisitione.§.nunc tractemus.ver.hoc autem notandum.& Panor. in cap.cum oporteat.de accusa.vbi dicit † ꝙ iudici procedenti per inquisitionem, & dicenti se informatum de fama,non statur, si est iudex delegatus, si vero est ordinarius sic, nisi appelletur. Et hanc conclusionem etiam sequitur & tenet Felyn. in c. si clericus. de foro competen.post Domi.ibi quid quid dicit Pan. ibi, vbi dicit ꝙ licet inquisitores non possunt cognoscere an sapiant hæresim, tamē si velint cognoscere an sapiant manifeste sic.quod etiam tenuit idem Pan. in c.j. de sortile. quem tū non alle.Felyn.ibi, & ita dicit Pan.se intelligere tex.in c.j.& fi.de offi. dele.in vj.quæ iura videntur contrariari decisioni glo.in d.§.sane.& in c.j. de offi. deleg. vbi etiam tenet idem.cum quo etiā videtur tenere idem Fely.sibi contrarius in c. super literis.xxj.col.ver.fallit decimo.extra de rescri. Are.tamen in d. c. quoniam contra. videtur tenere primā opinionem quam simpliciter refert.

Et ad hoc etiam videnda sunt pulchra not. per Are. in consi. suo.clxv.in vj.col. & sequitur vbi latissime concludit. † ꝙ debet prius constare de qualitate notorij, antequam iudex ipsius notorij ratione possit procedere,& ꝙ non creditur iudici asserenti ipsum notorium, licet ei credatur ad formandam inquisitionem de fama præcedente,quia talis assertio est leuis præiudicij, quod non est assertio notorij, vt ibi latissime per eum,dicentem etiam,ꝙ ad probationem notorij debent recipi testes parte citata. Videnda etiam sunt no.per gl. in d.c.j. de offic.delega.quæ declarant quomodo accipiatur manifestum.Et de quibus præterquam in prædictis casibus, cognoscant inquisitores.no. per Aret.in consi.lxxxiij.vbi refert Bald.& Io. Mo.& dicit quod cognoscunt etiam de alio crimine ex hæresi oriente,& pulchre per Oldr.in cōsi. xxxv. quod incipit. in fine articuli. vbi dicit ꝙ non cognoscunt de his quæ tendunt tantummodo ad contemptum vel opprobrium fidei, vt est crucifigere animal,de quo etiam per Cald. in titu.de iudeis.consi.ij.& consi.xj. vbi idem dicit de pertinentibus ad ignominiam Dei, quia de illis non cognoscit,vt habetur per Pet.de Ancha.cōsi.xij. alias xv.incip.spiritualiter.Fely.in c. postulasti. de iudeis. Decimasexta ꝙ licet glo.in d.§.sane. in ver.saperent, dicat† ꝙ licet dæmones inuocare,& ab eis responsa exposcere,dicatur sapere hęresim manifeste. xxvj.q.iiij. igitur diuinationes. tamen hoc non est indistincte verum,quia vt dicit Old.in consi.suo.ccx. cum actus morales resultāt ex fine intento,quoniam actus & voluntas distinguunt maleficia.ff.ad l.Cor.de sicar.l.diuus.& ff. de furt.l.verum multum refert,vtrum inuocentur demonia & eorum responsa exposcantur ad sciendum futura.an vero ad id quod conuenit ipsi demoni, vt est ad tentandum pudicitiā mulieris vel similia. Quia primo casu licet saperent hæresim manifeste, vt inquit illa gl.quia attribuitur creaturæ id quod venit attribuendum creatori, iuxta illud Esaiæ.xl.c. Annuntiate quæ futura sunt & scimus ꝙ dij estis vos.secundo tamen casu,si id fit per modum imperij,& non adorationis, licet sit fœdum & mortale peccatum, secus quod etiam tenet Io.An.in rub.extra de sorti.in addi.Specu. & Pan.in c.j.eo.titu.de quo etiam per And. Sicu. in consi.lv.inci.in nomine Iesu,casus est talis,quidam pro inueniendo furto, vel sciendo aliqua secreta,accipiunt fialam cum aqua communi.in pe. col.in j.vol.vbi etiam per eum late per totū illud consilium.an & quando sortilegium, vel diuinationes

tiones dicantur sapere hæresim manifestam ita ꝙ talia facientes vel procurantes possint puniri per inquisitorem. † Decimaseptima secundum Old. vbi supra ꝙ ẽt his q̃ non sunt formaliter heretica, licet hæresi sapiant, detrahendum est propter muliebrem simplicitatem. C. de iu. & fac. igno. l. j. de iure deli. l. vult. §. vlt. & de his qui sibi ascrib. inte sta. l. pe. & eod. modo propter furorem, ẽt si prouenit ex mulieris amore, qm̃ scriptum est ꝙ nihil furore amoris est vehementius. in authen qui. mo. na. eff. leg. §. illud quoq;. & qa dicit Philosophus. vij. Ethi. coire enim & concupiscentię venereorũ, & quædam talium manifeste corpus transmutant, quibusdam aũt insanias faciunt. Nam in quocũq; crimine furioso parcitur. ad l. Cor. de sica. l. ĩfans. & hoc ẽt in crimine læsæ maiest. l. famosi. Quod videtur notandum, ẽt propter muliebrem & rusticanam simplicitatem, quia ẽt eis subuenitur propter eorum ignorantiam, vt est dictum supra. ff. de iuris & fac. igno. l. iij. & C. q admitti. l. iuris ignorantia. in l. si quis id quod. ff. de iurisdi. om. iudi. ꝑ Bar. & Doc. vbi plene, an error iuris naturalis excuset a dolo vero, & maxime propter ætatem vel sexum muliebrem, & an a præsumpto concludentes primo casu ꝙ non, secundo vero casu sic, & habetur per Alexan. consi. suo. ciij. in j. volu. vbi. idem dicit de rustico & milite & per Cæpo. cõsi. xxj. col. vij. & consi. xxiiij. col. ij. & per Bal. in l. error. C. de iuris & facti igno. & faciunt quæ habentur per Bald. in rub. C. de summa trini. & fide catholi. vbi dicit idiotas & rusticos excusari, si errant in aliquo articulo fidei, dummodo habeant fidem implicitã, quia credunt ꝙ sancta credit mater ecclesia, nec pertinaciter errorem suum defendunt. † Decimaoctaua ꝙ indistincte in hoc crimine possunt compelli testes ad testificandum, vt per Pan. in c. dilectorum. extra de testib. cog. licet in alijs criminibus sint opiniones. Decimanona ꝙ in hoc crimine statur vltimo dicto testis, licet primo dixerit aliquem esse innocentem, & sic cõtrarium eius ꝙ vltimo dixit, licet vtrunque dictũ sit iudiciale. c. accusatus. §. licet. de hære. ĩ vj. licet ĩ alijs criminibus stetur primo dicto, vt per Mod. de vtroq; in c. cum in tua. extra de testib. Vigesima ꝙ in hoc crimine potest committi examinatio testium alteri. c. inter officiorum. §. vero. de hære. in vj. in alijs vero criminibus, secus per Abb. in c. cum causam, de testi. Vigesimaprima ꝙ admittuntur testes excommunicati, et socij criminis. c. in fidei. de here. in vj. cum limitatione & seu declaratione, tm̃ de qua ibi, videlicet dummodo ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testiũ aut personarum tam deponentium q̃ eorũ cõtra quos deponitur, qualitatem ac alijs circũstantijs sic testificantes falsa non dicere præsumantur. Ob quod ergo fit, vt debeant dici, ꝙ personis de quibus supra, non sit credendum, cum sint illusæ, & rationibus prætactis. † Vigesimasecunda ꝙ ẽt crimen sapiens speciem hæresis, vt est iurare per membra Christi pudibunda, ẽt per lasciuiam & ebrietatẽ, est punibile, licet non tantum sicut quando iurat indurato animo secundum Bal. in l. accusttionis. col. iij. qui accu. non pos. C. vbi ẽt dicit ꝙ non est veniæ locus, cum maiestas diuina tam detestabiliter vilipenditur, vt C. si quis imper. maledi. l. j. & ꝙ episcopus si vult non potest facere pacem de tali maledictione Dei per not. xxiij. q. vj. vt pridem, in gl. arg. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. plane. ff. de pac. l. contra iur. ff. mand. l. si hominẽ. de verb. obl. l. qui Romę. §. callimachus. C. de epi. & cle. l. si quis genus. Prælatus enim suam, & nõ ecclesiæ, iniuriam potest remittere, vt not. xxiij. q iiij. inter querelas, & c. si is. in glo. immo. & c. si illic. Concordant no. per eundem in l j. C. de rap. virg. vbi de raptu monialis non põt fieri concordia, quia principaliter Deus est offensus, intantum ꝙ nec Papa potest remittere talem offensam quo ad mundum. Et faciunt quę not. per Bar. in suo cõsil. clxvij. inci. minister fratrum de pœnitentia. & Ioan. de Ana. in c. ij. in xiiij. col. extra de maledi. vbi dicunt † ꝙ in statuto de pace habita cũ offenso, nõ cõprehenditur qui blasphemat Deũ nisi agat pœnitenntiam, quia offensus est Deus, habetur per Fely. in c. de his. in ij. col. ver. fallit primo. extra de accus. Quę multum sunt notanda pro iudicibus qui modico ære accepto indulgẽt blasphemantibus, & blasphemias audire dissimulant, & pessime; quia vt dicit tex. in c. nonnullis. extra de iudæ. dissimulare nõ debemus opprobriũ eius qui probra nostra deleuit. Et dicit Paris de Puteo, in tractatu suo syndicatus. in c. an potestas. col. ij. ꝙ blasphemanti Deum nulla defensio competit.

Quod dictum tm̃ videtur intelligendum cum distinctione, an procedat ex calore iracundię, vel non, & an talis calor procedat ex iusta causa, & sit calor maximus, vt quia fuit prouocatus, aut ex iniusta causa, puta ex ludo, per not. per Pano. in c. ij. de maledictis. Et ita arbitror intelligẽda esse no. per Alex. in consi. xv. in iij. parte. & Felyn. in c. auditis. in antepe. col. circa fi. extra de pręscri. vbi dicunt ꝙ licuit blasphemanti prouocato se in consequenti corrigere, quia in illo casu, ille non dabat operam rei illicitæ, sed secus videretur dicendum. vbi quis blasphemaret, puta in ludo vel aliter ex opera illicita, quia talis correctio nõ videretur excusabilis. cum calor iracundię tunc nõ excusat, per Panor. vbi supra. videnda tamen sunt ẽt quę dicam in versi. vlti. pro nunc. † Vigesimatertia licet regulariter dolus pręponderet culpę, tamen in hęresi cõmissa ẽt lubrico ignorantię, propter nobilitatem subiecti culpa preponderat dolo commisso in alio crimine, puta in hæretico, qa est delictum grauius quam sit homicidium. Nã hęreticus ponit os in cœlum, & blasphemat Deum, vnde propter nobilitatem eius quem offendit est grauius. ita Bal. qui alleg. Ang. in l. j. in xj. col. ad fi. C. qui accus. non pos. Quod dictum tm̃ puto intelligendum secundum no. per Old. in consi. ccx. & relatum supra in xvj. conclu. videlicet nisi in non sapientibus hęresim non manifeste, quia ex lubrico ignorantię eis detrahitur. † Vigesimaquarta quod in hoc crimine ex sola suspitione proceditur ad inquisitionẽ, quamuis diffamatio non pręcedat quę in alijs criminibus debet pręcedere. secũdum do. Ant. Inno. & Doct. in c. cum oporteat. de accu, vbi ẽt Are. col. vij. per tex. in c. vt officium, de here.

de hære.in vj.quod ēt licet Spe.in tit. de inquisitione.§.j.ver. verū.& in addi. Ang.in lib.malefi. in gl.in verbo, hęc est quædā inquisitio per Doct. Quinimmo scđm Bal.in consi.lxxix.inci.regula iuris.in iij.vol.in hoc crimine ēt ex sola suspitione habente ortum ex coniecturis proxima veris, vt ex confessione socij criminis, pōt procedi ad torturā,licet in alijs criminibus infamia & indicia debeant præcedere.ff. de qstionib.l. maritus. & confessio socij criminis non ꝓbet aliqualiter, nec ēt alias probationes coadiuuet, ꝑterquam ad inquirendū,quia talis est infamis,facinorosus,vilis persona & suspecta,vnde ei non creditur l.fin. C.de accu.poterit tñ,scđm eum ibidē,reus se purgare.per no.in c.at si clerici.extra de iud. dicens quod ēt inquisito debent dari capitula & dicta testiū c.ꝑ tuas.el grande.§.nos vero.extra de simo. & c.licet hely. eo.tit. & c. qualiter & qñ,el ij.§. debet.de accu. nisi forte hoc fiat ꝑ subterfugia & contra facti notorietatē, & publice intersit potius ad pœnā procedere ꝗ͂ differre.C.de fer.l.prouinciarū.alias incipit,ꝓsides. † Et dicit ꝙ coiecturę sufficientes in hoc crimine cōmittuntur arbitrio iudicis.per not.per Bar.in l.fi.ff.de qstio. & ꝙ conuersatio cū hęretico est magna ꝓsumptio,quia mores formantur a coniuncto.C. de coartalibus l.fi. coartalis.lib.xij.ff.de re mili.l. nō oēs.§.a barbaris.& de ꝓsump.c.literas. Nā quis bonus vel malus ꝓsumitur propter patrē.Item ex conuersione. Itē ex magistro quē quis habet bonū vel malū.ij. q.vij peruenit ad nos.xxviij.q.j.c.sępe.de ædil. ædi.l.ędiles.§.pedius.vbi gl.alle.illud.sapientis, cū bonis ambula. Vigesimaquinta ꝙ in redeunte ab hæresi requiritur scriptura c. saluberrimū. j.q.vij.& not.gl.in c.j.de censi.in vj.licet regulariter ad probationē actus non requiratur scriptura,vt in illa gl.q enumerat alios casus speciales.

89 [margin, at "prouinciarū"]

90 †Vltimo pro nunc quia dixi supra in vij. cōclu. ꝙ confessio non debet esse æquiuoca, alias fieret interpretatio pro reo. Adde not.per Fely.in c.auditis.col.antepe. ver.limita secundo.extra de ꝓscrip.vbi dicit ꝙ immo fauore animæ ad salutē, & in foro conscientiæ, semper est fienda interpretatio in deteriorē partem,per no. per Pet.de Ancha.in cōsi.clxxix.inci.prima facie.cum multis aliis cōcor.Et adducit Host.in summa.de iudę.§. & in quibus.ad fi.vbi refert Host. quod si aliqua verba aliquo modo essent excusabilia, ꝙ tñ debent potius capi in malā partem, si sunt prolata a malo homine. & ita dicit se fecisse condemnare quendā iudæū in quingētis solidis regaliū, qui cū redderet corā eo cōputum,& leuasset manum versus crucē dicens,mallem esse suspensus sicut ille q ibi pendet quā reddere amplius cōputum coram vobis,& se excusaret quod intellexerat de quodam latrone suspenso in furca, qui pendebat versus septentrionem sicut crucifixus. tñ dicit Host. quod de malo verbo & de malo homine non debet præsumi,nisi malum, ideo &c. vt etiā cęteris imponeretur terror, interpretatus fuit illa verba in malum. Ad laudem Iesu Dei. Amen.

FINIS.



TRACTATVS DE IRREGVLARITATE

domi. Nico. Plouij.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas quid propriè dicatur.*

Impedimentum canonicum dicitur quod a iure canonico ortum habet.

2 *Irregularitas personæ dicitur vbi generaliter ordinari quilibet prohibetur.*

Irregularis censetur qui ab ordinibus susceptis remanere prohibetur.

Furiosus, ebriosus, illiteratus & similes sunt irregulares.

3 *Accusans vel deferens aliquem coram iudice irregularis efficitur, si mors vel mutilatio sequatur.*

Percutiens aliquem quando efficiatur irregularis & quando non.

4 *Iudex, actor, vel procurator & notarius irregulares sunt, si in membris mutilatio sequatur.*

Clericus qui ex sola curiositate vel leuitate interest vindictæ sanguinis non efficitur irregularis.

5 *Iudex vel officialis seu aduocatus causam sanguinis tractantes efficiuntur irregulares, etiā si effusio sanguinis non sequatur.*

Chirurgus irregularis efficitur, si ob eius imperitiam mors sequatur.

6 *Clericus chirurgus irregularis efficitur, si sub eius cura aliquis moritur.*

Custos

Custos infirmi si potum immodicum ei dederit, efficitur irregularis si mors sequatur.

7 Consulẽs aliquid vnde sequatur homicidium efficitur irregularis.

8 Mandans aliquem verberari efficitur irregularis, si mandatarius occiderit.

9 Mandator an efficiatur irregularis si mandatarius occidatur ab eo quem occidere mandatus erat.

Consulens alicui vt pro patria aut iure suo se exponat, an sit irregularis, si ibi moriatur.

10 Homicidium casualiter perpetratus non efficitur irregularis, si debitam adhibuerit diligentiam.

11 Irregularis est is, cuius percussione contracta infirmitate mortuus est percussus.

Occidens aliquem se defendendo incurrit irregularitatem, si euitare aliter potuit.

12 Infans furiosus aliquem occidens efficitur irregularis.

Irregularis est, qui a morte non liberat quem liberare poterat.

13 Irregularitatem incurrit qui a proposito liberandi aliquem a morte retrahit.

Percutiens latronẽ animo occidendi, si latro obierit ex vulnere inflicto efficitur irregularis.

14 Clericus cum socio ligans latronem, si postea timens ne a latrone occidatur eum occiderit, irregularitatem incurrit.

Clericus furem tradens iudici seu officiali an efficiatur irregularis si fur morti condemnetur.

15 Furem indicans iudici seu officiali an efficiatur irregularis, si fur morti condemnetur.

16 Clericus qui ad res suas recuperandas egit, si ex postfacto ratum habet latronis suspendium, an sit irregularis.

17 Mandans capi unum de tribus clericis incedentibus, & alios duos non grauari an sit excommunicatus si mandatarius fines excedens mandati alios duos cœperit.

Irregularitatem nemo incurrit propter homicidium nisi voluntate vel culpa praecedente.

18 Rixa si facta sit a pluribus et mortuus sit aliquis in ea, an sint omnes irregulares, si nesciatur a quo fuerit occisus.

Irregularis non est is cuius amici ipso inuito iniuriantem sibi occiderunt.

19 Consentiens homicidio in corde suo an sit irregularis si ab extra nullam operam ad hoc dederit.

Clericus irregularis est qui ministrauit arma pugnantibus, quibus aliquis interfectus fuit.

Iudex ecclesiast. brachium seculare hortari potest ad hæreticos vel paganos expellendos.

20 Clericus qui bello interest irregularis est.

Clericus se vel suos defendẽs nõ est irregularis si aliquis ex defendentibus fuerit interfectus.

21 Abortiuum procurans vel faciens ne mulier concipiat aut pariat irregularis est.

Clericus irregularitatem contrahit qui ob suarum rerum defensionem occidit.

22 Clericus occidere potest ne occidatur.

Necessitas ineuitabilis occidendi alium quæ dicatur.

23 Prælatus ecclesiasticus iurisditionem temporalẽ habens qualiter iustitiam executioni mandare debeat.

24 Consulens iudici vt aliquem puniat ad mortem, irregularitatem incurrit.

25 Suspensus ab officio fit irregul. si celebrauerit.

26 Fornicator notorius a iure suspensus celebrando, non contrahit irregularitatem.

27 Suspensus a canone quando efficiatur irregularis celebrans.

28 Suspensus a canone propter defectum non incurrit irregularitatem si celebret.

29 Suspensus ab audiendis confessionibus non efficitur irregularis si ante reconciliationem celebrauerit.

Recipiens beneficiũ in irregularitate absolutione impetrata an indigeat alia dispensatione.

30 Homicida non est ipso iure beneficio priuatus.

31 Presbyter excommunicatus vel simpliciter suspẽsus ab ordinibus suis efficitur irregularis si in acolythatu ministrauerit.

Clericus in minoribus constitutus excõmunicatus ministrans sacerdoti non efficitur irregularis.

Episcopus a pontificalibus suspensus irregularitatem non incurrit, si in eis celebrauit.

32 Suspensus ab ingressu ecclesiæ irregularis est, si in ea celebrauerit.

Excommunicatus, vel suspensus baptizans solemniter & publice efficitur irregularis.

Irregularis est omnis qui nec promoueri nec eligi potest.

33 Falsarius literarum papæ non potest ad ordines promoueri.

Ordinari qui nequeant.

34 Excommunicatus celebrans irregularis est, & deponendus.

35 Suspensus a iudice irregularis erit si celebrauerit.

Suspensus

36 *Suspensus per canonem ob officio propter crimen irregularis efficitur celebrando.*
Occupans & distrahens bona ecclesiarum vacantium suspensus est ab officiis, & beneficiis.
37 *Infamia cum peccato deletur in baptismo.*
Peccatum cum sua sequela in baptismo deletur.



AD HABENDAM aliquã notitiam de irregularitate, notandæ sunt aliquæ regulæ, prius præmissa breui descriptione irregularitatis. 1 †Sciendum igitur est ꝙ irregularitas est nota id est infamia, vel impedimentum canonicũ ex vitio seu defectu prouenićs, qua quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare. Ita diffinit Guil. Duran. in Spec. tit. de dispensa. §. iuxta propositionis. Dicitur autem canonicum impedimentũ quia ortum habet a iure canonico, licet inceperit a veteri testamento quo ad aliqua, & dictum est Dauid non ædificabis mihi templum, quia vir sanguinis es. j. Para. xxviii. c. & i cano. xlix. di hinc etenim, vbi habetur ꝙ in Leui. etiam multi a sacerdotio repellebantur propter defectus naturales sicut propter scabiem, & gibbositatem &c. Et dicitur irregularitas ab in quod est sine, & regula, quasi contra regulam ecclesiæ natus, siue propter factum, vel defectum extra ecclesiam positus. Sumitur autem tripliciter. Primo pro defectibus qui sunt in homine sine peccato, quia qui est bigamus, vel maritus viduæ, vel illegitimus, & huismodi, 2 vt de renun. nisi cum pridẽ. §. personæ. †Secundo dicitur irregularitas personæ vbi generaliter prohibetur quilibet ordinari vel celebrare in ordine iam suscepto sine dispensatione domini papę, ne patiatur defectum &c. de quibus infra patebit.

Tertio dicuntur irregulares omnes illi qui non possunt remanere in susceptis ordinibus, nec ad maiores promoueri etiam post actam pœnitentiã sine dispensatione domini papæ & aliorum prælatorũ, de quo dantur regulæ. Prima regula. Omnis furiosus, ebriosus, illiteratus, impudicus, percussor, litigiosus, neophytus, & generaliter quilibet in membris naturalibus defectuosus, irregularis est ad sacros ordines suscipiendos, patet hoc in decre. late incipiẽdo a xxvj. dist. vsq; ad xlix. 3 per totum. vbi ista singulatim probantur. †Secunda regula. Accusans vel deferens aliquem de crimine coram iudice pro quo pœna capitis debetur vel truncatio membri, irregularis est. v. q. vj. delatori. & vj. q. j. in summa de accu. accusasti.

Tertia regula. Percutiens aliquem siue in propria persona, siue per alium eius mandato, si sequatur inde homicidium vel membri mutilatio, si hoc facit absque ineuitabili necessitate, irregularis est, de homi. presbyteri. & c. petrus. l. distin. miror. Quarta regula. Percutiens absque mortis periculo, vel sanguinis effusione, vel truncatione, habens ad hoc potestatem non est irregularis, vt de rap. in archiepiscopatu. xxiij. quest. viij. sæpe.

4 Quinta regula. † Iudex, actor, vel procurator, notarius, siue dictator, vel promulgator si in membris secuta est mutilatio, irregularis est. l. di. si quis, ne cler. vel. mo. sententiam, de homi. postulastis. l. di. c. j. Et generaliter purgationem vulgarem quæ fit in torneamẽtis, vel alio modo, & cuicunque vindictæ sanguinis cui authoritatem, benedictionem, seu patientiam sui exhibentes, irregulares sunt de exces. prçla. ex literis.

Sexta regula. Licet clericus non debeat interesse vindictæ sanguinis, si tamen ex sola curiositate vel leuitate interfuerit vbi latro suspẽditur, vel vbi quis in duello occiditur, licet peccet grauiter, non tamen fit irregularis, si nec auxilium nec consilium vel authoritatem præstiterit secundum Guil. in Spe. tit. de dispen. §. iuxta propositionis. 5 †Septima regula. Iudex, vel officialis, seu aduocatus qui tractauerunt causam criminis dantes operam vt sanguis effunderetur, licet nec mors nec sanguinis effusio fuerit subsecuta, irregulares sunt: potest tamen in talibus per episcopum dispẽsari secundum Guil. Similiter cum illo qui nõ ex officio suo, sed ex odio dedit operam, et fecit quod potuit vt occideretur, non tamen occiditur vel mutilatur. indiget enim talis dispensatione, secundum Guil. Octaua regula. Exercens artem chirurgię, si propter imperitiam & negligentiam eius sit mors subsecuta ab incisione, adustione, vel potione quam dedit infirmo, irregularis est, vt de homi. tua. §. j. ver. si tamen peritus existens phlebotomat sanguinem, vel secat, adhibens omnem diligentiam, non est irregularis etiam si mors fuerit subsecuta, quia potius præsumitur casu, & culpa patientis euenisse. xxiij. q. v. de occidendis. Secus si per eius negligentiam, secundum Guil. 6 †Nona regula Licet laicus exercens artẽ chirurgię, non fit irregularis si nõ propter eius incuriã multi obierunt, clericus tamen si sub eius cura aliqui etiam præter eius culpam obierunt, irregularis est secundum Inn. qui hoc notauit in c. tua. de homi. ne cle. vel mona. sententiam.

Decima regula. Extrahens sagittã vel telum vel gladium infixum corpori alicuius, si ꝑpter hæc vulneratus citius moritur, irregularis est. de homi. tua Vndecima regula. Custodiens infirmum, & dans ei bibere imperite, vel aliquid aliud contra consilium medicorũ faciens, propter quod mors sit subsecuta, irregularis fit propter imperitiam, & negligentiam dissolutam. Si tamen quis facit bona fide circa egrotũ, non debet esse facilis ad faciendam conscientiam scrupulosam, quanuis in aliquo sit erratum, si ibi non sit lata culpa cum negligentia dissoluta, quæ prope dolum, & huiusmodi scrupulum de facili deponere debet ad consilium sapientis. Si tamen tanta culpa fuerit vel negligẽtia dissoluta, & certum est ꝙ mors inde fuit subsecuta, irregularitas contrahitur. Si vero non sit certum tunc distinguendum est, aut enim dubitatur probabiliter secundum iudicium medicorum, & tunc abstinendũ est ab officio, si autem non dubitatur, tunc deposita

erronea

erronea conscientia peterit administrare et etiam promoueri, alias non secundum Ray. l.di.qui arborem. & c. sæpe.& secundum quosdam solus papa, cum talibus dispensat. Duodecima regula. 7 † Consulens aliquid vnde sequitur homicidium, irregularis est vt si suasit iactum balistæ. machine, vel lapidis, vel ꝙ iret ad capiendum castrum quod capi non potest sine hominis morte, si inde sequitur mors ex illo consilio irregularis est, secũ dum Guil. Item si facit vel consuluit furtiue vel proditionaliter capi castrum, si mors inde sequitur irregularis est, quia debuit verisimiliter præsumere hoc euenire posse. In talibus enim punitur qui remotam causam homicidio dedit, sicut qui propinquam, vt notatur de homi. presbyteris Decimatertia regula. 8 † Mandans aliquem verberari, si verberans occidit verberatũ irregularis est qui mandauit, nisi expressisset ne occideretur, de homi. significasti hodie.de homi.is qui mandauit. lib.vj.in fi.vlti. gl. Secus tamen de illo qui consuluit aliquem capi, vt puta malefactorem, quia tunc non fit consulens irregularis etiam si capiẽs occidit illum, quia hæc non consuluit, ar.de homi. c. fi. Absit enim vt ea quæ propter bonum facimus, si præter voluntatem nostram quicquam mali acciderit, nobis debeat imputari.xxiij.q.vj. de occidẽ. semper tamen fit irregularis dans directe consilium in mortem alterius, vt ne cler.vel mo. sententiam. Nec interest siue is cui datum est consilium statim fecerit homicidiũ, vel etiandiu post, nisi prius consilium recuperauerit, & contrarium suaserit, vt de homi.petrus.immo si firmiter et probabiliter credat ꝙ post reuocationem consilij nõ reuocetur is cui datum est consiljum a proposito occidendi, necesse est vt denuntiet illi de cuius morte tractatum est, ꝙ caueat sibi. In eo autem qui mandauit per se fieri homicidium, videtur sufficere si consilium mandat tantum. de regu. iur. omnis res, vel si sciente eo, is cui mandatum est, iuit ad eum occidendum. vt xxij.q.j.omne quod, vel parentelam vel acmicitiam cum eo cõtrahat, licet ei hoc non significauerit, quia qui est certus, certiorari non debet, de electio. inter vniuersas.

9 Decimaquarta regula. † Consulens alicui vt occidat aliquem si ipse cui consultum est occidere, occidatur ab illo occidendo, secundum opinio. mitiorem non iudicatur ille consulens irregularis. Ratio quia fines cõsilij excessit, ex quo egressus est ad occidendum, nec sibi bene cauit, nisi excitaret eum ad occidendum alium, forte in tali casu vbi periculum esse posset, tunc esset irregularis etiam si is cui consuluit occidatur secũdum Guil. vbi supra secundum rigorẽ tamen iuris hodie talis consulens irregularis est. Per Ioan. And. in nouel.de homi.is qui mandauit. lib.vj.

Decimaquinta regula. Si quis suadet alicui ꝙ pro patria, vel pro proximo suo, vel pro iure suo vel pro iure ecclesiæ suę periculose se exponat, non ob hęc fit irregularis etiam si ibi moriatur xxiij. q. iij. pro membris & c.sequen. Si tamen sciret vel crederet eum ibi moriturum. tunc videtur ꝙ fiat irregularis, secundum Guil. Si autem consulat ꝙ indubitate morti se exponat pro honore Christi vel fide vel statu ecclesiæ, non fit irregularis, etiam si mors inde sequatur xxj.q.j.sunt quidam.xj.q.iij. non solũ.hac ratione excusantur inquisitores hæreticæ prauitatis, scientes ꝙ statim post quam aliquem pronuntiauerint hæreticum esse ille morti tradetur hæc etiam alias multipliciter procurando. Ad hoc etiam accedit.xxiij.q.viij.legi.& ea. cau.q.v.si audieris. Illi tamen clerici qui portauerunt ligna causa indulgentiarum ad hæreticos cõburendos, irregulares sunt, nec cum eis dispensa- 10 tur nisi per papam. Decimasexta regula. † Dans operam rei licitæ, vt puta ædificando ecclesiam, vel domum adhibita omni diligentia quam potuit habere, si occidit aliquem causaliter, non efficitur irregularis. Si tamen dat operam rei licitæ nec adhibuit omnem diligentiam quam debuit, fit irregularis, vt de homi.lator.& c.ex literis.& c. sicut dignum.& c.presbyterum.& c.continebatur. & c.ad audientiam. Hinc est ꝙ medico operanti secundum regulas artis suæ non computatur ei si quis sub eo moritur, sed si negligentiam cõmisit, consulitur sibi vt non promoueatur ad ordines de quali.ordi.ad aures. Sed quid de illo medico qui vertit infirmum ad alius latus vt citius moriatur. Respondeo ꝙ irregularis est tam ipse qui fecit ꝙ ipse qui consuluit, si ex hoc mors fuerit subsecuta, quia forte via anhelitus præcluditur. vel apostema rumpitur ex violentia motus, vel suffocatur. Si autem non citius moritur ex hac causa non fit irregularis, sed pœnitere debet de facto. Deci- 11 maseptima regula. † Non solum est irregularis quis si ex eius percussione est mortuus aliquis, sed etiam si ex hac percussione infirmitatem contraxit vnde mortuus est, vt de homi.presbyterum.& c.ad audientiã.& lj. di. studeat. Decimaoctaua regula. Defendens se in casu euitabili, & occidens aliquem. irregularis est.l.di.si quis viduam, & talis ad superiora non ascendat, & in susceptis non facile dispensatur. Sed si necessitas fuit ineuitabilis, datur consilium ei vt non ministret.l.di. de his clericis, non tamen propter hoc deponitur, immo in suo ordine administrans toleratur de iure communi absque dispensatione, secũdum Lau. l.dictinctio.quia tua si loquitur de homici.cap.ij. prout prosequitur ibi Hostien. & quidam dicunt episcopum posse in tali casu dispensare, licet hoc non possit secundum Ioan. de Deo, qui dicit solũ papam hoc posse.hodie dicitur simpliciter irregularitatem nullam incurrere ille qui personam suã defendendo in casu ineuitabili occidit, de homic. 12 si furiosus.in clemen. Decimanona regula. † Infans furiosus committens homicidium, non est irregularis vt in cle. si furiosus. de homi. Idem est de dormiente, si aliquem occidat, quia tamen non habuit propositum occidendi eum.

Vigesima regula. Potens hominem liberare a morte, & non faciens irregularis est, quia qui potest defendere & non defendit occidit, de homici. sicut dignum, quod intellige secundum gl. in c.iiij.de senten.excõmunica. de illo ad quem ex potestate, ex officio vel dignitate pertinet realiter defendere, & non simpliciter

ter

ter de quocunque. Vnde dicit ibidem glo. ꝙ si ego non habeo aliquam potestatem, & video ꝙ aliquis vult verberare clericũ sine auxilio meo, aut consilio, non credo ꝙ sim excommunicatus si non prohibeo illum licet alias forte peccem, quia non defendo cum possem. Vigesimaprima
13 regula. † Retrahens a proposito liberandi hominem a morte, irregularis est, quia quodammodo indirecte homicidium commisit l. distin. si quis viduam & de pœ. dist. j. periculose. Vigesimasecunda regula. Percutiens animo occidendi latronem si ex aliquorum vulneribus latro obijt, irregularis est, vt colligitur de homicid. significasti. primo respon. Idem etiam si non percussit, sed aliquid operis impendit ad mortẽ eius, puta quia latronem detinuit, vel cõtra eum clamauit, alias autem si clamasset contra eum non in mortẽ eius, sed quod caperetur, vel detinuit eum, vel se leuẽ extendit, irregularis non est de morte eius, vel etiam sit in neglectu, alias si malitia eius perpetretur homicidium, & idem si negligentia eius cõmittatur l. dist. hi qui. & ideo si clamat contra latronem, siue eum capiat, si alias quocunque modo potuit intelligere, et ex clamore suo vel alio actu homicidium sequitur, irregularis est, nisi forte faciat propter periculum corporis sui, vt si videt ꝙ aliquis eum occidere vult, tunc enim potest bene inuocare, & clamare pro auxilio, quia non intendit in aliorum mortem, sed in suam liberationẽ. Secus si hoc faciat propter periculum rerum suarum, & si fugæ præsidio euadere potest. de homi.
14 suscepimus. Vigesimatertia regula. † Clericus ligans cum socio latronem, si postea timens ne occidatur a latrone, ipse potius occidit, irregularis est, de homi. vbi supra. Vigesimaquarta regula. Si clericus nõ valens aliter recuperare res suas, tenet furem ne cum rebus fugiat, donec eum exhibeat iudici, vel eius auxilium inuocet ad res suas recuperandas, non est irregularis, licet postea fur a iudice puniatur, dum intentio eius non sit corrupta intendendo ad furis mortem, vel mutilationem &c. Idem dicendum est si clericus credit, vel tradit seculari potestati latronem petens ꝙ eum puniat citra sanguinis effusionem, vel petens rem subtractam sibi restitui, si potestas in latronem animaduertat, id est, puniat eum morte, nõ propter hoc clericus erit irregularis, vt de homi. delatoris. lib. vj. nec ẽt nocet illi si ad conuincendum latronem tradidit intersignia. & idem si simpliciter deponit querelam de iniuriantibus sibi et ecclesiæ suæ. quamuis tales vix absque sanguinis effusione valeant coarctari. de homi. tua nos. §. vlt. & c. postulasti. xxiij. q. iij. maximianus. & q. v. c. v. & c. vnum. & c. pœna. & hæc vera sunt qñ non intendit ad mortem, nec hoc in animo gerit, sed protestatur publice quod citra sanguinis effusionem castigetur, non est ergo irregularis curialiter agens contra furem, non criminaliter ad mortem vel sanguinem, licet eum iudex causa probabili suspendat ab officio suo, vt de homi. postulasti. Ex quo vlterius patet ꝙ nullus notam irregularitatis incurrit qui per extortores siue exactores alicuius curiæ curauit aliquem capi propter delictum tale, propter quod nec mori nec mutilari, posset, licet iudex inueniens eum alia commisisse propterea suspendit eum, si tamẽ nec ille crediderit, nec cogitauit illud contingere posse.

15 Vigesimaquinta regula. † Si iudex officialis in sequitur furem fugientem & quærit a me vtrum videri illum & ego sciens quod fur ille ad mortem quæritur, instruo eum si per meam responsionem fur inuentus est, & occisus, sum irregularis. Secus si nec sciui, nec suspicatus sum quod ad mortem, vel pœnam sanguinis quæritur. Vnde consulitur in casu hoc cum aliquis scit aliquem ad mortem quæsitum fugere non posse nisi per alteram de duabus vijs, non debet dicere, per hanc non fugit, quia sic prodere eum per alteram fugientem, sed aut taceat aut quærentem curialiter euadat, dicendo nunquid ego custos illius sum, vel alio
16 modo. † Vigesimasexta regula. Si clericus qui egit ad res suas recuperandas, ex postfacto ratum habet ꝙ suspensus latro est, & hoc sibi placet, si talis nullum consensum habuit in mortem illius, nec quicquam cooperatus est, non est irregularis, secundum Guil. & hæc si gaudet ꝙ maleficium est punitum, non autem persona, cum secundum ipsum irregularitas ex homicidio solo non contrahatur, nisi culpa vel voluntas præcedat, vel scandalum sequatur, vt not. l. dist. hi qui. & de homi. ex literis. & c. veruntamen. hodie vero iure cautum est, ꝙ si quis absque mandato meo manus violentas iniecit in clericum meo nomine, si hęc ratum habeo, excommunicationis canonem incurro, & hoc propter ratihabitionem quæ retrotrahitur, & mandato comparatur. Si autem hoc meo nomine non esset factum, licet ratum haberem, peccarem, sed non incurrerem excõicationẽ vt dr̃ expresse in c. cum quis. de senten. excom. li. vj. Vt hæc intelligas, pono tibi casum. Aliquis amicus vel seruitor tuus sciens aliquem clericum tibi fecisse iniuriam verbalem vel realem, percussit eum quem tu postea receptando magis amicum habuisti, vel gauisus es, & hoc factum commendasti vel laudasti, tu es excommunicatus propter ratihabitionem ac si mandasset. Sed si vnus extraneus percussit clericum, & tu audiens gratum habes, & gratularis de hoc, licet, non es excommunicatus tamen peccas ad minus venialiter, secundum Ioan. And. in nouel. supradicti c.
17 cum quis. lib. vj. † Vigesimaseptima regula. Si quis mandat capi vnum clericum de tribus simul incedentibus, & alios duos non grauari, sed mandatarius excedit fines mandati, & alios duos capiendo, iste mandans non erit excommunicatus, secundum Ioan. de deo. lib. iij. suarum quæstionum. q. xiiij. & ratio est, quia captio contra voluntatem eius est facta. Petrus tamen de Samprana alias Sonsana, putat quod de damno tenetur quod illi passi sunt. de iniurijs. c. si. xxiij. q. viij. propterea. ex hoc infertur per simile de irregularitate, quod irregularitas ratione homicidij non contrahitur sola voluntate, nisi homo actu occidatur, de homi. sicut dignum. §. primo. vbi de

hoc in glo. ex corde. xv. quęst. j. si quis non iratus. Sed nec fit quis irregularis propter solum homicidium, nisi culpa vel volūtas præcedat, vel alias sequatur scandalum, vt notatur. l. dist. hi qui prioris de homi. ex literis, de clerico ægrotan. tua. ex hoc dicto soluitur quæstio qua quæritur an clericus qui volebat interficere hominem, sed non potuit quia inuenit eum iam mortuum, sed volens nihilominus satisfacere ire suæ, amputauit caput mortui, sit irregularis. Dicendum ꝙ licet voluntas occidendi fuit, tamen non est irregularis, secūdū Arch. xv. q. j. si quis, Ratio, quia ad hoc ꝙ homicidium committatur, requiritur ꝙ homo animatus occidatur, de homici. sicut dignum. xxxij. q. ij. Moyses, vbi abortus fetus inanimati nō imputatur ad homicidium, sicut ēt not. Inno. & Ber.

18 de homi. si aliquis. † Vigesimaoctaua regula. Si quis in rixa mortuus est & nescitur tñ quis illum interfecit, licet secundum quosdam. s. Ioan. omnes irregulares sunt quo ad promotionem ad ordines propter incertitudinem. vt xxiij. q. vlti. c. fi. tamē probabilius est ꝙ in tali casu cuilibet suæ consciētiæ sit relinquendus, secundum Guil. in speculo. et Host. in sum. de homi. §. qua pœna. Vigesimanona regula. Si amici mei occidunt aliquem mihi iniuriantem me inuito, & contra meam prohibitionem, mihi non nocet vt de homi. Petrus j. q. iij. quia præsulatos. Idem si me ignorāte, de simo. nobis. & c. de regularibus. Sed si turbata cōscientia sit, puta quia expresse consensi nec contradixi, imputabitur. ar. de simo. Mattheus. Immo ēt dicūt quidā quod si sciens contractū de morte habitum non reuelaui, non sum irregularis, quia homicidiū non commisi facto, mandato, cōsilio, vel defensione. l. dist. si quis viduam. & de homi. Petrus. Alij dicunt contra, si credidi ꝙ non obstante. mea prohibitione mei intuitu interficeretur. & hoc est tenendum. Nā in tali casu tenebar reuelare illi cōtra quem contractum est. Trigesima regula.

19 †Si aliquis vadit ad interficiendum aliquem, & tu ei scienter consentias, non tamen eum incitas ad homicidium perpetrandum, nec cum eo super hæc aliqua verba habuisti, vel si habuisti, semper ex animo hęc ei dissuasisti, sed cum nollet tibi acquiescere, timens de ipso eum associans eo proposito vt si forte eum quis inquireret, defendas, & tunc homicidium perpetrat, vere irregularis es, secundum Hosti. ad quod facit de homi. sicut dignum. §. illi qui. Trigesimaprima regula. Clericus ministrans arma pugnantibus, si aliquis interficitur irregularis est ar. xxiij. q. j. nisi bella c. fi. nomine aūt armorū intelligūtur fustes, lapides, ligna &c. Trigesimasecunda regula. Iudex ecclesiasticus pōt hortari brachium seculare cōtra violentos, & hæreticos, vel paganos, nō vt occidat vel mutilet, sed vt de terris fidelium expellantur, nec ēt est irregularis si aliqui hincinde sunt occisi: xxiij. q. v. de occidendis. & xxiij. q. iij. maximianus, immo secūdum Inno. de homi. petitio, licet aliquis in bello iusto aliquos percusserit, si tamen inde nullus est mortuus, non fit ex hoc irregularis. Idem si quis accedit ad bellū iustum causa pacificādi, vel ex alia iusta causa, licet ex eius præsentia aliquod robur accrescit suis, vel timor incutiatur aduersarijs, non est sibi imputandum, dummodo dolus, & etiam lata negligentia absit

20 omnino secundum Guil. † Trigesimatertia regula. Clericus qui interest iusto, vel iniusto bello in armis vel sine armis, si aliqui sunt hincinde interfecti, irregularis est, licet ipse non occidat l. dist. si quis. xxiij. q. vlt. quicunque. j. q. j. c. fin. c. petitio & ibi Inno. de homici. Trigesimaquarta regula. Clericus defendens se vel suos, licet tunc ex defendentibus aliquis interfectus est ex aliqua parte, non est irregularis, vt illi qui nō interfecerunt, nec interfectores adiuuabant, non sunt irregulares, licet voluntatem occidendi habuissent, quia lex promotionis factum requirit. xv. q. j. si quis non iratus.

Trigesimaquinta regula. Clericus in bello iusto ꝙ non ad occidendum, sed ad defendendum geritur, ministrans sagittam ballistario suo ad sui defensionem, si ille ballistarius aliquem interfecerit, sed ille clericus nō intendebat ꝙ ipse aliquem interficeret, sed ꝙ illos detinuisset, & sua defendisset aut recuperasset, nō est irregularis, secundū Guil. Idem dicit de illo qui in bello iusto præpositus fuit exercitui, & sumptus facit, & cuncta disponit, si forte eū contingat lanceas, vel sagittas emere & ministrare, & ad exercitum, vel ad custodiā castri mittere, vel si hortatur ad currendum post hostes, vt eis præda hominum, vel animalium auferatur, & tunc fortæ aliquis interficeretur, dummodo solum intendit ad recuperationem prædæ, non ad vindictam, talis enim causa remota non

21 nocent. † Trigesimasexta regula. Qui mulieri facit ne concipere, vel generare, vel post conceptum parere possit, & qui prægnantem mulierem percutit, ita quod facit abortiuum, si fetus iā fuit viuificatus, irregularis est. Sed si nondū fuit viuificatus, solum mortaliter peccat. de homici. si aliqui. ij. q. v. consueuit. vel si probabiliter dubitat, vel credit an sit mortuus vel viuus fetus ex illa pcussione, vel vtrū cōceptus fuit aīatus vel non, in tali dubio debet a ꝓmotione, & a ministerio abstinere, nec periculo se cōmittere. Si vero leuē vel temerariā habet opi. deponat eā si pōt. & sic poterit ꝓmoueri, & administrare, alias non, ar. de sentē. excō. inquisitio. et de simo. ꝑ tuas. ij. Trigesimaseptima regula. Licet clericus aliquē occidēs ꝓ defensione rerū suarū irregularis est, de homi. suscepimus. vbi dr̄, post tunicā relinquendū est pallium, & melius est rerū iacturā pati ꝙ̄ pro seruandis vilibus rebus, ac transitorijs acriter in alios exardescere, clericus tñ personam propriā defendendo, necessitate ineuitabili repellēs vim vi, cū moderamine inculpate tutelæ percutiens aliquē, si inde mors sequitur, non imputatur ei, vt not. de homici. significasti. ij. & iij. et c. interf cisti. vnde

22 dicit Archi. xxiij. q. iij. c. j. †ꝙ clericus etiam interficere pōt, vt non interficiatur. ar. de fur. c. iij. dum tñ faciat pro persona propria. hodie expresse in cle. si furiosus. de homi. & dico personā propriam, nam secus est secundum Ioan. And. in nouella super cle. si furiosus, de homi. si non valēs

euitare

euitare mutilationem, licet mortem possit euitare, mutilauit vel occidit aliquem inuasorem, & idem si aliter non valens saluare res suas, eum occiderit qui deportare volebat, secus ēt secundum glo.d.cle.super verbo suo.de illo qui occidit illū qui occidere volebat patrem, filium, coniugem, vel personam coniunctam, quem aliter iuuare nō potuit. Quod putat Ioan. And. quasi casus ille non includatur sub necessitate ineuitabili. Intelligitur autem necessitas ineuitabilis secundum Ioā. And. ibidem super versi. non valens, vt quia inangulatus erat vel sic arctatus quod fugere non poterat, nec clamore iuuari. Intelligitur autem cū moderamine inculpatæ tutelæ si fiat ex incontinenti, non ex interuallo, & causa defensionis, non vltionis, & si æqualiter se defendat sicut infestatur, vt si gladio percutitur, et ipse gladio percutit, vel si ligneo baculo, & ipse econuerso baculo ligneo, aut ferreo baculo percutitur, & ipse econuerso ne amplius percutiatur ad mortem. Si autem percutiatur paruo ligneo baculo, a quo non timeatur mors, vel depilatur, vel per vestē trahitur, & ipse repercutiens ferro occidit suum inuasorem, irregularis est, quia non est moderamen inculpatæ tutelę, debuit enim se moderate tueri, & non excessiue vltra violentiam sibi illatam, aut si percussus est semel, & sic dimissus est, nec vlterius se credit percuti, si incontinenti repercutit, & occidit, irregularis est. Nam non debet occidere inuasorē ex quo ab eo non credebat se occidi, vnde excessit in moderatione, quia pro vna percussione non letali occidit. Hęc omnia colliguntur in gloss. c. significasti. ij. de homic. † Trigesimaoctaua regula. Prælatus spiritualis habens iurisdictionem temporalem in suo dominio, si fur vel latro deprehensus in furto, vel maleficijs adducitur ad prӕsentiam eius, & petitur puniri iuxta condignū sui excessus, non debet ipse personaliter de hoc cognoscere, iudicare, aut sententiare, se debet hoc committere suo procuratori dicēdo ista verba fiat iustitia, generaliter, non descendendo specialiter qua morte sit moriturus. ne cle. vel mona. c. vlti. lib. vj. Nec per hæc etiam est irregularis si sequatur sanguinis pœna, vnde potest fieri specialis cōmissio super tali casu, sed non expressa pœna, secundum Goff. Idem tenet Nouellator in d. c. vlti. lib. vj. Dicit tamen nouellator in nouella ibidē. ꝙ si episcopus, vel prælatus mandat notario suo vt in tali casu scribat commissionem procuratori, episcopi vt super his faciat iustitiam, talis notarius est irregularis, quod probat ex eo, quia talis non habet facere quicquam ex officio suæ iurisditionis, quod requirit illa decretalis. Sit ergo episcopus cautus vt non eijciat laqueum clerico, vnde committat istam iurisditionem laico per seipsum immediate, & per alium laicum, non aūt per clericum. & scias ꝙ hoc non solum veritatē habet in prælato habente iurisditionem temporalem ratione beneficij sed ēt ratione patrimonij, secundum Nouellatorem ibidem, et quod plus est, dicit idem ꝙ ex quo clerici tales causas sine metu irregularitatis possunt alijs delegare, satis videt ꝙ si laicus talem iurisditionem habens, sed probabilem, causas sanguinis terminat, poterit hoc non obstante ordinari, quia non fit irregularis ea ratione. caueat ergo prælatus cum interrogatus fuerit a iudice, ne respōdeat, malum est si ille malefactor remanserit impunitus, nam tunc esset irregularis, vt de exces. pręla. ex literis. † Trigesimanona regula. Si iudex habens latronem captum quærit de aliquo perito quid debeat fieri de tali, & ille respondet talem esse morte puniendū, vel simile, iudex autem secutus eius cōsilium, latronem punit ad mortem, irregularis est consulens, quia fuit in culpa in casu cui de facto non erat respondendum, vt de exces. pręlat. ex literis. si tamen non est casus de facto, sed iudex quærit simpliciter qualiter tales sint puniendi, & clericus respondet ꝙ ad mortem vel ad sanguinem, si respondens respondet quod ad mortem vel ad sanguinem, secundum veram iuris sententiam vt expertus iuris consultus, non est irregularis, & maxime si extra iudicium, vt dicit glo. in d. c. ex literis. Si autem errans in iure dixit, cū tamen aliter iura disponant, irregularis est, vt colligitur per Guil. in Spec. tit. ij. §. iuxta propositionis. Si autem qui non reputatur Iurisconsultus, interrogatus respondet non vt iurisconsultus, sed simpliciter dicit quid de talibus sentiat, nec præsumit ꝙ iudex eius sequatur responsionem, non est irregularis, ex quo non respondent ad casum qui fit de facto. Nam si consuleret ad casum de facto, irregularis esset, secundum Ray.

Quadragesima regula. † Suspensus ab officio, celebrando fit irregularis. vt xj. q. iij. si quis damnatus. & cap. si episcopus in concilio. & licet illi canones loquantur de excommunicato scienter & in contemptū clauium celebrante, hodie tamen idem irregularis est in suspensione a diuinis, vt de re iudi. c. cū æterni. & de senten. excommunica. cum medicinalis. lib. vj. & in hoc casu solus Papa dispensat, vt notauit Guil. in Specu. tit. ij. §. nunc de episcoporum. ver. est inquam. Suspensus autem a beneficio tantum, non fit celebrando irregularis, quia hoc nullo iure cauetur, secundum Innocen. de electio. cum in cunctis. §. clerici. & c. statuimus. de concesf. præben. quia diuersitatem. Minori quoq; excommunicatione propter participationem excommunicati in locutione vel similibus ligatus, licet celebrando grauiter peccet, non tamen efficitur irregularis, quia hoc nullo iure cauetur, secundum Inno. immo si medio tēpore postquā communicat excommunicato, celebrauerit, bene potest pœnitentia peracta sine Papæ dispensatione celebrare. vt de cleri. excommu. ministri. c. fin. xj. q. iij. si quis presbyter. Inno. tamen & Hostien. dicunt quod tales non propter suspensionem a iure celebrare prohibentur, cum non sint suspensi a iure, nec suspendendi, sed solum propter peccatum prohibentur cum fuerint suspēsi quo ad Deū a sacramentis & a promotione. si enim a iure suspensi essent, celebrando fierent irregulares per capi. cum æterni. de re iudica. lib. vj. & de senten. excommunica. cum medicinalis. eodem lib. vj. Ex quibus omnibus, secundum Abba, in dictionibus

nibus suis. & c. si celebret &c. de cleri. excommunica. minist. ꝙ celebrans in mortali peccato non incurrit irregularitatem post penitentiam & reconciliationem obtentam super peccato mortali, vel excommunicatione minori ex quibus celebrans poterit sine aliqua dispensatione superioris celebrare, nec obstant noua iura scilicet. cap. cum æterni. de re iudica. lib. vj. & c. cum medicinalis. de sen. excommunic. eo. lib. vj. quæ loquuntur de illis qui sunt ingressu ecclesiæ priuati, & a diuinis suspensi, quod non est in istis, cum isti nec ingressu ecclesiæ sint priuati, nec etiam a collatione sacramentorum, sed solum a perceptione sunt suspensi.

26 Qudragesima Prima regula. † Notorius fornicator a iure suspensus celebrans non fit irregularis, secundum Guil. in Specula. titu. ij. §. iuxta propositionis. Nec obstat ꝙ quidam dicunt quod quodlibet peccatum notorium facit hominem irregularem, vt de temporib. ordinan. cap. quæsitum. hoc enim verum est si ibi non intelligitur irregularitas quæ requirit papæ dispensationem. vnde dicit Abb. vbi supra quod in illa irregularitate quam quis incurrit ex notoria fornicatione, si in tali celebrat, potest episcopus dispensare post pœnitentiã, per capit. ac si de lit. contestatio. & ita hodie seruatur. Et quamuis quidã nimis rigidi, vt Hostien. et Inno. dicant contrarium, tamen non sunt audiendi, quia qui nimis emungit, elicit sanguinem. iiij. distinctio. denique. nec aduertas rationem illam quam dicunt. Omnis suspensus ab officio per canonem, celebrando fit irregularis, vt dicitur in cap. cum clerici. de re iudica. & capitu. cum medicinalis. de senten. excommunicatio. libro sexto. sed talis est fornicator notorius, vt patet in capit. quæsitum. de cohabita. cleri. & mu. & xxxiiij. distinctio. propter hoc. ergo efficitur irregularis celebrando. Ad hoc responde audacter secundum Francis. de Zaba. in c. vestra. &
27 cap. quæsitum. de cohabi. cleri. † quod suspensus a canone celebrans, tunc solum incurrit irregularitatem. quando per modum sententię sit a canone suspensus, vt in d. c. cũ æterni de re iudica. li. vj. Sic autem non est in fornicatore notorio & simoniaco, quia non per modum sententiæ, sed enunciatiue dicitur a canone quod sint suspensi. vt patet in cap. quæsitum. de cohabi cleri. ergo celebrando non fiunt irregulares cap. j. de sen. excommu. lib. vj. Tene ergo secundum Franc. ꝙ si in canone pœnã imponente dicitur ꝙ talis sit suspensus ab officio, vel dicitur, suspendimus talem ab officio, si hoc fecerit, tunc taliter suspensus celebrans fit irregularis, vt in d. c. cum ęterni. Sed si dicitur a canone pœnam approbante vel enunciãte, seu recitante aliquem esse suspensum. sicut dicitur de fornicatore notorio in cap. quæsitum. vbi tamen recitat notorium fornicatorem esse suspensum, talis celebrando non fit irregularis. Pro isto dicto est famosissimus ille doctor Guido de Baysio, Archidiaconus nuncupatus xxxij. dist. ad hæc vero. vbi ipse no. in fin. glo. quæ incipit, istud intelligit, ꝙ notorius fornicator non est principaliter suspensus a canone, sed a deo, quod patet ex eo quia ꝙ cito pœnitet, licite celebrat. de coha. cle. cap. vlti. licet in odium criminis per canones aliquid sit additum, quoad vitationem eorum, vt scilicet non audiantur ab eis diuina. vt in cap. vestra, & in cap. tua. de coha. cle. xxxij. dist. nulla. & cap. pręter hæc. & hoc secundum Innoc. licet Hosti. notauerit contrarium in Specu. titu. ij. §. iuxta propositionis. & §. nunc de episcoporum. versi. xxvj. & hanc viam tanquam mitiorem puto complectendam.

28 Quadragesima Secunda regula. † Suspensus a canone non propter crimen, sed propter aliquem defectum, vtputa illegitime nati & corpore vitiati, non incurrunt nouam irregularitatem si ante obtentam dispensationem celebrent, secundũ Guil. in Spec. titu. ij. §. iuxta propositionis. versic. porro. & idem no. per Archi. lvj. dist. apostolica. in prin. & hoc seruat curia, quia quando dipensat cum talibus, simpliciter dispensat super defectu. nulla facta mẽtione de irregularitate, quia nullã incurrunt lvj. dist. apostolica & cap. Cenomanensem. de filijs presbyterorum. veniens. Ideo dicit intelligendum esse Speculatorem de illis qui propter infamiam suspensi sunt a canone, sicut sunt illi, quorum crimina sunt notoria, & qui etiam post peractam pęnitentiam celebrare propter scandalum & infamiam prohibentur, vt in cap. fi. de cohabi. cleri. & mu. & de ho. ex literis. cap. fi. & tamen ante dispensationem celebrando, nouam irregularitatem non incurrunt, quia hoc non inuenitur iure cautũ secundum Guil. in Specu. vbi supra & Archi. lvj.
29 distin. apostolica. &c. † Quadragesimatertia regula. Suspensus a confessionibus audiendis, celebrans ante reconciliationem non efficitur irregularis. secundum Guil. quia hoc non inuenitur iure cautum xj. q. iij. §. euidenter. De hac suspensione habetur. xxvj. q. j. & v. q. vj. per totum. Quadragesimaquarta regula. Recipiens beneficium in irregularitate, impetrata absolutione super irregularitate, non indiget alia dispensatione super beneficio obtento, secundum Ray. et Guil. in Spe. Caueat tamen quilibet ne in peccato mortali, vel suspensione beneficium recipiat. vnde securius est vt talis confiteatur ante receptionem; ne collatio sit vitiosa, secundum Guil. in c. si celebret. de cleri. excom. mini. Licet hoc sit perdurũ, est tamẽ verum propter rationem ibi positam, quia scilicet eligi non potest in peccato mortali ad illa a quorum perceptione a sanctis patribus est priuatus. Veruntamen Abb. ibi moderatur hoc, dicens quod si cui existenti in occulto collatum sit, sed ipse recipit illud post peractam pœnitentiam, poterit retinere. allegat de temp. ordi. quæsitum. de sen. excom. c. vlti. Sed propter peccatum enorme, vtputa propter homicidium, ipso iure perdit beneficium, vt not. per Archi. l. dist. studeat. quæ incipit in gl. hic dispensat. vbi dicit glo. quia de iure debet eo carere. quod exponit Archi. per sen-
30 tentiam, non ipso iure. † Nam homicidium non inducit ipso iure priuationem beneficij, secundum Bernar. Compost. qui ita notauit de electione, quod

quod sicut in glo.j.§.si vero. versicu. alia autem. Et idem sentit Inno. dicens quod in homicidijs irregularibus cadere potest ius cuiuslibet dignitatis, quia et iuste habent eam si cū eis fuerit dispensatum. Et etiam sine dispensatione iuste tenēt prædicti dignitates suas quousque renuncient, vel deponant, secundum Inno. qui ita notauit de excessibus prælatorum.c.cum in prin. Contra tamē istud dictum faciunt multa iura, vt de clerico pugnante in duello.c.henricus. in fin. Item lv. dist. si euangelista. ver. in loco. cum dispensatio requiratur vt homicida beneficium recipiat, videtur secus de iure cōi. Item cum homicida ministrare non potest et post pœnitentiam sine dispensatione. de tempo. ordi. quia suspensus est a beneficio quod datur propter officium. & sic etiam accedit. lxxxj. dist. eos. & notatur de consue. cum dilectus in gl. suspensus enim. Tu dic breuiter ꝙ hic nulla est contrarietas. Nam Bernar. & Innoc. intelligunt quod homicida iuste tenet & recipit beneficium quousque deponitur per sententiam. Iura autem in contrarium inducta dicunt ꝙ debet carere & priuari beneficio de iure, quia de iuris rigore est inhabilis ad illud. Non tamen hoc negat quin hoc fiat per sententiam, & sic idem sentiūt.

31 Quadragesima Quinta regula. † Presbyter excommunicatus, vel suspēsus simpliciter ab ordinibus suis administrans in ordine Acolythatus, efficitur irregularis, secundum Guil.l. Secus si tantum a missarum celebratione fuerit suspensus. Quadragesimasexta regula. Clericus in minoribus constitutus excommunicatus ministrans sacerdoti ad altare portando aquam, lumen & alia similia, non est irregularis, secundū Guil. Idem putat de presbytero diacono & subdiacono. Ratio quia ista nulli ordini sunt annexa, cum & per laicos literatos expediantur. Quadragesimaseptima regula. Episcopus suspensus a pontificalibus, celebrando in eis non fit irregularis, quia pontificalia non sunt de substantia, secūdum Guil. †Quadragesimaoctaua regula, suspensus ab ingressu ecclesiæ si in ea celebrat, irregularis est, & si in tali suspensione decedit, non sepelitur in cœmiterio, vt de sententia excommunicationis. is cui. lib. vj. Notat tñ Nouellator in nouella ꝙ potest in ecclesia audire diuina sine metu irregularitatis, sed nō sine peccato, licet Hugo & Ray. aliud notauerint, quorum opinio refutatur per Modernos. Quadragesimanona regula. Excommunicatus vel suspensus baptizans solenniter in super pellicio & stola publice, irregularis efficitur, secundum Guil. Secus si aliter scilicet simpliciter baptizat, & maxime in necessitate.

32

Quinquagesima regula, quicunque non pōt promoueri ad ordines sine dispensatione, nec et ad honores, & quicunque est intelligibilis, irregularis est secundum Guil. Idem intellige de omnibus casibus qui impediunt promouendos, vel deijciunt iā promotos, vel qui pœnā depositionis merentur. Vnde regulare est ꝙ quicunque post peractam pœnitentiam non habent ordinis executionem, irregulares sint, sicut homicidæ. l. dist. §.j. extra de simo. tanta. Item excōicatus, interdictus, suspensus, in contemptum clauium se faciens ordinare de sen. excom. cum illorum. Item si et præsumit celebrare. xj.q.iij. si quis, de vi. & ho.cle. vt clericorū. §. si quis igitur. Itē violans interdictū. de excessib. 33 præla. tanta. † Itē falsarius literarum Papæ. de cri. fal. ad falsariorū. §.j. talis tñ secundum Innoc. si occultus est, post absolutionem, & pœnitentiam pōt ordinari quia nullo iure cauetur ꝙ sit infamis ipso iure. Itē hæreticus de purg. cañ. inter sollicitudines, Vel exhibentes hæreticis sacramenta, de here. excō. §. si vero. Itē sodomita. de excessib. præla. clerici. Itē presbyter denudās cōfessionē de pe. & re. omnis circa finē. Itē incorrigibilis in contumacia perseuerās. de do. & cōtu. veritas. §. fi. Itē notoriū crimē de iure vel facto. de tēpor. c. fi. Itē vtens officio assassinorū, vel defendēs, receptans, occultans eos, licet mors non sequatur inde. de ho. pro humani. li. vj. Itē apostata. de aposta. c. fi. Itē schismaticus de schisma. c.j. Itē intrusus per ptātem secularē. vij.q.j. factus. de ele. quis. Item omne crimē ꝙ ipso facto inducit infamiā ciuilem. ij.q. vij. §. porro. Item infamia descendens ex delicto ꝑ sententiam declarato, quia pœna pōt demi culpa permanente. ij. q. iij. §. hic colligitur. Infamis. n. est irregularis, siue infamia sit iuris, siue facti, vt de accusatio. omnipotens. de testi. testimoniū.

34 †Quinquagesimaprima regula. Excōicatus maiori excōicatione siue ab homine siue a iure, scienter durāte excōicatione celebrās semp fit irregularis, & est deponēdus. de cle. ex. mi. latrones. Secus si ignoranter, vt eo. tit. c. apostolicæ. Si aūt dubitaret ꝓbabiliter de sententia excom. præsertim qñ conscius est de culpa sua propter ꝙ iuste potuit excōicari, nescius tñ exponit se discrimini, et celebrat cū sit excōicatus, irregularis est, & indiget dispensatione Papæ, secundū Guil. vt in d.c. apostolicæ. Crassa aūt ignorātia in talibus iudicatur, vt si citatus peremptorie nec iuit nec misit ad terminum, & sic celebrat, licet nihil de excommunicatione sciat.

35 Circa præmissa sciendū, † ꝙ suspensus a iudice siue ad certam diem, siue perpetuo, siue quousque pœniteat, semper si celebrat, est irregularis, quia talis non deberet celebrare nisi prius sententialiter absoluatur, sicut sententia suspenditur. In vltimo tamen casu quidam contradicunt, vt ij. quæstio. v. presbyteris. vbi dicitur quod talis ad arbitrium suspendentis facere debet, & si ante absolutionē celebrat, irregularis est, & idem de re iudica. dilectus. de excessi. præla. apostolice. Suspensi vero a Deo, vt sunt omnes peccatores celebrantes in peccatis, non fiunt irregulares, licet peccent, nisi celebrent in criminalibus, vt homicidio, in simonia, & similibus, & in quibus etiam acta pœnitentia executio interdicitur, 36 vt supra dictum est. † Suspensi autem ab officio a canone propter crimen, si celebrant, irregulares sunt. Et hoc intellige si suspenduntur a canone pœnam imponente, non autem ap-

 probante,

probante, vt in c. cum æterni. de re iudica. lib. vj. quia etiam in minori excommunicatione existẽs suspensi sunt a canone non imponente pœnam. sed approbante, & quam cito pœnitent, possunt celebrare, de senten. excom. nuper. vnde potius dicitur suspensio Dei quam canonis, secundum Guil. Et not. secundum Ioan. And. in clemen. j. de decimis, in glo. super verbo, donec. quod cum aliquis suspenditur donec satisfecerit, sufficit iudicis declaratio super satisfatione sine alia absolutione. In excommunicatis vero est necessaria absolutio post satisfactionem. Concordat ad hoc glo. Ioan. And. in c. quia sæpe de elect. lib. vj. super ver. donec, plene vbi dicitur quod illi qui occupant bona ecclesiarum vacantium & ea distrahunt, tandiu sunt a beneficijs, & officijs suspensi, donec ea plene restituerint, ipsis autem restituentibus ipso iure sine alia sententia restituti erunt, vt notauit Ioan. And. lxxxj. distinctio. si qui. Præterea sciẽdum est ꝙ secundum glo. xxvj. distin. deinde, infamia & irregularitas contracta ante baptismum tollitur post baptismum, & hoc si prouenit ex proprio delicto, quia dona baptismi sunt sine omni pœnitentia & satisfactione, vt de consecratione distinctione quarta. sine. Si enim peccatum nõ deletur quantum ad infamiam, adhuc post baptismum obesset, quod negat Ambrosius. xxvj. distin. j. vnde si aliquis occidit mille homines ante baptismum, omnis infamia, & irregularitas tollitur, vt quinquagesimaprima distinctio, si quis post acceptum. vt patet de Paulo, qui ante baptismum fuit homicida, & tamen postea factus est apostolus, vt l. distin. §. econtra. Huic tamen dicto aduersantur Doctores. nam Archi dia. in d. c. 37 deinde. dicit † quod bene infamia ex quo non descendit nisi ex peccato, deletur in baptismo, sicut & peccatum, sed non irregularitas quæ non fundatur super peccato. vnde ita irregularis est qui occidit cum peccato, sicut qui occidit sine peccato, vt iudex. ne clerici, vel monachi. c. sentẽtiam. & bigami & corpore vitiati. & ita ipse Innocen. notauit de homi. presbyterum quod homicidium ante baptismum, siue ex officio, siue ex voluntate fecerit homicidium non est baptismum irregularis quia omnis sequela peccati deleta est. Sed Goffre. de conuersione infideliũ c. j. notauit quod peccatum & sequela peccati bene delentur in baptismo, sed non defectus, siue impedimentum. Prima via communiter approbatur. Specu. tamen in tit. de dispensationibus. §. iij. versi. is autem. videtur declinare &c.

FINIS.



DE SORTILEGIIS

TRACTATVS PAVLI Ghirlandi Iurisçon. clarissi.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegiũ quid sit in suo sumptum genere.*
2 *Sortilegi proprie qui dicantur.*
3 *Sortilegia vt plurimum sub religionis falsæ.*
4 *Sortilegus qui dicatur largo sumpto vocabulo.*
5 *Sortilegorum duplex est professio.*
Sortilegium vnde dicatur.
Sors pro fortuna quandoque capitur.
6 *Sortilegia per quos fuerint prius adinuenta.*

1 PRIMO quæro quid † sit Sortilegium generaliter sumpto vocabulo pro omni specie superstitionis. Respond. Sortilegium est superstitio quædam illusoria & summe noxia, qua vtitur homo demonis ministerio: vt habetur xxvj. quęstione quinta. i sum. & xxvj. quæstio. secunda qui sine saluatore. vbi de hoc l. nemo. & l. multi. C. de malefi. & mathema. & sanctum Thom. in secunda secundæ quæstione xcv. articu. quarto. in titulo de superstitio. & not. in cap. j. & ij. de sortileg. & ideo sortilegi diuinatores & malefici huius diabolicæ religionis professi dicuntur hostes humanæ salutis & humani generis inimici. l. & si excepta. & l. fina. C. eod. titu. Quæro nunc quis dicitur proprie sortilegus text. enim xxvj. quæstione prima, cap. sortilegi. dicit quod.

†Sortilegi

2 † Sortilegi proprie hi sunt qui sub nomine fictæ religionis per quasdam quas sanctorum seu apostolorum vocant sortes diuinationis scientiam profitentur . aut quarundam scripturarum inspectione futura promittunt, ex quo tex. nōt. quod isti sortilegi & incantatores sub falso quodam & ficto religionis nomine sanctorum vel apostolorum sua conficiunt sortilegia, & hinc est ꝙ isti incantatores, & maxime mulieres in suis sortilegijs & incantationibus, vt vulgariter dicitur sepius dicere iubēt per maleficiatum aut infirmum Aue mariam, vel Pater nostrum, aut alias similes orationes ad deuotionem alicuius Sancti Apostoli vel martyris , vt sub illorum Sanctorum Apostolorum vel martyrum deuotione ac præsidio opus quod conficiunt videatur ministrari, nihilominus omnia illa sunt falsa & ficta, & non ad veram deuotionem seu intercessionem illius sancti apostoli vel martyris dicuntur seu vouentur, † sed sub illa falsa religionis demonstratione omnia opera prædicta arte & præsidio dęmonis conficiunt & sub illius deuotione vouent de quibus tum latius infra dicemus quæstione quinta & vj.tex.tamen in dicto cap. sortilegi videtur ponere solum diffinitionem istius verbi sortilegi stricto sumpto vocabulo, quod denotat duntaxat speciem diuinandi, & sic sortilegia diuinatoria. Ego autem large summo hoc verbum, sortilegum , siue sortilegium pro omni specie superstitiosa siue malefica, siue amatoria, siue diuinatoria sit . vt supra dixi in princip. q. quoniam sunt tot diuersa nomina ritus & species istius diabolicæ religionis ꝙ nimis longum esset velle cuiusque suam ponere diffinitionem . & ideo sub hoc nomine sortilegij siue sortilegi omnium maleficorum & diuinatorum sectas comprehensas habere volo,tanquam sub vno genere comprehēdens sub se omnes & singulas species ipsorum maleficiorum in substantia differentes, prout requiritur de essentia veræ diffinitionis , secundum Bartol.in l.prima.ff.de testamen. & diximus in tracta. de hæretic.in princip. illa enim diffinitio est bona respectu illius sortilegij specialis de quo ibi, scilicet diuinatiui , sed volendo ponere diffinitionem sortilegi quę comprehendat omnes professos cuiuscunque sint speciei sub eadem generali diabolica religione dicendum est sic ꝙ.

4 † Sortilegus large is est qui diabolicam religionem professus est & noxia queque superstitiosa aut elusoria dæmonis instructione componit, & secundum hanc diffinitionem omnes species sortilegiorum continentur sub verbo,noxia,continetur species amatoria & venefica, vt infra latius dicetur sub verbo, elusoria, continetur diuinatoria species. sub verbo, superstitiosa, sortilegia quæ fiunt ad sanandum maleficiatos , vt l.nemo & l.multi.& l.eorum.C. de malefi.& Matth. capit.secundo.de sortileg.xxvj.quæstione quinta sortes. & capi. secundo † Istorum autem professio duplex est.vna tacita,altera vero expressa de quibus ad plenum dicetur infra eo. in iij. quæstio.& vide in sum.confe. in titu.de sortileg.quęstio. secunda & per totum, Sortilegium autem dicitur a sorte quæ in hac materia accipitur pro arte diuinandi . xxvj. quæstio. quinta sortes. eadem causa.quæstio.iiij.c. fina. Sors igitur hoc nomen accipitur quandoque pro fortuna, vt in authenti. vt omnes obed.iudic. prouinc.§.arripiant circa finem. sumitur etiam pro conditione humana & pluribus alijs modis de quibus per gloss. in procemio clemen.in versicul. sortis. & l.milites. in versi.sortem.C.de testa.milita.& habetur in l. ij.C.communia de lega. & in l. sed cum ambo.ff. de iudi.vide do.Fede.de sen.in consi. cclxxxiiij. quod incipit,domine reuerende.vbi plene examinauit quid sit sors.

6 † Quæri posset etiam a quibus fuerunt inuenta hæc sortilegia & qui fuerunt primi qui illa introduxerunt inter omnes . dic ꝙ populi Persi cæteris curiosiores noscere ea quæ natura humana per seipsam facere nec docere potest.xxvj.q.iiij.c.igitur genus.& quid sit sortilegium.& quid sint sortilegi vide Archid. in c.accusatus.§.sane.de hæreti.lib.vj.& in summa confe.in titu.de sortileg.q.ij.& iij.Hostien.& Rayn. in summa eod.tit.& sanctum Tho.secunda secundæ.quæstio.xcv.in titu.de supersti.versi.ad quartum dicendum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sortilegiorum diuersæ sunt species.*
Sortilegii prima species est diuinatiua.
2 *Sortilegii species secunda quæ sit.*
3 *Sortilegiorum species tertia est venefica seu malefica.*
4 *Maleficiatum curare hominem nemo potest nisi eiusdem artis sit peritus.*
Ars nulla hominem maleficiatum à maleficio liberare potest.
5 *Egritudines quæ rebus proueniunt naturalibus ex contrariis, hoc est per contrarias res curari possunt.*
Remedia contra maleficia aut alios languores de iure ciuili non sunt reprobata.
6 *Sortilegi & negromantici suis superstitionibus volentes fidem adhiberi aliqua futura prænuntiant.*
Diuinationum quatuor sunt species, geomantia scilicet, hydromantia, pyromantia, & aerimantia.
Diuini quare sic dicti.
7 *Incantatores qui censendi sint.*
Arioli qui sint, qui aruspices, qui augures, & qui phitonissæ.
8 *Astrologi qui dicantur, qui genethliaci, qui salitores & negromantici.*
9 *Negromantia vnde sit dicta.*
Dæmones sanguinem amare dicuntur.

10 *Ius ciuile magistros in secunda & tertia specie sortilegiorum solet æquiparare.*



1 SECVNDO quæro quot sunt sortilegiorum species. †Respõ. ꝙ multæ sunt ac diuersæ secundũ diuersas hominum professiones & formas quibus illa conficiunt. principaliores vero & magistrales sunt tres, scilicet diuinatiua, amatoria, & venefica. Prima itaque dicitur diuinatiua per quam isti sortilegi vsurparunt sibi nomen diuinatoris per quam futura quædam præsentia vel præterita nobis ignota vaticinari conantur. xxvj. q. v. non oportet. & l. nemo. C. eo. ti. de malefi. & c. ibi diuinandi curiositas &c. & secundum hanc speciem sortilegium proprie & strictissime sumitur, quia dicitur a sorte quæ in hac materia sumitur pro arte diuinandi, vt supra dictum est. & hoc modo sumpsit tex. hoc verbum in cap. sortilegi. xxvj. q. j. At Io. lec. in sum. confe. in tit. de sortileg. & diuina. q. ij. in fin. dicit quod triplex est genus diuinationis, quorum primum est quod fit per manifestam demonum inuocationem quod pertinet ad negromanticos. Secundum autem est quod fit per solam considerationem dispositionis vel motus alterius rei quod p inet ad augures. Tertium est dum facimus aliquid, vt nobis manifestetur aliquod occultum quod pertinet ad sortes, & ista duo vltima fiunt per tacitam demonum inuocationem, vt ibi dicitur, sub quolibet vero istorum generum diuersæ sunt species, vt ibi not. & dicetur infra hac q. colum. ij. versi. redeo nunc &c.

2 †Secunda vero species sortilegiorum ea est quæ dicitur amatoria, quia fit propter amorem libidinosum, & vt plurimum ad flectendum pudicos animos ad libidinem, tam mulierum ꝗ virorum, sed frequentius mulierum l. eorum. in prin. C. eo. titu. & l. iij. §. hæc adiectio. ff. ad leg. Cor. de sica. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. vbi fit mentio de poculo amatorio de quo latius dicemus infra. eod. tit. xij. q. & quid si ex poculo huiusmodi forsan male composito vel indispositе sumpto fuerit secuta mors absorbentis, qua pęna ministrator ille qui exhibuit potandum puniatur, de hoc latius dicetur ibi. & etiam videbimus qua pœna puniatur quando non fuit subsecuta mors, sed alius turpis effectus de quo infra, q. xj.

3 †Tertia sorti legiorum species est illa quæ dicitur venefica siue malefica, & ista est cæteris perniciosior & magis odiosa per quam multa mala proueniunt et diuersæ fabricantur infirmitates, morbi, & calamitates in humanis ac brutorum corporibus, ex quibus mors sæpius causatur. quidam enim hac specie maleficia polluti cito pereunt. & hoc euenit quotiescunque compositio illa malefica est valde atrox & plurimũ veneni habet in se, quod qualiter fiat infra dicetur. quandoque vero non tam cito mors prouenit, sed post longas luctuosas querelas, & lachrymabiles fletus personæ maleficiatæ corpus paulatim consumitur virtus debilitatur, id quod demum perit; et propterea species ista solet dici malefica, quia semper tendit ad malũ l. eorum. in princ. l. multi. C. eo. titu. & ideo non immerito lex vocat istos humani generis inimicos, quia semper quasi tendunt ad hominũ necem & destructionem, & quandoque sola carminis potentia interimunt absque vllo veneni haustu, vt dicit S. August. in li. x. de ciui. Dei, cuis dictũ insertum est. xxvj. q. v. c. nec mirum. §. magi. l. si excepta. in prin. C. eod. titu. & alibi appellantur hostes communis salutis l. fin. in prin. eod. titu. Quidam vero reperiuntur qui eadem professione muniti & malefica arte eruditi supradictas infirmitates & maleficas pollutiones ex languentibus corporibus auferunt & corpora ita grauiter turbata breui tempore sanant, quibus vero medelis & remedijs ipsorum curas conficiunt & maleficas illas pollutiones remouens referre nephas est,

4 †nec putes quod curę huiusmodi fieri soleant absque scientia maleficę artis & demonis instructione; quia maleficæ illæ pollutiones destrui non solent nisi per eiusdem artis magistros vel qui sint diabolicæ professionis bene instructi, aut quoquo modo participes; quia maleficia ipsa absque demonis ministerio & suffragio tam rebus ipsis ꝗ verbis communiter inseri non solent in corporibus pariter nec tolli & hoc est quod dicit Sanct. Augusti. in lib. de ciuita. Dei, prout refertur. xxvj. q. v. nec mirum in fin. quod huiusmodi remedia & medelas ars non cõmendat medicorum, quippe, quia illa non nouit medicina enim naturalis & omnium physicorũ & chirurgicorum ars tota communiter non sufficeret ad sanandum corpora ipsa & remouendum dictas pollutiones quę demonis opera, & ingenio in dicto corpore fuerunt insertæ. eadem igitur artis peritia et suffragio ęquum est vt tollatur, quia cuius est condere eiusdem est soluere, cuius est condemnandi facultas eiusdem est & absoluendi libertas l. condemnare. ff. de re iudi. & l. nemo qui condemnare. ff. de reg. iur. Et nihil tam naturale est ꝗ eodem genere quodque disolui quo colligatum esse reperitur. l. nihil tã naturale. ff. de regu. iur.

5 †Non nego tamen ꝙ si egritudines ipsæ ex rebus duntaxat naturalibus causantur, puta veneni ꝙ ex rebus etiam naturalibus contrarijs tolli non possint absque demonis operatione si homines per se aut naturali scientia hęc scire possent, & naturalium virtutes & potentias ita subtiliter cognoscerẽt sicut demon. quia ea quę mediantibus naturalibus proueniunt, mediantibus etiam contrarijs naturalibus tolli necesse est, per ea quæ proxime diximus, sed quia istorum naturalium virtutes & potentiæ homini & plurimum sunt ignotæ tam in specie quam in genere in arte medicinæ, & demon qui subtilissimus est & perfectissimus naturalium virtutum cognitor, melius cæteris omnia ista nouit, nec vult illa posse cognosci, nisi per illos qui sub sua fide diabolicam religionem profitentur. & propterea vulgariter dicimus quod maleficia, & egritudines huiusmodi non possunt communiter tolli per medicos naturalis medicinæ peritos, sed solum per istos magos & incantatores qui sub eadem professione moran-

ne morantur, & qui maleficia ipsa facere solent & possunt illimet eadem destruere & tollere possunt arte & instructione dæmonis vt supra. & habetur per sanctum Thomam in secunda.ij.qõ. xcv.arti.vj.& l.eorum.§.fin.C.eod.titu. Sed nota quod de iure ciuili remedia ista non sunt damnanda & hi qui dicta remedia faciunt & sanant languores prædictos nulla pœna puniuntur de iure ciuili licet id agant arte malefica & damnabili disciplina, vt est tex.in d.l.eorum.§.fi.C.eod.tit.tamen de iure canonico non licet aliquo modo hominem maleficiatum contrarijs maleficijs liberare.xxvj.quæstio. vlti. admoneant. de quo tamen latius dicemus infra quæst.xv. Sequitur modo, vt videamus de alijs speciebus sortilegiorum quę sunt quodammodo species subalternæ ad illas de quibus supra quæ in veritate potius videntur respicere finem & effectum ipsorum sortilegiorum quam principium, infrascripte vero respiciunt finem, principium, & medium, & iste diuersis nominibus nuncupantur secundum diuersos modos & formas quibus conficiuntur & eisdem nominibus appellantur eorum magistri ab ipsa eorum arte cognominati. Redeo nunc ad primam speciem quæ est diuinatiua quæ inter cæteras obtinet principatum in qua plures homines communiter decipiuntur atque incidunt q̃ in alijs, quia natura humana & illorum, maxime qui sunt curiosi naturaliter appetit scire quæ maiora sunt naturali scientia & humano intellectui occulta nimis. 6 † Et ideo videmus ꝙ communiter isti sortilegi, necromantici, magi, & similes quotiescunque volunt operibus & superstitionibus suis fidẽ adhiberi, licet extranei sint & pœnitus ignoti, aliqua quæ ex præterito alicui acciderant eidem ad vnguem, prout euenerant referre solent quorum relatione, quia sapiunt veritatem alliciunt hominum mentes ad credendum sibi etiam ea quę falsa sunt omnino. ista fuit sententia S. Augustini in lib.x.de ciuita.Dei relata per sacros Canones in cap.nec mirum.§. nullum suffragium.xxvj.q.v.sub hac enim specie plures militant magistri, et omnes fere malefici profitentur artem prædictã.

Pro cuius euidentia sciendum est ꝙ diuinationum quatuor sunt genera siue species, sicut quatuor sunt elementa. Primum videlicet geomantia quæ fit in elemento terrę, a geos quod est terra, & manchos, id est, diuinatio. Hydromãtia quę fit in aqua ab hydro, quod est aqua. Pyromantia quæ fit in igne a pyr, quod est ignis & Aerimantia quæ fit in aere. Hinc dicti sunt Geomanti, Pyromanti, & Aerimanti, qui artes ipsas profitentur, vt exponit tex.xxvj.q.iiij.c. igitur genus in prin.quæ verba fuerunt assumpta ex dictis sancti Augusti. in lib. de natura dęmonum. Hostien. in sum.eod.titu.in princ. Quorum quidam ex ipsis professoribus appellãtur diuini, sic dicti quasi deo pleni. isti enim diuinitate se esse plenos simulant & astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. 7 † Alij incantatores & hi sunt qui artem verbis tantum peragunt, & est quandoq; tanta istorum potentia carminis vt verbis suis absq; aliquo veneni haustu occidunt, vt habetur.xxvj. quæstio.v. d.capit.nec mirum in princip. Quidam alij sunt Arioli sic dicti, quia circa aras idolorum nepharias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt, quibus celebritatibus dęmonum responsa suscipiunt. Alij dicuntur Aruspices quasi horarum inspectatores. hi enim obseruant tempora, dies, horas & momenta ex quorum obseruantia bona vel mala futura prædicunt. hi etiã intestina pecudum suscipiunt & ex his futura ꝓnosticant. Alij sunt Augures qui volatus auium & voces intendunt inde dicitur augurium quasi auium garium. Alij dicuntur Phitonissæ qui quadam religione diabolicam professionem sectantur a Phitone, id est Apolline dicti qui author fuit artis diuinandi, 8 † Alij sunt astrologi qui in astris vaticinantur, an vero sit hodie permissa vaticinatio per astrologiam dicetur infra quęstione seq. Alij dicuntur Genethliaci sic vocati ꝓpter nataliciorum considerationes. isti enim capiunt diem natalis & horam alicuius & per xij. cœli signa syderumq; cursus calculantur & prædicunt fœlices, & infœlices futuros euẽtus & mortem quandoq;. Alij demum sunt Salitores sic dicti, quia dum cuiquam membri aliqua pars salierit aliquid exinde sibi prosperum, aut infęlicẽ significari prædicunt. hæc omnia declarantur per tex.in c.igitur genus, quæ tamen non pro doctis viris. sed pro iunioribus & rudibus referre placuit quibus superaddo. Necromanticos qui per necromãtiam vaticinantur quia videntur eorum incantationibus & coniurationibus resuscitari mortui quibus per dictos necromanticos fiunt interrogationes, & illi ad eorum interrogata respondere 9 † sic dicti a necros siue necron græce, quod latine dicitur mortuus & mantia, id est diuinatio, & vt plurimum quando hæc fiunt ipsi magistri adiiciunt sanguinem cadaueri, quia dæmones dicuntur amare sanguinem. & propterea quotiescunque fit necromantia cruor aqua miscetur vt dæmones colore sanguinis facilius prouocentur. hæc habentur in c. nec mirum.xxvj.q.v. in.§. necromantici quæ pro tyronibus similiter adiuncta fuere. Videndum est modo qui sunt ꝓfessores, siue magistri qui in secundã & tertia specie sortilegiorum militare solent. & breuiter dicas ꝙ hi qui sunt professores artis amatorię & in illa sortilegiorum specie militant iidem in venefica specie profitentur & isti appellantur magi scilicet qui artem magicam profitentur, vt dicit tex.in l.eorum, in princ.C.eo.titu.& d.c. nec mirum.§.magi. & isti sunt qui vocantur etiam malefici ob facinorum magnitudinem, vt dicit text. 10 in d.§.magi. Ius enim ciuile † istos vtriusque artis magistros æquiparauit, tam in factura quam in pœnis scilicet illũ qui conficit sortilegia amatoria, & sortilegia venefica, & vtrunque pariter eadem pœna puniri iubet, vt d.l.eorum.in princ. & l.si quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœn.an idẽ sit de iure canonico quod eadem sit in vtroq; pœna statuta aut diuersa dicemus infra eodem titu.x.quæst. Sunt quidam qui dicuntur incantatores qui sola potentia carminis perstringunt hominum vitas, isti solent vtplurimum in tertia

tia

tia militare, et quidam alij qui supra in prima specie expresſi ſunt, in hac tertia ſepius ſe exercent, vt ſunt Arioli qui in eorum ſacrificijs & immolationibus adiungunt quandoque imagines ceræ vel cretæ recentis, & illas iuxta feruentiſsimum ignem opponunt, vel acubus earum capita vel latera perforant, baptizant, & quampluра alia turpia faciunt, quę conueniunt tertię ſpeciei, vt latius infra dicetur in ſequen. quæſtione. & Necromantici ſimiliter ſæpius ſolent in tertia ſpecie laborare, de quibus ſimiliter dicetur infra in d. quęſtio. ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegiorum profeſſio duplex, expreſſa, ſcilicet & tacita.*

Profeſſio tacita quæ ſit & quæ expreſſa ſortilegii.

2 *Dæmones ratas habent ſubmiſſiones ſibi factas in manibus miniſtrorum ſuorum.*

3 *Profeſſio expreſſa cum dæmone facta duplex eſſe poteſt.*

4 *Profeſſio cum dæmone fit cum abnegatione nominis* Chriſti *in baptiſmate.*

5 Profeſſionem *expreſſam dæmoni facientes, expreſſum & adorationis cultum impendunt.*

6 *Diabolus ſummopere ab hominibus adorari cupit, atque vt adoretur nullum non mouet lapidem.*

7 *Dæmones euocati veniunt, certis temporibus, ſignis, carminibus, & ritibus obſeruatis.*

8 *Aſtronomi imaginibus quas ad dæmones euocandos faciunt aſtronomatas vocant.*

9 *Infirmitates in humanis corporibus ex ſola imaginum obſeruantia abſque maleficio oriri non poſſunt.*

10 *Dæmones reſponſa præbere ſolent maleficis ſeu ſortilegis.*

11 *Diabolus an ſit futurorum præſcius.*

12 *Theſauri abſconditi an poſſint arte dæmonum inueniri.*

13 *Aſtrologi, chiromantici & ſimiles ex ſignis cœleſtibus & aſtrorum curſibus prædicentes an peccatum incurrant.*

14 Chiromantia *an poſſit abſq; peccato exerceri.*

15 Sortilegia *amatoria & venefica & in corpore et extra corpus fieri poſſunt.*

16 *Sortilegi ſacramenta eccleſiæ quandoque permiſcent ſuis ſortilegiis.*

17 *Amor an vere oriatur ex maleficiis amatoriis quæ fiunt ad amorem prouocandum.*

18 *Amare nemo cogitur inuitus.*

19 *Sortilegi hoſtia conſecrata vtuntur quandoque in ſortilegiis amatoriis.*

20 *Hoſtia ſcripta literis ſanguineis vtuntur ſortilegi ad amorem prouocandum.*

21 *Sacramenta eccleſiæ ſortilegiis commixta, an poſſint mouere animum maleficiati ad amandum maleficiantem.*

22 *Dæmon quare ſortilegis ſuadeat ſacramentorum abuſus effectus aliquos mirabiles parere.*

23 *Dæmones per artes magicas aduocati comparere coguntur inuiti.*

24 *Amoris effectus an poſſint produci per rerum mixturas a ſortilegiis factas.*

25 Sortilegiorum *tertia ſpecies malefica dicitur, quę nullius cauſa boni eſſe cenſetur.*

Venena non mala quæ dicantur.

26 *Venena mala propinans, conficiens, aut vendens punitur.*

27 *Verborum ſola potentia hominem interimere poſſe credunt quidam.*

28 Species *quas maleficiati euomunt vnde ortum habeant, & an ſint in rei veritate.*

29 *Malefici qualiter per vnctiones maleficia ſua perpetrent.*

30 *Maleficia qualiter extra corpus maleficiati cenſeantur fieri.*

31 *Verba quædam malefica in omnibus ſortilegiis admiſcentur.*



ERTIO quæro quot modis fiũt ſortilegia loquendo de omni ſpecie, vt ſupra Reſpon. multis, ac varijs modis fieri poſſe. † Pro cuius intelligentia ſciendum eſt ꝙ duplex eſt ſortilegiorum profeſsio, tacita ſcilicet & expreſſa intelligendo de profeſſis cuiuſcunque ſpeciei. Tacita enim profeſsio eſt promiſsio quædam quamuis facit alteri profeſſo de obſeruando quæ ſibi mandauerit ſub promiſsione, quod grandia faciet, & mirabilia in vita ſua cognoſcet futura, & multa alia his ſimilia, dummodo fidem catholicam abiiciat, & omnia eccleſiaſtica ſacramenta peſſundet, & totis eius viribus adhærebit cultui & obedientiæ ſui magiſtri & illum tanquam verum principem adorabit cultum verę adorationis ſub idolorum forma ſibi præſtando, & alia huiuſmodi turpiora pacta, & cuncta opera per ipſum facienda ſub illius nomine & deuotione conficiet. & iſta dicitur tacita profeſsio, quia non fit proprie cum dæmone, ſed cum miniſtro dæmonis, & in qua nullæ interueniunt ſolennitates extrinſecæ, quæ interuenire ſolent in expreſſa profeſsione; ſicut eſt ſolennis ſtipulatio, fides præſtita per iuramentum de obſeruantia promiſſorum, item homagium & fidelitatis

tis promissio erga dæmonem vna cum posterga- tione & omnimoda diuisione fidei christianæ, & alijs quæ in ea requiruntur, vt in cap. qui sine sal- uatore. xxvj. q. ij. & vide sum. confes. eo. titu. q. iij. & vj. vbi fit mentio de vtraq; professione & pa- cto habito cum dæmone scilicet tacito & expres-

2 so, & eo. ti. q. x. in fi. † quam submissionem ipse demon postea ratam habet, & reddit se facilem in obsequendo voluntati & appetitui illius sicut alio rum: quo facto omnia sortilegia sicut expresse pro fessi fabricare incipiunt, vt ibi nota. & notatur et per quendam Modernum theologum in quodam suo tractatu de strigi. mag. demon. mirand. lib. j. c. iiij. & l. eorum. in prin. C. eo. titu. & in c. ij. de sor- tileg. vbi dicitur de illo qui aspiciebat in astrola- bio pro inueniendis furtis, & de hac tacita profes sione videtur etiam meminisse tex. si bene conside rentur verba sua in d. c. nec mirum. §. negroman- tici. ver. ad hæc omnia, vbi post narrationem cer- torum remediorum quæ fiunt erga maleficiatum pro salute corporis, subiungit textus hæc omnia fieri arte demonum ex quadam pestifera societate

3 hominum & angelorum malorum exorta. † Al- tera vero dicitur professio expressa, et est illa quę fit expresse cũ proprio demone, & ista est duplex. vna quæ dicitur solẽnis siue publica, altera quæ dicitur priuata. Solennis enim & publica est illa quæ fit cum dæmone dum publice residet in solio maiestatis more principis, quando fiunt vniuersa- les congregationes omnium strigarum & malefi- ciorum negromantium cuiuscunque generis pro- fessorum certis nocturnis horis, locis, & tempori- bus dæmonis arbitrio constitutis vbi vniuersitas astantibus fit ista professio. Priuata vero est illa quæ fit cum ipso dæmone pacto expresso cum iu- ramento, vt infra, citra tamen solennitates & ho- minum multitudinem, vnde contra istos dicitur. Esa. xxviij. cap. dixistis, percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. & de hac fit mentio in sum. confes. eo. tit. q. iiij. in princi. & q. vj. et vij. fiunt quandoque eisdem solennitatibus, quibus fieri solent veri & solennes professiones monachorum in Christi religione dum profiten- tur regulam monasticam relinquentes mundum

4 † Illi vero faciunt contrarium, quia relinquunt primo Deum saluatorem ab negãtes illius nomen & baptismum, & postea reliqua sacramenta ec- clesie, deinde adhærent demoni eidemque perpe- tuam obedientiam spontanea voluntate promit- tunt, superaddentes etiam sacramentum & homa- gium indubitatum, adeo ꝙ penitus efficiuntur de- moni subiecti & plusquam vassalli. & ex tunc cõ- trahitur inter hominem & demonem amicitia quædam & pestifera societas ex qua multa mala & turpissima opera conficiunt, & quædam alia turpiora faciunt quæ referre nõ audeo vide illum Modernum theologum in d. tract. de strig. demon. miran. li. j. in iiij. c. vbi latius omnia ista ponit, &

5 in summa confes. eo. titu. c. iij. in prin. † Isti vero qui expressam professionem fecerunt, reddunt et expressum cultum adorationis demoni per solen- nia sacrificia quæ ipsi faciunt diabolo, imitantes in omnibus, diuinum cultum cum paramentis lu- minaribus & alijs huiusmodi ac precibus quibus- dam & orationibus quibus instructi sunt, adeo ip- sum adorant & collaudant continue sicut nos ve- rum creatorem adoramus. xxvj. q. v. contra ido- lorum. & est glos. in c. accusatus. §. sane. de hæreti. lib. vj. & in summa confes. eodem titu. quæstione. ij. & iij. & xxvj. q. vj. non obseruetis. & eadẽ cau- sa & quæstio. ij. qui sine saluatore. vbi est bonus tex. in quibus autem locis & quibus temporibus hæc faciant dicetur infra. q. seq. Et hoc procedit, quia diabolus summopere desiderat ab homine adorari & Deum ipsum creatorem in hac adora- tione imitari, quod prouenit ex illo peccato super biæ, quo ipse Sathanas voluit se facere æqualem deo, & pariter sicut ipse adorari quod peccatum adhuc ĩ se retinet, vt dicit. S. Tho. in ij. ij. q. xcv. art. v. & sanctus Augustinus in libr. x. de ciuitate Dei, cuius dicta tradita sunt. xxvj. q. v. nec mi- rum. §. auguria. versic. sed hoc quosdam fallit. &

6 versi. ad hoc. vbi dicitur ꝙ † Sathanas ad hoc val de nititur vt adoretur quasi deus & propterea illi qui interueniunt in dictis sacrificijs & expresse ipsum Sathanam adorant ipsi sunt sibi cęteris præ dilectiores nihil petunt quin exaudiantur ab eo ex his quæ ipse facere potest, & si petuntur ea quæ ipse facere non potest fingit illa facere posse, & per multas illusiones decipit suos professos, & pro ptetea dicunt quidam ꝙ sortilegia & maleficia quæ fiunt per istos sunt cæteris atrociora & gra- uiora quippe, quia diabolus summopere cupit istis complacere a quibus maius præmium recipit, & isti sunt qui solent quandoq; struere imagines ce- ræ, vel crete, seu alicuius mixturæ gummarum & similium. & dicit sanctus August. in lib. xxj. de ci- uitate Dei, hæc verba not. quod demones alliciũ- tur his rebus characteribus signis & carminibus magicorum non tanquam animal cibis, sed quasi spiritus signis, quia enim homines insignum su- biectionis eis offerunt solemnia sacrificia, & pro- strationes faciunt, gaudent summopere huiusmodi reuerentiæ signa sibi exhiberi. alliciuntur autem diuersis signis, secundum ꝙ diuersis vitijs ipsorum magis conueniunt. verba sunt sancti August. rela- ta per sanctum Thomam, in tract. qq. disp. j. par- tis in ti. de miracu. q. x. versi. respondeo. in fi. vbi

7 dicit † ꝙ demones certis temporibus obseruatis & determinatis carminibus & signis, ritibus & imaginibus consecratis vel potius execratis euo- cati adueniunt, quas imagines isti malefici por- tare solent ad loca sacrificiorum deputata quibus completis composito ingenti igne dictas imagines primo baptizant in nomine Beelzebub, principe demoniorum seu Sathanæ, & quibusdam alijs tur pioribus verbis quę referre non audeo, quibus sic peractis imagines prædictas igni adhærent & ibi petunt quę mala & infirmitates volũt in vera na- turali persona illius quem vel ꝙ ipsa representat imago inferri & quibus doloribus & tormentis cruciari, quandoque enim acubus vel alijs ferri- bus acutis perforant sibi capita costas femora pe- ctus ventrem, aut aliam corporis partem in qua cupiunt exoriri infirmitatem in personam male- ficiati de quibus imaginibus fit mentio in sum. confess.

8 confess. in tit. de sortile. q. xij. vbi dicit† ꝙ hi qui faciunt dictas imagines dicuntur astronomi & illas vocant astronomatas, quę omnia opere demonum habent effectum cuius signū euidens est, quia in eis necesse est scribi quosdam caracteres qui naturaliter intelligi non possunt & ad nihilū operantur, nisi ad opera demonum execranda, & illinc ad modicum tempus auditur persona illa cōtra quam sortilegia & maleficia prædicta facta fuerunt ꝙ grauiter dolet & lamentatur de maximo cordis viscerum ventris femoris stomachi aut capitis dolor, dicens graui quadam infirmitate repentina cruciari quam nullus medicorum cognoscere nec curare potest, & hæc est illa quam sortilegus demonis arte malefica sibi imposuit interueniēte postea sortilegio formali, vt infra dicam⁹, & ista est veritas cui nec sacri canones, nec sacrorum theologorum schola repugnat, vt in d.c. nec mirum. §. si autem quilibet opponit, circa finem. vbi ad hoc speciale quæsitum respondet sanctus Augu. & fatetur & demones possunt in sanis corporibus christianorum immittere egritudinē mediante ministerio sortilegi & malefici, sed reprehendit illos qui credunt in eis propter periculum animæ, quia qui in illis credunt recedunt a fide christiana in totum, aut dubitant siue vacillant in ea, argu. c. j. extra de hæret. & diximus supra tit.

9 j. q. ij. †Nō tamen tibi persuades ꝙ ex sola illa imaginum obseruantia tactu & cerimonijs absq; alia factura & maleficio possint huiusmodi infirmitates in dictis humanis corporibus exoriri, qa hoc esset ridiculum credere, sed fiunt postea venenorum compositiones & cōficiunt mixturas maleficij, quod præstant maleficiando, aut in corpore, aut extra corpus in corpore scilicet per pulueres venenorum commixtos in cibo, aut puto personæ maleficiendæ, aut per varias vnctiones factas in aliqua corporis parte, in qua egritudinem cupiunt exoriri, extra corpus vero fiunt, quando ipse facturæ siue maleficia sic in vnum composita absconduntur in lecto personę maleficiandę super quo iactura sit. aut sub limine ostij cameræ, vel alterius ostij super quo persona ipsa maleficianda transitura sit, illaque pedibus calcare continget, de quibus latius infra dicetur in vj. q. Et extimet expresse professi peractis sacrificijs huiusmodi sepius consueuerunt. interrogare Sathanam in forma idoli super altare existentem, vt futurorum, aut præteritorum, siue præsentium occultorum no-

10 titiam sibi demonstret.† qui Sathanas sub idolorum forma illis responsa restituit de præsentibus & futuris, valde occultis & remotis verum & certum consueuit præstare responsum ex quo ipse qui est spiritus liber, subtilis, & eleuatus nulloque premitur pondere carnis, sicut homo videt & expresse cognoscit omnia quæ fiunt & facta sunt in vniuerso orbe terrarum, quę omnia facile homini indicare potest, sed quæ futura sunt minime, quia illa solus deus nouit esse vera, prout sunt vel erunt in suo esse, quia apud ipsum vt dicunt Theologi, nulla datur tēporis determinatio præsentis præteriti vel futuri, quia omnia sunt illi præsentia in speculo diuinæ maiestatis, eo igitur excepto nulla creaturarum habet certam notitiam futurorum vt latius infra dicemus. q. x. & habetur per Esaiā xlj. cap. annuntiate nobis quę fu[illegible] erunt, & dicemus ꝙ dij estis vos, & ideo de[illegible]on qui est Dei creatura, vt habetur Gene. j. non potest cognoscere futura ex certa scientia, sed per quasdam coniecturas, vt latius infra dicetur in x. q. quotiescunq; igitur fit interrogatio de præteritis, aut pręsentis occultis, vel de his quæ fiunt in longinquis partibus redditur prompta responsio, sicut ab eo qui habet certam scientiam, vt not. in dicto capitulo nec mirum. xxvj. quæstio. quinta, & notant Canonist. in capit. secundo. de sortileg. & l. multi.

11 C. eodem titu.† quotiescunque vero quæritur notitia futurorum, tunc non venit tam prompta respōsio, sed tardior dubia & implicita, quippe quia illorum in veritate ipse est ignarus, quorum certa notitia ad solum deum spectat, & ad illum duntaxat cui deus voluit reuelare, vt habetur Isaiæ dicto xlj. cap. & dixi supra proxime, & habetur Act. apostolo. j. c. vbi dicitur. non est vestrum noscere tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate. & per sanctū Tho. in ij. ij. q. xxvj. arti. vj. & dixi infra eo. q. vj. hi vero qui tacitam habent professionem cum demone, licet ipsi quoque sua execrant maleficia demonis ministerio & suffragio et corpora saucia ab huiusmodi languoribus sanant, nihilominus non habent eandem vim & potestatem, sicut hi qui sunt expresse professi & sunt respectu illorum, vt ita dixerim tanquam fratres nouitij, aut fratres tertij ordinis respectu professorum cum ipsi tam in eorum professionibus ꝙ̄ in cultu imitantur diuinum & mores nostrę religionis secundum diuersitatē professionis & cerimoniarum. omnia tamen ad eundem effectum tendentia, vt dicit tex. in c. excommunicamus. el ij. in prin. extra de hæreti. vbi dicitur, facies quidem habentes diuersas caudas vero adin-

12 uicem colligatas &c. †Inter quas non omittam illas qui arte huiusmodi iactant se posse inuenire thesauros in locis valde remotis & subterraneis absconditos: & quandoque inducunt homines ad talem insaniam vt foueas ꝙ̄ ingentes conficiunt pro inueniendis thesauris huiusmodi, & ista videtur mihi ꝙ sit vna ex turpioribus illusionibus, quas demon homini faciat, quia in rei veritate nunquam legi, vidi, nec audiui, quenquam ex necromanticis, magicis, aut sortilegis huiusmodi aliquos vnquam inuenisse thesauros, aut alias aurum vel argentum, sed quamplures vidi huic operi incumbentes qui mirabiliter conati sunt velle experiri post multos labores & diabolicas obseruantias demum nihil viderunt, nec inuenerunt, nisi terram, & ratio est, quia deus non permittit, nec vult demonē posse thesaurizare, quia alias sequeretur ꝙ isti magici, necromantici, ac cęteri diabolice fidei professores essent cęteris christi fidelibus ditiores ac pręstantiores, & quam plures reperirentur ex ipsis christi fidelibus qui animo ditādi prosequerentur illos, nec curarent christianam ipsam postergare fidem vt magno thesauro abundarent & venerarentur ab omnibus. Quinimmo videmus hodie totum oppositum ꝙ isti sortilegi, magi,

magi, necromãtici, et similes sunt cæteris christi fidelibus pauperiores, fordidiores, & viliores, & in hoc modo deo permittente calamitosam vitã cõiter peragũt, demũ vero infelici morte pereũt, & ęterni ignis incendio cruciantur, vt in c. firmis sime. extra de hæreti. & xxvj. q. v. nec mirum, & ea quæ dęmon arguit illos decipit eadem & simi libus promissionibus ipsi nos decipere studẽt, sed non capiunt, nisi aliquos qui sunt simplicis cogni tionis, & carent intellectu & ratione, vel qui sunt nimirum crudeli & curiosi qui auiditate quadam impudenter appetunt scire ea quæ nulla ratione aut honesta causa cõpetit sibi inuestigare d.c. nec

13 mirum. §. auguria. versi. portentis. † Sed quęro nunc an astrologi, chiromãtici, & similes qui ex signis cœlestibus & astrorum cursibus futura præ dicunt incidunt in peccatum, & videtur dicendũ ꝙ sic, quia istorum notitia ad solum Deum creato rem pertinet, vt supra proxime diximus & habe tur Esaiæ xlj. c. annuntiate nobis &c. Tu dic aut isti Astrologi, & alij prænominati volunt futura ipsa prædicere ex certa scientia, & non licet eis, quia signa illa cœlestia sunt signa rerum non cau sæ rerum scilicet causæ finales, & licet inclinent naturam humanam ad aliquid faciendum, non coartant nec imponunt necessitatem alias nulla esset in nobis liberi arbitrij potestas a deo tribu ta si cogeremur cõtra voluntatem nostram pecca re. vt dicit S. Thom. in ij. ij. q. xxvj. articu. vj. & not. per Abb. in c. ij. de sortileg. aut prædicunt il la per modum demonstrationis, seu inclinationis, & bene dicunt dummodo non demonstrent neces sitatem præcisam neq; causatiuam in eo ꝙ ratio ne liberi arbitrij prudenter homo euitare potest, vt dixi & isto modo non peccat nuntiando.

14 † Iterũ quæri potest quid de chiromantia, quæ est diuinatio quædam quæ fit per lineamenta ma nus, an liceat fieri sine peccato vel sine pœna, dic ꝙ eodem modo aut quis narrat præterita quę eue nerunt illi cuius manus intuetur, & non est pecca tum, nec prohibitum, aut quis prædicit futura, & isto casu sit eadem distinctio de qua supra, aut quis vult prædicere necessitatiue & certo modo, aut inclinatiue, primo casu diuinatio ipsa sapit hære sim per ea quæ supra proxime diximus, secundo vero casu non sapit hæresim, nec meretur pœnam qui illa prædicit, quia vaticinium istius chiromã tiæ fit, vt plurimum per regulas astrologiæ, vt no. isti summistæ, maxime Ioan. lec. in summa cõ fess. eodem titu. q. ij. iij. & v. & sanctus Tho. d. distin. xcv. artic. v. Aut nos loquimur de secun da specie quæ dicitur amatoria, & hæc sortilegia fieri possunt per vtrunq; professum, scilicet taci tæ & expressæ professionis sicut illa diuinatiua,

15 † sed aduerte ꝙ hæc sortilegia & ea quæ sequun tur tertiæ speciei fieri possunt dupliciter scilicet & in corpore, & extra corpus personę malefician dæ, vt l. eorum. in prin. & l. multi. C. eo. titu. & l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. et l. iij. §. hæc adiectio. ff. ad l. Cornel. de sicar. & habetur in d.c. nec mirum. §. nullum suffragium. in versi. sed hoc quosdam fallit &c. in corpore enim fieri dicuntur per cibum vel potum regulariter. vt d. §. qui abortionis. & §. hæc adiectio. extra corpus autem hoc est extra intestina fiunt per aliquas mixturas compositas ex herbarum folijs vel ra dicibus, metallis, reptilibus terræ, auium plumis, vel membris, seu intestinis earundem auium ani malium, vel piscium, aliarumque similium rerum naturalium, illaq; quandoque consuunt in clamy de personæ maleficiandæ ad amorem, vel sub ca pite lecti super quo persona ipsa dormit abscon dunt, aut sub limine ostij cameræ, aut alterius su per quo ipse maleficiandus vir, aut mulier transi tura sit. Quidam solent apponere imaginem ce ræ, iuxta ignem ardẽtem completis sacrificijs, de quibus supra, & adhibere quasdam preces nepha rias & turpia verba, vt quemadmodum imago il la igne consumitur & liquescit, eodem modo cor mulieris amoris calore talis viri feruenter ar

16 deat &c. † In istis etiam sortilegijs ad amorẽ, vt plurimum admiscentur sacramenta ecclesia rum, sicut est hostia consecrata. vt no. glo. in c. ac cusatus. §. sane. de hæreti. lib. vj. vel nondum sa crata, sed circunscripta notis & literis sanguineis super qua dici curant, quandoq; vnam, duas, tres, quinq; pluresve missas, quibus celebratis tradunt hostiam ipsam non integram, prout est, sed in pul uerem redactam valde subtiliter personæ malefi ciãdę quam assumere faciunt in cibo, sicut in me nestra vel in potu; eodem modo faciunt cum ca lamita immixta alijs speciebus & tradita, vt su pra in cibo, vel potu personæ maleficiandæ ex quo dicunt illam esse naturæ attractiuæ, & ꝙ po terit cor & voluntatem absorbentis attrahere ad amorem personæ tradentis, sed omnes sunt nugę, & demonis fallaciæ quæ raro vel nunꝙ sortiun tur effectum stante liberi arbitrij potestate. nimi rum quid esset ꝙ mulier casta & honesta violen ter traheretur ad peccãdum & ad amandum illũ quem natura ipsa suę conditionis nõ patitur, quia nemo, vt supra proxime dixi inuitus compellitur ad peccandum, nisi qui curiose & sponte accedit ad peccatum, d.c. nec mirum. §. auguria. versi. his ergo portentis non negatur, tamen ꝙ demon astu tia & solicitudine sua non possit tam grauiter & solicite mulierem ipsam tentare & illi persuade re, adeo ꝙ incidat in peccatnm & incipiat ama

17 re virum illum quem prius nunꝙ nouerat. † Et ideo dixerunt quidam magni theologi, ꝙ si ali quis maleficiatus aut maleficiata reperitur qui deuenerit ad effectus quos tendunt maleficia prę dicta id profecto non prouenit virtute & poten tia maleficij vel sortilegij, rationibus prædictis, propter liberi arbitrij potestatem, sed deuenit vir tute diabolicæ tentationis, qui demon, vt creden tium animas facilius decipiat, ita ꝙ firmiter cre dant ꝙ illa sortilegia faciunt miracula & vera sint eorum opera, ipsemet adeo vehementer & solicite infestat mulierem ipsam tentationibus & persuasionibus die nocteq;, adeo ꝙ nunquam finit ipsum vel ipsam aliquo momento quiescere, nec in somnijs, nec in vigilia, adeo quod multo ties accedente, maxime opera, & ministerio ex trinseco sortilegi, q̃ extrinsecus cooperat̃, & lite ris amatorijs et precibus pollicitationibusq; ver

balibus,

balibus, adeo ꝙ fragilis sexus sæpe illaqueatur, & cadit in peccatum, & hoc non prouenit virtute, & potentia sortilegij, sed dæmonis tentationibus & opera hominis extrinsecus cooperantis, vt dixi, qui insectantur mulierem ipsam tanquam venatores feram, aut aucupatores auem, & necesse est ꝙ post aliquod bellum reddat se victam in manibus hostis, & cedat propter suam debilem naturam, & imbecilles vires quas habet ad resistendum diabolo, immo per quam facilis est credula, & quæ noua sunt tam bona ꝗ͂ mala libenter appetit, vt not. Genes. iij. & c. forus. de verbo. sig. nec dici potest hoc violenter fieri, sed sponte, quia mulier ipsa spõte incipit incalescere in amorem illius viri & voluntarie illum desiderat, & hoc euenit ex natura sua, & voluntate non violentia sortilegiorum. & hæc est facilior via ad flectendum pudicos animos & libidinem quam alia, & maxime si quando hæc tentatio fit, mittuntur nuntij. Epistolæ amatoriæ, & similia ad mulierem. his vel similibus modis videntur facilius flecti ꝗ͂ vi ipsius malefici. Et nota vnum valde singulare ꝙ Sathanas videns se minus potentem in hac specie sortilegiorum amatoria, in qua non potest hominem inuitum trahere ad amãdum, sicut in tertia specie, in qua etiam viro vel muliere inuita in eius corpore ægritudines intromittit, vt infra latius dicemus in specie illa, & habetur in dicto cap. nec mirum. circa finem. in ver

18 sicu. sed hoc quosdam fallit &c. † Effectus enim istius sortilegij requirit puram & liberam voluntatem, quia nemo amat inuitus: & licet isti vulgares fateri soleant se inuitos amare, & propter poculum assumptum compelli ad amandum, hoc est falsissimum si volumus intelligere de necessitate præcisa, & compellatur homo ratione & voluntate, quia hoc non permittit Deus ne tollatur liberi arbitrij potestas, quam habet homo: si tu diceres compellitur homo persuasionibus dæmonis, tunc dico ꝙ non compellitur in ratione, sed in cõcupiscentia carnis, quia fragilis est, & nisi fortiter & deliberate resistat vel fugiat incidit in laqueum vt latius infra dicam in hac. q. & hactenus nunquam vidi, nec legi potest maleficiorum ordinationibus siue potius machinationibus ab istis maleficis sacra misceri, nisi in his quæ fiunt ad

19 amorem & in hac specie. † Hoc bis aut ter habui in facto sortilegos, qui huic sortilegio siue maleficio incumbentes hostiam commiscuerãt, vnũ videlicet clericum religiosum qui hostiam ipsam sacratissimam accipiebat cuius partem ipse scelleratissimus qui cupiebat amari assumpserat dicendo quædam verba satis turpia atque nephanda, quæ hic referre non expedit, reliquam vero partem hostiæ miserat ad ipsam mulierem nõ in forma hostiæ, sed minutatim contritam aut in puluerem redactam sumendam in cibo aut potu. Iterũ habui alium qui hostiam ipsam nondum sacratã acceperat, & super illa circumcirca cum sanguine annullaris digiti nonnulla verba satis turpia descripserat, deinde ipsam hostiam super altari imposuerat hoc est super nudo lapide sacrato sub linteamine tamen altaris absconditam, & a quodam sacerdote rotundæ conscientiæ super illa quinque missas celebrari fecerat certis orationibus ad eius propositum superadditis, deinde hostiam ipsam sumpserat, quæ tamen non erat expresse consecrata cuius partem pro se assumpserat alteram vero partem personæ maleficiandæ tradiderat redactam in puluerẽ, vt proxime dixi asserentes vterque ipsorum qui hostiam ipsam assumpserat indissolubili amoris vinculo adinuicẽ colligari nihilominus nullum effectum apparen-

20 tem vidi nec percepi. † Nec sunt adhuc anni duo elapsi, ꝙ alium similem casum audiui Romæ accidisse de quadam impudica muliere in cuius cofanis repertæ fuere duæ hostię super quibus ambabus erant descrita verba quędã sanguinea &c. quas ipsa tenebat vt asseruit ad effectum tradendi cuidam alteri mulieri ad instantiam viri qui eiusdem mulieris amorem concupiscebat. Alias quoque nondum est annus elapsus, ꝙ duæ impudicæ mulieres Romæ quas vidi & audiui ab excellentissimo viro Reuerendo domino Locumtenente Reuer. D. Vicarij Papæ, qui illas captiuatas habuerat & examinauerat, quæ acceperant oleũ baptismatis quo inunxerant sibi labia dicentes hæc verba, fides abrenuntio tibi, & cum labiis illis sic inunctis deosculatæ fuerant viros quosdam causa captandi amorem ab ipsis, vt ipse asserebant nihilominus demum omne experimentum fallax & suorum excessuum cõdignas vidi luere pœnas. Aliud exemplum, a triennio & citra in eadem vrbe contigerat ꝙ quædam turpissima mulier acceperat particulam cutis illius qua infans indutus egreditur de vtero matris quamprimum venit in lucem, illamq; similiter super nudo lapide sacrato latuerat & super illa plures missas numero quinq; celebrari fecerat, cutimq; prædictam postmodum assumpserat & baptizauerat sub nomine personę maleficiandę cũ aqua baptismatis & cærimoniis consuetis, deinde eandem in puluerem redegit ad effectum tradendi personæ maleficiandæ, tamen interim capta fuit, nec perficere potuit sortileginm, sed congruas sceleris sui

21 luit pœnas. † Redeundo igitur ad propositum dico ꝙ isti sortilegi sępius requirunt remedia sacramentorum ecclesiasticorum in istis sortilegijs amatorijs videntes forsan ꝙ diaboli auxilium nõ est sibi satis putantes secundum dæmonis persuasiones, ꝙ sacramenta huiusmodi summopere commoueant animos hominum ad amandum terrena & illorum concupiscentias naturales, sed in hoc iudicio meo summopere decipiuntur putantes tantum immensum Eucharistiæ sacramentum mundanis lasciuijs & peccatis pręstare suffragiũ, quia in sacrificijs nullũ aliud est maius per quod omnia tolluntur peccata, & anima christiani per ipsum vnitur Deo, de consec. distin. ij. cum omne crimen. & c. nihil in sacrificijs. & in cle. j. de reliq. & vene. sanct. & ibi no. d. Card. & similiter cætera sacramenta, quæ ad exclusionem spiritus maligni & purificandum animam a peccatis, & ad confirmandum vnionem fidei christianę adinuenta fuerunt, prout est oleum sanctum baptismatis, chrismatis, & extremę vnctionis. j. quæstio. j.

detrahe.

detrahe.& c. firmissime.de hæreti.& de cõsecra. dist.iiij.in prin. & eadem dist.c. præsbyteri.cap. nullus ministrorum.& tetigi supra in tract.de hæreti. in ij.q.in prin.fatuum esset dicere quod istos 22 contrarius effectus operarentur. †Sed ego credo ꝙ Sathanas sub hac specie uehementer decipit istos sortilegos persuadendo illis ꝙ istorum sacramentorum abusus parit mirabiles effectus quo ad amorẽ, sed hoc ipse facit in vilipendium christianæ fidei, & vt grauius offendat diuinam maiestatem, quinimmo quandoque reperiuntur quidam sacerdotes qui sunt adeo proteruę & reprobę conscientiæ, qui audent in ipso sacrificio missæ scienter dicere nonnullas prauas orationes & nepharias preces, et maleficiandam personam nominare, & apprehensis sortilegijs super altari manibus proprijs illa immolari Deo non verentur exorantes ꝙ suscipiantur exaudiendæ preces, vt illum ad quem destinata sunt sortiantur effectum, ex quibus apparet ꝙ Sathanas adeo subtiliter operatur ꝙ ab hominibus & sacerdotibus Dei ministris apud altare sacratum cultum adorationis extorquet in maximum dedecus ecclesiæ & diuinę maiestatis offensam illos decipit, prout vidimus supra proxime de thesauro. Quidam alij capiunt cutim virgineã aut infantis de quo supra diximus, aut alterius quadrupedis nondum nati, hoc est quãdo nascitur abortiuum, quam redigunt in membranam, quam appellant chartam virginem, & tenent quandoq; in forma quadrata, quãdoque vero in forma rotunda, sicut hostia vel parum minus & super illis describunt aut scribere faciunt verba incantatiua & coniuratiua spirituũ quibus immiscent certos characteres & signa quædam extranea quibus demonum inuocatio conti- 23 netur, vt latius infra dicet qõ.viij.† qui demones magicis artibus aduocati, mediantibus istis sortilegijs characteribus & signis coacti adueniunt certis temporibus obseruatis & determinatis carminibus, ritibus & imaginibus consecratis vel potius execratis, vt dicit S. Tho.i tract.qq.j. partis. q.x.versi.nonum.in ti.de miracu.vbi etiam dicit ꝙ per ista vel similia nomina dęmones vocati coguntur venire si magus illos aduocat, & licet insint, & appareant aliqua nomina Dei, nihilominus illorũ finis, & vltimus effectus semper tendit ad istud, sed ideo illa Dei nomina apponunt, vt facilius legentes decipiantur, & credant per illorum nominum expressionem rem ipsam sanctã atque deuotam esse. Et ex istis ꝙ̃ plurimas vidi & abstuli de manibus maleficorum, & inter alia sepius vidi ista verba inserta, agios, otheos, agios ischyros, agios athanatos, hoc est Deus acharon, Deus immortalis, & clarum est ꝙ hoc nomen acharon, est nomen Sathanæ, siue Beelzebub, vt no.iiij.Regum.dum Elias diuino nomine inspiratus reprehendit Ochosiã regem qui derelicto diuino cultu deos extraneos adorabat dicens. Nunquid nõ est vobis Deus vester Deus Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub Deum Acharon. de lecto quem ascendisti non resurges &c. Quidã alij admiscẽt in ipsis sortilegijs amatorijs partem aliquam clamydis aut camisiæ filum si habere pos sunt personæ maleficiandæ, & cum illis & alijs mixturis componunt facturas suas, quidam vero capiunt auium aut brutorum intestina vel mẽbra seu alia corporis vel membri particulam, prout quidam cepere iecur vulpis, oculos lupi, aut illius caput, cor cerui, noctuæ intestina, aut bubonis, lin- 24 guam milui aut philomenæ & similium. † Nec putes ꝙ sola istarum rerum mixtura sufficiat ad causandum prędictos amoris effectus nisi adessent verba diabolica exorcizantia & sortilegi mens & intentio prædicta omnia Sathanæ vouentis & veluti sacrificia immolantis ad huiusmodi turpes effectus. quemadmodum enim per verum sacerdotem immolatur hostia quæ Deo creatori cum deuotione offertur. ita per istos maleficos & sortilegos verum diuinum cultum imitantes violantesq; hæc eorum reproba sacrificia immolantur, quibus oblatis & emissis precibus statim efficiuntur a demone consacrata, seu potius execrata. per no. in d.c.nec mirum.§.sed hoc quosdam &c. & sanctus August.in lib.x.& xxj. de ciui. Dei idem testatur vide.S.Thom.in tract.qq.dispu.q.x.versi. nonum, primæ partis in titu.de mira.& in ver. respondeo, in fine. alioqui sequeretur ꝙ quilibet alius Christianus extra illorum professionem si haberet notitiam illorum verborum posset eadem conficere sortilegia & eosdem effectus concipere; quod nõ est dicendum per ea quæ supra dicta sunt, & per ea quæ habentur in d.c.nec mirum.§.necro 25 mantici.versi. ad hæc omnia. † Tertia succedit species sortilegiorum quæ malefica dicitur, & merito, nam ex illa nullum bonum, sed omnia mala proueniunt, diuersæ egritudines ex ipsis sortilegijs in humanis aut brutorum corporibus exoriuntur, & mors quandoque succedit citius, vel tardius, secundum venenorum atrocitatem, aut lenitate:& ista similiter dupliciter fiunt, aut in corpore, aut extra corpus; sicut amatoria, excepto ꝙ fiunt diuersæ compositiones, scilicet ex diuersis speciebus & mixturis, quia in specie illa præcedente, vt plurimum interueniunt res dulces, callidæ, & amenæ humanæ naturæ placabiles coadiuuantes naturalem calorem & potentiam luxuriandi, & ideo lex appellat illa bona vel nõ mala venena, quia non sunt facta hominis necandi causa, vt l.iij.§.hæc adiectio.ff.ad l.Cor. de sica. In hac vero vltima specie quæ dicitur malefica, & propter odium vel indignationem, vt plurimũ fit ad vindictã & vltionem alicuius iniuriæ, fiunt diuersa, immo contraria sortilegia & maleficia in quibus mala venena scilicet ea quę facta sunt hominis necandi causa vt plurimum commiscentur quandoque plus, quandoque minus secundum ꝙ isti malefici grauiorem vel leuiorem quærunt inferre iacturam, & ista pocula venefica sunt cõmuniter frigida, amara & noxia, & naturæ humanæ hominumque saluti contraria vt dicit text.in l.& si excepta.& l.fi.in prin.C.eo.titu. de malefi. 26 †& ideo lex appellat ista mala venena, & non solum punitur ille qui ipsa potanda tradit, verum etiam qui illa conficit seu componitur, tenet & vendit d.l.iij.§. hæc adiectio. ex his enim variæ ac diuersæ proueniunt in humanis aut brutorum in cor-

in corporibus infirmitates & egritudines insanabiles exoriuntur scilicet febris,tussis,prisis, frenesis,dementia, dilucida interualla,intestinorum corrosio, cordis dolor intensus , vel capitis , ventris mugitus, morbus fonticus, membri debilitatio.nerui alicuius attractio , vel alia similis calamitas ex qua corpus paulatim cōsumitur,et absq; remedio medicorum tendit ad necem.Quandoque vero introducitur virilis membri languendo & debilitas renum in viro,in muliere vero vuluę arctatio,aut matricis frigiditas, & indignatio talis ex qua vir redditur omnino impotens ad generādum , mulier vero incapax & vndique reproba ad recipiendum sperma in coitu & ad concipiendum , ita ꝙ redditur inutilis pro matrimonio , & fit quandoque separatio non dico thori, sed ipsius matrimonij,& datur facultas iterum nubendi illi qui petijt dissolutionem,& ego vidi semel in facto casum huiusmodi , vbi mulier conquerebatur de viri impotentia quę ex maleficio huiusmodi prouenerat, quæ durauerat per triennium,prout iura requirunt, adhibita postea septima manu propinquorum fuit facta dissolutio matrimonij secundum quod habetur in c.j.& c.literæ.de frig.& malefi. & no.Doct.in c.fraternitatis.eo.ti.quas compositiones & mixturas isti malefici ex pluribus speciebus venenorum componunt quædam ex herbarum folijs festucis aut radicibus, piscibus,animalibus,aut reptilibus venenosis, lapidibus, atque metallis.vide S.Tho.in tract.qq.x.j. partis in ti. de miracu.vers. sextum quorum tamen quædam in liquoribus, quędam vero in pulueribus resoluta tenent,& cum ipsis sortilegia sua fabricare student. 27 †Quidam vero sunt qui sola verborū potentia hominem aut brutum interimunt aut egrotare permittunt & alia quædam miranda faciunt, vt habetur in c.igitur genus.xxvj. q.iiij.& diximus supra hac q.in princi.et tetigi infra eo.q.seq. quę omnia demonis instructione & doctrinę nouerunt & hęc sunt in veritate quę reddunt humana corpora languentia vel moribunda sæpe licet in ipsorum maleficiorum,siue facturarum resolutionibus species & materię quędam multū extraneę appareāt,prout alias vidi pluries ꝙ prædicti maleficiati postquam habuerunt remedium liberationis sępius ex pectore proijciunt aut ex ore euomunt,vel inferius per secessum emittunt acus, capillos.ferramenta,clauos,plumas , sulphur, lapides & res demum tales quas impossibile erat dictum maleficiatum potuisse comedere non solum integras, sed nec fractas vel minutatim in frustra concisas.vnde videtur quid mirandum, sed dic vt quidam dixerunt quod Sathanas ad maiorem hominum deceptionem facit apparere dictas extraneas species in resolutione facturę vt res magis miranda videatur quandoquidem inspiciuntur,& considerantur ea esse talis naturę,formæ,& qualitatis , ꝙ impossibile erat illa potuisse ingredi in corpore maleficiati per aliquam partem naturaliter,sed in rei veritate non sunt verę species naturales,& ꝙ sit verum apparet,quia illa emittuntur per vomitum vel stercus , & sic inter illas materias liquidas apparent a principio cum primum exeunt de corpore , sed si seruates materias illas biduotriduo,aut quinque dierū spacio,prout alias ego studiose seruari feci videres omnia ea liquefacta pœnitus & ipsarum formas perijsse totas ꝙ si naturalia essent profecto in sua priori siue primeua forma remanerent nec possent per aliquos liquores aut humiditates corrumpi, maxime ferrum & lapides propter eius naturalem duritiem , 28 vt manifestum est omnibus. † Quidam alij dixerunt ꝙ demones vt res miranda videatur,tunc tēporis quando maleficiatus prouocat ad vomitum, vel ad opus ventris, velocissime , & inuisibiliter afferunt ibi species illas,siue materias, de quibus supra,veras et naturales,quas aliunde acceperant & attulerant ibi.Sed nota ꝙ licet demon sui potētia naturali hoc facere posset & tam dextro modo illas inserere in vomitu vel stercore maleficiati ꝙ nullus hominum aduerteret, tamen prior opin. mihi magis placet ꝙ sint apparentes species sub illis formis non naturales, quod sit verum apparet ratione prędicta,quia communiter non durant sub illa forma , sed breui tempore resoluuntur in illis liquoribus cum quibus mixta aduenerant , prout ego pluries vidi,& manibus proprijs tetigi, quę a principio vt dixi apparebant verę & naturales & retinebant in se nescio quid duri , tamen breui tempore vt prędixi resoluuntur & pereunt. Quandoque vere istæ mulieres maleficæ siue malefici media nocte ingrediuntur thalamum personæ maleficiandæ (in quibus quomodo & qualiter ingredi possunt,maxime quando ostia & fenestræ sunt omnia clausa,& fortissimis feris & clauibus 29 cōclusa,dicetur infra eo.q.viij.) † & maleficiandum ipsum siue masculus sit,siue fœmina dormientem suis liquoribus , aquis,oleis , aut pinguedine, siue alijs similibus vnctionibus plura & diuersa venena continentibus in vngunt quandoq; fęmora,quandoque autem ventrem, aut caput, guttur , pectus vel costas, seu aliam partem corporis personæ maleficiandæ,quæ sic dormiens nihil sentit, & est tanta vis & potentia illius vnctionis ꝙ paulatim durante calore ipsius dormientis ingreditur intus carnes,& vadit ad penetralia cordis viscerū maleficiati,vnde paulopost causantur igētes dolores in corpore maleficiati,cum primū scilicet maleficium vel factura,vt dicunt,tangit intestina maleficiati, illinc succedunt maximi vlulatus & lamentationes quam crebre,& hoc vno modo sortilegia venefica fiunt in corpore,quia maleficium siue factura tangit intestina. Alio modo fiunt similiter in corpore,per cibum aut potum,quia illa eorum venena & maleficas mixturas in puluerē, vt plurimum redactas in vino vel ferculis intromiscent,& isto modo tradunt mala fercula & pestiferos potus ignaris,& his qui bona fide cum eis comedunt vel bibunt:& ideo consulo omnibus vt quam maxime pręcaueant ne comedant vel bibant cum eis qui dicuntur malefici aut cum mulieribus maleficis sed fugiant eorum vel earum conuersationem , & merito constituit Imperator ꝙ istorum conuersationem et amicitiam quanuis vetus sit vnusquisque omnino fugiat .l. nullus. C. de mal.& math. quia sunt inimici humani gene-

ris

ris & hostes communis salutis, vt dicit text. in l. & si excepta. in prin. & l. fi. C. eo. tit. semperq; student inferre aliqua mala in humanis corporibus vel in bonis & hoc faciunt demone instigante, vt semper operentur malum cōtra aliquem ex Christi fidelibus, & necesse est ꝙ hoc faciant imperante Sathana postquam illius imperio se subiecerūt & promiserunt obedientiam vt latius diximus supra ead. q. in prin. in secunda specie. †Alio modo fiunt hęc maleficia scilicet extra corpus quod est qn̄ isti malefici abscondunt in capite lecti vel in alia parte super qua maleficiandus iacere debet ipsa venefica sortilegia aut sub limine ostij camerae abscondunt eadem dummodo persona maleficianda super illis transitura sit et illa pedibus calcare contingat, quia statim facta calcatione quādo sunt in limine vel facta iacentis corporis qn̄ fiūt in lecto factura ipsa sortitur effectum, & recipiunt qnq; certa venena adeo atrocia & furibunda quibus pedibus calcatis statim perit qui illa calcauerit, quędam alia sunt quę non statim occidunt, sed spacio duorū trium vel viij. aut x. dierū plus vel minus secundum ꝙ voluerint ipsi malefici, quia sciunt illa temperare, ꝓut ex pluribus cōfessionibus reorum istius criminis accepi qui similiter fassi sunt ex quibus rebus conficiuntur & qualiter fiat illorum temperatio et quē effectū operātur singula quae hic referre non licet, sufficiat tibi scire ꝙ haec fieri possunt arte & industria demonis ex rebus naturalibus ministerio & opera sortilegi interueniente, vt fatetur S. Aug. in lib. x. de ciui. Dei. & habetur. xxvj. q. v. c. nec mirū. circa fi. & l. multi. & l. eorum. in prin. cum pluribus alijs ll. C. eo. ti. Et no. vnum quod in omnibus sortilegijs cuiuscunq; sint speciei semper interueniunt verba quaedam malefica, opus illud quodcunque sit demoni consecrantia, & eius auxilium ad id faciendum siue potius machinandū inuocantia. Cōcludo igitur in hac materia ꝙ in quolibet sortilegio tria concurrere debent persona malefica. s. professa. verba cōsecratiua, et materia consecrata. & ad illum effectum composita, excepto maleficio incantationis quod verbis tantum perficitur, vt habetur. xxvj. quaest. iiij. igitur genus. & q. v. nec mirum. & supra diximus hac ea q. in prin.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sortilegia in quibus locis & tempore fieri soleant.*

2 *Lux veritatis Christus vniuersum mundum illuminans.*

3 *Sortilegia quare potius de nocte quàm de die fiāt.*



VARTO quaero quibus locis & temporibus haec sortilegia fabricantur, & vbi ipsi sortilegi & alij similes conuenire solent. †Respondeo ꝙ vt plurimum in locis forestibus, occultis, subterraneis, & ab hominum conuersatione remotis, & peregrinis, ruinosis atque desertis, & semper de nocte fiunt, vt no. in c. episcopi. xxvj. q. v. ratio potest esse duplex. prima, quia demon post casum ex paradiso effectus fuit obscurus, & tenebrosus, vt concludunt cōiter theologi & maxime S. Tho. in trac. qq. quaestio. xvj. artic. j. & vj. in ti. de demon. consequens est ꝙ omnia opera quae ipse facit fiāt in obscuro & tenebroso loco & tempore, eo maxime ēt quia opera ipsa sunt peccata quae cōiter dicuntur nigra & opposita luci veritatis virtutis & iustitię merito conficienda sunt tempore nigro & obscuro iuxta illud cōe dictum. qui male agit odit lucem. xviij. q. ij. perniciosam. & de poenitētia dist. j. item si ante. †Lux enim veritatis est illa quae illuminat oēm hominem venientem in hunc mundum, quae est Christus, vt habetur Ioan. j. iij. v. & viij. c. 50. inter claras. in prin. C. de sum. trini. & est lux interna quae clarificat animam & intellectum hominis. de consecra. dist. iiij. in prin. Sathanas. n. virtutibus, bonis operibus, & veritati quantum potest aduersatur, ex quo ipse mēdax est & tenebrosus, vt supra diximus, nimirum si loca sordida, obscura, & tenebrosa sibi elegit ad similitudinem sui, vt not. Ioan. iij. c. & lxxxj. dist. valent interdum. †Secunda redditur ratio quare potius de nocte q̄ de die haec opera fiunt, quia si de die fierent possent videri ab aliquo. & facilius discooperirentur eorum maleficia & deuenirent ad notitiam curiae & iniustitiae, facilius caperentur punirenturq;, ne igitur tam facile detegantur & impediantur eorum opera fieri & sacrificia celebrari, faciunt de nocte in locis pr̨edictis, vt a nemine habeant impedimentum per ea quae supra dicta sunt. & no. in d. c. episcopi. xxvj. q. v. & c. nec mirum. ea. q.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sortilegi quibus rebus aut instrumentis in suorum fabricatione facinorum vtantur.*

Futurorum responsa vt plurimum sunt dubia.

2 *Sortilegia facta per homines tacitae professionis per quae fiant instrumenta.*

Instrumenta sortilegii amatorii quae sint.

3 *Sortilegia extra corpus qnibus fiāt instrumentis.*

4 *Homo absque Dei gratia diabolo tentanti resistere non potest.*

Diabolus plus timet signum crucis quam caetera omnia quae in mundo sunt.

Diabolus ante Christi aduentum duas manus habere dicebatur.

5 *Christus per passionem suam è diaboli manibus in se credentes eripuit.*

Mulier ex se pudica quandoque ad libidinem diaboli opera prouocatur.

6 *Sexus muliebris res admodum fragilis, facile decipi potest.*

Instrumenta tertiæ speciei sortilegiorum quæ venefica dicitur, quæ sint.

7 *Venena mala propriè quæ dicantur, et quæ bona.*

8 *Sortilegia quædam fiunt ex particula cadaueris hominis.*

9 *Imagines de cera fiunt quandoque à sortilegis ad maleficiendos homines.*

10 *Imagines quare in sortilegiis, fieri soleant, cum nihil operentur.*

11 *Diabolus sub diuersis instrumentis & figuris docet sortilegos diuersa committere flagitia.*



QVINTO quæro quibus rebus, 1 †mixturis & instrumentis vtūtur isti sortilegi ad hęc sua sortilegia fabricādū. Respōdeo ꝙ varijsatq; diuersis, quorū pars maior declarata fuit supra eodē.q. iij. nihilominus ad maiorem expressionem, quia materia ista non est minus cōfusa ꝙ̄ diffusa, dicam aliqua vltra ea quæ ibi dixi ideo dic ꝙ. Aut loquimur de prima specie quæ est diuinatiua, in qua quandoque versantur sortilegi qui sunt professionis expressæ, aliquando vero hi qui tacitæ sunt professionis. Primo casu dic ꝙ quotiescunque sunt in celebratione sacrificiorū omnibus fere & eisdem instrumentis vtuntur ad sacrificandum, quibus vtuntur nostri sacerdotes christianę religionis, & cum illa reuerentia cultum dæmonis sub idolorum forma celebrare solent, & offerre præces, qua & quibus veri sacerdotes christiane religionis verum diuinum cultum venerātur, vt no. Io. lec. in sum. conf. in tit. de sortileg. c. j. & ij. & no. in c. nec mirum. xxvj. q. v. & in c. contra idolorum. xxvj. q. iiij. & not. glo. in c. accusatus. §. sane. de hæreti. lib. vj. & ibi d. Archi. Geminia. & alij vbi expressa fit mentio de istis sacrificijs: In locis enim quæ supra proxime diximus quæ ipsi retinent loco tēplorū solent sępius cōstruere aras, & super eisdē ponere idola, & alias diuersas imagines, quibus in ipsis sacrificijs & precibus offerre solent thura & alios diuersos profumos, deferunt ēt tunicas quasdam loco camisi, cottæ, tunicelę, planetę, vel piuialis, & cum illis celebrant sacrificia: habentque inter ipsos quosdam qui melius cęteris sunt dispositi ad illas cærimonias exercendū, quos illis pręponunt & appellant sacerdotes, sicut apud veteres dicebantur sacerdotes Cybelis, sacerdotes Apollinis, & similes & nunc idem obseruant iudęi inter se. isti. n. sunt qui sacrificia ipsa manibus proprijs celebrant & ministrant, & maximo reuerētię cultu diabolum venerantur, ac si vere esset illorum Deus, & hoc est in quo diabolus summopere delectatur, vt adoretur. d. c. nec mirum. & per S. Tho. in sum. quęstio. xcv. arti. iij. in tit. de supersti. & hr̄ Matth. iiij. c. quibus cōpletis sacrificijs, ipsi sortilegi suas proponūt interrogationes de his qui noscere cupiūt, & ab ipsis idolis voce diabolica responsa suscipiunt de futuris, ac de pręsentibus occultis; secundum ꝙ ipsi magis scire cupiunt, licet futurorum responsa sint vt plurimum dubia, & ad plures sensus accomodanda; quoniam futurorū ipse dæmon est ignarus quatenus vellet illa prædicere ex certa scientia, prout sunt in suo esse: de quo latius di-2 cam infra q. seq. †Secundo vero casu quando ipsa sortilegia fiunt per homines qui sunt tacitæ professionis, & tunc diuersa interueniunt instrumenta, quandoque illa faciunt in aqua per hydromantiā, quandoq; in igne per pyromantiam, quādoq; in terra per geomantiam, quandoq; vero vtūtur aere, quando faciunt per aerimontiam. vt late ponit & declarat ista d. Host. in sum. de sortileg. §. ij. quandoq; faciunt illa ex inspectione intestinorū auium, animalium, aut per eorundem voces garritum occursum, & similia, vt late diximus supra eo. q. ij. & hr̄ in c. igitur genus. xxvj. q. iiij. et q. v. nec mirum. & Ioan. lec. in sum. conf. in tit. de sortile. q. ij. ver. diuinatio, alij respiciunt in astrolabio, vel ī clauicula Salomonis, vt in c. ij. extra eo. tit. Si vero loquimur de secunda specie sortilegiorū amatoria distingue. Aut ipsa sortilegia fiunt in corpore, aut fiūt extra corpus hæc. n. distinctio non conuenit priori speciei, in corpore. n. cōiter fieri solēt per cibū vel potū, vt l. iij. §. adiectio autem. ff. ad leg. Corn. de sica. & l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. & l. eorū. ī prin. & l. multi. C. de male. & matthe. & in quibus poculis & mixturis cōmestibilibus commiscentur multa quæ late diximus supra eo. q. iij. quas non 3 expedit iterato repetere vide ibi. †Si vero fiūt extra corpus, & tunc interueniunt quædam ligaturæ, quas ipsi magistri consuunt in clamide maleficiandi, aut in alia parte latenter abscondunt, sicut in lecto inter plumas vel materatia, aut sub limine ostij, vel alio loco super quo persona maleficianda trāsitura, aut iacitura sit, & vltra ea quę diximus ibi in iij. q. adde ꝙ ipsi sortilegi admiscent sæpius in istis amatorijs aquam benedictam scilicet fontis baptismatis, aut cōis amphorę existentis in ecclesia, aut oleum sanctum baptismatis, chrismatis, aut extremæ vnctionis, ramos oliuarū benedictarū; frondes palmarū: candelas benedictas; sacros agnusdeos; thura benedicta, cerei paschalis, & his similia. Quandoq; aūt capiunt aliqua ex reliquis sanctorū martyrū si habere possunt. s. particulas ossiū, capillorum, vel vestium; Alij autē capiunt frustula quędam indumentorum sacerdotaliū, aliorūq; panniculorum benedictorū quibus sacra misteria venerantur, celebranturq; sicut camisi, corporalis purificatorij, tunicellę, manipuli, amitti, stolæ candidę. lapidis sacrati, mapæ altaris, platenæ, sudarij, calicis, & similiū, & ista omnia vel eorū partem admiscere solēt in ipsis sortilegijs amatorijs, adhibitis eorū nephādissimis precibus, & diabolicis verbis ad turpes libidinis actus, tot sacramentorū & aliorum sacrorum perpetrantes abusum, Nec omittā vnū quod quidam ex his qui sunt expressę professionis deferunt quandoq; imagines quasdā ad loca sacrificiorū terra vel cera aut gummarū. seu alia quauis mixtura confectas, illasque baptizant prius nomine personę maleficiandæ sub deuotione & inuocatione

inuocatione diaboli,cũ eisdem cęrimonijs,quibus vti solent nostri sacerdotes in vero baptismate. & adijciunt quædam verba valde turpia & nephanda,quæ hic inserere non placet, ne quenquã fortasse nimis curiosum ad illorũ experientiã cõcitarem,quamuis alius extra professionẽ effectus hmõi efficere non posset,vt latius diximus supra in fi.iij.q.quibus imaginibus quandoque aperiũt pectora & ipsarũ corda ingẽti calore ignita reddunt,aut tñ detinent ꝙ liquefiunt,putantes ꝙ eodẽ modo cor hominis maleficiandi vel mulieris simili amoris ardore aduret seu mollificetur, & obediens reddatur ad votum sortilegi vel amantis;sed stulti nõ aduertunt ꝙ dęmonis fallacia vehementer decipiuntur,vt alias diximus supra in d.iij.q.si tñ postea appareat ꝙ mulier flecti videatur & amari incipiat id non prouenit virtute & potentia sortilegij,sed diabolicę tẽtationis & opera extrinseca alicuius hominis qui ipsam sollicitat & persuadet, vt diximus supra d.iij. quæstio.

4 †Pro cuius corroboratione adde ꝙ dixit S. Bonauentu. in ij.seq.dist.xxviij.nu.39. vbi dicit ꝙ tanta est vis diabolicę tentationis, ꝙ homo isti absq; diuina gratia resistere nõ põt, nõ ꝙ hominẽ pręcise cõpellat ad peccandũ propter liberi arbitrij potestatẽ & gratiã passionis dñi nostri Iesu Christi, sed tanta est quãdoq; ad malũ hominis inclinatio & voluntatis pronitas, ꝙ nisi esset aliud sustentans necesse haberet homo quandoq; motu voluntatis in malũ incidere. Diabolus.n.nihil est ꝙ magis timeat & vehemẽter abhoreat quam signum, siue figuram crucis,& memoriam passionis dñi nostri Iesu Christi,& ratio est, quia ante aduentum Christi & illius passionẽ diabolus habebat mirabilẽ potestatẽ super oẽs homines viuẽtes.habebat.n.duplicẽ manũ. vna qua dicebatur manus attrahẽs ,altera quę dicebatur manus compellens.manus.n.attrahens erat illa ptãs qua ipse sathanas trahebat ad limbũ omnes iustos & sanctos viros. Manus vero compellens erat illa potestas pręcipitandi hominẽ in malũ,vel per fallaciã,vel per violentiã, quia tũc tentabat vt Draco,tẽtabat vt Leo.oẽs.n.homines vel per fraudulentiã, vel per violentiã superabat. quæ magna ipsius potestas debilitata fuit per passionem dñi nostri Iesu Christi,per quem apparuit lumen veritatis;& interius per diuinam inspirationem; & exterius per humanam instructionem, ita ꝙ nos omnes a manibus illius liberauit. & propterea

5 diabolus tam fortiter abhorret† memoriam passionis pręd ictæ, per quã eius potentia debilitata fuit,& nobis liberi arbitrij vires,& potestas grãdius restituta est:nihilominus remansit sibi illa generalis tentandi facultas ꝙ̃ potest contra oẽs indifferenter exercere deo permittente,immo cõtra ipsummet Iesum illam experiri voluit,vt habetur Matth.iiij.c.non tamen habet nunc illã per modum violentiæ,sed persuasionis & fraudulentiæ quorum tot & tantas ipse habet,vt vix homo illis resistere possit. ista sunt verba not. S. Bonauenturæ in iij.senten.distin.xix.quæst. iij. nume. xxij.& xxiij. Redeundo nunc ad propositum dico non esse mirum si mulier pudica ex se, quandoq; flectitur ad libidinẽ,& dirigit cor suum ad amãdum illum, quem prius nullo modo cognouerat,quod solum prouenit ex illa festina & insatiabili dæmonis tentatione,quę intrinseca est,sollicitans animã accedente postea sortilegi extrinseca operatione sermonis ambasiatæ literarum amatoriarum, & alijs similibus extrinsecis sollicitationibus, quæ proprie sunt causa immediata

6 lapsus ipsius mulieris, vt incidat in laqueum.† & quia muliebris sexus fragilis est,facile decipitur. flectitur & apprehenditur vt habetur in c.forus. de verbo.signi.& no.glo.in c.j.de cland. despon. xxiij.q.vij.quod proposuisti.& q.v.c. Adam. & c.mulier.& dixi infra eo.q.vj.in fi.Sortilegia vero ipsa qualiacunq; et quotcunq; sint non sunt causa immediata flectendi pudicum animum &c.sed dicuntur causa mediata & remota propter quę dęmon magis deliberate studet illam tentare & capere in laqueum postꝙ̃ per turpem abusum illum sacramentorum in grauem offensam diuinæ maiestatis obtinuit diuinum cultum prosterni, & ipse vt Deus adorari, & hoc est quod ipse magis desiderat quam aliud,vt alias diximus supra q.pręcedenti.& latius dicam infra.in fi.huius qõ. Tertiæ speciei instrumẽta similiter plurima sunt,quorum partem vidistis supra iij.q.quibus aliqua superaddam,ideo dico ꝙ aut fiunt in corpore per cibum vel potum, aut extra corpus aliquo ex modis pdictis.primo casu nota vnum breuiter & generaliter ꝙ oĩa per sortilegia siue maleficia,venesicia,quæ fiunt in corpore,nõ fiunt absq; veneno, sed omnes illæ mixturæ compositiones & pocula sunt mixta veneno aliqua mitiori, vt minus officiat,aliqua vero atrociori,vt citius vulnerẽt vel occidant,quæ vt dixi,ex diuersis rebus conficiuntur:Quædam ex herbarum folijs, festucis,aut radicibus,quædam ex venenis serpentum, quædam ex reptilibus terræ animalibus,vel piscibus venenosis,lapidibus sulphurę gummis ære, plumbo, argento viuo,quod ipsi mercuriũ appellãt, alijsq; diuersis metallis in puluerẽ redactis,seu alio modo combustis,& sic ex rebus naturalibus illa cõponunt dæmonis instructione docente.& hęc sunt quæ in veritate diuersas inducunt ægritudines in

7 humanis corporibus. † & propterea lex vocat ista mala venena, quæ sunt facta hominis necãdi aut ægrotandi causa.l.iij.§.adiectio autem.ff.ad l. Cor.de sica. & l.si quis aliquid.§. qui abortionis. ff.de pœ.bona siue non,mala venena dicuntur ea, quæ non sunt composita ad nocendum, nec facta hominis necandi causa,vt sunt illa amatoria quę in poculis amatorijs cõiter commisceri solent d. l.iij.§.adiectio autem,& d.§.qui abortionis.et ibi Bar. Aut illa fiunt extra corpus,scilicet extra cibum,vel potum et diuersas similiter vnctionum mixturas & venenorum compositiones accipiũt quibus maleficiandorum corpora dormientium linire & perstringere solent,& quam primum ipsa vnctura ad præcordia penetrauerit quæ facile penetrat stante calore dormientis statim audiuntur gemitus,& maximi vlulatus insurgunt,quos persona maleficiata dolore quam graui sustinere nõ potest. Quidam alij sortilegia huiusmodi sub

alia forma composita consuunt latenter in chlamyde, aut abscondunt in lecto ipsius maleficiandi, seu in aliquo loco subterraneo fouea facta, aut sub limine ostij, super quo destruendus transiturus sit, & pedibus illa calcare contingat. Quidam autem capiunt residua quædam ex corpore personæ maleficiãdæ, scilicet capillos, dentes, vngues, pilos, siue setas corporis, sanguinem si habere possunt, aut particulam pelliculæ manus, vel pedum.

Alij vero capiunt particulas vestium earundẽ personarum, caligarum, solearum, siue planellarum, calciamentorum, camisiæ, disploidis, birreti, scuffiæ aut veli muliebris, cinguli siue zonæ, stringarum & similium. 8 † Quidam etiam capiunt particulam corporis alicuius cadaueris eorum, scilicet qui iam sepulti fuerunt, & vt plurimum quærunt illorum cadauera qui furca suspensi, aut alia turpi morte periere, & illorum vngues quandoque aut dentes, capillos, aures, oculos, barbam, manum, pedem, vel digitum, aut aliquod ex eorum intestinis, scilicet cor, iecur, epatem, siue pulmonem, militiam rete ventris partem, aut intestinorum pinguedinem, neruos, ossa, vel carnem, & cum istis alijs & similibus turpissima componunt sortilegia: Quidam alij capiunt particulas quasdam vestium ipsorum cadauerum cum quibus humati fuerunt, Quidam alij capiunt chordã siue capistrum viri laqueo suspensi, aut illius camisiam, & cum illis similiter quamplura mala turpissime execrantur, nec verentur nocturnis temporibus cadauera ipsa exhumare, aut ipsimet in sepulchris ipsorum intrare & hæc pluries habui in facto Romæ, & ab ipsis reis in eorum examine per plures spontaneas, confessiones accepi, quę quidem omnia fuerunt per demonstrationem ad oculum verificata. Quidam vero ceperunt auium aut ferrarum intestina, membra, ossa, plumas, vel retas, Quid de oculis aut capite vel dentibus lupi, Quid de iecore vulpis, pedibus, vel cornibus cerui, capite vel lingua milui, pedibus vel vnguibus castoris. quid de ore vel beccho aquilæ, quid de galli crista & testiculis, & alijs quam pluribus.

9 † Quidam sunt qui imagines ceræ, vel alterius mixturæ conficiunt illasque portant ad loca sacrificiorum, quibus completis, imagines ipsas sub nomine personæ maleficiandæ certis adhibitis cæremonijs baptizãt. omnia opera ipsorum cum deuotione Sathanæ offerentes; quibus sic oblatis & execratis imaginibus ignem ingẽtem apud ipsas confouent, illasque spinis, acubus, clauis, vel alijs rebus acutis, quandoque in capite, quandoque in vultu, in gutture, in renibus, pectore, femore, costibus aut ventre, vel similibus locis perforant & cruciant deprecantes continue vt verum corpus maleficiandi easdem patiatur puncturas & pęnas, & eisdem doloribus crucietur, ac si eius corpus his instrumentis vere perforari contingere, & licet sæpius persona maleficiata in eadem corporis parte similes dolores intolerabiles patiatur, nihilominus non proueniunt virtute, vel potentia dictarum imaginum, vel sacrificiorũ, sed potius ex vnctionibus. & alijs mixturis veneficis quas adhærent corpori ipsorum maleficiatorum, vt supra 10 dictum est in iij. q. Sed quęro † nunc si dictæ imagines nihil prosunt nec operantur effectum in sortilegio, quare fiunt? Respon. ꝙ licet ex istarũ imaginum immolationibus non subsequantur immediate effectus de quibus supra, tamen ex lõginquo & mediate sequuntur; quia demon inter alia desideria sua hoc maius habet, vt adoretur ab homine ad similitudinem Dei vt supra proxime dixi, sed vt promptius & facilius adorationem ipsam consequatur & augeat, docuit sortilegos suos hæc sortilegia per imagines fabricare, illasque primo & ante omnia baptizare, & cum illis preces more sacerdotali offerre, ad hoc vt cultus suæ adorationis amplificetur, & latius extendatur, & sub isto colore captandi amorem, inferendi egritudinem, inueniendi thesaurum, vel alio simili modo, decipit istos ignaros, nihilominus opus maleficij perficitur venenis, quæ sunt proprie causa immediata egritudinum: istæ vero imagines dñr causa remota & mediata propter quam demon subtilius & diligentius satagit ad instructionem venenorum & illorum exhibitionem, ita ꝙ persona maleficiata audiat quod habet in corpore, & ideo ista dicitur causa remota & mediata ad maleficiũ mixtura autem poculi aut vnctionis est causa immediata, vt no. in c. nec mirum. xxvj. q. v. 11 † Ex quibus vides ꝙ Sathanas sub diuersis signis, instrumentis, mixturis, compositionibus, ligaturis, chareteribus atque figuris instruit sortilegos ad conficiendum diuersa maleficia, secundum diuersas hominum opiniones, quas prosequi intendunt, & vt facilius demon simplicis credentium animos fallacijs suis apprehendat sæpius sortilegia ipsa sub aliquo tegmine sanctitatis abscondit, aut culte veræ deuotionis obumbrat, vt res videatur honesta & sanctitatis deuotione foueri, et ideo istę mulierculæ, vel similes in dissolutione dictorum sortilegorum semper quasi iubent dicere angelicam salutationem siue dominicam orationem hoc est Aue mariam, vel Pater nostrum, ad deuotionem alicuius sancti Apostoli, vel Martyris seu sanctarũ virginum: Ad deuotionẽ vero Dei & beatæ passionis seu virginis Marię nunq̃. nec reperies etiã ꝙ faciãt vnquam dicere symbolum fidei, scilicet credo in vnum Deum &c. & hoc est quod diabolus vehementer abhorret, vt alias diximus supra ea. qõ. quia per illud fidei christianæ obseruantia & dæmonis exclusio demonstratur, ipsæ vero mulieres aut viri remedia hmõi vt plurimum faciunt instructione et suffragio diaboli, & ideo dñr superstitiosa & reproba, vt latius dicemus infra in seq. q. vbi plenius examinabimus istũ articulum an et quando liceat maleficiatum, contrario maleficio liberare, & quomodo, & qualiter cognoscatur, an remedia ista sint superstitiosa & reproba, vel non; & casu quo sint dannata, qua pœna puniatur qui illa scienter exercet ibi dicetur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Effectus sortilegiorum qualiter causari possint in corporibus humanis mediantibus rebus siue mixtis siue simplicibus.*

Diabolus

1 EXTO quęro † quõ põt esse ꝙ ex præmisis rebus simplicibus aut mixtis effectus sortilegiorum hmõi & tot accidentia in humanis corporibus ita fortiter causentur seu ẽt tollant̃ aut futurorũ occultorum vt reuelationes tã clare succedere possunt. nã quibusdã ridiculũ potius ꝙ̃ credibile esse videbat̃ ꝙ ex tactu vnius imaginis cerę, cretæ aut alterius mixturæ si tãgatur in aliqua parte sui corporis per maleficũ, in eadem parte corporis personæ maleficiandæ statim exoriatur infirmitas & causentur dolores intensi aut amoris cupiditas, & vehemẽs libido pręparet incendia cordi, & sic de singulis alijs sortilegiorũ speciebus. hæc. n. vñr esse satis remota a credulitate recti iudicij, & tñ in rei veritate effectus & accidentia hmõi negari non põt ꝙ veniunt atque recedunt opera & ministerio dictorum sortilegorum. Et ideo ꝓ faciliori solutione istius dubij. Videndum est primo de virtute & potentia dæmonis quæ & qualis sit, & quam potestatem habet super homine, qua cognita facilis reddetur solutio istius dubij.
2 †Sciẽdum est. n. ꝙ Angelus sathanæ qui est proprie diabolus mirabilẽ habet virtutẽ & potestatẽ cognitiuã circa naturalia & secreta naturæ. plus. n. de his ipse solus est instructus & bene informatus, quã omnes homines de mũdo simul. ita dicunt Theologi, & maxime S. Tho. in trac. qq. q. xvj. arti. vj. in titu. de demon. & S. Aug. lib. x. de ciui. Dei & habetur in c. nec mirũ. xxvj. q. v. ex quo. n. ipse Angelus est substãtia spũalis. & pura intelligẽtia habet oẽs virtutes intellectiuas et oĩa secreta naturę, quę naturaliter spectant ad angelũ siue bonũ siue malũ, de quibus latius per eundẽ Tho. in d. li. qq. q. xvj. art. j. ij. & vj. & ꝑ totũ de dęmoni. & q. vj. arti. iiij. & vj. in tit. de mira. Deus. n. dũ a principio creauit naturã angelicã in paradiso, eandẽ virtutẽ & ptãtem dedit angelo sathanę quã dedit angelo lucis, quia a principio oẽs lucidos & præclaros creauit. ita dicunt omnes Theologi, & hr̃ Eze. xxviij. c. dum loquitur diabolo figuratiue in personã regis Tyri dicens. Tu signaculũ similitudinis, †plenus sapiẽtia, & perfectus decore, in delitijs paradisi Dei fuisti, omnis lapis preciosus operimẽtũ tuũ, sardius, topazius &cæt. tu cherubim extentus & prote-
3

gens,posui te in monte sancto Dei,in medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in vijs tuis a die conditionis tuæ,donec inuenta est iniquitas in te. Peccasti & eieci te de mõte sancto Dei,& perdi te,o cherubin,hæc dicit Dñs Deus. habetur et de hoc de conse.dist.j.hi duo.& not.xxvj. quæst. v.nec mirum.§.sed hoc quosdã &c.vbi S. Augu. loquens de acutissima intelligentia diaboli dicit,quanto magis põt diabolus cognoscere ægritudinem esse mortalem,vel non, si hæc eadem cognoscit homo per quasdam coniecturas & signa, multo magis illa cognoscit diabolus quem angelica potestate sublimem prophetica oracula fuisse testantur. idem dicit Tho. d. q. xvj. de demon. Quam primum igitur Sathanas qui tunc propter illius summam pulchritudinem & splendorẽ Lucifer vocabatur incidit in peccatũ superbiæ contra suum creatorem,volens se facere æqualẽ deo, credens posse exercere vires suas in cœlo,& alijs prædominari,præter & contra Dei voluntatem, statim ipse cum sequacibus suis de cœlo expulsus fuit,& pro sua ęterna habitatione statutus fuit infernus locus teterrimus, & tenebrosus,& propterea perdidit omnem beatitudinem, sedem cœlestem,diuinæque maiestatis speculationem, & lux cœlestis cãdoris cõuersa fuit in tenebris.

4 †Hinc quæri posset an intellectus diaboli post peccatũ fuerit obtenebratus, ita ꝙ non habeat lucem illã intellectus cognitiuam ita subtilem & claram sicut prius habebat,de quo vide S. Thom. in d. q. xvj.arti.vj. de demon.vbi concludit in effectu ꝙ Diabolus peccando proprietatem naturæ suæ angelicæ non amisit,sed naturalia in eis adhuc integra remanẽt & splendidissima.idem sentit Dyo. in lib.de diui.no.c.iiij.& not. in d. c. nec mirum xxvj.q.d.§.sed hoc quosdam fallit &c. Quo ad ea vero quæ sint diuinæ cognitionis, prout est scientia futurorum ex certa ratione secreta cordis hominum & similia, ista enim omnis intellectus angelicus etiam angeli boni est incapax ex se ad cognoscendum & comprehẽdendum,& propterea indiget quodam superiori lumine illustrari ad ipsa cognoscenda, quod lumen est diuinæ gratiæ & ad hoc non perueniunt nisi angeli boni per gratiam. angelus autem sathanæ est indignus & incapax istius gratiæ propter peccatum,de con se.distin.j.hi duo.& ideo non potest veraciter futura prædicere. In his vero quæ naturalia sunt, vterque angelus habet mirabilem virtutem & potestatem cognitiuam longe supra humanum intellectum,adeo ꝙ ea quæ sunt hominis scientię quodammodo impossibilia,ipse Diabolus videt omnia & expresse cognoscit,quippe quia ipse est spiritus liber & eleuatus,& dicitur substantia spiritualis & incorporea.ita appellatur ab omnibus Theologis nulloq; p̃mitur põdere carnis seu alia corporea ponderositate,ex quibus possit eius velocitas intellectus quoquo modo offuscari aut impediri quo minus videat & expresse cognoscat omnia quæ conueniunt naturæ angelicæ vt supra dixi.

5 †Et ideo aut nos loquimur de scientia prę teritorum aut præsentium occultorũ quæ homini sunt ignota penitus,et istorum ipse est optimus interpres & cognitor, ita dicit S.Tho. in d. quæst. xvj.arti.vj.& S.Augu. in lib. x. de ciui. Dei. & not.in c. nec mirum.xxvj.q.v. Hinc est ꝙ Diabolus cognoscit atque videt omnia furta etiam latentissima,& eorum fures,& alia huiusmodi crimina licet occultissima sint, vt sunt coniurationes tractatus,incendia,assassinia, homicidia occulta,falsitates,sacrilegia,stupra,adulteria,& his similia, non solum quæ fiunt inter præsentes verum etiam & inter absentes, & in partibus multum longinquis atque remotis, ex quo ipse omnibus his ictu oculi præsentialiter adesse potest, & de illis notitiam haud dubiam nobis exhibere potest,vt patebit infra in eadem quæstio. in quibusdam exemplis,exceptis tamen hominum cogitationibus in mente retentis quæ licet sint de præsenti,tamen Diabolus illa ignorat, maxime quãdo nondum fuerunt deductæ ad cognitionem alterius per aliquẽ actum extrinsecũ aut signũ. istorũ enim solus Deus est cognitor, & verus interpres, vt habetur Matthęi.xxij.c.& Marc.xij. & dicemus infra eo.q.x. Futurorum quoque diabolus est incapax,sed si deuenerit ad cognitionem quandã coniecturalem,& demonstratiuam siue inclinatiuam,quia hanc habet ex consideratione corporũ cœlestium & motus astrorum sicut astrologus,sed ista dicitur dubia & incerta notitia. quia potest abesse a veritate vt not.in c.episcopi.xxvj. q. v. c.fortes.c.auguria eadem causa.q.iiij.

6 †Et ideo dicit S.Tho.d.q.xvj.articu.vij. quod futurorum duplex est cognitio vno modo cognoscuntur futura quantum est in se ipsis & natura sui & hæc cognitio pertinet ad solum Deum, nulla.n. creatura habet istam facultatem nisi ex diuina gratia specialiter fuerit sibi reuelatũ,sicut fuit sanctis Prophetis:& ideo bene dixit. Esaie.xlj.cap. annuntiã te nobis quæ ventura sunt & dicemus quia dij estis vos. Alio modo cognosci possunt futura in suis causis, scilicet quantum ad causas suas actiuas,vel secundum potentiam causarum.& hęc est illa cognitio coniecturalis & demonstratiua de qua supra proxime dixi.& de hac Diabolus participare potest,quippe quia ipse cognoscit principia rerum, & est illi magis nota virtus causarũ naturalium quam hominibus, nam per scientiam astrologiæ,vel per alia signa & coniecturas facilius & certius cognoscit diabolus futura q̃ homo,quia subtilius cognoscit causas ipsarum rerũ naturales,& quæ antecedunt rem ipsam essentialiter, quæ nos vocamus indicia & signa rerum; quia sunt principia quædam futurarum rerũ quæ præcedunt operationes naturales postmodum successuras,siue euentus rerum futurarum: & per ista fuit inuenta pronosticatio per astrologiam quæ fit iuxta demonstrationes & indicia astrorum & corporum cœlestium, is igitur qui per scientiã & notitiam ipsam futura coniecturaliter & inclinatiue prædicere quærit non peccat, si dixerit ꝙ sic astra minantur siue demonstrant; sed dicendo affirmatiue & certitudinaliter prout res sunt,vel erunt in esse suo peccat grauiter vide Abba. & alios Cano.in cap.ij.extra eod.titu. & ideo diabolus vt videatur habere maiorem potestatem

et se esse æqualem Deo, non veretur futurorũ quo-rũcunq; velle clare certam notitiam necessariam demonstrare, & rem futurã quæ adhuc non est in rerum natura certo modo futurã prout erit in suo esse demonstrare qñ venerit in lucem & erit certa in rerum natura, sed in hoc mendax est & decipit hominem, quia istius notitiæ ipse diabolus est omnino incapax, vt concludit S. Tho. in d. qõ. xvj. arti. vij. de demon. & hoc idem cæteri Theologi concludunt & tenent.

7 † Et propterea ipse diabolus, vt facilius hominem decipiat, quotiescũque contingit de ipsis futuris interrogari, semper respondere solet verbis implicitis dubijs & incertis quæ ad vtrumque sensum accomodari possunt affirmatiuum, scilicet & negatiuum, vt patet exẽplo vaticinij strenuissimi Ducis armorum domini Brachij senioris Perusini qui paulo antequam cũ hostibus concurreret & bellũ iniret consuluit demonem quendam quem astrictum tenebat, nunquid futuri belli victoriam, vel suam aut suorum stragem reportaret, & an ipse incolumis euaderet, vel periret, cui responsum dedit per ista verba, videlicet ibis redibis non morieris in bello; & aliud quod græcis prænuntiasse legitur, videlicet dico te Aiacidem Enonẽ vincere posse, quæ verba media sunt adeo cõposita quæ adaptari possunt ad vtrunq; sensum affirmatiuum, scilicet & negatiuum, hoc est victoriæ & succumbentiæ siue mortis, & hoc modo decipere solet simplices credẽtium animos & quoties rei euentus pter aut cõtra spem cõsulentis succedit, tunc diabolus se optime saluat in contraria opinione redarguendo ipsum consulentem de ignorãtia sua, aut mala intelligentia verborũ suorum, aut contraria interpretatione. Et quia diximus supra ꝙ diabolus habet notitiam oĩum preteritorum & præsentiũ quę iam facta sunt, vel fiunt tam inter pręsentes quam inter absentes licet nobis occultissima sint.

8 † Subdam exemplũ clarũ diebus nostris exortum in ciuitate Perusina vt referri audiui a quodam religiosissimo viro & honesto sacerdote maturæ ætatis qui retulit mihi cognouisse quendam presbyterum Iacobum Perusinum qui magicę artis erat multum eruditus, & sæpius experiebatur prędictam, quadam die dum ipse presbyter Iacobus celebraret missam in ecclesia Cathedrali sancti Laurentij illius ciuitatis, dum esset circa medium missæ veteretq; faciem ad populum, ad dicẽdum verba illa quę dici solent parum ante consecrationem Eucharistię, videlicet, Orate fratres &c. loco illorum verborũ dixit. orate pro castris ecclesiæ quia laborant in extremis. & illo tunc eodemq; momento Dux militum ecclesiæ vna cum toto exercitu ab hostibus cum quibus paulo ante concurrerant succũbebant & exercitus ipse ruebat et scindebatur in diuersis partibus & nihilominus distabant exercitus huiusmodi ab vrbe Perusina spatio quinquaginta miliariorum, vel circa adeo ꝙ impossibile erat ꝙ per hominem ẽt currendo staffettam, siue per postas potuisset tãcito tale factum nuntiari. Deinde interrogatus presbyter ille ab aliquibus ex circunstatibus qui præconium ipsum audierant, quidnam sonarent verba illa & ad quem effectum in illo ministerio missæ loco solitorum verborum orate &c. promulgata fuissent, qui presbyter respondit ex tempore ꝙ ita dixerat, quia verum est ꝙ illo tunc milites & exercitus ecclesiæ qui cum hostibus concurrerant succumbebant atq; peribant, & quia auxilio indigebãt ipse sacerdos orabat et intercedebat ꝓ illis, interrogatus quis dixerat, vel reuelauerat sibi ꝙ milites & exercitus ipsi tunc succumberent; qui respondit ꝙ spiritu sancto sibi tunc eadem reuelante populo manifestauerat, & cum ista respõsione illos quietos dimisit,

9 † nihilominus in rei veritate diabolus fuit qui illa dicto presbytero manifestauerat, de quibus sępius interrogabat, cum de ipsis militibus & exercitu concursu atq; victoria, & habita reuelatione a diabolo illam populo manifestauerat eo modo quo supra. & licet ea quæ in castris ipsis tunc contingerant propter loci distantiam impossibile esset ꝙ tam cito hominibus ipsis innotescerent, tamen diabolus qui est spiritus liber, & incorporeus potuit illa videre & præsentialiter interuenire, & ictu oculi se transferre Perusium, & ea omnia dicto presbytero auido illa scire manifestare & aperire totam seriem facti sub breui verborum compendio, & ipse populo, prout fecit, aperuit, ex quibus apparet ꝙ dæmon habet notitiam omnium præsentiũ & præteritorum tam eorum quæ fiunt inter præsentes quam eorum quæ fiunt inter absentes quæcunque sit absentia longa vel breuis. Aut nos loquimur de notitia rerum naturalium creatarũ ab ipso deo siue natura aut hominum operationes & circa ista similiter habet mirabilem virtutem cognitiuam, quia omnia quæ a deo creata sunt immundo ipse cognoscit vna cum viribus & virtutibus suis, ipse enim nota habet omnium herbarum nomina & vires suas quas habent in folijs festucis, atque radicibus, item omnia animalia terrestria, & eorum naturas & qualitates, omnes aues & volatilia cœli, item omnes pisces & animalia aquatilia omnium metallorum sulphurisq; vires omnium lignorum lapidumque & eorũ virtutes & potentias naturales habet in promptu.

10 † Et breuiter dicas ꝙ circa ista naturalia & secreta naturæ in ipso dæmone nulla cadit obliuio nec ignorantia, quia cuncta notissima tenet ante oculos. ita dicit S. Tho. in d. trac. qq. qõ. xvj. ar. vj. in ver. respondeo & quia peccando &c. &. §. ad primum ver. ad vij. de dæmon. Idem concludit ille Prierias in d. suo tract. &c. lib. j. c. xiij. & lib. ij. c. vij. vbi recitat ꝙ dæmon quicunque etiã minimus nouit omnia cum suis viribus et proprietatibus. Primo enim nouit omnia elementa.

Secundo omnia metalla. Tertio omnes lapides. Quarto omnes herbas. Quinto oẽs plantas. Sexto omnia reptilia terre. Septimo omnes aues. Octauo omnes pisces. Nono omnes orbes & motus cœlorum. Decimo omnes & singulas stellas figuras & signa cœlestia ac eorum influxus & omnium prædictorum virtutes & potentias naturales ex quibus infinita quodammodo sumuntur venena quorum quædam sunt ad nocendum occidendumque, quædam vero orta sunt

ad sanandum quæ dicuntur bona venena ex quo natura illa procreauit ad medelā l.iij.§. adiectio aūt.ff.ad l.Corne.de sica. Cum itaque diabolus habeat nota omnium supradictorum nomina vires, virtutes atque potētias naturales, sicut melior medicus quam reperiri possit in vniuerso orbe terrarum, & propterea dicunt† Theologi ꝙ iste diabolus est optimus Philosophus, theologus, arithmeticus, matematicus, dialecticus, logicus, grammaticus, musicus, & medicus excellentissimus qui modica experientia quoscunque viros et excellentissimos & practicos dictarum artium et peritiæ mirabiliter superaret. & ideo ex eorum siue earum mixturis ipse diabolus facit, vel facere instruit suos & sortilegos quomodo & qualiter agere debeant vt componant venena illa ad formandum sortilegium siue facturam & diuersas inducere ægritudines in humanis corporibus. Quorum venenorum & maleficiorum. Quædā componunt ex herbarum folijs festucis aut radicibus quę sunt mirabilis virtutis & potentię, & quędam sunt quę non oriuntur in partibus nostris sed illas affert dęmon ex Egypto aut partibus orientalibus, seu alijs, vbi nascuntur & habēt meliores vires vt alias a quibusdā magicis per me examinatis referri audiui. Quędam vero ex lignis. Quędam ex lapidibus. Quędam ex metallis, scilicet ex plumbo, ęre, stanno, argento viuo quod appellant mercurium. Quędam ex reptilibus terrę venenosis. Quędam ex proprio serpentum veneno. Quędam ex auium aut animalium, siue piscium venenosorum membris, vel intestinis, quę habent diuersas proprietates a natura, in quibus insunt diuersa venena & virtutes, seu potentię naturales, quę diuersas operationes inducunt. vide.S. Augu.lib.iiij.q.xxiij. de ciui. Dei.& sanct. Tho.in d.trac.qq.q.vj.arti.x.in ti. de mirac.et Prier.in suo trac.de strig.mag.lib.ij. c.vij. † Quędam enim redigunt in puluerem, & hęc vtplurimum miscentur in ferculis, vel potu ex quibus fiunt diuersa pocula, de quibus dicemus infra eod.quęstio.xj.quędam vero redigunt in pinguedinem, cum quibus faciunt diuersas vnctiones, nec verentur quandoque in ipsis pulueribus siue mixturis commiscere pinguedinem siue axungiam quam sumunt ex proprio corpore christiani, aut infantis defunctis sine baptismo & hanc ipsi appellant pinguedinem pagani, quam dicunt habere mirabilem virtutem, & cum ipsis & dictis pulueribus alijsque rebus adiunctis diuersas componunt vnctiones maleficas ex quarum tactu aut aliorum cibo, vel potu in humanis aut brutorum corporibus infinitæ causantur egritudines et morbi intrinseci, quandoq; ex his prouenit lucis priuatio, quandoque vero membri debilitatio, neruorum attractio, dolor capitis, dentium, pectoris, stomachi, vētris, cordis, & iste sepius ceteris euenit: quandoq; renum dolor intensiuus aut alterius mēbri & partis corporis. Quandoq; vero prouenit febris, tussis, & demētia, ptisis, hydropisis, aut aliqua tumefacio carnis in corpore siue apostema extrinsecus apparens, quandoque vero intrinsece apud intestina aliquod apostema fit adeo terribile & incurabile ꝙ nulla ars medicorum id sanare & remouere potest nisi accedat alius maleficus siue sortilegus qui contrarijs medelis & remedijs egritudinem ipsam maleficam tollat quam facile & breui tēpore remouere potest, cæteri vero medici qui artem ipsius medicinę profitentur nihil valent & nesciunt afferre remedium, & hoc est quod dixit sanctus Augusti.in lib.x.de ciui.Dei. & no.in c.nec mirum.§.ad hæc autem.xxvj.q.v. vbi dicitur quod ista remedia quæ fiunt ad tollendum istas maleficas egritudines nulla ars cōmendat medicorum. & ideo sunt valde prohibita de iure canoni.& ecclesia multū reprobat illa.xxvj. quef.vij.admoneant, & latius dicemus infra ea.q. loco suo. Si igitur remedia huiusmodi non adsint corpus ipsum maleficiatum paulatim consumitur vsque quo deuenit ad extremum vitæ, quandoque vero velocius occidunt quādo volunt inferre mortem absque remedio adhibent venena atrociora quæ vitam ipsam citius perimunt. † Quædam et faciunt vt inducant abortiuum pręgnantis mulieris & hæc dicuntur pocula abortionis, de quibus habetur in l.si quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœ.& l.iij.§.adiectio autem.ff. ad legem Cornel. de sica.l.diuus.ff.de extraordi.crimi. vbi est glo. no.l.Cicero.& l.prægnantem.ff.de pœ. de quibus diffusius dicemus infra eo.titu.q.xiij. Quandoq; vero inducitur desiccatio latis in nutrice. Quædā fiunt ad desiccandum totum lac vnius gregis, vel fecūdi armenti vaccarum, adeo ꝙ nihil casei penitus reddant, quamuis antea in maxima abundātia reddidissent, & similiter abortiones totius gregis, vel armenti inducere possunt, prout alias vidi & habui in facto Romæ, ꝙ duę maleficę mulieres cum istis maleficijs perire fecerant abortādo multos pecudum fætus & latem matrum desiccauerāt penitus. Quidam vero cum eisdem compositionibus & venenis impediunt in masculo vel fœmina virtutē generatiuā emittendi sperma. Quandoq; vero in masculo membri languedinē & omnimodam impotentiam coeundi, in muliere vero vuluę arctationem siue matricis indignationem talē quę summopere abhorret concubitū & viri accessum ad coeundum, & pati non potest aliquo modo copulam carnis. vnde euenit † quandoq; ꝙ durante huiusmodi maleficio et impedimēto ecclesia mandat matrimoniū ipsum separari & impartiri licētiam alteri coniugum qui, vel quæ non patitur impedimentū ad alias nuptias cōuolare, sed hoc procedit qn̄ impedimētū ipsum durauit triēnio, deinde alter, vel vterq; coniugū fatetur impotentiam suā tūc adhibita septima manu ꝓpinquorū aut vicinorū fit separatio ipsius matrimonij ꝑ ecclesiā, vt habetur in c.j.& c.fin.de frigi.& malefi.& ibi Pa.et ideo dixit Hostiē.in sūma eo.ti.de sorti.§.si i fi.ꝙ isto casu ecclesia credit sortilegijs et illorū effectibus de quibus habetur.xxxiij.q.j.si per sortiarias.& pro clariori huius rei intelligentia exēplum facti exhibeo. In agro Sabienēsi in quo hęc maleficarū secta plurimū inualuit, & de præsenti quoq; magna ipsarum copia reperitur.† Quidam vir egregius literatus & illesæ conditionis & famæ qui in vno ex oppidis illis ortū habuit, licet

modo

modo sit senex quadam die a quinquennio citra mihi retulit ꝙ ipse dum erat in flore iuuentutis suæ tempore quo sponsum duxit ad matrimonium consumandum opera & ingenio cuiusdã maleficę mulieris, quam mihi nomine proprio declarauit maleficiatus fuit, & adeo fortiter apprehẽsus fuerat dicto maleficio, ꝙ cum vxore ea nocte & postea per multos dies nullum penitus debitum reddere potuit, ex quo habebat maximam verecundiam, & nunꝙ cessabat admirari, considerans ꝙ prius erat per ꝙ̃ validus in simili actu carnalis copulæ, ex quo maximam solitus erat habere delectationem, tunc vero contra adeo ꝙ sua misera vxor eiusq; parentes reclamare ceperunt, primo priuatim putantes postmodum durante impedimẽto deuenire ad matrimonij separationem, adeo ꝙ iste sponsus pro dolore & verecundia quasi demens & desperatus euaserat, & multos ac multos medicos conuocauit vt liberaretur ab ipsa infirmitate & impedimento, & nihil ponderant sibi, demum quidam senex ipsum cõsuluit vt mitteret in quibusdam montibus altis pro quodam magno & solemni magistro qui vocabatur magister magnæ experientiæ, qui in veritate erat solẽnis magus & maleficus, qui ꝙ̃ primum vidit ipsum spõsum cognouit illius infirmitatem & breui tẽpore illum liberare spopondit vna nocte tm̃, & iussit ꝙ dormiet illa nocte cũ vxore, & prius exhibuit

16 quoddam poculum dum volebat ire dormitũ † & præmonuit ipsum eiusq; vxorẽ ne illa nocte munirent se signo crucis neq; timerent aliquo pacto si aliquid ea nocte viderent, vel audirent, quia nõ poterant sibi nocere; qui maleficiatus cupiẽs multum ab ipso maleficio liberari, omnia ad vnguẽ seruauit, quinta autẽ noctis hora, vel circa cepit audire maximos tonitus, pluuias tempestuosas & fulgura ꝙ̃ maxima, deinde terremotus adeo terribiles ꝙ tota domus quassabatur a ventis terremotus velut arbor quæ quassaretur a ventis, deinde audiuit voce humana quosdam magnos vlulatus & clamores. & auertẽs oculos vidit in eius camera plus ꝙ̃ mille vt apparebat adinuicem certantes, & vnguibus, pugnis & calcibus crudeliter pugnantes & lacerantes alterius facies & vestimẽta tota, inter quos vidit mulierem quandam quæ erat alterius oppidi vicini & dicebatur ꝙ erat malefica de qua ipse sponsus multum suspicabatur ne ab ea pollutus fuisset; quæ vltra oẽs maioribus gemitibus & vlulatibus cruciabatur, & crines faciemq; suam totam vnguibus lacerauerat, propter quæ ipse maleficiatus dixit ꝙ aliquantulum pertimuit a principio dubitans ne quid mali sibi accideret, deinde recordatus de monitionibus magistri reassumpsit vires, vxorem vero semper tenuit sub pannis abscõditam ne ista videret, postꝙ̃ vero ita certauerant per mediam horã, vel circa, ingressus fuit magister in camera prędicta, & erat tunc circa mediã noctem, ad cuius ingressum omnes illi pugnantes vna cum muliere ipsa statim disparuerunt & abierunt penitus. ipse autem magister accessit ad ipsum maleficiatum & illius humeros tetigit manu perfricando aliquantulum dicendo ꝙ nõ dubitaret amplius quia iam liberatus erat; & illinc discessit, post cuius recessum dictus maleficiatus sentit paulatim calorẽ quendam in renibus & lumbis, ita ꝙ membrum virile cepit erigere vultum et subito salijt & ipse apprehensa vxore reddidit debitum satis pingue cum maxima dulcedine & delectatione, & deinde prosecutus fuit vsque ad senectutem & suscepit optimam prolem vtriusque sexus, & ego quosdam ex suis filijs cognoui & allocutus fui cũ eius vxore tunc vetula quæ omnia prædicta ingenue fassa est, dicens ꝙ nunꝙ̃ diebus suis grauiori fuit pulsata timore ꝙ̃ nocte illa de qua supra. Alia etiam plura exempla de hoc referri possent quæ causa breuitatis omitto. vide illum Prier. in d. suo trac. de strigima. demon. &c. lib. ij. c. ij. vbi in iij. puncto. refert exemplum cuiusdam ditissimi Comitis dioc. argentin. qui huiusmodi maleficio steterat biennio impeditus ꝙ nunꝙ̃ potuit vxoris comitisse virginitatem deflorare quæ pulcherrima

17 rima erat, vide ipsum. † Post hæc quæro an isti malefici & magi possint eorum arte & demonis suffragio inducere pluuias, grandines, & fulgura, aut magna tonitrua & etiam an possit quando illa venerint remouere & facere vt cessent, & videretur dicendum ꝙ non quia ea quæ de cœlo veniunt & ad nos descendunt diuina dispositione proueniunt a corporibus cœlestibus, vel ab aere mediante ordine quodam naturali dictorum corporum et illorum coniunctionum secundum ꝙ clare demonstrant astrologi, tamen dicas ꝙ isti possunt demonis industria inducere hymbres grandines & fulgura, & alia de quibus supra & econuerso ea sic irruentia remouere & ratio est, quia demones possunt elementa concutere & inducere ventos, pluuias, fulgura, & grandines inducere & hoc est quod dicit text. in l. multi. C. de malefi. & math. l. eorum, in fin. eod. titul. in dicta l. multi. dicitur ꝙ multi sunt qui magicis artibus manibus accincti elementa concutiunt &c. per quæ omnia supradicta proueniunt in dicta l. eorum dicitur ipsi malefici possunt tempestates ipsas remouere & id operari ne segetibus aut terræ nascentibus officiant, & propterea iura ciuilia nolunt ꝙ isto casu maleficus siue malefica puniatur quando illorum effectus tendunt ad bonum & vtilitatem: istarum enim maleficiarum vna componit maleficiũ altera tollit, vna instruit, altera destruit, vna polluit, altera sanat, vna impedit, altera soluit impedimentum, & sic vna illudit alteram, diabolus vero vtraque & vt plurimum ea quæ destruit maleficium indicat alteram maleficam siue maleficium qui vel quæ maleficium fecerat non tamen verbis expressis sed quibusdam signis, & coniecturis ex quibus facile comprehenditur qui fuerit, & hoc prouenit astutia & fallacia demonis qui delectatur in fraudibus & scandalis hominũ vt dicunt Theologi in locis supra no. & habetur in cap. episcopi. & c. ne mirum. xxvj. quæst. v.

18 † Cum itaque egritudines, mortes & accidentia, de quibus supra, proueniunt ex prædictis mixturis & rebus naturalibus, non est dicendum ꝙ procedant ex illis cærimonijs, & imaginibus & seu illarũ tactibus & sacrificijs, & alijs turpibus obsce-

obseruantijs de quibus supra, sed ideo cęrimonias illas obseruant & baptizant imagines & alia huiusmodi faciunt, quia diabolus vt alias diximus supra summopere delectatur in sacrificijs illis; quia cupit adorari & vt facilius ipsi sortilegi & malefici ad illa deueniant, diabolus persuadet illis quod ex huiusmodi obseruantijs & solennitatibus effectus de quibus supra proueniunt, sed valde mentitur, quia proueniunt ex naturalibus rebus vt supra vidistis: eodem modo dicendum est de sortilegio siue maleficio amatorio in quo sæpius demon instruit & mandat commisceri sacramenta ecclesię, vel sanctorũ martirum reliquias, hostiam sacratam, & similia de quibus supra iij. q. in ij. specie: tamen effectus amoris & flexibilitatis pudici animi ad libidinem non prouenit virtute illius sortilegij siue maleficij, sed virtute diabolicæ tentationis & vtriusq; solicitationis & peruasionis intrinsecę & extrinsecę, vt ibi dixi, sed hoc ideo facit diabolus vt facilius adoretur & turpius diuinum cultum tractet & dissipet & illius destructionem quærat.

19 † Sed quæri posset quare Deus permittit diabolo ꝙ tam turpiter res diuinas & cultum suæ adorationis deturpet & destruat, quodammodo cum facile posset illi resistendo omnia ista prohibere ne fierent; sicut alias nõ permittendo impedit dæmon ne possit quædam alia facere, quæ alias de sui natura facere posset: vt dicemus infra q. sequen. Respon. secundum cõmunem Theologorum cõclusionem, ꝙ ideo Deus non prohibet hominẽ hæc facere ne videatur sibi velle auferre liberi arbitrij potestatem quam a principio sibi dedit vt possit operari bonũ & malum ad libitum suum, et impediendo ne incidat in malum, videretur sibi auferre illam libertatem, et velle illum omnino fieri bonum; ne igitur rumpat aut violet legem quam a principio ipse constituit vt sequatur ordo naturæ, sicut a principio ordinatum fuit ideo non impedit hominem ꝙ non faciat ista, & quæcunq; alia mala quãdo vult operare malum; alioquin quis dubitat ꝙ Deo renitẽte hæc fieri minime possent. Sed hanc potestatem liberi arbitrij homini dedit vt posset operare bonum & malum quodcunq; velit ad libitum suum; si bonum fecerit consequetur gloriam, si vero malum perpetuam damnationem. Deditq; diabolo facultatem tentandi vt posset potestatẽ ipsam contra quoscunq; indifferẽter exercere vt no. Gene. iij. & Matth. iiij. c. vbi contra ipsummet Iesum Christum potestatẽ illam tentandi expertus fuit, vt habetur etiam Marc. j. & Lucę iiij. c. in princ.

Sed anteq̃ ad vlteriora deueniam. Quero aliqua de remediis istis quę fiunt erga maleficiatum ad tollendum maleficium & liberandum maleficiatum.

20 † Et primo quæro an liceat impune consulere sortilegium siue maleficum vt dissoluat facturas et liberet ægrotum a maleficio, & similiter an liceat incantare & coniurare hymbres, grandines, & fulgura ne noceant fructibus arboribus aut plantis. Et dic breuiter aut nos loquimur de iure ciuili, aut de iure canonico, primo casu licet impune consulere & adhibere sortilegum siue maleficum ad faciendum opera quæ vertuntur in bonum & prosunt; & non debet quis pro bono opere cruciari l. eorum. §. fi. & ibi Bart. hoc no. expresse. C. de malef. & math. & hoc est clarum de iure ciuili, sed de iure canonico non licet aliquo modo etiam pro recuperanda corporis sanitate quærere remedia diabolica & superstitiosa, licet aliter sanitas ipsa recuperari non posset, nisi per remedia prædicta, ita dicit tex. ad literã in c. admoneant. xxvj. q. vij. & tangit verbũ Panor. in c. ij. de sorti. vbi potius sanctissimi Pontifices patiuntur bona ecclesiarum furto subtracta penitus perdi q̃ ꝙ quærantur per remedia & artem huiusmodi, & hinc est ꝙ ecclesia potius tolerat dissolutionem matrimonij & tanti vinculi sacramentalis fracturam, q̃ permittere & concedere maleficiatum contrarij maleficijs liberari. text. xxxiij. q. j. si per sortiarias. & de frigi. & malef. c. fi. & ratio huius est quia magis expedit pati in corpore q̃ in anima: quia minor est corporis iactura q̃ animæ d. c. admoneant & c. fi. de sortile. arg. c. solitæ. de maior. & obedien. & ibi Panor. & omnes scribentes ad quod ius ciuile non considerauit quod principaliter tendit ad conseruationem temporalium. d. c. solitæ. & no. Doct. in d. c. admoneant. & no. etiam in c. nec mirum. §. ad hęc xxvj. q. v. quod tene menti.

21 † Idem dicendum est de remedijs superstitiosis ligaturis & appendiculis, quæ fiunt per ipsos sortilegos siue maleficos ad sanandum alias egritudines non maleficiales, vt est febris, dolor capitis, ventris, et similes, quas amouere non licet huiusmodi remedijs, & hoc est quod vult dicere tex. in d. c. nec mirum. §. ad hæc omnia &c. vbi dicit ꝙ ad hæc pertinent ligaturæ execrabilium remediorum, quas ars non commẽdat medicorum: quibus autem pœnis puniuntur qui præmissa faciunt, vel consulunt facientes dicetur infra eo. tit. quæst. xj. Præterea non prætermittam hunc notabilem casum qui sepissime occurrit in facto, maxime apud rusticos, Reperitur quidam egrotus aliqua egritudine non maleficiali, loco medicorum, quorum vt plurimum habent penuriam, adducitur mulier quæ quibusdam verbis & remedijs asserit velle egrotum breuissimo tempore liberare, egrotus vero qui est puræ conscientiæ dicit caue, quia nolo curari per remedia superstitiosa, & ab ecclesia reprobata, quia magis expedit vt patiatur corpus q̃ anima, vt supra proxime diximus, & illa respondet ꝙ nullatenus dubitandum est de hoc, quia ipsa cum sanctissimis precibus et orationibus, ac remediis ecclesiasticis vult ipsum liberare & incipit facere ligaturã & dicere egroto, ꝙ dicat cum deuotione salutationem angelicam aut orationem dominicã, scilicet Aue Mariam, vel Pater nostrũ, & ipsa quoq; magistra aliquas preces alta voce promulgat deinde duo vel tria verba dicit submissa voce quæ nullum sapiunt diuini cultus odorem, & licet per illa verba expresse non constet ꝙ fiat demonis inuocatio, tamen non possunt congrue adaptari ad sensum præcedentium verborum, quippe, quia quo ad illa longe extranea sunt, quæritur an dicta remedia sint reproba et superstitiosa. et quilibet diceret ꝙ non ex quo non constat aliquid

expresse de malo, sed de bono patet expresse.

Solu. tu dic secundum ꝙ scribit S. Tho. in sum. q. xcvj. arti. ij. in ti. de superstitio. & do. Io. lec. in sum. confe. eo. titu. de sortileg. cap. xj. ꝙ in 22 istis remedijs plura sunt consideranda. † Et primo considerandum est, vtrum remedia illa naturaliter tales effectus sanitatis causare possint, quod facile iudicabitur consilio medicorum. quod si tales effectus naturaliter concipere possunt, nõ erunt iudicanda superstitiosa, sed vera & naturalia, ex quo medicinæ professio approbat illa, si vero tales effectus naturaliter parere nõ possunt, sunt omnino illicita & damnata, quia necesse est ꝙ pertineant ad quædam tacita pacta cum demonibus inita. vt no. S. August. in lib. xxj. de ciui. Dei et habetur in d. c. nec mirum. §. ad hæc omnia. xxvj. q. v. Hoc enim specialiter apparet & cognoscitur secundum ipsos quotiescunqne adhibentur aliqui characteres seu nomina ignota aut aliæ quecunq; obseruationes quæ manifestum est ꝙ naturaliter efficaciam sanitatis & expulsionis egritudinis illius habere non possunt talia semper iudicãda sunt superstitiosa & illicita & ista sit regula firma per quam facile iudicari poterit an remedia ipsa sint honesta, vel illicita & superstitiosa, & hæc nota, quia sunt valde vtilia in foro conscientiæ. & multum conferunt sacerdotibus, his maxime qui laicorum confessionibus incumbunt. quæ enim dicta sunt de verbis, eadem dicenda sunt de breuibus et schedulis, quas sæpius faciunt isti incantatores vt suspensæ deferantur ad collum siue in sinu ipsius egroti, vbi si vltra nomina Dei alias orationes & preces reperiũtur aliqui characteres aut nomina ignota, vel male sonantia ad præcedentia iudicanda sunt omnino superstitiosa, quia sicut dicit San. 23 Chrysostomus † multi consignunt aliqua nomina hebraica Dei & angelorum & alligant quæ non intelligentibus metuenda esse videntur. cauendũ est etiam ne aliquid falsitatis contineant, quia impossibile esset ꝙ effectus dictorum operum posset expectari a Deo qui non est author neque testis falsitatis, sed puræ veritatis, vt habetur Io. primo. plenum gratię, & veritatis; illa etiam breuia reprobata sunt in quibus apparent nomina quædam ignota ineffabilia & inusitata, vel sub hac conditione traduntur ꝙ quicunque portauerit breuia huiusmodi apud se nullos timeat hostiũ incursus, aut insultus, vel quod sibi aliquid boni continget, inueniet, vel consequetur aut aliquid aliud simile omnia ista sunt ab ecclesia reprobata, merito damnabilia, & punienda, vide d. Ioan. le. in sum. confes. xiii. c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sortilegæ seu lamiæ an deferantur vere & realiter per demones ad ludos & congregationes nocturnas.*

2 *Demon mente mulieris per infidelitatem capta, in diuersa personarum species se transformat coram illa.*

3 *Demones deferre homines corporaliter de loco ad locum motu veloci est impossibile, quod si verum esset non modica nec pauca sequerentur inconuenientia.*

4 *Sortilegi opera adiuti demonum non possunt liberare incarceratum.*

5 *Demones apparentias & nullæ rerum species intellectui humano representare possunt.*

Febris qualis morbus sit, & vnde proueniat.

6 *Strigæ seu lamiæ non deferuntur corporaliter à demone, sed in spiritu deluduntur.*

7 *Corpora lamiarum seu strigarum ad ludum deferri demonum quibus rationibus asseri possit.*

8 *Strigæ omnes & maleficæ extra gremium & protectionem sunt ecclesiæ.*

9 *Diabolus hoc vnum maxime optat, vt ab hominibus adoretur.*

10 *Angelus tam bonus quam malus dicitur substantia quædam spiritualis intellectiua, mobilis & incorporea.*

Corpora per demones assumpta non sunt vere & naturalia, sed quasi naturalia & similitudinaria.

11 *Corpora per demones essumpta, ex qua componatur materia.*

Angelus bonus in corpore assumpto, virtutem generatiuam non habet, angelus autem malus sic.

12 *Sperma ex purissima cibi optime digesti substantia oritur.*

Operationes naturales corporibus per demones assumptis non conueniunt.

13 *Infans natus ex coitu cum demone habito cuius censeatur filius.*

14 *Demones secundum ipsorum naturalem virtutem multa facere possunt, quæ non faciunt diuina eos reprimente prouidentia.*

15 *Angeli boni & homines per Dei gratiam & fidem miracula facere possunt, demones autẽ nõ.*

Miraculum quid proprie dicatur.

16 *Demones per virtutem suam adeo vehementem & acutam operantur quædam quæ à nobis miracula putantur, & non sunt.*

Demones in nobis dupliciter operari possunt.

Demones permittente Deo in forma corporali assumpta, possunt hominem verè & realiter de loco ad locum transferre.

17 *Ordo rerum & secundum ipsarum naturas, & secundum motus attendi debet, in virtutum actiuarum actionibus.*

18 *Diabolus Christum assumptum detulit in sanctam*

ctam ciuitatem, statuens eum supra pinnaculum templi.

19 Statuere verbum, idem est quod ponere siue constituere.

20 Anima humana corpus humanum quo vult mouet, quare non idem possit diabolus qui est spiritualis substantia, libera & nullo pressa pondere.

21 Rei suæ quilibet bonus moderator & arbiter existimatur.

22 Diabolus virgas ligneas in veros dracones conuertit.

23 Canis loqui potest per artem demonis.

24 Asina Balaam quomodo ipsum alloqui potuerit.

25 Simulachrum fortunæ quondam marmoreum ad matronas romanas locutum.

26 Mulier quædam virum suum ad ludum demonũ duxit, qui ibidem Deo laudes referens, repertus est solus in loco à domo distante per centum miliaria.

27 Puella quædam virgo qualiter ad ludum demonum abducta fuerit, & ob nomen Christi nominatum ibidem dimissa.

28 Strigæ siue lamiæ in primis in manu diaboli baptismum & omnia christianæ fidei documenta abnegant.

29 Reuerentia qua forma per strigas siue lamias exhibeatur demoni ipsarum principi.

30 Diabolus reducens strigas à ludis demonum, si sonum campanæ pro aue maria audierit, cogitur eas in eodem loco dimittere.

31 Sortilegæ verè & corporaliter per demones ad suos ludos deferuntur, nedum in spiritu tantũ.

Mulieres quare in maiore numero eant ad ludum demonum quàm viri.

32 Lex quælibet à ratione sua interpretationem recipit.

33 Mulieres quædam sub falsis illusionibus cum Diana & Herodiade fatentur se ire nocturno tempore.

34 Ratio determinata legis dictum restringere censetur.

35 Sortilege & strigimagæ in quo differant ab illis de quibus in capi. episcopi.

Apostatarum duæ sunt species.

36 Strigæ seu lamiæ professionem expressam faciunt in manu dæmonis, non autem illæ, de quibus in c. episcopi.

37 Sortilegi & lamiæ à parochiis expelli debent per episcopos & curatos.

38 Demones in nobis mirabiliter operari possunt dupliciter.

39 Demones contra iustitiam humanam vires suas nequeunt extendere.

40 Creatura nulla potest mortuum suscitare absque Dei potentia & gratia.



1 SEPTIMO quæro † an isti sortilegi & strigimagę siue lamię vere corporaliter deferantur a demone, maxime quando accedunt ad ludos, & congregationes nocturnas de quibus aliqua tetigi supra eo.q.iij. in princ. vel solum in spiritũ patiantur diabolicas illusiones. Rñ.q. ista est multum ardua et famosa. doctores vtriusq; facultatis pro maiori parte tenent ꝙ non deferantur in corpore, sed duntaxat deluduntur in spiritu per tex. in c. episcopi. xxvj. q. v. ex quo tex. videtur firmiter probari ista opin. Theologi vero tenent contrarium ꝙ demon potest deferre corporaliter hominem viuentem de loco ad locum vero motu locali, & per consequens ꝙ defert istas lamias siue strigas corporaliter vt supra quam opinionem rationibus authoritatibus & exemplis pręclare demonstrant, ego vero vtranque referã, demum superaddam opinionem meam. Fundamentum, vt dixi, prioris opinionis est tex. in d.c. episcopi. vbi dicitur ꝙ quędam sceleratæ mulieres retro post Sathanam conuersæ demonum illusionibus & fantasmatibus tam grauiter seductę sunt, ꝙ credunt se & profit ntur cum Diana dea paganorum nocturnis hor s, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias & multarum terrarum spatia intempeste noctis silentio pertransire, eiusque iussionibus obedire velut dominæ & cærtis noctibus ad eius seruitium euocari, & in fine dicitur † ꝙ

2 demon ꝙ primum mentem cuiuscunque mulieris ceperit & illam per infidelitatem subiugauerit illico transformat se in diuersas species personarũ & mente quam captiuatam tenet in somnijs deludens per queque deuia deducit, & cum solus spiritus hæc patitur infidelis hæc nõ in spiritu siue anima, sed in corpore euenire opiniantur, deinde subiungitur ratio. Quis enim in somnijs & nocturnis visionibus non extra seipsum deducitur. & multa videt dormiendo quæ nunquam vigilando viderat, quis vero tam stultus, et hebes sit qui hæc omnia quæ in solo spiritu fiunt etiam in corpore accidere arbritretur? Hæc sunt quæ in effectu dicuntur in d.c. episcopi. per quem text. dicunt manifeste probari ꝙ istæ mulieres strigę, siue strigimagę, & strigones, vt vulgariter loquar & cæteri qui sunt maleficæ professionis non in corpore, sed in spiritu duntaxat deferuntur, hoc est quia in somnijs deluduntur a demone, & omnia quæ ipsi, vel ipsæ asserunt corporaliter vidisse, tetigisse, fecisse & præsentialiter interfuisse omnes sunt illusiones demonum præstigiose, & figurę apparentes occulis intellectus & mentis iam captiuatæ ipsorũ virorum,

rorum, siue mulierum quas figuras & apparentia signa ac operationes illas diabolus tam subtiliter & diligenter accommodat ꝙ vnusquisq; qui illa videt in somnijs oculo mentis vere & corporaliter vidisse non dubitet, immo teneat & firmiter credat more somniantis & tamen vere corpus nō mutatur de loco. 3 † Præterea dicunt ipsi si esset verum ꝙ demon deferret hominem corporaliter de loco ad locum tam veloci motu ad remotissimas partes sequerentur plura inconuenientia, & maxime hoc, quia posset ad libitum suum trahere quoscunq; etiam inuitos & illos deferre ad extranea & deserta loca. & compellere illos ad peccandum aut male tractaret eosdem, vel etiam quoscunq; cupidos perficere longum iter breuissimo tempore posset illos apprehendere et per aerem corporaliter ictu oculi deferre vsque ad locum ipsum, ad quem peruenire desiderant, & sæpius hoc faceret quoniam ex his multi reperiuntur qui vellent euolare si possent. hi maxime qui magnorum Principum secreta & ardua negotia tractant. immo posset etiam trahere hominem ad infernum, & sequeretur diuinæ legis destructio. quia data possibilitate in vno quo ad materiam corporalis delationis sequitur in omnibus alijs qui sunt eiusdem ponderis & qualitatis, vt dicit sanctus Thom. in tractatu quæstio. primæ partis. quæstio. v. in titu. de mirac. & q. xvj. articu. ix. et x. titu. de demon. q̄ꝗ potestatem licet Sathanas haberet tempore legis antiquæ ante Christi incarnationem et passionem, tamen per mysterium mirabilis passionis, illa potentia quam habebat Sathanas illius duplicis manus attrahentis & compellentis partim fuit totaliter abscissa & remota; partim vero debilitata siue angustata, vt alias diximus supra q. præcedenti, adeo ꝙ hodie non potest ista miracula facere nec hominem deferre aut compellere ad malum secundum quod concludit S. Bonauen. in iij. senten. distin. xix. quæst. iij. 4 nume. 22. & 23. Item sequeretur aliud, † ꝙ quotiescunque isti sortilegi & malefici vellent aliquem incarceratum crimine capitali a furca, vel vltimo supplicio liberare, possent vtique ad ipsorum libitum hoc facere. si demones possent aliquem corporaliter deferre. quia isti magi mandarent demoni, vt dictum incarceratum apprehenderet, & extra carceres incolumen deferret, quod esset valde mirabile si esset verum, quia isti essent domini dominantium. quinimmo ipsimet, dum capiuntur pro ipsis criminibus sortilegiorum, si possent a demone corporaliter deferri semper facerent se deferre extra carceres, & euitarent pœnas corporales, adeo ꝙ rarissimi aut nulli ipsorum perirent, & tamen videmus contrarium ꝙ ipsi malefici tota die capiuntur cruciantur mille tormentis, suspenduntur laqueo, concremantur igne, & multis alijs supplicijs afficiuntur absque aliquo impedimento, vnde sequitur ꝙ ipsorum corpora non sunt in demonis potestate, sed animæ solum. Nec est mirandum si ea quę iste strigimagæ, & alij similes ea quæ vident oculo mentis in apparentia siue in imaginatiua intellectus dormiendo asserunt vere & naturaliter vidisse & corporaliter interfuisse; quia sæpe videmus ꝙ somniantes adeo verisimilia putant ea quæ prius viderant esse in somnijs, vt pro veris quandoque illa promulgare non dubitent adeo firmiter insistunt in illa opinione. 5 † Si enim vapores & fumositates ciborum ex stomacho insurgentes ad cerebrum similes effectus & somnia causare possunt vt medici testantur, quanto magis demon potest apparentias ipsas humano intellectui repræsentare, & demonstrare mille rerum species quæ nullæ sunt, hoc enim negat nemo. Præterea si febris quæ est morbus naturalis & ex indispositione elementorum corporeorum vt plurimum causatur & est calor mutuatus in igneum, vt inquit, Gale. in j. parte aphoris. vj. c. qui aggrediens quandoque partes illas cerebri intellectiuas siue imaginatiuas adeo illa vehementer apprehendit & præocupat ꝙ inducit frenesim, ita ꝙ egrotus vigilando & loquendo in meridie efficitur freneticus & ex sano intellectu efficitur insanus, demens, furiosus, & dum plures ad sunt non veretur fatua quædam & extranea loqui & affirmare pro veris, Item videre multa quæ nulla sunt in veritate si enim accidentia huiusmodi inanimata permutant hominis intellectum ita tenaciter & verisimiliter, quanto magis diabolus qui est substantia spiritualis & creatura Dei animata, sensibilis, & ingeniosa potest istas imaginationes & apparentias demonstrare humano intellectui, quia cum sit incorporeus potest partes illas imaginatiuas humani intellectus præoccupare & demonstrare per apparentiam aliqua esse quæ in veritate nulla sunt naturaliter & adeo verisimiliter ꝙ quis putet etiam medio iureiurando affirmare vera esse & interuenisse quæ nulla sunt vera neque naturalia, vt dicto capitulo episcopi.

6 † Sit ergo conclusio istius opinionis, ꝙ istę mulieres strigæ nuncupatæ, aut viri eiusdem professionis non deferuntur a demone in corpore aliquo pacto, sed duntaxat deluduntur in spiritu. Quæ opinio exemplo etiam comprobatur. Quidam maritus ex oppido quodam agri Sabinen. habens vxorem maleficam siue strigam, vt vulgariter dicunt. de quo tamen crimine maritus non habebat certam notitiam, sed suspicabatur satis de ipsa, interrogata quandoque ab ipso nunquid esset verum ꝙ ipsa esset talis professionis & sectę, semper mulier ipsa audacter negauit, deinde paulatim crescente fama contra ipsam de isto crimine, quam maritus ex plurium virorum fide dignorum testimonio & relatione perceperat, ꝙ dicta vxor multum stricte conuersabatur cum quibusdam alijs mulieribus quæ erant strigæ & maleficæ publicæ, & ꝙ interueniebat cum eis ad multa turpia maleficia, & ad cōgregationes et nocturnas, vnde maritus decreuit velle animū suū declarare & ipsam in flagranti apprehendere, & cepit inuigilare pluribus noctibus magna cū diligētia & attētione, et ita stetit vigil ꝑ duodecim noctes, vel circa, vt videret si ipsa de nocte ibat ad ludū demonū, vel ad faciēdū aliquod maleficiū & singulis noctibus obseruabat inquirēdo lectū postquā vxor venerat dormitum si reperiebat ipsam

penes

penes se aut locum vacuum & semper illam adinuenit. & manibus palpauit quæ apud ipsum iacebat, deinde mulier ipsa post paucos dies vna cum quibusdam alijs mulieribus strigis, & maleficis capta & incarcerata fuit, quæ vna cum alijs examinata demum confessa est venisse ad ludum vna cum alijs mulieribus incarceratis eius socijs tali die vndecima mensis &c. & tali nocte hora tali &c. idem e conuerso fatebantur aliæ. Maritus vero volens vxorem defendere asserebat sub grauissimo iuramento ꝙ illa nocte de qua dicebatur & illa hora maxime vxor sua erat in lecto apud ipsum iacens, & ꝙ illam studiose tetigit non semel tantum, sed iterum & pluries & allocutus fuit cum ea, ergo sequitur ꝙ corpus non patitur neq; mouetur a demone, sed solus spiritus hæc patitur per dictas illusiones. 7 † Contrariam tamen opinionem quamplures excellentissimi viri tenuerunt ꝙ immo vere & naturaliter deferantur in corpore, & hanc opinionem omnes ferre Theologi sequuntur. sanctus Bonauentu. in iij. senten. dist. xix. quæst. iij. sanctus Augu. in lib. x. & xxj. de ciui. Dei. S. Tho. in summa. ij. ij. q. xcv. arti. v. in tit. de supersti. & idem Tho. in trac. qq. j. partis. q. viij. in tit. de mira. & q. xvj. artic. v. & vj. in tit. de demon. & quidam Modernus Theo. magister Siluest. prier. in quodam tractatu quem nuper eddit de strigi. demon. mira. lib. j. c. penul. & lib. ij. ca. j. vbi tenet expresse ꝙ possunt corporaliter deferri atque deferuntur a demone, ea maxime ratione: quia demon natura sua & secundum eius vires potentiam naturalem potest mouere, & portare corpus longe etiam magis põderosum ꝙ̄ corpus hominis de loco ad locum motu locali, deo tamen permittente, & non aliter, & satis isto casu Deus videtur permittere, quando demoni non resistit in istis operibus. ꝙ non resistat sed permittat patet, quia et viri et mulieres qui fecerunt hãc professionem saltem expressam, vt faciunt communiter omnes istæ strigæ & maleficæ quæ omnes sunt 8 † extra gremium ecclesiæ, & a communione fidelium penitus alienæ, de quibus Deus & ecclesia nullam penitus curam gerit, & habentur siue reputãtur pro creaturis diaboli. vt no. xxvj. q. ij. ꝗ sine saluatore. & q. v. d. c. episcopi. in prin. & pluribus alijs rationibus & auctoritatibus de quibus latius per eos in locis prædictis, concludẽtes in effectu demonem deferre posse hominem de loco ad locum motu locali vere & corporaliter respondent ad dictum c. episcopi. quorum responsio hoc concludit in effectu quod ille tex. loquitur de alia secta mulierum longe diuersa ab ista.

Ego autem omnino adhærebam priori opinioni per tex. in d. c. episcopi. nihilominus postea ex longa rerum experientia & causarum huiusmodi multitudine, propter multas ac varias earum operationes & exempla, quorum aliqua vidi, aliqua vero a fide dignis accepi, sum modo istius secundæ opinionis ꝙ deferãtur in corpore. Pro cuius declaratione præsupponam. Primo aliqua euidentialia. Secundo fundamenta quædam declaratiua. Tertio nonnulla exempla subijciã pro corroboratione. Quarto respondebo ad ea quę dicuntur supra pro priori opinione & maxime ad d. c. episcopi. Quinto & vltimo deducam inconuenientia quædam quæ sequerentur tenendo 9 priorem opinionem. † Primo igitur pro euidentia præsuppono vnũ quod est tritum apud omnes Theologos & Canonistas ꝙ diabolus inter alia desideria quæ ipse habet, hoc vnum tenet, ꝙ summopere desiderat ab homine adorari, & sicut Deus maxima cum veneratione cultum habere, & in hoc vehementer satagit vt christianos a vero diuino cultu auertat, & illos obedientes atque deuotos suæ potestati subijciat, vt ab eis cultum ipsum recipiat, ita dicit. S. August. lib. x. de ciui. Dei. relatus per sacros canones in c. nec mirũ. §. magi. & sequen. xxvj. quæst. v. & S. Bonauen. in iij. senten. distin. xix. q. iij. S. Tho. in sum. ij. ij. q. xcv. artic. v. in titu. de supersti. in quo quidem cultu eundem ferre ritum & ordinem tenet quem in vero cultu diuino obseruat ecclesia, & non solum circa res & mysteria, verum etiam quo ad personas: sicut enim ecclesia & christiana religio admittit plures viros diuersę congregationis, habitus et nominis, sicut est congregatio & religio sancti Benedicti, quæ est monachorum, Item S. August. Dominici, atque Francisci & aliorum, qui licet sint diuersi nominis & habitus, & circa modũ viuendi diuersas regulas obseruent, tamẽ quo ad diuinum officium, scilicet horas ordinatas & missarum celebrationum & alia pia opera omnes tẽdunt ad eundem effectum, scilicet laudandi Deum & orandi pro animæ suæ salute & proximi, eodẽ modo Sathanas sub sua diabolica religione recipit plures professos diuersæ professionis habitus & nominis qui habent diuersos ritus & mores. tamen in effectu omnes tendunt ad idem, scilicet ad laudandum et venerandum diabolum infernalem & illi bonam fidelitatem & homagium continuã dum, & hoc est quod dicit tex. in cap. excommunicamus in prin. Et primum & secundum de hæreti. facies quidem habentes diuersas caudas autem adinuicem colligatas, quia de veritate omnes conueniunt in idipsum: de quibus quidem diuersis nominibus, ac diuersorum ordinum professoribus sub eadem religione constitutis diximus 10 supra latius eo. tit. q. ij. † Secundo euidentialiter præsuppono ꝙ Angeli, tam boni quam mali secundum Philosophum & communiter Theologos sunt substantiæ quędam spirituales, intellectiuę, mobiles arbitrio, & incorporeę, quæ nõ dependent a corpore, nec quo ad sui principium, nec quo ad finem, & non habent corpora naturaliter sibi vnita. ita dicit S. Tho. in tract. qq. dispu. in prima parte titu. de mirac. q. vj. & licet non habeant corpora naturaliter sibi vnita, possunt tamen quandocunque volunt assumere diuersas corporeas formas, & cum illis diuersimode hominibus apparere, & multas naturales operationes in assumptis corporibus huiusmodi efficere, vt idem Tho. testatur eod. titu. q. vij. & S. Augu. in iij. de Trini. & idem August. xij. c. super Genesi.

Sed dubitabatur an corpora hmõi sic assumpta sint vera et naturalia corpora vel fantastica et apparentia. Sol. dic ꝙ non sunt vera et naturalia ex

carne

carne ossibus & neruis formata, sed sunt quasi naturalia & similitudinaria: & licet habeāt in se aliquas operationes naturales, sicut est motus localis, locutio, delatio, commestio, potus, quamuis ista duo vltima sint naturalia quo ad principium tantum non quo ad finem, quia cibi & potus assumptio fit naturalis in eis, sicut in homine, digestio vero nulla fit, quia substantia cibi & potus nō conuertitur in nutrimentum talis assumpti corporis; & licet plures habeant ex ipsis operationibus naturalibus, non tamen omnes habent, sicut est crescere, pinguescere, nutriri, mactari, dormire, audire, generare & similia, ista nō habent, nec alia quę mutant formam dicti assumpti corporis, sicut esset etiam egrotari, pallescere, & similia; quæ quidem corpora non dicuntur esse perpetuo & naturaliter vnita dictæ substantiæ spirituali: sicut est vnio animæ ad corpus humanū; sed est qualis qualis vnio & adhærentia quædam, sicut motoris ad mobile, 11 vel figurati ad figuram. † Deinde videndum est ex qua materia corpora ipsa dicuntur esse composita seu fabricata, an ex aliqua materia elementari simplici vel compsita, aut ex alia substantia separata. dic ꝙ ex quolibet elemento confici possunt, nihilominus magis cōmmiter fiunt ex aere, quem ipsi Angeli possunt facilius inspissare & ingrossare, & corpus ipsum formare; deinde in eorū resolutione dum a spiritu separantur similiter fit facilior resolutio; quia resoluuntur in fumum & vapores, vt idem Tho. comprobat eo. titu. q. vij. in fi. Et quod dixi corpora huiusmodi non habere virtutem generatiuam, est verum in Angelo bono vtroque modo, ex quo nullam habet operationem generandi, nec quo ad potentiam, neque quo ad actum, quia hoc non conuenit naturæ Angelicę, quæ coitum ipsum & omne aliud peccatum penitus abhorret, cuius est quodam modo incapax. Demones vero bene possunt in assumptis corporibus generare, quippe, quia in coitu carnali, sicut in alijs peccatis summopere delectantur, si qua tamen generatio ex illorum coitu succederet, illa non prouenit ex semine illius assumpti corporis, quod nullum habet in se, quia ex quo non habet virtutem digestiuam, non habet etiam virtutē 12 generatiuam, quia caret sanguine. † Nam sperma oritur ex purissima substantia cibi iam bene digesti, vt inquit Auic. fen. xx. in tracta. j. c. iij. vbi dicit ꝙ sperma est superfluitas digestionis quartę quæ fit cum cibus dispartitur in membris resudādo a venis, tertia digestione iam completa & est de summa humiditatis proximę coagulationis ex qua nutriuntur mēbra dura & vena arteriæ. Istæ enim operationes naturales non conueniunt corporibus assumptis per dæmonem, quia nō sunt naturalia, ideo non faciunt sperma, nec possunt per se ipsa virtute propria generare, Diabolus igitur in coitu ipso generat ex spermate alieno, scilicet alicuius viri in somnijs polluti, aut etiam in vigilia quotiescunq; dęmon in forma succubi se transformat, idest, in forma mulieris, & habet coitum cum viro, tunc recipit formam viri, & quanto citius velocissime accedit ad mulierem in forma incubi scilicet viri & assumens coitum cum ea intromittit dictum sperma in natura, & matrice mulieris, & inde sequitur prægnantia mulieris infantis & generatio, ac si mulier cum naturali viro 13 coitum habuisset. † Tamen infans ipse si oriatur non dicetur esse filius dæmonis, sed illius cuius erat sperma. ita firmant cōmuniter Theologi S. Augu. in iij. de trini. & xxj. de ciui. Dei. & S. Tho. in d. tract. qq. in prima parte titu. de miracu. q. viij. versicu. ad primum, Conclusiue igitur dico in hoc secundo euidentiali ꝙ Angelus tum bonus cum malus in assumpto corpore regulariter retinet & operatur omnes illas operationes naturales per quas non alteratur forma assumpti corporis, sed remanet in esse suo, & in eadem proportione figuræ & formæ. omnes vero operationes per quos alteratur forma siue figura corporis prædicti, de quibus supra diximus, sunt illis prohibitæ ratione prædicta. ita firmant ipsi Theologi in locis prædictis, sed deferre corpus aut aliud pondus de loco ad locum, motu locali nō immutat formam dicti assumpti corporis, ergo sunt capaces 14 istius operationis. † Tertio præsuppono ꝙ Angeli mali id est. Dęmones multa facere possent secundum eorum naturalem virtutem & potestatem, quæ tamen facere non possunt, diuina prouidentia ipsos reprimente, & eorum operibus resistente, & sic maiora possunt in habitu & potentia quam in actu. ita idem Thom. in tract. qq. q. v. tit. de mirac. & Aug. in iij. de Trini. vbi dicit ꝙ Angeli mali quædam facere possunt eorum virtute & potentia naturali si permitterentur a Deo quæ ideo facere non possunt, quia non permittuntur, impediuntur itaque quandoque ab illis agendis ad quæ eorum naturalis virtus se extendere potest, idem etiam comprobat. S. Bonauen. in ij. sen. lib. ij. distinctio. vij. vbi late disputat de virtute et potentia dęmonum, quam habent respectu creaturarum, quid possint, qualiter & quantum possunt, & quantum eis permittitur a Deo, vbi enumerat plures operationes naturales quas dæmon facere 15 potest, tam in assumpto corpore, quam sine eo. † Quarto & vltimo præsuppono ꝙ licet Angeli boni & homines quandoq; per fidem & diuinam gratiam operentur miracula, & faciāt aliqua quæ sunt vltra eorum naturalem virtutem & potestatem. vt dicit. S. Aug. in iij. de Tri. Demones tamē miracula aliqua operari non possunt, vt sint vera miracula: quoniam miracula ipsa fiunt per gratiam & donum Dei, quia est diuina virtus in effectu, quæ miracula facit mediante persona & instrumento Angelico siue humano sicut gratia prophetandi tradita fuit sanctis prophetis simplicibus & ignaris vt refert S. Grego. in ij. dialogo. & idem Greg. in prima Omel. super Ezechi. Miraculum enim siue operatio miraculosa est quoddā diuinum testimonium indicatiuum diuinę virtutis & veritatis, vt dicit San. Tho. in d. tract. prima parte. q. v. de miracu. versic. respondeo quod si dęmonibus, quorum est tota voluntas ad malū, potestas hæc daretur a Deo faciendi miracula Deus ipse falsitatis eorum testis existeret, quod diuinæ bonitati penitus incongruit. Concludendum est igitur ꝙ dæmones non faciunt nisi ea ad

quæ

quæ eorum naturalis virtus se extendit diuina voluntas non refragatur, sed permittit, vt idem 16 Thom. hec eadem testatur ibi. † Virtus enim Dæmonis est adeo vehemens & acuta, ꝙ multa opera quæ ipse facit eius virtute & industria, & ex rebus naturalibus adeo bene componit & velociter exequitur, ꝙ homines qui illa vident dicunt esse miracula, licet in veritate non sint.

Possunt ergo dæmones mirabiliter in nobis dupliciter operari. Vno modo per veram corporis transmutationem, quando fit vera mutatio corporis. Alio modo per quandam illusionem sensuū ex aliqua imutatione imaginationis; neutra tamē operatio est miraculosa sed per modū artis & naturæ composita, vt ibi vide in quæstio.v. Quibus sic præsuppositis dico ꝙ dæmones Deo permittente possunt in assumpta corporali forma hominem deferre vere & naturaliter de loco ad locum motu locali, & per consequens illas strigimagas, & sortilegos professos deferunt ad nutum in naturali forma ad quæcunque loca: quod dictum probatur primo ratione per ea quæ no. S. Thom. in tract. qq. in prima parte. quæstio. xvj. arti. x. vbi 17 dicit. † Quod in actionibus virtutum actiuarum considerandus est ordo rerum; qui non solum attenditur secundum naturas ipsarum rerum, sed ēt secundum earum motus. Habent enim & ipsi motus quendam ordinem adinuicem, qui dupliciter consideratur. vno modo secundum propriam rationem, & secundum hoc motus localis ad alios motus duplicem habet comparationem. Prima est qua ipse motus est primus motuū. secundo quia per motū localem minima variatio fit circa mobile. nam cum per alios motus varietur aliquid quod est intrinsecum rei, puta qualitas, quantitas, accidens aut forma substantialis per motum istum localem variatur solum corpus secundum aliquid extrinsecum, quod est ipse locus, per cuius mutationem non mutatur nec alteratur res in substantia, vel in accedenti, aut alia qualibet eius qualitate intrinseca, & quantum ad hæc secundum prædicta competit ꝙ corpora moueantur a substantijs spiritualibus motu locali facilius & immediatus quam alijs motibus. Alio modo consideratur ordo motuum secundum ordinem mobilium, sicut enim motus cœli est prior motu corporis elementarijs, ita motus corporum cælestium est prior motu corporum inferiorum respectu ordinis & secūdum hoc competit superioribus substantijs spiritualibus mouere superiora corpora cœlestia, ita etiam inferiorus substantię spirituales quæ sunt dæmones respectu peccati & priuationis gratię conuenit quod mouere possint, & moueāt corpora inferiora siue humana sint siue alia, quia data possibilitate in vno per consequens datur in omnibus alijs his maxime quę sunt eiusdē ponderis vel magnitudinis, vt dicit idem Thom. in d. titu. de demon. q. xvj. arti. x. in fin. & habetur per sanct. August. in iij. de Trini. vbi dicit ꝙ dęmones colligunt quędā semina ex quibus formant species quasdam siue animalia viuentia quæ fieri non possunt absque corpore mobili, ergo mouere possunt corpora inferiora de loco ad locum motu 18 locali. † Secundo probatur hæc opinio authoritate sacri Euangelij, Matth. iiij. capit. vbi diabolus in assumpta humana forma tentando Iesum in deserto, adduxit illum in sanctam ciuitatem, et statuit ipsum supra pinaculum templi, quod est locus quidam excelsus, eleuatus, super quo doctores antiquæ legis prædicabāt & doctrinam legis prædictæ publicæ populosque docebant vt dicit S. Thom. in glo. super d. cap. iiij. in versi. diabolus autem &c. vbi dicit nota ꝙ omnia opera illius tentationis corporeis sensibus completa fuerunt, quia diabolus tunc apparuit Christo in forma humana, & licet duæ sint opinio. Theologorum super illo puncto qualiter Christus statutus fuerit super illo pinnaculo an per delationem dęmonis vel quod ipsemet pedibus proprijs ascenderit mediantibus diabolicis persuasionibus, verior tamen opinio est illa ꝙ fuerit portatus, a dæmone scilicet eleuatus de terra & vnico ictu siue 19 momento fuerit portatus in loco prædicto. † & hæc intelligentia magis conuenit literę Euangelij dum dicit, statuit, quod idem est sicut posuit siue constituit. si enim pedibus proprijs Christus ascendisset ad dæmonis persuasiones. text. dixisset adduxit, sicut dixerat supra quando illum adduxit in sanctam ciuitatem, vide sanctum Thom. in d. glo. & Alberi. mag. super d. c. iiij. & sanct. Bonauen. in ij. senten lib. ij. distin. vij. per totum. quod manifestius demonstratur ꝙ Christus delatus fuit a dęmone ex eo ꝙ omnes theologi firmiter ibi concludunt, ꝙ Christus dum statueretur super dicto pinaculo reddidit se inuisibilem circunstantibus qui ibi aderant ne insurgerent clamores in populo putantes miraculose Christū ascendisse locum, qui si proprijs pedibus naturaliter ascendisset non erat opus quod se inuisibilem redderet, ex quo nil mirandum fecisset. fatendum est igitur ꝙ diabolus ipsum assumpsit de terra et raptim vnico ictu statuit illum super dicto pinnaculo. Cum itaque dæmon portauerit Christum in vero corpore qui erat Deus. & homo, & verum corpus humanum habebat, ipsumque mouit de loco ad locū etiam sursum quod difficilius est motu locali deo permittente nulla ratio diuersitatis redditur quare non possit etiam deo permittente portare homines istos ipsoque mouere motu locali ad nutum de loco, ad locum, eo maxime accedente hominis voluntate, secundum ea quæ diximus supra in iij. 20 euidentia. † Tertio prbatur sic, si humanus spiritus qui est anima, quę est inclusa in isto carcere terreno corporis humani, habet vires mouendi corpus ipsum de loco ad locum, ascendendi, descēdendi, currendi, saltandi, sistendi, & aliud quoque corpus supra suum portandi ad omnem eius libitum est, minus potens natura angelica, vt dicit sanctus Augu st. in iij. de trini. & sanct. Thom. dicta quæstione xvj. articu. x. quanto magis dæmon, qui est substantia spiritualis libera, & soluta nulloque præmitur pondere carnis, quis neget quod similes operationes naturales et longe maiores in assumpta corporali forma diuina potentia non reprimente operari non possit, certe nemo, & ꝙ ipse dæmon sit longe maioris roboris quam homo

immo

immo pluribus hominibus simul habetur per S. Aug.in lib.x.de ciui.Dei,relatum. xxvj. q. nec mirum.§.super hoc.non est igitur mirandum si dęmon corpus humanum per ethera portare possit & quam velocissime, dummodo diuina voluntas sibi non repugnet, ad quę faciunt ea quę diximus supra in iij.euidentiali & quę dicemus infra in sequen. memb. 21 † Quarto dico quod vnusquisque eorum quę sua sunt est bonus moderator & arbiter.l.in re mandata. C. man. & de rebus proprijs quisque potest ad libitum suum disponere,immo ab ipso domino auferri non potest absq; eius libito voluntatis l.id quod nostrum est.ff. de reg.iur.l.fina.ff.de pac.& per Bart.in l.iuris gentium.ff.eod.tit. Iste enim strigimagę magi & sortilegi per illam professionem effecti sunt dęmonis creaturę,eo ꝙ sponte sua sub illius imperio & potestate se subiecerũt vt latius supradiximus in ij. & iij.quęst. ergo sequitur ꝙ dęmon de ipsis siue in anima siue in corpore ad eius libitum quicquid vult disponere potest, Deo permittente,qui in hoc dęmoni nullum pręstat impedimentum sed relaxat sibi arbitrium & libertatem virium suarum in istos dico professos non autem in alios secundum ꝙ dicit S. Aug.in lib.x.de ciuita.Dei. & in iij.de Trini.& S.Tho.d.q. xvj. artic. ix. & x. habetur in d.c.episcopi.ibi mentem quam diabolus captiuatam tenet per queque deuia ad eius libitum deducit &c. Ex quo enim ipsi semel Deum relinquerunt, abnegantes fidem catholicam, & totum christianę religionis cultum, non est dicendum ꝙ Deus amplius ipsos protegat, vel de his curam aliquam habere velit, sed illos dimittit penitus sub potestate & arbitrio Sathanæ, postquã illi sponte sub eius imperio se subiecerunt,& eum principem habere voluerunt. cum sint igitur extra communionem fidelium, nõ sunt amplius oues Christi, quæ fuerunt traditæ in custodiam Petro, sed sunt oues externæ scilicet diaboli; vt habetur in c.firmissime.& in c.excommunicamus, in princi.extra de hære.& d.c.nec mirum xxvj. q. v.& eadem causa.q.ij.qui sine saluatore, nimirũ ergo si dæmones illos deferunt etiam in corpore. primo, quia respectu substantiæ spiritualis adest potentia naturalis. secundo quia respectu diuinæ maiestatis nullum præstatur impedimentum, vt cõcludũt theologi in locis supra notatis. 22 †Quinto probatur hæc conclusio a maiori per ea quę habentur Exod. vij.c. vbi dicitur quod magi Pharaonis arte dæmonum conuerterunt virgas in dracones & fuerunt veri dracones non autem superstitiosi nec illusorij,vt dicit S. Aug.super glo. ibi dicens, ꝙ dęmones hoc facere potuerunt eorum virtute naturali per aliquas potentias naturales, seu per quædam semina collecta, quæ habet vim putrefaciendi ligneas virgas & conuertẽdi in lubricem draconis speciem, secundum ꝙ dicit S. Aug. in iij. de Trini. quem refert & sequitur S. Tho.in d.tract.qq.q.v.versi.ad octauum in tit. de mira. vbi dicit ꝙ licet ista apud nos videantur esse miracula,quia humana virtus ista non capit nec se extendit ad illa, tamen quo ad secreta naturæ, & dæmonis intelligentiam non sunt miracula immo opera ipsius naturæ dæmonis industria fabricata. 23 †Item nota aliud mirabile dæmonis arte factum: Legitur in sacris literis ꝙ Simon magus arte dęmonum canes loqui faciebat, nec dum est annus elapsus ꝙ casus iste euenit in facto Romæ, vbi mulier quædam magica vetula quæ Francisca Seneñ. dicebatur artis diabolicæ plurimum perita, canem quendam magnæ staturæ nigrum totum secum ducebat, quem post nonnullas preces reuerenter emissas loqui admodum faciebat. & voce quadam velut humana verba articulata proferebat quæ audita fuerunt a pluribus, & maxime a quodam sacerdote presbytero qui rem ipsam propalauit domino almæ vrbis Senatori qui de mandato S.D. Papæ adiuncto sibi Reueren. D. Locum tenente Vicarij sui vna cum quibusdam alijs viris maximæ doctrinæ & experientiæ mulierem ipsam solenniter examinarunt & comperto facinore flammis publice consumpserunt ipsam quæ canis loquela duplici modo fieri potuit secundum Tho.d.c. v. de mira. aut ꝙ dæmon assumpserit corpus in forma canis omnibus partibus suis bene proportionatum, & locutus fuerit, aut ꝙ esset canis verus & naturalis,& demon per impulsum aeris motu locali sonum quendam formauerit similitudinem literatę & articulatæ vocis habentem. 24 † & hoc modo etiam dicitur quod Asina Balaam allocuta fuit ipsum duabus vicibus,vt habetur nu.xxij. c. vbi Asina ipsa quæ portabat Balaam ibat ad regem Balac qui miserat pro eo, videns asina Angelum resistentem in via & se opponentem Balaã Asina declinauit a recto tramite & iuit per agros, Balaã percutiebat illã volẽs,qđ iret per viã,illa recusabat,et adeo vehemẽter pcussit illã ꝙ cecidit, & tunc dominus aperuit os Asinæ & locuta est ad Balaã dicendo,quid feci tibi cur percutis me? at Balaã dixit,quia cõmeruisti & illusisti mihi, vtinam haberem gladium vt te percuterem,cui Asina iterum respondit?Nonne animal tuum sum,cui semper cedere consueuisti vsque in præsentẽ diẽ, dic quid simile vnquam fecerim tibi, At ille ait, nunquã, quę verba adeo bene & articulate ab ipsa asina prolata fuerunt ꝙ ab homine dicta viderentur,sed hoc factum fuit ab Angelo ex diuina voluntate, vt ibi dicitur. & dicit sanct. Thom. in dicta quęstio. v. ad tertium ꝙ Angelus mouit linguam Asinæ prędictę & per crebram aeris repercussionem protulit articulata verba de quibus ibi naturalium verborum similitudinem habentia. text. autem ibi dicit quod dominus aperuit os Asinę non Ang. vide Tho. in d. q.v.& vj.in tit.de miracu. 25 † Vltimo non omittã illud quod dixi Valer. Max.ꝙ olim Romę Fortunę simulachrũ quoddã marmoreũ quod positũ erat in via latina dicitur locutũ fuisse infrascripta verba ad Matronas illas Romanas videlicet,rite me matronę vidistis,riteq; dedicastis nec putes ista fuisse Poetarum figmenta, quia si talia essent,profecto sacri Theologi in suis diuinis literis non insererent approbando prout fit per S. Tho.in d.q. v.in iiij.not.& est glo.not.in c.moyses.in versi.habitare.xxxij.quęst.ij. quæ dicit ꝙ

Angeli tam boni q̃ mali habitant in siccis corporibus scilicet in statuis lapideis, æneis & marmoreis, in cadaueribus defunctorum, in auibus in quibus ipsi dæmones dant responsum, & refert exemplum Saulis qui adorauit diabolum, & alias dixi supra q dæmon sub ydolorũ forma peractis sacrificijs & precibus sortilegorum siue magorũ ipsis interrogantibus & scire quærentibus quæ occulta sunt, respondet ad propositum, voce quadam sonanti articulata verba, ac si ex ore hominis procederent, nihilominus neque vox, neque verba naturalia sunt sicut humana, sed ex crebra aeris repercusione per dæmonem concitata verba illa prolata fuerunt, vt supra dictum est. Si igitur hęc fieri possunt arte & virtute dęmonis, quæ longe maiora sunt intellectui humano, minus capacia & difficiliora quod canis aut aliud animal brutũ seu statua marmorea verba articulata protulerint, quanto magis credendum est q dæmon possit corporaliter deferre motu locali aut brutum quod minus est q̃ animal de nouo creare, vel vnam speciem in alteram transformare, prout diximus supra de virga conuersa in draconem.

26 †Demum vt res ipsa cunctis clarius innotescat subdam exemplo. Annis citra. xx. in agro Sabineñ. vicino vrbi Romę in quodam oppido quidam Rusticus habens vxorem quæ erat de expressa dæmonis professione, & pluries ab eo interrogata si erat de dicta professione, semper audacissime negauerat, qui maritus ex quibusdam signis quæ viderat maior suspitio animum eius apprehendit, vnde decreuit velle videre si verũ erat q de nocte ipsa exiret extra domum, & quorsum tenderet, & pluribus noctibus summopere inuigilauit, vt videret quod ipsa faceret, quę semper volebat post maritum ire dormitum, & diu postq̃ ipse intrauerat in lecto multoties vigilabat, demum nocte quadã hora quinta vel circa, qua ipsa citata ire tenebatur ad ludum, ipse maritus iacebat quasi dormiens & ipsa venit ad illum ad perscrutandum si dormibat, quod videns maritus statim confinxit altius dormire & grauiori somno teneri, ipsa viso dormiente retrocessit statim, & pedetentim ibat lento gradu, tunc maritus magis argute inuigilat, atque obseruat cum diligentia cuncta quę vxor ipsa faciebat, demum vidit q accessit ad quendam angulum domus, & eleuata quadam cista assumpsit pixidem seu ollulam quandam quæ suberat, deinde exutis vestibus cœpit inungi cum certo vnguento in dicta ollula existente apud ignem calefacto, postea pixidem seu ollulam prędictam ad pristinum eius locum reposuit, deinde vidit illã velociter exeuntem de domo, ac si pedibus non tangeret terram. post cuius discessum maritus assurgens accessit ad ostium, quod clausum optime vidit, etiam cũ pessulo siue stanga interius de quo magis obstupuit, deinde accessit ad angulum ex quo illa vnguentum assumpserat, & reperta ollula illam accepit, & alibi abscondit & reuersus fuit in lecto, perfecitq; somnum vsque ad mane. die vero sequenti reuersa vxore maritus illam interrogauit quonã proficisceretur nocte illa quando ex domo recessit media nocte sola, quæ a principio fortiter negabat salua fronte. tunc maritus sumpto ligno cœpit illam acriter verberare, vt haberet veritatem, ipsa adhuc indurato corde sistebat, demũ maritus sumpto pixide sine ollula, ecce dixit mulier maledicta, vide si credis q nouerim scelera tua, & grauiter sibi comminabatur aut quod mortem subiret, aut illum doceret quomodo facit illas vnctiones & discessus quia volebat omnino accedere ad congregationes illas quas intendebat omnino videre, & quæ fierent in eis tunc mulier ipsa confusa dum vidit pixidem vnctionis fassa est ingenue errorem suum implorando suppliciter veniam ab ipso viro, qui libenti animo sub fide promisit ei indulgeri dummodo ipsum adduceret secum vna nocte ad congregationes prædictas; ipsa tunc aperiens os suum cœpit vera loqui & cuncta dictæ professionis capitula recensuit, & ostendit voluptates, illecebras, & gaudia immẽsa quæ inde assumebant, & de amenitate & delectatione ludorum, magnificentia chorearum, opulentia cõuiuiorum, principis illius liberalitate, & de vltimi effectus dulcedine cuncta narrauit, ex quo indulgentiã admissorum a marito ipso impetrauerat, qui maritus curiosus ista videre, & interesse præcepit vxori vt quam primum ad dictam congregationem accessura erat ipsum euocaret quæ mulier promisit illũ adducere & impetrata prius licentia a domino Sathana de adducende maritũ ad ipsam congregationem, adueniente hora adhibitis vnctionibus vnusquisq; ipsorum super suo hirco æquitando quam velocissime peruenerint ad locum ipsius congregationis, & anteq̃ discederent de domo vir ipse diligenter præmonitus fuit ab vxore vt summopere præcaueret ne in itinere eundo, vel redeundo, aut in loco congregationis signo crucis se muniret, aut illius nomen nec Dei, vel Iesu Christi quouis modo commemoraret, maxime in laudando vel adorando: qui sic facere ꝓmisit in loco sistentes vxor dimisit maritum in certa parte monendo ipsum, vt illam expectaret donec reuerteretur a præstando obedientiam earum principi Sathanę quemadmodum vnusquisq; aliorum tenebatur, qui maritus videns tam innumeram virorum ac mulierum multitudinem illic adesse vehementer obstupuit, finita obediẽtia fiũt tripudia & choreæ q̃ celeberrimæ cum maxima cymbalorum, tympanorum, aliorumq; instrumentorum dulcedine, & tripudiantium numerositate ordine quodam retro grado contra morem, naturam & ordinem chorearum quibus nos vtimur, quibus peractis præparantur mensæ q̃ amplissimæ, cum maxima æpularum & conuiuantium copia & optimis ferculis, vxor illa ex indulgentia principis introducit maritum ad mensam comedere incipiunt, maritus degustãs epulas insipidas petijt salẽ qui nullus aderat in omnibus mensis, nec dum veniens quisquam cum sale iterum petijt atq; rogauit procedente mora, iterum atque iterũ terque quaterq; salem ipsum supplicando petijt, & toties replicauit quod demon quidam salem ipsum attulit, vnde maritus videns salem summopere gauisus est, & prægaudio magno dixit hæc

hęc verba. hor laudato sia Dio, pure venne questo sale, quo verbo prælato postquã auditum fuit nomen Dei laudatum vnico momento cuncta perière & omnes vndique statim discesserunt mensæ epulæque omnes consumptæ sunt, luminaria cuncta quæ multa erant illico extincta sunt, adeo ꝙ maritus ipse reperitur solus & nudus in loco ipso in medio tenebrarum stetitque sub illa frigidissima nuce beneuentana per totam noctem vsque ad mane cum maximo frigore & periculo, die vero sequenti videns pastores qui pascebat greges circa loca vicina ab ipsis petijt, vbi nam esset ipse quæ regio illa dicebatur, cui responsum fuit quod erat beneuentana, quæ distabat a patria ipsius viri centum miliarijs vel circa, ipse vero erat nudus sicut alij qui vadunt ad choreas demonum, multum male se habuit in partibus illis adeo quod substulit periculum mortis, & quia valde ignotus erat in ea regione, & sine pecunijs, coactus fuit mendicare ostiatim amore Dei adeo ꝙ inuenit tunicellam quandam satis contritam, vt posset se tueri a frigore quod tunc vigebat, & sic paulatim quærendo victum in itinere amore Dei tantum ambulauit ꝙ peruenit ad patriam spacio octo dierum vel circa, & erat adeo deformatus & macilentus quod a paucis recognoscebatur, & accedens ad curiam principis illius castri detulit querelam contra eius vxorem & quasdam alias mulieres eiusdem professionis eius socias, quæ omnes fuerunt incarceratæ & dum a principio negarent, instante viro prædicto testimonium verum de visu ferente tandem omnes fassæ sunt, & ardentissimis flammis combustæ.

27 †Nec dum decem lapsi sunt vel circiter anni quod mulier quædam iuuencula infra xvj. annum ætatis existens adhuc virgo eiusdem Sabinen. diocesis ex altero tamen oppido oriunda a quadam alia maleficia striga seducta vt religionem diabolicam profiteretur, ad ludum adducta fuit & pręmonita ne signo crucis se muniret, aut Deum Iesum vel Christum collaudando memineret, postquam ad locum congregationis accessetunt iunior ipsa videns tam maximam mulierum virorumque multitudinem & principem ipsum Sathanam in solio maiestatis tam superbe sedentem, & tot auratis ornamentis & purpureis vestibus decoratum, vehementer obstupuit, & quę simplex erat virgo incauta primę monitionis oblita ob rerum magnificentiam & maximum stuporem quo apprehensa erat se signo crucis muniuit dicendo. Iesu benedetto che cosa e questa? nec dum verba pręd cta perfecerat ꝙ statim cuncta euanuere, & omnibus luminaribus penitus extinctis sola hęc misera inter maximas tenebras valde mesta reperitur & quam maximus pauor vehementer illam apprehendit, ex quo pene mortua est, sed recordata de nomine Iesu & beatę virginis Marię deuotissimis precibus se illis cõmendauit, vouitq; castitatem perpetuam si incolumis inde euaderet, & diuino auxilio illustrata, tanta solitudinis periculũ mox euasit, quia senex rusticus vna cum filio & asello trãsibat prope locum prædictum vbi erat ista puella quæ plurimum lamentabatur de sorte sua, qui senex audito gemitu accessit ad illam dicens, filia mea quid facis istic sola isto tempore nocturno, quam cum nudam videret magis obstupuit quæ simplex virgo maxima erubescentia ducta, quæ nihil habebat vnde pudibunda pertegeret post multas lachrymas, gemitus, & suspiria, huic viro ꝗ plurimum se commendauit vt illam secum adduceret ad domũ suam, qui senex accepit pallium suum & posuit super humeris puellæ & illam secum ad domum suam, quæ non multum distabat, adduxit; & in itinere totam seriem facti sibi narrauit, qui senex stupore & pietate plurimum afficiebatur, audiuitq; ex qua patria quibusve parentibus orta esset, & decreuit senex omnino hæc eius parentibus enuntiare, et puellam ipsam eisdẽ restituere. ingressi sunt domum vxor senis quæ erat multum pia perꝗ blande virginem recepit, & apud se in lectum retinuit, & deinde per duos vel tres dies maxima charitate materna pietate tractauit eandem vestibus suis induit, & post triduum maritus accepit asellũ et comite filio puellam ipsam æquitantem ad patriam suam illęsam reduxit, proprijsq; parentibus eandem restituit, qui dudum fleuerant perditionem filiæ putãtes ne aliquis miles aut alius neꝗ vir nocturno tempore rapuisset eandem, qui senex maxima veneratione & amoris dulcedine a parentibus puellæ amplexus est, receptisq; muneribus pro se & filio dimissa puella ad domum suam reuersus fuit: quę quidem puella postꝗ dono Dei & gratia beatæ Mariæ virginis tam graue periculum euaserat, decreuit omnino votum iam factum adimplere et ingressa fuit monasterium S. Frã. assumptoq; habitu solenniter professa fuit, & castissime vixit, cuius parentes liberum præstitere consensum illam vero maledictam strigam quæ filiam suam adduxerat ad illum locum denuntiarunt curiæ & recomperta publice fuit igne cõbusta. Hęc enim quæ audiui retuli, modo referam quæ ipse vidi & in foro habui quæ plura sunt, tamen duo tantum quæ recẽtiora sunt referã. Anno dñi. M.d.xxiiij. mense Septembris dum essem in quoddam Castro Monasterij S. Pauli de vrbe apud regionem Sabinen. vt mea quædam illic expedirem, & mox ad vrbem reuerteret, summis sui precibus rogatus a Reueren. P. domino Abbate illius monasterij qui est dominus in temporalibus dictorum Castrorum, vt accederem ad aliud Castrum eiusdem monasterij ibi vicinum quod Nazarenum appellant ad examinandum tres mulieres maleficas siue strigas, vt dicebant. quæ in arce ipsius Castri aliquandiu inclusæ remanserant, & quę ex earum dictis acciperem, sibi referrem, atq; consulerem quid mihi in re illa agendum esse videretur. Ego enim qui meis prępeditus eram, licet non potuerim absque magno meo incommodo illuc accedere, & huic rei vacare, nihilominus vt morem gererem tanto viro, quem alias in meis valde gratum & benignum reperi, non potui euitare quin eius preces mihi mandata seruarem. Accesique ad illas quarum vnam quę mihi facilior videbatur examinare cœpi, & pluribus

exhortationibus, vt veritatem aperiret, persuaderi, quę demum post aliqualem hæsitationem cœpit vera loqui, & rem ipsam totam fateri qualiter ipsa erat de secta illa strigimagarum expresse professa, in qua professionē insteterat per annos quatuordecim continuos, quibus continuum commercium habuerat cum dęmone, & nominauit alteram mulierem maleficam quę fuerat eius magistra, & ipsam ad professionem adduxerat, & ꝙ isto tempore plurima maleficia siue venefícia fecerat, & contra hominum personas, & contra iumenta ex quibus homines tres perierant, iumenta autem quatuor, & ꝙ agrorum plurium segetes immaturas ventis, grandinibus & tempestatibus strauerat & penitus deuastauerat, & multa alia his similia obscena machinata fuerat arte illa malefica ad vlciscendum iniurias suas. Quam ego subtilius interrogans vt clarius haberem quę sunt istius diabolicę religionis seu professionis secreta. Primo enim perscrutatus fui quid est illa professio quam mulieres ipsæ faciunt cum demone, & quibus modo & ordine ad illam accedunt, & quibus cerimonijs & solennitatibus vtuntur in ea. Ad quid se obligāt demoni. Sub qua forma verborum fit obligatio ipsa, item postea quæ sunt ab eis seruanda, & ad quæ tenentur. Similiter quæ præmia habent, & quæ habere sperant ab earum principe demone, & ex quibus rebus simplicibus vel mixtis componunt vnguēta, quibus liniunt corpora sua, dum vadunt ad ludos, & cum quibus etiam rebus faciunt alia venefica maleficia. Item quem ordinem tenent quando accessuræ sunt ad ludos prædictos, & si est verum ꝙ vadunt corporaliter vel illa sit illusio siue visio quædam in apparentia, in mente, & intellectu, & casu quo accedant corporaliter an ambulent pedibus proprijs, vel aliter deferantur, & quomodo & per quem. Item quomodo & qualiter celebrant sacrificia, offerunt preces & munera demoni. Item quæ sunt illis pręcipua in obseruantia in dicta professione, & alia quædam quæ nunc non recordor, quæ quidē mulier sub spe venite cuncta a principio vsque ad finem recensuit quæ professio. ipsa requirit exprimendo omnia singula illius capitula. † Primum enim dixit, ꝙ quando aducta fuit per illam eius magistram ante tribunal principis earum qui est diabolus in forma regis præsidens in solio maiestatis, instructa prius a magistra quid factura erat, venit & oportuit primo abnegare baptismum & omnia christianæ fidei documenta relinquere; deinde ecclesiastica sacramenta cuncta proiicere pedibusque propijs conculcare crucem & imagines beatæ Mariæ virginis & aliorum sanctorum, ꝗuis hæc vltima non fiunt coram eo, sed alibi; postea satis est ꝙ ista promittant se facturas quam primum cedet occasio, deinde fecit obligationem per solennem stipulationē in manibus ipsius Principis, qua vouint et promisit ꝙ perpetuo erit illi fidelis & obediens & omnibus eius mandatis parebit. Deinde medio iureiurando tactis scripturis super quodam magno libro obscuras paginas cōtinente, præstitit homagium siue perpetuum vassallagium, & quod nunꝗ redibit ad fidem Christi, nec diuina præcepta seruabit, sed solum ea quæ per ipsum principem erunt decernenda, & ꝙ perpetuis futuris temporibus erit obediens illi, & veniet continue cum vocata fuerit ad ludos & congregationes nocturnas, & quæ in eis per alias mulieres fiunt ipsa faciet, & ꝙ etiam aderit sacrificijs illorum nocturnis, & solitas preces & cultum adorationis pręstabit; vota quęcunque quæ ipsa præstare contingerit pro viribus adimplebit, & quoscunque poterit alios ad eandem professionem adducet. Econuerso autem ipse princeps ægregia fronte promisit eidē mulieri sic præsenti præstare perpetuam fœlicitatem, gaudia immensa & voluptates quascuaque in hoc mundo habere desiderauerit, & demum post hanc vitam longe maiora munera cōsequetur. Quo facto statim vnū dęmonem constituit ad custodiam ipsius mulieris quam nunꝗ relinquere debeat, sed illi inseruire in omnibus quæ ipsa cupiet & quotiescunque contigerit ad ludos accedere hoc ipse intimabit mulieri; & illam deferret et instruet vt supra qui quidem demon associatur ei tanquam maritus vxori, insuper dixit ꝙ sæpius accedunt ad congregationes illas vbi maxima mulierum numerositas congregatur, & non vident illa in mēte & intellectu in apparentia, sed in vera & naturali forma accedunt ad loca prędicta hoc modo & ordine, videlicet quia primo per vnum vel duos dies antequā fiat cōgregatio intimatur sibi per dęmonem illū, qui est ad ipsarum custodiam constitutus, qualiter nocte tali & tali hora se præparet ad veniendum ad ludum, quę mulier si haberet iustam causam impedimenti deducit, & auditur dummodo sit causa vera, et excusabilis, quę legitime excusare posset, alioquin si fingeret habere causam quę nulla esset vt non accederet non deferebatur inuita, sed remanebat in domo sua, nihilominus pro pęnam sui mendacij adeo fortiter cruciabatur a dæmone vt in mente & in corpore maximis & continuis doloribus & ęgritudine intrinseca, vel extrinseca, tam fortiter vexabatur, ꝙ die noctuque nil penitus quietis haberet, sed semper tribularetur et oīa quæ ipsa ageret euanescerent & perirent in fieri adeo ꝙ necesse fuit, vt tot mala cessarent, ꝙ peccatū suum fateretur, & promitteret ēt medio iureiurando ꝙ amplius non recusabit accedere, & hoc modo euasit ab illis malis. Cum vero promitteret accessuram statim adueniente nocte & hora euocabatur voce quadam velut humana ab ipso dęmone, quem non vocant dæmonem, sed magisterulum, aliæ magistrum Martinettum siue Martinellum hoc nomine diminutiuo, quæ sic euocata mox sumebat pixidem vnctionis & liniebat corpus suum in quibusdam partibus & membris, quo linito exibat ex domo, & inueniebat semper magisterulum suum in forma hirci illam expectantem apud ostium, super quo mulier ipsa dixit quod equitabat & applicare solebat forriter manus ad crines & statim hircus ille ascendebat per aerem, & breuissimo tempore deferebat mulierem ipsam vsque ad nucem beneuentanam, & ibi illam suauiter deponebat,

28

ponebat, vbi innumera mulierum virorũq; multitudo coram Principe illo vndiq; confluebat.

29 †Primum aũt qd faciendum erat per ipsas mulieres erat signum obedientię & reuerentię quæ fiebat corã principe ordine quodã retrogrado in oppositũ directo illi reuerentię quã nos præstare solemus. nos. n. inclinamus caput & humeros flectimus genu crure retro curuato voluentes vultũ ad principem siue ad alium quem veneramur, ipsi vero faciunt contra, quia terga voluunt versus principem & caput curuant versus humeros adeo vt mentum cœlũ respiciat. crura vero nõ curuant retro vt nos facimus, sed eleuant sursum a terra a parte anteriori, & ita seruatur ibi. peracta igitur reuerentia, princeps mandat ꝙ oẽs tripudiẽt, saltentq; cum letitia & gaudio sumentes vnaqueque voluptates suas & vnusquisque demonũ accipit mulierem suam ad cuius custodiam deputatus est, & cum ea gerit saltationes illas magna letitia atq; dulcedine & interim præparantur mensę cum lautissimis ferculis abundantissime ornatæ & celebratis choreis veniunt ad cõuiuia, quibus completis & cibatis omnibus extinguntur luminaria omnia & quisque demon in forma incubi scilicet viri suam capit mulierem, & qui vero sunt viri habent demonem suũ in forma succubi scilicet mulieris & sic adinuicem oẽs adimplent coitum carnis & cũ maxima voluptate. quo officio completo reuertuntur ad domũ omnes equitantes super illis hircis, sacrificia vero cum fiũt fieri solent statim post peractum reuerẽtiæ signũ fit adoratio, qua expleta deueniunt ad tripudia & alia de quibus supra; quamuis sacrificia ipsa celebrare solent ẽt in alijs locis extra locum congregationis, puta in domo priuata, vel in quibusdam locis occultis vt late diximus supra eodẽ. q. iij. & v. Sed aduerte ad duo ꝙ ipsa dixit. vnũ est quia demones festinant reportare illas ad domum antequam labat nox & antequam pulsetur campana pro Auemaria de mane, quæ pulsari solet in aurora vel parum ante, qm̃ si forte pulsaret campana tempore quo deferuntur ad domum necesse habet illarum magister in eodem loco vbi audit sonum prædictum deponere mulierem, aut virũ, nec potest amplius ipsum vel ipsam tangere, sed necesse est ꝙ residuum illud itineris pedibus proprijs ambulet, quod perraro quidem euenire solet, quia ita velociter ipsas reportant ꝙ non impediuntur a somno. Secundum est quod retulit ꝙ quotiescunque interfuerat ludis ita fessa reuertebatur ad domũ propter illas choreas & crebras saltationes, quia erat debilis cõplexionis vt apparebat ꝙ per tres vel quatuor dies male se habebat in corpore propter magnos labores quos sustinuerat quę similiter cũ demone suo dum esset in forma incubi sæpissime fuisse carnaliter cognitã maxima cũ delectatione testata fuit, hæc illa ibi.

30 †Aliud breuius exẽplum superaddã, alia quoque mulier eiusdẽ professionis quæ vna cum præcedenti erat incarcerata dum deferretur a demone suo, reuertẽdo a ludis prædictis itinere antequã peruenirent ad domum, dum esset vicina oppido patriæ suæ audiuit pulsare cãpanam de mane pro Aue maria. Vnde demon necesse habuit illã deponere & discedere quam deposuit statim & dimisit in quoddam agro iuxta quãdam ripam vbi erant spineta quædam, & in dicto loco ipsa misera mulier necesse habuit expectare vsque ad mane, quo lux clara appareret, sed fortuna profuit sibi, quia illa die in aurora, & in diluculo quidam iuuenis illius oppidi ibat ad alium locum ibi vicinum, quem ipsa videns transeuntem cognouit atque uacauit nomine proprio, quod audiens iuuenis prima facie timuit aliquantulũ, sed videns postea mulierẽ ipsam quæ seminuda erat a femoribus supra & crinibus sparsis scapillata tota magis obstupuit, nec audebat ad ipsam accedere, nihilominus illa adeo benigne & humiliter ipsum rogauit vt accederet ad illam, quod venit & interrogauit eandem postquam illam recognouit cur illic ita sola moraretur in ea forma, cui illa dixit quod tota nocte asellum suum quem perdiderat perquisierat & nunquam potuit illum inuenire, cui iuuenis subridens minusque credens dixit, hoc enim aliud sibi quærit quam aselli inquisitio qui quærit asellum vadit cum socio, & non sola sic seminuda & scapillata. aliud est quod querebas dixit ipse, dicas mihi veritatem si vis ꝙ adiuuem te. vnde venis, vbi fuisti, quid facis hic sola, quis te adduxit, dicas mihi omnia si vis habere suffragium. & ero tibi secretus & fidus. Tunc mulier ipsa Lucretia nuncupata quæ erat satis pinguis, pulchra licet satis timeret seuitiam viri & suorum consanguineorum, tamen confisa est de iuuene illo rogando ipsum prius summis precibus ne cuiquam reuelaret factum illud sed taceret, quia ipsa volebat pinguiora munera sibi elargiri, cui iuuenis sub fide promisit ꝙ absque dubio cuncta referret, & ille futurus erit sibi secretissimus, tunc ipsa fassa est ꝙ reuertebatur ea nocte a ludis beneuentanis, & dum esset in itinere deferreturque per aerem a magisterculo suo audito sono campanæ quæ pulsatur de mane pro Aue maria, fuit sibi necesse quod illam deponeret in terram in eodem loco in quo reperiebatur, quando audiuit sonum prædictum, & hoc modo ipsa sic sola reperiebatur ibi; quia iuuenis accessit ad illam & præstitit sibi opem in reuestiendo & recaptãdo se, deinde associauit illam vsq; ad domũ absq; eo ꝙ aliquis factũ illud aduerteret pro cuius laboribus, et fide mulier ipsa donauit dicto iuueni vnũ par caligarum, vnum birretum & camisiam vnam, & certas petias casei, rogando eum iterum atque iterum vt taceret, & ita promisit & tacuit rem ipsam plures menses, deinde nescitur quo spiritu aut indignatione vel lapsu iuuentutis ductus rem ipsam secreto modo cum vno, deinde cum altero propalauit, adeo quod paulatim res deuenit ad notitiam curiæ, vnde mulier ipsa capta & cum alijs incarcerata fuit, et iuuenis ille vt testis omnia hęc medio iuramẽto deposuit, adeo quod ipsa quoque post multa facinus suum diutius tergiuersare non potuit, ego tamẽ illarum sententijs interesse non potui, quia necesse mihi fuit ad vrbem reuerti illasque dimisit earum iudici ordinario vt iustitiam faceret, sed cũ-

cta retuli præfato domino Abbati prout inueneram qui mandauit suo Locumtenenti vt de ipsis iustitiam faceret, & inde ad paucos dies retulerunt mihi quod vitam suam finierunt flammis. Istarum vnguenta vidi atq; tetigi, & quosdam alias maleficas mixturas, quibus grauissimas ægritudines in humanis corporibus inferebant. & illud et vidi quo hominem ad earum libitum in furorem & insaniam inducebant, quæ omnia mandaui igne comburi. 31 † Ex quibus manifeste deprehendi potest quod vere & corporaliter deferuntur, non autem in spiritu illuduntur, ad quid enim opus erat quod illa prior conquereretur de laxitudine corporis et membrorum postquam reuersa erat a ludis; vbi dixit quod per tres vel quatuor dies se male habebat in corpore propter magnos labores dictarum chorearum, si in spiritu duntaxat fuisset apprehensa illusione illa, non erat opus quod conquereretur de corpore & nimio labore; quia corpus non laborat in somnijs, sed animus duntaxat, vt d.c. episcopi. Altera etiam mulier de qua in vltimo exemplo non fuisset comperta sola in illo loco nisi iuisset in corpore, vt ex prædictis. Sed quæro nunc quare est quod in ista secta vt plurimum sunt mulieres, viri autem rari sunt. Rn. plures redduntur rationes per Doc. prima est, quod mulier tanquam debilior et fragilior facilius decipitur a diabolo, & credit omnia quæ sibi persuadentur. c. forus. de verb. signi. c. j. de cland. despon. & habetur Gene. iij. cap. vbi diabolus serpens prius decepit mulierem quam virum, eo quia magis credula fuit. alia potest esse ratio: quod faciunt propter explendam libidinem carnis quam alio modo non possent absq; ignominia satiare, isto enim modo capiunt delectationem cum demone, & complent desiderium suum, absque eo quod contra ipsas insurgat infamia, vt ex plurium ipsarum mulierum confessionibus accepi dum ista subtiliter indagarer. Quidam alij dixerunt quod mulier est magis vana & curiosa & magis familiaris diabolo quam sit vir, & quæ minus timet transgressionem præcepti superioris quam vir, quasi quod magis regitur voluntate, appetitu, & sensualitate quam ratione, vt habetur. xxiij. qō. vij. quod proposuisti. & q. v. Adam & c. mulier, & per glo. in d. c. j. de clande. despon. & d. c. iij. super Gene. & ibi per sacros Doc. Ex prædictis itaque concludo conclusionem ipsam esse sufficienter probatam, cui non habent obstare quædam quæ superius in contrarium adducebantur. Et primo non obstat tex. in d. c. episcopi. super quo tenentes contrarium se omnes fundant, cui licet per alios Docto. antiquos & Moder. fuerint datæ plures responsiones ad vnum tamen tendentes. scilicet quod ille tex. non loquitur de secta ista strigarum, sed de alia longe diuersa ab ista. Ego tamen idem comprobando alio modo respondebo ad illum text. declarando literam et mentem illius concilij, & antequam ad 32 vlteriora procedam præmitto † quod omnis lex recipit interpretationem a ratione sua, maxime quando ratio in lege reperitur expressa quæ magis attendenda est quam dictum legis. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepa. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. l. milites prohibentur. & l. milites agrum. in princi. ff. de re mili. l. nomen. in fin. ff. de leg. iij. & Bart. in l. ij. §. videndum. ff. ad Tertul. idem Bart. in l. omnes populi, in vij. questio. princ. ff. de iust. & iur. Bartol. in l. si constante. in v. col. in vij. & ix. q. ff. solu. ma. & in l. si vero. §. de viro. eo. ti. & in l. j. C. quæ sit lon. consu. & j. dist. consuetudo, per Gemi. in c. vbi periculum, in ij. no. de elec. lib. vj. & est glo. not. in clemen. j. de elec. in ver. eligatur. & glo. in d. c. consuetudo. j. dist. Ideo dicunt Doc. quod cui non conuenit ratio legis minus conuenit ipsa lex. d. l. cum pater. §. dulcissimis. & d. l. nomen. in fi. & d. l. milites. la prima, & la. ij. ff. de re mili. Quibus præmissis dico quod ratio principalis illius. c. & intentio concilij Aquiren. non fuit velle impugnare & habere pro impossibili quod demon Deo permittente non possit hominem corporaliter deferre de loco ad locum motu locali, quia si fuisset istius intentionis dixisset contra communem omnium Theologorum & canonistarum sententiam, immo contra text. proprium sacri euangelij Matth. iiij. Luc. iiij. & Marc. j. c. in prin. vbi apparet quod diabolus tentando Christum, qui erat Deus & homo naturalis, detulit ipsum corporaliter super pinnaculum templi, & in montem excelsum, vt latius infra dicemus, intentio igitur finalis illius concilij in illo ver. Illud etiam non est omittendum &c. fuit, velle improbare & damnare errorem illum in quo erant mulieres illæ sceleratæ de quibus ibi, quæ erant hæreticæ, & in sua obstinata opinione damnatæ, & quæ fuit ratio principalis atq; finalis quare concilium illud declarauit mulieres illas esse hæreticas & damnatas. Ratio dico principalis fuit illa quam ponit ibi text. videlicet. Cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum arbitrantur, hæc est ratio principalis quæ facit illas esse damnatas, quod melius declaro sic. Concilium illud in prin. exponit generale edictum quo mandat omnibus episcopis, et clericis vt summo studio elaborent pernitiosam, sortilegam, & magicam artem ex parochijs suis penitus eradicare. & sic primo improbat artem, deinde deuenit ad speciem. s. ad homines illius artis peritos dum dicit, quod si aliquem virum aut mulierem huiusmodi sceleris sectatorem inueniant turpiter dehonestatum, ex parochijs suis deijciant: quia subuersus est, & is etiam qui similis est sibi subuersi sunt omnes & a diabolo captiui tenentur qui relicto creatore suo diaboli suffragia quærunt, & ideo a tali peste debet mundari sancta ecclesia. hic enim remanet completa oratio primæ partis capituli, vbi concilium mandat extirpari hanc reprobam artem magicam & sortilegam, & illius professos turpiter dehonestatos, & externos a fide catholica ex omnibus parochijs suis expelli, ad hoc vt sancta ecclesia a tali peste liberetur. Deinde incipit secunda pars ibi, Illud etiam non est ommittendum quod quædam sceleratæ mulieres retro post Sathanam conuersæ &c. vbi concilium prædictum mutauit sermonem & posuit alium casum diuersum a præcedenti, quod patet ibi dum dicit, Illud non est omittendum quod quedam sceleratæ mulieres &c. tex. ibi in princ.

locutus

locutus fuit de mulieribus, quę artem magicā & sortilegā profitetur ibi, dū dicit si aliquē virum aut mulierē huiuscemodi sceleris &c. si.n. conciliū prędictum in illa secunda parte voluisset intelligere de eisdem mulieribus de quibus fuerat facta mētio in prin.tex.non dixisset per ista verba quędam scelaratę mulieres &c. sed dixisset per aliqua verba repetitiua earundē personarum & qualitatum, videlicet, eędem ipsę dictę vel prædictę, vel per alia similia verba, ex quo enim text. in d.ij.parte non fuit locutus per verba repetitiua, sed per diuersa & diuersum sensum, & casum demonstrantia, fatendum est de necessitate ꝙ ille sit diuersus casus a præcedenti, & sic diuersa species personarum. & ꝙ sit verum clarius demōstrabitur infra. 33 † Concilium igitur deueniendo ad secundam partē exponit istarū mulierū professionē, & qualiter sub falsis illusionibus & fantasmatibus illuduntur a demone, deinde enumerat quasdā operationes quas mulieres illę profitentur facere cū Diana vel Herodiade deabus suis, quarū iussionibus ad illarum seruitium euocantur, & nocturnis horis accedere profitentur; sed vtinam hę solæ in sua perfidia perijssent & non multas alias ad illarū interitū pertraxissent, deinde ponit modū infidelitatis, & errorē exprimit quo principaliter deducuntur in hæresim dum dicit, nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credunt. scilicet quia putāt Dianam & Herodiadē esse veras deas, & posse illa opera de quibus ibi perficere & credēdo a recta fide deuiāt & errore paganorū inuoluuntur. Ratio finalis & principalis omniū supradictorū operū & damnatę credulitatis ex qua dicuntur hereticæ nunc ponitur dum dicitur. Cū aliquid diuinitatis aut numinis extra vnū Deū arbitrantur, & huc vsq; perficitur secūda oratio, & dictum illius secūdę partis, deinde sequitur improbatio illarū falsę opinionis & erroris prædicti. Ratio igitur finalis est illa quam proxime dixi, ex qua oēs alij errores & illusiones successiue dependent cū credunt illas Dianā, et Herodiadē, esse veras deas & in eis multum diuinitatis & numinis esse, & iste est verus intellectus illius capituli, si bene consideretur in verbis & in mente. Stante igitur ratione prædicta expressa secundum illam verba ipsius legis sunt interpretanda, & vbi ratio ipsa non conuenit lex quoque omnino cessat dicta l.cum pater.§. dulcissimis.ff.de legat.ij. l. hæc ratio. & ibi Bartol.ff. de calum.l. is qui animo. ff. de acquirenda possessio. Ratio autem prædicta non conuenit neque verificari potest in hac secta strigarum & maleficorum quippe quia ipsi vel ipse non de[...]untur ista falsa opinione putantes inseruire deabus istis & extra vnum Deum aliquid numinis esse, sed ipsæ vident cognoscunt & apprehendunt expresse quod illarum Princeps cui inseruiūt & quē obediunt & adorāt est diabolus inferni inferior Deo, & inimicus Dei. sed illi inseruiunt relicto creatore propter mundi vanitates ad explendas illarum libidines dicto cap. episcopi. in princi. & cap. si quis episcopus, eadem q.v.si enim ratio ipsa de qua supra istis strigimagis non conuenit verba legis & illius dispositio minus conuenire debet per ea quæ proxime dicta sunt. eo maxime. 34 † Quia ratio legis determinata restringit dictum legis, vt illa duntaxat lex ipsa comprehendat ad quæ ratio illa naturaliter adaptari pōt, & non vltra.d.l.cum pater.§.dulcissimis. & l.hæc actio. & ibi Bar.ff. de calumnia.& l.qui animo.ff. de acqui.pos. & j. dist.consuetudo, & not.gl.in cle.j.de elect. & per Geminia.in c.vbi periculum in prin.eo.ti.lib.vj. Cum aūt iste sint excluse a ratione dicuntur esse excluse a legis dispositione per ea quæ supra diximus, nec obstant exempla & authoritates quas tex.inferius deducit de Paulo & Ezechiele, quia illa omnia referuntur ad sectam illam, de qua ibi. non aūt ad strigas siue maleficas, de quibus hic. Fateor tamen quod strige iste & malefice in quibusdam conueniunt cum mulieribus illis de quibus in d.c.episcopi. in ij. parte in hoc scilicet cōueniunt, quia vtraque secta inseruit diabolo, etiā illius imperio gubernatur, sed vna scienter altera ignoranter, vna decipitur, altera decipit.

Conueniunt & in alio, quia quo ad effectū ęternæ damnationis ita sunt damnate ille sicut iste, ita demones habent imperium super illis sicut super istis & eodem modo ille sunt eliminandę & deijciendę extra parochias sicut iste strigimage, quia omnes sunt damnate, non tñ sequitur si in aliquibus conueniunt & æquiparantur, ergo in omnibus debent esse ęquiparate quia data diuersitate rationis datur ēt diuersitas iuris, vt supra diximus, & dicemus ēt infra eo.ti.q.xij. dum declarabitur materia poculorum siue venenorum, & vt dixi extra communionem fidelium posite sunt ille sicut iste & oēs tanquam oues morbose sunt penitus a Christi fidelibus euitandæ ne sanas oues morbo illo inficiant.l.ij.C.de sum.tri. & l.hi qui sanctā.C.de apost. quia omnes sunt eiusdē diabolicę religionis, sed diuerse professionis & habitus dico animi non corporis & ordinis professe sicut monachi, & moniales christianæ religionis diuersos ordines professionis accipiunt ad vnum tamen diuinum cultum omnes tendentes, ita isti damnati diuersos ordines & ritus accipiūt & sub diuersis ordinibus & moribus diabolo inseruiunt & diuersis quoq; nominibus nuncupantur quidā sunt hæretici quidam manichei alij vero apostate, alij scismatici donatiste, & similes de quibus in l. manicheos.C. de hæretic. & l.j. & l. hi qui sanctam.C. de aposta. & habetur per gl. Abb. & alios doct.in rub.& in c.j.de aposta.& de scisma. & hoc est quod in effectu voluit dicere tex. in c. excommunicamus lo j.& lo ij. in princip. extra de hære. vbi dixit. faciens quidem habentes diuersas caudas autem adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. per facies dico diuersas intellexit de diuersis ordinibus hæreticorum siue sortilegorum, per caudas adinuicem colligatas intellexit de vnico cultu eiusdem diabolicæ religionis, quia omnia eorum opera tendunt ad cultum Sathanæ siue in mente & intellectu siue in corpore fiant. ad hoc vide quæ dixi supra in primo euidentiali huius. q. 35 † Illæ igitur

mulieres de quibus in d.c.episcopi, dicuntur proprie hæreticæ ex quo persistunt in illo errore, putantes aliquid numinis esse in illis deabus, et illas esse veras deas relicto Deo saluatore nostro, vt in c.j.de sum.trini.& xxj.q.ij. qui sine saluatore.& c.firmissime.de hæret. Istæ vero strigimagæ magi & sortilegi qui scienter & ex propria malitia peccant relinquentes diuinum cultum & Christi fidem,& scienter adherentes diabolo, quem sciũt & cognoscunt esse diabolum infernalem & inimicum Dei. non dicuntur proprie stricte hæreticæ, quia nullo dicuntur errore seductæ, sed potius apostatæ perfidiæ; quia scienter propria temeritate recesserunt a fide Christi, quanuis ista earum apostasia longo tempore indurata & pertinaciter defensata transit in hęresim: vt diximus supra ti.j.q.ij.& dicunt Glos. & Doct.in rubr.extra de aposta. & habetur per Imperatorem in l.j. & hi qui sanctam.C.eo.tit.vbi apostate proprie dicuntur qui scientes & propria authoritate siue potius temeritate retrocedunt a fide christiana, vt habetur in d.l.j.& in glo.rub.& in c.j.extra eo.tit. & per S.Tho.in ij.ij.q.xcv.arti.v. & vj.in titu. de supersti.ad quæ faciunt quæ diximus supra in primo euidentiali,& supra etiam.q.ij. Et not. vnũ valde singulare, ꝙ istorum apostatarum duæ sunt species, vna est quæ simpliciter retrocedit a fide & sequitur cultum & obedientiam demonis, & altera est quę postquã Christi fidem abnegãdo postergauit & deiecit ex corde suo, iterũ se baptizat expresse in nomine diaboli, & aliud nomen sibi superimponit, licet vtraque species sit damnata, prior tamen si peccatum suum reuocat admittitur ad pœnitentiam & euitat pœnas corporales sicut hæretici, vt l.manicheos.C.de hære. secunda vero species nũquam admittitur ad pœnitentiam in foro iudiciali ex qua possit euitare pœnas corporales et si milies abiuraret professionem illam & vellet ad Christi fidem reuerti non auditur quo ad istum effectum,& iste est tex.valde no. ad hoc in d.l.hi qui sanctam,& ibi glo.C. de aposta. eodem modo irremissibiliter puniuntur qui abnegato babtismate christiano iudęi effecti sunt, & inter iudęos commorantur, vt l.j.C.de aposta.quo ad animam vero in foro conscientiæ admittitur pœnitentia istorum ab ecclesia & aliorum quorũcunque, vt no.in d.l.manicheos.per Doc.& habetur in c.ad abolendam.& c. firmissime, de hære. per glo.in c.excommunicamus.el ij. eo.ti.& c.super, eo.tit.lib. vj. & diximus supra ti.j.q.v. circa fi.& ista sit prima differentia quæ reperitur inter istas quo ad nomen & ordinem professionis.

36 Secundo differunt in modo profitendi, quia illæ de quibus in d.c.episcopi.non faciunt professionẽ expressam cum demone sicut istæ, nec credunt inseruire demoni, sed deluduntur sub specie boni: & propterea dicit tex.ibi ꝙ diabolus postquam illarum mentem captiuatam tenet, transformat se in diuersas species personarum. Tertio differunt, quia illæ nulla conficiunt sortilegia nec maleficia in humanis aut brutorum corporibus, & nemini nocent, nisi sibi ipsis & propterea non dicuntur maleficæ, seu hæreticæ, istæ vero sunt deterioris conditionis, quia nocent multis per diuersa maleficia, vt latius supra vidistis in ij. & iij. quæstio. Quarto disconueniunt in hoc quia non reperitur ꝙ illæ aliquem maleficiatum curauerint. & ipsam maleficia contrarijs maleficijs abstulerunt, istæ vero publice incumbunt curæ & medelis maleficiorum,& postquam aliquem dicto morbo curauerint, sæpius indicant maleficiatem saltem aliquibus indicijs, vt habetur per Sanct. Augu. in lib.x.de ciui.Dei.& in iij.de Trini. & S. Thom.in d. q. v. primæ partis, tract.q.in titu. de mira. & habetur xxvj. q. v. nec mirum.§.necromanti. versic. ad hæc omnia. Quinto quia illæ licet inseruiant demoni virtualiter tamen inseruiunt sub forma dearum bonorum numinum, iste vero proprie demoni sedenti in solio maiestatis cui, vt vero & vnico Principi reddunt obedientiam vt supra latius diximus in ij.& iij.q.

Sexto quia non apparet ꝙ illæ de quibus in d. cap.episcopi, accedant ad ludos, & exerceant ibi choreas & saltationes & demum coitum carnalem habeant cum sicut istę per ea quæ supra latius in hac quæstio.conclusimus,& per S. Tho.d.q.v.

Septimo discordant in hoc, quia illæ nulla celebrant sacrificia, nullasque imagines offerunt, neque baptizant, aut responsa petunt, istæ vero cuncta opera huiusmodi faciunt vt supra late vidistis in ij & iij.quæstio. & in hac etiam in primo & ij. fundamento. Et ꝙ sint diuersi ordinis specie differentes, apparet ex diuersitate tractatuum & capitulorum, et etiam authorum. ea enim quæ disponuntur in d.cap.episcopi decreta fuerũt in concilio Aquiren. dispositio autem.c.nec mirũ sumpta fuit ex doctrina textualium scilicet Aug. in lib.x.de ciui.Dei cum igitur ex diuersis auctoribus temporibus & causis decreta ipsa statuta fuerint, superflua fuisset alterius decisio, si vtrunque eundem casum comprehenderet vel decideret contra no.in.§.quibus, in prima constitu. C. & in cap.si papa, de priuileg.lib.vj.ne igitur istud inconueniens superfluitatis succedat, dicamus ꝙ cap.episcopi loquatur de diuersa specie mulierum ab ista & ab illa de qua in d. cap. nec mirum, maxime cum in veritate plures reperiuntur species & diuersæ professorum sub hac diabolica religione, vt supra dictum est in primo euidentiali.

37 † Sed contra prædicta oppo. & dico quod immo d. cap.episcopi, loquitur de istis strigi magis masculis, & fœminis & de omnibus sortilegis vt apparet in princi. ipsius cap. dum dicitur quod episcopi & eorum ministri curam habeant sortilegam et magicam artem a zabulo inuentam extirpare: & si aliquem virum aut mulierem huiusmodi sceleris sectatorem inuenerint ex parochis suis omni studio eliminare, & deijcere curent. Solu. verum est quod omnes illi qui sunt diabolicæ religionis & sub illius obedientia debent a limine Ecclesiarum & a Christi fidelium communionem repelli siue sint hæretici siue scismatici, siue apostatæ, magi, necromanti, sortilegi cuiuscunque sint ordinis, & gradus, aut quocunque nomine nuncupentur, quo ad hoc vt a fidelium Christi consortio separentur

tur

tur omnes æquiparantur ex quo omnes damnati sunt & dicuntur veluti oues morbosæ & ab ouili Christi fidelium penitus externæ & merito sunt igitur ab ipsorum consortio separandæ, vt l.ij.C.de sum.trin.& l. hi qui sanctã.C.de apostа.c.firmissime.& c.ad abolendam, extra de hære.& in clemen.j.eo.tit.& d.c.episcopi, in princ. licet enim quo ad hoc sint æquiparati, non sequitur ergo ꝙ quo ad omnia censeantur esse æquiparati,vt not.in c.excommunicamus,in prin.el j.et lo ij.de hæreti.licet enim iuris lator in prin.d.c. fecerit mentionem de hac secta, nihilominus postea dũ loquitur de illis mulieribus in specie mutauit casum in facto in versi. ibi illud etiam non est ommittendum ꝙ, quædam sceleratæ mulieres retro post Sathanam conuersæ &c. qui est diuersus a præcedenti vt patet ex his quæ tradit S. 38 Tho.in d.q.v.j. partis tract.qq.tit.de mira.† vbi dicit ꝙ demones possunt mirabiliter in nobis operari dupliciter, vno modo per veram corporis transmutationem et per veros effectus corporeos. Alio modo per apparẽtiam & illusionem sensuũ, ex aliqua immutatione imaginationis per quæ verba voluit intelligere de vtraq; mulierũ secta subiungẽs ẽt ꝙ neutra tñ ipsarum operatio est miraculosa,sed ex rebus naturalibus,& per modum artis demonis subtilitate inuenta,& hæc sufficiãt quo ad solutionem oppositionis factæ de d.c.epi.

Ad illud secundum dico dum adducitur illud inconueniens ꝙ demon portare posset &c.sol.colligitur ex his quæ dicit S. Tho. in d.v.versi.respondeo in ti.de mirac. vbi dicit ꝙ demones multa possent facere quæ nobis viderentur esse miracula,tamen ea facerent eorum naturali virtute et ex rebus naturalibus si a Deo facere permitterẽtur: sed quia non permittuntur ideo ea facere non possunt, quæ quidem facultas fuit illis adempta ꝑ passionem Domini nostri Iesu Christi vide ibi, vt singulariter dixit S.Bonauen.in iij.sen.distin. xix.q.iij.& diximus supra q.præcedenti,nec est mirandum si demon strigimagas & alios suos professos defert corporaliter,quia id facere potest Deo permittẽte,ex quos sunt oues gregis diabolici,vt latius diximus supra ea.q.in iiij.fundamen.istius vlti.opi.& tetigit etiam supra in vltimo fundamen. eiusdẽ post septimam differentiam inter d.c.episcopi,& sectam strigarum. Pro quo optime facit dictum illud S. Bonauen. in iij.sen. dist. xix.q.iij.nu.xxij.& xxiij. de quo diximus supra qõ.proxima a contrario sensu. si enim diaboli potentia fuit depressa & debilitata per passionem Domini nostri Iesu Christi, a quo fuit manus attrahens penitus abscissa,manus vero compellens debilitata & eius vires coangustatæ fuere,illud est verum respectu christianorũ pro quibus effusus fuit ille sanguis pretiosus,illi vero qui sunt extra baptismum & abnegarunt fidem Christi sicut pagani sunt reputandi & sunt extra omnem gratiam & beneficium salutis, vt d.c.firmissime. de hæret.& l. hi qui sanctam.C. de aposta. ergo sequitur ꝙ diaboli potentia quo ad istos remanet illesa,& per consequens ipsos deferre potest ad libitum accedente maxime ipsarum mu-

39 lierum voluntate & consensu. † Ad tertium dico ꝙ demones non possunt extẽdere eorum vires contra iustitiam humanam & eripere captiuos de manibus publicæ iustitiæ,quia Deus non permittit,vt dicit S.August.in lib.x. de ciui. Dei.& S. Tho.d.q.v.in ti. de mira. alias sequeretur ꝙ demonis potentia esset supra diuinam, & ꝙ iustitia omnino periret & iura oĩa subuerterentur, quod Deus nullo modo patitur. vt dicit Tho. ibi vide quæ dixi supra eo. q.v. Ad quartum non negatur immo conceditur ꝙ demones possunt mirabilia operari in imaginatiua & humano intellectu, quæ verisimilia sunt, & vera vndiq; esse videntur, ex hoc tñ non sequitur ꝙ non possunt aliquas operationes naturales efficere & mouere corpora inferiora,vt late diximus supra in primo fundamento, & ẽt in secundo huius conclusionis S. Tho.in d.q.v.versi.respondeo.vbi dicit ꝙ demones possunt mirabiliter in bonis operari dupliciter,vno modo per veram corporis transmutationem.alio modo per præstigiosam mentis illusionem & formas apparentes,vt habetur in d.c.episcopi in ij. parte. Ad quintũ dum datur de illo exemplo. respõdeo ꝙ demones facile possunt homines decipere dũ capiunt mulieres ad ludos prędictos & illorum sacrificia celebrãda necesse est ꝙ habeant mulieres in corpore & earum naturali forma si ea quæ cupiunt perfici volunt. & propterea ne sequatur scandalum aut periculum contra ipsas,Sathanas mittit alium demonem in forma succubui qui iacet ad latus mariti loco vxoris, & quoties contingit omnia vxoris officia in thoro coniugali etiã coitus subire nõ denegat,sed libenter appetit, & adeo se beneq; accomodat ꝙ quemcꝙ eo sapientissimum falleret. vide S.Tho. in d.q.v.& dixi supra late in primo fundamento conclusionis & in ij.euidentiali.dum dixi de operationibus incuborum & succuborũ. Nempe vellem ꝙ hi qui tenent aliam opi. ꝙ deferuntur solum in spiritu reducerent mihi intellectum illum ad practicam. Aut enim volunt ꝙ nemo capiat partem spiritus,scilicet animę quia spiritus hominis idẽ est quod anima, vt no. declarat Archi.in c.Moyses. xxxij.q.ij. & hoc facere non potest, quia anima est vnica in substantia et indiuisibilis & nullam recepit diuisionem in quantitate nec in qualitate vt dicit Philoso.in.1.de Anima, & est gl.no.& ibi Abb.in c.j. de sum.trini.in ver.simplex.& Bar.in l.stipulationes non diuiduntur.ff. de ver.obli.in iij. opp. vbi dicit quod anima est indiuisibilis,& est tota in toto et tota in qualibet parte corporis,aut volunt quod demon capiat totũ spiritum,siue totam animam, & necesse esset ꝙ remaneret hominis cadauer,& sic mortuũ absente anima,& sequeretur maius inconueniens,quia esset in potestate demonis auferre vitam homini & illi defuncto restituere, & sic mortuum suscitare, quod est impossibile, quia solus Deus hoc 40 facere potest, † & nulla creatura neque Angelica, neque humana habet hanc facultatem suscitandi mortuum, vt dicam infra in x.q.vnde non video quomodo illorũ opinio posit saluari intelligendo de strigis & magis, & si tu diceres non

dico

dico ꝙ demon auferat totam nec partem animæ, sed deludit dormientem per illa signa præstigiosa formata in intellectu, siue intellectui præsentata per immutationem imaginationis, quod facere potest demon, tunc respondeo ꝙ est impossibile vt tot naturale operationes quæ fiunt per istam sectam strigimagarum, maleficorum, & aliorum similium, fieri possunt in spiritu solo, quin interueniat corpus & membra naturalia; quomodo enim possent in congregationibus & ludis prædictis tot choreas, reuerentias, & retrogradas saltationes efficere, nisi corpus adesset quomodo possent coitum carnis implere, quem faciunt in singulis congregationibus ludis completis, nisi corporaliter interessent, nec dicendum est ꝙ sit pollutio somnitatis; quia demones possunt vere & corporaliter cum mulieribus coitum perficere & illas quandoque reddere prægnantes in assumptis corporibus, secundum ea quæ supra diximus in ij. euidentiali istius. q. ergo sequitur necessario ꝙ corporaliter perficiunt, non nego tamen ꝙ etiam non possint in somnijs pollui diabolo operante. Quomodo etiã possent illorum sacrificia & cærimonias celebrare, & imagines illis imponere, si in solo spiritu hæc fierent: quarum imaginum olim vnã vidi Romæ & manibus palpaui. & erat vera species materialis habens materiam & formam & formata erat ex quibusdam mixturis mihi ignotis, quomodo etiam possent tot maleficia, & sortilegia contra humana corpora fabricare, nisi corporaliter interessent. in spiritu enim & in somnijs nemini vnꝗ vidi iniuriã fieri nec occidi quemꝗ. Cum igitur operationes istæ & aliæ huiusmodi quæ sunt naturales & corporeæ non possunt fieri, nisi per corpus & membra, ergo sequitur ꝙ strigimagæ & alij similes deferũtur & inter sunt corporaliter & non in spiritu solo, & per ista sum expeditus de ista septima difficili. q.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Demon maleficis siue sortilegis vtitur tanquam instrumentis ad nocendum corporibus humanis.*

2 *Demon non potest hominem in aliam transformare speciem.*

3 *Maleficium quandoque absque veneno, & sola carminis & verborum potentia perficitur.*



1 OCTAVO quæro. Si demon per † se non potest nocere corporibus christianorum, qui non sunt de sua religione, quia Deus id non permittit, vnde fit ꝙ sæpius infantes ad latus parentum & in proprijs gremijs matrum reperiuntur quandoque suppresi. & eorum corpuscula conscisa & mutilata aut aliqua alia intrinseca egritudine polluta, ex qua sepius moriuntur. Sol. dic ꝙ licet demon per seipsum corporibus christianorum nocere non possit, ad illos maleficiandum vtitur instrumento maleficæ, siue magi qui vel quæ cũ vnctionibus, pulueribus, cæterisq; mixturis maleficis, & venenis prædictis infantibus & alijs in occulto noctis silentio dum dormiunt parẽtes & omnes quiescunt, ipse demon aperit ostia, etiam si fortissimis feris clausa essent, & illas maleficas intromittit per ostium dico, aut quandoque per fenestras in domo maleficiandi, quos sic intromissos instruit quomodo facere debeant & ne lux candelæ aut lucernę impediant maleficum ne discooperiatur, aut cognoscatur a maleficiando, ipse demon in assumpta forma felis siue gattæ lucernã, lampadem siue candelã, quam lucentẽ reperit illico extinguit: vt maleficus ipse commodius possit maleficia sua perficere, quibus per actis malesicus tutus abit. demon vero vt facilius illinc recedere possit aperit ostia, deinde reclaudit, prout ante illa reperierat, nec putes, (vt quidam ignari vulgares asserunt,) ꝙ ipse stringæ seu malefici transforment se in speciem gattæ, aut alterius ani-

2 malis bruti, † quia hoc est impossibile demoni ꝙ possint hominem transformare in alteram speciem, vt diximus supra. q. pręceden. & dicemus infra eo. q. x. bene verum est ꝙ ipsemet demon assumit illas varias formas, & facit operationes illas de quibus. supra secundum ꝙ declarat. S. Augu. in lib. x. de ciui. Dei. & in iij. de Trini. & S. Tho. d. q. v. primæ partis. qq. dispu. in ti. de mira. & S. Bonauen. super iij. sen. q. iij. & in c. episcopi, xxvj. q. v. & vt facilius & sine periculo ipsi malefici possit perficere dicta eorum maleficia, demon est illi præuius, & tanquam dux in tenebris illis quos ducit ad lectum maleficiandi discoperit pannos & ostendit omnia quæ facienda sunt dormiẽtibus omnibus quibus ipse demon imponere potest iuxta caput semina quædam aut puluere ex quibus introducitur profundus somnus, quibus sic dormiẽtibus introducit maleficum & omnia perficit, & hoc ego alias deferri audiui a duabus mulieribus maleficis quas pro maleficijs huiusmodi præ manibus examinandus accepi: & est verisimile, ꝙ ita sit, quia nunꝗ reperi nec audiui ꝙ aliquis maleficus siue malefica fuerit vnquam apprehensus in flagranti crimine. & videtur quodammodo impossibile ꝙ euntes in domos alienas, & per secreta domus nocturno tempore clausis ostijs atque fenestris possent ita tute in obscuris tenebris ingredi & euadere absque aliquo rumore vel scandalo nisi haberent ducem demonem qui illas in operibus ipsis saluas redderet.

3 † Quandoque nullo veneni haustu vel mixtura in corpore vel extra corpus adiecta, sed sola potentia carminis, & verborum perficitur maleficium, vt habetur in dicto c. nec mirum. §. magi. xxvj. q. v. vbi text. refert dictũ Lucani Mens hausti nulla sanie polluta veneni &c. Et ego alias vidi Romę quendam magum excellentissimum græcum tempore Adriani vj. anteꝗ perueniret ad vrbem Ponti. ipse qui solis verbis compresserat vires cuiusdam ferocissimi tauri existentis in armento in loco syluestri quem sic affixum, vt ita dixerim & humiliatum apprehẽdidit

per

per cornua & chordula quadam satis debili arte tamen magica fabricata taurum ipsum ligatum quo voluit adduxit media nocte circiter quatuor aut quinque miliaribus, & hæc notoria sunt quæ visa fuerunt per ducentos & vltra viros, quem postea habui in carceribus capitolinis examinandũ & omnia ista & maiora quoq; ingenue fatebatur verborum potẽtia efficere posse, qui tamen postea euasit imperfecto examine fauoribus populi Ro. & quorundam magnatum.

SVMMARIVM.

1 *Maleficæ in manibus publicæ iustitiæ existentes quare non faciant se deferri per demones ad mortem euitandam.*

2 *Diabolus eorum mortẽ quos habet subiectos optat, quo plene prædam eorum habeat tutam.*

3 *Strigæ seu lamiæ qualiter cognoscantur vere pænitere.*

4 *Malefici in carcerati euadere non possunt, eo quod Deus non permitit hoc casu demones suam potentiam exercere.*

1 NONO quero quare est ꝙ † postquã isti malefici & strigimagæ sunt in manibus publicæ iustitiæ incarcerati, non faciunt se corporaliter deferri a demonibus ex his carceribus, in quibus iacent, vt possint saluare vitam & euadere pœnas corporales, quod quidam iudices curiosi quandoq; tentauerunt experientiam rei videre, & tamen nihil fecerunt, quia post multa viderunt ex eorũ sortilegijs nullũ penitus effectum sortiri huiusmodi corporalis delationis, & propterea multi tenuerunt ꝙ ipsi malefici & strigimagæ corporaliter deferri non possunt a demone. pro solutione istius.q. duę redduntur rationes per sacros Theologos & Canonistas in c.nec mirum.xxvj.q.v.prima est, ꝙ demon qui nil auidius cupit ꝙ̃ animas multas lucrari, ad tenebras inferni multifariam fraudibus homines protrahere, ꝙ̃ primum videt hominem ipsum apprehensum & illius anima sub sua potestate subiectam nil aliud quærit, nisi vt separetur a corpore, vt quam adhuc sub conditione retinet, certam lucretur, quæ posset per pœnitentiam illius imperiũ subterfugere, & se reunire cum christi fidelibus.
2 † ad hoc igitur vt certam eius præcum possideat semper quærit illius mortẽ & dissolutionem animæ a corpore, quia nonnulli quandoque reperti sunt qui reuocauerunt errorem suum & grauem susceperunt ex commisso crimine pœnitentiam, & residuum vitæ suæ sanctissime duxerunt, et propterea dicũt ꝙ tunc diabolus nil aliud satagit nec laborat in alio, nisi in persuadendo ipsi malefico vt persistat in eius opinione & professionẽ ipsam nullatenus reuocet, sed in ea perseueret vsque ad finem vitæ, quia licet adducatur ad furcas & super imponatur igni demon statim illum arripiet corporaliter & liberabit a laqueo & flãmis, adeo ꝙ nullum penitus dolorem patietur, & casu quo mori contingeret transibit sine pœna supplicij, & liberabit se a tot periculis huius mundi, & longe maioribus gaudijs in alio seculo fruetur cum eo, his igitur illusionibus & falsis persuasionibus ab eo præmunitus sæpius tenaciter perseuerat in eius opinione nec curat quoquo modo errorem suum reuocare, & pœnitentiam agere, sed obstinatus premittit potius vltimo supplicio perimi. Quædam vero ex ipsis maleficis mulieribus reperiuntur quæ erroris sui mirabiliter pœnitere videtur, & maximis fletibus agere pœnitentiam, quæ omnia ficte peragunt nullamque gerunt in corde mestitiam aut vere pœnitentiæ amaritudinẽ.
3 † Ad cognoscendum autem an vere vel ficte pœniteant maxime mulieres quæ habent faciles lachrimas aduertendum est ad oculos ipsarum an in fletu & gemitu huiusmodi emittunt lachrimas, quas si nõ emittunt nulla adest cordis contritio, sed omnia simulate fiunt, & alias audiui a quodam excellentissimo canonista qui erat etiam optimus theologus quod regula ista est verissima, maxime in mulieribus quæ non laborant multum in lachrymis, & dixit mihi ꝙ lachrymæ ipse sunt signa manifesta veræ, & internæ pœnitentie, & adduxit mihi text.de pœn.dist.j.c.Petrus.& c.lachrymæ. vbi dicitur ꝙ lachrymę lauant delictum quod pudor est confiteri, & habetur Luc.iij.c.& ego illas habui in facto nondum tærtius est elapsus annus Romę, in agro Sabinensi.dum quandam vetulam maleficam examinarem quæ iam xx.ann.in ipsa professione compleuerat et infinita quodammodo sortilegia venefica suis mixturis fabricauerat & magnum christianorum numerum diuersis ægritudinibus pollutum reddiderat, quosdam vero occiderat, raros vel nullos sanauerat, quæ postquam confessa fuit crimen, dum ego prosequerer illius examinationem per horas duas & vltra, quam maxime videbatur condolere de suis commissis excessibus, & continuos fletus, & suspiria conficiebat, asserens velle professionem illam omnino relinquere, & ad veram orthodoxe fidei religionem reuerti, veruntamen in tanta fletus et suspitiorum copia nullã vnquam etiam minimam lachrymam emittere potuit, ad quod ego alias instructus plurimum aduerti & visum fuit quid valde mirabile quod mulier fleret sine lachrymis, & nisi vidissem fortasse non credidissem, licet in viro non sit mirandum ex quo ipsi duriores sunt in lachrymis. non tamen nego quin mulieres possint in multis configere lachrimas, vt alias dixit Cato. instruit insidias lachrymis dum fœmina plorat. in actu tamen pœnitentię videtur quid mirandum, sed dici potest ꝙ diuina iustitia hoc agit fauore pœnitentiæ.

4 † Secunda ratio redditur quare nõ possunt euadere, quando sunt incarcerati, quia diuina iustitia tunc non permittit dæmonem posse suam naturalem potentiam exercere in illos ne aliqui iudices & officiales curiosi forsan videntes aliqua signa manifesta liberationis eorum inuitarẽtur ad

pro-

prosequendum illorum professionem. & hoc est quod dicit Augu. in lib. iij. de Tri. in x. de ciui. Dei. & S. Tho. in tract. q. j. partis. q. v. in titu. de mira. & Canonistæ in cap. nec mirum. xxvj. q. v. ꝙ Deus impedit potentiam dæmonis in quibusdã pro conseruatione christianæ fidei, vt late diximus supra eo. titu. vij. q. quia alias fides ipsa christiana paulatim tota subuerteretur maioremque potestatẽ videretur habere diabolus quam Deus & iudex qui est minister Dei. xj. qõ. iij. nemo cõtemnat. &c. seq. & ideo tunc Deus resistit dæmoni & illius vires comprimit per ea quæ no. S. Aug. in li. x. de ciuit. Dei. & refert & sequitur S. Tho. in d. tract. qq. d. q. v. & dixi supra eo. q. vij.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sortilegia & alia maleficorum opera quando hæresim manifeste dicantur sapere.*

Deo soli reseruata quæ sint, nec vlli permissa creature.

2 *Secreta cordis humani solus Deus potest rimari.*

3 *Dæmon quæ & qualia in cognitione habeat à naturali potentia.*

4 *Maleficorum seu sortilegorum duplex professio, tacita videlicet, & expressa.*

5 *Sortilegia quomodocunque facta per eum qui est expressæ professionis diabolicæ hæresim censetur sapere.*

6 *Maleficia facta per eos qui sunt de tacita professione diabolica quando hæresim sapiant, & quando non.*

7 *Sortilegium factum cum hostia consecrata, vel cum sanguine Christi an manifeste sapiat hæresim.*

8 *Sorttilegia facta ad calefaciendum cor frigidum, hæresim sapere non videntur.*

9 *Auxilium diuinum non potest implorari per sortilegia per commixtionem sacramentorũ facta.*

Imagines facere ad amorem mulieris prouocandum potius superstitiosum est quam hæriticũ.

10 *Inuocatio dæmonis quando hæresim sapere dicatur.*

Imploratio auxilii dæmonum ad sciendum futura sapit hæresim.

11 *Inuocatio dæmonum per modum orationis est proprie hæresis.*

Aduocati debent in positionibus formandis esse cauti.

12 *Sacerdotes pro viuis missam defunctorum celebrantes in odium ipsorum, an sint hæretici.*

Imagines calcare aut alias contennere, an sit hæreticum.

13 *Sacerdos in celebratione non consecrans, an sit hæreticus reputandus.*

14 *Sortilegia in quibus immiscentur reliquiæ sanctorum, an sapiant hæresim.*

15 *Sortilegia quæ fiunt cum permixtione chrismatis, aut aquæ baptismatis, an sapiant hæresim.*

16 *Sacramenta posita in sortilegiis amatoris nullos producunt effectus.*

17 *Sortilegia quæ fiunt cum rebus in ecclesia benedictis, an & quando hæresim sapiant.*

18 *Hæresis quibus casibus cõmittatur in sortilegiis.*

Sortilegium factum cum rebaptizatione alicuius hæresim sapit.

19 *Dæmonis suffragium inuocare ad sciendum vel faciendum ea quæ soli Deo competunt est hæreticum.*



1 DECIMO videndũ est an & quando huiusmodi sortilegia,† & opera maleficorum sapiunt hæresim manifeste, ita ꝙ ipsorum rei, & machinatores iudicis ecclesiastici inquisitoris hæreticæ prauitatis examini subijciantur & hereticorum pœnis puniantur. Respondeo in hoc deueniendum esse ad distinctiones. Sed antequam ad vlteriora procedam pro euidentia. Præsuppono primo quod quædam sunt quæ ad solum Deum creatorem pertinent, ex quo illa reseruauit sibi in priuilegium, nullique creaturæ etiam angelicæ illa concessit.

Prout est hominem verum naturalem creare, vt habetur Gene. ij. & S. Tho. in j. parte tract. qq. in titu. de poten. generan. & de creatio. q. ij. art. vj. & q. iij. art. j. & ij. & iiij. Vel iam creatum in melius aut deterius reformare, aut in alteram speciẽ commutare, vt ibi dicitur. Item mortuum suscitare, ita vt vere & naturaliter viuat sicut resuscitatus fuit Lazarus qui iam quatriduanus erat, vt habetur Io. xj. et quando etiam filium illius viduę dum deferretur ad sepulturam ex feretro suscitauit & surgere iussit, vt habetur Mat. xviij. Item futura scire ex vera & perfecta scientia ad solum Deum pertinet. vt dicitur Esa. xlj. cap. annuntiate nobis quæ futura erunt & dicemus, quia dij estis vos. Item cœli motum sistere ab eius vnica voluntate dependet, vt inquit S. Tho. in trac. qq. in j. parte q. j. art. iij. & vj. 2 †Item secreta cordis humani quæ in animo sunt occulta nec dum ad aliquem actum extrinsecum deuenerunt solus Deus est serutator & verus cognitor, vt habet Matth. xxij. c. vbi Christus optime cognouit secreta cordis Phariseorum qui cupiebant ipsum calũniari apud Cæsarem ex eo ꝙ vocabat se regem Iudæorum, & propterea interrogarunt ipsum cui nam deberent offerre tributum ipsi vel Cæsari, tunc Iesus petijt ab eis vt ostẽderent sibi monetã aliꝗ̃ si habebant, & vnus ipsorum exhibuit numisma quod Iesus videns interrogauit cuiusnã esset illa imago in numismate sculpta, at illi responderunt, est Cæsaris imago, tunc Iesus restituens illis numisma

misima dixit. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo, demonstrans ꝙ Deus non querit thesaurum pecuniarum, sed corda fidelium, & opera charitatis, de pœni. dist. j. ecce. & c. seq. & dist. ij. c. radicata. & c. seq. & not. in c. a nobis. de sent. excom. & in c. j. qui cle. vel vouent. Et ista ac his similia nullus dæmonum nec angelorum facere aut cognoscere potest, sed solus Deus, vt dixi. & habetur. ij. q. iiij. c. consuluisti.

3 †Quædam vero sunt sub cognitione & naturali potentia dæmonis, & quæ dęmon ipse permissu diuinę clementię facere potest, quia sibi nō reprimit, & hęc multa sunt, inter quæ est tentandi facultas, & flectendi pudicos animos ad libidinem, & ad alia peccata, vt habetur in Apoca. ij. ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini, vt habeatis tribulationem diebus decem, nolite timere &c. S. Augu. lib x. de ciui. Dei, & S. Tho. in ij. ij. distin. xcv. q. ij. in tit. de superstit. & habetur Gene. iij. & Matth. iiij. Marc. j. Luc. iiij. vbi diabolus ausus fuit tentare Christum: & diximus supra eo. q. vj. Item omnium naturalium & virtutum creatarum cognitio, tā superiorum ꝙ̄ inferiorum: ex quibus quidem rebus naturalibus inferioribus multa fiunt veneficia, ex quibus diuersę & quamplurimę cau sant infirmitates in humanis corporibus, sciuntq; dictas ægritudines sic ex accidenti expositas con trariis remediis curare quam quidem scientiam naturalium dæmones possunt homines docere & instruere quomodo facere debeant ad sauciādum sanandumve corpora huiusmodi, vt proxime diximus supra eo. tit. in vj. q. & alia huiusmodi quā plura facere possunt eorum natura & permissu Dei, vt dicit S. Tho. in tract. qq. prima parte q. v. de mira. & eo. lib. q. xvj. articu. vij. de demon.

Quibus sic præsuppositis nunc distingue, Aut 4 †sortilegus, malefica, siue magus sunt de expressa professione diabolica, quod est quando expresse abnegarunt Christi fidem & iterum se baptizarunt in nomine Beelzebub, vt plene diximus supra eo. d. q. vj. & q. iij. & habetur in l. hi qui sanctam. C. de aposta. & malefici huiusmodi sunt tacitę professionis, quod est quando nondum se remouerunt pœnitus a diuino cultu & a fidei christianæ religione, nec celebrant expressum dæmonis cultum per sacrificia diabolica, nihilominus habent quandam tacitam & occultam amicitiam seu familiaritatem cum dæmone & alijs maleficis propter quam quædam conficiunt sortilegia & operationes superstitiosas, quæ non possunt absque dæmonis suffragio & instructione compleri seu effectum sortiri, vt sunt ligaturæ execrabilium remediorum & incantationes quas faciunt istæ mulierculę, vt plurimum cum schedulis omnibus aut alijs mixturis siue ligaturis suspendendis aut ligandis ad collum, maxime quando studet sanare personam maleficiatam, & hoc est quod dicit tex. in c. nec mirum. in princip. in ver. ad hæc omnia. xxvj. quæst. v. & S. Augusti. lib. x. de ciui. Dei. vbi dicit ꝙ in istis omnibus ars dęmonum est ex quadam pestifera societate 5 hominum & angelorum malorum exorta. †Primo casu dic, ꝙ qualitercunque fiunt ipsa sortilegia per illum qui est expresse professionis semper dicuntur sapere hæresim manifeste si non respectu operis saltem respectu operantis, qui est vere & proprie hereticus, ex quo relicto Deo proprio creatore adorat dæmonem tanquam vnicum Deum, & propterea dicitur hęreticus, quia contrauenit primo diuinorum præcepto. Vnum cole Deum &c. Item primo ex articulis christiane fidei. Credo in vnum deum &c. Idem dicendum est de eo qui non est hæreticus, tn̄ in ipsis sortilegijs fabricandis associat sibi hęreticū, vel puerum rebaptizat &c. vt dicit gl. in d. c. accusatus. §. sane. de hæreti. lib. vj. Et licet quędam ex his quę faciunt sint de his quę demō facere potest naturaliter, quæ regulariter non deberent sapere hęresim manifeste, tamen in isto casu dici possunt hęretica non respectu rei, sed respectu operantis & hoc est quod voluit dicere glo. in d. c. accusatus. §. sane, quę exemplificat plures casus in quibus ipsa sortilegia sapiunt hęresim manifeste inter quos ponit istos, scilicet quando sortilegi ad ipsa sortilegia conficienda associant sibi hęreticum aut puerum rebaptizāt &c. quędam alia his 6 similia faciunt. †Secundo autem casu quando hęc fiunt ab his qui sunt tacitę professionis, & tūc distingue secundum ꝙ facit Oldr. in consi. ccx. quod incipit, regularis habet traditio &c. vbi dicit ꝙ aut imploratur auxilium dęmonis ad ea faciendum, aut cognoscendum quæ ipse dęmon sua naturali virtute & potestate facere potest diuina virtute non reprimente, sicut est hominem tentare ad peccandum aut flectere pudicos animos ad libidinē & similia facere, vt dictum est supra late in iij. et vj. q. & isto casu non sapiunt hęresim manifeste, vt dicit gl. & not. Archid. Gemi. & cæteri Doct. in d. c. accusatus. §. sane. idē esset si eius virtus inuocetur ad reuelandum furta vel alia oc culta præsentia vel præterita, ad præparandum docendumq; medelas, ad sanandum maleficiatum: ista licet fieri omnino prohibeantur dæmonis auxilio de iure canonico, vt habetur in cap. ij. de sortile. vbi copiose per Panor. & xxvj. q. vltima. c. admoneant. tamen nō sapiunt hęresim manifeste, quod patet ex genere pœnę, vt in d. c. ij. de sortile. & per Old. in d. consi. ccx. Aut imploratur auxilium dęmonis ad cognoscendum vel faciendum ea, quæ de sui natura scire aut facere nō potest, quia sunt de his quę pertinet ad ipsum creatorem, vt supra late diximus, & tunc si quis putat dæmonem posse facere per seipsum illa quę ad solum Deum pertinent est hæreticus & pagano deterior. d. c. episcopi. §. quisquis. in fin. & d. c. qui 7 sine saluatore. † Sed quæro quid si aliquis assumeret hostiam sacratam in sortilegijs ipsis quæ fiunt maxime ad amorem, in quibus sępius ista sacra miscentur, vt diximus supra in ij. & iij. q. an ista sapiunt hæresim manifeste quando in eis nullus hæreticus interuenit, distingue aut illa fiūt ad effectum cognoscendi animum mulieris vel viri si amat illum aut illam, qui vel quæ sortilegia facit, vt sæpius faciunt isti amantes, qui sunt dementes, aut fiunt ad effectum inducendi amorem erga sorti-

sortilegum aut sortilegam in corde illius amatæ personæ quæ nullum vel minimum habet amorē. Primo casu non videtur ꝙ sapiant hæresim manifeste, ex quo in hoc sortilegio imploratur auxilium illius sacramenti ad ea quæ sunt propria diuinæ virtutis, scilicet ad reuelandum secreta cordis hominum secundum quod concludit Oldr. in d. consi. ccx. de quo supra proxime diximus, hæreticum potius esset si pro notitia occultorum prædictorum quis inuocaret auxilium dæmonis, putās dæmonem posse ipsa reuelare ex certa scientia secundum ꝙ dicit idem Old. in d. consi. & diximus supra. Et secundum hoc not. quod multi hodie incidunt in hanc speciem hæresis; quia plures sunt ex istis amantibus fatuis qui facere student hæc eorum sortilegia, cum alijs diuersis rebus, vt sciant animum amasiæ, siue amasij, an teneat dilectionem sui. & hi qui in hac opinione persistunt firmiter id credentes sunt hæretici, alias non.

8 † Secundo vero casu quando fiunt ad effectum calefaciendi cor frigidum, et ista similiter non videntur ꝙ sapiant hęresim manifeste, quoniam inuocatur suffragium illius sacramenti ad diligendum, sed dilectio in se non est peccatum, immo videtur esse meritum apud Deum, vt habetur in diuinis præceptis. Diliges proximum tuum sicut teipsum. et nota. Matth. xxij. c. & dixit Pau. Aposto. si omnes virtutes habuero charitatem autem non habeam nihil sum, & not. in c. firmissime. de hære. glo. tamen in d. §. fane. c. accusatus de hæreti. lib. vj. videtur tenetur contrarium ꝙ sortilegia in quibus interuenit hostia consecrata sapiunt hęresim manifeste, dum ponit plura exempla in quibus sortilegia ipsa sapiunt hęresim manifeste, ponit etiam istud de per se quando interuenit hostia consecrata, nec specifice ponit ad quem effectum illa fierent, vnde intelligi potest ad omnem turpē effectum, maxime vbi vertitur materia peccati: & ab ista opinione quæ fauorabilis est pro fide non discederem, vt dicit tex. in d. cap. accusatus. maxima enim temeritas est illius christiani qui in rebus vanis & lasciuis tanti sacramenti abusum audet ministrare; Et ad ea quæ supra in contrariū adducebantur. Respondeo, nec nego ꝙ diuina virtus precibus implorata ad reuelandum ea quæ secretissima sunt in corde hominum hoc facere posset, quia hæc sunt sub eius arbitrio & potestate, non autem dæmonis, qui est creatura. hoc est verum quotiescunq; consultatio ipsa fieret debito modo iuxta ritum veri diuini cultus & christianæ religionis, & per modum sacrificiorū quæ in ecclesia celebrantur per bonos sacerdotes, non autē isto modo superstitioso & retrogrado, iuxta not. in c. nihil in sacrificijs. de consecra. dist. j. & not. in c. cum marthæ. de celebra. mis. vide domi. Ioan. lec. in sum. confes. in titu. de sortile. q. xix. & q. vlti.

9 † per ista enim sortilegia non implora tur auxilium sacramēti mixti in factura aut ipsa diuina virtus ad reuelandum ista, sed potius dæmonis suffragium vt illa reuelet per abusum istorum sacramentorum cui omnia huiusmodi opera sortilegia immolantur per illam amicitiam quā ibi malefici habent cum dæmone secundum pacta inter eos inita. xxvj. q. v. c. nec mirū. ver. ad hęc omnia. & Ioan. lec. in sum. confes. eo ti. c. ij. et hoc faciunt in opprobriū diuinæ maiestatis, & si qua responsa reuelationis inde sequantur, illa profecto sunt diabolica et non diuina, sed istum tam turpem abusum sacramentorum diabolus instruit hominem facere vt sub eo ipse facilius adoretur ab homine in dedecus diuinæ bonitatis, & hoc modo hominem decipit, vt dicunt Canonistæ & sacri Theologi in locis supra nota. in vj. & vij. q. & habetur in d. c. episcopi. Ad secundum dum dicebatur ꝙ diligere in se non est peccatum, est verum quando dilectio est ipsa in charitate fundata, tunc enim est opus meritorium Deo, quia charitas est recta voluntas ab omnibus terrenis, ac præsentibus penitus aduersa iuncta vero Deo inseparabiliter vnita igne quodam spiritus, omnis extraneę corruptionis nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, supra omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa, & in effectu conclude ꝙ illa est dilectio maxima circa diuina et ecclesiam vel erga proximum propter Deum quæ respicit animę beatitudinem non hæc mundana fragilia. vide tex. pręclarum de pœni. distin. ij. c. charitas est, vbi plura singularia de charitate narrantur, hęc enim est illa charitas & dilectio quę habet meritum regni cœlestis, hęc est illa de qua locutus fuit Paulus Apostolus & Matth. xxij. c. & de qua loquitur diuinum præceptum. & text. in d. cap. firmissime. & ibi glos. ceteræ vero dilectiones carnis quæ terrenæ sunt potius habent annexum peccatum q̄ meritum respectu vltimi effectus qui est carnalis coitus, & propterea ille qui putat sacramentum Eucharistię operari ea quæ sunt mediate vel immediate peccatum, est in maximo errore, nec caret manifestę hæresis suspitione, nihilominus in istis semper me refero ad communem Theologorum opi. & rectum iudicium sanctę matris ecclesiæ. Oldradus autem in hac materia in cons. suo. ccx. quod incipit regularis habet traditio &c. sic distinguit dicens ꝙ sortilegia simplicia, item pocula amatoria, vel assumere hostiā non sacratam ista non inducunt hæresim. vt in cap. primo de sortileg. & in rub. eo. titu. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœni. et c. de homine. de celebratio. miss. Imagines vero facere ad amorem mulieris prouocandum dicit ipse ꝙ magis videtur esse superstitiosum quam hęreticum. Sed circa hoc duo sunt consideranda. Primum est modus inuocationis, quomodo inuocatur dæmonis suffragium. Secundū est considerandum circa rem quę expetitur.

10 † Primo igitur casu aut inuocatur auxilium dęmonis per modum imperij et suffragij, aut per modum adorationis & cultus latrię, primo casu aut imploratur ad tentandum & flectēdum pudicos animos mulierum ad libidinē, vel his similia, quę sunt de propria dęmonis natura, & non sapiunt hęresim, vt habetur in Apoc. ij. c. ecce missurus est diabolus aliquem ex vobis in cacerem vt tentemini &c. & habetur Matth. iiij. Marc. j. & Luc. iiij. hoc enim est proprium dęmonis tentare hominem ad peccandum, vt ibi dicitur & diximus supra ea. q. in princip. Aut

implo-

imploratur eius auxilium ad sciendum futura, vel ad aliquid aliud faciendum, quod soli Deo creatori competit, & tunc sapiunt hęresim manifeste, quia vult attribuere creaturæ quod est proprium creatoris, vt cap. accusatus. §. sane, de hæreti. lib. vj. & ibi not. Doct.

11 † Secundo vero casu principali quando inuocatio illa fit per modum adorationis & cultus latrie adorando diabolum, absq; dubio illud sapit hæresim, immo est proprie hæresis adorare diabolum. si enim adorare hæreticũ est hæresis non propter personam, sed propter vitium in quo est graue peccatum, vt dicit Old. ibi. & Gemi. in d. cap. accusatus. §. sane. ita & multo fortius adorare diabolum est opus hæreticũ, quod enim maius & detestabilius vitium est q̃ adorare diabolum ? & hic non ponderatur persona, sed vitium quod committetur in illa adoratione.

Et ideo diligenter est aduertendum ad modum et formam, quibus dęmonis suffragium inuocatur, quia si per modum imperij & gratificationis, & petuntur ea quæ diabolus facere potest nõ sapiunt hæresim, si vero per modum certæ adorationis, tunc sapiunt hæresim expresse per ea quæ proxime diximus quæ fuit singularis doctrina Old. in d. consi. ccx. Ex qua not. singularem cautelam in practica pro aduocatis vt sint cauti in formando positiones & interrogationes ꝙ per modũ imperij seu gratificationis quis inuocauit auxilium dæmonis & isto modo euitabitur labes hæresis, si vero ponat ꝙ per modum adorationis & veri cultus latriæ quis incidit proprie in hæresim, per ea

12 quæ supra diximus. Post hæc videndũ est † quid de sacerdotibus qui causa doloris spoliant altaria & celebrant missas veste lugubri in liuorem & odium alicuius inimici, vel celebrant missas defunctorum pro ipsis viuentibus, & sumunt præces vt citius moriantur, vel incurrant mortis periculum, nunquid ista sapiunt hæresim manifeste? dic ꝙ non, quod apparet respectu pœnæ quę imponitur pro isto crimine. xxvj. q. v. quicunque, & clarius dicetur infra eo. quæstio. seq. vbi tradetur de pœnis istorum. Deinde quæro quid si clerici vel laici crucem aut imaginem beatę Mariæ virginis, seu aliorum sanctorum irreuerenti ausu proiecerunt in terram & spinis, vel vrticis supposuerunt, aut pedibus forsan calcauerint, an ista sapiant hęresim manifeste, vel dicantur proprie opera hęretica, & similiter dicas ꝙ non, licet grauissimum sit peccatum in se. ca. si canonici. §. fina.

13 de offic. ordi. lib. vj. Vlterius † quęro quid si sacerdos celebrat vnam aut plures missas super hostia quam nunquam sacrauit, si postea communicat se cum illa an incidat in hęresim. vel dicatur hęreticus ex eo, similiter si aliquis acceperit hostiam super qua celebratę fuissent vna aut plures missę, non tamen fuit sacrata & illam immiscuerit in sortilegijs, maxime his quę fiunt ad amorem, an incidat in hęresim sacerdos qui missas illas scienter celebrauit, & ille qui hostiam commiscuit in sortilegijs, dic ꝙ neuter committit hæresim quamuis grauiter peccat vterque. c. de homine. de celeb. mis. & per Old. in d. consil. ccx. in iij. colum. & diximus vnum verbum supra ea. q. in princi. & habetur per d. Ioan. lect. in summa confes. eodem titu. q. xij. & vj. Nec omittam eos qui in sortilegijs suis apponunt imagines illasque baptizant sub nomine personę maleficiãdæ vt affigant in eo vel ea illud accidens quod ipsi vel ipsæ desiderant an ista sapiunt hæresim manifeste, dic ꝙ considerandum est ad quem effectum imagines illæ fuerunt fabricatæ, & ad quem effectum tendunt sortilegia, & ad quid imploratur auxilium dæmonis, aut ad ea quæ facere potest virtute sua naturali, aut ad ea quæ spectant ad creatorem, item sub quo modo & forma imploratur dæmonis suffragium, aut per modum imperij & gratificationis, vel per modum adorationis & cultus latriæ, de quibus omnibus diximus supra eadem. q. ideo non insisto vlterius in declaratione, vide

14 do. Io. lec. in sum. confes. eo. ti. q. xij. † Quid de his qui in ipsis sortilegijs immiscent reliquias sanctorum martyrum scilicet particulas ossium carnis aut neruorum capillorum vnguium & similiũ, vel particulas aliquas vestium eorundem, vel domini nostri Iesu Christi beatę virginis Marię seu aliorum sanctorum aut sanctarum, an sortilegia ipsa dicantur esse hæretica vel sapere hæresim manifeste, præsupposito ꝙ immixta fuerint in sortilegio amatorio, vt sæpius fieri solet, dic ꝙ non sunt hæretica nec sapiunt hæresim manifeste, quãuis negari non potest ꝙ sunt valde superstitiosa damnanda, quod est verum quando fierent ipsa sortilegia ad flectendum pudicos animos ad libidinem, vel ad alios effectus qui fieri possunt per dęmonem, & non interuenit cultus adorationis. si vero interueniret cultus adorationis, & fierent ad sciendum illa quæ pertinent ad Deum semper sapiunt hæresim manifeste, vt late diximus supra proxime. vide S. Thom. in summa ij. ij. dist. xcv. arti. iij. versi. dicendũ. in titu. de supersti. vbi hoc idem tenet. idem etiam Io. lec. in summa confes.

15 eo. ti. q. xvj. Modo † quæro quid de his qui sacramenta ecclesiarum vt est oleum sanctum baptismatis, crismatis, vel extremæ vnctionis, aut aquam fontis baptismatis in dictis sortilegijs cõmiscuerint an sapiant hæresim. vt supra, & breuiter dicas ꝙ non, quod patet ex diuersitate pœnarum indictarum pro huiusmodi maleficijs, quæ sunt diuersæ a pœnis hæreticorum, de quibus in cap. ad abolendam, & c. vergentis. extra de hæretic. & late diximus intra de hæreti. q. vj. Quod tamen est verum quando per ipsa sortilegia non imploratur auxilium dæmonis, nisi ad ea quæ de sui natura facere potest, de quibu alias diximus supra ead. q. & q. vj. & vij. si vero inuocatur ad ea quæ non ad ipsum, sed ad Deum creatorem spectant sine dubio tunc saperent hæresim manifeste, vel si dæmonis suffragium inuocatur per modum adorationis & cultus latriæ; quia ipsi sortilegi & eos consulentes adorarent cum deuotione diabolum, tunc illorum opera essent hęretica, alias si per modum imperij vel gratificationis, dicas ꝙ non, vt supra proxime diximus, & per Old. in d. cõsi. ccx. Et ideo dic ꝙ si quis in ipsis sortilegijs quęreret auxilio dæmonis scire si mulier in corde suo amat ipsum amantem, vel econuerso quando mulier

liet sortilegat erga virum isto casu sortilegia sapiunt hæresim manifeste. quia secreta cordis hominum nemo scit, nisi solus Deus, & cui ipse voluit reuelare, & habetur. ij. q. iiij. cap. consuluisti. 16 & late diximus supra ead. q. in princip. † Sed quæro quādo ipsa sacramenta posita in amatorijs sortilegijs ad flectendum, vt supra an operentur effectum vt ex potentia illius sacramenti flectatur animus illius ad amandum &c. dic ꝙ nō, quia illis non vtuntur debito modo nec ad honestum, sed ad turpem effectum, quod vt plurimum tendit in peccatum ad quæ opera diuina gratia vel sacramenta ecclesiarum se non extendunt, vt alias diximus supra eo. q. vj. & ideo communiter appellari solet iste abusus quidam sacramentorum, & sortilegium. xvij. q. iiij. sacrilegium. & cap. si quis contumax. §. j. Nec dum est annus elapsus ꝙ vidi Romæ casum iustum euenire in facto, vbi duæ mulieres impudicæ cum oleo sancto baptismatis & crismatis, quo inunxerunt sibi labia dicentes quædam turpia verba ad formādum sortilegium. deinde deosculabantur viros a quibus amari cupiebant, asserentes quod illud sortilegium & obseruantia operabatur maximum effectum quo ad iniungendam dilectionem in corde vacuo, nihilominus vidi ambas fustigari per vrbem & mitriatas in loco quodam publico notissimo turpiter dehonestari secundum quod dicit Panormi. in d. 17 cap. ij. de sortileg. † Idem dicendum est de his qui in huiusmodi sortilegijs amatorijs immiscent aquam benedictam sumptam ex amphora cōmuni quæ patet in ecclesia, candelas benedictas, frondes palmarum, ramos oliuarum benedictarum, sacros agnusdeos, & similia, iste dicitur potius abusus quidam sacramentorum, vt supra proxime diximus, quam hæresis expressa, Idem dicendum est de his qui aliquas reliquias vestium sanctorum apostolorum martyrum, aut aliorum sanctorū vel qui particulam lapidis sacrati, purificatorij super quo immolatur hostia. item calicis vel alterius rei benedictæ siue sacratæ commiscuerint in ipsis sortilegijs amatorijs dicuntur abuti sacramentis huiusmodi & grauissime peccant citra tamen hæresis labem, vt notatur per Old. in d. consil. ccx. & Panor. in d. cap. ij. de sortileg. vbi expresse dicit. ꝙ quotiescunque non interueniunt ea, de quibus per gl. in d. c. accusatus. §. quamuis inuocentur dęmones, vt promoueant animum mulieris ad impudicitiam, licet istud sit grauissimum peccatum in se, tamen non sapit hæresim, quia proprium est dæmonis tentare creaturam, vt habetur in Apoc. ij. cap. & xvj. q. ij. visis. vide S. Tho. in sum. ij. ij. dist. xcv. arti. iij. dicendum. in titu. de supersti. & Io. lec. in summa in tit. de sortileg. q. xxv. adulteram qui omnes tenent ꝙ per ista quis non incidit 18 in hæresim dum tamen fiat modo prędicto. † Quę omnia prædicta limitanda sunt pluribus modis, & primo vt non procedant quotiescunq; in ipsis sortilegijs clebrarentur solennia sacrificia interpositis aris, idolis, & alijs de quibus supra in iij. & vj. qq. & diabolus adoretur, quia isto casu committitur hæresis, vt sępius supra proxime diximus, ita tenet expresse Oldra. in d. consi. & Gemi. & alij Doct. in d. §. sane, dicentes ꝙ peius est adorare diabolum ꝙ̄ hęreticum. Secundo limitantur vt non procedant in sacramento eucharistiæ corporis vel sanguinis domini nostri Iesu Christi, quia tunc committitur hęresis. ita dicit expresse glo. in d. §. sane. Tertio limitantur quādo interueniret rebaptizatio pueri in ipsis sortilegijs, quia etiam saperent isto casu hęresim manifestam. vt per d. gloss. in d. §. sane. Quarto limitantur, nisi in ipsis sortilegijs ministrandis hęreticus interue19 nerit, vt per d. gloss. † Quinto & vltimo limitanda sunt quotiescunque dęmonis suffragium inuocatur ad habendum notitiam eorum vel faciendum ea quę soli Deo creatori competunt in priuilegium de quibus plenius diximus supra eadem q. in prin. & per ista sit expedita hęc decima vtilis quęstio quę omnia bene nota, quia istorum scientia est maxime importantię, tam respectu examinis, quam pœnarum de quibus dicemus infra q. proxima.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sortilegi quibus pœnis sint afficiendi.*

2 *Sortilegia quæ fiunt ad habendam notitiam occultorum aut distantium non sapiunt hæresim, & ideò non puniuntur.*

Sortilegi qua pœna puniri debeant in foro conscientiæ.

3 *Pœna sortilegorum in foro iudiciali canonico quæ sit.*

4 *Laici & viles personæ sortilegia exercentes qualiter puniantur.*

5 *Sortilegus & qui eum consulit puniuntur pœna capitis.*

6 *Sortilegia amatoria qualiter in foro conscientie puniantur, & qualiter in foro iudiciali canonico.*

7 *Sortilegia amatoria in iure ciuili capite plectunt.*

Pœna sortilegiis imponenda est arbitraria.

8 *Clericus sortilegus potest officiis & beneficiis priuari.*

Ignorātia aut simplicitas in sortilegiis nō excusat.

9 *Sortilegi venefici qua sint pœna afficiendi.*

10 *Clericus qui sortilegium veneficum exercuit qualiter puniantur in foro iudiciali canonico, & qualiter laicus.*

11 *Malefici qua mulctentur pœna de iure ciuili.*

Sortilegus ad domum alterius accedens ad perpetranda maleficia qua sit afficiendus pœna.

12 *Consulens aut vocans maleficos ad maleficia facienda; punitur capitis pœna.*

13 *Torqueri potest quilibet cuiusuis conditionis pro crimine sortilegii.*

Sortilegus quo casu tradatur bestiis vorandus.

Artem



1 VNDECIMO post præmissa vidēdum est † quibus pœnis isti sortilegi puniuntur in qua. q. similis distinctio de qua supra repetenda est, aut sapiunt hæresim manifeste, aut non primo casu pœnę ipsorum declaratæ fuerūt in tract. de hæreti. q. iiij. vbi copiose diximus, quibus pœnis puniuntur hæretici. secundo vero casu quando non sapiunt hæresim expressam distingue, aut sumus in prima specie sortilegiorum diuinatiua aut in secunda quæ est amatoria, aut in tertia quæ dicitur malefica de quibus alias diximus supra eod. titu. quæst. ij. Primo casu aut fiunt ad habendum notitiam futurorum aut eorum quæ in corde sunt hominis & ista quia sapiunt hæresim manifeste vt supra proxime diximus puniuntur pœnis hæreticorum de quibus supra. Idem est si in illis commiscerent hostiam sacratam aut alia de quibus per glo. in dicto cap. accusatus. §. sane. de hære. lib. vj. quia tunc sortilegia ipsa saperent hæresim manifeste & hæreticorum pœnis essent puniendi qui præmissa faciunt, ita dicit Oldra. in dicto. consi. ccx. Panormi. in cap. ij. extra eod. titu. & diximus supra proxima. quæstio. circa

2 fin. † Aut fiunt ad habendum notitiam præsentium occultorum, prout sunt furta, rapinæ, incendia, tractatus, adulteria, homicidia occulta, & his similia facinora, aut eorum quæ iam facta sunt de præterito seu eorum quæ in longinquis partibus fiunt & similium, quia tunc non sapiunt hæresim manifeste alijs pœnis puniūtur, quia si est clericus de iure cano. siue diuino in foro conscientię subijcitur pœnitentiæ. xl. dierum extra collegiū ecclesiæ siue communionem fidelium, quæ imponitur per sacerdotem, qua subijciuntur etiam laici, vt est tex. in c. j. de sortileg. & ibi Panor. & alij qui ita declarant tex. illum, licet glo. si. videatur aliter sentire, sed ipsa loquitur de pœnis iudicialibus imponendis a iudice ecclesiastico in foro contentioso secundum iura quæ glo. ipsa alleg. vt in-

3 fra proxime dicam. † Aut sumus in foro contentioso iudiciali canonico postquam delictum innotuit curiæ, & tunc pro eodē crimine imponuntur grauiores pœnę, quia clericus erit suspensus a diuinis & ab altaris ministerio per annū, & vltra ad arbitrium iudicis secundum facti qualitatem aut turpitudinem, & personarum conditionē, quo termino elapso clericus ipse statim ipso iure reuertitur ad pristina sua, ita dicit tex. in c. ij. eo. tit. & ibi per do. Abb. quem vide. & Felyn. & alios. laicus vero regulariter excommunicatur. xxvj. q. v. non oportet. Sed hoc est verum quotiescūque ex simplicitate & bono zelo clericus peccasset secundum terminos. d. c. ij. alias grauius punietur, quia deponitur ab omni ordine sacro & priuatur omnibus beneficijs & intruditur in monasterium ad agendum perpetuam pœnitētiam, vt ha-

betur.xxvj.q.v.si quis episcopus.& ibi glo.idem tenet Panor.in d.c.ij.& not.ꝙ vltra pœnas prædictas poterit iudex ecclesiasticus exercere etiã alias pœnas † contra laicos huiusmodi sortilegia exercentes, quia si serui sunt & viles personę poterunt mitriari, & fustigari, & alijs similibus modis dehonestari, digniores vero poterũt relegari vel ad perpetuos carceres condemnari, vt in cap. cõtra idolorum. xxvj.q.v.quod est verum.& procedunt illæ vltimæ pœnę quotiescunque alias moniti laici ab ipsis sortilegijs noluerint se abstinere, & sic de his qui pluries inciderunt in crimen. vide Panor. in d. c.j. de sortileg.in glo.fina. vbi subiungendo dicit.not.ꝙ licet istud sit crimen ecclesiasticum, tamen non est mere ecclesiasticum, quia iudex et secularis potest de hoc crimine cognoscere pariterq; punire, licet reos ipsos pœnis grauioribus prosequatur. † De iure autem ciuili punitur pœna capitis, tam ille sortilegus, & magus, ꝙ̃ ille qui consulit ipsos & sortilegia ipsa cõfici mandat. & iste est tex.in l.nemo.C.de malefi. & matthe. Isti enim diuinatores sunt multũ Deo abhominabiles & exosi, ratio est, quia volunt se facere æquales Deo, dum diuinam potestatẽ quæ vertitur in cognitione futurorum sibi vsurpare contendunt, & esse similes Deo, & dicit do. Ioan. de Turre cre.in c.contra idolorum.xxvj. q̃o. v. quod quemadmodum Lucifer & primi nostri parentes voluerunt esse similes Deo in altitudine, & pulchritudine, in cognitione & scientia boni, & mali, ideo omnes de cœlo deiecti fuerunt, quorũ quidam in profundum inferni, quidam vero in hoc variarũ calamitatum mũdo peruenerunt, ita dicendum est de istis diuinatoribus qui in cognitione futurorum volunt esse æquales Deo. de ecclesia Dei quę pro cœlo figuratur omnino expellendi sunt, & a Christi fidelium gratijs repellẽdi.

6 † Aut sumus in secunda specie quæ dicitur amatoria, & si in ea interueniunt ea quæ narrantur per glo. in d.c. accusatus.§.sane. dicendum est ꝙ sapiunt hæresim manifeste & puniuntur pœnis hęreticorum, vt supra proxime diximus. Idem dicit Abb.in d.c.j.de sortileg.aut illa non interueniũt & non sapiunt hæresim, & dic aut sumus in foro conscientiæ & eadem.xl.dierum pœnitẽtia subijciuntur tam clerici ꝙ̃ laici sicut alij de quibus supra d.c.j.de sortil.qui tex.loquitur indistincte, & generaliter de quibuscunque personis, & de hac etiam specie sortilegiorum in qua viget eadem ratio intelligi potest.arg.tex. in c. si quis episcopus.xxvj.q.v.vbi loquit̃ de omni specie, ex quo etiam non datur diuersa ratio inter casum & casum.arg.l.illud.ff. ad legem Aquil. cum simi. & ita tenent Doct.ibi. Si vero sumus in foro iudiciali de iure canonico & eisdem pœnis puniuntur clerici atque laici tam prima ꝙ̃ secunda vice, prout supra proxime diximus in præcedenti specie.xxvj.q.v.c.non oportet.c.si quis episcopus.c. aliquanti.c.contra idolorum. & c. augurijs, quæ omnia iura maxime.c.non oportet.& c. aliquanti loquuntur de pluribus speciebus sortilegiorum, & de ista quoque loquuntur. † De iure ciuili similiter eadem pœna capitis puniuntur, d.l.nemo, C.eo.titu. quæ omnes sortilegorum professiones ac sortilegiorum species complectitur: vide text. ibi, & glo.& l.eorum.in prin.eo.ti.vbi tex. videtur æquiparare quo ad pœnas illos maleficos qui flectunt pudicos animos ad libidinem, & illos qui cõtra salutem hominum moliti sunt, omnes enim seuerissimis pęnis sunt puniendi, quæ non denotant nisi vltimum supplicium, vt not.gl.in d.l.eorum.in princi.& l.multi. Et circa præmissa nota vnum singulare, ꝙ dixit Abb.in d.c.ij. de sortileg.ꝙ pœna imponenda istis sortilegis vel eos consulentibus est arbitraria, potestq; iudex illam aggrauare, seu grauiorem aut leuiorem imponere, secundum qualitatem facti, conditionem personarum, & animum delinquentis, & secundũ ipsas qualitates & accidentia pęnas ipsas moderari, arg.l.hodie. & l.aut facta.ff.de pœn. & l. quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his q̃ not.infa. xxiiij. q.j.non afferamus. Hoc tamen procedit de iure canonico in foro ecclesiastico, de iure tamen ciuili, secus est, vt supra proxime dixi.

8 † Et nota etiã aliud quod dicit Abb.ibi.ꝙ clericus per huiusmodi sortilegia de quibus ibi, potuisset officijs & beneficijs ecclesiasticis priuari.arg.tex.xxvj.q. v. c.aliquanti, sed ibi ideo clericus ille fuit dignus misericordia, vt illa minori suspensionis pęna puniretur, quia ex simplicitate peccauit, & bono zelo pro inueniendis bonis ecclesiæ quæ fuerãt furto subtracta, vt dicitur in d.c.ij.alias grauius fuisset punitus, quæ nota pro limitatione eorũ quę supra dixi. Et nota etiam hoc aliud ꝙ in istis criminibus non parcitur simplicitati nec ignorãtię, quia licet sortilegia ipsa facta fuerint bono zelo & ad bonum effectum scilicet reperiẽdi res ecclesiæ furto subtractas, nihilominus puniuntur qui illa conficiunt aut consulunt facientes. d. c. ij. de sortileg.& ibi Panor.vbi dicit ꝙ isto casu mitius puniuntur ex quo tex.iuncta hac doctrina apparet decisio illius casus an liceat hęc sortilegia fieri ad sanandum corpora maleficiata, et si quis maleficis remedijs & arte prædicta aliquos sanauerit an puniatur & qua pęna, de quibus habetur xxvj.q.vlt.admoneãt & dicemus ea.q.loco suo.

9 † Aut sumus in tertia specie principali quę dicitur venefica, & si in ea interueniunt aliqua de his quę narrat glo.in d.c.accusatus.§.sane. dicendum est ꝙ sapiunt hæresim manifeste, & pęnis hęreticorum sunt puniendi vt alias diximus supra, si vero ea non interueniunt vel alia his similia, & tunc aliter puniuntur, quia aut sumus in foro conscientiæ & punitur fabricans & ille qui consulit pęnitentia exilij.xl.dierum extra gremium ecclesiæ & fidelium communionem.d.c.j. de sortilegi.iuncto c.si quis episcopus.xxvj.q.v. & licet tex.in d.c.j.loqui videatur de alia specie scilicet diuinatoria, tamen cap. si quis episcopus.loquitur generaliter de omnibus & in fine vna & eadem pęna omnes punit, qua pœna tam clerici ꝙ̃ laici subijciuntur, quia tex.in d.c.j.loquitur generaliter & indistincte.l.de precio.ff.de publi.& xxvj. q.v.aliquanti. & cum hac solu.videntur transire Doct. in d.c.j. nullam facientes differentiam de

10 aliqua specie sortilegiorum aut personis. † Aut sumus

sumus in foro canonico cōtentioso, & sic in foro fori, si laicus hoc crimine peccauit prima vice erit excommunicatus & ab ecclesia remouendus erit xxvj. quæstio. quinta. si quis episcopus. & cap. aliquanti. si vero semel monitus adhuc in eodem proposito perseuerando iterum commisit idem delictum, & tunc si est vilis persona debet fustibus cedi siue fustigari publice per vrbem mitriari & publice tanquam infamis dehonestari, digniores vero relegantur in carceribus siue ad perpetuos carceres condemnantur xxvj.q.v.contra idolorum. Clerici vero efficiuntur infames & omnibus officijs atque beneficijs ecclesiasticis priuantur. & nihilominus ipsi quoque intruduntur in carceribus aut in monasterium ad agendum perpetuam pœnitentiam xxvj.q.v.si quis episcopus.& c. aliquanti. & sequen.in hoc tamen nō recederem ab opi. Abb.de qua.in d.c.ij.de sortileg.ꝙ sit consideranda conditio personæ,qualitas facti,& animus delinquentis,& secundum qualitates illas pœnas ipsorum, quandoque augere,quādoque vero minuere, iuxta sanum iudicis arbitrium. 11 †De iure autē ciuili hęc sortilegia grauius puniuntur, quia iura ipsa multum abhorrent artem maleficam,vt in toto titu.C. de malefi. & mathema. & ideo omnes isti malefici puniuntur vltimo supplicio.l. nemo. l.multi.l.& si excepta.& l.eorum.in princ.C. eo. tit.& ideo lex vocat illos humani generis inimicos,ex quo vtplurimum quærunt innocentū corpora illis veneficijs labefactare dicta l. multi. & l.& si excepta,vbi etiam appellantur hostes communis salutis dicta l.multi,& naturæ humanę inimici.l.fina eo.titu. Regulariter igitur puniuntur pœna captis tam ipsi magistri quam hi qui illos consulunt & hæc fieri mandant. d.l. nemo. in fin. & l. multi. si quis vero magister ad alterius domum accesserit exercendi maleficij causa igne concrematur, is vero qui illum præmijs & suasionibus euocauerit & associauerit,omnia eius bona publicantur & in insulā deportatur. Sed cōtra hoc est tex.in l.nemo.C.eo. ti. vbi dr̄ 12 †ꝙ ille qui cōsulit & vocat istos magistros punitur pœna capitis.Solu.gl.in d.l.nemo.refert vtranq; pęnā, sed nō soluit cōtrariū,quidam dixerunt ꝙ in d. l. nullus,licet ille magister fuerit adductus ad domū alterius causa faciēdi sortilegia ipsa tn̄ nō fuerūt facta in d.l.nemo facta fuerant,hæc soluti. nō placet, quia sapit diuinationem, quia si non apparet ꝙ in d.l.nulla fuerint facta sortilegia,minus etiā apparet in d.l. nemo. ꝙ facta vel non facta fuerint,nisi diceres ꝙ ille qui consuluit interuenit in eis & credit his quæ fiunt esse vera, propterea grauius punitur, vt d.l. nemo. is vero qui adducit maleficum siue sortilegum ad domum alterius potest esse ꝙ sit ignarus, puta famulus vel alius qui non interuenit vel non credit in eis, ideo mitius punitur, tamen in hoc cogita. Et nota ꝙ istorum amicitiam & conuersationem quamuis vetus beneuolentia fuerit,debemus relinquere,et eos omnino euitari,qui vero cōtrafecerint omnibus eorum bonis publicatis in insulam deportandi sunt dicta l.nullus. 13 † Et nota ꝙ pro isto crimine omnes poterunt in distincte torqueri, non obstante quocunq; priuilegio dignitatis,quod est speciale in isto crimine,& ex hoc nota limitationem ad l.miles. C. de quæstio.l.decuriones. & l. diuo marco.eod.titu. Si quis autem de hoc crimine testibus conuitus fuerit, & nihilominus obstinato corde institerit in negando,ēt pręsentibus testibus qui illius detegerunt facinus,traditur viuus bestiis vorandus ac dentibus & vngulis lacerandus,ita dicit tex.in d.l.& si excepta.in fine. Et nota ēt ꝙ eadem pœna capitis punitur ille qui docet artem prædictam, & ille qui ipsam addiscit l.culpa.& ibi gl.C.eo.ti. quod vr̄ esse speciale in isto crimine, in crimine hæresis est contra.l.quicunq;.§.eos vero. C.de hęreti. vbi minori pœna, scilicet pecuniaria puniuntur scholares,magistri vero pœna capitis. 14 † Eadem pœna vltimi supplicij puniuntur, qui eisdem maleficijs inducunt membri languedinem,& virtutem viri aut mulieris generatiuam impediunt, aut lactem nutricis desiccant,vel quouis alio modo ipsa sortilegia et maleficia conficiunt siue in corpore per cibū vel potum, siue extra corpus aliquo ex modis quibus diximus supra in ij. & iij. qō. Sed quæro nunc quid si aliquis sortilegus sortilegia exercet ad bonum finem, scilicet ad sanandum egrotos maleficiatos & soluendum aliorum facturas, an hoc liceat impune fieri, & videtur dicendum ꝙ sic, ex quo facto nemini nocent, sed alicui prosunt, non sunt ergo digni punitione aliqua, et de hoc est tex.in l.eorum.§.j.C.eo.ti.vbi ille qui fecit sortilegia ad incantandum hymbres ne noceant segetibus vel plantis nulla pœna punitur,et ideo Bar. ibi, per illum text. decidit hanc quæstio.dicens, 15 †ꝙ non debet qui curat istos infirmos maleficiatos aliqua pœna puniri, hoc tamen est verum de iure ciuili,vt ibi, secus autem est de iure canonico; quia ecclesia summopere abhorret ista remedia sortilega, etiam si fiant ad effectum recuperandæ sanitatis, non vult fieri posse. hac ratione, quia non licet inuocare auxilium dęmonis etiam pro mille corporum sanitatibus recuperandis;qa minus malum est ꝙ pareat corpus, quam anima, cuius maius esset detrimentum, vide text.in cap. admoneant.xxvj.q.vij. & si quis hęc facere pręsumpserit, si clericus est degradetur, & omni officio ac beneficio ecclesiastico priuandus erit laicus autem excommunicandus. pro quo facit etiā tex.in c.nec mirum.§.ad hæc autem.xxvj.quęst. v.vbi omnes istæ ligaturæ & superstitiosa incantationum remedia sunt omnino damnata,quia hęc fieri non possunt absque demonis opera & suffragio,& ideo dicit S. Augusti.libr.x.de ciuit. Dei, cuius verba relata sunt in d. capit. nec mirum,ꝙ hæc sunt talia remedia quæ ars non commendat medicorum, & ab ecclesia omnino reprobata, merito sunt a christi fidelibus euitanda, vide S. Thom.in sum.ij.ij.dist.xcv.arti.iij.in vers.dicendum.ti.de superstitio.& Ioan.lec.in summa confe.eodem tit.q.ij.xj.xiij. Vltra ea quæ diximus supra in prima specie diuinatiua addenda sunt 16 hæc. † quid dicendum sit de astrologis & chiromanticis qui secundū cursum astrorū & signa cœlestia

lestia futura pronosticant, an liceat hoc facere, vel sint puniendi sicut augures & aruspices aut alio modo. Respon. aut hæc futura prædicent ex certa scientia imponentes futuris contingentibus rebus necessitatem quandam, quam dicunt causari ex motu corporum cœlestium, & isto modo sunt hæretici & puniuntur vt hæretici, vt late diximus supra hac quæstio. in princ. & quæstio. præcedenti. Ratio est, quia signa non sunt causæ rerum finales imponentes necessitatem humanis rebus agendis aut homini, sed sunt signa quædam inclinatiua, siue indicatiua rerum futurarum secundum communiter accidētia per regulas quasdam, & naturas corporum cœlestium quæ multoties fallunt, quibus non subijcitur necessario natura humana, quin possit illa euitare, & vti liberi arbitrij potestate, vide Abba. in dicto c. secundo. eodem titu. & Ioan. lec. in summa confess. eodem titu. quæstio. v. aut illa prædicunt demonstratiue, præsumptiue, siue inclinatiue asserentes ꝙ ex motu corporum cœlestium tale quid inclinatiue demonstratur siue figuratur in actibus hominum inferioribus, & hoc modo nō est peccatum ex quo nullam imponunt necessitatem, sed inclinationē quandā quā quis libere euitari poterit si velit vti prudentia & sui liberi arbitrij potestate, vt latius dicemus infra & habetur per Abba. in dicto cap. secundo. eodem titu. Pro faciliori intelligentia præmissorum subijciam infrascriptas quæstiones speciales declarando pœnas criminis cuiusque.

17 †Et primo quæro quid de sacerdotibus qui causa doloris spoliant aras aut extingunt luminaria consueta qua pœna puniuntur, dic ꝙ clericus honore & dignitate priuatur, & sic efficiur infamis, vt in cap. quicunque. in primo responso. xxvj. q. v. & Ioan. lec. in summa confess. eodem titu. qō. xviij. & hoc nisi sponte de præmissis coram episcopo vel metropolitano se culpabiles detulerint, & de ipsis condignam peregerint pœnitentiam d. cap. quicunque. Alij sacerdotes reperiuntur qui sumpta veste lugubri missas defunctorum celebrant pro viuentibus causa inimicitiæ, vt is pro quo sacrificiū ipsum offerunt moriatur, an incurrat mortis periculum, qua pœna sint puniēdi, dic isto casu quod sacerdos vel clericus qui scienter ista fecerit a proprij ordinis gradu priuatur, & perpetui exilij ergastulo vna cum eo qui ipsum sacerdotem consulit aut præmissa fieri ordinauit siue mandauit relegatur, vt est text. in dicto c. quicunq; in fi. xxvj. q. v. & Ioan. lec. in summa

18 confess. eod. tit. q. xx. Deinde quæro † quid de clericis vel laicis qui imaginē Crucis aut beatæ Mariæ virginis seu aliorum sanctorum proiecerunt in terram illasque vrticis, spinis, vel pedibus conculcarunt, qua pœna puniendi sunt, casus iste ponitur per text. in c. si canonici. §. fina. de offic. ordina. lib. vj. vbi dicit ꝙ vltrix sic procedat dura sententia contra eos per quam alij id facinus patrare pertimescant glo. vero declarando text. primo dicit ꝙ erunt priuandi loci sui dignitate atque honore nisi clerici satisfactione coram metropolitano se sufficienter purgauerint demū deuenit ad aliam pœnam dicens ꝙ statur arbitrio iudicis, concludens in effectu ꝙ sit pœna arbitraria, pro prima allegat text. in d. cap. quicunque. xxvj. q. v. & l. j. ff. de iur. delib. cum qua gl. transit Gemi. ibi Archid. autem dicit ꝙ poterunt temporaliter puniri ꝙ in vinculis publicis coniiciantur, vt l. j. C. de his qui ad statu. confu. & ff. de pę. l. capitalium. §. qui ad statuas, vel quod moriatur, vt no. in l. j. C. ne lice. sign. saluat. &c. & hæc vltima pœna infertur de rigore iuris ciuilis, vt d. l. j. aliæ vero superiores inferri possunt per iudicem ecclesiasticum, vt dicunt Doct. in d. c. si canonici. §. fi.

19 † Videndum esset etiā quid de iudęo qui super crucem dum deferretur publice per vrbem proiecit immunditias qua pœna puniatur, istum casum decidit Pet. de Ancha. in consi. xv. quod incipit, spiritualis iudex in prouincia Romandiolę, vbi dicit ꝙ iudęus ipse poterit per vtrunque iudicem castigari ecclesiasticum, & laicum, & seueris pœnis puniri. Quęro quid dicēdum sit de his qui in sortilegijs commiscuerunt hostiam non sacratam super qua tamen celebratæ fuit vna aut plures missæ, qua pœna puniatur sacerdos qui scienter super hostia illa celebrauit missas, vel qui celebrando non consecrat aliquid, sed capit panem & vinum apud altare sine sacramento & omnes ac singulas cęrimonias & solennitates fecit apud altare excepta consecratione, qua pœna puniatur casus iste ponitur in c. homine. de celebra. mis. vbi tex. nullam ponit pœnam temporalem, sed credo ꝙ sit pœna arbitraria in eo qui celebrat missam & sine consecratione accipit hostiam & vinum, quam iudex ecclesiasticus sibi iniunget loco pœnitentię, is vero qui sciēter celebrat super hostia aut alia re cum qua fieri debent sortilegia grauius puniēdus est, sicut is qui

20 sortilegia ipsa conficeret † quia paria sunt, aliquid prohibitum facere vel eficere aliquod necessarium antecedens per quod peruenit ad illud, vt l. oratio. ff. de sponsa. vide text. in d. c. si quis episcopus. xxvj. q. v. qui loquitur generaliter de omnibus sortilegijs, ille enim qui habuit animum delinquendi & deuenit ad actum proximum delicto, habetur ac si fecisset & consummasset delictum, non solum de iure canonico, vt in c. sicut dignum, de homicid. cum multis similibus, sed etiam de iure ciuili, vt l. is qui cum telo C. ad l. Corn. de sica. & l. j. §. diuus, & ibi Bart. ff. eod. titu. & habetur per Panor. in d. cap. ij. de sortileg. & Ioan. lec. in sum. conf. eod. titu. q. xxiiij. & Oldra. in d. consi. ccx. in iij. colum. laicus vero excommunicatur et relegatur de iure canonico in foro iudiciali. cap. aliquanti. xxvj. q. v. sed si semel monitus iterum se immisceat in prædictis, si est nobilis intruditur in carcerem, ignobilis fustigatur, mitriatur, & publice dehonestatur dicto. c. si quis episcopus. c. ali-

21 quanti. & c. sortes. cum alijs seq. † Quid dicendum de his qui imagines conficiunt atque baptizant. & cum illis conficiunt sortilegia, dic aut sortilegia ipsa fiunt ad aliquem effectum qui demoni non conuenit, sed soli Deo & sapiunt hæresim manifeste, vt supra diximus, q. præcedenti, & ideo puniendi sunt vt hęretici, vt supra diximus ti. j. q. iij. salua tn̄ doctrina gl. de qua in dicto. c. accusatus.

tus.§.fanc.de hæreti.li.vj.& saluis etiam limitationibus de quibus infra in fi.dico illos esse puniendos eisdem pœnis quibus alijs in superioribus casibus, vide Oldra.in d.consi.ccx.vbi de hoc facit mentionem expressam,& Ioan.lec.in sum. conf. eo.titu. q.xij. Idem dicendum est de his qui in ipsis sortilegijs immiscent sacras reliquias sanctorum martyrum scilicet ex membris vel ossibus,aut de vestibus eorundem d. c. si quis episcopus,& c.aliquanti.& Panor.in d.c.ij.& Ioã. lec. in d.tit.in summa.q. xvj. Idem etiam iudicandum est de his qui sacramenta ecclesiarũ scilicet oleum sanctum baptismatis,crismatis, aut extremæ vnctionis,seu aquam fontis baptismatis,& similia.d.c.ij.& ibi Abb.& d.c. si quis episcopus, cum alijs sequen. Idem quoque censendum est de his qui in eisdem sortilegijs admiscent aquã benedictam,candelas benedictas, sacros agnusdeos, ramos oliuarũ,aut frondes palmarum , & similia de quibus habetur per Ioan. lec. in dicta summa eo.ti.q.vlti.

22 †Iuxta prædicta videndũ est quid de astrologis qui futura prædicunt an puniantur & qua pœna,dic aut illa prędicunt ex certa scientia,quasi signa illa per quę futura coniecturantur sint causę rerum imponentes futuris rebus necessitatem inesse,ꝙ sic erunt vel sic omnino, & istud est hæreticũ & puniri debet vt hæretici , quia futurorũ notitia certa , prout est inesse rei est solius Dei,vt habetur Matth.xxij.c.& ij. quæstio. iiij. consuluisti.& xxvj.quæst.iij.sciendum,& late diximus supra quęstione pręcedenti, aut illa prædicunt coniecturaliter demonstratiue siue inclinatiue,& isto modo non errant nec puniuntur aliqua pœna,quia verum est ꝙ corpora cœlestia habent quędam motiua, & inclinationes ad corpora inferiora,& operationes humanas, secundum quas multoties sic fieri contingunt, quamuis euitari possunt,& propterea dicitur ꝙ illa sunt signa rerum,non autem causæ rerum , de quibus vide Panor. in d. cap.ij.extra eod. titu. tertia colum.

Quid enim dicendum sit de his qui sortes quæ-sunt in euangelijs aperiendo librum & fortificando in illis,dic ꝙ prohibitum est,& puniuntur qui præmissa faciunt modo quo supra xxvj. quæstio. ij.hi qui. Et quia diximus supra ꝙ sunt prohibita remedia sortilegiorum quæ fiunt ad sanandũ corpus maleficiatum de iure canonico , licet de iure ciuili permissa sint vt supra diximus eadem quęstione.

23 †Quæro nunc quid si aliquis in opere sanatiuo dixit plura verba honesta,& sanctas,ac deuotas orationes Dei beatæq; virginis Mariæ, & aliorum sanctorum,& illa eadem fecerit dicere per ipsum maleficiatum ad deuotionem beatæ virginis Mariæ,aut alicuius sancti martyris, nihilominus postea magister siue magistra sortilegiorum aliqua verba extranea dixerit publice vel secrete,quę non videntur congruere illi operi religioso & sanitatis,an ista dicãtur esse superstitiosa & punienda,dic ꝙ sic, quia quotiescũque cum rebus aut verbis religiosis siue ecclesiasticis miscentur aliqua verba extranea,& quę naturaliter non tendunt ad opus illud sanitatis nec possunt naturaliter talem effectum operari necessario,tunc dicũtur esse superstitiosa & faciunt totũ opus superstitiosum & damnabile,quod est maxime quotiescunque adiunguntur nomina quædam ignota,aut characteres,seu aliæ diuersæ obseruationes quas manifestum est naturaliter efficatiam ad sanitatem habere non posse, illa non fiunt sine superstitione & dęmonis ministerio,vt dicit S. Tho.in summa ij.ij.q.xcv.arti.ij.ver.dicendum. in ti.de superstitio.& Ioã. lec.in summa cõfe. eo. tit.q.xj. Et propterea sunt punienda de iure canonico:quia si clericus est qui talia fecit deponitur, laicus vero excõicatur pro prima vice. xxvj.q. vij.admoneant , sed si monitus spreta monitione iterum se ingesserit in eisdem,si est nobilis vir & honestæ familiæ incarceratur,aut relegatur,ignobilis vero cum vituperio fustibus ceditur. xxvj. q.v.c.si quis episcopus.c.aliquanti.c.sortes. & c. seq.per Abb.in d.c.ij.de sortileg.vbi dicit ꝙ pœna istorum est arbitraria,& hoc puto verius secũdum qualitatem facti,cõditionem personarum,& animum delinquentis,arg.l.aut facta. & l. respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœ.& l. quid ergo.§. pœna grauior.ff.de his qui not.infami.c. sicut dignum,in princ.de homi. De iure autem ciuili remedia ista non puniuntur dummodo fiant ad finẽ. d.l.eorum.§.fi.& ibi Bar.C.de male.et alias diximus supra eo.q.vj.

24 †Idem dicendum est de his qui faciunt schedulas, aut breuia, & ligaturas suspendendas,& deferendas ad collum maleficiati, cum continent aliquid extrinsecum siue extraneum signum character aut nomẽ quod naturaliter non tendit ad conclusionẽ & intellectũ aliorũ verborũ, vel ad opus sanitatis, tunc iudicatur illud esse superstitiosum & punibile , quia fieri non potest absq; suffragio & instructione diaboli , vt dicunt supradicti Doct.in locis prædictis,& habetur in c.nec mirum.§.ad hæc omnia &c.xxvj. q. v.& per S. Aug.in lib.xxj.de ciui. Dei, & ideo puniuntur his pœnis quas supra diximus hac eadem q.in membris proxime relatis. Quid si inter alia verba vel nomina Dei quæ iste maleficę sępius describere faciunt in earum schedulis vel breuibus apposuerint hoc verbũ, Deus Acharon. an sit verbũ superstitiosum & diabolicum, dic ꝙ sic,quia illud est nomen Beelzebub principis dęmoniorũ,vt habetur iiij. Regum j.cap.dum Elias monitus ab Angelo reprehendit Ochosiam regẽ sub his verbis , nunquid non est vobis Deus in Israel vt eatis ad consulendum Beelzebub Deum acharon,ideo de lectulo super quem ascendisti nõ descendens sed mortem morieris,quod bene nota, quia sæpius istis schedulis & breuibus hoc nomẽ scilicet Deus Acharon reperies expressum , vide do.Ioan.de Tur.crema.in c.cõtra idol rũ.xxvj. q.v.& d. Ioan.lec.in sum.conf.eo.tit.q.xj.et xiij.

25 †Quid dicendum de his qui sacrificant Mamonæ deo nummorum vt diuites efficiantur,qua pœna sunt puniendi, dic ꝙ si est priuatus ipso iure omni officio,beneficio, honore & dignitate, siue occultum sit crimen siue publicum , & ideo necessario indiget dispensatione si vult amplius celebrare, quidam alij dixerunt ꝙ quando crimẽ est occultum possunt agere pœnitentiam confiten-

do peccatum suum & non incurrunt pœnam illam priuationis,& ideo non indigent necessario dispẽsatione,si vero crimẽ esset publicum aut notoriũ, tunc incurrit irregularitatem, & priuationẽ ipso iure & indiget dispensatione, nihilominus pręcedens opinio videtur esse magis tuta in foro conscientię vt quis petat dispensationem etiam quãdo crimen esset occultum,vide d.Ioan.lec.in summa confe.eo.ti.q.vlti. 36 † Vbi istis ęquiparat ẽt sacerdotes qui in sortilegijs immiscent sacramenta ecclesiastica scilicet oleum sanctum crismatis, baptismi,vel extremę vnctionis, aut aquam fontis baptismatis eisdem pœnis puniuntur de quibus alias diximus supra ea.qõ.laici vero de iure canonico prima vice sunt excõicati,& sunt a limine ecclesię repellendi,sed si post primam monitionem iterum se ingesserint in eisdem, si nobilis est,condemnatur ad perpetuos carceres.ignobilis vero fustigatur publice cum maximo dedecore, deinde in exilium condemnatur, secundum quod habetur xxvj.q.v.si quis episcopus.c. aliquanti. cum alijs seq.Abb.tamen dixit in d.c.ij. de sortileg. ꝙ istorum pœnę erunt arbitrarię mitigandę alterandę neque leuiandę secundum facti qualitatem,aut turpitudinem, seu scandalum quod inde posset oriri,aut exortum iam esset, item personarum conditionem,& animum delinquentis,aut ex simplicitate dicitur lapsus in illud, & ad aliquẽ bonum effectum,vt habetur in d. c. ij. extra eod. tit.vel si ex propria malitia animo aliquem decipiendi & similia,vt ibi per Abb.latius dicitur & diximus supra proxime,vide text. in c. sicut dignum.in princi. de homi. 37 † De iure vero ciuili pro omnibus sortilegijs huiusmodi est pœna vltimi supplicij.l.eorum.in prin.l.nemo.l.multi.& l. & si excepta.C.eo.ti. Exceptis sortilegijs quę fiunt ad sanandum maleficiatum vel liberandum aliquem ab alia infirmitate.aut incantandũ hymbres,grandines,& fulgura ne noceant segetibus, arboribus & plantis, aut animalibus & fetibus eorum:omnia ista quę prosunt & nõ nocent rebus temporalibus,aut personis permissa sunt de iure ciuili,& nullam pœnam merentur,vt d.l. eorum. §. fi.& ibi Bar.C.eo.tit.& alias diximus supra. Videndum quoq; esset quid de diuinationibus quę fiunt per somnia secundum illorum interpretationem, prout habetur in somnijs Danielis, & per do. Albumasar in lib. quem fecit de interpretatio.somnio. de quibus late vide do. Ioan. lec. in sum. confe.eod.tit.q.vj. & quid dicendum sit de incantationibus serpentum illas videlicet quę fiunt contra serpentes. 38 † vbi dicas ꝙ aut in illis pręcantationibus imploratur duntaxat auxilium Dei simpliciter cum deuotione absq; aliqua machinatione intrinseca vel extrinseca,& nõ erunt reprobandę,immo commendandę,aut in illis imploratur diaboli suffragium vt sorciantur effectũ siue tacite siue expresse, & erunt illicitę penitus & damnabiles, sed qualiter cognosci poterit an sint licitę vel illicitę,& an, & quando in eis imploratur auxilium demonis tacite, vel expresse, vel solius Dei,dic ꝙ est diligenter aduertendũ ad verba ipsa,itẽ ad modũ,ritũ & ordinẽ ipsius incantationis,quia si in eis insunt aliqua verba extranea vel ignota nomina aut characteres, siue verba quædam extranea quæ non congruunt conclusioni, nec naturæ verborum supradictorum, nec possunt secundum eorum naturam aliquid operari circa effectũ de quo agitur, tunc opera ipsa dici non possunt, nisi superstitiosa & diabolica, in quibus diabolus plurimũ operatur, & illius suffragium,saltẽ tacite inuocatur, secundum ꝙ concludit.Io.lec.in sum.confes.eo.tit.q.xv. & diximus supra ea.q.in illo arti. de remedijs quę fiunt contra maleficiatum,& ideo isto casu puniendi erunt de iure canonico pœnis supra proxime dictis. De iure vero ciuili nulla pœna erunt puniendi ex quo dictę incantationes fiũt, vt prosint scilicet ne hominibus noceant serpentes. Verum quia in istis sortilegijs amatorijs, maxime & veneficijs quæ dicuntur fieri in corpore sępius interueniunt pocula quędam quę traduntur potanda personæ maleficiandæ quæ cõiter appellari solent pocula amatoria aut venefica,ex quorum potu qñq; præter spem & intentionem tradentis mors absorbẽtis succedit, quandoque vero non, ideo aliqua de ipsis poculis specialiter videamus.

SVMMARIVM.

1 *Poculum amatorium ministrans qua sit pœna afficiendus.*

2 *Poculum amatorium qui ministrat punitur, si inde mors sequatur.*

3 *Pœna vltimi supplicii punitur quis quandoque pro homicidio sine dolo commisso.*

4 *Venenorum plures sunt species,quædam enim bona sunt & quædam mala.*

Venenum dictio,medica est siue promiscua.

5 *Venena non semper hominis necandi causa fiunt.*

Pœna legis Corneliæ,de sicariis,est hodie de pœna capitis.

6 *Fato non noxæ imputantur, quæ absque fraude casu improuiso accidunt.*

Percutiens non occidendi animo mitius punitur.

7 *Venenum amatorium vel sanatiuum seu conceptionis non animo occidendi propinans, non punitur lege Cornelia de sicariis, si mors sequuta fuerit.*

8 *Venenum conceptionis bono animo propinans relegatur, si ea quæ illud assumpsit moriatur.*

Venenum amatorium sanatiuum,& conceptionis an & quo ad quid æquiparentur.

9 *Determinans ad plura determinabilia relatum pariformiter illa determinare debet. & nume. 16.*

10 *Poculum amatorium ministrans causa occidendi infantem*

di infantem in vtero & causa fornicandi, homicida est.

11 *Poculum amatorium si ab aliquo propinetur quæ in illo considerentur.*

12 *Pœna poculi amatorii quæ sit, si mors sequatur absorbentis.*

13 *Venenum amatorium arte malefica confectum propinans, morte punitur, si mors sorbentis sequatur.*

14 *Venena amatoria, & sanatiua non facta arte malefica, nec ad malum finem propinans, non punitur morte.*

15 *Pocula amatoria propinans quando puniatur & quando non.*

17 *Opera facta arte malefica valde sunt detestanda.*

18 *Medicus dans venenum sanatiuum egroto an puniatur si egrotus ex illo moriatur.*

Poculum abortionis seu amatorium ministrans punitur si sumens inde moriatur.

19 *Venenum conceptionis propinans relegatur, si ea quæ sumpsit ex hoc moriatur.*

20 *Venenum sanatiuum causa sanitatis immixtum medelis propinans non punitur, etiam si mors sorbentis sequatur.*

21 *Venenum ministrans sterilitatis, tanquam homicida puniendus erit.*



VODECIMO igitur nunc quæro † Si quis ministrauerit vel dederit poculum amatorium mulieri ad flectendum eius pudicum animum ad libidinem, & calefaciendum eius cor ad amandum virum prędictum, vel econtra; quid si mulier dederit poculum viro, vt amet ipsam licet hoc rarius contingat, qua pœna puniatur, qui poculum ipsum dederit. Respondeo ꝙ de iure ciuili humiliores in metallum damnantur, honestiores vero in insulam, dimidia parte bonorum suorum confiscata, relegantur, ita dicit tex. in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. Clerici vero de iure canonico sunt priuandi. xxvj. qō. v. c. si quis episcopus. & per Abb. in d. c. secundo. de sortilegijs.

2 † Sed quid si ex poculi huiusmodi assumptione mors absorbentis succedat, eo quod forsan male compositum fuerat, & non erat bene temperatum, vel in mala sorbentis dispositione sumptum fuerit, qua pœna punietur qui dederat, & videtur dicendum quod aliqua pœna extraordinaria relegations vel simili, ex quo homicidium illud non fuit commissum cum dolo, nec cum proposito occidendi, ideo non debet puniri pœna vltimi supplicij. l. j. §. diuus. l. diuus. ff. ad l. Corne. de sica. tamē contrariū dicit text. in d. l. si quis aliquid. d. §. qui abortionis, quod si casu moriatur qui vel quæ poculum prædictum absorbuit qui tradidit vltimo supplicio puniendus est, licet dolo non dederit, sed bono zelo, & hoc est, quia

3 res ipsa est mali exempli. Ex quo † nota casum singularem in quo quis punitur pœna vltimi supplicij pro homicidio commisso sine dolo & intentione aliqua occidendi cuius cōtrarium disponit regula iuris communis de qua in d. l. in lege Cor. & l. diuus. & l. j. §. diuus. ff. ad l. Cor. de sica. & l. is qui cum telo C. eo. ti. quæ habet ꝙ nunquā infertur pœna mortis pro homicidio cōmisso sine dolo & proposito occidendi, immo in casu prædicto lata culpa non æquiparatur dolo. vt no. dicit Bar. in d. l. in l. Cornelia. ff. de sica. hic enim nulla ratio neq; pręsumptio viget contra ipsum qui dedit poculum amatorium ex qua coniecturari posſit ꝙ habuerit animum occidendi, immo in parte nulla offendendi. dicta l. in lege. &. §. diuus ff. eod. titu. Contra prædicta oppono. de l. iij. §. hæc adiectio. ff. ad leg. Cornel. de sicar. vbi videtur esse tex. valde contrarius dicto. §. qui abortio

4 nis, ibi enim dicitur ꝙ venenorum † plura sunt genera siue plures species quorum quædam dicuntur mala venena, ea scilicet, quæ facta sunt hominis necandi causa, quædam sunt alia quæ dicuntur bona siue non mala, & ea sunt quæ facta fuerunt ad sanandum corpus egrotum. item ea quæ fiunt ad concipiendum, & illud quod amatorium appellatur. vel aliud quodcunq; factum ad alium effectum dummodo non ad occidendum, & propterea subiungit tex. in versi. adiectio ꝙ adiectio illa mali veneni opportune posita fuit in illa lege, quoniam ex illa qualitate mala adiuncta demonstratur quædam esse venena non mala. Ergo nomen hoc venenum medium est siue promiscuum & adaptatur ad vtranque partem, respectu vero adiunctæ qualitatis tam illud quod ad sanandum, quam illud quod ad occidendum paratum est continet, sed & id quod amatorium appellatur, vel quod ad conceptionem traditur continet, omnia ista comprehendendi posſunt sub nomine isto veneni. solum enim in ea lege notatur quod homi-

5 nis necandi causa fit. † Ergo cætera venena quę non sunt facta hominis necandi causa, prout sunt venena sanatiua, amatoria, & ea quæ fiunt ad cōcipiendum, non continentur sub lege illa, nec pœna illius legis plectuntur qui illa tradunt, & propterea tex. ibi in fine exemplificat regulam istā ponendo casum cum sua decisione, videlicet ꝙ ex Senatusconsulto iussa est relegari mulier illa quæ non malo quidem animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea mulier quæ illud acceperat decesserit, ex qua decisione probatur ꝙ omnia venena quæ non sunt facta hominis necandi causa dicuntur non mala venena, & ideo si ex illorum potu quisquam perierit, qui tradidit non tenetur pœna illius legis Corneliæ de sicarijs, quę hodie est pœna capitis, licet olim esset perpetua deportatio, & omnium bonorū publicatio. l. iij. §. legis. ff. ad l. Corne. de sicar. & in. §. item lex Cornelia. insti. de publi. iudi. sed alia minori pœna punietur, scilicet relegationis, vt d. l. iij. §. adiectio. in fi. ratione prædicta,

quia defuit animus occidendi tam in compositione quam in traditione, pro quo facit tex. not. in l. j. §. fi. C. eo. tit. de sica. 6 † vbi dicitur ꝙ ea quæ ex improuiso casu potius quam fraude accidunt, fato plerunque noxiæ siue culpæ imputantur, & per consequens mitius puniuntur, vt d. l. j. §. fi. & l. j. §. diuus. ff. eo. tit. vbi si quis in rixa alium cucuma vel claua percusserit ex quo non occidendi animo illum percussit leuiandam esse pœnam huic percussori Iurisconsultus constituit, idem sit in casu nostro, & licet tex. in d. l. iij. §. j. in decisione loquatur de veneno conceptionis non autem amatorio, ratio tamen præcedens quam dedit Iurisconsultus est generalis comprehendens omnia illa venena quæ facta non fuerunt hominis necandi causa, sed ad alium effectum, prout est iste xij. Quotiescunque aūt ratio est generalis & indeterminate posita in lege, comprehendit omnem determinationem quæ ad illam potest adaptari, & vbicunque se extendit ratio extēditur ēt ipsa lex, & illius dispositio. l. metum autem. §. animaduertendum. ff. quod met. cau. & ibi Bar. in j. not. l. nomen. §. fi. ff. de leg. iij. illa igitur ratio quę multum in ea lege notatur, scilicet ꝙ venena facta non sit hominis necandi &c. comprehendit generaliter omnia venena quæ facta sunt absq; illa qualitate. tria enim venena de quibus Iurisconsultus fecit mentionem in d. l. iij. illa expressit tanquam exempla regulæ, vt sit sensus. 7 † quicunq; venenum amatorium, sanatiuum vel conceptionis seu quodcunq; aliud venenum non factū hominis necandi causa cuiquam tradiderit, non animo occidendi, ex cuius potu ille qui assumpsit perijt, qui dedit poculum puniri non debet pœna illius legis Cornelię. cuius decisionis rationem duplicem consideraui, prima est, quia lex Cornelia. de sica. vt proxime dixi capite quinto non comprehendit ista venena de quibus supra in d. l. iij. in prin. & ibi Barto. secunda est quia quotiescunq; mors prouenit facto alicuius absq; animo & proposito occidendi nunquam ille punitur pœna illius legis Corneliæ, & sic pœna mortis, sed alia mitiori pœna, iuxta modum culpę. d. l. j. §. fi. C. ad l. Corne. de sica. vbi dicitur quod ea quę ex improuiso casu absque fraude accidunt fato potius ꝙ̄ noxæ imputantur, ideo excusantur a pœna ipsius legis, Idem disponitur in d. l. j. §. diuus. & l. diuus. & l. in lege Cornelia. & ibi Bar. ff. eo. tit. Idem Bar. in l. absentem. & in l. aut facta. ff. de pę. & in c. sicut dignum. in princ. & ibi per Canonistas de homicid.

8 † Cum itaque in poculo siue veneno conceptionis dolus & animus occidendi omnino defuerit tā in compositione ꝙ̄ in traditione, videbatur dicendum ꝙ nulla pœna puniri deberet tamen Iurislator dicit ꝙ propter malum exemplum iussa est relegari ea quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamenta ad cōceptionem dedit, ex quibus illa quæ biberat perijt. Hęc autem tria venena sunt æquiparata, primo quo ad compositionem, quia sunt facta absque causa hominis necā di, secundo quo ad traditionē, quia omnia tradun tur absq; animo & proposito occidendi, quare nō est dicendum ꝙ etiam in decisione & pœnę impositione sint similiter æquiparata, cum factum idē esse videtur, & eadem ratio in omnibus militat, vt supra dixi, ergo deberet in omnibus esse eadē iuris dispositio. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. l. hæc actio. & ibi Bart. ff. de calū. et est gl. in cle. auditor. in ver. romana. de rescrip. & in clemen. j. in versi. eligatur. de electio. maxime, quia alia ratio mali exempli, quæ est posita pro ratione decidendi in dicto. §. adiectio. & d. §. qui abortionis, ita militat in vno sicut in alio casu, ergo deberet esse eadem pœna in vtroq; casu statuta de qua in dicto. §. adiectio. attenta casuum conformitate & ęqualitate in facto deberet etiam esse conformitas iuris per ea quæ not. voluit. Bar. in l. omnes populi. in iiij. q. principali. ff. de iusti. & iur. & domi. Alex. in l. peregre. §. quibus. in ij. col. ff. de acquirend. possess. Pro quo facit etiam 9 regula illa † ꝙ vnum determinabile relatum ad plura determinabilia debet illa pariformiter determinare. l. nam hoc iure. ff. de vulga. & pupilla. & Bart. in l. centurio. in viij. col. in versi. pro alia. eo titu. sed ratio compositionis traditionis atque decisionis vnica videtur esse in omnibus. hoc est ꝙ ea quæ ponitur in vno casu, militat etiā in alio casu, ergo deberet esse vtriusque pariformis pœne decisio. d. l. iam hoc iure. cū alijs pręditis. Quid dicendum in hac ambiguitate: contrarium profecto est valde vrgēs. ista enim opinio potest sustineri per regulas & rationes pręd. ictas, et magis ęqua videtur, ꝙ̄ illa de qua in d. §. qui abortionis. quæ est nimis rigida & contra omnes regulas iuris cōmunis. Bart. enim in dicto. §. qui abortionis. nihil dicit sed remittit se ad dictum. §. adiectio. vbi mouet istud contrarium ad dictum. §. qui abortionis, tamen soluit multum simpliciter, nec tangit difficultatē poculi amatorij. dicit enim ꝙ in d. §. adiectio. text. loquitur in poculo conceptionis, & sic in re licita ibi vero in §. qui abortionis. text. loquitur in poculo ipsius abortionis, & sic de eo qui incumbebat rei illicitæ & prohibitę, ideo traditur diuersa pœna in vno ꝙ̄ in alio. de poculo autem amatorio de quo in vtraque lege mentio fit nullū 10 verbum fecit. Bart. † Ego enim post aliquas meditationes consideraui contrariū istud ita solui posse, ꝙ in d. §. qui abortionis. vterque habebat animum occidendi. vnus occidendi infantē in vtero matris, & sic est homicida corporalis. vt l. pręgnantem & l. Cicero. de pœnis. alter autē qui dedit poculum amatorium, ex quo illud dedit causa fornicandi & peccandi cum ea, dicitur homicida spiritualis, quia illo peccato mortali occidit animam. de consecra. dist. iiij. quæris. de pœniten. dist. j. noli. & xxij. q. v. ille. & c. si aliquis. extra de homicid. Ex quo igitur vterque est homicid. tam in ipsa traditione quam in proposito, ergo pari pœna puniendi sunt. sed ista solutio parum valet, quia non reperio cautum de iure ciuili ꝙ pro vno peccato mortali quis incurret pœnam mortis sicut pro homicidio dolose commissio, nisi in casibus a iure expressis. Ideo deueniendum est ad aliam solutionem, & antequam ad vlteriora procedam, sciendum est ꝙ in hac materia poculorum

lorum duo sunt principaliter consideranda quę ꝓ-
11 cedunt casum mortis. † Primũ est ꝙ considerari debet compositio, secundum vero traditio, in compositione vero consideráda est causa propter quã venenũ ipsum componitur & fit. aut enim fit causa occidendi hominem aut non. primo casu sit locus pœnæ d. legis Corneliæ de siccariis, secundo vero non, vt d. l. iij. in prin. &. §. adiectio. in traditione vero duo alia sunt consideranda, scilicet cã proxima & immediata quæ respicit principium, id est principalis intentio ipsius tradentis. Itẽ causa mediata & finalis quæ respicit finem actus ad quem tendit animus illius qui tradidit, si enim ꝓxima causa & principalis intentio tradentis tendebat ad occidendum, nulli dubium est ꝙ tradens tenetur pœna illius legis Corneliæ de siccariis, vt l. j §. diuus. & l. iij. in prin. & l. in lege Cornelia, ff. eo. ti. etiam ꝙ mors secuta non fuerit l. j. in prin. & l. is qui cum telo. C. eo. tit. Si vero non habuit animum occidendi, tunc consideranda est illa causa remota & finalis intentio, siue vltimus effectus rei ad quem traduntur ipsa pocula. Aut enim traduntur ad bonum & honestum finem, scilicet conceptionis vel santitatis & iudicantur bona & honesta, & tunc quis excusatur a pœna capitali morte secuta, sed alia mitiori pœna punit̃,
12 vt d. l. iij. §. adiectio. in fi. et supra diximus. † Aut finalis intentio et vltimus eius effectus tẽdebat ad turpe & illicitũ, sicut est i poculo amatorio, cuius effectus est libidinis apprehensio, & illicitus mulieris cõcubitus, vt alias diximus supra. & habetur in l. eorum, in prin. C. de malefi. & matth. & isto casu nõ excusatur propter principalẽ eius intentionem siue causam proximam, scilicet ꝙ non habuerit animum occidendi, sed attẽditur magis illa causa finalis & vltimus effectus ad quem venena tendebant, & ideo indubitanter punitur pœna vltimi supplicij. d. l. si quis aliquid. §. abortionis. vbi est casus. ff. de pœn. & ratio decisionis est, quia dabat operam rei illicitæ. ideo non videtur excusandus: quia dicitur esse in culpa, & ideo tenetur ẽt in casu fortuito, qui præter spem & intentionẽ inopinate prouenit, vt est casus in c. fi. de homi. lib. vj. & facit tex. in arg. in c. sicut dignum, eo. ti. in anti. l. si mulier. ff. quod me. cau. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aqui. Ex quibus patet ꝙ illorum venenorum de quibus in d. l. iij. §. adiectio. non est omnimodo similitudo quo ad oĩa, sed solũ quo ad primas causas respectu compositionis et traditionis, in eo ꝙ in vtroq; deficit animus occidẽdi quo ad ista sunt similia & æquiparata. sed quo ad vltimum effectum & causam finalẽ ipsius traditionis sunt dissimilia, vt supra diximus. qa ea quæ fiunt ad sanandum & concipiendũ habent honestũ & laudabilẽ finẽ l. eorum. §. fi. C. de mal. & matt. & d. l. iij. in prin. & habetur Gene. ij. c. ea vero quę fiunt ad amandum & flectendum &c. habent turpem & illicitum finem d. l. eorũ. in prin. & diximus supra. In istis igitur disconueniunt et sunt dissimilia. ideo faciunt diuersificare pœnas, quia licet a principio neuter haberet animum occidendi, tñ vnus dabat operam rei licitæ & honestæ, alter vero dabat operã rei illicitę, turpi, &
13 reprobæ. vt ꝓxime diximus. † Post hęc alio modo consideraui responderi posse ad istud contrariũ ꝙ in d. §. q abortionis, ideo punitur pœna mortis ille qui dedit, quia venenum illud fuerat compositum arte malefica per sortilegum siue maleficum, qui illud dęmonis instructione & suffragio interueniente cõposuerat secundum ea quæ diximus supra in iij. & vj. qq. in. §. autem adiectio. cõpositũ fuit arte & scientia naturali, scilicet medicorũ peritia nulla interueniẽte superstitione. Ars enim ipsa malefica & mathematica est valde reprobata & vndiq; damnata. & per cõsequens oĩa opera quę ipsi malefici faciunt siue ad amorẽ, siue ad occisionem, vel egritudinẽ, sunt damnata, nec minori pœna puniuntur ꝙ̃ pœna mortis. d. l. eorum. in prin. vbi ponitur vterq; casus, et vnica est vtriusq; decisio & pœna, ea enim quę dicuntur in d. §. qui abortionis. debent intelligi & interpretari, secundũ terminos. d. l. eorum. in prin. ideo atrocius puniuntur ibi quam in d. §. adiectio, propter superstitionem illius damnatissime artis, & secũdum istam declarationẽ ille tex. in d. §. qui abortionis non videtur esse ita exorbitans a iure communi. immo secundum ius commune regulatur.

Ad text. autem in d. §. adiectio, potest dupliciter responderi. primo, quia decisio illius text. & pœna de qua ibi non adiungitur pro poculo amatorio, sed conceptionis quæ sunt diuersa. quo ad vltimum effectum, vt supra diximus, ergo debent diuerso iure censeri l. Papinianus exuli. ff. de mino. si aliter enim euenit casus ꝙ̃ ipse opinabatur sibi imputetur, qui dedit poculum amatorium per modum superstitiosum, quia ex quo a principio dabat operam rei illicitę. ex hoc enim non caret culpa. ideo tenetur etiam de casu fortuito, vt in d. c. fi. de homi. lib. vj. vbi si dominus mandauit seruo ꝙ acciperet baculum & percuteret Titiũ citra mortem tamen, & ꝙ diligenter caueret ne ipsum occideret, quia nolebat eum interficere, si tamen famulus tam grauiter Titium percusserit ꝙ ipsum occiderit, ille dominus mandans nõ excusatur propterea a pœna homicidij, licet nunquã habuerit animum occidendi illum: & ratio est illa de qua supra proxime. pro quo facit tex. in c. sicut dignum, in prin. extra eo. tit. in antiqui. l. si mulier. ff. quod met. cau. & l. qui occidit. §. in hac
14 ff. ad leg. Aquil. † venena igitur de quibus loquitur tex. in d. §. adiectio. non fuerunt facta per sortilegum siue maleficũ per modum superstitiosum, sed arte naturali hominis & peritia medicorum, sicut fiunt & componuntur venena sanatiua medicinarum, quod patet, quia in vtroque titulo fit mẽtio de venenis, scilicet in tit. legis Cor. de sicarijs ff. & C. & in tit. de malefi. & matth. C. sed in tit. legis Corn. fit mentio & tractatur de venenis naturalibus q̃ hominis ingenio & peritia medicorũ fiunt absq; aliqua superstitione siue dęmonis inuocatione tacita vel expressa, prout est venenũ sanatiuum quod miscetur in medelis ad sanandũ corpora ęgrotantium d. l. j. & l. iij. in prin. ff. ad leg. Cor. de sica. Venena vero de quibus loquitur titulus & iura. C. de malefi. & matth. sunt illa quæ fiunt per sortilegos, magos, maleficos, aut negromanticos

manticos & similes ope & suffragio dæmonis ad quæ illius inuocatio diuersis precibus tacite vel expresse semper interuenit, & habetur, & dicit Ioan.lec.in sum.conf.eo.titul.quæstio.xj.& xiij. 15 & l.multi.l.& si excepta.C.eo.titu. † Ex hac igitur declaratione colligitur ista distinctio ꝙ aut venena siue pocula amatoria fuerunt composita per sortilegum siue maleficum modo superstitioso & per inuocationem dæmonis tacitam vel expressam, & tunc si ex illorum potu causatur mors potantis tradens ille punitur pœna vltimi supplicij de qua in dicto.§.qui abortionis, aut nõ fuerunt facta per sortilegum, nec eo modo superstitioso, sed humana industria aut medicorum peritia, & isto casu morte secuta non punietur pœna mortis ille qui tradidit, sed alia mitiori pœna de qua in dicta l.iij.§.adiectio.an autem & quando remedia & pocula ipsa dicuntur esse superstitiosa, & qualiter cognoscatur, vide quæ diximus supra eod.q.præcedenti.in materia remediorum quæ fiunt ad sanandum. Cogita tamen super præmissis, quia Docto.non declarant. & ego hactenus non reperij magis congruam responsionẽ. Et tenendo istam opinionem pro solutione dictę oppo.non obstante ea quę superius in contrarium adducebantur, & primo ꝙ illa vnica ratio de qua in dicta l. iij. in princ.&.§.j.viget pariter in omnibus venenis quæ non sunt facta hominis necandi &c. quia fateor ꝙ quo ad compositionem respectu primę causæ, & quo ad traditionem respectu vnius qualitatis, scilicet carentię animi occidendi æquiparantur omnia ista, non tamen sequitur ꝙ ad alia quæ sequuntur, & sic in omnibus dicantur esse æquiparata, quia quo ad vltimum effectum siue finalem intentionem sunt longe diuersa, vt latius supra diximus. non mirum igitur si fit diuersa decisio in vno ꝙ in alio, & diuersæ 16 pœnæ statutæ sunt, † & ex hoc potest etiam solui aliud quod vnum determinabile relatum &c. quia illud est verum & procedit quando illa determinabilia sunt in omnibus æquiparata, & vnica ratio in omnibus viget æqualiter. sed quando inter ipsa militat diuersa ratio, tunc non possunt pariformiter determinari sed difformiter, secundum quod militat diuersitas rationis.l. Lucius.et ibi Doct.ff.de vulga.& pupil. & Bartol.in l. Titia.ff. de leg.ij. Sozin. in l. cum auus. in xxvij. colum.ff. de conditio. & demonst. Non obstat etiã illud quod dicebatur de malo exemplo quod exprimitur in vtraque lege, quia tenendo secundam solutionem dico ꝙ in casu d.l.iij.§.adiectio. viget duntaxat illud malum exemplum de quo ibi.intentio tamen tradentis & effectus ad quem tendebant pocula erat iniustus & honestus, sed in casu dicti.§.qui abortionis. nedum viget malum exemplum verum etiam mala intentio & turpis effectus, propter quem pocula prædicta facta & tradita fuerunt scilicet explendę libidinis per stuprum vel adulterium, vt alias supra diximus. cum igitur tendant ad diuersum effectum, merito vt diuersa inter se debeant diuerso iure censeri, dicta l.Papinianus exuli. Et quod similiter diximus supra, idem videtur sentire Bartolus in dicta l.iij.§.adiectio. in solutione oppo.quam fecit de dicto.§.qui abortionis, sed secundum vltimam solutionem dico ꝙ non solum dicuntur esse diuersa quo ad istum vltimum effectum de quo supra. verum etiam quo ad primas causas, & sic quo ad ipsam compositionem: quia illa de quibus in d.§.adiectio, fiunt industria hominis naturali, & secundum naturalem peritiam medicorum, sicut alia venena sanatiua medelarum, vt alias supra diximus, illa vero de quibus in dicto.§.qui abortionis, fiunt per modum superstitiosum arte diabolica, & per inuocationem dæmonum tacitam vel expressam, vt alias diximus & habetur in summa confessio.per Ioan. lec. eodem titul.quæstione secunda. & xj.& xiij.per totum. nimirum 17 igitur si grauius puniuntur † quia omnia opera quę fiunt arte malefica sunt plurimum detestanda & grauius punienda, vt dicta l.nullus.& l.nemo. C.de malefi.& mathema. Et licet ista vltima solut. prima facie videatur subtilis, & concludenter soluere nodum inter ipsas duas leges præcedens tamen solutio mihi magis placet, & est magis iuridica, & hanc videtur tenere Barto.in dicto.§.adiectio, vt supra dixi hęc enim vltima in veritate sapit diuinationem, quia dicere ꝙ pocula illa de quibus in dicto.§.qui abortionis fuerunt facta per sortilegum siue maleficum diaboli instructione, de hoc nullum verbum fit in d.l. nec ex aliquo iudicio vel coniectura hoc deduci põt. Pręterea video ꝙ pocula quæ fiunt arte magica & traduntur mulieri ad flectendum pudicum animum ad libidinem, licet mulier ipsa moriatur ex poculi assumptione, tamen maleficus & ille qui ipsum consulit, vel qui scienter dedit poculum puniuntur omnes vltimo supplicio, vt l.eorum, in princip.l.nemo.& l.multi.C.de malefi.& mathe. vbi hæc expresse probantur, & tamen in d.§.qui abortionis. ex traditione illius poculi amatorij quando mulier quę assumpsit non moritur, non infertur pœna vltimi supplicij; sed humiliores in metallum damnantur, honestiores vero in insulã relegantur confiscata dimidia parte omnium bonorum suorum, vt ibi dicitur. ergo non est dicendum ꝙ illa sint pocula facta arte magica, sed naturali, prout sunt ea de quibus in d.§.adiectio. sed ideo diuersis pœnis puniuntur, quia tendunt ad diuersum effectum, vt alias supra diximus, & hoc 18 est de mẽte Bar.in d.§.adiectio. † Ponamus enim ꝙ quis dedit venenum sanatiuũ ægroto vt recuperet sanitatem & liberetur ab illa infirmitate. ex cuius tñ assumptione fuit liberatus a vita, quia mortuus est: erit ne dicendum ꝙ talis medicus vel alius qui dedit venenum in medela sit puniẽdus pœna mortis vel relegationis aut alia simili, certe non, immo erit immunis ab omni pœna dũmodo non interuenerit dolus aut lata culpa, vt d. l.iij.§.alio senatusconsulto.ff. de sica. quia in isto veneno defuit dolus & animus occidendi, deficit etiam malum exemplum & turpitudo finalis intentionis, quia omnia sunt bona & cum bona intentione facta, ideo euadit impunis, ergo sunt omnino diuersa quo ad effectum. Postremo vt me expediam de ista qõ. sic distingue, aut nos

loquimur

loquimur de poculo abortionis seu amatorio, & tunc aut ex illius assumptione ille qui assumpsit perijt, aut non, priori casu ille qui dedit, & si dolo non dederit punitur vltimo supplicio propter malum exemplum. Suppleas tu & turpitudinem finalis intentions, & ita intelligitur text. in d. §. qui abortionis, vbi est casus. Aut non fuit mors secuta et isto casu humiliores in metallum perpetuo danantur, honestiores vero propter malum exemplum confiscata dimidia parte bonorum suorum in insulam perpetuo relegantur secundum quod dicit 19 tex. cum glo. in d. §. qui abortionis. † Aut nos loquimur in veneno conceptionis, & tunc aut ex illius assumptione quis perijt & ille qui tradidit punitur pœna relegationis duntaxat propter malum exemplum, ex quo in ipso tradente erat bona & iusta intentio sua finalis, quæ tendebat ad suscipiendam prolem quod est fauorabile, vt supradiximus. Si enim ista est fauorabilis in quo igitur consistit istud malum exemplum de quo loquitur tex. in dicto. §. adiectio. in fin. Respon. quia mulier illa videtur quodammodo voluisse violentare naturam, & voluisse imponere fecunditatem in vtero in quo Deus & natura imposuerunt sterilitatem. propter hoc videtur esse malum exemplum, quia fuit nimium audax. nam prohibitum est velle subuertere ordinem nature c. si aliquis. de homi. in antiq. Aut non fuit secuta mors illius absorbentis, & nulla pena punit ex quo caret dolus & culpa dummodo aliquod scandalum subsecutum non fuerit & ita videtur sentire glo. in 20 d. §. adiectio. † Aut nos loquimur de veneno sanatiuo quod fit causa sanitatis & miscetur in medelis, & isto casu siue sequatur mors absorbentis siue liberatio ab illa egritudine siue non, in omnẽ euentum qui tradidit vel composuit erit immunis ab omni pœna dummodo non adsit dolus vel culpa d. l. iij. §. alto, a contrario sensu, & supra proxi. diximus, & per hæc sum expeditus de ista ardua & nobili. q. Sed antequam ad vlteriora procedam quæro in hac materia, quid si aliquis causa libidinis aut odij aliquid potandum dederit mulieri, vt parere vel concipere non possit. quod dicitur venenum siue potum sterilitatis, quod est cõtrarium veneno conceptionis, de quo supra proxime dixi, qua pœna ille qui tradidit puniatur.
21 † Respon. quod de iure canonico quasi homicida puniendus erit, ita dicit text. vbi est casus iste in cap. si aliquis. de homicid. sed glo. ibi dicit quod debet intelligi de pœna spirituali scilicet excommunicationis quæ infertur tam in clericum quam in laicum, non tamen clericus propter hoc efficitur irregularis ac si verum hominẽ viuentem occidisset nisi probaretur infantẽ animatum & viuentem occidisse, vide glo. in d. c. si aliquis. & ibi Abba. Si vero loquimur de iure ciuili fit eadem distinctio, aut infans in vtero matris adhuc nullus erat homo, quia adhuc formatus non fuerat nec animatus & tradens poculum punitur pœna extraordinaria siue relegationis d. §. qui abortionis l. diuus. ff. de extraor. crimi. & l. Cicero. §. fin. ff. de poen. aut erat iam animatus & viuens & punitur de homicidio, quia hominem dici tur occidisse, vt l. j. ff. ad leg. pomp. de parici. & melius in l. penul. C. ad leg. Cor. de sica. & l. j. in prin. ff. eo. tit. & per gl. in d. l. diuus. ff. de extraor. di. crimi. & infra latius dicam. in seq. q.

SVMMARIVM.

1 *Poculum tradens abortionis, vt fœtum edat immaturum, qualiter puniatur.*

2 *Mulier prægnans poculum abortionis scienter sumens qualiter puniri debeat, & nu. 6.*

Mulier prægnans pecunia accepta partum suum abigens, pœna capitis plectitur.

3 *Anima in sanguine dicitur habitare, hinc est quòd plerique vltramon. fortiter bibunt, ne anima in sicco morari contingat.*

Fœtus in vtero matris intra quantum tempus formari censeatur.

Planetæ singuli mense singulo operari dicuntur in formatione infantis in vtero.

4 *Saturnus vitæ humanæ inimicus mense primo fœtus formandi regnare putatur.*

Iupiter humanis amicus, secundo mense formando fœtui censetur præesse, tertio Mars, Venus quarto sexto Sol. Luna septimo.

5 *Infans natus mense septimo ideo viuere posse dicitur, quod sub Luna nascatur.*

7 *Mulier de iure canonico excommunicatur quæ poculum sumit vt fœtus immaturus ædatur.*

8 *Poculum amatorium dans, mulieri prægnanti ex quo moritur an puniatur.*

9 *Clericus ministrans poculum amatorium non efficitur irregularis nisi effectualiter viuentem hominem occiderit.*

Excommunicatus efficitur qui amatorium poculum propinat ex quo sequitur abortiuum.

10 *Poculum ministrans cum sortilegiis factum nedum punitur, sed & qui illud confecit puniri debet.*



1 DECIMO tertio prosequendo materiam poculorum quæro, † quid si aliquis ministrauerit poculum mulieri prægnanti ad effectum vt faceret abortiuum, quod postea effectualiter subsecutũ fuerit, qua pœna puniatur, nec putes. q. istam esse eandem de qua in d. §. qui abortionis, quia ibi non fit mentio abortu secuto, vel de infante occiso, sed disponitur ibi quando poculũ ipsum nocuit matri. Ad propositum igitur Respon. quod in hac quæstio. repetenda est distinctio illa quam supra proxime in fin. præcedentis quæstio. dedimus, quod aut infans in vtero matris erat iam animatus, et viuens aut nõ, primo

primo casu qui dedit poculum nulli dubium est ꝙ secuto abortu tenetur de homicidio. l. pen. C. ad leg. Corn. de sica. l. j. in prin. ff. eo. titu. l. Cicero. in prin. ff. de pęn. & not. per. glo. in l. diuus. ff. de extraordi. crimi. gl. est in c. si aliquis. de homi. & ij. q. iiij. consuluisti, quia isto casu dicitur occidisse hominem & sumus proprie in terminis legis Corneliæ de sicarijs. capite quinto, vt l. iij. in princip. ff. eo. ti. & ista dicuntur esse mala venena quæ facta sunt homines necãdi causa, dicta l. iij. in princip. Secundo vero casu quando partus siue infans nondũ erat animatus neq; formatus secuto aborsu non tenetur de sicarijs, sed alia pœna extraordinaria relegationis vel simili ad arbitrium iudicis secundum qualitatem facti, & personarum conditionem d. l. diuus. & l. Cicero. §. fin. & l. prægnantem. ff. de pęn. & l. si mulierem visceribus. ff. ad l. Cor. de sica. 2 † Mulier autem quæ scienter poculum ipsum asumpsit vt faceret abortiuum, si inde sit secutus aborsus & infans iam animatus, & completus erat tenetur pœna legis Pompeiæ de paricidis, quia est matricida, vt l. j. in versi. mater. ff. ad leg. Pomp. de paricidi. & ibi Bart. & Bald. in d. l. diuus idẽ tenet ꝙ si mulier in ipsa adhuc prægnans recepta pœcunia partum suum abegerit tenetur pœna capitis indistincte, siue partus erat iam animatus siue non, & hoc propter turpitudinem illam receptionis pecuniarum, quia dicitur assassinium, vt l. Cicero. in princip. ff. de pęn. vide Bart. in d. l. diuus. Sed quia fit illa distinctio ꝙ aut partus erat animatus aut nõ, in materia abortionis quæro quanto tempore partus siue infans in vtero matris dicitur esse animatus a die cõceptionis. Respõd. cum primum formatus fuerit infans, & completus corpore tunc anima ingreditur in ipso corpore quæ infunditur a Deo, illo tunc corpus reperit formatus. xxxij. q. ij. quod vero. & c. Moyses. non enim conuenit ꝙ anima prius infundatur in corpore illo antequã habeat perfectam formam omnibus partibus & membris suis, quia non est cõueniens ꝙ habitare debeat in corpore sicco hoc est rudi & informi, debet enim habere sedem siue domum suam perfectã in qua habitare possit, vt dicit glo. in d. c. quod vero, & cap. Moyses. quę glo. in versi. sicco. dicit ꝙ secundum quorundam 3 opinionem † anima dicitur habitare in sanguine. & propterea dicit ꝙ Normanni, Anglici, & Poloni fortiter bibunt ne contingat animam habitare in sicco. Rursus quæritur quo tempore vel infra quantum tempus infans dicitur esse formatus in vtero matris. glo. in d. l. diuus, videtur tenere ꝙ in quadraginta diebus. Bart. ibi dicit esse verum in masculo, in fœmina vero post. lx. dies demum hoc declarandum reliquit naturalibus. dominus autem Conciliat. in suis differentijs Physi. differ. xlix. dicit ꝙ xxx. aut xxxv. die ad plus partus siue infans in vtero matris dicitur esse formatus.

Deinde ponit notabilem & pulchram doctrinã circa partus genituram formationem & augumẽtum, & de illius ortu, dicit enim ꝙ vnusquisque infans a principio suæ creationis, dum primo incipit generari, vsque ad diem sui ortus, recipit fomentum & influentiam ab omnibus septem planetis, quorum vnusquisq; singulo mense sui syderis gratiam naturaliter operatur in ipso infante in vtero matris iacente, secũdum quam paulatim infans recipit augumentum, ita ꝙ deuenit ad perfectionẽ suam & venit in lucem. 4 † Primo enim mense regnat Saturnus qui est frigidus, & siccus, inimicus vitæ humanæ, quæ consistit in calido & humido, vt per gl. prædictam in d. c. quod vero. & d. c. Moyses, istius planetæ seu syderis natura est sperma viri de recenti effluxum in ventre matris quod adhuc liquidum est vna cum spermate mulieris insimul coagulare, & inspissare, ita quod possit recipere formam & adeo fortiter illud perstringit coagulando, ꝙ reducit illud tanquam in massam paste, quo sic in vnum coagulato fit paulatim extensio, & formatur primo caput deinde alia membra adeo quod xxx. die completo communiter, infans solet habere formam suam perfectam. Secundo mense venit Iupiter qui est calidus, & humidus amicus vitæ humanæ, & inimicus mortis, & infantem ipsum quem formatum reperijt extendit, & auget, quos vero inuenit nondum esse bene formatos illorum formas complet mirabili gratia, & fortuna quod euenire solet, quandoq; propter debilitatem matris, & hinc est quod mulieres istæ cõmuniter solent secundo mense sentire infantem in vtero cõmoueri. Tertio mense Mars succedit qui est calidus & siccus vt ignis. & iste similiter fert opem augumẽto partus illas humiditates quas reperit ex residuis sideris Iouis deficcat & incumbit augumento pueri.

Quarto deinde mense venit Venus quæ est frigida & humida vt aqua, & ipsa similiter temperat superfluas caliditates ignitas præcedentis syderis. Quinto succedit Mercurius. Sexto Sol.

Septimo Luna. et vnumquodq; sydus procedit proportionabiliter, secundum eius naturam in augumẽtum ipsius infantis. completo igitur septimo mense cursus iste sydereus reuertitur iterum ad primum quod est Saturnus qui regnat & operatur octauo mense. Deinde ad Iouem qui venit nono mense, postea ad Martẽ qui decimo, & sic de singulis successiue. 5 † Et hinc est quod infans qui nascitur septimo mense viuit, eo quia nascitur sub sydere lune vitæ humanæ compatibili, & quia tunc infans dicitur esse perfectus, ex quo participauit de natura & qualitatibus omnium septem syderũ siue planetarum, si nascitur illo septimo mense dũ Luna dominatur, viuit, & quamplures reperiuntur qui nati sunt septimo mense & viuant. Si vero octauo mense veniret in lucem perraro vel nunquam viuit, ratio est quia venit sub sydere Saturni maligno & multum contrario vitæ hominis, ex quo vt dixi est frigidus & siccus, habet conformitatem cum morte, illi igitur qui sub isto sydere veniunt in lucẽ adeo grauiter vulnerantur & premuntur istius syderis malignitate, & frigiditate, ꝙ necesse est vt pereant. Hi vero qui nono mense veniunt in lucem, prout maior pars venit, omnes communiter viuunt, & crescunt ex quo sub Ioue cæteris benigniore sydere, & humanæ vitæ conseruatore oriuntur, de quo magis ꝙ̃ de alijs natura letatur, hæc licet sint aliquantulum extra materiam

teriam nostram, tamen qui sunt delectabilis intelligentiæ, saltem pro iunioribus hic inserere placuit. Redeamus nunc ad materiam nostram qua quærebamus quanto tempore infans in vtero matris dicitur esse formatus, & concludendum est secundum opinio. dicti Doct. ꝙ communiter. xxx. & quandoq;. xxxv. die ad plus a die ipsius conceptionis. quidam alij dixerunt ꝙ masculus post. xl. fœmina vero post. lxxx. dies habet perfectam formam. ita dicit glo. v. dist. in prin. in versic. xl. quã refert & sequitur Abb. in c. si aliquis. in fin. de homi. tamen de iure ciuili non est discedendum ab opi. glo. in d. l. diuus. quæ est communiter approbata. 6 † Si igitur post dictum tempus mulier acceperit poculum abortionis scienter tenetur vt matricida, & legis Pompeiæ de parricidis pœna punienda est vt d. l. j. §. mater. ff. ad leg. Pompe. de parricid. si autem alius scienter dederit poculum prædictum quod ipsa mulier ignoranter accepit, ille qui tradidit punitur pœna legis Corneliæ de sicariis, vt l. j. in prin. & l. iij. ff. eo. tit. de sica. Si vero poculum prædictum assumptũ fuerit ante tempus prędictũ, scilicet antequam puerperium esset formatũ in vtero, & tunc aut mulier accepit pecuniam pro bibendo poculũ vt faceret abortiuum, & isto casu semper mulier punitur pœna capitis, siue infans erat iam formatus siue non d. l. Cicero. in prin. & ibi Bar. & idem Bar. in d. l. diuus. ff. de extra. crimi. si vero mulier pecuniã non accepit non punitur pœna mortis quando ante tempus formationis & vitæ ipsius infantis assumpsit poculum, sed alia pœna extraordinaria relegationis d. l. diuus. & ibi glo. & Bar. in l. pręgnantem. & l. Cicero. §. fin. ff. de pœn. et l. si mulierem visceribus. ff. ad leg. Cor. de sica. quod verũ 7 est de iure ciuili per iura prædicta. † De iure aũt canonico infertur pœna spiritualis, scilicet excõmunicationis quocunq; tempore fuerint data dicta pocula, etiã si essent data mulieri nihil adhuc habenti in vtero, ad effectum ne concipiat, eadẽ pœna puniuntur velut homicidæ. c. si aliquis. de homic. in antiquis, & diximus supra proxima. q. in fin. Prædicta omnia tamen procedunt quando fuit secutus effectus ꝙ mulier fecit abortiuum partum. Sed quid si non obstante poculo mulier peperit filium viuentem & qui durauit in vita, an qui dedit poculum vel ipsa mulier puniatur, & qua pœna, vide do. And. Barba. in consi. xxiij. in ij. volu. vbi dicit ꝙ non debet puniri pœna mortis ex quo non fuit secutus effectus, quia hodie in maleficijs potius spectatur euentus quam solus animus delinquentis sine effectu, nihilominus non euadet impunis ille qui scienter tradidit vel qui scienter assumpsit, quia poterit relegari per ea quæ habentur in d. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. Quandoque vero ex poculo huiusmodi sumpto mulier ipsa perijt, & tunc ille qui tradidit punitur pœna vltimi supplicij, licet non dederit dolose contra ipsam, quia res mali exempli est. & iste est proprie casus in d. §. qui 8 abortionis. in fi. † Quid si aliquis dederit poculũ amatoriũ mulieri prægnanti, vt flecteret eius animum ad amandum ipsum tradentem, ex quo poculo mulier ipsa perijt, qua pęna puniatur tradẽs. dic ꝙ eadem pœna vltimi supplicij quamuis animum occidendi non habuerit & dolum non fecerit, vt d. §. qui abortionis, qui decidit vtrunque casum in terminis, hæc tamen quæ supra diximus procedunt de iure ciuili & inter laicos. De iure autem canonico vltra ea quæ diximus supra clarius hic distingue, ꝙ aut loquimur de iure antiquo secundum legem Moysi, aut de iure nouo secundum constitutiones pontificum. Primo casu si infans iam formatus & animatus erat ꝙ qualiter & quando tempore dicatur esse formatus & animatus diximus supra ea. q. quia tunc det animam pro anima. Et sic punitur pœna mortis qui dedit poculum abortionis, quo necauit infantem viuentem, vt in cap. Moyses. xxxij. quæstione secunda in princ. aut partus nondum erat completus in forma nec animatus, & tradens poculum huiusmodi mulctatur pecunia arbitrio iudicis d. cap. Moyses. Ratio est, quia non potest dici exanimatum illud ꝙ caret anima quam non habet adhuc. 9 † Secundo vero casu quando loquimur de iure pontificio, aut loquimur de pœna irregularitatis vel degradationis, & ista non infertur nisi clericus effectualiter hominem viuentem occiderit, vel ꝙ sit natus, vel adhuc in vtero matris non refert. & in cap. j. et cap. sicut dignum. §. j. de homic. & per glo. in d. c. Moyses. c. si aliquis. in glo. eo. titu. & glo. in c. consuluisti. ij. q. iiij. idem sequitur Panor. in d. c. si aliquis. aut loquimur de pęna excommunicationis, & ista infertur pro quocunque abortiuo secuto siue puerperium erat animatum siue non, et iura ipsa appellant istud homicidium, sed antequam infans sit plene formatus, & animatus non potest dici proprie homicidium. quia non potest corpus exanimari quod adhuc caret anima, vt supra proxi. diximus, isto casu igitur improprie dicitur homicidium, vide tex. in d. cap. si aliquis. & ibi do. Abba. immo hac pœna punitur etiam si aliquis libidine aut odio daret mulieri quæ nondum concepit venena siue pocula sterilitatis adhoc ne coeundo concipere possit, vt d. c. si aliquis. vbi est casus valde not. ꝙ non solum quis tenetur de homicidio pro abortiuo iam facto, sed pro fiendo vel pro impedimento præstito ad con-10 cipiendum. † Et not. etiam hoc vnum in tota materia poculorum, ꝙ non solum punitur qui sciẽter tradidit poculum, verumetiam ille qui scienter fecit & composuit, ita expresse not. Panor. in d. capit. si aliquis. in princ. & no. in l. j. in princ. & in l. iij. in princ. ff. ad leg. Cor. de sicar. & hoc idem seruatur in quibuscunque aliis sortilegiis, vt not. Archid. xxvj. q. v. quicunque. & j. dist. ff. quis viduam. xxiij. quæst. vlti. pessimam. ff. ad leg. Iul. maiesta. l. j. & ff. de iniur. Litem apud Labeonem. §. adduxisse.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes super rebus prophanis ad sortilegia aptis celebrantes, qualiter debeant puniri.*

2 *Sacerdos missam defunctorum pro viuentibus celebrans*

celebrans ut citius moriantur, aut periculum incurrant, qualiter puniatur.

3 *Clericus qui sacramento abutitur pœna arbitraria punitur.*



ECIMO quarto quæro vltra ✝ ea quę diximus supra in xj. q. videndum est quid de sacerdotibus qui super rebus prophanis, & aptis ad faciendum sortilegia & ad illud duntaxat effectum oblatis, vnam aut plures missas scienter celebrāt adhibitis nepharijs, & inhonestis precibus, & verbis superstitiosis, quibus pœnis puniuntur. Res vero super quibus solent missas ipsas celebrare sunt vt plurimum istę, panis crudus siue pasta, aut coctus, vt placenta, item calamita q̄nq; cutim indumenti pueri nascentis, quā appellant pelliculā virginē, & alia his similia simplicia, aut mixta imposita super altari illis modis de quibus supra diximus in tertia q̄one pro isto facinore, dic ꝙ de iure canonum clericus oīno deponitur, vt in c. si quis episcopus. xxvj. q. v. ✝ si enim pro sola celebratione missæ defunctorum dicta pro viuentibus, vt citius moriantur aut periculum mortis incurrant, sacerdos perpetuo priuatur officio, beneficio, ordine, gradu atq; dignitate & in perpetui exilij ergastulo, vna cum consulente vel id fieri procurante relegatur, vt in c. quicunq;. xxvj. q. v. et diximus supra xj. q. versi. pro faciliori. quantomagis deberet iste sacerdos deponi, et relegari qui in missarū suarum celebratione illa prophana & immunda turpiter commiscuit illaq; vel Deo aut potius dæmoni vouere turpibus, & superstitiosis precibus non veretur. certe non video cur minori pœna puniri possit, maxime quando scienter ista patrauit d. cap. quicunque, in ij. parte circa finem. pro quo facit in argu. tex. de consecrat. distinctio. ij. cum omne crimen. in fi. vbi grauiter punitur clericus depositione, qui abutitur ordine sacramenti, licet id non faciat ad effectum sortilegiandi, aut per modum superstitiosum, vt latius infra dicam. ✝ Quidam vero dixerunt ꝙ pro huiusmodi facinore sit pœna arbitraria, iuxta doctrinam domi. Abb. in dicto cap. ij. extra eod. titu. hoc tamen tolerari posset quotiescunque factum non esset valde turpe vel persona sacerdotis esset adeo simplex, & debilis ingenij ꝙ de facili quis cognoscere posset quod bona fide ductus fuerit circunuentus putans bene facere et non peccare, vt in d. c. ij. & est tex. & ibi Bar. in l. si adulterium cū incestu. in ver. idē Pollioni. ff. ad leg. Iul. de adulte.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sacerdotes debito modo & ordine sacrificandi abeuntes, quām pœnam dare debeant.*

2 *Sacerdos qui forma debita, aut etiam materia sacramenti non seruata celebrat, omni ordine & gradu ad tempus priuari debet.*



ECIMO quinto quęro quid ✝ de sacerdotibus qui abutuntur debito modo & ordine sacrificandi, vt quia non ponunt vinum cū aqua simul in calice, sed vinum tātum, aut aquam solam vel botrum vuarum comprimunt in calice aut panniculum musto intinctum, & diu conseruatum aqua ablauant & illam lauaturam ponunt in calice loco vini aqua commixti, aut panem sacramenti intinctum in vino calicis sacrato tradunt laicis pro communione siue eucharistiæ sacramento quibus pœnis puniuntur omnia ista narrantur in tex. in cap. cum omne crimen. de consecra. dist. ij. & concluditur in fine ✝ ꝙ sacerdos pro isto facinore debet priuari ad tempus omni ordine & gradu arbitrio iudicis, & tandiu sic priuatus existere donec iudici visum fuerit illum congruam pœnitentiam peregisse, vt postea purgatus ad omnia sua pristina restituatur, vt ibi dicitur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sacerdos vel quiuis alius res sacras aut sacratas ad vsus prophanos conuertens, qualiter puniri debeat.*

2 *Baldassar rex Babylonis interfectus quod vasa sacra templi in prophanos conuerterit vsus.*

3 *Diaconus rebus sacris abutens & in vsus prophanos eas conuertens, quanto tempore excommunicatus ab altaris ministerio sit suspensus.*

4 *Abutēs rebus sacris ī sortilegiis sacrilegii reus ē.*



ECIMO sexto quęro qua ✝ pœna punitur sacerdos vel laicus qui vasa ecclesiastica sacrata vel vestes sacras aut benedictas vt est altaris palla, calix, patena, purificatorium, tabernaculum sacramenti eucharistiæ, aut aliquarum reliquiarum, item lapidem sacratum totum aut partē, siue corporale, manipulum, stolam, camisum, planetā, item vela quæ sunt in sanctuario, aut iuxta imaginem crucis, aut beatæ Marię virg. & alia his similia acceperit et ad prophanos vsus irreuerenter conuerterit aut damnabilius in sortilegiis commiscuerit. Dic ꝙ primo casu quando quis abutitur illis in prophanis domesticis vsibus circa sortilegia de iure antiquo secundum legem Moysi vltione diuina percutiebantur, & sepius morte, & totius status subuersione, si erant reges vel alij principes, vt habetur Daniel. v. ✝ Vbi rex Baldassar filius Nabuchodonosor postquam cępit erga Deū, & res sactas irreuerenter se habere, & ꝙ sacrata vel benedicta vasa aurea, & argentea ex sacro templo domini in Hierusalem abstulerat, & cum illis ipse rex Baldassar vna cum principibus & primatibus suis vxoribus atque concubinis in conuiuiis suis vinum biberant, iratus est valde Deus de tanta eorum insolentia, & primo monuit regem Baldassarem quodam præconio literarum miracu-

miraculose scriptatum in albo pariete aulæ regiæ quas nemo sapientum ipsius regis Baldassaris, sed solus Daniel interpretatus est & comminatus fuit futurum malum iudiciũ contra ipsum, adeo vt illa nocte ipse rex Baldassar ab inimicis suis interfectus est, & regnum suum ad extraneas manus deuenit vide in d.v. c. Daniel. de quo fit mentio de conse.dist.j.c.vestimenta.& c. in sancta.vnde cõcludi potest ꝙ de iure antiquo pro huiusmodi rapina & abusu sit pœna mortis, & bonorum suorum publicatio aut mala successio. † De iure vero Põtificio Diaconus pro isto crimine tribus annis & sex mensibus excõmunicatus existit, & ab altaris ministerio omnino suspensus habetur. Presbyter vero decem annis,& sex mensibus remanet excommunicatus,vt habetur de conse.distin.j.nemo per ignorantiã. Si vero bona prædicta ipsi immiscuerunt in sortilegijs aut alijs tradiderunt vt immiscerent grauius puniuntur, quia clericus debet deponi & omnibus suis officijs atq; beneficijs ordine gradu & dignitate priuari,& in perpetuũ carcerẽ intrudi, aut in exiliũ perpetuũ mitti. vt d.c.si quis episcopus.& c.quicũq; in fi.xxvj.q.v.vel dic secũdũ Abb.in d.c.ij.extra eo.ti.ꝙ erit pœna arbitraria secundum arbitrium iudicis moderanda attenta qualitate facti,& personarũ conditione vt alias diximus supra eod.per dicta iura quæ amplius non refero vt capiam breuitatem.

4 † Et no.vnum in tota materia sortilegiorum ꝙ ille qui abutitur rebus sacris vel benedictis, & ecclesiasticis semel dedicatis,non solum tenetur pœnis de quibus supra verum ẽt tenetur pœna sacrilegij; quia in veritate per similem contrectationẽ rerum sacrarum committitur sacrilegium vt habetur xvij.q.iiij.sacrilegium. & c. si quis contumax.§.j.& d.Ioan.lec.in sum.in tit.de sacrile.q.iij.& S.Tho.in sum.ij.ij.q.xcix.arti.iij.versi.dicendum, & de pœna ipsorum, vide in d.c. si quis contumax. Immo dicit Archi.in c.fœlicis de pœ.lib.vj. in princi. ꝙ sacrilegium cõmittit quilibet de ordinibus clericorũ qui ariolos, incantatores, aurusspices, & similes consuluit vel similia facit intelligens in effectu ꝙ omnis sortilegus potest dici sacrilegus et de sacrilegio puniri, vide tamen quæ latius dicam infra titu.seq.q.j.& no.etiam ꝙ pro isto crimine subtractionis vasorum sacrorum de ecclesia imponuntur grauiores pęnæ de quibus habetur.xij.q.ij.de viro.vide ibi.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos in missarum celebrationibus præces nepharias, & turpes admiscens,& ad malum finem, qualiter sit puniendus.*

2 *Sacerdos Hispanus decretorum doctor etiam quadragesimumquintum egressum annum in insaniam & furorem vertitur ob nephandum amorem monialium.*

3 *Sacerdos præces aut oblationes nepharias in missarum solemniis offerens officio & beneficio, gradu, & ordine est priuandus.*

4 *Pœnæ secundum facti qualitatem, turpitudinẽ, aut scãdalum sunt aggrauãdæ aut molliendæ.*

5 *Animus maximè ĩ oĩbus criminibus est attẽdẽdus.*

1 ECIMO septimo quæro † quid de his sacerdotibus qui in missarum suarum celebrationibus huiusmodi aliquas ꝓces nefandas, & turpes absq; alicuius rei immixtione protulerint illa aut Deo aut demoni vouẽdo, nõ absq; magna superstitione dicauerint.quæro qua pœna puniantur,& vt facilius res ista apprehendi possit subdã exemplo prout habui semel in facto Romæ.

2 †Quidam vir Hispanus clericus in sacris beneficiatus,et decretorum doctor ętatis anno.xlv.vel circa captus erat amore quarundam monialium iuuenum quæ erant plurimũ forma venustæ,quas iste sæpius ad monasterium visitabat, & blandis verbis atque muneribus multoties blandiebatur eis,adeo ꝙ propter illarum pulchritudinẽ,& venerabilem venustatem ille Hispanus paulatim cepit ardescere, & frequentius illarum monasterij limina visitare & in tam magnam deuenit insaniam & cecitatem ꝙ die nocteq; tam in somnis ꝙ̃ in vigilia nil aliud nisi illarum amplexus,& concubitus meditabať corde, verbo, gestis, aut signis. Et in tam graui dementia adductus fuit ꝙ asserebat expresse, ex quo ipse erat clericus, esse sponsum ecclesiæ,& moniales illas similiter esse sponsas ecclesiæ,nã quia dicebantur esse sponsæ Christi qui repræsentatur per ecclesiam concludebat ꝙ sponsi & sponsæ spirituales,hoc est,sacerdotes, & moniales poterant adinuicem carnaliter copulari sine peccato, & ꝙ ita Deus præordinauerat, putans summum bonum in solo coitu consistere.et ꝙ turpius est,ipse sæpius hoc ꝑdicabat illis iuuenculis adeo ꝙ ipse ceperunt illũ euitare, vnde ipse clericus postea deuenit in maiorem insaniã,quia quotidie cum esset literatus componebat aliquas orationes et preces nefarias quibus orabat Deum & alios sanctos vt præstarent sibi robur maximũ in renibus,in lumbis vero calorem talem quo posset facilime in magna abundantia luxuriari & coitum carnis sepisime complere,& quia illarũ monialium quædam vocabatur Cecilia, altera Vrsula, alia vero Magdalena, & Clara,in ipsis suis orationibus, quas quotidie de nouo formabat summis precibus deprecabatur virgines illas sanctas,& beatas post Dei inuocationem,vt ex dono gratiæ specialis in mentibus,& cordibus ipsarum monialium hanc meditationem & firmam opinionem infunderent,ita ꝙ ipsæ moniales firmiter putarent et crederent nullum aliud magis meritoriũ opus Deo fieri posse ꝙ̃ coire, & carnaliter cõmisceri,crescere et multiplicare,nulla adhibita personarum distinctione, sit sacra vel prophana, sit coniugata vel soluta, sit consanguinea vel extranea,& similia, & ꝙ ex coitu hmõi putarent votũ castitatis nullatenus infringi posse, sed magis hoc Deo placere ꝙ̃ holocaustum siue sacrificium, & vltra hoc ꝙ ardentius illarum corda incalesceret

ad

ad amandum & vehementer diligendum virum ipsum sacerdotē qui erat sponsus ecclesiæ, & eius vota carnalia firmiter maxima cum humilitate adimplere, eiusq; mandatis, vt veri patris parere asserens ꝙ illo modo consumandum erat matrimonium spirituale inter religiosos viros & mulieres quemadmodum matrimonium carnale consumatur per veram vtriusq; coniugum carnalē copulam, vt in c. continebatur, primo responso. de despon. impub. & in c. tua nos. de sponsa. Quas quidem schedulas ipse clericus portabat quotidie ad quoddam monasterium vbi morabantur quidam boni & purissimi sacerdotes mēdicantes, qui potius simplicitate & bonitate ꝙ̄ doctrina religionē suam profitebantur, & die qualibet ad ecclesiam illius monasterij accedebat ad missam & singulis diebus vnam ex ipsis schedulis dabat sacerdoti, & dabat ēt iulium vnum pro eleemosina ad hoc vt in celebratione misse scilicet in memento, preces illas Deo, & sanctis virginibus prædictis offerret cum deuotione orando Deum et sanctas virgines prędictas vt pia vota ipsius orantis exaudirent. & hoc modo decepit vnū vel duos ex simplicioribus & rudioribus illorū monachorum. & interim ipse quoq; intererat missæ, & totidē easdēq; pręces ipse cum deuotione recitabat, & prosequēdo vlterius ĩ hac sua superstitione quotidie nouas orationes cōponēs deuenit tādē ad manus cuiusdā monachi qui erat cęteris magis doctus atq; expertus qui sumpta schedula duplicata vna cū eleemosina accessit ad altare & perlegens quæ intus erāt verba valde obstupuit, & ne misse sacrificiū perturbaret dimisit schedulā illā in angulo altaris, et prosecutus fuit missam. demū ea cōpleta ipse monachus multū reprehendit ipsum clericum Hispanum dicens ꝙ verba illa erant valde turpia, & superstitiosa, nec merebātur per aliquē sacerdotē in tanto missæ mysterio memorari, at ille subrisit deridens monachi illius simplicitatem & ignorātiam, cepitq; secum velle disputare, quia argutus erat quasdā interpretationes diuinæ scripturæ lōge erroneas attribuens, adeo ꝙ nō transibat absq; scrupulo et labe hæreticæ prauitatis, vt alias diximus in tract. de hæreti. q. j. & ij. Videns itaq; monachus ille ipsum clericū tā graui errore apprehensū sumptis pluribus ex illis suis schedulis quas adinuenit de p̄missis omnibus consulit, quā primū Reuer. D. Vicarium Papæ cuius tūc ego auditor aderā mihiq; mandauit vt rē hanc cognoscerē & ipsum clericū pro modo culpæ corriperē, qui statim incarceratus, & examinatus omnia ad vnguē confessus est, immo a principio instabat pertinax in illa sua erronea opinione, volens defendere falsas quasdā & nouas interpretationes quas diuinę scripturæ attribuerat, qui ꝙ̄ primū vidit me præparari ad declarandū illum hæreticū et pœnis hęreticorū subijciendū, nisi errorē ipsum reuocaret, incontinenti omnia reuocauit & errorē suum solemniter abiurauit, adeo ꝙ pro hæresis suspitione meruit veniam, & reuocauit omnes illas suas interpretationes quas dederat diuinæ scripturæ, & reliquas omnes insanias suas quas supra narrauimus; nihilominus vt cautius in futurum procederet de mandato. S. D. N. Papæ fuit relegatus ab vrbe ad certum tempus. 3 † Ad propositum nunc quæstionis nostrę redeundo quęro si reperitur aliquis sacerdos qui scienter preces huiusmodi aut similes quæ non tendunt ad verum diuinū cultum & salutem animæ, sed potius vertuntur in peccatū & rem damnabilem in missæ solemni sacrificio celebrauerit seu alio quouis mō vouerit aut obtulerit, qua pœna puniatur. dic ꝙ isto casu putarem esse priuandū omni ordine & gradu officijs atque beneficijs ecclesiasticis, & ēt relegandū esse tam ipsum sacerdotem ꝙ̄ illum qui ipsum consuluit & præmissa fieri mandat. arg. eorum quæ habentur in d. c. quicunq; ĩ fi. xxvj. q. v. vbi si sacerdos pro viuētibus celebrat missam defunctorū vt illi pro quibus missa celebratur citius moriātur aut mortis periculum incurrant, sacerdos ipse punitur pęnis prædictis, & nihilominus ibi non apparet de aliqua superstitiosa oratione aut cęrimonijs, sed solum de turpi celebrantis intentione, quanto magis in casu nostro ille deberet hac pœna puniri qui preces istas obscenas diuino culti admodū cōtrarias & quę omnes tendunt ad peccatum & totius christianę fidei læsionem, dum querit per sacrificium missæ præbere materiā peccādi & malefaciendi per quam & eius holocauustum solent peccata dimitti de conse. di. ij. cum omne crimen, & eadem dis. nihil in sacrificijs, & diximus in tracta. de hæreti. q. ij. in prin. nihilominus isto casu non discederem ab opinione Abb. de qua in d. c. ij. extra eo. titu. scilicet. 4 † ꝙ pœnæ huiusmodi sint aggrauandæ vel minuendę iuxta qualitatem facti aut turpitudinem siue scandalū ꝙ inde exoritur & personarum conditionē, in quibus omnibus plurimum vertitur arbitrium iudicis. Ponamus enim ꝙ esset aliquis simplex humilis sacerdotis idiota qui sit alias bonæ conditionis & famæ puræ conscientiæ, qui ad preces, & mādata alicuius magni principis, baronis, aut viri magnæ cōditionis similes p̄ces emiserit, erit ne dicendū ꝙ sit puniendus ille sicut alius versutus malitiosus, & qui in istis turpitudinibus delęctatur, certe nō & propterea bene & sancte disposuit tex. ĩ c. sicut dignū, in princi. de homici. & in l. respiciendū. & l. aut facta. ff. de pœ. & l. quid ergo. & ibi Bar. ff. de his q̄ no. infami. & Bar. Bal. & alij. in l. j. §. diuus. & ĩ l. diuus. & l. in l. Cor. ff. ad l. Cor. de sica. vbi dicunt 5 † ꝙ ĩ omnibus criminibus attēditur principaliter animus & intērio delinquentis an ex simplicitate quadā vel ignorātia, aut dolo & malitia inductus fuerit ad peccādū vt his attētis fiat variatio pęnę ꝓ quo bene facit textus & q̄d ibi no. gl. & Pa. in d. c. ij. extra eo. ti. Pręterea ponamus ꝙ aliqs psuadet sacerdoti ꝙ voueat et offerat ꝓ eo p̄ces quasdam ĩ missa q̄ expresse nō apparebāt nec cognoscebant saltē p virū rudū & inexpertū ꝙ essent superstitiosa, vt qa ĩ ipsis apparebāt a principio verba quędā honesta et religiosa, deinde vero supstitiosa et diabolica, sed erāt p nomina q̄dam adeo ignota ipsi sacerdoti ꝙ putabat omnia esse bona et nullā in se habere supstitionē, isto casu similiter putarē dictū sacerdotē esse lōge mitius puniendū per ea q̄ supra diximus. & d. c. ij. & ibi gl. extra. eo. tit.

FINIS.

DO. IOANNIS NICOLAI ARELATANI IVR. VTRIVSQVE DOC.

TRACTATVS DE HAERETICIS,

quinquaginta notabilia in hac hæreticorum materia, præter ea, quæ in tractatu superiore scripta sunt, è varijs scribentium locis decerpta continens.



IOAN. NICO. AREL.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia restituendus est.*
2 *Hæreticus spoliatus non restituitur, & quare.*
3 *Excommunicato obstat exceptio excommunicationis ne spoliatus restituatur.*
4 *Excommunicatus agit ad vxoris restitutionem, hæreticus nequaquam.*
5 *Proprietatis exceptio quoties concludit agentem non possidere, tunc obstat agenti possessorio recuperandæ.*

NOTABILE I.



VNVM in primi menti mandadum suadeo, vulgata apud vtriusque censuræ professores extat regula, †spoliarum esse ante omnia restituendũ, vsque adeo vt aduersus eum nulla posit obijci proprietatis exceptio. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi publi. cap. j. & cap. literis, & vbique scriben. extra de restitu. spol. Latissime Bart. & cæteri post eum in l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acquir. possess. Hanc tamen regulam restringe † vt non procedat in spoliato, cui agenti possessorio recuperandæ obstat exceptio hęresis, ita vult glo. no. in c. quo iure. vbi Præposi. Alex. viij. dist. Ratio traditur a quibusdam recentioribus. in d. §. nihil cõe. quia hęreticus ipso facto excommunicatus est c. excõicamus. de hęreti. excõmunicato † aũt obstat excõicationis exceptio, ita vt spoliatus nõ restituatur. gl. in c. j. xxiiij. dist. in verbo, audiẽtia. & in c. ex insinuatione, in verbo, aliud canonicum. extra de procura. Pan. in c. a nobis, de excep. & in c. fi. colũ. pen. de ordine cogni. Ergo hæretico vtpote excommunicato obstare debet except. hæresis, ne restituatur. Sed hæc ratio nequaquam satisfacit † qm̃ eadem quoque ratione dicendum foret hæreticum ad vxoris restitutionem agere posse, cũ excõicatus possit secundum glo. in cap. quoniam multos. in verbo vxores. xj. quæstio. iij. & Panormi. in dicto cap. fina. qui refert Hostien. in sum. titu. de restitutio. spolia. §. facienda. versicu. quid si vir petat, sed falsum est hæretico licere vxorem petitam consequi. cap. iiij. de diuor. cap. inter. de purga. cano. & abunde scriptum est supra in tracta. quæstio. xv. nume. 10. igitur &c. Alia ergo quęrenda est ratio, verior igitur erit ratio hoc ideo esse quia exceptio hæresis etiam concludit in possessorio, quoniam hæreticus nihil possidere potest. cap. j. & ij. xxiij. quæstio. vij. dictum fuit supra in tract. qõ. xv. nu. 3. cum igitur exceptio hæresis etiam concludat in possessorio hæretico remedijs possessorijs agenti obstare debet. Nam † quoties proprietatis exceptio opposita concludit agentem non possidere, tũc talis exceptio obstat agenti recuperande possessionis auxilio, ita Alex. in d. §. nihil commune. coll. vj. & sequen. maxime in vij. fallen. ad regulam d. l. si quis ad se fundum, & Bal. in tit. de pace constan. in verbo, restituitur. alias est versi. sub. §. omnes. idem Bal. in l. j. C. si. de momenta. possessio. & in l. ij. vbi etiã Ang. C. de edic. diui adri. toll. Aug. in l. dolo. ff. de doli exce.

SVMMARIVM.

1 *Condemnandus nemo est ex sola confessione quando aliter de delicto non constat.*
2 *Confessio sola sufficit ad condemnationem in cri-*

mine hæresis, & quare.

3 *Confeßio facta in foro pœnitentiæ non probat.*

NOTABILE II.

1 COmmenda† memoriæ ꝙ quamuis ex confessione sola nemo damnari debeat, qn̄ aliter non constat de delicto l.j.§.item illud. vbi Bar.ff.ad Senatuscon. Syle. Bal. in auth.sed nouo iure.C.de ser.fugi. Ang.in l.j.C. de confes. Areti.in trac.malefi.in verbo, & vestē cœlestem abstulit. versi.quid si aliquis confitetur se plura furta, col. xij. Ias.melius ꝙ̄ alibi.in l.error.col.iij.C.de iur.& fac.ignoran. Pau.in l.quoties.§.si quis nomen.ff. de hæred. insti. cum alijs ample traditis per Hippoly. Marsilium in practica criminali in prin.& Fed.latissime in c. auditis.col.xv.& seq.extra de præscrip. †In crimine 2 tn̄ hæresis sola confessio sufficit ad condemnationem, qm̄ aliter de delicto constare non potest quā per solam confessionem, solus etenim Deus scrutator est cordium.ita no.Bal.in l.si quis non dicā rapere. C.de epis.& cle.sequuntur Fely.in d.c.au 3 ditis. Intellige† sane, modo talis confessio sit iudicialis & non facta in foro pœnitentiæ, quia tunc nihil probaret.tex.in c.sacerdos. vbi Pan. extra de offic.ordi.no.Bal. in d.l. archigerontes.C. de epis.audien.faciunt no.per Arch. in cap. vtilem. xxij. quæstio.ij.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in casu dubio cognoscit an sua sit iurisditio.*

2 *Inquisitores non cognoscunt an sua sit iurisdictio; quia non intromittunt se nisi in his quæ sapiunt hæresim manifestam.*

3 *Iudici vbi non datur potestas cognoscendi nisi de manifestis, si reuocatur in dubium in illo casu, non potest cognoscere an sua sit iurisdictio. Limitatur & restringitur.nu.4.*

NOTABILE III.

1 HOc quoque insige pectori, non te fugit vt arbitror† iudicem in casu dubio cognoscere an sua sit iurisdictio, & an conuentus declinans forum sit suæ iurisdicti.l.ij. cum ample traditis ibi per scriben. si quis in ius voc. non ierit.l. si quis ex aliena. ff. de iudi.

2 Nota† tamen ꝙ inquisitores quia se non intromittunt nisi in his quæ sapiunt hæresim manifestam.c.accusatus.§.sane.de hæret.in vj. non possunt cognoscere an sua sit iurisdictio, ita vult notabi.in glos. in d.§.sane. Archid. & Ioan. And. Vnde not.vbi Domi.de sancto.Gemi. regulā me3 moriæ mandandam† ꝙ vbi iudici non datur potestas cognoscendi nisi de manifestis, si reuocatur in dubium in illo casu non potest cognoscere an sua sit iurisdictio, sequitur illam glo. Fely. in c. si clericus laicum.de fo.competen.subijciens ꝙ iudex non habēs iurisdictionem nisi super causa notoria, occurrente casu, de cuius notorietate sit dubium, non potest cognoscere an sit casus notorius, alleg.prædictam glo.§.sane, & assignat rationem subtilē, quia si nullo modo est iudex nisi casu existente notorio, quomodo cognoscet de notorietatem nam cognoscendo vt iudex non est iudex non existente fundamento iurisdictionis. Adijci† ta4 men hoc esse verum quando vellet cognoscere & pronuntiare tanquam iudex, secus si extra iudicialiter non vt iudex vellet se informare an casus sit notorius vel manifestus, & inuenta notorietate causam aggredi velit. Et ita intelligatur glo. in cap.j.de offi.delega.in vj.quæ videtur contraria glo.in d.§.sane.

SVMMARIVM.

1 *Mandantis morte re integra finitur mandatum.*

2 *Inquisitoris officium etiam re integra non expirat morte mandantis.*

3 *Limita nisi fuisset inquisitor datus cum clausula ad beneplacitum.*

4 *Clausula ad beneplacitum apposita in conceßione officii quid operatur.*

NOTABILE IIII.

1 ADuerte quæso ad hæc quæ pulchra tibi videbuntur, habes tritissimam in iure regulam ꝙ† morte mandantis finitur mandatum re integra, & morte delegantis re integra expirat delegati officium. l. & quia. vbi Bart.& Doct.ff.de iurisdi.om.iudi.not.tamen qd 2 fauore fidei introductum est† vt inquisitoris officium alicui mandatum nō extinguatur morte illius qui mandauit etiā re adhuc integra ita Pau. & Alexan.in d.l. & quia. allegantes expressum tex.in cap.ne aliqui. de hære. in vj. vbi Philip. Fran.ampliat illum tex. loquentem in inquisitore deputato a Papa vt etiam procedat in inquisitore deputato a quocunque alio ꝙ̄ a papa, & com probat plurib.vt per eum, quidquid teneat Dom. 3 ibi. †Limita nunc singulariter & declara prædicta vt procedant in officio simpliciter dato, secus si esset datum cum clausula ad beneplacitum, tunc enim seruaretur quod habetur in c. si gratiose.de rescrip.in vj.vbi dicitur† quod officium cō4 cessum cum clausula ad beneplacitum nostrū, expirat morte concedentis, secus si dicatur ad bene placitum sedis apo.ita not.limitat Ioā. And. in c. ne aliqui de hære.in vj.in nouel.

SVMMARIVM.

1 *In hæresim incidit quis nedum verbo, sed facto.*

Credentes

2 *Credentes hæreticorum facto qui dicantur.*
3 *Animus declaratur ex factis, quinimo plus est factis aliquid declarare quam verbis.*
4 *Vsurarius si inhumaniter tractat eos quibus mutuat, & grauiter diffamatus sit, poterit contra eum procedi de hæresi.*

NOTABILE V.

1 Nota perpetuo q† in heresim quis dr incidere non solū verbo, sed et facto, ita Lapus, But. & Ioã. de Imo. in cle. vnica. §. fane de vsu. facit tex. in c. ęstimãt. & c. nō solum. xj. q. iij. & c. violatores. vbi bo. tex. xxv. q. j. faciunt quæ expresse volunt Archi. & Ioan. And. in c. ij. de heret. lib. vj. varijs iuribus cōpro-
2 bãtes q† factis sicut dictis aliqui possunt dici credentes hereticorum, vtputa si eos adorauerunt, reuerentiam suo more exhibuerunt, consolationem, vel cōionem ab hæreticis receperunt, vel cōsimilia pertractarunt, quæ ad eorum ritum pertinent.
3 Comprobatur. †nam ex factis declaratur animus l. dolum. ff. de dolo. c. sicut enim. & c. qui viderit mulierē. xxxij. q. v. quinimmo plus est factis aliquid demonstrare q̃ verbis, vt no. in c. dilecti. de appel. Ideo inferunt Lapus, But. & Imo. vbi su-
4 pra† q si aliquis verbis non asserat exercere vsuras non esse peccatum, sed factis hoc asserat, puta inhumaniter tractando eos quibus mutuauit, vel simile quid agendo, tunc si ex hoc ita grauata sit eius opi. q possit dici diffamatus, poterit ꝓcedi contra eū de hæresi. & illud refert ibi Card. Zaba. q. vj. quamuis tandem videatur ab hoc dicto dissentire.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæreticus post pœnitentiam traditus carceri perpetuo, si inde fugiat, dicitur relapsus.*

NOTABILE VI.

1 Non recedant a memoria quæ nunc subijciam, † q hereticus qui post abiurationē & pœnitentiã fuit traditus perpetuo carceri iuxta tex. in c. excōicamus. ij. de here. & late supra in tract. qō. xx. & xxj. si postea aufugiat a carceribus ex hoc solo dicitur relapso est deneganda audientia, & iudici seculari vt puniatur tradendus est, iuxta c. ad abolendam. de hære. ita Fely. in d. c. excommunicatus. post Ioan. And. in c. vt commissi. §. pe. eo. ti. in vj.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudæorum collegio quãuis legari non possit, potest tamen vni de iudæorum collegio legari.*
2 *Hæreticorum collegio nec cuiquam de collegio legari potest.*
Cur diuersum inter iudæos & hæreticos.
3 *Collegio vniuersali & cuilibet de collegio quando dicatur prohibitum relinquere, quãdo vero collegio vniuerso relinqui prohibeatur, non etiam vni de collegio.*
4 *Iudæorum collegiū hodie reprobatur rōne sectæ.*

NOTABILE VII.

1 Qvam sit nephandū crimen hæresis, ex eo apparet, † q q̃uis collegio iudæorum ꝓhibitum sit relinquere. l. j. C. de iudæ. non tñ prohibitum est relinquere vni de collegio iudæorū. gl. est nota. in l. j. vbi Bar. C. de iudę. Cy. Bart. & Saly. in l. j. C. de sa. san. eccl. & sentit glo. ibi. Idē expresius voluit Bar. in l. dum senatus ꝑ illū
2 tex. ff. de reb. dub. † Collegio āt hereticorū nihil relinqui pōt, nec cui quã de collegio eorum. l. manicheos. C. de hære. c. si eps. c. in eos. c. vergentis. de hære. extra bo. text. in c. sane. xxiiij. q. j. ita not. Cyn. Bar. & Sal. in locis pręal. & Sozi. post Bar. in d. l. cum senatus. Rō diuersitatis est scdm
3 prędictos, quia † tunc est prohibitū collegio vniuersali vel cuipiam de collegio in particulari relinquere, qñ collegiū reprobatū est rōne secte, vt est collegium hereticorum, ita procedat tex. in l. collegium. C. de here. insti. si aūt collegiū non sit reprobatum rōne sectæ, sed ideo reprobatum sit, quia non reperitur expresse approbatū, iuxta l. j. C. de colle. illic. tunc licet nō possit relinqui vniuerso collegio, poterit tñ relinqui vni de collegio d. l. senatus. gl. in d. l. j. C. de sac. san. eccl. sed scdm Cy. Bar. Sal. & alios in locis pręal. Collegium iudęorum non est reprobatū rōne sectæ, sed sustinetur, vt toto ti. de iudæ. & patet in l. spadonē. §. iam aūt. ff. de excus. tuto. & in l. circumcidere. ff. ad l.
4 Cor. de sica. ergo &c. † Et si dicatur q collegiū iudæorum videatur hodie reprobatum ratione sectæ, arg. l. fi. C. de iudæ. vbi ab omni officio & administratione remouendi sunt iudæi. Item patet ex toto ti. de iudæ. maxime iure Canonum, quo iure secta Iudæorum est hodie improbata. Respōdetur secundum Saly. in d. l. j. q aut collegium est reprobatū perpetuo & secundum oēs. & procedat quod dictum est nihil posse relinqui collegio. nec cuipiam de collegio aut collegium non est reprobatum perpetuo nec secūdum oēs, & tunc vni de collegio relinqui pōt et si hodie secta collegii improbetur. Sed clarū est collegium iudęorum olim habuisse legem & ortum a Deo. & fuisse gentem electam, & sic non fuisse ꝑpetuo, & secundum oēs improbatum, ergo &c. Vide tamen Fely. in c. iudæi. el ij. extra de iudæ. qui tenet aliquibus medicis contra prædicta & concludentem iudæo nihil relinqui posse. Sozi. tamen in d. l. senatus. sustinendo Bar. & sequaces respondet fundamentis quæ pro contrario adducuntur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Transigere licet super capitali crimine pœnam sanguinis irrogante.*

Fallit super crimine hæresis, & quare.
2 *Episcopus remittere non potest offensam illatam maiestati Dei, ideo cum hæretico transigere non potest.*
Dispositio l. transigere. C. de transac. non procedit in delictis commissis aduersus Dei maiestatem.

NOTABILE VIII.

1 Opinor neminem latere † licitam esse trãsactionem super crimine capitali pœnam sanguinis irrogãte. l. transigere vel pacisci. cũ materia. C. de transac. aduerte tamen ꝙ super crimine hæreseos (quamuis capitale sit, & sanguinis pœnam irroget. l. arriani. C. de hæreti. c. ad abolendam. extra eod. tit.) nequaquam transigere vel pacisci licebit. Quoniam talem offensam nemo nisi solus Deus remittere 2 possit, vsq; adeo, vt † nec etiam episcopus talem iniuriam remittendi potestatem habeat. ita Bald. no. in l. accusationem. collat. ij. in fin. C. qui accu. non pos. motus iuribus vt per eum refert & sequitur magnificus. d. Purpu. in d. l. transigere. vbi per supradicta limitat regulam. d. l. transigere, vt scilicet procedat in delictis aduersus proximum cõmissis, secus in cõmissis aduersus maiestatẽ Dei.

SVMMARIVM.

1 *Cogitationis pœna nulla est.*
Fallit in crimine hæresis.
2 *hæresis sola voluntate committitur.*

NOTABILE XI.

1 Notissima apud Iurecõsultos extat sentẽtia † cogitationis pœnam nullam esse, si cogitatio stat in eius meris terminis nec vltra progrediatur. l. cogitationis. ff. de pœ. & ibi Bar. glo. & Doc. in l. si quis non dicam. C. de epis. & cler. Aret. in. §. sed si credat. insti. de obli. ex delic. Bal. in l. non ideo minus. C. de accu. versi. vj. quæritur. Hæc tamen vulgata regula nõ 2 procedit in crimine hæresis, quia † tale crimen sola voluntate committitur, merito igitur sola voluntas & cogitatiõ punitur. gl. est multum not. in cle. j. §. verum. in verbo (eoipso.) de hære. & Bal. pulchre in d. l. si quis non dicam. Ioan. de Ana. in c. si episcopus, col. iij. de hære. & in c. consuluit. de vsuris. Fely. in tract. de conatu. col. ij. versi. quartus casus est, & ibi allegat concordantes, quem tractatum reperies immediate post lect. suas in calce rit. de senten. excõmu. ita & dicit Zaba. in cle. j. §. sane. de vsur. & in d. clemen. j. §. verũ. q. vj. & vij.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus capitalis remouetur ab accusatione iure canonico.*
2 *Inimicus inimicum hæreticum accusare potest, & quare.*
3 *Hæreticum accusans dicitur suam suorumque iniuriam prosequi.*

NOTABILE X.

1 Non ignoras † inimicum capitalem repelli ab accusatione, maxime iure canonum etiam si crimen notorium sit. c. repellantur, & c. cum P. de accusatio. l. qui accusare. ff. eo. tit. & late Fely. in d. c. repellantur. Angel. & Imo. in l. is qui reus. ff. de publi. iudic. 2 Hoc † verum nisi in crimine hæreseos in quo inimicus inimicum accusare potest. Ratio est. Nam tunc inimicus dicitur accusare vt persequatur suã vel suorum iniuriam, quo casu apertissimi iuris est inimicum admitti ad accusandum, vt iurib. & 3 locis præalleg. † Quod autem dicatur suam vel suorum iniuriam prosequi probatur, nam quæ cõmittuntur in religionem diuinam omnium iniuriam respiciunt. l. manicheos. C. de hæret. ista notabiliter tradit And. de Iser. summus. feudista in auth. gazaros de statu contra lib. ecc. collatio. x. in verbo, diuina quam humana, ꝗuis contrarium attente Viladiego supra quæstio. xiij. nu. xiij.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans in refectionem domus habet priuilegium tacitæ hypotecæ, & in ea prefertur creditoribus cæteris.*
Fallit in mutuante hæretico.
2 *Hæretica mulier perdit priuilegium hypothecæ & prælationis.*

NOTABILE XI.

1 Liga digito quæ sequuntur, ꝙ quamuis † mutuans in refectionem domus habeat priuilegium tacitæ hypothece, & in ea præferatur cæteris creditoribus. l. creditor. j. et ibi Doct. ff. si certum petatur. l. interdum. vbi glo. & Bar. declarant. ff. qui potio. in pigno. Fallit hoc tñ in mutuante pecuniam hæretico in refectionem domus, ita tradit notabiliter, do. Ias. in dicta l. creditor, qui alleg. text. in autenti. item priuilegium. 2 C. de hære. † vbi mulier hæretica perdit priuilegium tacitę hypothecæ, & prællationis, de quo in l. assiduis. C. qui potio. in pigno.

SVMMARIVM.

1 *Papa existens in notorio crimine, si incorrigibilis sit, ita quod scandalizet ecclesiam an accusari, & deponi possit intellige. nume. 3.*
2 *Papa notoriè incorrigibilis vbi scandalizatur eccle-*

tur ecclesia, habetur pro hæretico.

3 *Papa deponi potest pro hæresi.*

NOTABILE XII.

1 SI Papa † est in crimine notorio vel per facti euidentiam, vel per confessionem suam, & admonitus est incorrigibilis, ita vt scandalizet ecclesiam, potest Papa de tali crimine accusari, quia tūc pro hæretico habetur, ita vult notanda glo. in c. si papa. xl. dist. sequitur Pan. latissime in aureo trac. de concilio Basilien. in secūdo princi. ver. iij. dixi ꝙ pōt comprobari. col. x. qui tractatus statim subijcitur post cōsilia vbi cōprobat hanc sententiam pluribus fundamentis. idem Pan. in sua dispu. inci. episcopus, col. xiiij. ver. tertius casus, vbi dicit ꝙ totus mundus approbat d. gl. idem tenet do. Francis. Zaba. in trac. de scismate. ver. quintus modus. in fin. idem ēt tenet per multa Lud. Ro. consi. cccccxxiij. q. discutienda, quem omnino videndum suadeo, quia multa 2 egregia pro hac sententia accumulat † cum igitur Papa ob notoriam incorrigibilitatē & inobediētiam vbi scandalizatur ecclesia pro hæretico habeatur, bene sequitur ꝙ & accusari & papam denudari poterit, cū pro hæresi & accusari, & deponi possit d. c. si papa. cum vulgaris, & hr̄ in c. fidei de hære. in vj. ista sequitur Bellame. in d. c. si pa-3 pa, prout eum refert Præposi. ibi, Restringens † tn̄ præmissa vt sane procedant si crimē illud de quo accusatur Papa attingat fidem, quia causat scandalum circa fidem, puta quia papa notorie cōmittente simoniam in ordinibus, & vendente beneficia inualescit scandalum in ecclesia, quia alij inferiores credunt hoc esse licitum, & ideo ipsi talia committunt, tunc enim poterit Papa accusari & deponi, alias secus. Contrariam vero sententiam ꝙ Papa ēt pro notorio quouis crimine, quātūcunque incorrigibilis sit, accusari & deponi nō possit nisi pro solo hæreseos crimine, tenent aliqui relati per Præposi. vbi supra moti pluribus fundamentis vt per Præpo. qui tandem vr̄ cū eis residere, asserens ita esse cōem Theologorum sententiam, vide tn̄ Lud. Ro. & Pan. in locis præalleg. & patebit responsio ad ea quæ in contrarium adduci possunt, non tamen diffiteor quin qō sit dubitabilis, & anceps propter opinionum varietatem, & stringentia fundamenta quæ pro vtraque adducuntur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Testis si vnum in iudicio dixerit, & postea aliud in eodem iudicio statur primo dicto.*

2 *Fallit in crimine hæresis statur .n.' vltimo dicto.*

NOTABILE XIII.

1 VOLO aduertas ad vtile verbum, nosti ꝙ † si testis dixerit vnū in iudicio, & postea ex interuallo dixerit aliud in eodem iudicio, statur primo dicto, & nō secundo. gl. Anto. Imo. Abb. & latissi. Fely. in c. cum in tua. de testi. tex. & ibi omnes scrib. in c. præter ea. de testi. cogen. vbi Felyn. multas allegat authorita-2 tes. † In crimine tamen hæresis speciale est fidei fauore vt stetur vltimo dicto, vnde quamuis testis primo dixerit aliquem esse innecentem, si postea dicat eū hæreticum, statur vltimo dicto, quamuis vtrunque fuerit iudiciale, text. est notabilis in c. accusatus. §. licet iuncta glo. in verbo postmodum, de hæreti. in vj.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Filii hæreticorū liberātur à patria potestate.*

2 *Hæreticus non potest substituere pupillariter impuberi filio.*

3 *Hæreticus intestabilis est.*

NOTABILE XIIII.

1 HAereticorū † filij eximuntur a patria potestate, & efficiūtur sui iuris, adeo ꝙ emācipatio filiorum facta postq̄ quis incidit in hæresim non valet, tanq̄ facta de his qui iam erant sui iuris, tex. est & ibi oēs scriben. 2 in c. quicunque. de hære. lib. vj. † ex hoc infero ꝙ hæreticus non potest filio impuberi pupillariter substituere, nam inter cætera requisita in pupillari substitutione illud quoque præcipuum est; vt scilicet testaror impuberem in potestate habeat l. ij. ff. de vul. & pupil. Quod ex eo maxime procedit ꝙ nemo pupillariter substituere potest nisi prius sibi testamentum fecerit d. l. ij. §. j. sed notis-3 simi iuris est † hæreticum intestabilem esse protinus vbi in hæresim incidit, cum omnia bona ipso facto applicentur fisco. c. cum secundum, cū vulgatis. de hære. in vj. l. iiij. C. eo. tit. & supra traditum extitit per Viladiego. ergo liquido patet eū non posse pupillariter substituere.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæreticus non dicitur qui in dubiis vnam opinionem quamuis falsam eligit.*

NOTABILE XV.

1 ADnotato † ꝙ ī dubijs articulis super quibus est disceptatio inter maiores, eligēs vnam viam seu opinionem quamuis falsam, non debet dici hæreticus, ita notabiliter Innoc. in c. ne imitaris. de constitutionibus, quem sequitur Bal. in l. captatorias. ver. vnū scias quod tabellio. C. de testa. milit. sequitur Felyn. in c. j. de hære.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæreticus non est, qui semel tantum audiuit conciones hæreticorum.*

NOTABILE XVI.

1 Adijce prædictis aliud notabile dictum, ꝙ† audientes sermones siue conciones hæreticorum non dicuntur hæretici. si semel tantum audierint,& post ea reuer si non sint,cũ nõ videantur approbare quod postmodum euitarunt. argu.l.qui cõtra.C. de incest. nup.& c.constat.j.q.j.& c. ex studijs. de præsum. Ita notabiliter Ioan. And. in c. ij. de hære. in vj. vbi etiam Archi.& domi,de S.Gemi.

SVMMARIVM.

1 *Accidens ad hæreticum causa discendi eius doctrinam qualiter puniatur.*

NOTABILE XVII.

1 Adde† simile & proximo vicinum notabile, quod ille qui accessit ad hæreticũ causa discendi eius doctrinam, si tamen a fide catholica non recesserit non debet puniri vt hæreticus, & sic pœna vltimi supplicij,punietur tamen propter suam curiositatem pœna decem librarum auri, vt inquit text. in l. quicunq;.§.eos vero qui discendi.C.de hære. quẽ allegat glo.& Bar.in l.j.C.de summa trini.& ibi magnificus dom.Purpu.col.xiij.nu. xcvj.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium velleiani denegantur mulieri hæreticæ.*

2 *Beneficium senatusconsulti macedoniani non denegatur hæretico.*

NOTABILE XVIII.

1 Attende ad singulare dictum Vincentij in cap. si aduersus,de hære. †ꝙ mulieri hæretice denegatur velleiani beneficiũ cum fuerit mulierum fauore introductũ & hæretici perdunt omnia priuilegia fauore alicuius personæ introducta.l.j.& auth.seq.C. de hære.

2 Sed† beneficium senatuscon. macedoniani nõ denegatur hæretico, quia illud beneficiũ non fuit introductum in fauorem debitoris, sed principaliter in odium creditoris. l. qui exceptionem.ff. de condi.inde.Ista refert & sequitur do.Io.Lupi. vulgo dictus Palatios ruuios, in repeti. rub. de don.inter vir.& vxo.extra fol. xix.cõl.j.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus dici potest cuius errorem inquisitores correxerunt,ipse autem obedire noluit.*

2 *Inquisitori aliquid asserenti non credens, potest vt hæreticus damnari.*

NOTABILE XIX.

1 Non obliuiscaris quæ immediate subijciam ꝙ† si inquisitores hæreticæ prauitatis alicuius errorem declarent & corrigant,ille autem nolit obedire, vel obtẽperare,certe is dici potest hæreticus pertinax, & pertinaciter resistere, & tanquam pertinax cõdemnari poterit,iste est singu.tex.ibi per Bat.ad hoc ponderatus in l.tutor.§.tutores.ff. de susp. tuto.

2 vbi dicit Bar. per illum tex. ꝙ† qui inquisitori aliquid asserenti non credit,potest tanquam hereticus pertinax damnari. Sequitur Fely. in rub. de hæreticis, extra,& septem modos quibus quis dicatur pertinaciter resistere, vide per glo.notab. in extrauaganti Ioan.xxij. incipiente, quum inter nonnullos.de verb.sig.in glo.super verbo pertinaciter,le premier.

SVMMARIVM.

1 *Pertinacia in dubio non præsumitur nisi de illa appareat.*

NOTABILE XX.

1 Animaduerte tamen† ꝙ pertinacia in dubio non præsumitur nisi de illa appareat,ita Ioan. And. in cap. cum contumacia.de hæret. in vj. vbi etiam Domi. de Sanct.Gemi.allegantes text. in cle.j.§.porro, de summa Tri.& in cle.ex graui.§.sane. de vsuris.Ita etiam tradit Ioan. de Ana.in cap.excommunicamus.§. qui autem colum. secunda in fin. extra eo. tit. & Cald. cõsi. iij. in tit. de hæreti.

SVMMARIVM.

1 *Reus non tenetur edere actori ad fundandã intentionem.*

2 *Hæreticus tenetur edere ad fundandam accusatoris intentionem.*

3 *Vsurarii tenentur edere actori quancunque scripturam ad fundandam ipsius actoris petitionẽ.*

NOTABILE XXI.

1 Magnificus Purpuratus in l. fina. C. de eden.colum.iij.nu.xx.notabiliter voluit,ꝙ† quamuis reus non teneatur edere contra se ad fundandam intentionẽ actoris.l.j.l.qui accusare.l.fina. cum ibi not. per glo.& Docto.C. de eden.

2 Fallit hoc tamen † in hæretico,qui si quid habeat ad fundandam intentionem accusatoris, illud tenetur edere, allegat notata per Ang. in l.per hanc.C. de tempo. app. comprobatur vt per eum, poterat allegare glo. quam ad hoc ibi notat Philip.Fran.in c. vt commissi in verbo quibuslibet. de hæreti. in vj. de quo valde miror quod non allegarit. Benefacit, nam

3 nam † feneratores siue vsurarij tenentur edere quamlibet scripturam ad fundandum actoris petitionem, tex. vbi doctores in cle. j. §. cæterum. de vsur. Bar. & Docto. in l. prætor. §. is etiam. ff. de æden. & Doct. in d. l. fina.

SVMMARIVM.

1 *Fratri carnali hæretico an potius subueniendum sit quam extraneo catholico.*

NOTABILE XXII.

1 SI fortassis quispiam a te sciscitatetur † cui potius subueniendum sit an fratri carnali hæretico an extraneo catholico. Breuiter respondeto communem sententiam esse vt fratri carnali hæretico subueniendum potius sit, ita dicit Pan. in c. si quis. de hæreti. qui allegat glo. no. quæ hoc vult per grossas literas in cap. j. xxx. dist. vbi Præpo. Alexan. copiose confirmat hanc sententiam authoritatibus, & fundamentis, ad quem te remitto ne chartas ocupem.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus vsucapere non potest titulo pro hærede.*

2 *Hæreticus incapax est possessionis.*

NOTABILE XXIII.

1 COmmenda memoriæ ꝙ † hæreticus non potest vsucapere tit. pro hærede, ita vult Bart. in l. constat. ff. pro hærede. Ratio

2 esse potest, quia † hæreticus incapax est possessionis. c. j. & ij. xxiij. q. vij. & dixi supra in j. notab. at sine possessione non procedit præscriptio. regula sine possessione, de reg. iur. ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Scripta hæreticorum reiicienda sunt, & quare.*

NOTABILE XXIIII.

1 HAereticorum † scripta vsque adeo reijcienda sunt, vt etiam si quid boni in eis reperiatur nihilomagis recipi debeant, tex. habes vbi Præposi. i c. canones. xvj. dist. Ratio potest esse duplex. Prima, ne videantur approbari. Secunda ne quum sana eorum doctrina ij. qui nesciunt inter verum & falsum cognoscere pro veris falsa recipiant.

SVMMARIVM.

1 *Iudæis synagogas vbi eorū cæremonias exerceant habere licet, hæreticis nequaquam.*

2 *Iudæi nituntur veritatis primordio.*

3 *Iudæi cur hodie à Christianorum ecclesia sustineantur.*

Reliquiæ alicuius antiqui iuris multum operantur in iure.

NOTABILE XXV.

1 HAeretici deterioris conditionis sunt quā iudæi quod ex eo patet, † nam iudæis licitum est habere synagogas, & ibi conuenire et eorum religionem, & ceremonias iudaicas exercere. l. iij. & l. die sabbati. C. de iudæis. c. iij. extra eodem titu. Hæretici autem non possunt synagogas nec habere loca in quibus conuenire possint vt ibi improbato illorum more sacra celebrent, tex. est in l. iij. C. de hære. elegantior tex. in l. ij. C. de sum. tri. vbi glo. assignat rationem diuersitatis inter hæreticos & iudæos, qa iudæi habuerunt legem a Domino, non autem Hæ-

2 retici. & dicit Cy. ibi & Bal. post eum ꝙ † iudæi nituntur primordio veritatis, habuit enim lex iudæorum principium veritatis, vnde in totum falsum nō dicitur quod nititur veritatis primordio, allegatur text. in l. cum filius. §. hrs. ff. de leg. ij.

3 Nec ob. † ꝙ hodie iudæi lege noua sunt reprobati, nam propter legis antiquæ olim approbatæ reliquias, sustinentur etiam ab ecclesia Christianorum, hoc enim operantur reliquiæ antiquæ legis, multum enim iure operantur reliquiæ, vt patet in l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alieni. iur. & l. vero. ff. de solu. cum aliis allegatis, per Cyn. vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Probationes clarissime requiruntur in criminalibus.*

Suspicio sola de hæresi sufficit ad indicendam purgationem suspecto.

2 *Suspicio vrgens non sufficit ad condemnandum quem de hæresi.*

3 *Inquiritur contra eum qui discedit a communi vsu fidelium, tanquam contra hæreticum, etiā si non præcedat diffamatio.*

NOTABILE XXVI.

1 ET si † in criminibus requirantur probationes luce meridiana clariores. l. fi. C. de probat. nec consuetum sit procedere ad inquisitionem nisi præcedat diffamatio, vt per Doc. in c. cum oporteat, de accus. tamē in crimine hæresis sola suspicio sufficit ad indicendam purgationem suspecto etiam ꝙ nulla præcedat in-

2 famia, quamuis † ad condemnandū de hæresi non sufficiat et vrgens suspicio c. literas, de præsum. ita notabiliter vult Innoc. & Ana. in c. sicut, le primier. de simonia. Idem Inno. in c. ex parte, de off. ord. Ant. in c. per tuas, de coha. cler. & mulie.

Inno. in c. pę. de purg. cano. Archi. in c. omnibus. iij. q. v. & est text. in cap. inter sollicitudines, ibi, vehementem suspicionem, de purg. can. Ana. post Card. in c. excommunicamus. §. adijcimus, de hæretic. vbi dicunt per illum tex. ꝙ † ex hoc ꝙ quis discedit a communi vsu & conuersatione fideliū, inquiritur contra ipsum tanquam hæreticum, etiā non præcedente infamia.

SVMMARIVM.

1 *Suspicio de hæresi oriri potest & ex leuis signis & indiciis, quæ plene probari debent.*

NOTABILE XXVII.

SVSPITIO † autē de hęresi oriri potest etiam ex leuibus signis, & indicijs, illa tamē signa plene probari debent secundum Inno. in cap. sicut, le premier, de simonia. Io. An. in c. vt officiū. §. j. de hære. in vj. notabiliter Oldra. consi. ccx. regularis habet traditio &c.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis in quam quis lubrico ignroantie incidit est grauius delictum quā homicidium dolose commissum.*

NOTABILE XXVIII.

AVDI elegans verbum Bald. in l. j. col. x. nu. xlv. C. qui accusa. non pos. †. ꝙ hæresis in quam quis incidit lubrico ignorantiæ, est grauius delictum ꝙ̃ homicidium dolose commissum. Quamuis enim maius sit maleficium dolo patratum, quam culpa aut ignorantia l. in lege. ff. ad l. Cor. de sica. l. si mora. ff. solu. mat. tamen ratione subiecti valde aggrauatur delictum vsque adeo vt faciat ꝙ culpa sit maior dolo. Igitur cum hæreticus ponat os in cœlum, & Deum Blasphemat, propter nobilitatem subiecti quod offenditur, grauius delinquit ꝙ̃ occidens hominem etiam dolose. Bald. allega. August. non tamen citat locum, dic vt per eum.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticum amicum si quis admoneat vt fugiat aut non veniat an debeat puniri.*

NOTABILE XXIX.

SI quis † amore prosequebatur hæreticū, non quia hæreticus, sed quia amicus & familiaris, & sciens ꝙ iudex volebat facere capere hęreticum, vt carceri traderetur, vnde eū admonuit vt non veniret, vel vt aufugeret, certe talis admonens tenetur de tali admonitione & consilio arg. tex. in l. iiij. ff. ad l. Iul. maiest. qui loquitur in læsa maiestate principis, fortius ergo procedet in læsa maiestate Dei, & sic in crimine hæresis. Ita not. And. de Iser. summus feudista in auth. gazaros, in verbo, diffidamus, colum. iiij. de statut. contra libe. eccle. collat. x. Quod maxime procedit (secundum eum) si ex tali admonitione hæreticus mone factus aufugerit, vel non venerit, & sic fuerit secutus consilium admonentis. Si autem non fuerit secutus consilium, & sic admonitio non sortita fuerit effectū, an veniat puniendus admonens, disputat Isernia vbi supra dic vt per eum.

SVMMARIVM.

1 *Hæresim abiurans si non impleuerit iniunctā pœnitentiam, habetur pro relapso.*

NOTABILE XXX.

INter cætera quę superius tradita sunt hoc quoque adijciendum duxi, videlicet ꝙ † abiurans hæresim, cui fuit adiuncta pœnitentia per inquisitorem, (vt supra dictum est in tracta. de hęre. q. xx.) si non impleuerit pęnitentiam ei iunctam, habetur pro relapso in hæresim, & pœna relapsi puniri potest, ita Zēzel. Mathesi. & Io. de Imo. in cle. iij. in gl. super verb. pro pagine. de hære. Ioan. Cald. in c. literas, de præsump. & Fede. de Sen. consil. clvj. Alexan. episcopus.

SVMMARIVM.

1 *Occultans hæreticum ex certa scientia punitur de hæresi.*

NOTABILE XXXI.

ADnotato ꝙ † occultans hæreticum ex certa scientia, potest puniri de hæresi tanquam si esset hæreticus, ita notabiliter Bal. in l. j. C. de his qui latro. vel ali. crimi. reos occul. Occultans enim alienum delictum facit suum glo. in rub. præallegata.

SVMMARIVM.

1 *Bene agere ex certa obstinatione recusans habetur pro hæretico.*

NOTABILE XXXII.

VOlo † notes bonum text. in c. nullus episcopus, & ibi Præposi. Alexan. expresse no. xxxviij. dist. ꝙ etiam ille potest dici hæreticus qui ex quadam animi obstinatione recusat bene agere.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus & erraticus quid differant.*

NOTA-

NOTABILE XXXIII.

1 Pro declaratione terminorum nota differẽtiam † inter hæreticum & erraticũ. Erraticus enim his dr̃ qui in fide errat, ignorãtia quadã potius q̃ pertinacia, seu animo discẽdi a vera fide catholica, vt sunt rustici, & simplices idiotę. Hæretici aut dicuntur qui animo discedendi a fide catholica, potius quã ignorantia aliquid asseuerãt fidei catholice contrariũ. Ita Bal. in c. firmiter. de summa Trinitate & fide catho.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta ecclesiæ nõ sunt conferenda ab hæretico, nec collata imprimunt virtutis effectũ. Fallit in sacramento baptismi, & cur diuersum.*

2 *Sacramentum baptismi est omnium sacramentorum ianua.*

3 *Morituro prius succurritur in baptismate quam in communione Dominici corporis.*

NOTABILE XXXIIII.

1 Nota quæso † q̃ quãuis sacramenta ecclesiæ nõ sint recipienda ab hæreticis, vtpote præscisis ab ecclesia, nec collata a talibus virtutis effectum imprimant, vt est tex. not. in. §. verum. xxxij. dist. hoc verum regulariter in omnibus sacramentis excepto sacramẽto baptismi. quod si fuerit collatum ab hæretico imprimit effectum verum duntamẽ fiat in forma ecclesię. iste est tex. in d. §. verum. ver. hæc de malis. Ratio diuersitatis inter sacramentum baptismi &c. sacramenta, traditur ibi in fi. tex. quia homo saluari potest sine aliis sacramẽtis & nõ sine

2 sacramento baptism. quod ex eo patet. nam † sacramentũ baptismi cæteris sacramentis prius est, omnium sacramentorum ianua. c. si quis confugit j. q. j. cum reliquis iuribus allegatis per gl. in d. §. verum, ver. hęc de malis, & faciunt quæ abunde tradit Præpo. ibi. col. ij. nu. viij. Item dicit egre-

3 gie tex. ibidem q̃ † morituro prius in baptismate quã domini corporis cõmunione consulitur vnde sanctius est ab hæretico baptismi sacramentũ sumere quam in æternũ perire. an aũt quod dictum est sacramenta non esse recipienda ab hæretico procedat in quocunque hęretico, vide per præpositum Alex. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Testium examinatio in criminalibus committi non potest.*

2 *Fallit in crimine hæresis, nu. 2.*

NOTABILE XXXV.

1 Receptissima est sentẽtia † doctorũ examinationem testiũ in cã criminali alteri cõmitti non posse. Cy. Bal. & Saly. in auth. apud eloquẽtissimũ, per illum tex. C. de fid. instr. & gl. in cle. j. in verbo ciuili, vbi bo. tex. de offi. deleg. tex. cum gl. in c. ij. in verbo prohibente. de iud. in vj. & bo. tex. in l. iij. §. diuus ibi, nam ipsos interrogare soleo. ff. de test. gl. in c. j. in gl. fi. extra de testib. cogen. & in c. constitutus. j. gl. pe. de fideiuss. & gl. in c. at si clerici. de iud. Inno. in c. si qui testium, de testib. & Panor. ample. in c. cũ cau-

2 sam. col. pen. & fin. eo. tit. Fallit † hoc in crimine hęresis, in quo testium examinatio committi potest per iudicẽ tex. est in c. vt officium. §. verũ. de hæreti. in vj. & hanc fallentiam tradidit notabiliter Felyn. in d. c. cum causam. col. antepen. ver. fallit tertio.

SVMMARIVM.

1 *Notarium sufficit in principio officii iurare fideliter exercere officium.*

2 *Notarius inquisitoris tenetur iterum iurare dum assumitur in causa inquisitionis.*

NOTABILE XXXVI.

1 Nota q̃ † q̃uis sufficiat notariũ in princ. sui officij iurare officium suum fideliter exercere. c. ad audientiã, de præscri. gl. solẽnis in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. nec teneatur vlterius iurare cõstante officio, cũ sat sit semel iuratũ fuisse, vt cõprobat Bal. post gl. in c. pręterea, vbi ẽt Felyn. expresse col. j. extra de testib. cogen. & p Spe. in ti. de instr. ędi.

2 §. restat. ver. sed quęro. Aduerte tñ q̃ † notarius inquisitoris tenetur iterũ iurare, dũ assumitur in cã inquisitionis, tex. est in cle. j. §. porro corã. ver. & quia vbi gl. in verbo iurabunt, expresse not. et ibi Pau. Ancha. & Ioan. de Imo. de hæreti. Quod speciale est (secundum gl. & prędictos) propter delicti magnitudinem & atrocitatem.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi non possunt tabellionatus officium exercere.*

Fallit in crimine hæresis.

NOTABILE XXXVII.

1 NON te latet † religiosos & clericos in sacris existentes non posse exercere officium tabellionatus, quamuis antea exercuerint etiam in causis vertentibus coram iudicibus ecclesiasticis. c. sicut, vbi scribentes extra. ne clerici vel monachi, fallit hoc tamen in crimine hęresis, in quo prædictæ personę possunt tale officium exercere, tex. est expressus in c. vt officium. §. ad conscribendas, vbi glo. Ioan. And. Domi. & cæteri. de hęre. in vj. Pet. de Anch. et Ioã. de Imo. Post gl. in c. j. §. sane. ver. & quia in gl. notarij. eo. titu. in cle. Host. in c. sicut, præallegato.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus præcisus est ab ecclesia, & est sicut ramus præcisus ab arbore siue stipite qui statim arescet.*

NOTABILE XXXVIII.

1 HAereticus † præcisus est ab ecclesia, & est sicut ramus præcisus ab arbore sine stipite qui statim arescit. xxiiij. quæstio. j. cap. loquitur, & est ille de quo Ioannis decimo quinto. si quis non manserit in me, mittetur foras & arescet.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus reuersus ad fidem non est iterum baptizandus.*
Baptismatis sacramentum non est reiterabile.
Ordinatus ab hæretico si ipse quoque hæreticus sit, iterum est ordinandus si ad fidem reuertatur.

NOTABILE XXXIX.

1 NOta ꝙ † hæreticus ad fidem reuersus nõ est iterum baptizãdus, ita Bal. in l. nihil C. de vindic. liber. assignans rationem quia sacramentum baptismatis non est reiterabile vt dicit glo. in d. l. nihil. quæ allegat plura iura. ordinatus tamen, vel consecratus ab hæretico si ipse quoque hæreticus sit, & ad fidem reuertatur, iterum consecrandus est c. daibertum j. q. vij. hæc tradit Bertachi. in tracta. de episc. in ij. parte tertiæ partis princip.

SVMMARIVM.

1 *Tyrannus si quid dignitatis nomine faciat illud non valet.*
Tyrannus legitimè exercere potest iurisdictionem in crimine hæresis.

NOTABILE XL.

1 QVamuis † tyrannus (id est qui iurisditionem de facto et non de iure occupat) si quid nomine dignitatis faciat illud non valeat vt not. in c. fundamenta. §. quod si secus iuxta medium, per illũ tex. de elec. in vj. & in l. decernimus. C. de sac. san. eccle. hoc tamen fallit in crimine hæresis, in quo potest tyrannus legitime iurisdictionem exercere. tex. est expressus vbi Philip. Franc. expresse not. de hæreti. in vj.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ex quacunque causa etiam ciuili persistens per annum in excommunicatione, habetur suspectus de hæresi.*
2 *Excommunicatus per annum præsumitur male sentire de articulis fidei.*

NOTABILE XLI.

1 NOta † perpetuo ꝙ excommunicatus pro quacunque causa etiam ciuili persistens per annum in excommunicatione habetur suspectus de hæresi. ita not. Ioã. And. & Panor. post alios communiter in c. fina. de pœn. quæ suspicio licet non sufficiat ad condemnationem vt per Innocen. & Panor. vbi supra sufficit tamen vt possit inquiri contra excommunicatum de hæresi & sibi indici purgatio, in qua si defecerit habetur pro conuicto. c. inter. in fi. de purga. cano. Ratio autem prædictorum est secundum Panor. vbi supra. & Phil. Franc. in cap. cum contumacia, de
2 hæreti. in vj. † quia talis præsumitur male sentire de sacramentis ecclesiæ, & de potestate clauiũ ex quo tanto tempore in excommunicatione remansit, videtur enim non curare immo contemnere excommunicationem, quod vtpote notandum & singulare menti tenendum hortantur præfati, & hæc adiicias ad scripta per Viladiego. quæst. ix. nume. 2.

SVMMARIVM.

1 *Suspectus de heresi si post canonicam purgationem, deprehensus fuerit in expressa hæresi, an habeatur pro relapso, an vero admittẽdus sit ad pœnitentiam.*
2 *Probatio non admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.*

NOTABILE XLII.

1 REuocabis fortasse in dubium, finge † Titium habitum suspectum de hæresi, & facta canonica purgatione iudicis arbitrio hæresim abiurasse, deinde post aliquod tempus in expressa hæresi deprehensum fuisse, an habeatur Titius pro relapso & vt relapsus puniendus sit iuxta no. in cap. ad abolendam, de hęreti. extra. an vero sit admittendus ad pœnitentiam & defensiones ac si nunquam habitus fuisset pro suspecto, vt d. cap. ad abolendam. in princip. Respondè vt per text. in c. accusatus. de hære. in vj. distinguẽdo, aut suspicio propter quam Titius abiurauit hęresim erat grauis & vrgens, vt quia insurrexerat ex grauioribus & vrgentissimis indiciis, & hoc casu vt relapsus puniendus est d. c. accusatus. Ratio esse potest, quia per hanc secundam deprehensionem expressam declaratur animus illius, ꝙ prius fuerit in mala opinione contra fidem, in qua semper præsumitur continuasse vsq; ad secundã deprehensionẽ. d. c. accusatus, ibi,
2 quadam iuris fictione cẽsetur relapsus, quę † quidem

dem præsumptio est iuris & de iure contra quam nulla admittitur probatio in contrarium l. fin. C. arbit. tutel. l. antiquæ. C. ad velle, no. in c. afferte, de præsump. & in l. non est verisimile. ff. quod met. ca. & in l. filiū. ff. de. his qui sunt sui vel alie. Si vero suspicio pro qua prius abiurauit & se canonice purgauit erat leuis & parua, tunc non habetur vt relapsus, sed est ac si nunc tantum peccasset, ideo sibi est danda defensio & audientia, & ab iurationis beneficium d. c. accusatus.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. is cui bonis. ff. de verb. ob. non procedit in hæretico, qui etiam contrahendo non potest suam conditionem meliorem facere.*

2 *Hæretico interdictum est bonis.*

3 *Hæreticus obligatur in sui odium, licet non in fisci præiudicium.*

NOTABILE XLIII.

1 Singulariter † nota quod dispō. l. is cui bonis. ff. de verb. obli. volentis eum cui bonis interdictum est posse suam conditionem meliorem facere non deteriorem in tantum quod etiam naturaliter non obligetur, alios tamen si-

2 bi obliget, non procedit in hæretico, † cui etiam bonis interdictum est. l. manicheos, & l. fi. C. de hære. c. cum secundum, eo. ti. in vj. ita notabiliter limitant illum tex. in d. l. is cui, Pau. & Doc. ibi dicentes illum tex. procedere in eo cui interdictum est bonis in sui fauorē, (vt puta in prodigo) non autem in odium, & in pęnam, patet istud ex illo text. qui vult eum cui bonis interdictum est nō obligari naturaliter, & tamen exploratum est

3 † hæreticos obligari in sui odium, licet obligatio non teneat in prędiudicium fisci, auth. credentes, ver. nullus, ibi, alijs respondere cogatur C. de hęre. patet igitur satis dictam l. is cui, non procedere in hæretico.

SVMMARIVM.

1 *Apostatæ peiores sunt hæreticis.*

2 *Hæretico pœnitenti parcitur, apostatæ nequaquam.*

3 *L. hi qui sancta. C. de apostatis, an sit correcta iure canoni.*

4 *Legum correctio fugienda.*

Differentia inducenda non est inter ius canonicū & ciuile nisi expresso tex. reperiatur.

5 *Iuri ciuili standum est, vbi eo iure aliquid decisum reperitur cuius contrarium non reperitur decisum iure canonico, modo decisio ciuilis non sit peccati inductiua.*

NOTABILE XLIIII.

1 VOLO mandes memoriæ. Traditū fuit supra in tractatu Villadiego. q. v. † apostatas (id est qui deserta religione Christiana ad iudaismum confugerunt) peiores esse & deterioris conditionis quam hæretici loquendo de his qui sunt proprie hæretici, de quibus in j. q. & duabus sequen. Corroboratur vltra

2 ibi dicta † nam hæretico pœnitenti parcitur. l. manicheos. C. de hære. c. accusatus. eo. titu. in vj. cum vulgaribus. Apostatis autem nequaquam etiam si pęniteant parcendum est, sed irremissibiles vltimo supplicio damnantur. l. hi qui sancta. C. de apostatis, quamuis Villadiego supra in tracta. q.

3 xx. expresse dicat contrarium dicens † quod d. l. hi qui, non procedit iure Canonum, nec admittenda est illo pacto, immo abolenda, cum disponat de materia mere spirituali, scilicet hæresis seu apostasiæ, quæ est mere ecclesiastica, ideo Imperator non potuit illam legem cōdere, & sic vult illā legem correctam de iure cano. cui standum est in materia conscientiæ, vt per Bar. in l. priuilegia. C. de sacro. san. eccl. cum concor. traditis ibi per Alex. & cęteros addi. & doct. in c. j. de noui, ope.

4 nunc. † Sed fugiendum puto legum correctionem. l. pręcipimus. C. de appel. l. j. C. de inoffic. dot. c. cum expediat. de elec. in vj. ideo non est inducenda differentia seu discrepantia inter ius canonicum & ciuile, nisi reperiatur expressa discordantia & sic nisi reperiatur text. de iure cano. expresse contrarius iuri ciuili. Sed nec vbi in pōtificio iure scriptum expresse reperitur apostatis pœnitentibus parcendum esse vt mortem corporalem euitent. Ergo standum est decisioni iuris ciuilis expresse disponentis non esse parcendum

5 apostatis etiam in foro spirituali per regulam † φ vbi aliquid reperitur expresse decisum iure ciuili, nec reperitur contrarium decisum iure cano. standum est iure ciuili etiam in foro ecclesiastico, modo decisio iuris ciuilis non sit peccati inductiua vt traditur per Glo. & Doc. in c. j. de no. ope. nun. & Doct. in varijs locis remissiue per Alexā. And. de Pomate & cęteros in addi. Ad Bart. in d. l. priuilegia. Nec obstant aliqua iura adducta per Villadiego (quia vt in ciuilib. vel mediocriter docto patere potest) non probant id ad quod allegantur minus obstant fundamenta, quibus vtpote non concludentibus facilis vltro se offert solutio.

SVMMARIVM.

1 *Defensor nec fautor hæretici dicitur, illum defendens ne lædatur à priuato, vel qui illi in iudicio patrocinatur, credens iustam causam habere.*

NOTABILE XLV.

1 DEfendens hæreticum † ne lędatur a priuato, vel qui patrocinatur illi in iudicio credens illum habere iustam causam non dicitur defensor nec fautor, etiam si postea

stea appareat ꝙ non erat iusta causa, ratio, quia hæc est iusta defensio quæ talib. reseruatur, secus dicendum est si contra conscientiam ei patrocinatur, quia tunc dicitur defensor secundum Car. in clemen.j. de pœn. & d. Syluestr. in sua summa in verbo hæresis.j.in vij.q.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio hæresis est duplex.*
Reuocatio hæresis quæ fit solum ad salutem animæ potest indistincte quandocunque fieri vsq; ad vitæ exitum.
2 *Sacramenta ecclesiæ non sunt deneganda hæretico ostendenti manifesta signa pœnitentiæ.*
3 *Reuocatio hæresis quæ fit tam ad salutem animæ quā corporis debet fieri congruo loco & tēpore.*

NOTABILE XLVI.

1 ADNOTATO in materia reuocationis hæresis, ꝙ † duplex est reuocatio seu pœnitentia, altera quę fit ad salutem animæ duntaxat in foro conscientiæ, altera vero quæ fit ad vtriusque salutem, scilicet animæ & corporis. Prima indistincte fieri potest quandocunque a quocunque & in quouis crimine, & loco quolibet, vsque ad vitæ exitum vt habetur in ca. firmissime, extra de hære. dummodo facta sit puro corde & spontanea voluntate, vt de pœniten. distin.iij. perfecta, & c.j. & ij. qui cleri. vel vouen.
2 & c.super eo. de hæret. in vj. vbi nota tex. † quod hæretico etiam relapso in hæresim (qui absque vlla spe venię debet morti tradi) si emiserit manifesta pœnitentiæ signa non denegantur ecclesiastica sacramenta vtputa confessio, pœnitentia, & eucharistia, quibus humiliter ab eo petitis non
3 erunt deneganda. Secunda † vero reuocatio, seu pœnitentia quæ fit gratia vtriusque scilicet tam animę ꝙ̄ corporis non est tam generalis sicut prima, sed specialis, & restringitur vt congruo tempore & loco fiat, vt abunde supra in trac.q. xx. & hæc nec nunquam competit relapso. c. ad abolēdam. de hæreti. extra, & c. accusatus. eo. ti. in vj.

SVMMARIVM.

1 *Correlatiuorum idem ius est.*
Correlatiuorum regula non procedit in hæretico in casu ibi tradito.
Hæretico semiplene probanti contra christianum non defertur iuramentum in supplementum probationis, econtra autem christiano semiplene probanti contra hæreticum sic.
Ratio diuersitatis ibidem traditur.

NOTABILE XLVII.

1 MEMORIAE commenda, habes vulgatam regulam ꝙ † disposita in vno de correlatiuis censetur disposita in alio. l. fin. vbi Doc. C. de indic. vidui. toll. l. fin. vbi Bart. de accepti. ff. l. j. cum vulgatis, de cupre. lib. xj. C. fallit hæc regula in hæretico vel infideli in casu notabili. Tu scis quod semiplene probanti defertur iuramentum necessarium in suplementum probationis. l. admonendi. ff. de iureiuran. l. in bonæfidei.
2 C. de reb. credi. nota † tamen ꝙ hęretico vel infideli semiplene probanti contra catholicum, & christianum nō defertur iuramentum in supplemētum semiplenæ probationis, & tamen econtra christiano catholico contra iudæum, hæreticum, vel infidelem defertur tale iuramentum, arg. notatorum per Bald. in l. qui accusare. C. de eden. & per Ludo. Rom. in d. l. admonendi, & Canoni. in c. fina. de iureiuran. Ratio autem ex prædictorum doctrina colligitur, nam tale iuramentum nō cuiuis indistincte dandum est, sed personæ legalitas, æquitas, & fidelitas inspicienda est, quæ a præfatis hęreticis, abesse exploratum est. Ita etiam expresse do. Bapti. de sancto Bla. in tract. correlatiuorum, in. §. venio ad quintum, vers. xxviij. fallit.

SVMMARIVM.

1 *Moderator rei suæ quilibet est vt de ea ad libitum disponat.*
2 *Renunciare iuri sibi competenti quilibet potest, Fallit in hæretico in casu tradito nu. 2.*
3 *Iuri introducto in fauorem partis licet contrahentibus renuntiare, iuri vero introducto in odium alicuius nequaquam.*

NOTABILE XLVIII.

1 NOVIT vel mediocriter in iure † doctus, quemlibet de re sua ad libitū disponere posse, & sibi debitum debitori remittere, et alio modo quolibet super suo in alterius vtilitatem, & sui præiudicium pacisci, & iuri sibi competenti renunciare, modo gratis sit legitimæ, nec aliam patiatur inhabilitatem ratione cuius ei bonis interdictum sit. l. in re mandata. C. manda. l. j. & l. si quis in conscribendo. C. de pac. cum ibi notatis latis. per Doc. & per Bart. in l. si quis pro eo. ff. de
2 fideiuss. nota tamen casum in † quo pactum vel remissio super sibi debito nullo modo valet, tex. habes notabilem in cle. ij. ibi, nullis pactis, vel remissionibus super hoc valituris. de hęreti. vbi si inquisitores prætextu officij aliquid indebite extorserint ab inculpatis de hæresi, illud restituere tenentur, & si inculpati illis inquisitoribus extorta remiserint & quietauerint, non valet talis remissio, & sic contra dispositionem d. l. si quis in conscribendo & l. j. §. & post operis. ff. de no.
3 oper. nuncia. Ratio siquidem est † quoniam omnia illa iura procedunt quando fauore partiū aliquid introductum est tunc enim contrahentiū pacto remitti potest. Sed quando in odium alicuius (puta indebite extorquentis) aliquid institutum fuit, nequaquam potest illud contrahentium pacto tolli, vt patet in macedoniano. l. j. ff. ad Macedo.

& in

& in l.fi.C.de pac.pign.cum fimi.traditis per gl. & Docto.in d.l.si quis in conscribendo. & Bar. melius quam alibi in dicta l.si quis pro eo.& gl. in c.si diligenti,de foro compe.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæreticus est qui credit ecclesiam habere duo capita.*

NOTABILE XLIX.

1 ADnotato † eum qui crederet vniuersalem ecclesiam posse habere duo capita, hęreticum esse, est enim tantum vnum caput, vnus pastor, & ouile vnum, ita dicit notabilis glos. in cap. non autem,in fin. glo. magnæ. vij.quæstio.j.glo.plenior in clem. ad nostram,in verbo,ecclesię,de hæreti.sequitur Abb. in capitu. at si clerici. colum.xix. versicu. aut enim quis credit ecclesiam, extra de iudic. & in capitu.primo de parochiis, Cardina. in clemen. prima.§.porro. in secunda quæstio.de iureiur. Ideo Archid. in dicto capit.non autem, refert Augusti. dicentem quod nesciebat iure prohibitum ꝙ duo habere possent episcopatum, quia si sciuisset,non acceptasset suum, & vult Fely.in c. iij.de hæreti.vbi asignat rationem.quia hoc repugnat articulo fidei, scilicet vnam sanctam catholicam ecclesiam.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sortilegum an liceat consulere vt liberet egrotum a maleficio & an liceat adiurare imbres, fulgura, & tempestates, ne noceant fructibus.*

2 *Matrimonii fracturam ecclesia citius patitur, quam quod maleficiatus contrariis maleficii liberetur.*

3 *Corporis iactura minor est quam animæ, ideo potius in corpore quam in anima pati expediat.*

Quinquagesimum, & vltimum notabile.

1 REuocabit † in dubium quispiam, num impune liceat consulere sortilegum siue maleficum, vt dissoluat facturas maleficij, aut si mauis, liberet ægrotum maleficiatum a maleficio. & similiter an liceat adiurare imbres, fulgura, & grandines ne noceant fructibus, arboribus, & plantis. Responde distinguendo, aut loquimur de iure ciuili, aut de iure cano. Primo casu licet impune consulere & adhibere sortilegum ad faciendum ea opera quæ vertuntur in bonum, & prosunt, quoniam pro bono opere quis cruciari non debet l.eorum.§.fin. vbi expresse no.Barto.C.de malefic.& mathe.Secundo casu scilicet de iure canonico non licet aliquo modo (etiam pro recuperanda corporis sanitate) quærere remedia diabolica, & superstitiosa, licet aliter sanitas ipsa recuperari non possit, tex. ad literam in cap. admoneant. xxvj.quęstio.vij. Barto.vbi supra Panor.in cap.ij. per illum text. extra de sortileg. vbi Romanus pontifex potius patitur bona ecclesiarum furto ablata perdi, ꝙ
2 ꝙ quærantur per remedia huiusmodi. † Hinc est quod ecclesia potius tolleret dissolutionem matrimonij, & tanti vinculi sacramentalis fracturam, quam permittat maleficiatum contrarijs maleficiis liberari. cap.si per sortiarias. xxxiij. quæst.j.& cap.j.de frigi. & male. Ratio horum
3 est, † quia magis expediat in corpore ꝙ in anima, minor enim est corporis iactura quam animæ. dicto cap. admoneant. & c.fina.de sortileg. argu.cap.solitæ.de maiori. & obedi.vbi Panor. & Doc.ad quod non considerauit ius ciuile,quod quidem principaliter ad temporalium conseruationem tendit dicto cap.solitæ. notatur in cap. nec mirum.§.ad hæc xxvj.quæstio. vj. Quæ omnia notato.

Habes tandem lector candide, absolutum de hæreticis librum, quem non aure quidem popularis captandę causa edidimus, nec intus nobis cauentes, sed vt communi orthodoxorum vtilitati consuleremus, quare hoc nostro labore lector fruere, interea tamen mordaci linguæ frenum adhibeto.

FINIS.

TRACTATVS DE HAERETICIS, ET EORVM POENIS, PAVLI GHIRLANDI

Castellionis Iurisconsulti Florentini. Criminalium causarum Auditoris R. P. D. Andreæ de Iacobaciis S. D. N. Papæ Almæq; vrbis Vicariis generalis.



SVMMARIVM.

1 *Hæresis est crimen grauius cæteris, & detestabilius, eo quod contra creatorem committatur.*

Hæresis est crimen læsæ maiestatis diuinæ.

2 *Maiestatem eternam lædere grauius est quam temporalem.*



NTER crimina q̃ animaduersione digna sunt heresis† est grauius, & cæteris detestabilius eo ꝙ directo contra ipsum creatorem Deum omnipotentem patratur, eius omnipotentię detrahendo, negandoq; illius diuinitatem, vt habetur in cap. j. de sum. Trini. & fide catho. & l. j. C. eod. tit. & c. ad abolendam, de here. non immerito igitur appellari potest crimen læsę diuinæ maiestatis, ex quo directo tendit in lęsionem, & prȩiudicium diuinȩ potestatis, vt proxime diximus d. c. ad abolendam, & c. vergentis. eod. ti. † Longe enim grauius est eternam q̃ꝫ temporalem lædere maiestatē xxiiij. q. j. non afferamus. Et habetur in d. c. vergentis. Ideo tractatutus de criminibus, de eo prius tanquam grauiori ęquum visum fuit esse dicendum iuxta notata in rub. & in l. j. C. ad l. Iul. maiest. & in l. j. ff. eo. ti. & d. c. nō afferamus. no. ēt in c. excōicamus el j. §. credentes. de here.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio bona a diffinitione proficisci debet.*

2 *Hæresis quid sit in suo genere sumpta.*

3 *Hæresis proprie sumpta non cadit in iudeo aut sarraceno.*

4 *Hæresis ab electione dicitur.*

5 *Eremita quis & vnde dicatur.*

6 *Hæresis duo habet extrema substantialia.*

7 *Hæresis differt ab apostasia & schismate.*

Quæstio I.



VÆRO nunc primo, quid est heresis. † Nam quelibet bona declaratio ab ipsa diffinitione proficiscitur, vt inquit Cicero in j. Offic. & dicit glo. referens Boetium in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur. ꝙ ipsa diffinitio substātiam cuiusq; rei prout est significat, & habetur per Bar. in l. si is qui pro emptore, in j. q. ff. de vsuc. & in l. j §. dolum. ff. de dolo. & idē Bar. in l. j. §. mutui. ff. si cert. pet. & in l. j. ff. de testa. Vbi dicit ꝙ omnis diffinitio debet ponere substantialia rei diffinitę saltem in genere illius differentias continentia. Vnde dico ꝙ †Hęresis in genere sumpta est error quidā pertinax corrumpens Christi fidem, vt colligitur ex doctrina Sancti Thomę in ij. ij. q. xj. arti. ij. versi. sed pestifera. xxiiij. q. iij. hęreticus. vbi introducitur sententia Sancti Augu. Qui Thomas subiungit ꝙ hęresis esse non potest, nisi sit error circa ea quæ sunt fidei, sicut circa propriam materiam: & propterea nō dicitur hæresis si quis erraret in falsa opinione circa alia quę non sunt fidei, sicut est in geometralibus, vel aliis huiusmodi, ita dicit ipse quæ appellatur ēt labes & prauitas vt in cle. j. §. verum eod. tit. alibi quoq; appellatur pestis vt habetur in c. accusatus. §. sane. eo. tit. lib. vj. & qui crimine illo pollutus existit, pestilētiosus dicitur vt in c. excommunicamus. el. j. §. credentes ver. sane. extra eo. ti. † Ista enim est species infidelitatis quę pertinet solum ad eos qui Christi fidem profitentur, et illius dogmata corrumpunt; & propterea istud crimen non cadit proprie in iudęo, et saraceno, mahumetano, & aliis huiusmodi extranei iuris hominibus secundum quod no. concludit San. Tho. in ij. ij. q. xj. arti. j. Quod peccatū vt plurimū oritur ex superbia, vel cōcupiscentia cōmodi tēporalis vt no. San. Aug. in lib. de vtilita. creden. & idem Tho. in ij. ij. quęst. ij. arti. ij. & iij. sed

sed quidam arguentes tenebant cōtra istud dictū, ꝙ si hæresis oritur ex superbia & propter concupiscentiam &c. ergo non est species infidelitatis quia fides & infidelitas consistit in credere, & in mente, non autem in actu extrinseco. & hoc idem communiter tenent Theologi. Et propterea idem Tho. in d.q.xj. & xij.arti.j. declarando illud dictum dicit ꝙ finis proximus siue causa proxima hæresis est adhærere falsæ sententiæ seu opinioni animo pertinaci, & ex hoc dicitur esse species infidelitatis, sed causa eius remota, & finalis est cōcupiscentia commodi temporalis, ex quo sequitur ꝙ dicitur oriri ex superbia & cupiditate. & not. xxiiij. q.iij.c.hæresis.& seq. 4 † Et appellatur hæresis vt quidam dixerunt ab electione. xxiiij.q. iij.hæresis quę sunt verba sancti Hierony. ad Gala. quia omnis hæreticus eligit sibi nouas et extraneas opiniones contra fidem Christi & ecclesiæ instituta vt dicit Host. in sum. eo. ti. & Azo. similiter. eo. ti. in sum. §. j. ver. vlti. & per Fely. in rub. extra eo. ti. Arch. aūt in d. cano. hæresis. xxiiij. q. iij. ponit plures expositiones. dicit enim ꝙ hæresis dicitur ab electione, vel ab errando, quia nō est hæreticus nisi ille qui errat. Quidam dixerunt ꝙ hoc nomen hæresis descendit a verbo grego. hęre. ꝙ latine dicitur virtus, id est, & thesis loquutio, vnde hæresis quasi virtus locutionis, & hęreticus, id est. virtuosus in locutione & sermone & quia communiter isti hæretici in sermonibus & disputaionibus suis confidunt & non in virtute spiritussancti, vel dicas dicit ipse ꝙ hæresis diuisio interpretatur. Ex quo ergo per fidem catholicam prima fit fidelium adunatio. Diuisio igitur quę specialiter fit a communione pręddicta, siue a communi fide hæresis appellatur, vel dicitur ab isto verbo herciscor, ris, quod idem est ꝙ diuido, secundum quod dicit glo. in rub. ff. fami. erci. Inde dicitur iudicium siue actio familie ercíscundę, hoc est diuidendæ hæreditatis. quoniam ipsi hæretici per illas eorum eroneas opiniones diuidunt se ab vnione ecclesię, & Christi fidelium. 5 † Inde dicitur etiam eremita quasi separatus ab hominū consortio, vt per Hosti. in d. sum. & Arch. in cano. hęreticus. xxiiij. q. iij. Et dicuntur etiam.

Hæreses leges, id est, leges. diuidentes ciuitate a ciuitate, vt l. si duas. §. est autem. ff. de excu. tu. & ibi no. gl. j. igitur interpretatio recidit in secundā, quia quicunque eligit nouas opiniones extra fidē communem recidit ab illa communione & congregatione fidelium per quem recessum fit diuisio inter ipsum hæreticum & communionem prædictam secundum Archi. in d. ca. hæresis. vide Azo Host. & Gof. in sum. eo. tit. & Archi. in c. ad apostolicæ. §. ij. de sen. & re. iudi. lib. vj. Cardi. in rub. & in cle. j. eo. tit. do. Fely. in rub. extra eod. tit. & S. Tho. in ij. ij. q. xj. artic. j. & ij. 6 † Quod quidē crimen habet duo extrema substantialia sine quibus id est non potest, primum est ꝙ respicit hęresis initium & hoc est error in ratione, suppleas tu ꝙ sit error circa quæ sunt fidei non circa alia vt cōclusum fuit supra ex doctrina S. Tho. Secundum vero extremum est quod respicit complementum qđ est pertinacia in volūtate, vt habetur. xxxiiij. q. iij. c. dixit. & Arch. in d. c. hæresis. quotiescunque igitur aliquis erat circa fidem prædictam & in eius errore non instat pertinaciter, sed variat vel reuocat non dicitur hæreticus nec subijcitur pœnis hæreticorum de quibus infra maxime si sit paratus suscipere correctionem sui erroris d. cap. dixit Apostolus. & c. accusatus. in prin. eo. ti. lib. vj. c. ad abolendā. c. firmissime. in prin. & c. vergentis. extra eo. titu. & no. Abb. & doct. in c. j. extra eo. & propterea congrue dictum fuit in diffinitione error pertinax ad differentiam illorum qui reuocant & non persistunt in dicto errore. 7 † Et nota ꝙ hæresis, Apostasis, & Schisma sunt diuersa crimina sicut diuersa sunt nomina & quid contineat in se vnumquodque istorum. & an quodlibet sit species infidelitatis de istorum natura & differentijs dicetur infra proxima q. vbi declarabitur quis proprie sit hæreticus, quis apostata, & quis schismaticus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæreticus quis proprie dicatur.*
2 *Errans in sacramento Eucharistiæ hæreticus est.*
3 *Dogma falsum & à fide extraneum defendens, hæreticus est.*
Potentiam Dei atribuens creaturæ hæreticus est censendus.
4 *Secreta cordis rimari non est hominis.*
5 *Hæreticus quis dici potest tribus concurrentibus.*
Scripturam sacram ad sensum incongruum interpretans est hæreticus.
Hæreticus est qui sedis apostolicæ præcepta contemnit.
6 *Apostata & schismaticus an sint ꝓprie hæretici.*
Schismaticus quis ꝓprie dicatur, et vnde schisma.
7 *Hæreticus est semper schismaticus sed non è contrario.*
8 *Apostasia quid proprie dicatur & quotuplex.*
9 *Apostatæ hæreticis sunt deteriores.*
Hæretici omnes apostatæ sunt.
10 *Opera bona facta per hæreticum, & schismaticū aut apostatam, an sint eis vtilia.*
11 *Opera bona prius facta an prosint peccatori conuerso.*

Quæstio. II.

1 SECVNDO quæro † quis sit hæreticus. Respon. Hęreticus duobus modis dicitur, proprie & improprie, siue large & stricte. Proprie enim & stricte hæreticus dicitur ille qui contra fidem Christi, vel aliquem eius articulum seu aliquod ex septē ecclesiæ sacramentis ab errat, vt est baptismum

quod

quod est prima porta salutis, qua profitemur Christianam fidem ideo dicit S. Augu$t. ꝙ nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, & qui non baptizatus fuerit, erit extra ecclesiam & salutis eternæ particeps esse nõ poterit, quod firmissimæ teneas, & nullatenus dubites. j. q. j. detrahe. & c. firmissime. & de consecra. dist. iiij. in prin. vbi dicitur per quam necessariam esse aquæ visibilis in corpore ablutionẽ per quam spiritus intellectus, & anima quę est inuisibilis ex inuisibili fidei sacramento & doctrina purificatur ad salutẽ. Itẽ qui aberrat in chrismate quod dicitur fidei comprobatio de consecrat. distin. iiij. presbyteri. & c. nullus ministrorum, vel in cõfessione quæ est peccatorum remissio, dumtamen fiat debito modo & cum contritione de pœ. dist. iij. nihil & c. perfecta pœnitentia. & de consecr. dist. v. nihil. & dist. iiij. omnis, & in c. j. qui cle. vel vouen. 2 †Item qui errat in ipsius eucharistiæ pretiosissimo sacramento scilicet i trãsubstãtiatione seu alia quauis eius particula substantiali per quod anima Christiani vnitur Deo. de conse. di. ij. cum omne & c. nihil in sacrificijs. & in cle. j. de reliq. & vener. san. & ibi per do. Cardin. & sic de alijs huiusmodi sacramẽtis, qui contra illa seu aliquod ipsorum totum, vel aliquod eius membrum substantiale nouã opinionem, vel adinuenit & sequitur, vel iam inuentam tenaciter prosequitur proculdubio hæreticus est, vt habetur in c. ad abolendam. extra eo. tit. & l. manicheos. C. eo. & c. j. de sum. tri. in antiq. & in vj. & in cle. j. eo. tit. & ibi per scribentes antiquos & mod. & in l. j. & ibi Bald. C. de sum. tri. Item dubius in fide, is videlicet qui in illa dubietate pertinaciter insistit. c. j. & ibi Abb. & Doc. extra eo. tit. & d. c. dicat aliquis xxiiij. q. iij. 3 †Item qui falsum dogma, vel extraneum sensum circa substantialia fidei, diuinę scripturæ attribuit, & sic tributum sensum pertinaciter defendit, vel qui nouas, et falsas opiniones gignit, vel sequitur. xxiiij. quæstio. iij. hæreticus. Item qui firmiter credit licere Christiano posse exercere vsuras sine peccato vt in cle. j. de vsur. & ibi do. Card. Item qui potentiam diuinæ maiestatis quæ soli deo, competit in priuilegium suæ vnicæ potentię omnia creãtis vult attribuere angelicę vtrique, vel humanæ creaturæ hoc est quod credat, & firmiter teneat per angelum lucis, demonem vel hominem posse fieri ea quę soli Deo competunt in priuilegium, sicut est infundere animam in infante postquam in vtero matris formatus est, vt habetur ĩ c. Moyses. xxxij. quęstio. ij. aut mortuum suscitare seu humanam creaturam in melius vel deterius reformare, aut in alteram speciem commutare: futura per veram scientiam reuelare vt no. Esaiæ lxj. c. dicite mihi quæ futura sunt & dicam ꝙ dij estis. 4 †Item hominis secreta cordis indicare dicitur Matth. xxij. c. vbi Christus cognouit mentes Pharisęorum aduersus ipsum deprauatus, & ꝙ dum ipsum interrogabant quærebant eum capere in verbis quando ipsum interrogauerunt cui deberẽt reddere censum ex quo ipse Christus vocabat se regem Iudæorum an deberent sibi dare censum, vel Cæsari, at ille viso numismate, & Cæsaris imagine respondit, Reddite quæ sunt Cęsaris Cęsari, & quę sunt Dei Deo. De his enim & quibusdam alij quæ competunt siue pertinent ad solum Deum vide latius infra tit. seq. in x. q. vbi plene tradit an & quando sortilegia sapiunt hęresim manifeste, vel non, & habetur etiam xxvj. q. ij. qui sine saluatore, & xxvj. q. v. episcopi. & ca. seq. & Oldra. in consi. ccx. quod incipit, regularis habet traditio. & S. Thom. in ij. ij. in sepe. d. q. xj. ar. v. Host. in sum. Goffre. & Azo. in sum. eod. titu. Et dicit sanctus August. in lib. de vtili. creden. c. j. ꝙ hęreticus est qui alicuius temporalis commodi, & maxime glorię principatusq; sui gratia falsas ac nouas opiniones contra Christi fidem vel gignit vel sequitur, & iste ꝓprie dicitur hæreticus. cuius dictum translatũ fuit. xxiiij. q. iij. in c. hæreticus.

5 †Dominus Alex. de Alex. in ĩj. ij. tit. de hęresi, dicit ꝙ ad hoc vt quis proprie dicatur hęreticus, & subiaceat excomunicationis, & aliis pęnis contra hæreticos statutis tria requiruntur. Primum scilicet falsa credulitas in rationali vt not. glo. xxiiij. q. iij. c. qui aliorum. Secundum ꝙ requiritur est peruersa voluntas in concupiscibili.

Tertium impugnationis pertinacitas ex parte irascibili, vt postquam se implicuit in errorem in eo pertinaciter instet, alias si non instaret sed reuocaret, non diceretur hæreticus. xxiiij. q. iij. dixit Apostolus. Improprie vero & largo modo hæreticus dicitur is qui sacram scripturam male & erronee intelligit seu interpretatur, scilicet aliter quã sensus spiritussancti flagitat. xxiiij. q. iij. hęreses. Item is qui conatur velle auferre priuilegia ecclesię a Deo vel Romanis Pontificibus concessa. xxij. dist. omnes. Item qui pręcepta apostolicę sedis transgreditur. xix. dist. nulli, & quibusdam alijs modis, de quibus latius vide per glo. in c. firmissime. extra eo. ti. & glo. in c. inter. hęresim. xxiiij. q. iij. Fely. in rub. extra eo. ti. per Card. in cle. j. eo. tit. Bal. in rub. C. eod. tit. & per supradictos summistas in locis pręallegatis, & isti diuersis pœnis puniuntur ab illis qui sunt proprie hęretici. de quibus infra titu. sequen. xj. q.

6 †Sed quęro an Apostata, & Schismaticus continentur sub ista specie hęresis, vel sub eius generis. Respon. ꝙ proprie & stricte loquendo aliud est esse apostata aliud esse hęreticus, et aliud schismaticus. de hęretico vidistis supra. Scismaticus enim a principio maxime non est hæreticus, quia schismaticus proprie est ille qui non vult obedire veræ & antiquæ ecclesię suæ, sed facit aliam ecclesiam prælatum, vel clericos, qui faciunt alium papam relictam prioris papæ obedientia. Schisma vero dicitur a schissura, quia schismaticus per denegatione obedientie scindit se ab ecclesia eo maxime dum querit facere ecclesiã, vel alios clericos modo suo constituere reiectis propriis, & venit a scindo, dis. xxiiij. q. j. scissura. & xxiiij. qõ. iij. inter hęresim. & c. schisma. sed quotiescunque schismaticus perseuerat pertinaciter in illa sua opinione diuisa efficitur hæreticus diuidendo ecclesiam, quia venit contra illum articulum fidei & vnam sanctam ecclesiam &c. Et propterea dicunt Doc. 7 † ꝙ omnis hæreticus est schismaticus,

ticus, quia omnis hæreticus scindit vnionẽ ecclesiæ diuidendo se ab illius vnione, sed non ecõuerso omnis schismaticus est hæreticus saltẽ stricto modo, quia tunc dico incipit esse hæreticus quotiescunque perseuerat in illa eius diuisione, & in ea pertinaciter insistit sequendo scissuram rei indiuiduæ scilicet ecclesię. Et isti quoq; sunt duplices speciei proprij & improprij. proprie & stricte loquendo schismatici sunt hi de quibus supra.

Improprie vero & largo modo schismatici dicũtur oẽs qui recusant obedire mãdatis ecclesiæ vt sunt excõicati & similes pertinaces qui largo modo dicuntur schismatici. vide no. doctrinam Abb. in rub. & in c.j. de schis. & xxiiij. q. iiij. schismaticus. & c. inter hæresim. Host. Azo. & Gof. in sum. eo. ti. de schis. & per S. Tho. in ij. ij. q. xj. art. j. & ij. Apostata vero differt ab hæretico et schisma. in specie licet in genere quodammodo idem sunt in hoc videlicet ꝙ sunt extra ecclesiã & cõionẽ fideliũ. 8 † Apostasia enim proprie est quædam retrocessio a sua debita ordinatione & ista est triplex secundum glo. in cap. j. de apost. Prima est apostasia perfidiæ per quã quis recidit a fide. xj. q. vij. nõ põt. Secunda est inobedientię, quod est qñ quis transgreditur præceptũ vt in c. si quis venerit. & c. illud. de maio. & obe.

Tertia est apostasiã irregularitatis vt cũ quis recedit a regula & habitu suæ assumptæ religionis vt d. c. j. de aposta. & 50. dist. c. si. & dr apostata id est retro stans siue retrocedens aut retro adiens. xxvj. q. vlt. nõ obseruetis. Et isti qñq; se rebaptizant, & retrocedẽtes a veteri noĩe, & ordinatione suæ vitæ aliã nouã suscipiunt, sed qñ recedunt a fide Christi, & nouam suscipiunt sunt hæretici maxime qñ persistunt in dicta noua professione & illam credunt esse verã, & hoc modo etiã apostatæ dicuntur esse hæretici. 9 † Sed nota ꝙ isti apostatæ sic rebaptizati de iure ciuili sunt deterioris conditionis ꝗ hæretici, loquendo de his qui sunt proprie hæretici, vt supra: quia hæretico pœnitenti parcitur l. manicheos. C. eo. ti. istis vero nũquã parcitur, sed irremissibiliter vltimo supplicio puniũtur l. hi qui sanctam. C. de aposta. & propterea dicendo oẽs hæretici sunt apostatæ, consequẽtia est vera, sed nõ econuerso, nisi data pertinacia & oĩmoda recessione a fide catholica vt dicunt Cano. in d. c. j. de apost. & Host. in sum. eo. ti. & S. Tho. in ij. ij. q. xj. ar. j. & ij. & est gl. no. & ibi Abb. in c. firmissime. de hære. Sed quero nũc de hac no. q. satis proficua in foro conscientię, dicit tex. in c. firmissime, in fin. extra de hær. ꝙ homini qui nõ tenet vnitatem ecclesię catholicę neq; baptismus, neq; eleemosina, nec alia quelibet maxima opera charitatis, imo nec mors nomine Christi suscepta proficit ad salutẽ. 10 † Modo, quero quidã existẽs laqueo hęresis schismatis vel apostasis perfidię innodatus, fecit ꝗ plurima charitatis opera, videlicet eleemosinas, disciplinas, ieiunia, penitẽtias, peregrinationes, orationes, & multa alia diuina officia missas, & similia pro aĩę suę salute, certũ est ꝙ dum ille est in peccato incredulitatis illa nihil sibi prosunt ad salutẽ. d. c. firmissime. in fi. dicendum ne erit ꝙ tot bona opera oĩno perdãtur, adeo ꝙ nullũ fructũ afferãt benefactori, dic scdm glo. in d. c. firmissime. ꝙ dicta pia opa non perduntur aliquo modo, & licet illi nõ prosint ad salutẽ pp peccatum infidelitatis, tñ prodesse illi poterunt ad tria. Host. in sum. in ti. de pœ. & remis. in §. & an ficte. distinguit melius aut queritur 11 † an pia opera facta ante peccatũ reuiuiscãt ad salutẽ post conuersionẽ peccatoris, & dicendũ est ꝙ sic: quia opera illa per peccatum erant mortificata, ideo resurgunt vna cũ suo authore, aut fuerunt facta in peccato, tunc aut peccator habebat contritionẽ in corde & animũ confitendi, & reducendi se ad penitentiã, dum daretur occasio, & eodẽ modo ista reuiuiscunt & prosunt ad salutẽ sicut priora, vt est glo. no. in cle. j. de reliq. & ven. sanc. in prin. & gl. in c. j. & c. magna pietas. de pœ. dist. j. & tenet Fely. in d. c. firmissime. in fi. aut fuerunt facta in ipso peccato nulla existente cõtritione seu animo cõuertendi, & ista nunquã resurgunt, neq; prosunt ad salutẽ & sunt mortua penitus, quia nunꝗ spiritum vitæ gratiæ Dei habuerunt, resuscitare non possunt ad salutẽ. Sed alia prosunt scilicet ad quinq; secundũ Host. ibi. Primo quia diabolus in tali homine nõ vtitur tanta potentia sicut prius. Secũdo, quia valent ad assuefactionem bonorũ operũ. Tertio ad minus supplicium sustinẽdũ. Quarto ad corporalem prosperitatẽ, & ad augmentũ bonorũ temporaliũ. Quinto & vltimo ad illuminationem intellectus vt citius diuina gratia illustretur ad conuersionẽ & pœnitentiã & per consequens ad salutẽ, vt hr. de pœ. dist. iij. quid ergo turbantur, ꝗuis S. Aug. dicit ꝙ pium est credere, & fides nostra hoc expostulat, vt cum gratia Christi in homine destruxit mala priora per pœnitẽtiã & remuneret bona, dũ cũ destruxit ꝙ suum non inuenit, amet & diligat quod in peccante plãtauit, vt habetur de pœ. dist. iij. pium cum tribus. cc. seq. & Host. vbi supra. Et hæc sufficiant pro aliquali notitia istius criminis hæresis vt facilius cognoscamus qui sunt puniendi pœnis hæreticorũ, & qui alijs pœnis. Qui vero quęrit habere subtiliorem notitiã istius criminis videat sacros Theologos, & maxime S. Tho. in ij. ij. q. xj. arti. j. & ij. & iij. & per totam illam. q. & in ij. ij. q. ij. & sanctum Aug. in lib. quem edidit de vtili. creden. per totũ, & Sãctum Bonauen. in iiij. sen. dist. xiij. ar. iiij. qui incipit, determinat incidenter quę faciũt &c. Alex. de Alex. in ij. par. q. clxxxj. in primo membro. Vbi ipse, & alijs omnes in effectu concludunt idem quod S. Aug. vbi supra ad quorum dicta & rectam doctrinã latius me remitto & dicta mea limitãda ac corrigenda si opus fuerit subijcio, prosequar nũc materiam nostram.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici quibus pœnis plectendi.*
2 *Hæretico confitenti quæ debeat pœna imponi in foro scilicet conscientiæ.*
3 *Mors vltimum terribiliũ à iure ciuili appellatur*

vltimum supplicium.

4 *Filii hereticorum puniuntur ob delicta parentũ.*

5 *Filii ex coitu damnato nati omnis successionis sunt incapaces.*

Quæstio. III.



1 TERTIO quæro †quibus pœnis puniuntur hæretici, intelligendo de illis qui sunt proprie hæretici, dic ꝙ quatuor pœnis puniuntur de iure canonico secundum Archi.xxvj.q.v.hæreticus,in fi.vbi dicit ꝙ puniuntur excommunicatione,de positione,rerum omnium ablatione, militari percussione.frater Ang.vero de Clau.in sum. sua in versi. hæreticus.dicit ꝙ xiiij. pœnis puniuntur, sed illas non connumerat nec declarat,declaratio,quã facit Archi. fuit prius Gof.in sum. sua in titu. de hære.§,punitur hæreticus &c.vt refert idem Archi.tamẽ declaratio illa solum videtur concernere clericos,& non laicos dum loquitur de depositione,quia laici non patiuntur depositionem , sed statim comperto crimine si nolunt pœnitere facta declaratione per iudicem ecclesiasticum traduntur in manibus curiæ secularis puniendi &c. clerici vero non, nisi secuta actuali degradatione,vt in c.ad abolendam.§.j.et sequitur extra eo. titu. 2 †Et ideo putaui aliter distinguendum pro faciliori intelligentia ꝙ, Aut sumus in foro conscientia coram sacerdote dum adhuc crimen est occultum & est pœna excõicationis,vt in d.c. ad abolendam.in princi. ibi vinculo perpetui anathematis innodamus, & facit text. in c. firmissime.eod.tit.& xxiij.q.v.non vos.xxiiij. q.j. quæ dignior domus.vbi referuntur verba Apostoli dicentis hæreticum hominem post primam monitionem de vita, ꝙ est quando est excõicatus, & hac pœna tam clerici ꝙ̃ laici puniuntur vt ibi dicitur,& facit in arg.text. in c. si quis episcopus. xxvj.q.v. Aut sumus in foro contentioso canonico postquam sunt deprehensi in hæresi & delictum iam innotuit curiæ, & si clericus est primo priuandus est & deponendus ab omni ordine ac officijs, & beneficijs ecclesiasticis quibuscunque ac omnibus quoq; bonis patrimonialibus,& alijs si quæ sunt confiscatis perpetua notatur infamia, deinde degradatus traditur curiæ seculari seuerissimis pœnis corporalibus puniendus,laicus vero breui manu comperto crimine cõdemnatur ad perpetuam infamiam,& bonorum omnium confiscationẽ deinde traditur in manibus curiæ secularis seuerissimis pœnis puniendus,vt not.in d.c. ad abolendam.§.j.& ij.et in c.vergentis,& c.excommunicamus.el j.in prin.extra eo.ti.& c. cum secundum leges.eo.ti.lib.vj.& ibi Archid.& cæteri Mod. Sed quæ sunt istæ seuerissimæ pœnæ quæ imponũtur de iure ciuili.respon.ꝙ si qua pœna atrocior morte reperiret illa ꝓculdubio puniretur ꝑ criminis atrocitatẽ & horrescentiam ꝗa,vbi maior est culpa ibi grauior debet esse vindicta c.excõicamus.§.credentes.versi.sane.extra eo.ti. 3 †Sed ꝗa mors est vltimũ terribiliũ,vt inquit Arist.in iiij.Ethi. & est extrema pœnarum xiij. q.ij. quæsitũ. quã ius ciuile appellat vltimũ suppliciũ.l. si quis aliquid.§.qui abortionis. ff. de pœn.& l.vltimum.& l.capitaliũ.in prin.& l.qui vltimo.ff.eo.ti.hac mortis pœna puniuntur & solent communiter igne cõburi l.arriani. in princ. C.de hære. & perpetua notantur infamia & oĩa eorũ bona publicantur elementis proprijs fieret iniuria si aliquid ex bonis sibi vel eius posteris relinqueretur. dicit tex.in d.l.arriani. in prin.& §.j.C.eo. tit.quibus pœnis tã clerici quam laici subijciuntur facta prius tamen degradatione clericorum apud proprium iudicẽ ecclesiasticũ. d.c. ad abolendam.in fin.extra eo.tit. c. accusatus.§. fi.eo.ti.lib.vj.& d. l.arriani. & l. manicheos. C. eo.ti .& c.vergentis.extra eo.nec poterũt eius filij seu alij descendentes vsq; in secundã generationẽ obtinere aliqua officia aut beneficia ecclesiastica tanquam illorum incapaces.c. ij.§.hære. eo.ti.lib.vj. 4 †Ex quo nota istum casum speciale in quo filij etiam innoxi puniuntur ex delicto patris, & sic alterius crimine puniuntur,vt ibi,& in d.c.vergentis .extra eo.ti. cuius contrariũ disponit regula iuris cõis.l. sancimus.C. de pæ. & ff.eod.ti.l.si pœna.& l.crimen.& ff. ad sil. l. fin. vbi dr̃ ꝙ pœna debet prosequi criminis authores,& nõ se extẽdere vlterius ad filios , familiares,agnatos, vel amicos , sed ratio specialitatis est odium delinquẽtis ꝑ turpitudinem, & abominationem tanti criminis,vt dicit tex.in d.c. vergentis,sicut alias videmus in crimine læsæ maiestatis, ꝙ filij puniuntur ex delicto patris in successione bonorum l.quisquis.C.ad leg. Iul. maie. multomagis dicendũ erit isto casu filios puniri ex delicto patris ex quo grauius deliquit pater,quia longe grauius est æternam quam temporalem lędere maiestatẽ d.c.vergentis. 5 †Secundo habes aliũ casum in quo filij puniuntur ex delicto patris in authen.qui.mo.na.effi.sui.§.siquis aũt. sumpta in auth.ex cõplexu.C.de incest.nup. vbi filij nati ex nephario, & damnato coitu sunt incapaces omnis successionis paternæ , nec a patre alendi sunt, nec filij dici possunt. hoc enim non accidit culpa filiorũ,quia ipsi nõ peccarunt , sed in odiũ sceleris paterni & illius turpitudinis d. authẽ. ex cõplexu. Est & tertius casus in quo pœna primi authoris extẽditur ad filios,& agnatos illius successores vsq; ad quartam generationem c. in quibusdam.de pœn. Quartus reperitur casus in c. cum multæ.xv.qõ. viij.& j.qõ.iiij.Item peccato Israelitarũ. 6 †Quintũ reperio casum in c.j.& ij. de fil.presb. vide gl.in d.c.vergẽtis.eo.tit. de hære.alias quoque pœnas & supplicia patiuntur isti hæretici non tamen corporalia de quibus latius per Host.in summa de hæreti.& Archid in c. hæreticus.xxiiij.q.iij.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Filii hæreticorum catholici, & orthodoxi an possint parentibus succedere.*

ius

Ius ciuile nõ tollit ea quæ sunt iuris naturæ.
2 *Filij hæreticorũ ne in denario quidẽ succedere põt.*

Quæstio. IIII.

1 QVARTO quæro, † quid si filij ipsius hæretici sint boni & fideles christiani & delicti paterni pœnitus ignari, an poterũt succedere in bonis paternis saltẽ in legitima eis debita iure naturę, vt ex illa possint habere alimẽta, & videbat dicendũ ꝙ sic, quia ius ciuile non tollit ea quę sunt de iure naturę ex quo sunt immutabilia. l. ex hoc iure gentiũ, & ibi not. gl. ff. de iusti. & iure. & institu. de iur. natu. gen. & ciuil. §. sed naturalia. successio aũt filiorũ in bonis parẽtũ est de iure naturę, & l. cũ ratio. ff. de bon. dam. i auth. vt cũ de ap. cog. §. aliud quoq; capitulũ. l. fi. C. de instit. & substi. l. precibus. C. de impub. & l. nã & si parẽtibus. ff. de inoff. testa. cũ si. Sed in cõtrariũ est veritas quia † ipsi
2 filij effecti sunt a iure adeo inhabiles & incapaces paternæ successionis ꝙ illi ẽt in vno denario succedere nõ possunt immo debẽt semper in miseria & egestate sordescere, sicut filij reorum criminis lęsę maiest. adeo ꝙ nihil aliud eis relinquendũ est nisi sola vita quę ex misericordia elargit. Et tales esse debent in hoc mundo quibus vita sit supplicium & mors solatium, vide tex. in d. c. vergentis & in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus errorem suum corrigere paratus an posit veniam obtinere.*
2 *Pœnitentiam locum non habet in criminibus atrocioribus.*
Reuocatio hæresis an debeat fieri statim post deprehensionem.
3 *Aduerbia temporalia cõtinuo, illico, incontinẽti, & similia celeritatem postulant de sui natura.*
4 *Reuocatio erroris quando sponte & vero corde fieri dicatur.*
5 *Reus in quacunque iudicii parte potest errorem reuocare.*
6 *Confessum vni pluriũ cæteris censetur denegatũ.*
7 *Bona hæreticorũ non sunt ipso iure publicanda.*
8 *Donatio facta per hæreticum ante damnationem an valeat, & an posit reuocari.*
9 *Reuocatione erroris facta hæresis caret altero ex substantialibus extremis.*
10 *Hæretici per iudicem ecclesiasticum condemnati nedum curiæ seculari traditi possunt ad pœnitentiam admitti.*
11 *Continuo verbũ, de sui natura actum immediatum denotat.*
12 *Reuocatio erroris non admittitur nisi secundum iudicis arbitrium.*
13 *Peccatoris mortem non optat Deus, sed quod viuat & conuertatur potius.*
14 *Pœnitentibus veniam damus, est propositio indefinita vniuersali æquipollens.*
15 *Reuocatio erroris post latam sententiã admittit.*
16 *Dictiones continuo, mox, & similes quandoque spatium temporis admittunt.*
17 *Iura generaliter loquentia generaliter sunt intelligenda.*
Nunquam dictio, est exclusiua loci et temporis, et cuiuscũque alterius subiecti.
18 *Probationes in criminalibus luce clariores esse debent.*
19 *Cõtractus stipulationis vnico debet fieri cõtextu.*
20 *Redeuntes ad gratiam sponte qui dicantur.*
21 *Reuocatio & pœnitentia duplex esse potest.*
22 *Hæretico relapso non datur, venia, conferri tamen possunt sacramenta, si pœnitentiæ appareant signa.*

Quæstio. V.

1 QVINTO quæro † quid si aliquis deprehensus in hęresi, sit paratus tamen errorem suum reuocare & abiurare hæresim an poterit veniam obtinere & euitare pœnas corporales de quibus supra, & videtur dicendum ꝙ non. Quia in criminibus regulariter maxime in atrocioribus, non est locus pœnitentiæ. etiam ꝙ fur vltra pœnitẽtiam ipsam restituisset bona furto subtracta propriis dominis, non tamen parcitur sibi l. qui ea mente. & ibi Bartol. ff. de furt. tu dic ꝙ isto casu admittitur pœnitentia per quam euitantur pœnę corporales, vt in d. cap. ad abolendam, in princ. in ver. ibi, nisi continuo &c. de hæreti. & l. manichæos. C. eo tit. Ex quo nota casum specialem in quo in grauioribus criminibus admittitur pœnitentia ex parte rei qua euitantur pœne corporales, & maxime pœna vltimi supplicij. d. c. ad abolendam. Nam in contrarium est regula iuris communis. dicta l.
2 qui ea mente. Sed nunc insurgit dubium † nunquid ista pœnitentia & reuocatio hæresis fieri debeat incontinenti ꝙ primum fuit deprehensus in hæresi, vel ex postfacto in quacunque parte iudicij vsque ad sententiam, vel eius executionem, quidam dixerunt ꝙ incontinenti fienda sit absque vlla mora & sponte, alias si fieret postea non admitteretur: pro qua opin. allegant text. in dicto cap. ad abolendam. §. j. in ver. ibi, nisi continuo &c. vbi text. duo principaliter ponderare videtur ad hoc vt ista reuocatio admittatur, primum est ꝙ fiat incontinenti post deprehensionem erroris. Itẽ ꝙ fiat sponte & non coacte. hoc aperit tex. in d. c. ad abolendã. versi. nisi continuo pa-

tesacto crimine ad vnionẽ fidei christianæ sponte redierit &c. Ex quibus verbis manifeste apparet dictã reuocationẽ fieri debere sponte & incontinenti sine tẽporis interuallo secundũ ꝙ declarat ibi Panor. quia dictio ista 3 † continuo incõtinenti, illico et similes sunt aduerbia temporalia quę de sui natura desiderant celeritatẽ absq; tẽporis interuallo. l. pe. C. depos. & ibi Bar. & Bal. et Mod. in l. lecta. ver. dicebã. ff. si cer. pet. l. hæredes palam §. fi. ff. de testa. l. j. §. fi. ff. de pe. leg. l. ꝙ ait lex. §. fi. ff. de adulte. & per do. Alex. in l. fructus. ff. sol. mat. et xxxij. q. vlt. apud misericordẽ. vide tex. optimũ in l. cõtinuus. in prin. ff. de verb. obli. & hanc opin. vr̃ tenere Pan. Ant. de But. & Fely. in d. c. ad abolẽdam. vide Abb. ibi in v. no. et in gl. in ver. sponte. Pro quo facit ista ratio eui tandæ absurditatis. nam si aliter diceremus, scilicet ꝙ ista reuocatio qñcunq; admitteretur, sequeretur hoc ꝙ nulli, vel rarissimi hæretici punirentur pœnis corporalibus, quia quotiescunq; viderent iudicẽ paratũ ad exequendum vltionem pœnæ corporalis semper dicerent vt euitarent vltimum supplicium se velle corrigere & reuocare errorẽ suum, & sic eluderent iudicium, iudicem atque iustitia contra ea que habentur in l. j. & l. diuus. & ibi Bar. ff. de custo. reo. eo maxime, quia non est præsumendum ꝙ tunc libera voluntate & sponte dictum errorem reuocent, sed potius timore pœnæ instantis seu imminentis supplicij. ita videtur sentire d. Fely. in dict. cap. ad abolendam. & idem etiam Abb. ibi in v. no. faciunt notata per 4 Bart. in l. j. ff. ꝙ met. cau. † illa enim reuocatio fieri dicitur sponte & vero corde quæ fit a principio quando non adest & adhuc metus vrgens instantis periculi, & quę fit animo & intentione amplius non reuertendi ad errorem prædictum, de pęni. dist. iij. in princi. cap. pœnitentia, penitentia, illa est quæ fit corde contrito oris confessione & operis satisfactione, alias nulla est penitentia. de pœniten. dist. iij. nihil. de consec. dist. v. nihil. ij. q. iij. cap. fin. §. destitisse. vbi dicitur destitisse eum accipimus qui totum animum agendi deposuit. Lex enim veniam indulget his qui sponte & cito ad pœnitentiam recurrunt. l. manicheos. C. de hære. l. hi qui sanctam. C. de apost. & cum ista opi. videntur transire communiter Doct. Cano. in d. l. ad abolendam. quam Abb. in d. cap. excommunicamus. el. j. i glo. fi. dicit comprobari ex doctrina domini Archi. in cap. vt commissi. eo. ti. lib. vj. vbi dicit ꝙ tunc reus dicitur sponte & incontinenti redire ad fidem, scilicet antequam neget & anteꝙ̃ recipiantur testes & crimen probatum fuerit, & iudicium ad vlteriora prosequatur. Idem etiam sentit Ioã. de Ligna. in cle. ad nostrã. eo. ti. Contrarium tamen opinionem quam plures 5 non levis authoritatis Doct. tenuerunt ꝙ † immo reus admittitur ad pœnitentiam ipsam & erroris reuocationem in quacunque parte iudicij etiam post sententiam vsque ad executionem exclusiue in qua opi. fuit Abb. prędictus in d. c. excommunicamus. el. j. extra eo tit. vbi post lecturam illius. cap. extra glo. format hanc quæstionem in specie & demum concludit quod reus admittitur ad pœnitentiam istam, & post errorem suum reuocare in quacunq; parte iudicij, et post sententiã iudicis ecclesiastici ante tamen illius executionẽ: vt latius infra dicam, dummodo non sit traditus curiæ seculari quia postꝙ̃ illi traditus reperiretur nõ est amplius sub potestate iudicis ecclesiastici, & istã opi. dicit ipse esse mitiorem, & ideo tenendã: pro cuius comprobatione adducit doctrinã Ioã. And. in d. c. excommunicamus. el j. in quadã apostilla vbi dicit ꝙ illi tradendi sunt curiæ seculari qui conuicti & condemnati sunt, & nolunt ad fidẽ reuerti. illi ergo qui volũt ad fidem reuerti licet in eo statu sint in quo tradendi sunt curiæ seculari, ꝙ est post sententiam iudicis ecclesiastici admittendi sunt omnino ad pœnitentiam, quod tenet & sequitur etiam glo. in c. pe. in glo. fi. extra eo. titu. quæ expresse vult ꝙ volentibus etiam post latam sententiam ad fidem Christi reuerti & agere pœnitentiam, corporalis pœna remittitur, pro quo facit etiam tex. in l. manicheos. C. eo. tit. vbi Imperator dicit pœnitentibus veniam damus, & non limitat neque restringit tempus ipsius pœnitentiæ, pro qua etiam opin. Abb. adducit doctrinam Archi. in cap. vt commissi. de hære. lib. vj. vbi dicit ꝙ relapsis duntaxat nõ parcitur & denegatur audientia, ergo aliis qui nondum relapsi sunt, non denegabitur audientia, nec eorum spernetur peni-6 tentia. † Quia regula est quod vni denegatur cęteris concessum esse videtur l. cũ prætor. ff. de iud. l. qui testamẽto. §. eum qui. ver. mulier. ff. de testa. cap. cum sit generale. & ibi glo. de foro compe. no. Bal. et Doct. in authen. diaconissam. C. de epis. & cle. quamuis. Abb. in fi. fatetur ꝙ hęc eius opi. expresso iure non probatur, immo potius posset defendi contrarium in via iuris, quia illud cap. excommunicatus, in damnatis nullam dat indulgentiam. & tex. in d. c. ad abolendam, loquitur de redeuntibus statim. Ego autem vltra ea quę adducta fuerunt per Abb. pro ista sua opi. superaddo tex. in c. firmissime. extra eo. ti. vbi dicitur ꝙ omnis hæreticus & schismaticus cum diabolo & angelis eius æterni ignis incendio. Participabit nisi ante finem vitæ catholicę fuerit incorporatus, & reintegratus ecclesiæ. ex quo tex. probatur ꝙ pęnitentia ipsa admittitur & exauditur vsque ad extremum vitæ. Secundo pro eadem opi. adduco tex. in d. cap. vergentis. in ver. nisi, iuncta glo. vbi reperio ꝙ hæretico reuerso restituuntur bona ex misericordia & pietate canonica. sed clarum est 7 † ꝙ bona hæreticorum effectualiter non publicantur nisi per sententiam iudicis ecclesiastici, sicut fit in crimine lęsę maiesta. vbi prius fertur sententia & declaratur pœna, deinde capiuntur bona. l. quisque & l. fin. in princ. C. ad leg. Iul. maiesta. & in auth. vt nulli iud. §. fina. facit l. j. & ij. & l. fi. C. de sent. pas. & rest. & l. arriani. C. de hęre. Quibus superaddo bonum tex. qui mihi nuper occurrit in cap. cum secundum leges. in fi. eo titu. lib. vj. vbi in effectu concluditur ꝙ licet bona hæreticorum a die cõmissi criminis censeantur ipso iure confiscata, sicut bona reorum criminis læsæ maiestatis, vt l. fina. C. eod. titu. tamen vere & effectualiter nõ dicũt esse publicata nec actualiter appre-

apprehendi possunt, nisi demum secuta sententia iudicis ecclesiastici, vt dicit ibi text. in fin. super quo Archi. dicit ꝙ licet omnes contractus alienationum facti per hæreticum post diem commissi criminis retractari possint, est verum post latam sententiam, quæ retro trahit effectum suum ad diem commissi criminis, ex illa die videtur sibi interdicta alienatio ad instar minoris vel furiosi, vide ipsum, in d.c. cum secundum in fi. in ver. & est ratio, quia non habuit ius vendendi, 8 vbi expresse dicit † ꝙ licet donatio facta per hæreticum ante damnationem ea demum secuta reuocari possit, tamen dominia bonorum hæreticorum non pertinent ad fiscum, nec ad ecclesiam, nisi ea demum damnatione secuta super crimine qua fert iudex ecclesiasticus, cuius cōdemnationis effectus trahitur retro ad diem commissi criminis, vt proxime dixi alias sequeretur ꝙ fiscus siue inquisitore vel episcopo posset ad libitū suū bona ipsa vendicare, & alienare post diem commissi criminis ante sententiam, quod fieri non potest vt dicit ipse d.c. cum secundum. in fi. ergo sequitur ꝙ illa confiscatio quæ fit ipso iure nullum videtur habere effectum, nisi demum secuta sententia, & vr̄ ꝙ ante sentētiam potius habeat vim ꝓhibitionis alienandi q̄ dominium trāsferendi in fiscū: vt sonant verba tex. in l. fi. C. ad leg. Iul. maiesta. super qua & quibusdam alijs legibus vr̄ esse fundata decisio. d.c. cum secundum. & hoc ēt ex mente Archi. ibi dum allegat tex. in l. in causæ. la. §. fi. ff. de mino. quod patet ratione, quia si totum dominium translatum fuisset in fiscum a die commissi criminis, ipse hæreticus vel eius hæredes tenerentur fisco ad restitutionem fructuū omnium bonorum prædictorum a die commissi criminis vsque ad diem sententiæ, quod nullibi cautum reperio, sed potius contrarium scilicet ꝙ habent vim prohibitionis alienandi, & ꝙ ipse hæreticus in hoc ęquiparetur minori, prodigo, vel furioso quibus est interdicta administratio & alienatio bonorum suorum d. l. in causę. §. fi. & l. consilio, ff. de cura. furio. & ibi Bar. concludo igitur in hoc puncto ꝙ vera & effectualis cōfiscatio per quam dominiū trāsfertur in fiscum fit statim post latam sententiam & non ante. Vnde sequitur ꝙ restitutio bonorū quæ petitur per ipsum hæreticū reuersum præsupponit sententiā fuisse latam per ea quæ supra dicta sunt quæ quidē sententia fingitur fuisse lata die commissi criminis. 9 † Tertio pro eadem opi. facit ista ratio, quia statim ꝙ fit reuocatio deficit alterum ex duobus extremis substantialibus ipsius hæresis, quod est pertinacia in volūtate, vt not. xxiiij. q. iij. dixit Apostolus. pōt dici ꝙ ēt aliud extremū deficit, qđ est error in ratione, quia reuocando errorem deuenit in lucem veritatis, & lucis ingressus est erroris exclusio. c. cum ex iniuncto. §. j. extra. eo. titu. & not. in d.c. ad abolendam. §. j. deficientibus igitur & sublatis pertinacia & errore quæ tolluntur per ipsam reuocationem destruitur hæresis substantialiter, vt late diximus supra eod. titu. in j. q. iuxta diffinitionem hæresis, & probatur hoc per tex. in d.c. ad abolendam. & c. vergentis. vbi exposita regula reorum istius criminis & pœnarū quibus ipsi cruciantur subiungitur immediate exceptio nisi hæresim ipsam reuocauerint: ex quibus manifeste constat ꝙ per reuocationem ipsam tollitur hæresis omnino: quod tamē est verum in eo qui semel tantum incidit in crimen non autem in relapso qui absque vlla spe veniæ sublata sibi omni audientia postquam fuerit secunda vice deprehensus traditur statim curiæ seculari vltimo supplicio puniendus. d.c. ad abolendam, in fin. & ratio potest esse, ꝙ istius reuocatio recusatur, & nullatenus admittitur, quia præsumitur ficta & falsa ad effectum duntaxat euitandi pœnas corporales, animo potius decipiendi iudicem, & iterū reuertendi ad vomitum, vt canis, q̄ vere pœnitendi c. excommunicamus. el j. §. qui aut inuenti, extra eo. tit. & dicemus infra eod. titu. & in viij. q. ex quo text. probatur illa ꝓsumptio ꝙ ex quo alias quis fuit habitus suspectus de hęresi vehemēti suspicione, si iterum postea deprehēdatur in ea, præsumitur ꝙ semper fuerit in ea, & perseuerauerit in eius peruersa intentione hæretica, vt d. c. excōmunicamus. §. qui autem & c. ad abolēdam. in fi. licet in foro conscientiæ si vero corde pœniteat quoad Deum, pœnitētia illa est sibi satis proficua ad salutem animæ non autē corporis, vt not. in c. super eo §. fina. eod. lib. vj. & infra hac ead. quæst. tangam verbum in fi. Demum Abb. in d. c. excōicamus. respondendo eo modo quo potuit 10 ad tex. in d.c. ad abolendam † dicit quod aut isti hęretici fuerunt condemnati per iudicem ecclesiasticum nondum tamen traditi fuerunt curiæ seculari, & isto casu potuerunt admitti ad pœnitentiam reuocando, quia satis dicuntur incontinenti dictum errorem reuocasse, si illum reuocauerunt antequam tradātur in manibus iudicis secularis, & ita procedit dispositio illius c. aut volunt reuocare postquam traditi fuerunt curiæ seculari, & non poterunt amplius audiri; quia tunc dicuntur esse priuati omni priuilegio ecclesiastico propter degradationem, et ideo non erit amplius locus pœnitentiæ. Aduerte quia ista solutio Abb. nō videtur esse multum tuta de iure nec sustentabilis, et licet æqua sit in veritate. Tamen caret iuris fundamēto, quia nulla lege neque ratione roboratur contra l. illam. C. de colla. & in authen. de triene & semis. §. consideremus. Item quia non est generalis hæc sua distinctio, quia non comprehendit nisi clericos, dum dicit quod postquam sunt traditi curiæ seculari amiserunt omne priuilegiū per degradationem, sed laici non degradantur merito &c. & ideo melior solutio mihi videtur ista, tenendo illius opinionem, quod ex quo iudex ecclesiasticus per sententiam suam qua declarauit reum esse verum hæreticum & tradendum esse curiæ seculari, vt puniatur pœnis corporalibus illa fuit sententia diffinitiua, vt in c. excommunicamus el j. § primo extra eo. titu. & c. cum secundum. §. fina. eod. titu. lib. vj. siue igitur bene pronuntiauerit siue male, semel functus est officio suo cap. in literis. & cap. venerabilis. de offic. de leg. & l. iudex postquā. ff. de re iudi. & ideo non poterit amplius ipsam sententiam reuocare, &

reum ipsum ad eius manus retrahere, per notata per Inno.in d.c.in literis.de offic. deleg. & multominus hæc reuocatio fieri potest postquam sententia sortita fuit executionem suam per illam actualem traditionem quæ proprie executio est l.a diuo Pio.in princi. ff.de re iudi.& d.c. in literis. Res igitur adhuc apparet dubia,quia ex dictis Abb. non datur congrua & concludens responsio ad text.in d. c. ad abolendam.in d.versi. 11 continuo, † ꝙ verbum continuo siue continuus, de sui natura denotat actum immediatum absque aliquo temporis interuallo, sicut cũ dicitur quid fieri vnico contextu. Vnico contextu intelligitur scilicet antequam quis diuertat ad extraneos actus l.hæredes palam, & ibi Bart.ff. de testa. & hoc probat tex. in l.continuus.in prin.ff. de verbo.oblig.vbi dicitur ꝙ continuus actus dicitur ille,qui continuatim perficitur, vt post interrogationem sequatur responsio antequam respondens diuertat ad alia negotia, ad quæ si diuerterit licet respondeat eadem die vitiatur actus, ex quo tex.probatur ꝙ illa dictio, non admittit dilationem vnius diei.Quid dicendum casus profecto videtur esse satis dubius, ex vna parte vertitur rigor iuris,ex altera vero suadet æquitas, quã ius canonicum recusare non solet.c.j.qui cle. vel mona.de poen.dist.iij.pœnitentia.& c.perfecta,& est magni effectus ista resolutio ex quo hic agitur de vita hominis. Ego vero sum istius opinionis sal12 uo tamen meliori iudicio,† ꝙ hæc pœnitentia & reuocationis admissio sit arbitraria,et in mero iudicis arbitrio consistat, donec reus reperitur in manibus ipsius iudicis ecclesiastici, licet neminẽ adhuc inuenerim qui illam ponat, iudex igitur ecclesiasticus poterit illam admittere,aut in principio iudicij id est incontinenti, postquam quis fuit deprehensus in hæresi,aut in medio vel in fine iudicij,antequam tamen tradatur curiæ secu lari citius,vel tardius,breuius,aut longius secundum personarum conditionem, & qualitatem facti,vt l.respiciendum. in fi. principij.ff. de poen. ibi in grauioribus pœnis legum seueritatem cum aliquo temperamento benignitatis suscipiant, dicit Iureconsultus loquendo iudicibus & in leuioribus proniores ad lenitatem,vide tex.in l. aut facta.in prin.&.§.j. eo.tit.vbi dicit plura esse consideranda in pœnis iniungendis,& maxime personarum conditiones,pro quo facit tex .in l.nõ omnes.§.a barbaris.ff. de re mili. Pro cuius euidentia sciendum est ꝙ hæresis est crimen mere ecclesiasticum d.c.ad abolendam.§.pen. extra eo.titu. & in c.vt inquisitionis.§.pe.eo.titu. lib. vj. ita ꝙ illius cognitio atque decisio ad solum iudicem ecclesiasticum pertinet,de quo iura plurimum confidunt,& maxime in hac materia in qua multa cõtulerunt eius arbitrio terminanda, prout est modus & forma abiurandi hæresim d. c. ad abolendam,ver.nisi ad arbitrium episcopi &c.Itẽ bonorũ confiscatorum restitutio d.c.vergentis, & quęda alia sicut est traditio in manibus iudicis secularis.iuxta no.in c.super eo.de hęre.lib.vj.quare et non est dicendum ꝙ tempus admittendi istã reuocationẽ sit arbitrariũ,& in ipsius iudicis arbitrio mere consistat,attento maxime ꝙ ista reuocatio habet instar & similitudinem quandam pœnitentiæ spiritualis fauore fidei, qui est vt error istius hæresis penitus extinguatur, & ꝙ christiani omnes sub vna fide catholica religiose vi13 uant. †Quia Deus non vult mortem peccatoris,sed vt conuertatur, & viuat,vt habetur Ezec. xviij.c.& l. distin.ponderet. xxiij.q.j. si Petrus. & no.in c.accusatus.§.licet,eodem titu. lib.vj.& in c.j.& ij.qui cle.vel vouen. vbi admissio pœnitentiæ & reuocationis a malo post perpetratum scelus tota mandatur arbitrio iudicis in d.c.j. disponitur ꝙ quidam diaconus alium vulnerauerat in sabbato,& postea quandam mulierem duxit in vxorem & matrimonium de facto contraxerat. dicit ibi Pontifex ꝙ si ille diaconus vxore relicta humiliato corde ad pœnitentiam deueniens veniam postulauerit,sibi parcendum erit, & si iudici videbitur restituendus erit ad officium suum in ecclesia, & vlterius quoque ad presbyteratus ordinem iudice arbitrante poterit promoueri, cũ ibi sint duo grauia crimina,nihilominus si interuenit pœnitentia & iudici æquum videbitur, non solum parcitur delinquenti, & ad pristina officia restituitur,verumetiam ad maiora extollitur, eo maxime quando iudex cognoscit ipsum reũ fuisse alias hominem honestæ conditionis & bonæ conuersationis,vt dicit glo. in d.c.de quo verisimile sit ꝙ debeat se corrigere,ita dicamus in casu nostro quotiescunque iudex viderit aliquẽ hoc crimine notatum iuuenem simplicem aut mulierem,vel qui alias erat vir bonæ conditionis & famæ,& honestis conuersationibus solitus participare,non est dicendum ꝙ non debeat admitti ad reuocationem vsque ad sententiam, maxime qñ spes adest ꝙ in futurum erit melioris vitæ. d. c.j. & ij. qui cle.vel vo.& arg.l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mi.l.quis sit fugitiuus.ff.de ędi.edi. sed si esset vir malæ conditionis, & alias criminosus in alijs vel in hmõi crimine multum longeuus,aut alias habitus suspectus de hæresi,non dico graui, sed leui suspitione notatus fuerit, vt in c.accusatus.in prin.eo.tit.lib.vj. de quo spes non sit ꝙ in futurum debeat se corrigere,isto casu non admittatur pœnitentia sero, nisi incontinẽti &c. & ex hmõi circũstantijs & qualitatibus iudex poterit quandoque citius quandoque tardius admittere illos ad reuocationem,argu.d.l.aut facta, & l.respiciendum.in prin.ff.de poen.& l.j.ff.de cust. reo.& ibi Bart.quod & probari videtur per tex. in l.manicheos.C.eo.ti.vbi Imperator simplici14 ter dicit † pœnitentibus veniam damus, & non restringit se ad tempora vel momẽta, ergo debet intelligi in quacunque parte iudicij, quia illa indefinita æquipollet vniuersali. l. si plures. ff. de leg.iij.& per do. Alex. in rub. ff.sol.matri. ergo ius ciuile quod est rigorosius admittit simpliciter hanc reuocationem & pœnitentiam, quare volumus dicere quod ius canonicum ad quod magis spectat prosequi æquitatem,debeat tam duro modo & arcte procedere contra ipsos reos, & maxime illos qui publice pœnitentes volunt reuerti ad fidem catholicam,hoc esset nimis crudele,impiũ,

& damnabile

& damnabile potius quam religiosum & contra morem ecclesiæ, quæ nemini pœnitenti & redeũti gremium suum claudit. d. l. fin. §. æquum. C. de sum. Trini. l. distin. ponderetur. xxiiij. q. j. si petrus. & not. in c. super eo. eo. titu. & de conse. dist. iiij. omnis. quod potissime probari videtur per iura & rationes illas quas supra adduximus, p corroboratione opin. Abb. videlicet de restitutione bonorum quæ fit hæretico conuerso de qua in dicto cap. vergentis. quæ restitutio fieri non posset nisi bona prædicta fuissent prius effectualiter publicata & per fiscum apprehensa, quæ quidem apprehensio fieri non potest per fiscum nisi demum lata sententia per iudicem ecclesiasticum dicto cap. cum secundum. §. fina. in fin. eod. titu. lib. vj. nec minus vrgere videtur aliud fundamentum quod in pœnitente tolluntur illa duo extrema substantialia hæresis scilicet error rationis & pertinacia voluntatis, quibus deficientibus destruitur omnis hæresis in substantia sua. xxiiij. q. iij. dixit apostolus, cap. hęresis. & cap. hæreticus. eadem causa, & q. j. cum igitur deficiat crimẽ frustra tractatur de pœna l. absentem. ff. de poen. & 15 l. sancimus. C. eodem titu. † Pro quo facit etiam glos. in cap. excommunicamus. el ij. extra eod. titu. in versi. deprehensi. quæ vult expresse ꝙ post latam sententiam admittitur reuocatio. text. enim ibi admittit reuocationem postquam hæretici prædicti in errore fuerint deprehensi. glo. super illo versicu. dicit publice ita quod sit notorium, vel sint condemnati. pro quo facit in argu. tex. in cap. accusatus, eo. titu. lib. vj. secundum Panormi. vbi relapsis duntaxat non parcitur, ergo alijs qui non sunt relapsi parcendum erit. Et tenendo istam opinio. quam verissimã esse puto, non obst. text. in dicto cap. ad abolendam. in illo verbo continuo &c. quia dictio ista ciuili modo debet intelligi cum facultate alicuius honestæ & competentis dilationis, non tam repentino modo, quod non possit animam aspirare. nam istud verbum continuo, & alia similia aduerbia temporalia, sicut est continuo, illico, incontinenti, mox, & similia aliquam dilationem de sui propria natura recipiunt, quandoque vnius, quandoque duorum, trium, quinque, decem, vel vltra dierum terminum, & plus vel minus arbitrio iudicis, & secundum subiectam materiam: secundum quod eleganter concludit Bald. in l. ij. C. de edic. diui adria. tollen. nec minus propterea dicitur incontinenti, vel continuo, aut illico dictum id quod factum est post modicum interuallum vt supra dictum est, vt habetur per Bartol. in l. penul. C. deposi. & per domi. Alexan. in l. & si post tres. ff. si quis cau. & l. si debitori. & ibi Bartol. ff. de iudi. & l. cum speciali. C. eodem titu. cap. fina. de verbo. signifi. lib. vj. & ibi Ioan. And. & Archid. & l. vnica. C. de his qui se deferunt &c. libr. x. & de consecra. distinctio. v. nunquam. vbi continuo quid dicitur esse factum, licet factum si post temporis interuallum. vide Bald. in dicta l. ij. † vbi plus di-16 cit quod dictiones istæ recipiunt quandoque spatium temporis duorum, vel trium mensium, & propterea ille text. in d. cap. ad abolendam, non probat necessario & concludenter, ꝙ per illam dictionem, continuo, censeatur exclusa omnis mora siue temporis interuallũ, ex quo de sui natura patitur moram alicuius temporis, arg. l. non hoc. C. vnde cogna. faciunt notata per Bal. in l. neq; natales. C. de proba. & ideo opportune succedit regula illa de qua in l. j. in fi. ff. de iure delib. videlicet ꝙ vbicunq; sumus in materia quæ designat tempus incertum, illa incertitudo remittitur arbitrio iudicis declaranda. ita dicit tex. ibi, sed hic sumus in eisdem terminis ex quo dictio ista continuo, est incerta ratione temporis, quia quãdoq; nullam recipit dilationem, quandoq; aliquam recipit, sed paruam, quandoque longam, vt ex superius dictis apparet merito dicamus ꝙ succedit arbitrium iudicis per quod declarabitur illa incertitudo. d. l. j. §. fin. Pro qua opin. facit etiam ista ratio, quia de ista pœnitentia, & reuocatione fit mentio in pluribus locis in iure canonico, & etiã in iure ciuili. & in d. c. ad abolendam. in c. vergẽtis. extra eo. tit. & c. accusatus. §. licet & §. porro. eod. titu. lib. vj. & l. manicheos. C. de hæreti. l. hi qui sanctam. C. de aposta. & tamen nullibi reperio ꝙ iura velint sic statim post apprehensionem erroris dictam reuocationem fieri debere, nisi in d. c. ad abolendam, qui tex. vt proxime dixi, loquitur per verba dubia apta sui natura comprehẽdere dilationem, vt supra vidistis. cætera vero iura de hac reuocatione mentionem facientia, videlicet tex. in c. vergentis. extra eo. tit. in c. accusatus. eo. tit. lib. vj. l. manicheos. C. eod. titu. & l. fi. §. æquum. C. de sum. trini. omnia loquuntur indefinite, & indistincte, clarum enim est ꝙ si reuocatio ipsa fienda esset tam cito, de celeritate huiusmodi in aliqua alia. l. siue. c. expressio mentio 17 facta fuisset, † cum igitur generaliter & indistincte loquãtur iura prædicta generaliter & indistincte sunt intelligenda l. de pretio. ff. de pub. & gl. in cle. j. de iudi. & glo. in clemen. j. de re iudic. & alia glo. in capit. ne romani, de elec. & hoc videtur clare expressum in d. l. fi. §. æquum. C. de sum. trinit. vbi dicitur ꝙ redeuntibus nunquam gremium suum claudit ecclesia, quæ dictio nunquã est exclusiua vniuersaliter loci & temporis, & cuiuscunque alterius subiecti, iuxta quem apponitur, maxime quando simpliciter profertur sine limitatione l. nunquam actiones. ff. de actio. & obli. & ea. l. nunquam actiones. ff. de regul. iur. cuius legis sententia sumpta in sensu affirmatiuo nil aliud significat, nisi ꝙ ecclesia redeuntibus ex bono proposito, puro corde, & fide non ficta, semper tenet gremium apertum, & salutiferos ostendit amplexus; pro quo facit text. in cap. ponderet. l. distin. & xxiiij. quæstio. prima si Petrus. Pro qua opi. facit etiam tex. in d. c. accusatus. §. licet. eod. tit. lib. vj. hoc modo inductus. si enim fauore fidei catholicę disponitur ibi ꝙ standum sit assertioni & dicto periuri, non solum contra seipsum deponentis, verum etiam contra alios criminis socios, et faciat fidem contra omnes, dũmodo non liuore nec odio, sed zelo orthodoxæ fidei, processerit, cuius contrarium regulariter in

iure disponitur, ꝙ confessio socij criminis non facit fidem regulariter contra criminis sociũ, immo nec indicium, vt l.j.§.diuus Anto. & §.cum quis latrones.ff.de quæstio.& l. quoniam liberi. & ibi Bartol.& Salyce.C.de testi. & iiij. quæst. iij.si testes.in fin. versi.item liberi.& Specula. in titu. de testi.§.primo. versicu. item quod est socius. quod est verum maxime quando agitur ad 18 pœnam criminis, †quia in criminalibus debent esse probationes luce clariores ad condemnandum l.sciant cuncti.C.de proba. ij. q. viij. quisquis & c.sciant licet enim reuocatio prioris dicti facta fuerit ex interuallo, vt dicit glo. in d.§. licet, multomagis dicendum est quod eadem reuocatio debeat ex interuallo admitti in eodem crimine, quando agitur de absolutione & conuersione peccatoris dummodo facta sit bono zelo &c. maxime, quia per istam interpretationem reuertimur ad regulam iuris communis, qua cauetur quod materia absolutionis est fauorabilis, vt not. Docto. in dicta l.sciant.& in l.absentem.ff.de pœnis. Et tenendo istam opinio.cessat illud absurdum de quo supra diximus, in principio primæ cõclusionis, videlicet ꝙ si reuocatio ista indistincte admitteretur rari vel nulli reperirentur hæretici qui pœnis corporalibus vltimi supplicij punirentur, quia quotiescunque reus videret iudicem paratum &c. nam secundum istam opinio. hęc facultas reuocandi est penitus sublata reo, postquam est traditus in manibus iudicis sęcularis, vt supra latius dictũ fuit. ideo cessat ratio illa, quia tunc nõ est amplius in facultate rei velle reuocare, vt diximus supra, nec etiam est in facultate sua quãdo velit reuocare dum remanet apud iudicem ecclesiasticum. nisi reuocet incontinenti, sed est in facultate iudicis ecclesiastici, quando velit admittere suam reuocationem, & pœnitentiam, arg. eorum quæ habentur in d.cap. vergentis. ibi, nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum consortium, misereri aliquis voluerit &c. & c.j.& ij.qui cle.vel vouen. Non obstat etiam 19 tex. in d.l.continuus, in prin.† quia ibi sumus in contractu stipulationis qui perfici debet vnico cõtextu, & de sui natura non recipit dilationẽ, alias non diceretur factus vnico contextu, si partes antequã perficerent recederent ad extraneos actus d. l.hæredes palam.§.fi.ff.de test.l.lecta.§.dicebam. & quæ no. ibi Doct.ff. si cer. peta. & hoc est de substantia ipsius contractus ꝙ responsio fiat in cõtinenti a præsente pręsenti l.j.§.qui presens.ff.de verbo.obli. Et ideo dico ꝙ aut aduerbia ista tẽporalia sicut est continuo, incontinenti, mox, illico, & similia apponuntur super actu momentaneo qui fieri debet vnico contextu, nulla interueniente dilatione, neque actus extranei intercessione, & significat tempus immediatum, & nullam recipit dilationem, saltem quæ præoccupet extraneũ actum, & hoc modo intelligitur d.l.continuus.in prin.& l.hæredes palam.§.fina.ff.de testa. Aut apponuntur super actu successiuo vel termino reiterabili qui requirit quandoque terminum ad deliberandum vt est aditio hæreditatis, vt l.cum antiquioribus. C. de iur. deliberan. & tunc recipiunt semper aliquam dilationem & interuallum temporis, quandoque plus, quandoque minus, secundum subiectam materiam.d.l.penul.C.depositi & l. cum speciali. C. de iudi. & l.si debitori.ff. eod.titu. & l. & si post tres.ff.si quis caut. & ibi per D. Alexan. & per Bald.in d. l. ij. C. de edi. diui. Adri. tollen. & quotiescunque esset incertitudo temporis, quia non esset limitatum nec specifice declaratum in iure, statu arbitrio iudicis & illius declarationi.dicta l.j.§.fina.ff.de iur. delibe. Quibus non obstat etiam illud quod dicit Archi. in cap. vt commissi. eod. titu. lib. vj. dum declarat qui dicuntur sponte ad gratiam re20 dire, vbi concludit † ꝙ illi dicuntur sponte redire qui veniunt intra tempus gratiæ scilicet antequam personaliter fuerint requisiti, & probationes contra eos nundum receptæ fuerint. si enim postea compareat inquisitus dicitur venire post tempus gratię, auditur in suis defensionibus. sed volens errorem suum reuocare & veniam obtinere non admittitur ad gratia, tamen idem Archi. in fin. declarat dictum suum, ꝙ text. ibi non loquitur de talibus obedientibus; quia si essent tales non deberent post reuocationem incarcerari, & sic videtur esse intentionis, ꝙ postquam isti incarcerantur post reuocationem ꝙ reuocatio illa admittenda sit etiam post negationem, & receptionem attestationum ex quo incarcerantur post reuocationem loco pęnitentiæ, & sic non videntur habere liberam indulgentiam in omnibus, vide Hostien in sum. eod. titu. §.qualiter. ver. aduerte 21 tamen. ex quibus remanet firma cõclusio. †Vltimo pro complemento istius materiæ reuocationis hæresis dicas ꝙ duplex est reuocatio & pœnitentia. altera, quæ fit ad salutem animæ duntaxat in foro conscientiæ, altera vero quę fit ad vtriusque salutem scilicet animæ & corporis.

Prima indistincte fieri potest per quãcunque personam super quocunque crimine & quocunque loco & tempore vsque ad finem vitæ hominis viuentis vt l. habetur in cap. firmissime. extra eod. titu. dummodo facta sit puro corde, & spontanea voluntate. de pœni. dist. iij. perfecta pœnitentia. & cap.j.& ij. qui cle. vel vo.cap. super eo.de hæreti.lib.vj.ex quo infero ꝙ ista pœnitentia & reuocatio est generalis non solum ratione personarum & criminis, sed etiam ratione loci & tempo22 ris dicto cap. super eod. in fi. † vbi nota casum mirabilem ꝙ hæretico etiam relapso in heresim qui debet igne vitam suam absque vlla spe venię finire, si emiserit pœnitentiæ signa manifesta non denegantur sibi ecclesiastica sacramenta sicut cõfessio & eucharistia, quibus humiliter ab ipso reo petitis nullatenus erunt sibi deneganda, licet corpus sit omnino periturus. ita est text. expressus. in d.cap.super eo.in fin. Secundo vero casu quando est pœnitentia & reuocatio quę fit gratia vtriusque scilicet animæ & corporis & pro vtriusque salute, & ista non est adeo generalis sed specialis & restringitur ad loca & tempora de quibus supra, & ista nunquã competit relapso. d. cap. ad abolendam.& cap.accusatus. extra eod.tit.in antiq.& in vj.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus qui pœnitens bonorum suorum restitutionem obtinuit, an possit recuperare illa à fisco occupata.*
2 *Sententia restitutionis tantum restituit quantum sententia condemnationis ademit.*
3 *Ius canonicum de salute animæ curans, de bonis temporalibus raro disponit.*
4 *Restitutus contra quem recursum habebit, bona sua per fiscum alienata sint.*
5 *Possidens in pari causa prioris est conditionis.*
6 *Peccatori conuerso pro bonis recuperandis, quo subueniatur remedio.*

Quæstio VI.



SEXTO videndum est ex quo diximus supra ꝙ bona hæreticorum confiscantur, quæro † quid si hæreticus qui abiurauit hæresim & obtinuit restitutionem bonorum suorum, tamen reperiit bona sua fuisse per fiscum occupata, an illa poterit a fisco recuperare, dic ꝙ sic, si iudici videbitur, vt in d.c. vergentis, in ver. his tñ &c. extra eo.tit. ex quo no. ꝙ restitutio bonorum quę fit reo postquam habuit gratiam criminis & pœnę est arbitraria de iure cano. quod secus est de iure ciuili, vt infra proxime dicam. Contra hoc oppo. de l.j. & ij. C. de sen. pas. & resti. nam in restitutione bonorum quæ fit reo qui habuit gratiam criminis & pœnæ sunt multum attendenda verba rescripti gratiosi, Aut enim gratia fuit elargita a principe per modum indulgentiæ, & sic per verbum indulgeo, aut per modum restitutionis, & per verbum restitutio. Primo casu reus non dicitur restitutus nisi ad vitam duntaxat, bonis & fama apud fiscum remanentibus. d.l.ij. C. de sen. pas.

Secundo vero casu qñ per modum restitutionis ad oia censetur restitutus, scilicet ad vitã & bona 2 & famã. d.l.j. & l.fi. C. de sen. pas. † quia quantum condemnationis sententia ademit, tantundẽ restitutionis sententia tribuit & restituit d.l.fi. §.fi. & ibi Bar. & ij.q.iij. si quem. Solu. dixerunt quidã ꝙ in d.c. vergentis, restitutio fit a lege, sed in d.l.j. & ij. restitutio fit a principe viuente, & sic ab homine, et mitius agitur cum lege ꝙ̃ cum homine. l. Celsus. ff. de arbi. ista sol. parum valet, quia restitutio de qua in d.c. vergẽtis. fit ab homine qui ab ipsa lege habet arbitrium, non autem ab ipsa lege principaliter & immediate, & ideo aliter dicas ꝙ in restitutione illa quæ fit de iure cano. vt d.c. vergentis. consideratur principaliter fauor animæ, & fidei, & in ea plurimum attenditur mẽtis sinceritas, & constantia in obseruatione & perseuerantia fidei catholicę d.cap. vergentis. in ver. ibi nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum consortium &c. & d.c.j. & ij. qui cle. vel vo. In alia vero quę fit de iur. ciui. vigore d.l.j. & ij. non attenditur fauor animę vel fidei, sed fauor, largitas, & gratia ipsius principis 3 & commodum temporale. † Et ideo ius canonicum quod principaliter attenditur ad salutem animæ parum curauit de bonis temporalibus, sed diligẽter attẽdit ad id quod erat maius periculũ. c. vbi periculum. de elec. lib. vj. & propterea nõ curauit quicquam certum disponere de ipsorum bonorum restitutione, sed illam totam iudicis arbitrio demandauit, nec in ea curauit vel attendit subtilitates verborum iuris ciuilis, an restitutio istorum bonorum fuerit facta vel concessa, per verbũ constituo, aut per verbũ indulgeo, sed qualitercunq; facta fuerit gratia ipsorum bonorũ restitutio semper statim arbitrio iudicis d.c. vergentis. c. si pater. de testam. & c. licet mulieres. de iureiu. lib. vj. Ponamus enim ꝙ ipse reus omnia bona sua, vel saltem maiorem partem ipsorum lucratus fuerat ex fenore, quia dum erat sub praua hæretica professione exercebat magnas vsuras ex quibus maiorem partem suæ substantiæ composuerat, dicendum ne erit isto casu ꝙ iudex ecclesiasticus debeat restituere bona dicto conuerso, dico ꝙ non, vt no. Card. in d.cle.j. de vsur. & per Dy. in regu. peccatum de regu. iur. lib. vj. Cũ ergo istæ duæ rationes sint diuersæ & ex diuersis causis stant, merito debent diuerso iure censeri. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l.pen. ff. de calum. cum si. Sed quæro retentis eisdẽ terminis, 4 † quid si fiscus bona ista iam alienauerat, & in priuatos vsus cõuerterat in totum vel in partem, contra quem habebit recursum iste restitutus, & an poterit dicta bona ab ipsis possessoribus vendicare. Respon. distingue, aut fiscus bona prædicta alienauerat titulo lucratiuo, scilicet donationis, aut legati, vel titulo oneroso, scilicet venditionis, locationis, emphyteusis, & similibus. Primo casu, aut bona illa fuerant acquisita ex fœnore, vel alio iniusto titulo, & non datur repetitio dicto reuerso ad fidem per not. doctrinam Car. in d.cle.j. de vsur. et Dy. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. vj.

Aut fuerunt iusto titulo acquisita. & proculdubio poterit illa vendicare. d.l.ij. & quæ no. ibi Bar. in iiij. col. C. de sen. pas. et resti. ratio est, quia iste tractat de damno euitando. illi vero possessores de lucro captando merito iste præferendus est illis. l.fi. C. de codi. & in auth. de imponen. lucra. descrip. in prin. Secundo vero casu quando ex ti. oneroso illa vẽdicare nõ poterit ratio est vna, quia isto casu vterq; tractat de damno euitando 5 & sunt partes in causa, & regula est ꝙ † in pari cã potior est cõditio possidentis. c. in pari. de reg. iuris li. vj. alia ratio viget & melior, quia cũ isti possessores emerint a fisco, qui erat verus dominus dictorum bonorum. l. quisquis. & in l.fi. C. ad l. Iul. maie. & l. ariani. C. de here. c. ad abolendã, in fi. & c. vergentis. extra eo. titu. & c. cum secundum. ll. eo. tit. lib. vj. merito fuit in eisdem emptoribus translatũ verũ dominium ipsorũ bonorũ & posses. adeo quod iudex ecclesiasticus, aut superior restituendo bona isti conuerso non potest restituere, nisi illa quæ sunt apud fiscum, quorum adhuc

adhuc est dominus, alia vero quę fuerunt alienata non potest amplius restituere absq; consensu dominorum & possessorum. l. id quod nostrum est. ff. de reg. iur. fiscus enim succedit in bonis ipsius rei tanquam hęres, vt l. tutor. C. ad l. Iul. de vi pub. et propterea potuit in eos verum transferre dominum. l. sed & si lege §. item si rem. ff. de peti. hære di. & Bar. in d. l. ij. in iij. col. versicu. pro declaratione. & propterea rei vendicatio non datur isti conuerso, quia illa non datur cõtra dominum qui posside t. l. mater. l. cum a matre. & l. a posside ntibus. C. de rei vẽdi. † quomodo igitur poterit subuenire calamitati istius peccatoris conuersi, erit ne dicendum quod omnino perdat suũ, dic ꝙ non, sed sibi subuenitur hoc modo, quia datur sibi conditio ex lege contra fiscum ad recuperandum pecunias illas quas ex venditione dictorum bonorum acceperat, si extant, si vero non extant nulla datur repetitio, & ideo distingue sic, secundum Barto. in d. l. ij. ꝙ aut fiscus ex pecuniis quas accepit ex venditionibus seu alienationibus dictorũ bonorum fuit effectus locupletior, quia versę fuerunt in vtilitatem fisci, aut non, quia forsan fuerunt furto subtractæ, aut alio casu deperditæ. primo casu fiscus tenetur ad illarum restitutionem; secundo vero non tenetur, secundum ꝙ decidit Bartol. in dicta l. ij. quem vide, qui latius exponit & declarat ibi hanc materiam per plures quæstiones.

SVMMARIVM.

1 *Hæretico conuerso & veniam obtinenti an sit pœna loco pœnitentiæ iniungenda.*

Clericus in carcerem perpetuum detrudendus debet degradari prius.

2 *Pœna perpetui carceris ex dispensatione potest commutari hodie.*

Quæstio VII.



SEPTIMO quæro an hæretico † prædicto post reuocationem hæresis sit iniungenda aliqua pœna loco pœnitentię, postquam habuerit indulgentiam vitæ, dic ꝙ sic, quia intruditur in perpetuum carcerem ad agẽdum perpetuam pœnitentiam. c. excommunicamus. el ij. & ibi gl. extra eo. ti. & c. j. eo. ti. lib. vj. Et no. ꝙ clericus qui intruditur in istum carcerẽ debebit prius degradari, et deinde in ipso carcere mutari, ita dicit tex. in d. c. j. ibi perpetuo murandus &c. quod videtur quid mirabile, vt postquã ecclesia admisit illum ad pœnitentiam & reuocauit hęresim publice medio iureiuran. debeat postea degradari, vel si degradatus erat remanere in eodẽ statu priuatus dignitate ecclesiastica, sacris ordinibus, ac officiis & beneficiis ecclesiasticis, & degradatus dicitur inhabilis & incapax ad obtinendum officia, & beneficia ecclesiastica. c. degradatio. in fi. de pœn. lib. vj. no. per d. Felyn. in c. non potest. de re iudi. & hoc modo videtur esse melioris conditionis laicus ꝙ̃ clericus, quia laico restituuntur bona quandoq;, vt d. c. vergentis. eo. ti. & supra late dixi proxima q. cogita tamen, quia videtur satis durum ꝙ clericus per insignem pœnitentiam non consequitur aliud ꝙ̃ solius vitę beneficium quam vitam miseram ducet in perpetuis carceribus, licet per quam durũ sit, tamen lex ita scripta est. d. cap. penul. & cap. j. eod. titu. in anti. & in vj. ideo seruanda est. l. prospexit. ff. qui & a quib. ideo dicit Abb. in d. cap. pen. ꝙ satis est sibi si euadunt pœnam mortis per ipsam reuocationem, cũ regulariter non soleat tolli pœna corporalis per pœnitentiam. d. l qui ea mente, & supra dictum fuit in princ. præcedentis quæst. nihilominus dicit Abb. in d. cap. pen. † ꝙ pœna istius perpetui carceris poterit hodie permutari ex dispensatione, & in alteram speciem conuerti arbitrio superioris, vt est text. in cap. vt commissi. §. necnon. eo. lib. vj. quia ex eo datur facultas iudici permutandi pœnam ipsius perpetui carceris. & not. quod est ius nouum Bonifacij octaui qui mitigauit rigorem iuris antiqui. Archi. tamen in d. c. vt commissi. in fin. dicit ꝙ clericus beneficiatus qui est paratus corrigi, & corde non ficto reuerti ad vnitatem christianę fidei, deponi non debet, & per consequens retinebit omnia beneficia, & allegat gl. quę videtur bene hoc probare in c. nunc autem. xxj. distinctio. in versic. Marcellus. in fin. tamen credo ꝙ dictum Archi. & glo. procedat quando sponte & a principio quis reuocauit errorem prędictum, non autem quando post negationem aut sententiam, quia diceret contra tex. in d. c. j. eo. tit. lib. vj. & glo. in d. c. excommunicamus. el ij. §. fi. quæ iura volunt clericũ post reuocationẽ debere immutari, & ideo limitantur vt supra.

SVMMARIVM.

1 *Deprehensus in aliqua hæresis suspicione qua sit pœna plectendus.*

2 *Damnari potest quis ex suspicione sola in criminibus atrocissimis.*

3 *Bona rei per annum contumacis in non comparendo annotata fisco applicantur.*

4 *Excommunicationem per annum sustinens an possit vt hæreticus condemnari.*

Quæstio VIII.



OCTAVO quęro quid si aliquis fuit † deprehensus non in hæresi expressa, sed in aliqua suspicione hæresis an sit puniendus & qua pœna. Respon. ꝙ iura non imprimunt contra istum aliquam pęnã saltẽ a principio sed mandant illũ debere se sufficienter purgare aduersus notã illam & congrue docere de innocentia sua & bona fama, quæ habetur

betur inter fideles Christianos & viros catholicos, & ecclesiasticos, ex quibus indicis & probationibus purgatur omnis macula istius peccati. quæ contra ipsum fuerat obiecta, quæ quidem purgatio quandoque maior, quandoque minor. siue leuior requiritur secundum grauitatem, vel leuitatem suspicionis & conditionem personæ, quam purgationem si ipse suspectus facere neglexerit postquam monitus fuerit ad illam faciendam erit excommunicandus, a qua quidem excommunicatione nisi se legitime purgando intra annum exemerit, anno elapso vt verus hæreticus condemnãdus erit, & eisdem pęnis hæreticorum puniendus, ita ad literam dicit text. in d.c. excõmunicamus.

2 el j.§. qui autem inuenit. extra eo. tit. † Ex quo not. casum istum valde specialem ꝙ quis ex sola suspicione damnatur in atrocissimis criminibus contra regulam ordinariam iuris communis, quæ habet ꝙ in causis criminalibus debent esse probationes luce clariores. l. sciant cuncti. C. de proba. c. pia. de excep. lib. vj. & ij. quęst. viij. quisquis. & c. sciant. sed tu dic ꝙ suspicio ista continuata in cõtumatia & in excommunicatione per annum est effecta adeo vehemens et velocissima ex qua dici potest ꝙ si orta præsumptio iuris indubitata, & per consequens euidens probatio, vt not. Bart. & Doc. in l. si adulterium cum incest. in princ. & in l. quod ait lex. ff. de adul. & Bald. in l. neque natales. C. de prob. per Albe. Gandi. in suo tracta. malefic. in titu. de præsum. & indicijs indubi. & Ange. de Are. et quamplures alios modernos quos breuitatis causa non refereo hic, dicam aliqua infra glos. igitur in d.c. excõmunicamus. §. qui autẽ. quam Abb. ibi multum commendat & sequitur, dicit ꝙ iste non dicitur ex leui præsumptione dãnari, sed ex violentissima, quæ facit indicium indubitatum, & præsumptionem iuris expressam, quæ vt dixi recipit incrementum ex pertinacia illius qui stetit in excommunicatione per annum & illius contumacia, ꝙ tamen contrarium appa-

3 ret de iure ciuili † vbi si reus steterit per annum contumax in non comparendo, eius bona annotantur, & fisco applicantur, qui reus si intra annũ prædictũ redierit comparens recuperat bona sua & admittitur ad se defendendum. l. j. et l. annus. ff. de requi. re. post annum vero rediens non recuperat amplius bona, sed si vult se defendere admittitur ad eius defensiones, & non cõdemnatur absens d. l. j. l. annus. & l. fi. ff. de requi. reis. & l. absentẽ. ff. de pęn. vide. gl. in d.c. excommunicamus. §. qui autem. quę est valde notabilis quæ in fi. pōnit aliũ

4 casum non minus superiore notabilem. † Quid si aliquis ex alio crimine quam hęresis propter eius contumaciam fuerit excommunicatus, in qua excommunicatione per annum induratus institerit, an poterit vt hæreticus condemnari, eo quia sustinuit excommunicationem per annum, & cõcludit ꝙ de hæresi condemnari non poterit, sed bene poterit condemnari de illo crimine pro quo fuerant excõmunicatus, quia illa excõmunicatio tęteta per annũ indurato corde in illa cõtumacia facit illum haberi pro cõfesso. vide. Abb. qui hoc idem tenet in dicto c. excõmunicamus. in ij. col.

SVMMARIVM.

1 Receptatores & fautores hæreticorum quibus sint pœnis afficiendi.

2 *Receptatio hæreticorum est omnino interdicta.*

Hæreticis nec inter viuos nec in vltima voluntate relinqui potest.

3 *Credentes hæreticis pari sunt pœna plectendi.*

Quæstio. IX.



1 ONO videndum est de receptatoribus † credentibus & fauoribus hæreticorum quibus pœnis puniẽdi sunt, & breuiter dicas ꝙ quam primum de ipsorum crimine constat declarandi sunt excõicati, in qua quidẽ excõicatione si p annũ indurato corde insteterint, nec se corrigere curauerint post annũ efficiunẽ infames vtraq; infamia ipso iure notãt, ita ꝙ si laici sunt erunt omnibus actis iuridicis incapaces, & vt mortui reputantur, clerici vero hisdem criminibus notati, si per annum, vt supra, in excõmunicatione insteterint. post annum omni officio & beneficio ecclesiastico sunt priuãdi, nec mirandum est si grauioribus pęnis clerici puniuntur ꝗ laici, quia vbi maior est culpa ibi grauior debet esse vindicta, ita dicit tex. ad literam in d. c. excommunicamus. el j. §. credentes. extra eo. ti.

Ex quo tex. not. ꝙ pro eodem crimine grauius puniũtur clerici ꝗ laici de iure cano. ratione pręⁿ

2 dicta. † Nota etiam ꝙ est omnino interdicta receptatio hęreticorum, etiam si essent parentes, filij, fratres, & similes, nec quis excusari potest ratione sanguinis, vt dicit gl. in d. c. excõmunicamus. §. credentes. Quinimmo nemini licet etiam inter viuos, aut in vltima voluntate quicunque relinquere de bonis suis proprijs, & in euentum in quem post mortem alicuius inuentum fuerit ꝙ is in vita sua vel causa mortis aliquid ex bonis suis prędictis hæreticis reliquerit vel donauerit, vt hæreticus damnandus, & declarandus erit etiam post mortem cuius cadauer & ossa si in loco sacro sepulta reperiuntur exhumanda sunt, & in prophanis locis proijcienda, nec cuiq; parcitur licet esset episcopus, vt in c. ij. quod incipit, si quis episcopus. extra eod. tit. Contra prędicta oppo. dum dicitur credentem debere excõmunicari d. §. cre-

3 dentes, nam text. in c. pę. §. fi. eo. tit. dicit † ꝙ credentes debent eisdem pœnis sicut hæretici puniri, gl. in c. accusatus. §. si vero. eo. tit. lib. vj. mouet istã q. & tangit difficultatem quam Abb. in d. cap. excommuicamus, el j. §. credentes. extra gl. reassumit, & tandem reddunt hanc solutionem quod in §. credentes. el primo. illi receptãtes erant ignari de illorum praua & damnabile intentione, sed putabant illos esse bonos & catholicos viros, nec debent illorum erroribus. in d. auten. §. credentes. & c. excommunicamus. el ij. eo. ti. quod est penul. sciebant illos esse hæreticos, & credebant ad vnguem illorum erroneis opinionibus, & propterea

cum

cum essent eadem labe polluti, ideo vt hæretici proprie sunt iudicandi. Vel dicas ꝙ dictio illa credentes, in d.ca. excommunicamus. el j. improprie ponitur hoc est scientes, quia illi scieter receptabant hæreticos, non tamen credebant eorum erroribus, & ideo puniuntur leuioribus pœnis ꝙ hæretici in d. vero. §. credentes. el ij. ponitur proprie de credentibus id est illis qui sciunt receptatos esse hæreticos, & etiam quia eorum falsis opinionibus firmiter credunt, ideo puniuntur vt hæretici. vide apost. d. Zacha. super Abb. in d. §. credentes. qui aliter exponit illud verbum, sed mihi non placet.

SVMMARIVM.

1 Suspectus de hæresi post factam abiurationem in hæresi expressa deprehensus, an possit damnari tanquam relapsus.

2 Supplicium vltimum instigitur ex fictis probationibus in atrocioribus criminibus.

3 Reuocatio erroris non admittitur, nisi statim fiat post deprehensionem.

Relapsus in hæresim quando quis dicatur.

Quæstio X.

DECIMO & vltimo quęro, Quidam † fuit habitus suspectus de hęresi, & facta canonica purgatione arbitrio episcopi hæresim abiurauit, deinde post tempus aliquod deprehēsus fuit in expressa hęresi, quæritur an iste habeatur pro relapso & puniendus sit vt relapsus. iuxta not. in d.c. ad abolendā. in fi. vel sit admittendus ad defensiones, & pœnitentiā, ac si nunquam fuisset habitus pro suspecto. vt d. cap. ad abolendam, in principio. Respon. text. in d. ca. ad abolendam. in fin. videtur velle ꝙ indistincte puniatur, vt relapsus. text. autem in c. accusatus. in prin. eo. tit. lib. vj. aliter dicit distinguēdo, & melius, ꝙ aut suspicio propter quam ille abiurauerat hæresim erat grauius & vrgens, vt quia insurrexerat ex grauioribus, & vrgentibus indicijs & verisimilibus, & isto casu iudicatur vt relapsus, & eisdem pœnis punitur absque vlla defensione. ita dicit text. in d. accusatur. in prin. & ratio est quia per hanc secundam deprehensionem expressam declaratur animus illius ꝙ prima vice fuerit in mala opinione contra fidem Christi, in qua semper præsumitur continuasse vsque ad secundam deprehensionem, ita dicit text. in d. ca. accusatus. in prin. ibi, quidam iuris fictione censetur esse relapsus quæ, quidem fictio siue pręsumptio est iuris & de iure contra quam non admittitur probatio in contrarium, vt no. Doct. in cap. afferte. de præsum. & l. quod ait lex. & l. si adulterium cum incestu. & ibi Bart. ff. de adul. & l. filium cū diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. l. nō est verisimile. ff. quod met. cau. & per Bal. in l. neque natales. C. de probatio. 2 †Ex quo nota casum valde singularem ꝙ in criminibus atrocioribus quis punitur vltimo supplicio propter fictas probationes contra regulam. l. sciant cuncti. C. de probati. & ij. q. viij. quisquis. & cap. sciant, & vide quæ supra dixi. q. viij. ita colligitur ex text. & glo. in d. cap. accusatus. in prin. idem sentit Abb. in cap. excommunicamus, el j. in glos. in versic. condemnentur, extra eod. ti. quia alias potuisset per pœnitentiam euitare pœnam, sed tu dic ꝙ nō punitur ibi propter fictas probationes, immo propter veras & expressas ex quo fuit deprehensus in hæresi, & propterea punitur vltimo supplicio, sed illa prior suspicio hoc operatur quod pręsumitur siue fingitur esse relapsus ex qua fictione siue præsumptione denegatur sibi facultas reuocandi & abiurandi hęresim, & hoc est quod in effectu operatur illa suspicio. Si vero suspicio pro qua prius abiurauerat hęresim erat leuis, & parua, tunc non habetur vt relapsus, sed est, ac si nunc prima vice peccasset, nec denegatur sibi reuocatio & abiurationis beneficium, vt possit pęnas mortis euitare vt d. cap. accusatus. §. j. 3 † Et no. ꝙ isto casu teneo ꝙ istius reuocatio non sit admittenda nisi incontinenti fiat postquam fuit deprehensus in hæresi, propter illam priorem suspicionem, quia caret suspicione relapsi. & in hoc vertitur satis arbitrium iudicis quando velit reuocationem ipsum admittere de quo dixi supra eo. q. v. in fi. vbi etiam tetigi verbum de hoc, quod not. pro declaratione eorum quæ dixi. ibi pro quo facit quod habetur in l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mil. & l. quis sit fugitiuus. ff. de ædil. edi. & hoc est quod dicit tex. in d. cap. accusatus. §. j.

Et not. vnum in hac materia relapsionis quod non solum quis dicitur relapsus in hæresim si in eadem specie heresis bis peccauerit, verum etiam si in diuersis speciebus inciderit, quia in hac materia non attenditur modus siue species peccandi, sed consideratur effectus violationis fidei ad quā omnes species hæresis tendunt. vide text. in cap. pe. in prin. extra. eo. tit. & ibi Abb.

FINIS.



TRACTATVS CONTRA HAERETICAM PRAVItatem per Gundissaluum de Villadiego Sacri Palatij Apostolici auditorem editus, incipit feliciter.

IVRECONSVLTORVM CONsultissimo do. Bartholomeo Chassaneo, regii Senatus apud prouinciarum Prouinciam supremo præsidi integerrimo, Ioannes Nicolaus Arelatanus S.


CVM doctorum virorum consuetudine, & frequentia Lugduni nonnunquam fruar (amplissime præses) fortuito oblatus est elegãs de hæreticis Tractatus, antiquus quidem succiq; plenus, ordinato stilo tantum ad eius rei enucleationem faciens quantum obscuris prolixisq; voluminibus cæteri iureconsulti. verum is vsq; adeo veterum in curia corruptissime editus extitit, vt facile dixisses authorem non pœnituisse, si opus suum iterum & ex interuallo regustasse proprius, atq; recognouisse fata siuissent. Dolui profecto, dolui multiiuge eruditionis monumenta orthodoxis admodum profuctura tineis corrodi, & inter antiquitatis rudera cariem situmq; ab omnibus pœnę negligi, ac tam spectabilis viri sudores nunquam non latere, quo fit vt non intus mihi canens, sed communi studiosorum vtilitati consulens, huiusce libelli recognoscendi curã subire minime sim veritus. Opus igitur qua valui solertia repurgaui compendiariis summariis prenotaui, ac deniq; elementario indice exornaui, vt hic possint studiosi depromere quod in rem suam futurum putant, idq; citra laborem assequantur. Ad hęc secundum de hæreticis confeci tractatum, quinquaginta pronuntiatis ex immenso iuris pelago decerptis (præter ea quę in Gundissalui tractatu scripta sunt) refertũ. ac tandem emunctis nitidisq; caracteribus omnia in lucem prodire curauimus, quibus sane peragendis eo ęquius atq; intentius operam meam exhibui, quo huic nostræ etati in tanta hęreticorum audacia non parum adiumenti sint allatura, vt qui alio telo Lutheranę factionis conscios confodere nequeo, hoc saltem dimicandi genere supprimendos, ac funditus euellendos doctrinis comprobem. Verum dum huic feturę meæ patronum de more disquirerem, qui eius tutelam susciperet, & a zoilorum obtrectationibus caninaq; facundia protegeret, nullum mediusfidius te pręstantiorem concipere valui, cui primitias meas tutendas reponerem, quando quidem quantis perluceas virtutibus, cum eminens dignitatis culmen, ad quod animi tui egregiis dotibus euectus es, tum omni æuo celebranda commentaria in consuetudines Burgundię, responsa, vel Affricano Iureconsulto digna, gloriæ mundi catalogus, alia deniq; innumera tui ingenij monumenta aperito sunt in documento. Subuerebar, ita me dij bene ament, tibi viro omni ex parte absolutissimo tam leuiuscula nuncupare, ni tua clementia, integritas, atque religio mihi calcaria adhibuissent. Commodum si quidem fuit & rationi consonum, vt integerrimo, ac christiano pręsidi hęreticorumq; expugnatori imperterito hæc de hęreticis scripta dicarentur. Quare pręses Illustrissime hanc ingeniolimei feturam æquo animo suscipe. in quibus sane si quippiam auribus tuis repurgatissimis frigidũ, atque ieiunum occurrerit, id tuæ submitto censurę. nosti, enim ꝙ arduum sit vetustis nouitatem dare, nouis authoritatem absoletis nitorem, fastidiis gratiam, & obscuris lucem, ad hęc in omnibus bene dicere & in nullo peccare, teste Iustiniano, potius diuinum quam humanum est.

Vale felix.


DOMINVS noster olim in Euangelio prędixerat, Circa finem seculi pseudo Christos & pseudo Prophetas surgere, & multos seducere, & fideles suos multas in mundo habituros præssuras. Sed tamen portas inferi non pręualituras. Proinde vt dicit Apostolus, Oportet hæreses esse vt qui probati sunt manifesti fiant. Quapropter oportet nos cum propheta ex aduerso cõsurgere & murum opponere pro domo Israel, et Euãgelici meminisse mandati, quo ab ipsa veritate præcipitur, quod si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizauerit manus a compage corporis auferatur, cum melius sit his carere membris. Nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus, si ab his qui intus sunt in eis quos decipiunt vulneramur. Hi enim nec vt infideles, discedunt, neq; permanent, vt fideles, sed mysteriorum præcepta

notitia

notitia & fidei nostræ secretioribus perscrutatis, conuersi postmodum impugnat nos & contradictionibus suis corda nostra disrumpunt conculcantes verbi dominici margaritas & ornamenta fidei maculantes. Ex quibus nouissime diebus istis multi in prouincijs, & regnis tuæ ditioni sup positis in lucem prodierunt qui ante in antris latebant legem veterem suscitantes quę ab olim sepulta iacet, ac in passione Christi cōsumata est, iuxta ipsius vocem inter crucefixores emissam, quando etiam velum quod ipsius secreta tegebat scissum est in duas partes a summo vsq; deorsum, vt releuata facie mysteria Iesu conspiceremus, quique emulatores Moysi se iactant, cum reuera ipsius capitales existant inimici, vt pote doctrinā eius vt falsam respuentes. Si enim, vt veritas inquit, Moysi crederent vtique & Christo crederēt. De illo enim ipse scripsit. Vnde & illud Hieronimi, Prohdolor prouinciæ tuæ competere satis video, ibi enim cespite terra secundo dominici seminis puritatem centeno fructu olim referebat. Nunc autem sulfis obrupta frumenta in oliū auenasque degenerat, ibi quodam sol iustitiæ Christus oriebatur. Nunc autem Lucifer ille qui ceciderat supra sidera posuit thronum suum. Cum itaq; sceptrū regni de manu altissimi susceperis & pro tanti honoris fastigio talionem ei iuxta vires tua celsitudo impendere teneatur. Assurge obsecro viriliter & vestigia redemptoris amplectere & vbi mulieres Hierusalē eum plangebant et lamētabantur, cum baiulans sibi crucem exiret in caluarium, tu qui iam exanimatum in cruce & postea resurgentē adoras fontem apertum lachrymarum vbi rursus manibus huiusmodi sceleratorum hominum illum expui, blasphemari, crucifigi, & lancea perforari dietim vides. Nam iuxta illud Hester, Quis nouit vtrum idcirco veneris? vt in tali tempore parareris? ꝙ vbi tua maiestas vt dignum est peregerit vniuersi ditioni tuæ subiecti clamabunt, teque benedicent dicentes, Tu gloria Hierusalem, tu letitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, & postremo post temporale regnū quod obtinens ęterni regni gloriam consequeris. Et quo magis iuridice ista peragi queant pręsentem tractatum agere institui, & materiam prosequi ordine subsequenti.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis dicatur, & ex quibus censendus sit hæreticus.*
2 *Directe & principaliter quæ dicantur ad fidem pertinere, & quæ indirecte seu secundario.*
3 *Simonia largè dicitur hæresis.*
Excommunicatus impropriè & largo sumpto vocabulo hæreticus dici potest.
4 *Ad hæc contumax, & infidelis.*
5 *Fides principaliter in corde, & secundario in ore consistit. idem dicito in hæresi. numero. 6.*
7 *Puniri debeat an qui aliqua contra fidem protulit quæ iocose non serio protulisse asseuerat.*
8 *Verba iniuriosa & improba serio non loco prolata extitisse, in dubio præsumuntur.*

Quæstio. I.

1 PRIMO quero † quid faciat hęreticum, et quis sit hęreticus. Ad hoc respondet magister quarto sententiarum distinctione xiij. inducendo varias sanctorum sententias. Ait enim Hilarius, Extiterunt plures qui cœlestium verborum simplicitatem non veritatis ipsius absolutionem susciperent aliter interpretantes quod dictorum virtus postularet. De intelligentia enim hæresis non de scriptura est, & sensus non sermo fit crimen. Idem intelligentiæ sensus in crimine est. Hieronymus dicit ꝙ ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis. Augustinus diffiniens quid sit hæreticus ait, hæreticus est qui pro alicuius temporalis commodi & maximæ gloriæ principatusque sui gratia falsas, ac nouas opiniones, vel gignit, vel sequitur. Gregorius super Ezechielem, qui in expositione sacri eloquij, vt auditoribus placeat aliquid fingit sua verba loquitur non Dei. Qui autem in verbis dominicis aliter quam is qui protulit senserit, & si sub alio intellectu tamen ad ædificationem charitatis tendit domini sunt verba quæ dicit, hæc ille. Inter istas autem diffinitiones illa Augustini videtur esse pręstantior, & hanc sequutus est Gratianus. xxiiij. q. iij. c. hæreticus. & gloss. in clemen. vnica. de vsuris, Sanctus Thomas quarto sententia. distin. xiij. articulo tertio. dicit ꝙ hæreticus dicitur qui a fide diuisus est. & hoc facit ex quadam electione. ad cuius euidentiam considerandum est secundum eum, ꝙ in fide sunt aliqua ad quæ explicite cognoscenda omnis homo tenetur, vt sunt articuli fidei. Vnde si in his aliquis errat infidelis reputatur & hęreticus si pertinaciā adiungat. Si autem circa illa ad quæ explicite credenda homo non tenetur errat non iudicatur hæreticus, vt si aliquis simplex credat Iacob patrem fuisse Abrahæ quod est contra veritatem scripturæ, quam fides profitetur, quousque sibi innotescat ꝙ fides ecclesiæ contrarium habet quia non discedit per se loquendo a fide ecclesiæ, nisi ille qui scit hoc a quo recedit de fide ecclesię esse. Et quia quædam sunt quæ in fide ecclesiæ implicite continentur, vt cōclusiones in principijs, ideo in his diuersæ opiniones quousque per ecclesiam determinetur quod aliquid eorum est contra fidē ecclesiæ, quia ex eo sequitur aliquid contrarium fidei directe. Idem sequitur præfatus doctor secunda secundæ quęstione xj. articu. ij. vbi subiungit
2 ꝙ † aliqua dicuntur pertinere ad fidem dupliciter. Vno modo directe & principaliter sicut articuli fidei, alio modo idirecte secūdario sicut ea ex quibus sequit' corruptio alicuius articuli, & circa vtraq; potest esse hæresis eo modo quo & fides.

Idem

Idem tenet in prima parte qō.xxxij.articulo iij. & inde est ꝙ nedum est hæreticus qui male sentit de articulis fidei, sed etiam ille qui non tenet rectam fidem erga sacramenta ecclesiæ, de hęreti. ad abolendam, in prin. Ex quibus sequitur ꝙ si extra predictos casus reperiatur alius in quo quis dicatur hęreticus illud erit large & impro-
3 prie † per quem modum debet intelligi id quod dicitur quod simonia est hæresis.j.q.j.eos.de simon. c.quoties. Item & quilibet excommunicatus, & qui priuilegiū Romanæ ecclesiæ infringit, & qui
4 eius pręcepta transgreditur. † Item contumax & quilibet infidelis & plures alii modi qui no. p glo.xxiiij.q.iij.illi qui.& per Innocen.de hęre. firmissime.per Hostien.in sum.de hęre.§.j.& c.si papa.xl.distinctio.ita tenet Cald.consi.iiij.ti.de hęre. Confirmatur etiam istud per id quod dicit S.Tho.iij.sent.vbi supra dicit qđ simoniaci dicū tur hęretici per similitudinē, quia sicut hęreticus contra fidē sentit. ita simoniacus operatur, ac si contra fidem sentiret dum pretio sacra vult adipisci,& per eundem modū intelliges alios modos improprie hæresis de quibus prædictum est, &
5 quia fides † principaliter consistit in corde, & etiam secundario,in ore autem confessio fit ad sa
6 lutem. † Similiter hæresis principaliter consistit in corde secundū quod Hilarius dicit. Intelligentiæ sensus in crimine est, sed secundario in ore. Vnde Hieronymus dicit,ꝙ ex verbis inordinate prolatis incurrit hæresis, nō quia hæresis per se in his consistat, sed quia sunt occasio & causa erroris vt Thomas dicit ibi. Adde etiam ꝙ verba sunt signa earum quæ in anima sunt passionum ut philosophus dicit. Non enim præsumitur quis dicere quæ ante animo non cogitauit de libe.lega.
7 labeo. † Sed quæro iuxa hoc, Pone quod ille qui dixit aliquid contra fidem dicit se non seriose nec ex animo,sed potius per lubricum linguę, aut ioco illud dixisse an sit puniendus. Lappus & do.Card.in d.cle.vnica.§.sane.de vsur. Dicūt ꝙ extraordinarie punietur arbitrio iudicis, & imponetur ei aliqua leuis pœnitentia salutaris xvij.dist.nec licuit. xxiiij.quest.j. hæc est fides. Augerem tamen ergo pœnam ex qualitate personæ & ex qualitate loci & personarum astantium & scandali exinde insurgentis quę omnia & etiā alia in puniendis delictis sunt attende da, de homi.sicut dignum.in prin.ff.de pœn.aut facta.talis enim iocus non est permittendus,per quem venitur ad crimina. ff.ad l. Aquiliam, nam ludus.de homi.continebatur, & ibi in glo. Item quando per lubricum lingue,si fuit in culpa,vt hęc lubri
8 citas in eo causaretur punietur, alias non. † Præsumerem tamen ego verba seriose fuisse dicta & ex malo animo processisse per iura prædicta, & etiam quia omne male factum praue pręsumitur actum,vt in l.si non conuitij.C.de iniur.& de pręsum.c.j.nisi ex aliis coniecturis contrarium appareret. Eo tamen casu quo huiusmodi verba non saperent hæresim, sed excusarentur loco vel lubrico linguę non posset pœnam infligere inquisito.argu.c.accusatus.§.sane.de hære.lib.vj.sed ordinarius illud faceret.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis vnde dicatur.*

2 *Iudæus & sarracenus hæretici nequaquam dici queunt.*

3 *Hæreticus vocitandus non est qui errans aliquid fieri contrarium asserit modo corrigi & emendari paratus sit, vbi sese cognosceret errore lapsum.*

Hæreticus dicitur qui falsam sententiam & fidei contrariam pertinaciter defendit.

4 *Hæresis pertinaciam requirit.*

Quæstio. II.



1 SECVNDO quæro vnde dicatur hęresis. † Ad quod dicendum secundum Isidorum ꝙ hęresis est nomen grecum, & idem quod diuisionem importat. Vnde & hęretica diuisiua dicuntur. Hieronymus tamen in epistola ad Galatas. & habetur transumptiue. xxiiij.q.iij. hæresis, dicit ꝙ hæresis græce ab electione dicitur ꝙ scilicet eam sibi quisq; eligat disciplinam quam putat esse meliorem, & vtrunq; istorum dicitur conuenienter. Ex hoc enim quis efficitur hęreticus quod eligit singularem opinionem tenere diuisam & distinctam a communi ecclesiæ catholi-
2 cę dogmate & determinatione. † Vnde si quis nunquam fuisset in vnitate ecclesiæ vtpote Iudęus vel Sarracenus etiam si teneat contraria fidei nostræ non est iudicandus hęreticus. non enim potest dici diuisus ab vnitate ecclesiæ qui nunquam in ea fuit, vt dicit gloss.in cle. vnica de vsur.
3 † Similiter etiam si quis catholicus teneret cōtrarium aliquid fidei,non tamen eligens, sed per errorem credens illud etiam per catholicam ecclesiam teneri paratus corrigi, vbi in errorem se lapsum cognosceret,non esset hæreticus. Pro quo est optimus tex.xxiiij.q.iij. Dixit Apostolus,ibi cum dicit. Sed qui sententiam suam quamuis falsam atq; peruersam pertinaci animositate defendunt, pręsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererint,sed a seductis,atq; in errorem lapsis parentibus acceperunt: quęrunt autem cauta solicitudine veritatem corrigi parati cum inuenerunt; nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Competit autem et latine hoc nomen eidē. Nam potest dici hæresis ab hęrendo quia suę opinioni vehementer inhæret per electionem,vt pręDiximus, & ex prædictis iustificari potest quod not.Innocen.de summa Trinita.cap.firmiter, dicens ꝙ si aliquis habet fidem catholicam implicite,quia credit quidquid ecclesia credit, sed falso opinatur naturali ratione motus, ꝙ pater maior vel prior sit filio,ꝙ tres personæ sunt tres res a se inuicem distinctæ & separatæ & distantes,ꝙ non est hæreticus, dummodo hunc errorem suum non defendat,& hoc ipsum credit,quia credit sic

ecclesiam

ecclesiam credere & suam opinionem fidei ecclesię supponi paratus se submittere iudicio ecclesię, vbi ecclesiam sciret contrarium sentire. hæresis 4 † enim requirit pertinaciam, vt de sum. Trini. clemen. vnica. §. porro. & dicta clemen. vnica. §. penulti. de vsuris. Licet tamen ego excusarem huiusmodi hominem ab hæresi. Non tamen excusarem illum a peccato, si errauit in his quæ scire tenebatur de pertinentibus ad fidem. De quibus per sanctū Thom. ij. ij. q. ij. articu. v. quia & ipsa ignorantia est peccatum in his quę scire quis tenetur. xxxviij. distinctio qui ea. & per Philosophum tertio Ethico. & per Magistrum secundo senten. distinctione xxij.

SVMMARIVM.

1 Schisma & hæresis in quibus discrepent.
2 Schismaticus dici meretur qui superbè & contumaciter papæ subiici non vult.
3 Hæreticus dicitur qui ideo ab obedientia papæ recedit quia eum non credit habere canonis condendi potestatem, aut quod ecclesiæ potestas nō residet penes eum.

Quæstio III.

1 TERTIO quæro an † schismatici sint iudicandi hæretici. Ad quod respondet Hieronymus in epistola ad Galatas, & habetur transumptiue. xxiiij. quæstio. iij. inter hæresim ꝙ inter hæresim & schisma hoc interest, ꝙ hæresis peruersum dogma habeat. schisma vero post episcopalem discessionem ab ecclesia separat. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest diuersum. Cæterum nullum schisma est nisi sibi aliquam hæresim confingant, vt recte ab ecclesia recessisse videatur. Et ad clariorem intellectum huiusmodi considera, ꝙ hęresis & schisma distinguitur secundum ea quibus vtrumque per se directe opponitur. Nam hæresis per se opponitur fidei. Schisma autem opponitur vnitati ecclesiasticæ charitatis. Et ideo sicut fides & charitas sunt diuersæ virtutes, quamuis quicunque careat fide careat charitate. Ita et schisma & hæresis sunt diuersa vitia. quāuis quicunque est hæreticus sit etiam schismaticus, sed nō conuertitur. Verum est tamen ꝙ sicut amissio charitatis est via ad amittendum fidem, iuxta illud j. Thimo. j. A quibus quidam aberrantes scilicet a charitate & alijs huiusmodi conuersi sunt in vaniloquium &c. Ita etiam schisma est via ad hæresim. Et sic innuit Hieronymus in authoritate preinducta, ita declarat sanctus Thomas secunde. q. xxxix. ar. j. & propter hoc dicit gloss. xxiiij. q. j. didicimus. quod schisma inueteratū sapit hęresim, quasi velit ꝙ si non esset hæreticus nō perduraret tandiu in schismate. Ex quibus infer-2 tur quod † si quis recederet ab obedientia Papæ. qui vices Christi tenet, qui est caput ecclesiæ, nolens superbe & contumaciter & in contemptum 3 ei subijci esset schismaticus tantum. † Vbi tamen ideo recederet ab ipsius obedientia, quia crederet ꝙ ille non habet potestatem condendi canones, aut ꝙ potestas suprema ecclesię non residet penes ipsum tanquam qui vicem gerit eius qui est caput ecclesiæ qui est Christus, iuxta illud Apostoli ad Colo. ij. & ad Ephe. primo qui dedit ipsum caput supra omnem ecclesiam, iste hæreticus iudicādus foret vt dicit glo. xix. dist. cap. nulli. et in cap. generali. de elec. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 Hæresis species quot sint.
2 Scripturam sacram quis exponere aliter dicatur quam spiritussanctus flagitat.
3 Hæresis prima post Christi aduentum quę fuerit.
4 Hæreses cur hodie maiores quā olim suboriūtur.
5 Deus cur sinat tot hæreses esse, & tantorum hæreticorum animas in infernum mergi.
6 Secreta Dei (vt pote quæ nobis altiora sunt) minimè inquirere debemus.

Quæstio IIII.

1 QVARTO quæro, † Quot sunt species hęresis. Hoc determinat Isidorus. viij. lib. Ethimo. c. v. & habetur trāsumptiue. xxiiij. q. iij. c. quidam, vbi multæ enumerantur, quibus sic enumeratis magister Gratianus subinfert aliam hæresim dicens. Sed quicunque aliter sanctam scripturam intelligit quam sensus spiritussancti flagitat a quo scripta est, licet de ecclesia non recesserit tamen hæreticus iudicari potest. Et habuit hoc a Hieronimo, vt supra diximus in primo membro. Et intellige 2 † ꝙ ille dicitur aliter exponere sanctam scripturam ꝗ̄ spiritussanctus flagitat, qui ad hoc sanctam scripturam retorquet ꝙ contrariatur ei quod per spiritum sanctum est reuelatum. Ita dicit Thomas ij. ij. q. xj. arti. ij. Ex quo sequitur ꝙ si quis daret aliquem intellectum sacræ scripturæ qui non esset cōtra veritatem reuelatam per spiritum sanctum, sed præter illam, non ad corruptionem fidei, sed ædificationem fidelium non esset hæreticus iudicandus. Et hoc satis aperte innuit Gregorius super Ezechielem: vt patet in authoritate inducta supra in primo mēbro. Augustinus etiam in libro de Hæresibus, commemorat aliquos catholicos tractatores qui de hæresibus scripserunt diuersas earum species enumerantes, ipse etiam ibidem 3 nominatim plures exprimit. † Inter omnes autem hęreses post Christi aduentum prima fuit illa quā quidem discipuli incurrerunt de sacramento altaris, de qua scribitur Ioannes. vj. Cum enim Christus prædixisset, nisi manducaueritis carnem filij hominis,

hominis,& biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis. Et ſubiunxiſſet quędam alia iuxta hoc,illi perditi homines dixerũt, durus eſt hic ſermo & quis poterit eum audire, & ex illa die abierunt retro. Et vt dicit ibi Nicolaus. Non eſt intelligendum hoc de duodecim Apoſtolis vel de ſeptuagintaduobus diſcipulis,quia iſti Chriſto adhæſerunt,ſecundum quod patet ex diſcurſu euãgeliorum, ſed multi alij ſequebantur ipſum ad audiendum eius doctrinam, & de iſtis multi retroceſſerunt,& ꝙ iſta fuerit prima hæreſis patet de conſec. diſt.ij. prima hæreſis & poſtꝗ illi ſancti patres de quibus prædiximus prædictas hæreſes conſcripſerunt, multæ aliæ ſubortæ ſunt, & nouiter & dietim ſuboriuntur. Et iuxta verbum ſaluatoris noſtri. De quo in primo themate præmiſimus, 4 †quo magis fini ſæculi appropinquat, eo magis hæreſes ſubcreſcent,quod partim ex prælatorum negligentia prouenire conſpicuum eſt, dormientibus enim hominibus, vt ſaluator inquit. Inimicus homo ſuperſeminauit Zizania. Ex alio etiam prouenit quoniam poſt illa tempora, quo illi ſancti doctores ſcripſerunt multi articuli fuerunt per eccleſiam determinati ꝙ ſint contra fidem, Vnde ſi quis modo pertinaciter contrariũ affirmaret,hæreticus cenſeretur quod minime cõtigiſſet ante determinationem eccleſiæ, vt dicit Thom.j.parte.q.xxxij. arti. ij. & prodeſt ſcire huiuſmodi hæreſim ſpecies,vt ex illis poſsit cognoſci quis ſit hæreticus,vel quid faciat hæreticum,de quo in j.dubio tactum eſt,ꝙ non ſine difficultate cognoſcitur in aliquibus articulis, vt dicit Aug.in lib. de hæreſibus. Illud tamen indubitatum exiſtat ꝙ cum malum infinitum ſit vt Pithagorici dicunt teſte Philoſopho.ij.ethic. & per conſequens infiniti errores poſſent occurrere contra fidem,conſequenter poſſent hæreſes in infinitum multiplicari. Sed iuxta prædicta quęreret aliquis curioſus de ſchola eorum qui volunt ſapere plus ꝗ oportet ſapere contra doctrinam apo- 5 ſtoli. †Cur Deus permittit tot hæreſes eſſe totque eorum ſectatores in inferno demergi. Ad hoc reſpondet Auguſt.& habetur in c.ſi. xxxiiij. q. iij. Ideo diuina prouidentia multos diuerſi erroris hæreticos eſſe permittit, vt cum interrogant nos ea quæ neſcimus,ſic diſcutiamus pigritiam & diuinas ſcripturas cupiamus. Ideo enim Apoſtolus ait. Oportet hæreſes eſſe vt qui probati ſunt manifeſti fiant. Hi enim Deo probati ſunt, qui bene poſſunt docere. Et quanquam iſte intellectus Auguſtini ſit bonus ad illam authoritatem apoſtoli, ſuperficies tamẽ literæ magis capit hunc ſenſum, vt ideo Deus permittat hæreſes eſſe, vt conſtãtia fidelium comprobetur,ſed vtrumque recte dictũ 6 extat,vel dicas †ꝙ iſta quæ in ſecretis Dei conſiſtunt non ſunt a nobis inquirenda, iuxta illud eccle.iij. Altiora ne ſcrutatus fueris, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus, & poſtea ſubditur. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus eorũ. & Eccleſia. vij. quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cum ignoret quid cõducat ſibi in vita ſua, & poſt pauca. Neque plus ſapias quam neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. Habemus etiam exemplum Apoſtoli,qui cũ de prædeſtinatione verba ageret,& perueniſſet ad illud,quare quoſdam eligat, alios autẽ reprobet. Iuxta illud, Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui ſapientiſsime intulit, O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ Dei quã incõprehenſibilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles vię eius, & de eodem Auguſt. ſuper Ioan. in illo verbo, Nemo põt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eum. Dicit quare hunc trahat & quare illum non trahat noli inueſtigare ſi non vis errare. Per id reſpondet magiſter ſecundo ſenten.diſt. xxiij.his qui querunt, cur Deus permiſerit primũ hominem peccare cum poſſet eius voluntatẽ vertere in bonũ,quia omnipotẽs eſt. Poſſet inquit ille reuera,cur non fecit.quia noluit. Cur noluit, ipſe nouit. Non debemus plus ſapere quam oportet ſapere, hoc vnũ in hmõi debet nobis abunde ſufficere,ꝙ vt dicit Auguſt.in Enchiridion. Deus omnipotens, cui rerum eſt ſumma poteſtas, cum ſumme bonus ſit,nullo modo ſineret aliquid mali eſſe in operibus ſuis,niſi vſq; adeo eſſet omnipotens,& bonus vt bene faceret ẽt de malo:qũo aũt illud intelligatur,& qualiter ex malis Deus eliciat bona,latiſsime proſequitur magiſter. j. ſent. diſt.xlvj.& per prædicta etiam ſufficienter ad id quod multi petunt. Quare Deus permittat legem Machometi in tantum præualere.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici quibus infidelibus aſsimilentur, et qui infidelium inuicem inter ſe æquiparentur.*

2 *Renitentis ſuſceptæ fidei grauius eſt delictũ, quã eius qui nunquam ſuſceptæ renititur.*

4 *Hæreticorum infidelitas maior eſt quam iudæorum, intellige ſane nu.3.*

Hæretici an ſint idolatris coequandi.

5 *Hæretici qui fide chriſtiana derelicta iterum ad Moſaicã legẽ reuertũtur, peiores ſunt cæteris.*

Apoſtatam eum dicimus qui deſerta chriſtiana religione ad Iudaiſmũ confugit, & apoſtaſia improbitatis deteſtatio. & nu.6.

7 *Iudæus ſectam ſaracenorum adiens an plectendus ſit.*

8 *Apoſtatæ iudæorum legem repetentes, multo peiores ſunt, quam ſi ad ſarracenorum ſectam ſeſe conferrent.*

9 *Iudæi cæteriſque id genus infideles cur ab eccleſia tolerentur, & quare potius Iudæi quã alii.*

Quæſtio. V.

1 QVINTO quæro † de comparatione hæreticorum ad alios infideles, & infidelium inter ſe inuicem. Ad quod dicendum ſecundum Thomam

secunda ij.q.x.arti. vj. ꝙ in infidelitate duo possunt considerari quorum vnũ est comparatio eius ad fidem,†& ex hac parte grauius peccat contra fidem qui tenuitur fidei susceptæ. Sicut grauius peccat qui non implet quod promisit, quam qui quod nunquam promisit,& secundum hoc infidelitas hæreticorum qui profitentur fidem Euangelij & ei renituntur eam corrumpentes grauior est ꝙ̃ Iudeorum & aliorum infidelium qui nunquam fidem euangelij susceperunt:sed quia iudæi susceperunt figuram euangelij in veteri lege quam male interpretantes corrumpunt. Ideo etiam eorum infidelitas est grauius peccatum quam infidelitas gentilium qui nunquam fidem euangelij susceperunt.† Aliud quod in infidelitate consideratur est corruptio eorum quæ ad fidem pertinent, & secundum hoc cum in pluribus erant gentiles ꝙ̃ iudæi,& iudæi quam hæretici. grauior est infidelitas gentilium quam iudæorum, & iudæorũ quã hæreticorum,nisi forte quorundam, puta Manicheorum qui etiam circa credibilia plus errant quam gentiles. Harum tamen duarum grauitatũ prima præponderat secundæ quantum ad rationem culpæ: quia infidelitas habet magis rationẽ culpæ,ex hoc quod renititur fidei quam ex hoc quod non habet ea quæ sunt fidei. hoc enim vltimum videtur magis ad rationem pœne pertinere. Vnde simpliciter loquendo infidelitas hæreticorum est pessima. Si autem quæras ex quo inter infideles peiores sunt hæretici vt proxime diximus. †Quid si cõparemus eos ad idolatras? ad hoc dicendum secundum Thomam secunda ij.q.xciiij.arti. iij. quod grauitas alicuius peccati attendi potest dupliciter. Vno modo ex parte ipsius peccati, & sic peccatum idolatriæ est grauissimum. Sicut enim in terrena republica grauissimum esse videtur ꝙ aliquis honorem regium alteri impendat quam vero regi,quia quãtum in se est totum reipublicæ perturbat ordinẽ. Ita in peccatis quæ contra Deum committuntur, quæ tamen sunt maxima, grauissimum esse videtur ꝙ aliquis honorem diuinum creaturæ impendat, quia quantum in se est facit alium Deum in mundo minuens principatum diuinum. Alio modo potest attendi grauitas ipsius peccati ex parte ipsius peccantis, sicut dicitur grauius peccatũ eius qui peccat scienter, quam eius qui peccat ignoranter,& secundum hoc nihil prohibet grauius peccare hæreticos qui scienter corrumpũt, quam idolatras ignoranter peccantes. Ex his tu clare poteris inferre ꝙ†cum isti hæretici qui nouiter in Hispania detecti sunt,potius apostatæ quã simplices hæretici sint iudicandi,cum non in parte tantum de fide Iesu Christi male sentiant, sed in totum eam abijciant,ad legem Moysi iam diu sepultam reuersi peiores quam alij hæretici sunt iudicandi, quia in pluribus,immo in totum aberrant. Vnde super illud Apostoli a Galatas quarto. Quomodo conuertimini iterum ad egena & infirma elementa, dicit glo. Hieronymi. Legis obseruantia cui tunc deditи erant, erat peccatum pœnæ par seruituti idolorum cui ante conuersionem vacauerant, & sic apparet quod est crimen pœnæ,par idolatriæ,& nedum propter attrocitatem delicti quin etiam propter periculum proditionis deberent principes eos a suo consortio in totum expellere, præsertim ne participes fierent consiliorum suorum,aut eorum quæ statum regiũ concernunt ꝙ aperte dicit Concilium Toletanũ. De quo habetur.ij.qõ.vij.c.non potest. cuius verba sunt. Non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis. Vnde subiungit de quibusdam iudæis qui dudum Christiani facti & demum in Christi fide sunt præuaricati, vt a testimonio repellantur. Non est enim eis credendum, qui fidei veritatem a se abiecerũt,& istud stat in aperto,qui enim fidem Christi susceptam ad quam strictissime tenetur fefellit, quomodo fidem quã principi tereno debet,firmam tenere poterit? Ad quod etiam facit quod scribitur prouerbiorum. vj. †Homo apostata,vir inutilis gradiens ore peruerso, annuit oculis, terit pede,digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & in omni tempore iurgia seminat. habet etiam aliud malum huiusmodi apostasia, ꝙ qui eam incurrit vix potest ad bonum reparari, vt dicit Apostolus ad Hebreos vj. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt,& post pauca & prolapsi sunt, scilicet per apostasiam, rursus renouari ad pœnitentiam, & accipitur ibi impossibile pro difficili. Hic est.n. vnus modus impossibilitatis vt habetur.v. Metha. quod potissimum in istis de quibus paulo ante præmisimus locum habet, qui a parentibus iudæis perfidiam legis veteris cum sanguine trahunt. Et ex his inferri potest ad quæstionẽ quam posuit Oldradus consi.lj. † An iudæus transiens ad sectam Sarracenorum sit puniendus, & tãdem post multa conclusit quod nõ, & inter cætera motiua sua est illud quod deterior est infidelitas iudæorum quam Sarracenorum aut gentilium vt superius diximus. Pro quo etiam est tex. apertus.j. q.j.nonne .cum ergo de peiori transeat ad minus malam,non est ob hoc puniendus. Ex quo etiam sequitur quod†isti apostatæ qui in legem iudæorum recidunt,peiores sunt ꝙ̃ si essent apostatæ legem Sarracenorum amplectentes, vel aliam huiuscemodi. Vnum tamen non omittam quod licet omnes infideles tam Iudæi quam alij sint mali & iniqui vtpote infideles, † tolerantur tamen per ecclesiam in infidelitate sua,vt vel sic tolerati finaliter conuertantur ad fidem,vt de multis iã vidimus,vt in c.qui sincera.xlv.distin. & capit. sicut iudæi.de iudæ. Magis tamen sunt tolerabiles ritus iudæorum quam aliorum infidelium, licet iudę sint peiores vt diximus. Cuius ratio, est quia cum in eis olim prefigurabatur veritas fidei quam tenemus prouenit hoc bonum quod testimoniũ fidei nostræ habemus ab hostibus & quasi ĩ figura representatur nobis quod credimus, quod in alijs infidelibus non contingit, vt dicit Thomas in secunda secundę.q.x.articu.xj.& hac cõsideratione,licet iure non sit expressa, iura prohibent ne Sarraceni publice faciant cęrimonias suas inuocando publice nomen Machometi, vel similia faciendo vt in clementina vnica.de iudę. Hoc tamen non reperitur prohibitum in iudæis, & hoc

& hoc tenent Matthę. & do. Cardi. & Ioannes de Imola in d. clemen.

SVMMARIVM.

1 Hæretici an tolerandi sint.
2 Perniciosus populo, e medio tollendus est, ne eius contagione cæteri quoque corrumpantur.
3 Hæresis, instar cancri serpere dicitur, & idcirco eradicanda, ne totum corrodat corpus.
4 Crimen proximi ita demum celandum est, si in totius populi corporalem spiritualemque perniciem non vergat.

Quæstio. VI.

1 SEXTO quęro † an hęretici sint tolerandi? Et distinguendum est; quia aut occurit casus in quo nō possent puniri hęretici quin simul puniantur & boni. Vel quia latēt inter bonos. Vel qui habent multos sequaces, ita ꝙ sine catholicorū periculo interfici non possunt, & tali casu hęretici sunt tolerandi, & hoc aperte dominus ostendit Matthęi xiij. vbi in parabola prohibuit colligi Zizania, ne forte eradicantes Zizania, eradicarent simul & triticum. Quando vero ex occasione hęreticorum non imminet periculum bonis, sed magis tutela & salus, tunc licite possunt occidi, vt dicit Augustinus contra Parmenianum. Sic enim si saluti totius corporis humani expediat pręcisio alicuius membri, puta cum est putridum vel corruptiuum aliorum membrorum, laudabiliter & salubriter abscinditur. Ita cum quęlibet persona singularis comparetur ad totam communitatem sicut pars ad totam. 2 † Si aliquis homo sit periculosus communitati & correptiuus ipsius propter aliquod peccatum, laudabiliter & salubriter occiditur, vt bonum commune conseruetur, modicū enim fermentum totam massam corrumpit. vt prime ad Corinthios. v. Ad hęc adaptari possunt no. per Thomam ij. ij. q. lxiiij. articu. ij. & si hoc in alijs enormibus criminibus locum habet, fortius in crimine hęresis, quod sua grauitate flagitiosissimum est, vt in pręhabitis patet eo maxime, quia iuxta Apostolum secunda ad Thimo. ij. 3 † hęresis vt cancer dicitur serpere. Vnde resecanda est a principio, ne paulatim intima cordis corrodat, & spiritualem vitam adimat, resecande siquidem sunt putridę carnes & scabiosa ouis a caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma est populata. xxiiij. quęst. iij. resecande. Ioannes quoque Apostolus in canonica sua. Si quis inquit venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus illius malis. Hæc Ioannes quę de schismaticis siue hęreticis vitandis verbis docuit etiam factis exhibuit. Narrat enim de illo auditor eius vir sanctissimus Policarpus, ꝙ tempore quodam cum apud Ephesum balneas lauandi gratia fuisset ingressus & vidisset ibi Cherintum, exiliit cōtinuo & discessit non lotus dicēs, Fugiamus hinc ne & ipse balneæ corruant in quibus Cherintus lauatur inimicus veritatis. de quo est tex. xxiiij. qō. j. c. omnis qui. Adde pulchrum tex. ea causa et q. quæ dignior. 4 † Vnde & si in aliis criminibus occultis teneatur quis crimen proximi celare, ꝓpter caritatem vt in cap. si sacerdos. de offi. ordina. & j. quęstio. j. Christus. hoc tamen fallit in crimine quod pertinet ad corruptionem communitatis spiritualem vel corporalem. Hoc enim casu tenetur quis illud propalare testificando, vel denuntiando, vt dicit Thomas secunda ij. q. lxx. arti. j. Idem sentit Innoc. de testi. cogen. cap. j. & ponit exemplum in hæresi quod vt patet ex pręmisis spirituale detrimentum inferre communitati est aptissimum; prodest etiam hæc punitio criminū reipublicæ vt cæteri metu pœnæ arceantur a similibus committendis. xxiij. qō. v. non est innocentiæ. de vita & honest. clerico. vt clericorum. et inde est quod vt magis ista in plurimorum exēplum veniant publicę debent malefactores puniri. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. vij. qō. j. denique. ver. thuribula quoq;.

SVMMARIVM.

1 Iudicare de hæresi cuius sit.
2 Papæ determinationi subiiciuntur quæ Christianam fidem respiciunt.
3 Pontifici Romano optimū esset si quid super fide dubii suboriretur, id generali concilio decidere.
4 Pontifex Romanus consultius ageret si ardua quæque conuocato concilio decideret.
5 Angelum posset Pontifex Romanus excommunicare, & iudicio damnare, si fieri posset, vt ille malè de fide sentiret.
6 Pontifex errans in iis quæ fidei sunt damnari a concilio potest.
7 Papa quamuis in iis quę fidei sunt errare possit, concilium tamen non potest, & cur diuersum.
8 Legatus apostolicæ sedis hæreticorum iudex est competens, super iam per ecclesiam decisis.
Item episcopus & capitulum vacante sede, ad hęc & inquisitor fidei.
9 Iudicibus ordinariis super hæresi procedendi nequaquā adempta facultas videtur, quamuis papa super hæretica prauitate inquisitores deputarit.
Delegato ad vniuersitatem causarum potestate cōcessa, non videtur etiam in illis causis abdicata potestas ordinarii.

Limita & declara vt nu. 11.

10 *Officiali facto in ciuitate super damnis datis vel super abundantia, non idcirco tollitur iurisdictio ordinarii.*

12 *delegatus ab episcopo aut capitulo sede vacante potest de hæresi cognoscere, modo quadragenarius sit.*

13 *Inquisitor an posiis vices suas committere.*

14 *Vicarius generalis episcopi aut capituli vacante sede, an cognoscere posit de crimine hæresis.*

15 *Inquisitores aduersum episcopos minimè procedere possunt, nisi expresim illis committatur, intellige sanè vt ibi.*

16 *Ordinario an liceat contra episcopum in ipsius ordinarii territorio delinquentem procedere.*

17 *Episcopus an valeat in hæreticum inquisitorem procedere.*

18 *Episcopi, & qui inquisitioni præfecti sunt, districte aduersus suspectos de hæresi procedant, nemini fraudulose falso hoc crimen imponant, nihil deniq; gratia, odio, aut lucri causa agant. Qua pœna plectantur inquisitores si his contrauenerint.*

19 *Episcopus hæreses expurgare negligens qua pœna puniatur.*

20 *Officiales temporales an hæreticæ prauitatis cognitionem habeant.*

Quæstio. VII.

1 SEPTIMO quero. † Ad quem spectet iudicare de hęresi. In hoc distinguerem, quia aut agitur de articulo nondum deciso per ecclesiam. Aut de articulo iam deciso. Primo casu iudicium spectat ad Papam vt probat tex. xxiiij. q. j. quoties. & c. hęc est fides. & c. j. de iuramen. calum. & c. maiores. de bap. quod etiam sacrę scripturę authoritate ostenditur. Nam & Saluator Petro dixit, quem summum pontificem constituit, Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua, & tu aliquando cōuersus confirma fratres tuos, Lucę. xxij. Et vbi Christus discipulos interrogauerat, vos autem quem me esse dicitis? Petrus respondit, Tu es Christus filius Dei viui. Matthei. xvj. Hoc etiam tenet S. Thomas ij. ij. q. j. arti. x. & huius ratio est quia vna fides debet esse totius ecclesię, secūdum illud. j. ad Corinth. j. Id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, quod seruari nō posset, nisi quęstio de fide exorta determinaretur per eum qui toti ecclesiæ præest, vt sic eius sententia a tota ecclesia firmiter teneatur. Illud idem sequitur Aug. de Anchona in summa sua de potestate ecclesiæ. q. x. articu. j. & ij. Et hoc satis figuratum est exo. xviij. vbi dictum est Moysi qui fuit rector Iudeorum, sicut Papa rector est omnium Christianorum. Esto tu populo in his quæ ad deum pertinent, vt ostendas ei cærimonias & ritum colendi Deum. Sicut ergo omnes quęstiones emergentes de lege & de cultu Dei, reseruabantur Moysi determinandæ. 2 † Sic omnia quæ sunt fidei Christianæ spectant ad determinationem Papæ. Vnde dicit Cyrillus in libro thesau. vt membra maneamus in capite in nostro Apostolico throno Romano Pontifice maneamus, a quo nostrum est quærere quid credere, quid tenere debemus. & Maximus in epistola orientalibus missa, dicit omnes fines orbis terræ qui dominum sincere receperunt, et vbiq; terrarum catholici veram fidem cōfitentes, in Pontificem Romanorum tanquam in solem respiciunt, & ex ipso lumine catholicæ & apostolicæ fidei recipiunt veritatem, licet enim apud alios forte posset esse profundior scientia ad ista decidentia quam in Romanum ponti. deest tamen eis potestas de his iudicandi & statuendi, quæ in solo Romano Pontifice residet vt prædiximus 3 † Caute tamen ageret Papa si cum de istis dubius articulus occurrit concilium generale faceret cōgregari. vt cum eius consilio decideret quod esset tenendum & credendum. Sicut Apostoli fecerunt actu. cap. xv. quando insurrexit hæresis illorum qui dicebant legem Moysi simul cum euangelio obseruandam. Conuenerunt enim Hierosolymis videre de verbo hoc. Simile fuit cap. firmiter. de summa Trini. & c. damnamus. eo. tit. & c. vnico. eo. tit. lib. vj. & cle. vnica. eo. tit. 4 † Et hoc idem in omnibus arduis consulte esset agendum, vt apparet quinquagesima distinctio. de eo. xcvj. distinctio. bene quidem. xxxv. quæstio. quinta ad sedē. xxxv. quæstione ix. ꝙ quis, in ægrum est enim iudicium, ꝙ plurimorum sententijs confirmatur, de officio delega. prudentiam, in princi. xx. distin. de quibus. C. de fideicō. l. fi. est enim tanta in hoc Papæ potestas 5 † ꝙ si possibile foret ꝙ angelus de cœlo aliquid contra fidem doceret aut sentiret, per papam iudicari & excommunicari posset vt probatur ad Galatas j. cap. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizauerit vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. 6 † Si tamen contingeret papam errare in his quæ sunt fidei, tunc damnari posset per concilium generale, vt in c. si papa. xl. dist. cum glo. & per glo. xv. dist. sicut. et xix. dist. Anastasius. & Innoc. in c. ex parte. de verb. signi. & per Doc. in c. in fidei fauorem, de hęre. li. vj. Nec per hoc dicimus inferiorē dicere ius in superiorem cum Papa sit maior concilio generali, vt in cap. significasti. de electio. & cap. aliorum. & cap. nemo. ix. q. iij. quoniam cum Papa incurrit hæresim, desinit esse papa, cū non sit de corpore ecclesiæ, pro quo est glos. xxiiij. quęst. j. Acatius. ergo et multo minus potest dici gerere vices eius qui est caput ecclesiæ. & huic sententiæ generalis consilij stari debet, vtpote quæ veritatem continent indubitatam. 7 † Nam & si Papa posit errare in his quæ sunt fidei. Nam & legimus aliquos Romanos pontifices hæresim incurrisse, vt patet in d. cap. Anastasius. xix.

xix.distinctio.c.nunc autem.xxj.dist. Tamen cõcilium generale in tangentibus fidem errare non potest,& de hoc vere intelligitur prędicta authoritas Lucæ. Ego pro te rogaui Petre,vt non deficiat fides tua. Dictum enim est ei in persona totius ecclesiæ, cui ẽt consonat illud verbum Saluatoris nostri. Matthæi. xxviij. Ego enim vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Non siquidem tantum Petro nec duodecim apostolis dictum intelligitur,cum morte finierit dies suos,nec vsque in finẽ seculi perseuerauerint, sed potius vniuersali ecclesiæ quæ in finem est duratura quæ in generali concilio repræsentatur,& tantæ authoritatis est concilij determinatio in huiusmodi, quod Euangelium ille nominatur. vt patet ad Gala.ij.quando Paulus dixit ꝙ Petrus non ambulabat ad veritatem Euangelij. Id tamen in quo Paulus reprehendebat Petrum erat ꝙ ipse subtrahebat se a gentibus nolẽs manducare de cibis eorum, sed obseruabat ritus Iudæorum in cibis propter timorem Iudæorum qui superuenerant a Hierosolymis, hoc tamen nõ erat contra aliquod de quatuor Euangelijs, sed erat contra determinationem concilij generalis, quod ab apostolis fuerat celebratum super huiusmodi legalibus non seruandis, Actuum decimoquinto. Ad quod etiam ostendendum sola vniuersalis synodus loquitur sub nomine Spiritus Sancti vt ibi patet. Nam cum in eodem concilio fieret diffinitio, dictum fuit. placuit Spiritui Sancto & nobis,& istis verbis postmodum vsa fuerũt generalia concilia quæ in ecclesia vniuersali fuerunt congregat[illegible] vbi ergo talis assessor accedit, locus errandi non potest occurrere. Et si contrarium diceremus nil certum esset in fide. Vnusquisque enim sequeretur opinionem suam & fluctuaremus omni vento doctrinæ sicut paruuli.cõtra Apostolum ad Ephesios.iiij. vbi ait ꝙ Christus dedit in ecclesia quosdam Apostolos, alios Prophetas, alios vero Pastores & Doctores ad consummationem sanctorum in ædificationẽ corporis Christi,donec occuramus omnes in vnitatem fidei,& paulo post,& iam non simus paruuli fluctuantes,& circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia & astutia hominum ad circunuentionem erroris, quasi velit quod cũ fuerimus in fide istorum qui fidem ecclesiæ repræsentant non fluctuabimus in doctrina fidei tanquam paruuli. Sed prædictis videtur obstare cap. tria. iuncto cap.placuit.xxxvj. quæstio. secunda & cap. fina.de rapto.vbi apparet quod illud ꝙ circa matrimonium non contrahendum inter raptorem & raptam fuerat erronee per concilium statutum, fuit postea emendatum. Ad hoc tamen stat respõsio,quod illud non est de spectantibus ad fidem in quibus obtinet quod prædiximus. Vel aliter dicendum ꝙ illud non fuerat erronee statutum, licet esset contra testimonia veteris legis,vt voluit glo.& male in d.c.tria. Nam cum illud esset præceptum iudiciale non obligabat in lege noua, sed fuit correctum;quia pro hoc tempore sic fuit visum legislatori,siue quia sibi placuit quod sufficit vt.§.sed quod princi.insti.de iure natu. & per Philosophum. v. Ethico. Hæc dixi submittens me determinationi sanctæ matris ecclesiæ.

8 †Aut quærimus circa ea quæ iam sunt per ecclesiam decisa,& tunc legatus sedis apostolicę est competens iudex vt c.vt commissi.de hære. lib. vj. Item episcopus poterit iudicare de quæstione fidei & contra hæreticos procedere, & etiam capitulum sede vacante in cap.ad abolendam.de hære. in princi.& etiam inquisitores per sedem apostolicam deputati in cap. per hoc. & cap.vt inquisitionis.de hære. lib.vj.& clemen.j.eo. titu.

9 †Per hoc enim quod Papa deputat inquisitores super hæretica prauitate non videtur facultatem super his procedendi ordinarijs tollere vt in d.c. per hoc.Ex quo infertur quod per potestatem datam delegato ad vniuersitatem causarum non videtur etiam in illis causis abdicata potestas ab ordinario.hoc colligitur ex illo text. iuncta glo. quæ vult quod inquisitor hæreticæ prauitatis dicitur esse delegatus ad vniuersitatem causarum, ex quo habes optimam limitationem ad c. studuisti.de offi.lega.vt non habeat locum in delegato ad vniuersitatem causarum, pro quo est glo. in d.cap.per hoc. facit in simili quod not. Bart.in l.prima.C.de offic. præfec. vrb. vbi tenet quod

10 †licet in ciuitate fiat vnus officialis super damnis datis vel super abundantia, non tamen propter hoc tollitur iurisdictio quam habet potestas qui habet vniuersalem iurisdictionẽ, pro quo bene facit tex.in d.l.j.& in l.fi. iuncta gloss.C.de iurisd.omn.iudi.& glo.in cap. in galliarum. xxv.

11 qõ.ij. †Hoc tamen limita verum esse quoties vna iurisdictio subalternatur alteri vt in exemplo prædicto. Si tamen ille specialis iudex esset superior generali,vtputa iudex deputatus per statutum super causis appellationum & nullitatum, tunc generalis iudex non se intromittit de speciali. Idem etiam si non se habet tanquam superior sed tanquam differens specie, vt est iudex insinuationũ.C.de test.consulta diualia, ita determi-

12 nat Bal.in l.vnica.ff.de offi.consu. † Poterit tamen cognoscere de crimine hæresis delegatus ab episcopo deputatus. aut a capitulo sede vacante vt in cle.j.§.j.& in clemen.ij. de hære. Debet tamen talis inquisitor, ac etiam delegatus annum quadragesimum attingere,vt est tex.in d.clemen. ij.in princi.cum glo.ex quo limitatur. c. cum vicesimum.de offic. delega. Idem si sit delegatis a Papa cum text. dictæ clemen.generaliter loqua-

13 tur. †Sed an inquisitor possit committere vices suas,solutio glo.in d.cle.ij.arguit pro & contra.finaliter tenet quod sic per illum text. & per tex.in clemen.j.§.porro. eodem titu.& hanc opi-

14 nionem tenent communiter Doc. †Sed dubiũ est de vicario generali episcopi, aut capituli sede vacante, & dicendum est secundum Lapum & Ioan. de Imol. in d.clemen.j. de hære. quod non poterit sine speciali commisione episcopi de hoc crimine cognoscere per text. in c. licet. de offic.vica.lib.vj.Est autem tam lata episcoporum potestas ꝙ contra quoscunque etiam quantũcunque exemptos poterunt procedere & eos de hoc crimine condemnare, non obstante quocun-

que priuilegio exemptionis vt in c. ad abolendã. 15 .§.fi.de hære.† Fallit tamen hoc in episcopis cõtra quos procedere non possunt inquisitores, nisi expresse hoc sibi committatur, vt in c. inquisitores.eo.tit.lib.vj.debent tamen nuntiare Romano pontifici si illi de hoc crimine infamati siue suspecti existant,vt dicit ibi tex.crederem tamẽ ꝙ vbi essent suspecti de fuga,carcerari possent,vt ad Papam remitterentur,vt in.§.audien. in authen. de defenso. ciui. colla. iij. ad quod faciunt not. per Bartol. in l. magistratibus. ff. de iurisdictio. 16 omnium iudicum. Sed quæro iuxta hoc † an ille tex. procedat tantum in inquisitoribus, an ẽt locum sibi vendicet in ordinarijs de hoc crimine inquirentibus. Ego putarem quod tantum in inquisitoribus locum habeat, non enim debet extendi ad episcopum aut ad capitulum sede vacante cum de ipsis non loquatur, nec per hoc quod sint episcopi qui hæresim incurrunt effugiunt iurisdictionem episcopi, in cuius territorio delinquunt. Pro quo est glo.in cap.ibi enim. iij. quæstio.vj.& in cap. j. de rapto. & per Inno.in c.cũ inferior.de maiori.& obedien. Vlterius iuxta 17 idem quæritur, † an episcopus possit procedere contra inquisitorem, si hæresim incurrat. Lapus Abb.in dicto cap. inquisitores. dicit ꝙ non durante officio, nisi crimen esset adeo notorium ꝙ non requireretur causæ cognitio. de fil. presby. quoniam. Idem sequitur ibi Domi. hæc opinio posset etiam iustificari per ea quæ not. Bar. in l. fi. ff.de rerum diui.vbi tenet quod si duo sint domini insolidum alicuius castri, & vnus delinquat,non poterit puniri a condomino, quia non habet in eum iurisditionem. Nam par in parem non habet imperium. de electio. innotuit. Sed hoc non obstante ego crederem indistincte posse dici quod possit contra eum super huiusmodi crimine procedere, cum istud sit delictum per quod perditur iurisdictio ipso iure. Pro quo faciũt no. in prædicta materia per Bar.in l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdi:om.iudi.in addit. & ponit exemplum in crimine læsæ maiesta.C.de digni.l.si gradatim.& l.quoties.lib.xij.C.de offi. recto. ꝓuin. l.ij.vbi videtur glo.eo ẽt casu quo delinqueret in male procedendo in officio, indubie posset eum punire, cum ordinarius delegatum apostolicum male se gerentem in causa sibi commissa punire possit,sic tñ vt ex hoc iurisdictio eius non impediatur,iuxta not.per Doct.in c.fi. de rescrip. & per Cynum & legistas in auth. qua in prouincia. 18 C.vbi de crimine agi oportet. †In processu aũt super hoc crimine faciendo episcopi & inquisitores apostolicę sedis habent exortationem a iure in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis ęternę, vt contra suspectos vel diffamatos de huiusmodi prauitate districte & ꝓ̃pte procedant,sic tñ ꝙ malitiose & fraudulenter hoc nefandum crimen falso alicui non imponant,ꝙ si odij gratiæ vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu,contra iustitiam & conscientiam suam omiserint contra quemquam procedere vbi fuerit procedendum, super huiusmodi prauitate,aut obtentu eodem prauitatem ipsam alicui imposuerint, ac eũ super hoc præsumserint quoquomodo vexare,præter alias pœnas ꝓ qualitate culpæ eis imponẽdas, Episcopus aut superior suspensionis ab officio per triennium, alij vero excõicationis sentẽtiã eoipso incurrant, a qua quidẽ excõicationis sententia qui eã incurrerint non ipsi per summum põtificem poterunt (præterquam in mortis articulo,& tunc satisfactione pręmissa)absolutionis beneficiũ obtinere,nullo ĩ hac parte priuilegio suffragante, de quo est text. in 19 cle.j.§.verum.de hære. Insuper † si quis episcopus in expurgando hæreses de sua diocesi negligens fuerit,vel remissus, cũ id certis indicijs apparuerit,deponendus est ab officio episcopali, & in locum ipsius alter substituẽdus est, qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem, de hære.excõicatus.in fi. Ex quo manifeste apparet ꝙ̃ damnabiliter & cũ quanto animarum suarũ periculo episcopi & alij, ad quos huiusmodi inquisitio spectat tam detestandum facinus persequi ac punire omittant.Inferiores aũt prælati de hoc crimine se intromittere nequeunt, cum superioribus præfatis sit reseruatum vt prædiximus. Potesta20 tes autem† siue domini temporales,ac eorum officiales de hoc crimine cum sit mere ecclesiasticum se intromittere nequeunt,vt de eo cognoscant,aut iudicent,aut incarceratos ab episcopo & inquisitore a carcere liberent,executionem tamẽ super hoc crimine fiendam sibi a iudicibus ecclesiasticis predictis iniunctam adimplere nõ detractent, aut eorum iudicium seu sententiam directe vel indirecte impedire quoquomodo non præsumant. Si quis vero de præfatis secularibus iudicibus cõtra prædicta fecerit, aut præfatis episcopo & inquisitoribus in prædicto fidei negotio se opposuerit,siue illud quouis modo impediuerit,& qui sciẽter in prædictis dederint auxilium,consilium,vel fauorem, excommunicationis sententiam incurrat ipso iure,quam si per annum animo sustinuerit indurato,ex tunc velut hæreticus condemnetur.c.vt inquisitionis.§.fi.de hære.lib.vj.

SVMMARIVM.

1. *Ordo quis à iudicibus & inquisitoribus seruari debeat in hæreticorum processu.*
2. *Hæreticus bis generaliter monendus est vt ab erroribus desistat, antequam ad specialem procedatur inquisitionem.*
3. *Episcopus si possit inquirere solus sine inquisitore, & vice uersa, quid inquisitor absque episcopo.*
4. *Episcopo sine inquisitore non licet contra hæreticum diffinitiuam proferre sententiam, nec eum diro carceri mancipare, nec tormẽtis subiicere. Limita & declara vt ibi.*
5. *Inquisitoribus aliisque hæreticæ prauitatis cognitoribus interdicitur ne modis illicitis ab aliquibus pecunias extorqueant, alioqui pœna ibi tradita plectentur.*

Pœnæ

Quæſtio. VIII.

1 OCTAVO quæro de † ordine qui debet teneri per iudices in ꝑcedendo cōtra hęreticos. Ad quod dicendū ꝙ in primis clerum & populum conuocabunt exponendo eis inquisitionē quam facere intēdunt, auxilium quoque & consilium & fauorem ab ipsis petent. c. vt commissi. in. §. j. de hære. lib. vj. & solent inquisitores primo ire ad episcopum loci vel vicarium, & ostendere eis facultatem & authoritatem suam, & rogare ꝙ congreget clerum, quo congregato ostendunt eis literas et facultatem prædictas sermonem faciunt, & eorum auxilium & fauorem postulant. Postea simile faciunt cum potestate siue correctore ciuitatis & cōcilio siue (vt hispanice loqu amur) consistorio. demum conuocant totam concionē populi, & habito sermone ad populum idem faciunt vt prædiximus. Postea interpolatim inquisitor facit sermo-
2 nes ad populum de fide. Et conueniens est † ꝙ ad minus due munitiones præmittantur contra omnes hæreticos, vt relictis erroribus suis ad fidem catholicam reuertantur, & ad ecclesiæ gremium redeant, quæ tanquam pia mater non claudit gremium redeunti, vt c. super eo. de hære. lib. vj. Et pro his monitionibus satisfacit authoritas Apostoli ad Titum. iij. vbi dicit hæreticum hominem post vnam & secundum admonitionem deuita, ad idem xxiiij. q. j. quæ dignior, & q. iij. dicit apostolus. Inquisitores etiam ex abundanti consueuerūt addere tertiam monitionē vt magis processu suos videatur iustificare. In quibus monitionibus quarum singulæ decem dies continent monent eos ad conuersionem, & reuertentibus promittunt benignam misericordiam. Quibus peractis proceden dum est ad inquisitionē, recipiendo in vnaquaque parochia iuramentum a rectore parochiali, & ab alijs probis & honestis viris, & si illi deponant aliquos de parochia fore hæreticos, aut diffamatos siue suspectos, consueuerunt secreto eos coram se vocare, & secreto ad conuersionem monere, & vbi nec sic voluerint, proceditur contra eos secundum formam iuris, qui processus determinatur aperte per text. in cle. j. §. j. de hære. vbi text. dicit quod procedendum est per diocesanos episcopos, & per inquisitores a sede apostoli-
3 ca deputatos simul conuenientes. † Sunt tñ quędā quæ possunt vnus sine alio agere vtpote citare, arrestare, seu capere, ac carceri mancipare, ēt ponēdo in compedibus vel manicis ferreis, prout secūdum eum viderit expedire. Poterit ēt inquirere quisque prædictorum sine altero contra illos de
4 quibus viderit inquirendum, † diro tamen carceri mancipare siue arcto, qui magis ad pœnam quam ad custodiam videatur, aut tormentis supponere eos contra quos proceditur, aut diffinitiuā sententiam ferre contra eos non poterit episcopus sine inquisitore, aut inquisitor sine episcopo, aut eius vel capituli sede vacante super hoc delegato, quod tamen intellige dummodo adinuicem copiam habere valeant infra octo dierum spatium postꝙ inuicem se requisiuerint. Si autem conueni re non potuerunt propter pręmissa, tunc inquisitor ordinario vel econtra ordinarius inquisitori poterit super præmissis committere vices suas, vel per literas significare eidem suum consilium, vel assensum, vt dicit ibi tex. & vt cum maiori puri-
5 tate & integritate res agatur. † Inhibitum est inquisitoribus & tam ipsorum quam episcoporū ac capitulorum sede vacante delegatis sine commissariis, ne prætextu inquisitionis officij quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniā extorqueāt, & si secus fecerint eoipso sententiam excommunicationis incurrunt, a qua non possunt absolui præterquam in mortis articulo, donec plenariam satisfactionem fecerint his a quibus extorserunt, a qua satisfactione nullis pactis aut priuilegiis aut remissionibus poterunt liberari. & ne hoc latere possit, notarij & officiales dicti officij necnō fratres & socij inquisitorum ipsorum & cōmissariorum (qui dictos inquisitores aut commissarios secrete prædicta nouerint commisisse) si indignationem dei et sedis apostolice offensam voluerint euitare, grauiter ipsos arguere & corrigere studeant in secreto, ꝙ si taliter ea sciuerint vt probare valeant pręlatis inquisitorum et commissariorum eorundem studeant nuntiare, vt in cle. ij. eo. ti. Pondera tñ illum tex. qui non loquitur de episcopis, vnde licet ipsi ab his debeāt abstinere nō tñ pœna prędicta haberet locū in illis, cum nō sit expressum, voluit enim dignitati eorum deferre, vt in c. sane. lo ij. de offi. deleg. & in c. ij. eod. tit. lib. vj. ita tenet gl. in d. cle. ij. quam sequuntur ibi communiter Docto. Episcopus tñ non debet aliquid habere propter inquisitionem, nec partē aliquam de deputatis inquisitionis officio, vt patet in extrauag. Boni. ex eo. §. penul. ita tenet Ioan. Andr. in c. fi. §. j. de hęre. lib. vj. Considera etiā cir
6 ca idem ꝙ tex. † ille prohibet illicitas extorsiones, nō tamē per hoc tollit pœnas pecuniarias applicandas officio imponi & exigi. secundum glo. ibi, circa quod dicit Matthę. ꝙ bene possunt inculpatis de hoc crimine imponi penitētia in pecunia pro pauperibus vel aliis piis operibus vt c. accusatus. §. de quęstionibus, &. §. si vero, de hęre. lib. vj. Refert ēt fratrē Aluarum Hispanū tenuisse ꝙ hanc multam pecuniariam inquisitores imponunt quoties aliqui proferunt verba hæretica, aut ludēdo, aut ex ira, aut ex fatua simplicitate et

ignorantia, quæ tñ excusationem non habet. Et his casibus & similibus possunt pecuniariter puniri. Nam & ecclesia hoc facit. xxiij. dist. ꝗꝗ. de iudæ. ad liberandam, de rapto. in archiepiscopatu. Item † inquisitores possunt hæreticis conuersis pœnas commutare vel minorare, in c. vt commissi. de hęre. li. vj. Nam & alias iudex ex certis causis minorat pœnam. ff. de poe. aut facta. §. fi. Itē pro hoc facit litera d. cle. ij. a contrario, per hoc enim ꝙ dicit ꝙ modis illicitis non possunt extorquere pecuniam, ergo licitis sic, de præsumpt. nonne. xxv. dist. qualis. ff. de iudi. cum prętor. Item quia d. cle. ponit verbum extorqueant, quod sonat in vitium violentiæ, vel fraudis, ergo secus si iuste condemnent; sed caueant secundum eum ne imbursent, quia reputaretur extorsio, sed dent pauperibus, vel applicent officio inquisitionis. in cle. statutum. de elect. de præsumptio. literas. de offi. ordi. dilectus. Idem per omnia sequitur do. Car. in d. cle. ij. & in cle. ad nostrum. in fin. eod. tit. Sed quæro iuxta prædicta, † vtrum inquisitores possint recipere modica exennia quæ consistunt in esculentis et poculentis mera liberalitate oblatis, quę paucis possunt cōsumi diebus. & veritas huius quęstionis pendet ab illa, An alij iudices possint ista recipere. in quo fuit varietas inter Doc. nam glos. in l. plebiscito. ff. de offi. præsi. tenuit ꝙ licet olim illud licitum esset per d. l. & per l. solent. ff. de offi. procon. tamen hodie illud est immutatum per iura noua & correctum. Sed Bart. in d. l. plebiscitio. post Guil. tenet opinionem contrariā. Sed in authē. vt iudic. sine quoquo suffra. §. rescriptum tenet opi. d. glo. quod etiam tenet gl. in d. §. & dicit ꝙ lex plebiscito. & alia iura que innuunt contrarium possent habere locum in defectum sui salarij, & tunc etiam mediocriter, & a sponte dantibus, vt innuit tex in d. §. & glo. in d. l. plebiscito. Prędicta dicit fore vera in iudice ordinario, † sed iudex delegatus indistincte potest secundum eum accipere esculentum & poculentum quod paucis cōsumi posit diebus, dummodo mera liberalitate sit oblatum. vt c. statutū. §. insuper. de rescri. li. vj. et istam opinionem sequitur Bal. in d. l. solent, licet non ita plene distinguat, & opi. istorum doctorum satis est cōformis legibus ord. Hispaniæ, quæ indistincte prohibent iudicibus ne aliquid a partibus recipiant. Adiungit tamen Bald. ibi ꝙ pro quibusdam minimis nō offenditur lex, vt pro vno pari fasianorum vel pro duabus fialis maluasię. ff. de condi. & demon. l. quanuis, quia pro tam paruo iudicis animus non flectitur. Ad quod etiam ego induco tex. ca. & si quæstiones. de simoni. vbi pro modico voluntarie oblato in collatione rei spiritualis non committitur simonia, licet in spiritualibus omnis traditio & promissio cessare debeat. Adde glo. not. xj. q. iij. non licet. Ex quibus infertur ad decisionem quæstionis proposite, ꝙ cum inquisitoribus et commissarijs sint deputati redditus officij, & sic in eis militet ea ratio quę in ordinario, præsertim quia cū sint delegati ad vniuersitatē causarum vt not. in c. per hoc. de hære. lib. vj. naturam ordinariam sapiunt. secundum glo. de appel. cum causam. Idem in eis quod in ordinarijs erit dicendum. † Vlterius quæro circa pręmissa in quo territorio sit hęreticus de hoc crimine conueniendus. Ad hoc respondetur per tex. in c. vt commissi. §. j. de hęret. lib. vj. ꝙ in loco vbi hęresim incurrit etiam si ad aliam iurisdictionem se conferat. Sed an in loco illo ad quem se transtulit poterit conueniri. Dic ꝙ sic, vt dicit ibi gl. cum etiam ibidem censeatur delinquere hęresim illam retinendo. facit in simili quod not. Bart. in l. si dominium. ff. de fur. & l. si abducta. C. eod. & l. sed nec legatarius. ff. de conditi. furti. vbi tenet ꝙ si aliquis fecit furtum Florentię & reperitur Perusij cum re subtracta, poterit ibi conueniri scilicet Perusij. Nam sicut mutatione dominij nascitur noua actio furti ad pœnam applicandā parti, sic mutatione territorij & iurisdictionis noua nascitur actio siue accusatio furti ad vindictā publicam per d. l. si dominium.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis crimen aduersus quos intētari possit.*

2 *Vsuram exercere non esse peccatum contendentes, hæretici censendi sunt.*

Contumax in hæresis causa, si anno in excommunicatione persistat, vtpote hæreticus condemnādus est.

3 *Sortilegi & diuinationis crimen non est coram inquisitore pertractandum. latissimè nu. 6.*

4 *Professo religionem descrente & ad nuptias conuolante, an huius criminis cognitio inquisitori concessa sit.*

5 *Nuptias binas si quis contraxerit an huius rei cognitionem habeat inquisitor.*

6 *Diuinationes & sortilegia quando dicantur sapere hæresim manifestam, & quando non. & numero. 10.*

7 *Prænoscere & pronuntiare de futuris quando liceat & quando non.*

8 *Demonum diuinationes & responsa euitanda sunt etiam si vera prædicent.*

9 *Deus quandoque quæ à demonibus prædicuntur euenire sinit, vt hominum religionem erga illum tentet ac experiatur.*

11 *Inquisitoribus an liceat contra iudæos procedere, qui Christianos in eorum ritus inducunt.*

Quæstio. IX.

NONO † quæro contra quos possit procedi obtentu huius criminis. Dicendum est ꝙ contra hæreticos, credentes, fautores, & receptatores eorum vt in ca. officium. in princ. & c. vt inquisitionis, in prin.

prin.de hære.lib.vj. Qui autem dicantur hæretici, determinat text.in c.ad abolendam. in princ. eod.tit.in volumine. De quo tamen vide quę late 2 scripsi supra in j.membro. † Inter cæteros autem ille qui diceret pertinaciter ꝙ exercere vsuras non est peccatum hæreticus iudicaretur in cle. vnica.§.pe.de vsur. Item qui propter contumaciã in causa hæresis excommunicatur si per annum in excõmunicatione persistat, est velut hæreticus condemnandus. in c.cum contumacia. de hæreti. lib.vj. Et nedum cõtra hæreticos procedi potest, verumetiam contra suspectos & infamatos de hęresi, vt in d.c.vt officium.in princ.& de huiusmodi suspicione est exemplum in casu.c.fi.de pœ.cõtra illum qui diu in excommunicatione etiã pro qualicunq; causa inflicta perseuerauit, & simili-3 bus. † De sortilegiis vero & diuinationibus non se poterunt inquisitores intromittere, nisi hæresim sapiant manifeste, vt c.accusatus.§.fane.de hęre.li.vj. Ex his infertur ad qõnem. Quidam fra-4 ter † professus exiuit ordinem & accepit vxorem, an inquisitor hæreticę prauitatis possit de hoc cognoscere. But.in l.iij.C.de sum.trini.distinguebat, quia aut accepit eam clam & præsumitur dolose hoc fecisse & non per errorem, & sic contra eum non poterit procedere. Aut accepit palã, & eo casu non præsumitur in dolo sed erronee hoc fecisse, putans sibi licere, & ꝙ erret in fide, & sic cognitio pertinebit ad inquisitorem. Idem sequitur Panor.in c.cum quidam.de iureiuran.et in suo consil.lxviij. infertur etiam ad aliam qõ.
5 An † inquisitor hæreticæ prauitatis possit procedere contra illum qui binas nuptias contraxit, itaq; viuente prima vxore duxit secundam, & Lapus Abbas in d.§.fane. dicit ꝙ fuit consultum ꝙ sic, quia videtur committere contra vnum de sacramentis ecclesiæ, & per consequens hæreticus est habendus.de hære.ad abolendam, in prin. Idem sequitur ibi Dominicus. Sed ego distinguerem vt supra proxima q. an scilicet clam vel palam illud fecerit, & per hoc poteris ad multa similia respondere. Vlterius quæro circa pręmissa 6 an † inquisitores præfati procedere possint contra diuinatores & sortilegos. Ad hoc dicendũ est ꝙ non nisi hæresim sapiant manifestam, vt prædiximus qñ autem dicantur sapere hæresim, est satis difficile diffinire. Sed Oldr.consi.ccx.volens hoc determinare dicit, ꝙ si quis per inuocationẽ demonis vult aliquod futurum scire, hoc hæresim sapit manifeste, qa vult demoni attribuere quod soli Deo est reseruatum, iuxta illud Esaiæ xlj. annuntiate nobis quæ futura sunt, & dicemus qa dij estis vos. Idem tenet Ioan. Andr. in addi. ad Spe.ti.de sortileg.& hoc casu põt intelligi text. xxvj.q.v.episcopi.in princ.vbi prædictos appellat hæreticos. Non tñ ego crederem hoc esse verũ sic simpliciter loquẽdo. Sed pro veritate huius considerandum est, quia futura dupliciter cognosci possunt. Vno quidem modo in suis causis, alio modo in seipsis. Causæ aũt futurorũ tripliciter se 7 habent. Quædam † enim producunt ex necessitate, & semper suos effectus & hmõi effectus futuri per certitudinem pręnosci & pręnuntiari possunt ex consideratione suarum causarum, sicut Astrologi prænuntiant eclipses futuras. Quædam vero causę producunt suos effectus non ex necessitate, et semper, sed vt in pluribus, raro tamen deficiũt, & per hmõi causas possunt præcognosci effectus futuri, non quidem per certitudinem, sed per quandam coniecturam, sicut astrologi per considerationem stellarum quædam pręnoscere & pronuntiare possunt de pluuiis & siccitatibus, & medici de sanitate vel morte. Quædam vero causæ sunt quę si secundum se considerarentur habent se ad vtrumlibet, ꝙ pręcipue videtur de potentiis rationabilibus quę se habent ad opposita secundum philosophum, & tales effectus vel etiam si quis effectus vt in paucioribus casu accidunt ex naturalibus causis per considerationem causarum pręnosci non possunt, nisi in seipsis considerentur. homines autem huiusmodi effectus in seipsos solum considerare possunt dum sunt præsentes, sicut cum homo videt fortem currere vel ambulare. Sed considerare huiusmodi antequam fiant est ꝓprium Dei, qui solus in sua æternitate videt ea quæ futura sunt tanquam pręsentia, & de hoc intelligitur pręinducta authoritas Esaię. Annuntiate nobis &c. Si quis vero huiusmodi futura pręnoscere aut prænuntiare quoquo modo pręsumpserit, nisi Deo reuelante, manifeste vsurpat sibi quod Dei est. Hæc ponit S.Tho.ij.ij.q.xcv.arti. j.de quo etiam vide eundem ij.ij.q.clxxij. arti.j. cum agit de prophetia.& in summa contra gentiles lib.iij.c.cliiij. vbi subiungit ꝙ maligni spiritus veritatem fidei corrumpere molientes, sicut abutuntur operationem miraculorum vt errorem inducant hominibus, & argumentum veræ fidei debilitent, non tamen vere miracula faciẽdo, sed ea quę hominibus miraculosa apparent, ita etiam abutuntur prophetica pręnuntiatione, non quidẽ vere prophetando, sed prænuntiando aliqua secundum ordinem causarum huiusmodi occultarum, vt videantur futura prænoscere in seipsis quod hominibus persuadent qui occultas rerum causas non cognoscunt. Prædicti siquidem spiritus subtilitate intellectus sui magis possunt cognoscere quã homines quomodo et qualiter effectus naturalium causarum impediri potest, & causas effectus aliquos occulte producentes, & ideo in prænuntiando futura mirabiliores et veraciores apparent ꝗ̃ homines quantumcunq; scientes, hęc ille. pro quibus allego bonum tex. xxvj.quæstio. v. sciendum, vnde quidam astrologi qui homines diuinos se gentibus ostentare volunt, cum videant quod principia illius scientiæ de futuris actibus hominum qui ex arbitrij libertate procedunt aliquod certum seu firmum determinare non valent, cum enim intellectus aut ratio non est corpus nec actus organi corporei, & per consequens nec voluntas quæ est in ratione vt patet per Philosophum tertio de anima. Nullum autem corpus potest imprimere in rem incorpoream ex quo sequitur quod impossibile est corpora cœlestia directe imprimere in intellectum & voluntatatem, sed tantum indirecte in quibusdam bestialibus hominibus qui rationem & intel

lectum

lectum subiiciunt appetitui sensitiuo, huiusmodi vani homines & insani recurrunt ad demones, a quibus per quædam occulta pacta multa de futuris intelligunt. Vnde Augusti. secundo super Gene. ad literam dicit fatendum est quō a Mathematicis vera dicuntur instinctu quodam occultissimo dici ꝙ nescientes humanæ mentes patiuntur, quod tñ ad decipiendos homines fit spirituum immundorum, & seductorum operatione, qui quędã vera de temporalibus rebus nosse permittuntur. Vnde concludit. Quapropter bono Christiano siue Mathematici siue quilibet impie diuinantes (& maxime dicentes vera) cauendi sunt ne consortio demoniorum, animam deceptã pacto quodam societatis irretiant, & pōdera illud quod Au-
8 gusti. dicit † illos diuinantes qui vera dicunt, maxime fore vitandos. Demon enim qui intendit perditionẽ hominum, & iuxta apostoli Petri vocem. Tanquã Leo rugiens circuit quęrens quem deuoret, Sepissime in suis responsis vera dicit, vt homines assuefaciat ad hoc vt ei credatur. Vnde Athanasius exponẽs illud quod habetur Luc. iiij. Increpauit illum dicens Obmutesce dicit quãuis vera fateretur demon. compescebat tamen Christus eius sermonem, ne simul cum veritate ẽt suam iniquitatem promulget, vt nos etiam assuefaciat ne curemus de talibus, ẽt si vera loqui videantur.

Nefas enim est vt cum assit nobis scriptura di-
9 uina a diabolo instruamur. Interdum † ẽt Deus remittit ea quæ a demonibus prædicuntur euenire, vt ipsi qui hoc audiunt & vident probentur, & appareat quali fide sunt vel deuotione erga Deũ, sicut in Deute. legitur. Moyses, ex præcepto dñi populo præcepisse dicens, Si surrexit in medio tui Propheta, aut qui dicat somnium se vidisse, & prędixerit signum atq; portentũ, & venerit quod locutus est, nō audies verba Prophetæ aut somniatoris, quia tentat vos Dñs Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum an non. in c. nec mirum. xxvj. q. v. qui est tex. Augustini. Similiter quoq; demones se habent in operationibus. Operantur enim quędam secũdum ordinem naturalem, cum propter subtilitatem ingenij sui, naturas rerũ occultas sciant, quæ hominibus propter grossitiem ingenij miraculosa videtur, eo quod illorum causas non attingunt, non tamen demones præter naturæ ordinem quicquam efficere possunt, de quo
10 optimus tex. Augustini in d. c. nec mirum. † Quibus præmissis quo ad qō. propositam videtur dicendum, ꝙ si quis inuocans demones vel sortilegia aut diuinationes exercens, credit demones aliqua de futuris scire, ad quorum cognitionem non pertingunt, aut in operabilibus credit eorum virtutem ad aliqua se extendere, ad quæ secundum rei veritatem se non extendit, huiusmodi error cum pertinacia hæresim induceret, Et sic intelligo tex. in d. c. episcopi. ad quod etiam bonus tex. ea. causa. q. vij. non obseruetis. quod satis aperte dñs insinuare voluit Deuter. xviij. vbi inter abominationes gentilium prędicta maleficia & sortilegia connumerauit. Si vero ista credulitas falsa cessaret, licet res sit valde illicita, non tamen hęresim saperet, cum discessum a fide nō haberet, in quo ratio hæresis consistit, vt ex superioribus patet. Ex quibus manifeste deprehenditur quã magnum instet periculum his qui ad has vanitates & insanias falsas se conuertunt. Ex hmōi etiã damnanda cum demonibus societate detestabile idolatriæ scelus sepissime incurritur. Demon enim superbiæ caput, summopere ab hominibus adorari desiderat. vt patet Matthæi iiij. Vnde quibusdam auidissime his vanitatibus deditis taliter persuadet, et talibus modis eos allicit, vt sacrificium vel reuerentiam ei exhibeant. Contra quos dicitur Esaiæ xxviij. Dixistis percussimus fœdus cum morte & cum inferno fecimus pactum, & in summa qui talibus sociis se immiscet non valet ille-
11 sus euadere. Vlterius, quæro, † an inquisitores prẽfati possint procedere contra Iudæos, qui inducunt christianos ad eorum ritum, aut eos defendunt, occultant & fouent in dictis erroribus, & dicendum est ꝙ sic, secundum Oldrad. consilio xxxvj. Idem tenet Ioan. And. in c. contra christianos. de hære. lib. vj. in nouel. quod dicit ex extrauag. Grego. & clemen. clare patere. quæ quidem extrauag. reseruatæ sunt in suo vigore per c. fi. in prin. eo. tit. & lib.

SVMMARIVM.

1 *Quibus viis & modis ad hæreticorum punitionem procedatur.*

2 *Accusatio instituenda est ex iustitiæ & caritatis zelo, non causa vindictæ.*

3 *Laicus clericum regulariter accusare non potest, fallit in crimine hæresis.*

4 *Accusatorem quanuis in publicum prodire accusationi inscribere deceat, in crimine tamen hæresis si ob accusati potentiam periculum immineat episcopi est prouidere ne accusantis nomen publicetur.*

5 *Inquisitionis aduersus hæreticum quæ forma sit.*

6 *Denuntiationis aduersum hæreticos quæ forma sit.*

7 *Denuntiatio nequaquam fieri debet si crimen ita occultum sit vt probari nequeat, & episcopo contrarium mandanti minime obediendum est. & nu. 8.*

9 *Monitiones generales in ecclesiis fieri solitæ, vt sub excōicationis pœna scientes aliqua delicta ea propalare habeant an et quatenus stringãt.*

Quæstio. X.

1 DECIMO quæro, quibus † modis procedi possit contra hæreticos ad puniendum eos de hæresi. Ad quod dicendum ꝙ tribus modis, scilicet accusando, inquirendo, et denuntiãdo, adde & quartum scilicet per viam notorij. De primis

primis tribus est tex. de accusa. super his. in prin. & c. licet hely. de simo. De vltimo est text. in d. c. licet hely. Pro euidentia primi aduerte ꝙ & si accusationis genus illaudabilis intentionis esse dicatur. vt c. si quis episcopus. ij. q. vij. de quo per gl. ij. q. vj. c. decreto. Illud tamē debet ītelligi quo ad vulgi opinionem, alias enim præsumitur quis bono zelo accusare. de dolo & contu. veritatis. 2 † Ex caritate enim debet accusatio prouenire. de accusa. si quis episcopus. & non zelo vindictę priuatę aut odij personalis. eo. titu. accusasti. & qui accusat, publicę salutis custodiam gerit. C. de famo. libel. l. vna. Pro quo vide bonam gl. in d. c. si quis episcopus. ij. q. vij. & si in omni crimine hoc procedat, a fortiori in huiusmodi crimine hæresis, quod grauissimum est, vt ex superioribus patet, cum etiam in opprobrium Dei cedat, cuius opprobria dissimulare non debemus, quia ipse nostra deleuit. vt in c. in nōnullis. de iudæ. 3 † Et licet regulariter laicus clericum accusare non possit, vt in cap. j. & ij. & quasi per totum. ij. q. vij. & de accusa. c. cum. p. Tamen fallit hoc in crimine hæresis vt voluit glo. ij. q. vij. in sum. Est & aliud speciale in hoc ꝙ regulariter non potest recedi ab obedientia prælati instituta accusatione aut iudicio contra illum. viij. q. iiij. nonne. Fallit tamen in hoc crimine, nam etiam ante institutam accusationem recedi potest a prælato hæretico, iuxta gl. c. sacerdotes. ij. q. vij. & cap. cum non liceat. de prescrip. 4 † Est etiam & aliud, ꝙ quanquā in alijs criminibus accusatur in publicum prodire debeat. iij. q. ix. c. nō oportet. & c. habetur. & inscriptionem facere. vt l. libellorum. ff. de accu. & l. qui crimen. C. qui accus. non pos. & l. pe. C. de accu. & cap. super his. eo. ti. & c. licet heli. de simo. & similem carceris custodiam subire. C. eo. l. fi. speciale tamen est in hoc crimine ꝙ vbi propter potentiam personarum contra quas proceditur, videant episcopus, vel inquisitores graue periculum imminere, si contingat fieri publicationem nominum eorum qui accusant procedi poterit eorum nominibus sub secreto seruatis, vt in c. fin. §. iubemus. de hære. lib. vj. seruata forma illius. c. Adde etiam ꝙ hæreticus hæreticum accusare potest. ij. q. vij. si hęreticus. & per gl. xxiij. questio. iiij. ipsa pietas. ꝙ in hoc crimine speciale est, cum alias regulariter criminosus criminosum accusare non possit iij. q. vij. c. qui siue. & cap. pastoralis. & de accusa. c. j. 5 Quo autem ad † inquisitionis ordinem si specialiter contra aliquem infamatum de hoc crimine, ꝓcedatur. procedēdum est iuxta formā cap. qualiter. lo. ij. §. debet. de accu. Si autem generalis inquisitio fiat in ciuitate, vel diœcesi, tunc ex testibus in illa generali inquisitione examinatis etiam si sufficienter contra aliquem deponant, nō poterit ille condennari, sed oportet ꝙ eo nominatim vocato & data sibi copia defensionis contra eum procedatur, & iterum probationes sufficientes fiant voluit Innoc. de electio. bonæ. lo primo, & Specu. in titu. de no. cri. in princi. immo ex talibus probationibus in generali inquisitione habitis, adhuc ad torturam non posset procedi, iuxta 6 doctrinam Bar. in l. fina. ff. de quæstio. † Quantum autem ad denuntiationem dicendum est ꝙ præcedere debet euangelica monitio, iuxta illud euangelij. Si peccauerit in te frater tuus &c. ij. q. j. si peccauerit, de iudi. nouit. & qui hanc monitionem non præmitteret, a dēnuntiatione repelleretur. de accusa. cap. ij. & c. qualiter. lo secundo & c. super his. eo. tit. hoc tamen limita verum cum peccatū esset occultum, secus autem si publicum. Nam eo casu præmonitio non requiritur, secundum illud Apostoli. j. ad Timo. v. Peccantē coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. quod intelligitur de peccatis publicis, vt dicit August. in lib. de verbis domini. Item in hęresi occulta vbi posset imminere periculum in dilatione. vt quia est aliquis hęreticus occultus, qui priuatim homines a fide auertit. Aut sit tractatus occultus quomodo ciuitas tradatur hostibus, quod etiam celerimum exoptat remedium. His casibus alio etiam nō expectato statim procedendū est ad denuntiationem, nisi forte aliquis firmiter æstimaret quod statim per secretam admonitionem huiusmodi mala posset impedire vt dicit sanctus Thom. secunda secūdæ q. xxxiij. articu. vij. & iiij. senten. distin. xix. 7 † Generale tamen est in omnibus denuntiationibus, ꝙ si crimen est adeo occultissimū ꝙ nequeat probari, non habet locum huius denuntiatio. intātum ꝙ etiam si prælatus contrarium mandaret nō esset sibi in hoc obediendum, cum sit contra præceptum domini, qui delicta fratrum occulta noluit reuelari, immo eo casu peccaret præcipiēs et obediens. Obedire enim oportet Deo magis quam hominibus, iuxta illud Actuum quinto, & si generaliter prælatus præciperet vt sibi dicatur ꝙ quis sciuerit corrigēdum, intelligendum est sane illud præceptum, scilicet saluo ordine iuris, & fraternę correctionis; quia tamen medicus corporalis sanitatem ęgroto confert si potest sine alicuius membri abscisione. Si autem non potest, abscindit mēbrum minus necessarium, vt vita totius conseruetur. Sic & medicus spiritualis agere debet, si enim potest emendare fratrem quantum ad conscientiā salua fama & illesa, illud faciat vt prędictum est, si tamen hoc non potest, tunc quia conscientia prę ferenda est famæ, voluit dominus vt etiam cum dispendio famæ conscientia fratris per publicam denuntiationem a peccato liberetur, vbi tamen de occultis aliqua indicia apparerent, puta per infamiam vel per alias suspitiones, posset prælatus prę cipere ista sibi reuelari eo modo sicut & iudex inquirit contra infamatum, quia iam illud non est omnino occultum, nec ab hoc deuiat id quod in capitulis religiosorum fit, vbi etiam sine aliqua præambula monitione denuntiantur secreta proximi delicta. Nam illa sunt de aliquibus leuibus, quæ famæ nō derogāt, & si essent talia de quibus frater infamaretur contra præceptum domini faceret, qui per hunc modum peccatum fratris publicaret, quod est intelligendum modo prædicto. Ista sunt de mente sancti Thomæ secunda secundę q. xxxiij. arti. vij. & iiij. sententia. distinct. xix. tenet & idem dicens etiam in peccato omnino occulto regulam euangelij. locum habere, & inducit quod August. in regula dicit. Innocentes non estis

si fra-

si fratres vestros quos iudicãdo corrigere potestis tacendo perire permittatis. nec ex hoc aliquis efficitur proditor criminis, quia non manifestat crimen ad infamandũ sed ad corrigendum. Sed Ioã. 8 Andræ. in c. nouit. de iudi. tenet ꝙ in † peccato omnino occulto taliter ꝙ probari non potest, non habeat locum hęc denũtiatio. talia enim omnino occulta diuino iuditio sunt relinquenda vj.q.j. si omnia. & hoc videtur voluisse gl. in d.c. si peccauerit. Sed Panor. ibi dicit ꝙ stante hoc secreto, licet in publicum non debeat res produci, pro quo videtur mihi bonus tex. in d.c. si peccauerit. et ibi glo. debet tamen fieri diligens exhortatio & fraterna admonitio erga ipsum in secreto vt se emendet, vt dicit ibi tex. et adhuc si opportuerit poterit hoc significare presbytero suo aut prelato in secreto, qui monendo & orando poterit prodesse & nõ obesse. Pro quo bonus tex. xxij. questio. v hoc videtur. Et quia S. Thom. tenuit contrarium vbi supra. Ad motiua sua stat responsio ꝙ debent intelligi modo prædicto. & ad prædicta multum facit tex. in clem. ij. de hære. vbi probatur ꝙ delictum quod probari nõ potest non debet iudici denuntiari. Ad idem induco etiam tex. in c. qualiter lo j. de accusa. in fi. vbi iudex qui generaliter inquirit super statu ecclesię nõ debet ad occulta reuelanda astringere testes in inquisitione deponentes. Pertinet enim ad debitum caritatis crimen fratris celare, de offi. ordi. si sacerdos. j. q. j. Christus quid fecit, eo pręcipue, quia cum res eo modo est occultissima, iudicialis authoritas nil prodesse potest, cum nec probationibus iste conuici queat, nec subijci torturæ, vt inuitus confiteatur. Ex quo 9 indicia non præcedunt. † Et ex his infertur ad istas generales monitiones quæ fiunt in ecclesijs a iudicibus sub pœna excommunicationis, vt scientes furta vel alia delicta huiusmodi debeant reuelare. per prædicta enim colligere poteris qualiter illæ sint intelligendæ, & quomodo, & ad quid astringant.

SVMMARIVM.

1 *Citatio hæreticorum qualiter, quando, quæ, & à quibus fiat.*

Defensio est de iure naturali & nemini deneganda quantuncunque excõmunicato et criminose.

2 *Relapsus seculari iudici protinus nulla audientia ei præstita tradendus est.*

Relapsus quis dicatur.

3 *Dispositio exceptionum exclusiua super certa qualitate fundata, exceptiones illi qualitati detrahentes nequaquam excludere videtur.*

4 *Capitali crimine impetitus regulariter ad corpus capi & carceri mancipari potest, & qua forma ad capturam procedatur.*

5 *Mulieres cum masculis in eodem carcere trudi minime debent, sed separatim incarcerãdi sunt.*

6 *Dominus castri à præfectis inquisitioni requisitus, an cogatur hæreticum in suo territorio manentem verbaliter citatum & illis tradere.*

7 *Quid in aliis criminibus.*

8 *Hæreticus cuius expensis ad inquisitores remittendus sit.*

9 *Delegatus ab episcopo vel capitulo vacante sede aut etiam ab inquisitore an possit hæreticum personaliter capere latis.*

10 *Carcerum quatuor species hic recitantur.*

11 *Custodibus carcerum hæreticorum quis impensas subministret.*

12 *Iudex in carceribus quempiam iniustè detinens, in id quod carcerati interest obnoxius sit.*

13 *Carceratis ob hæresim quis alimenta supeditare debeat.*

14 *Hæreticus resistens ministro eum iudicis iussu incarcerare volenti, impunè occidi potest in tali conflictu resistentiæ.*

15 *Hæreticus ad ecclesiam confugiens an gaudeat immunitate.*

16 *Episcopo an liceat armatos ministros habere pro suæ iurisdictionis executione.*

17 *Brachii secularis auxilium ab episcopo pro iustitiæ executione implorari potest.*

18 *Gladii temporalis exercitium ecclesiæ denegatum esse, quomodo intelligatur.*

Quæstio. XI.

1 VNDECIMO quæro de † citatione hæreticorum. Et pro huius euidentia est distinguendum, quia aut querimus de citatione verbali. Aut de citatione reali. Primo casu citandus est qui de hoc crimine impeditur quacunq; via procedatur contra eum, vt habeat copiam se defendendi, cum enim defensio sit de iure naturali. vt in cle. pastoralis. §. cæterum. de re iudi. nemini. deneganda est quantuncunque excommunicato & criminoso. de excep. 2 cum inter. & c. fi. † Si tamen esset hæreticus relapsus sine aliqua audientia esset iudicio seculari relinquendus. de hæreti. ad abolendam. §. illos. & c. super eo. eod. tit. lib. vj. Quis aũt dicatur relapsus vide pulchrum tex. c. accusatus. eo. titu. & li. Ego tamen putarem ꝙ licet relapsus nõ debeat audiri super crimine, vt in dictis iuribus, si tamen vult excusare se relapsum fore bene esset audiendus. 3 Nam † cum dispositio excludens exceptiones fundatur super certa qualitate, nõ videtur excludere exceptiones detrahentes illi qualitati, vt voluit glos. cap. cupientes. §. quod si per xx. de elect. lib. vj. & cle. vnica. de sequest. po. & fruc. & Bart. in l. j. §. parui refert. quod vi aut clam. Sic in proposito est dicendum vt cum illa iura se fundent super

relapsu,

relapsu,non videantur tollere defensionem, quo ad hoc ꝙ iste posset dicere se non relapsum, & hanc citationem poterunt. episcopi & inquisitores nedum per se sed per alios facere vt in c. commissi.in prin.de hære. lib.vj. Aut quærimus de citatione reali hoc est per capturam personę,et similiter illam facere possunt,& tam verbalē ꝙ hanc realem citationem episcopus sine inquisitore & inquisitor sine episcopo facere poterit.de hæreti. cle.j.§.j. † Regulare enim est ꝙ conuentus super crimine capi potest personaliter, & incarcerari, & præsertim quando delictum est maximū, sicut hæresis. de qua materia. vide late per Barr. in l.fi.ff.ad l.Iul.pecu. et in l.j.ff.de custo.reorum & in hac captura seruatur de more ista practica; ꝙ informatione prehabita per iudicem de maleficio, & malefactore, sine alia citatione verbali præcedente, mittunt ad capiendum reum si crimen sit enorme, cuiusmodi est istud: & hoc ne fugam arripiat conscius de crimine. ita dicit Saly. in l.ij.C.de exhi. & intro.re. quod dicit probari per illum tex. præsertim iuncta glo.& licet ista modestia incarcerando sit seruanda, vt nemo sit de domo sua trahendus ad carcerem. vt l.nemo de domo.ff.de re.iud.& l.plerique.ff. de in ius voc. Hoc tamen procedit in ciuili, non tamen in criminali, iuxta gloss.in dicta l.nemo. † Seruandum tamen est ꝙ mulieres nō ponantur in eodem carcere cum masculis,sed ad partem in alio carcere,quia periculosa est sexuum cōmixtio, vt in l.quoniam.& auc.nouo iure.C.de custo.reo.& in auth.vt nulli iudi.§.si vero.colla.ix.quod procedit nedum in carcere deputato ad custodiam, sed ēt deputato ad pœnam iuxta formam cap.pen.de hære.& c.quamuis.de pœnis.lib.vj. ita tenet gl. in d.c. quamuis. † Et de forma quæ debet teneri in huiusmodi carceribus hæreticalibus, & de custodibus adhibendis,& substitutis ab eis, & de iuramento quod per eos præstandum est,& qualiter diuersas claues debeant carceri adhibere, & modo ministrandi necessaria carceratis, vide tex.not.in d.clemen.j.§.j. de hæreti. Sed pone ꝙ † in castro siue territorio alicuius domini temporalis hæreticus manet, & citatus verbaliter ꝑ inquisitores non vult coram eis comparere,an dominus castri teneatur eum in manibus inquisitorum ponere si sit ab eis requisitus. Ad hoc dicas ꝙ sic,pro quo est tex.apertus in c.vt inquisitionis in princ.de hære. lib.vj. Quid autem sit in aliis criminibus. vide Bal.in vsi.feu.ti. de pace tenen.§.si iudex. vbi dicit ꝙ si est suus subditus nō tenetur eum tradere, secus autem si alienus est subditus, in quo tamen examinando non insisto, quia non est pręsentis speculationis. † Sed cuius expensis erit remittendus. Bal.vbi supra tenet ꝙ si aliquis priuatus pro suo interesse hoc petit,fiet expensis petentis. vt l.cum sæpe.C. de ero.mili. anno.lib.x.Si autem iudex ex officio hoc petat, tunc expensis publicis illius terræ ad quam fit remissio. argu.l. mulier in opus.ff. de capti. & postlimi. reuer. Ego tamen putarem ꝙ in crimine hæresis si officium sufficeret ex redditibus illius essent fiendæ. Sed iuxta prædicta quæro, † an delegatus ab episcopo, vel capitulo sede vacante aut ab inquisitore possit hanc personalem capturam facere, & videretur ꝙ non, quia delegatus nō potest citare personaliter, vt voluit gloss.in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. Sed gloss.in l.ij.ff.de iurisdi.omn.iudic. dicebat ꝙ delegatus principis hoc potest, secus autem in delegato inferioris a principe.qui hoc nō potest ante lit. contestat. sed bene carcerare potest post lit. contesta. Sed Barto. ibi.& in d.l.plerique. tenet delegatum inferioris a principe nequaquam hoc facere posse, per text. in authen.de testi.§ si vero. ignoti. vbi delegatus non potest cohærcere testes & eos torquere. Non obstat secundum eum.text. in authen. de exhiben. rei §.si vero etiā,vbi dicitur quod delegatus non potest aliquid facere, quia lis non est contesta. quasi innuit ꝙ post litem contesta.posset,quia nō vult hoc dicere, sed debet intelligi ꝙ si lis esset contestata posset deueniri ad sententiam etiā absente reo,& sic posset aliquid facere, per quæ videretur ꝙ cum delegati prędicti,de quibus in quęstione proposita,sint inferiores a principe,nō possent huiusmodi capturam personalem facere. contrarium tamen ego teneo. pro quo inducto text. expressum in d.clemen.j.§.j. de hære. vbi aperte hoc probatur, hoc etiam probari potest quia ea ratione qua istud venit in generali delegatione facta per principem, vt patet in præcedentibus, scilicet quia princeps potest ista committere quæ sunt meri imperij, & videtur commisisse tanquā sine quibus illusoria videretur iurisd. delegati, videtur idem dicendum in prædictis inferioribus de iure canonico. secundum ꝙ ea quæ sunt meri imperij sunt delegabilia. de offic. ordi. quod sedem.& de rapto.in archiepiscopatu. cum simil. Et ex dicta clemen. probatur ꝙ ille qui habet iurisdictionem in crimine, potest carcerem constituere pro custodiendo criminosos. Sed pro veritate huius est aduertendum ꝙ † quadruplex est carcer. Primus est perpetuæ pœnæ, & huiusmodi carceratio est meri imperij; quia illa pœna æquiparatur morti.vt not. Innocen.de accu.qualiter.ij. Secundus carcer est modicæ cohertionis, vt cum iudex facit poni nuntios in cippis, & iste carcer est meri imperi, sed minimi, de quo potest intelligi.l.ij.C. de sportu. quia iste carcer adhibetur, quia forte nuntius contempsi iurisdictionē iudicis. Tertius est carcer custodię,& est eiusdē speciei cuius est causa principalis,secūdum Guil. & Bald.in l.imperium. ff. de iurisdi. omn.iudic. vnde si causa est pecuniaria, est iurisdictionis si sit criminalis,est meri imperij. Quartus est carcer domesticus, qui non est licitus nisi in casibus expresis in iure. ff. de offic. præsid. l. diuus. & iste carcer non est sub aliqua specie iurisdictionis, quia competit priuato, vt voluit Bald.in dicta l.imperium, ex quibus concludi potest ꝙ ille qui licite potest carcerare (quod quomodo sit ex prædictis colligitur) poterit carcerem constituere, & per contrarium qui non potest carcerare non poterit constituere carceres. & de hac materia multiplicis carceris vide eundem Bald. in auth.

auth. si captiui. C. de epis. & cle. Vlterius quæro † quis prouidebit de expensis custodibus carcerum prædictorū. Solutio. hoc determinatur per text. dictæ clemen. j. §. sane scilicet ꝙ episcopus prouidebit custodi deputato per ipsum, & intellige de suis redditibus non de parte prouentum inquisitionis officio deputata, vt in extrauag. Benedicti ex eo. §. verum, ita tenet glo. in d. clemen. et inquisitor similiter prouidebit illi quem ipse deputabit, scilicet de prouentibus deputatis officio, vt in d. gloss. ex quo patet secundum Zenonē ibi, quod carceratus non prouidebit custodibus, quod dicit non esse dubium in deputatis ad perpetuos carceres, quia tales sunt priuati bonis. facit lex cum sæpe. C. de eroga. milita. annone. lib. xij. Idem tenet ibi Mathesila. tu dicas in causa hæresis nullum fore dubium per istum text. in aliis autem dicunt Mathesila. & Io. de Imol. seruandam esse consuetudinem, qua cessante, glo. in d. l. cum sæpe. dicit quod seruari debet expensis eius qui illum facit custodiri. illas tamen postea resarciet custoditus, & sic seruatur. Hoc ego limitarem vbi isti custodes non essent salariati de publico. Nam tunc nihil possent a partibus petere. pro quo facit tex. optimus in arg. in l. archiatris. C. de professori. & medi. lib. x. & no. in simili per Innocentium. in c. j. de postula. † & vbi aliquis carceratur iniuste iudex qui iniuste fecit eum detineri tenetur ei ad interesse, iuxta doctrinā glo. & Bal. in l. ij. §. fi. ff. si quis cautio. † Quis autem prouidebit carceratis, & circa crimen hæresis dicas ꝙ episcopus & inquisitor debent ordinare vnde eis prouideatur, vt probat text. in d. clementi. §. porro. in aliis vero gloss. in cap. diffiniuit. xvij. q. iiij. tenet ꝙ custos carceris prouidebit carceratis sed non intelligas ꝙ habeat prouidere de suo. sed de eleemosynis destinatis ad vsum pauperū, hoc poterit facere. vt l. iudices. C. de episco. audientia. vbi autem ista cessarent consuetudo habet ꝙ is ad cuius petitionem fuit carceratus prouideat carcerato, postea autem carceratus satisfaciet eidem de prædictis. † Sed pone ꝙ cum de mandato prædictorum volunt incarcerare eosdē hæreticos ipsi se defendunt. Dicas quod inuadi possunt cum armis per ministros iustitiæ & si in illa defensione occiderentur. cum sit illicita, nullam pœnam incurrerent occisores. vt probat tex. optimus in l. si seruus. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt. Non enim permittitur iuste inuaso se defendere. iuxta not. per Bartol. in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. & per dominum Cardinal. in clementi. si furiosus. de homici. † An autem hæreticus ad ecclesiam confugiens gaudeat immunitate, ita vt de ecclesia extrahi non possis & capi. & dicas ꝙ non gaudet, pro quo est glo. in authen. de manda. principum. §. neque autem, collatio. iij. facit ad idem text. in l. j. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt. Et quoniam ad hanc incarcerationem faciendam necessarij sunt officiales armati, habent inquisitores facultatem a iure, vt possint habere officiales armatos ad hoc exequēdum, secundum text. in clemen. ij. §. final. de hæret. Ex quo infertur ad quæstione, nunquid † episcopus qui iurisdictionem ordinariam habet possit habere officiales armatos pro executione iurisdictionis suæ. Panor. mouet hanc quæstionem in c. significasti. de offic. delega. & dicit se fuisse interrogatum de hoc a quodam episcopo, cui refert se respondisse ꝙ non, nisi haberet temporalem iurisdictionem in loco; ad quod primo inducit iura quæ dicunt † episcopum in executione iustitiæ debere implorare auxilium brachij secularis: vt c. administratores. & c principes. xxiij. quęstio. v. Item alibi cauetur ꝙ sicut pro spiritualibus, debent principes recurrere ad ecclesiam. ita in temporalibus debent prælati recurrere ad principes seculares, vt cap. cum ad verum, & ca. si Imperator. xcvj. distin. nec promiscuis actibus sunt eorum officia turbanda, vt l. cōsulta diualia. C. de testamen. Item ecclesiæ fuit interdicta executio gladij temporalis dicente domino Petro cōuerte gladium tuum in locum suum, vt leg. & not. in cap. nouit. de iudi. Item arma clericorum sunt lachrymæ, & orationes, vt in c. conuenior. xxiij. quæstio. viij. sed vide Bal. in l. nam salutē. §. fina. ff. de offic. præfec. vig. qui contrarium tenet cum ipse habeat imperium in sua diocesi. nullum aliud inducens fundamentum ad hoc. & hæc opinio mihi placet. & eam obseruat communis vsus, & pro huius fundamento facit tex. in d. clemen. vbi papa concessit facultatem inquisitoribus vt possint armatos officiales habere. Ex quo innuitur ꝙ penes papam est potestas habendi armatos & mouendi arma in huiusmodi criminibus ad ecclesiasticum forum spectantibus, alias non potuisset eam inquisitoribus concedere. non ergo de necessitate ad laicos in his est recurrendum vt contraria opinio pręsupponit. Pręterea fundatur & aliter ex eadem clemen. vbi Papa per concessionem specialem dedit hanc facultatem inquisitoribus, non autem episcopis qui in prędicta inquisitione cum eis concurrunt ostendens aperte ꝙ episcopis non erat necessario conferenda, quia de iure eis licebat, alias sicut inquisitoribus concessit sic & episcopis concessisset. Confirmatur etiā, quia episcopus per iurisdictionem suam potest et laicos in certis criminibus capere, & corporaliter cohercere. vt est tex. cum gl. xxvj. quęstio. v. contra idolorum. & xvj. qō. iiij. attendendum. & de adulte. c. secundo, ꝙ nemo dubitat egere ministris armatis. Nec obstant fundamenta in contrarium inducta, videlicet ꝙ † ecclesia non habeat exercitium gladij materialis. Nā illud est ad inferendum alicui mortem vel membri mutilationē, & hoc casu intelliguntur iura pro contraria parte inducta. Secus autem ad exequendum iustitiā sibi competentem vt probatur per prędicta. Similiter ad illud quod dicitur ꝙ ecclesia implorat auxilium brachij secularis dici potest ꝙ inde non concluditur intentum opinionis contrariæ. Nam inter ipsosmet seculares iudices idē obseruatur, ꝙ vnus implorat auxilium alterius, vbi vires ipsius non sufficiunt ad exequendum quod sibi incumbit, vt est textus in l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & clericis, & etiam iudices seculares inuocant in subsidium auxilium ecclesiæ vbi per

per se non possunt suos subditos domare, vt not. Inno. in. c. licet ex suscepto. de foro competen. & hæc notabis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Ordo iudiciarius in crimine hæreseos quis sit.*
Simpliciter & de plano in crimi. hæresis procedendum est regulariter tamen contra. infertur ad ægregia aliquod dicta. 2.
3 *Hæreticus contumaciter absens excommunicandus est qui si anno obduratus in excommunicatione persistat vt hæreticus damnatur.*
Limita & declara. 4.
Hæreticus ob contumaciam damnatus si vere hæreticus non sit an pœna in eum inflicta teneat.

Quæstio XII.

1 DVODECIMO quæro † de ordine procedendi contra hæreticos quo ad telam iudiciariam ordinandam. Dicas ꝙ licet in alijs criminibus plenissimo iuris ordine seruato debeat procedi. de quo vide text. in l. absentem. ff. de pœn. & in l. j. C. de requiren. re. & per glos. iij. q. ix. in summa. & per Bar. in d. l. absentem. & per Saly. in l. absentem. C. de accu. vbi plene. & per Doct. in cap. veritatis. de dolo & contu. tamen. in hoc crimine hæresis est speciale, quia procedi potest super eo simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij. vt in c. 2 fin. in prin. eod. titu. lib. vj. † Ex quo infertur ꝙ in accusatione non erit necessaria solennitas requisita per l. libellorũ. ff. de accusa. & in l. in causis. C. eo. pro quo est tex. i clemen. sæpe. de verbo. signifi. Infertur etiam ꝙ conclusio in causa non est necessaria per glos. ibi. immo quomodocunque reus se defendere voluerit admittetur. Ad quod faciunt not. per Bart. in extraua. ad reprimendam. 3 in versi. sequentia. & † vbi is contra quem in hoc delicto proceditur contumaciter se absentat, prouisum est de remedio, vt debeat excommunicari. & si per annum in excommunicatione persistat, velut hæreticus est puniendus. de hæret. cum contumacia. lib. vj. Sed pone ꝙ secundum veritatem iste non est hæreticus, nunquid huiusmodi pœna a iure in eum inflicta propter contumaciam teneat, & dicendum est ꝙ sic; quia contumax fuit secundum rei veritatem, venire enim tenebatur ad iudicem vt l. si quis ex aliena. ff. de iudi. ff. de iurisdict. omnium iudicum. l. ij. vbi hoc tenet Bal. Sed Bar. in d. l. absentem, dicit ꝙ istis casibus quibus proceditur cõtra absentem & habetur pro cõfesso propter contumaciam, si postea constaret iudici de innocentia contumacis, vt si viderit viuum hominem quem absens dicitur occidisse, non poterit ad punitionem criminis procedere. Nam ex vera confessione talem condẽnaret. ff. ad l. Aquil. inde neratius §. fi. cum l. seq. quanto magis ex ficta hoc tamen in crimine hæresis non potest practicari, quia cum sit crimen quod in mẽte intrinsecus latet, non posset in aperto liquere iudici de alicuius innocentia erga illud, vt mihi videtur, pondera tamen tex. cum glo. in d. c. cum contumacia, loqui4 tur enim † quando citatio fuit decreta contra illũ qui suspectus erat in fide. Nam tunc ad primam suspicionem additur alia ex contumacia. & sic prima simplex præsumptio transit in violentam vt innuit ille tex. Secus ergo vbi citatio emanaret contra non suspectum. Item pondera in alio, nam loquitur de eo, qui animo pertinaci perduraret per annum in excõmunicatione, secus ergo si non daretur pertinacia, vt pote, quia aliquo impedimento prætermisit contumaciam prædictam purgare, vbi tamen per hunc modum puniendi contumaciam non procederetur possent recipi testes contra absentem legitime citatum & ad diffinitiuam procedi constito de crimine ex quo lit. contesta. non requiritur vt prædiximus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Probatio in crimine hæresis per quæcunque probationum genera fieri potest.*
2 *Indicia indubitata ad cõdemnationem sufficiunt, quæ si dubitata sint ad torturam solum sunt idonea.*
3 *Indicia indubitata quæ dicantur, & quæ dubitata arbitrio iudicis committitur.*
4 *Probatio indiciorum vt quis quæstioni subiiciatur, qualia esse debeant.*
5 *Testes in generali inquisitione examinati idonei censendi non sunt vt quis torqueri possit, quia citata parte examinati non fuerunt.*
6 *Pauor trepidatio, variatio, & id genus similia, quæ coram iudice fiunt sunt probatissima indicia ad torturam.*
7 *Ieiunii indictio tormenti genus est.*
8 *Confessio in tortura facta perseuerantiã requirit.*
9 *Testes quot ad condemnationem requirantur in crimine hæresis.*
10 *Testes non idonei & alias à iure imprabati admittuntur in hoc crimine hæresis ex quo plura corolariè inferuntur.*
11 *Crimina abdita (vt hæresis crimen) aptius à familiaribus & domesticis noscuntur, quam ab aliis, idcirco tunc testificari coguntur.*
12 *Periuris an & quando in hæreseos crimine testari liceat.*
13 *Inimicorum & conspiratorum testimonium in crimine hæresis nequaquam idoneum censetur.*
14 *Testes inhabiles pro hæreticis minimè admittuntur, aduersum autẽ hæreticos admitẽdi sunt.*

Testibus

Quæstio XIII.

1 DECIMOTERTIO quæro † de probatione fienda in crimine heresis. Ad quod dicas ꝙ fieri potest per diuersas species probationis, potest enim probari per confessionem propriam, cum illa inter omnes probationis species obtineat principatum, & ad eruendum illam poterit procedi ad torturam eius qui de hoc crimine impetitur, requiritur tamen ꝙ præcedant indicia, alias non est quis torturę subiiciendus. vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & c. cum in contemplatione. de re. iu. etiam si de grauissimo crimine agatur. 2 C. ad l. Iul. maiest. l. iij. † Alia tamen sunt indicia ex quibus iudex põt iudicare diffinitiue in causa vt in l. indicia. C. de rei ven. & etiam in criminali. C. de proba. l. sciant cuncti, & ista debent esse ita vehementia ꝙ sint indubitata, vbi autem essent dubitata sufficerent ad torturam. ita tenet Io. And in addi. ad spe. tit de proba. in fi. & in ti. 3 de noto. cri. Quæ† autem sint illa, multi multa dixerunt, sed conclusio vera est ꝙ de hoc non potest dari certa doctrina. sed relinquitur arbitrio iudicis l. iij. §. eiusdem quoq;. ff. de testi. hoc tenet Bar. in l. fin. ff. de questio. vbi ad instruendum iudicem ex quibus animum suum debeat mouere, ponit certa exempla, subiungens eiusdem iudicis arbitrio committi an plura indica requirantur, aut vnum tantum sufficiat. Adde tamen ꝙ eo magis debet augeri tortura quo maior suspicio est contra delinquentem. vt notat Bal. in vsi. feu. tit. de contro- 4 uer. inuesti. c. j. §. item si vasallus † Qualis autem probatio sufficiat super his indicijs ad subijciendum quẽ torture, dicit requiri duos testes vbi illi deponunt de indicio tantum. iuncta glo. fi. C. fam. ercis. vbi tamen super delicto vnus tantum sufficeret ad torturam. vt voluit glo. in d. l. iij. C. ad leg. 5 Iul. maiesta. Et addit Bart. vbi supra ꝙ † ex eo ꝙ dari debet defensionis copia parti anteꝗ̃ subijciatur torturę, non sufficerent testes qui in generali inqusitione fuerunt examinati contra reum, quia non fuerunt examinati ipso citato & existente 6 contradictore. Considera insuper ꝙ † etiam vbi alia indicia extrinseca non procedunt ex eo ꝙ reus facit coram iudice, puta loquendo trepide, pauendo & variando, potest habere indicia sufficientia ad torturam, secundum Bar. in d. §. tormẽta, Et inter cætera tormenta solent inquisitores 7 præfati criminis† indicere ieiunia ad veritatem eruendam, quæ etiam quęstionis nomine intelliguntur. quod etiam patet per etymologiam. Nam tormentum dicitur quasi torquens mẽtem. nemini tamen dubium ꝙ per ieiunium asperum torqueatur quis, pro quo est glo. in d. cle. j. de hære. in ver. 8 tormentis † In hac tamen confessione per tormenta extorta requiritur perseuerantia. in l. j. §. diuus. ff. de quæstio. oportet enim secundum Bart. ibi vt ille qui fuit confessus in tormentis reducatur in loco publico iudicij, & ibi coram testibus & notario confiteatur seu ratificet confessionem primam, & ita obseruatur de consuetudine, & quoniam in supponendo reum torturæ de grauissimo præiudicio agitur, obseruat communis consuetudo ꝙ prius debebeat solẽnis aduocatorum disputatio corã Iudice fieri super hoc, an sit torquendus, vbi aduocatus rei debebit admitti vt pro eo alleget. vt l. si postulauerit §. quæstioni. de adulte. & per glos. l. legis virtus. ff. de legi. sed ipsi quęstioni & examinationi non debent interesse. ita tenet glo. in authen. de testi. §. quia vero in glo. super versi. aduocatorum. & glo. videtur idem velle in l. ij. circa princi. C. de iuramen. calum. ita determinat Bart. in l. custodias. ff. de publi. iudi. & in d. l. legis virtus. & propter grauitatem præiudicij est inductum, ꝙ in heresi nec inquisitor sine ordinario nec ordinarius sine inquisitore procedat ad faciẽdum reum torqueri, sed ambo simul, vt est tex. in d. clemẽ. j. §. j. Potest etiam fieri probatio per testes, 9 † Sed dubitatur, quot testes debeant interuenire. Quidam dixerunt ad effectũ condemnationis non sufficere duos testes pro qua allegant. c. excõmunicamus. §. adducimus de hęreti. & hoc not. Hostien. in summa. eod. titu. §. qualiter. vbi subiungit quod iniquum videbatur ꝙ de tanto crimine damnaretur ex dicto duorum testium, sed in contrariũ facit cap. vt officium. §. verum, eodem titu. lib. vj. Ioãnes de Ligna. in dicta clementina. j. in fi. dicit non esse dubium ꝙ per vnum testem, & famam quis non potest damnari de tanto crimine, vt not. de testib. tam literis. & idem tenet Mathe. eodem tit. clemen. ij. allegat not. per glo. de testibus. veniens, & similiter nec ex presumptione. de presumptio. literas. tamen videtur ꝙ per duos testes possit damnari, ad hoc quod not. Innocẽ. de simonia. sicut. vbi dicit ꝙ licet in alijs criminibus requirantur probationes luce meridiana clariores, tamen in crimine hæresis sufficiunt minores. C. de hęreti. l. ij, & secundum eum leuia signa sufficiunt ad conuincendum quem de hæresi. de presumptio. literas. sed hoc dictum Innocentij debet intelligi

secundum

secundum not.in d.l.ij.& sic transit Io.de Ligna. in dicta clemen.prima.Idem tenet do. Cardi. ibi propter regulam generalem, quæ habet ꝙ sufficiant duo testes ad probandum crimen, nisi vbi contrarium reperitur, vt in c. licet vniuersis. & cap.in omni negotio.de testibus. Idem tenet Ioannes And. & Docto.cap. vt officium.§.verum. de hæreti.lib. vj. & hæc opinio mihi videtur vera. Pro qua etiam facit glo. not. in simili ij. quæstio. iiij.præsul.nec obstat text. in dicto .§.adijcimus. quia non requiritur ille numerus testium ad conuincendum vnum hæreticum, sed ad conuincendum plures.& inde est quod ille textus remittit hoc arbitrio iudicis, vt si videat expedire pro multitudine hæreticorum nedum tres, sed etiam plures, & adhuc totam vicinam possit ad testifi-
10 candum cogere. † Est tamen speciale in hoc crimine, quod testes qui alias a iure repelluntur admittuntur in hoc casu in fidei fauorem, vt pote Iudæi, vt cap. contra Christianos. de hæreti. libr.vj. idem dicerem de alijs infidelibus,quia illi solum repelluntur a testimonio contra fideles. capit. pagani. secunda quæstio. vij. & cap. iudæi. & capit. licet vniuersis. de testibus de quorum numero isti hæretici non existunt. Item quia non apparet ratio specialitatis in Iudæis, vt illi magis admittantur cum sint pessimi infideles, vt prima quæstio.prima nonne. de quo superius dictum est. Admittuntur etiam excommunicati & part cipes, & socij criminis in testimonium, præsertim in defectum aliorum testium,& sic hæreticus contra hæreticum admittitur, vt dicit text. in cap. in fidei fauorem. de hæreti. lib. vj. & per illum textum dicit Panormi.in c. literas. de præsumptionibus. etiam fratrem esse cogendum contra fratrem super prædicto crimine fer-
11 re testimonium. † Admitterem etiam domesticos & familiares eorum, quoniam cum istud crimen secretum sit,melius & aptius per familiares,quam per alios probari poterit, vt l. consensu.C.de repud.quinimmo etiam serui contra dominos cum tormentis admittendi forent,quia admittuntur in crimine læsæ maiestatis. C. ad legem Iuliam maiestatis l. fina. ergo a fortiori in crimine hæresis, quum longe grauius sit æternam quam temporalem lædere maiestatem. & hanc argumentationem facit textus in simili. in capitu. vergentis. de hæreti. Ad idem text. cum glos. xij. quæstio. secunda quæstionem.
12 † periuri etiam admittuntur dummodo contra se & contra alios in hoc crimine attestentur, dum tamen ex manifestis apparuerit indicijs tales non animi leuitate aut odij fomite seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei orthodoxæ velle deponere, aut dictum suum quod ante in forma testimonij deposuerant emendare,& corrigere, ac quæ prius tacuerant reuelare,& hoc in fauorem fidei specialiter conceditur, vt cap. accusatus.§.licet,de hæreti.lib.vj. ex quibus limitabis textum in cap.præterea.de testibus cogendis, quatenus de corrigendo dictum testis loquitur & not.per Bartol.in l.eos.ff.de fal. Aduerte tamen iuxta hoc quod quum isti inhabiles admittuntur, ita demum eorum dictis fides adhibetur,si ex verisimilibus coniecturis,& ex numero testium, & ex qualitate tam deponentium ꝙ eorum contra quos deponitur,ac alijs circunstantijs sic testificantes non falsa dicere præsumantur,vt in dicto cap.
13 in fidei fauorem.† conspiratores tamen & inimici non admittentur sicut nec in alijs exceptis criminibus. Pro quo optimus tex.de simonia. per tuas.lo primo.& not. hoc,quia valet generaliter ad omnes casus in quibus minus idonei testes admittuntur. Quid autem considerari debeat in alijs exceptis criminibus circa testes criminosos vt admittantur vide glos. prima quæstione prima. si quis episcopus. & secunda quæstione prima. Deus omnipotens.& per Doctores in dicto capit. per tuas. de simonia. Intellige tamen
14 † prædictos inhabiles testes in hoc crimine admittendos fore contra hæreticos, credentes fautores & receptatores, & defensores eorum, non tamen sic esset si pro eorum parte inducerentur ad hoc quod de hoc crimine se purgarent, eo enim casu requirerentur testes omnino integri sine aliqua suspitione & catholicæ fidei zelatores. eo-
15 dem titu.capit.filij.in fine. † An autem huiusmodi suspecti testes quum examinantur, sint tormentis subijciendi,vide glo.xv. quæstione vj. in summa quæ dicit quod sic, si est seruus vel vilis persona,vel si sit liber,& sit criminosus & infamis vel obscurus vel ignotus. Tales enim sine tormentis non admittuntur. torquetur etiam quælibet libera persona, licet non sit vilis, dum tamen vacillet in testimonio. de materia tamen vide Bartol. in l. ex libero. ff. de quæstio. Sed
16 quæro iuxta prædicta.an† id quod dictum est de minus idoneis testibus admittendis in crimine hæresis,habeat tantum locum quando proceditur per viam inquisitionis, aut etiam idem sit quum proceditur per viam accusationis vel exceptionis.Et videtur ꝙ sic, quia eadem est ratio scilicet fidei fauor & odium criminis, ergo idem ius. de rescriptis, inter cæteras. cum si. Contrarium tamen concludit glo.in d.cap. fidei. quia ab illo iure regulatur,quo cauetur tales personas ad testimonium admitti non debere non est recedendum nisi inquātum reperiatur a iure permissum. Qui ergo accusat, vel excipit habeat probationes idoneas, nec est accusatio fauorabilis vt inquisitio,ad hoc ij.q.vij.si quis episcopus, & verbum istud inquisitionis debet aliquid operari, alias quare fuisset expressum. de decimis. ad audientiam. cum concord. & sic transit prædicta glo. Sed contrarium tenet Archidiac.in d. cap. in fidei.& allegat.ij.q.vij.c.hæreticus. Sed Ioā. And.tenet glo.in nouel.& ad ca.si hæreticus. respondet ꝙ non tenet,vt ibi dicit glo.& hoc. idem probat tex.in d.c.in fidei quia si ille tex. teneret non esset necessaria dicta decre. & sic transit ibi Domi. simpliciter recitando prædictos Doctores.Ego tamen potius tenerem opin. Archidia. pro quo facit, quia eadem ratio est vtrobique
17 scilicet fauor fidei, † ex qua ratione etiam in pœnalibus (attento quod expressa est in lege) argui potest ad similia. vt est text. institu.

de legi.patro.tutel.in princi.& glo. in clemen.j. de electio.& cap.j.de tempo.ordinan.lib.vj.Praeterea dispositio praedicta non est odiosa,immo fauorabilis,cum non in odium haereticorum princi paliter,sed in fauorem fidei sit inducta. vt text. ibi innuit in princi. Vnde illud est considerandum & non odium haereticorum quod venit in consequentiam. iuxta glof. cap. sciant cuncti, de electione lib.vj.& l.qui exceptionem.ff. de conditio.indebi.Nec est simile de accusatione in alijs criminibus intentata, & de accusatione facta in crimine haeresis. Nam & si in alijs criminibus accusatio dicatur genus illaudabilis intentionis iuxta moderationem praedictam, non tamen sic est in crimine haeresis, vt in superioribus diximus. Posset etiam dici ꝙ ille text.non se restringit ad processum inquisitionis,quia non dicit cum proceditur per viam inquisitionis, sed dicit,in fidei fauorem concedimus, vt in negotio inquisitionis haereticae prauitatis, & loquitur Papa inquisitoribus, vt patet in suprascriptione, de quibus certum est ꝙ licet per viam accusationis possunt procedere, appellantur tamen inquisitores, & eodem modo ex eorum nomine appellatur negotium inquisitionis,licet per viam accusationis, vel exceptionis cognoscant, & per hoc fundata manet satis ista pars, & responsum restat ad motiua contraria,& quia in tanto crimine cum mul 18 ta oportet cautela procedi,† in examinatione testium ꝙ recipi super crimine predicto contigerit, debent adhiberi duae religiosae & discretae personae,in quarum praesentia per publicam. si potest haberi personam,aut per duos viros idoneos fideliter eorundem testium depositiones conscribantur. per tex.in cap. vt officium.§.verum. de haere. lib.vj. & pondera illum text. qui requirit interuentum praedictarum personarum nedum in examinatione testium, sed etiam in describendo eorum depositiones.& praedicta practica examinandi testes potest & iuste debet obseruari in omnibus arduis causis,vt sine omni suspitione res procedat.ita tenet Panormi.de electio. quia propter & c.cum causam,de testi.& quo liberior sit facultas in his procedendi datur facultas a iure religiosis, qui antequam essent in seculo erant notarij,ac etiam clericis qui ante clericatus ordinem notariatus officio fungebantur,vt in hac examinatione, & in alijs huic officio incumbentibus, officium praedictum notariatus exerceant,vt d.c. 19 vt officium.§.ad conscribenda.† Probatur etiam hoc crimen per instrumenta,vtpote, si apud aliquem reperiantur libri improbatae lectionis,secũdum Archi.& Ioan. And.in d.c.filij. Sed ego crederem vltra hoc requiri alias cõiecturas, ex quibus iudex informet animum suum, poterat enim esse quod erant in domo sua eo nesciente,aut ꝙ habebat illos libros,vt deprehenderet errores haereticorum,non ad illos sequendum & imitandum, sed potius ad confundendum, & impugnandum, iuxta textum in cap. qui de mensa. & in.§. sed 20 econtra.xxxvij.dist. † An autem alias delictũ probari possit per instrumentum, remitto ad glo. c.cum in ecclesijs.de maio. & obedien. & c. cum in positionibus.de iureiur.lib.vj. & per Io. And. in regula,semel malus,de reg.iur.lib. vj. in mercu.& per Bartol.in l.senatus.ff. ad Turpi. & per Bald.in l. contra negantem. C. ad leg. Aquiliã. 21 & Saly.in l.fi.C.de probationi. † Probari etiam potest crimen haeresis per praesumptiones, sed propter grauitatem praeiudicij requirerentur euidentissimae coniecturae. Nam etiam si quodlibet crimen probari queat per indicia,vt in d.l.fi.C. de probatio.et late per Ioan. And. in additio.ad Specu.titu.de probatio. circa finem, sed quo magis crimen est graue maiores praesumptiones & euidentiora indicia requiruntur.sic probat tex. not. cum glo.in d.c.literas de praesum.& ibi tenet Pa 22 nor.† quando tamen ex praesumptionibus iudicatur temperare debet iudex poenam aliquantulũ. vt not. Innoc.de praesumptio. quia verisimile.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio testium hoc in crimine qualiter fiat.*

Testium publicatio in hoc crimine haereseos publice fienda non est quando delati potentia reformidatur, qua autem forma tunc procedatur ibidem,& an idem in quibusuis criminibus dicendum sit nu. 2.

3 *Casus à cõibus regulis excepti, extendi minime debent, nisi per omnia eadem subesset ratio.*

Quaestio. XIIII.

1 DECIMOQVARTO quaero† de publicatione testium fienda in hoc crimine. Ad quod dicas ꝙ fieri debet sicut & in alijs causis,vt reus habeat facultatẽ se defendendi. Si tamen propter potentiam personarum contra quos deponunt graue periculum imminere spéraretur ex publicatione nominum praedictorum,tunc non publice sed secreto coram dioecesano,vel ipso absente coram eius vicario, vbi inquisitores procedunt,quando vero procedit episcopus,corã inquisitoribus, & vtroq; casu coram alijs personis prouidis,et honestis iurisque peritis huiusmodi publicatio est fienda, & vt efficacius huiusmodi periculis occurratur,episcopus vel inquisitores praefati poterunt super his secretum indicere illis quibus hanc publicationẽ facient, & in eos si arcana consilij seu processus patefecerint excommunicationis sententiam, quã ex secreti violatione ipso facto incurrant, poterunt promulgare.pro quo est tex.in c.fi.§.pen. de 2 haere.lib.vj.† Sed occurrit dubitatio,an vbi simile periculum occurreret etiã in alijs criminibus possit huiusmodi publicatio omitti. & do. Anto. in c.praeterea.de sponsa.lo.ij.tenet ꝙ in materia peccati esset duntaxat hoc admittẽdum. pro quo inducit tex.ibi. Sed Panor.ibi dicit ꝙ pro & cõtra facit tex.i d.c.fi. cõtra facit,inducẽdo per locum

cũ a speciali, pro facit, inducẽdo generaliter, sed ipse stat in primo dicto. Ego tñ tenerem ꝙ cũ dispositio illius c. sit exorbitans a iure exceptio a cõi regula iuris non habebit locum nisi in illo casu expresso, & vbi similis casus occurret, quod vix posset contingere attenta grauitate huius delicti. † Nam casus excepti a communibus iuris regulis non extenduntur, nisi vbi est per omnia eadem ratio: vt tenet glo. in l. j. C. de cond. indeb. & in l. illud. C. de sacrosan. eccle. & tex. c. cum dilecta. de confirma. vel inuti. nec dictum do. Anto. placet indistincte, qm̃ ille tex. c. præterea, loquitur qñ agitur de modico præiudicio, vt pote de sponsalibus de futuro, immo fundatur contrarium ex eo inquantum probat ꝙ si sponsalia essent iurata, illud non foret admittendum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sententia in hæreseos crimine ferenda. quo ordine quoue modo pronunti anda sit.*
2 *Hæreticis quæ pœna per ecclesiasticos iudices, & quæ per Laicos infligatur. & nu. 4.*
3 *Hæreticorum bona qualiter diuidantur.*
4 *Hæreticus an sit incendio tradendus, siue viuus igne absumendus.*
5 *Vasalli aliique hæretici fidelitatis debito astricti, à nexu illo liberi fiunt.*
6 *Condẽnati hęretici bona, in alio territorio quã vbi condemnatus fuit existẽtia, cui applicãda sint.*
7 *Forum etiam quis sortitur ratione personæ super rebus alibi sitis.*
8 *Feudalia & emphyteutica bona, an damnato hæretico veniant fisco applicanda.*
9 *Dos an fisco applicetur ob uxoris hæresim.*
10 *Vir uxorem hæreticam, & versa vice uxor virum deserere potest, intellige sane.*
11 *Purgatio canonica quo pacto à suspecto de hæresi fienda sit.*
12 *Pœnitentia suspecto de hæresi iniungenda est, iuratoria scilicet cautione, aliave securitate adimplendæ pœnitentiæ postmodum exacta, necnon certa pœna adiiciendo si non impleuerit.*
13 *Suspecti de hæresi successores, suspecto adiunctã pœnitentiam implere coguntur, quam suspectus viuens non impleuit.*
Delinquentis bona an fisco tacite pro delicto hypotecata sint.

Quæstio XV.



DECIMOQVINTO quæro † de sententia ferẽda in crimine hęresis, & de pœna huius delicti. Modus autem qui debet obseruari est, quod antequam sentẽtia feratur inquisitores pręfati, & episcopus faciant secum conuenire viros sapientes & doctos, Deum timẽtes, cum quorum consilio procedere habẽt ad sententiam ferendam, vt in c. vt commissi. de hære. lib. vj. & si videatur eos iudicandos fore hæreticos, tunc eis citatis debet sententia declaratoria ferri contra eos, per quam declarentur hæretici, & seculari curiæ tradendi, ac bona eorum occupãda fore per eos ad quos spectat, vt cap. Cum secundum leges. eo. ti. & lib. quia idem seruatur vbicũque pœna ipso iure imponitur, vt no. gl. c. commissa. de elect. eodem lib. & per Ioan. And. & Domi. c. pro humani. de homic. eod. lib. † Pœna autem hęreticorum est. ꝙ sunt excõmunicati ipso iure. & postquam per iudicem ecclesiasticũ fuerint de hoc crimine damnati, tradi debent iudici seculari animaduersione debita puniẽdi, clericis a suis ordinibus degradatis; bona autem hæreticorum si fuerint clerici applicantur ecclesiis in quibus fuerant beneficiati, si vero laici extiterint, fisco seculari in c. excommunicamus. lo j. de hære. in prin. & de hoc vltimo est tex. eo. ti. vergentis. & c. cum secundum leges. eod. tit. lib. vj. † Hodie tñ bona hæreticorum in tres partes diuiduntur. quarũ vna assignatur domino tẽporali, alia officialibus inquisitionis, tertia vero ipsi officio. vt in extrauagan. Clemen. sed illa tm̃ loquitur de inquisitoribus Italiæ. & sic ad alias prouincias non extendetur. iuxta notata per Inno. & Io. And. in simili. in c. j. de loca. Lex ẽt Friderici Imperatoris quæ est tertia, & incipit patarenorum, diffidat & bannit hæreticos credẽtes fautores & receptatores eorum ac perpetuæ infamię eos subiicit, & istæ leges Friderici sunt approbatæ. c. vt inquisitionis. in prin. de hære. lib. vj. † Sed iuxta præmissa quęro, qua pœna debent puniri per iudices seculares quorum potestati relinquuntur. Glo. tangit qõnem in c. excommunicamus. lo ij. eo. tit. & dicit ꝙ pœna vltimi supplicij. Hosti. & Ioã. And. in c. ad abolendam. eo. titu. tenent ꝙ pœna ignis, debent ergo cremari secundum euangelium Ioã. xv. c. si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes & arescet, & colligent eum & in ignem mittent, & ardet. Et ius ciuile punit hęreticum pœna mortis, vt l. Arriani. C. de hęret. iũcta l. vltimum supplicium. ff. de poen. & sic transit recitando prædictos doc. Panor. in d. c. ad abolendam, idem tenet in c. excommunicamus. lo ij. eo. ti. sed ista fundamenta non probant. Nam illa authoritas euangelij non intelligitur de hæreticis tm̃, sed etiam de his qui recedunt a Deo per defectum charitatis, nec loquitur de igne materiali. sed de igne infernali. Leges etiam ciuiles superius inductę loquuntur de pœna mortis, non tamẽ per ignem infligenda, quod vbi iura volunt exprimunt tanquam seuerissimam & atrocem pœnam, vt patet in multis casibus quos enumerant Saly. in l. vnica. C. de nili agge. nõ rumpen. inter quos non enumerat istum. Vnde crederem ignem ipsis dari potius ex consuetudine, quę est optima legũ interpres, ꝗ̃ ex aliqua expressa iuris dispositione. † Vasalli autem & alij quicunq; tenebantur eis astricti debito fidelitatis vel dominij

aut alicuius obsequij. ipso iure ab omni huiusmo di obligatione sunt liberi. vt est tex. de hereticis. cap. fina. Quo ad pœnam autem confiscationis bonorum, quero de questione no. supposito ꝙ bona hæreticorum confiscata debent diuidi in tres partes vt dictum est. † Pone ꝙ habens immobilia Ferrariæ per inquisitorem Florẽtinum sit Florentie legitime condemnatus de hæresi, ad quos illa bona pertineant. Ioan. Cald. disputauit istam questionem, et arguit primo, ꝙ illa bona licet sint sita Ferrariæ pertineant ad officiales & commune Florentie postquam ibi fuit de hæresi condemnatus. nam bona veniunt accessorie & in consequentiam ad personam quæ condemnata est Florentiæ. arg. regule accessorium. de reg. iur. lib. vj. & c. de prudentia. de donatio. inter virum & vxorem. ff. de auro & argento lega. cum aurum. in fine. faciant ad idem notata per gloss. in c. quod ad te. de cleri. coniuga. & C. de exac. tributo. l. fin. lib. x. vbi in publicandis bonis attenditur locus persone que deliquit. Secundo sic dicit lex, vbi quis iniustitiam fecerit ibi pœnas subeat delictorum, vt non alius tale quicquam agere præsumat ad exemplum respiciens, vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. si quis autem. col. ij. & canon dicit. ibi vindicetur iniuria, vbi plectibilis est orta præsumpt. xxiij. q. iiij. si illic. Item officiales Florentini laborauerunt in procedendo & condemnando hæreticum, ergo bona videntur eis debita ratione laboris, & officialibus Ferrarien. dicendum est, qui non laborat non manducet. de censi. procurationes. & no. ff. de damno infecto. quãuis. † Tertio ratione personæ sortitur quis forum etiam super rebus alibi sitis. c. sane. de foro competen. C. vbi in rem actio. l. vltima. & ibi not. Quarto pro hoc facit c. cum secundum leges, de hære. lib. vj. debet enim intelligi ille text. de domino temporali illius loci cuius erat episcopus qui tulit sententiam; ad hoc optime. l. Titium. §. tutores. ff. de administratio. tuto. In contrarium videtur ꝙ ad officiales officij inquisitionis Ferrariæ & commune illius ciuitatis pertineant bona ibi sita, licet alibi sit facta condemnatio. Primo quia dispositio super rebus concepta debet referri ad superiorem loci vbi res sita est vbicunq; fuerit dominus dictæ rei: patet hoc in iurisditione vt d. c. sane. & c. ex parte. & c. si. eo. titu. Idem in suppletione negligentie. x. q. ij. casellas. et cle. quia regulares. de supplen. negli. prælato. Item cum bona hereticorũ sint confiscata, vt predictum est. et occupatio sit fienda per procuratorem in prouincia deputatum. vbi sunt illa bona. C. de bonis vacan. l. si quando lib. x. ergo ad Florentinos prædictos pertinere non poterunt. Ad idem facit c. postulasti. de foro compe. & l. cum vnus ff. de bo. auth. iudi. possit. & c. romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. vj. & de hære. vt officium. & c. per hoc. eo. li. & pro ista secunda parte concludit. & hanc firmat per iura pro hac parte inducta, & ne detur confusio iurisdictionum. Tertia vero parte inquisitorum dicit ꝙ debeatur illis de Florentia ratione laboris quem sustinuerunt, & cum his se expedit de ista quæstione Petrus de Anchar. in repeti. cap. accessorium. de regul. iur. lib. vj. & ista conclusio mihi placet, cum iura quæ de confiscatione predicta loquuntur ad bona referantur, & in rem sint concepta. Ad quod facit doctri. Barto. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. An autem in hac confiscatione veniant bona quæ hæreticus tenebat in feudum, vel emphyteusim ab aliis. vide late per Specu. tit. de feud. §. j. versi. xl. & per Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno. infecto. & per Egi. de bella. decisi. dccxxv. † Quid autẽ si vir sit hæreticus, an propter hoc dos vxoris sit confiscata. Dicas ꝙ non, nisi vxor sciens a principio eum esset talem, ipsum in maritum acceperit, vt c. decreuit. de hereti. lib. vj. ex quo habes vnum casum in quo dos confiscatur. † An autem propter vxoris hæresim confiscetur dos. videretur ꝙ non per l. quinque legibus. ff. de bo. damn. quia iste casus non est de illis. Sed ego dicerem contrarium. Nam ex quo in crimine læsæ maiestatis illud habet locum vt ibi, ergo a fortiori in crimine hæresis, sic arguit tex. de hære. vergentis. † vbi tamen vir vel vxor in hæresim laberetur qui fideles eorum manet, posset propria authoritate ab alio recedere. Si tamen ille heresim abiuraret, cogeretur ad eum redire, quod intellige si sine iudicio ecclesiæ ab eo recesserat, secus si iudicio ecclesiæ. Fit tamen ista separatio quoad cohabitationem, non quo ad vinculum, probatur hoc in c. de illa. de diuor. et eo casu quo fidelis recederet, totam dotem aut donationem propter nuptias recuperare debere de donatio. inter virum & vxorem. ca. j. & consultum est coniugi catholico ab heretico separari, ne seducatur ab eo, & in errorem labatur, & propterea dominus precepit Deuterono. septimo dicens. Filiã tuam non dabis filio eius, neque filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis. Irasceturque furor domini & delebit te cito. Si autẽ † non conuincantur de heresi sufficienter hi contra quos proceditur, sed alias de hoc crimine inueniantur suspecti, tunc iuxta considerationem suspicionis qualitatumque, personæ debent canonice se purgare, quod si renuerint excommunicandi sunt vsque ad satisfactionem cõdignam; & si per annum in excommunicatione perstiterint, sunt velut hæretici condemnandi, vt in d. cap. excommunicamus. lo primo in. §. primo. vbi vero susciperet purgationem & in ea deficeret tãquam de crimine conuictus haberi debet, quod in omni crimine est generale, vt c. inter solicitudines, de purgatio. canon. & c. tua. de cohabita. clericorum & mulierum. † Est & alius modus procedendi contra suspectos prædictos, vt iuxta quantitatem suspicionis, & alijs debitis circunstantijs consideratis, si discreta penitentia eis iniungatur atque præter iuratoriam cautionem, ab ipsis sufficiens exigatur securitas, scilicet de certa pœna soluenda si penitentiam non impleuerit, vt saltem pœnæ temporalis timore debeant coerceri. pro quo est textus in cap. literas. de præsumptio. in fina. † & vbi ipsi in vita non implessent hanc pœnitentiam iniunctam, compellendi

lendi sunt eorum hæredes eam adimplere, per tex. in cap. parochiano. de sepultu. & c. in literis. de rapto. & cap. a nobis. lo secundo de senten. excommunicatio. Secus autem si pœnitentia non iniuncta illi decesisset. vt cap. accusatus. §. porro. de hæreti. lib. vj. Et vbi prædictus sit spectus obligasset bona sua pro huiusmodi pœnitẽtia iam iniuncta adimplenda transirent bona huiusmodi in quemcunque etiam particularem successorem dictorũ bonorũ cum predicto onere, vt probat idem tex. in. §. si vero. qui tex. satis aperte terminat illa difficultatem, † an pro delicto bona delinquẽtis sint tacite obligata fisco, de quo per glos. in l. rescriptum. ff. de pactis. & in l. aufertur. §. fiscus. ff. de iur. fis. & per Bar. vtrobique. & etiam per eum in l. post contractum. ff. de donati. Et per illũ tex. dicti capit. accusatus. §. si vero. videtur fundari ꝙ non inducatur illa tacita hypotheca secũdũ Pet. de Ancha. ibi, sed ego dicerem ꝙ ille text. non facit ad propositum, loquitur enim de pœnitentia iniuncta suspectis de hæresi, non autem de bonorum confiscatione quæ fit ipso iure contra conuictos de hæresi. hoc tamen indubie probat ille text. ꝙ pro pœnitentia alicui iniuncta non sunt bona illius tacite hypothecata, cum ibi expressa fuerit facta bonorum hypotheca. Quo ad quæstionem autem principalem Bart. in d. l. rescriptum. tenet quod sint tacite hypothecata fisco, sed non tali hypotheca quæ faciat præferri creditoribus ipsum fiscum, sed in d. l. aufertur. §. fiscus. & in d. l. post contractum. indistincte tenuit tacitam hypothecã illo casu cessare, sed quia de hoc principaliter hic non agitur, remitto ad no. plene per Bal. in d. l. rescriptum. vbi videbis longam distinctionem, quæ euacuat istã materiã satis ad longũ.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæreticorum fautores & receptatores qua pœna plectantur.*

2 *Auxilium hæretico præstare ex quibus actibus quis dicatur.*

3 *Misericordiam pro delinquente quamuis regulariter implorare liceat, pro hæretico tamen non licet.*

Quæstio. XVI.



DECIMOSEXTO quæro † de pœna imponenda contra credentes fautores & receptatores hæreticorum hoc determinatur per tex. in d. c. excõmunicamus. §. credentes. de hære. vbi tex. decernit tales excommunicationi subiacere, & si taliter excommunicatione nodatus satisfacere neglexerit intra annum extũc efficitur infamis, & excluditur ab officijs publicis & consilijs, nec ad eligendos alios publicos officiales, nec in testem admittitur, & efficitur intestabilis actiue, & passiue, & aliæ multæ pœnæ contra tales ibidem imponuntur quæ causa breuitatis omittantur. Prædicta vera sunt quatenus de credentibus loquuntur in his qui credunt hæreticos fore bonos & catholicos viros & fauent eis. Si tamen crederent eorum erroribus, eo casu essent hæretici iudicandi tanquàm a fide deuiantes, vt in c. pe. §. fi. eo. ti. Sed iuxta hoc quero † ex quibus actibus dicatur quis præstare auxilium siue opem aut fauorem hæreticis. Arch. & Io. An. in c. quicunq;. eo. tit. lib. vj. late prosequuntur hanc materiam. Sed tu dicas ꝙ interdum præstatur auxilium de iure, vt puta exercendo officium aduocationis siue ꝓcurationis pro eis, ad quod faciunt notata per Host. in cap. proposuit. de cler. excom. minist. & text. in c. si aduersus. de hæreti. Quandoque non per viam iuris, sed veniæ siue misericordiæ obtinendæ. & † licet illud regulariter licitum sit vt l. si fuerit. ff. de rebus dubi. & l. in metallum. & l. diuus. ff. de pœnis. tenet Bart. in l. in furti. §. ope. ff. de furtis. In foro tamen conscientię dicerem, ꝙ vbi non esset spes de correctione illud esset illicitum, & videretur impendi fauor delinquẽtis. Ad quod induco glo. xxiij. q. v. reos. Sed in crimine hæresis generaliter dico non licere, etiam vbi spes esset de correctione. Nam si hoc obtinet. in crimine læsæ maiestatis, vt non liceat pro criminoso illo crimine supplicare, vt l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta. a fortiori in crimine hæresis locum habere debet, cum longe grauius sit eternam quam temporalem ledere maiestatem de hæreti. vergentis. ad quod facit glo. vj. q. j. si quis cum militibus. Quandoque prestatur fauor. alias extra iudicium, & tunc prosequere materiam vt late prosequitur glo. in cle. j. de pœni. & in c. j. de officio delegat. & in c. notum. ij. q. j. & per Innocen. de homi. sicut dignum. & per Bartol. in d. §. ope. & per Saly. in l. non eo minus. C. de accusa. Et licet alias receptatores delinquentium si eorũ sunt consanguinei mitius puniantur, vt in l. ij. ff. de recepta. Hoc tamen non putarem in hoc crimine hæresis locum habere, quum & pro delicto patris filij puniantur propter tanti criminis atrocitatem, vt d. l. quisquis. & dictum c. vergẽtis. & c. quicunque. §. filij. eo. tit. lib. vj. licet ipsi non deliquerint. quantomagis non esset eis habenda misericordia vbi tales flagiosissimos receptarẽt, eorum delictis quodammodo per hoc communicãtes, sed in hoc vltimo cogita.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudicibus an liceat, hæreticis à iure impositam pœnam minuere vel augere.*

2 *Pœnas delictorum minuendi augendive quæ iustæ causæ censeantur. & nu. 4.*

3 *Hæreticorum si adsit copia qua via procedatur.*

5 *Pœnæ augmentũ aut diminutio in crimine hæresis etiam post sententiam fieri potest, in cæteris*

vero delictis in ipsa sententia fieri debet, non etiam post. intellige sane.

6 *Alteratio pœnæ, & in sententia & post fieri potest.*

Quæstio XVII.

1 DECIMOSEPTIMO quæro † an pœnam inflictam a iure cōtra hæreticos possint iudices qui de hæresi iudicant minuere, vel ēt ex causa augere aut mutare. Respondeo ꝙ sic. Nam hoc est generale in omnibus criminibus, vt in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui notantur infa. & l. & si seuerior. & l. si possidonium. C. ex quibus cau. infa. irroge. Vnde cum hæc regula non reperiatur violata in crimine hæresis, debet idem

2 in eo quod in alijs iudicari. † Quæ autem sint iustæ causæ minuendi pœnas delictorum. ad hoc respondet glo. in d. §. pœna grauior. dicens multas fore causas. Potest enim minui pœna ratione senectutis, vel iuuentutis, vt l. auxiliū. §. in delictis. ff. de minoribus, vel quia sine dolo deliquit. ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. instrumenta. & l. absentem. §. fin. & l. respiciendum. §. delinquunt. eo. tit.

3 Augeri autem possunt pœnæ quando † multitudo est in delicto, quia multis crassantibus opus est exemplo. ff. de pœnis. l. aut facta. §. fin. Sed istud vltimum limita verum vbi multitudo illa patienter & sine scandalo pœnam sustineret. si tamē scandalum timeretur de punitione multitudinis, detrahendum esset propter multitudinem seueritati & rigori, ita tenet glos. not. in c. commessationes. xliiij. dist. & in ca. latores. de cleri. excō. mini. At vbi multitudo vellet errorem suum pertinaciter defendere, seuere essent puniendi, vt voluit glo. in d. c. commessationes. & in c. quoties. lo ij. j. qō. vij. vel si confidentes in multitudine vsum peccandi sibi fecissent, vt in c. j. de pœniten. dist. vj. Si tamen ista cessarent & parati essent illi multi corrigi, & de eorū correctione esset spes, ex misericordia mitius esset cum eis agēdū. quin quagesima dist. vt constitueretur. & c. fi. de trans. & d. cap. commessationes. cum multis similibus. Quot autem dicantur multi, vide glo. in d. c. latores. De modo autem extirpandi vitium a multitudine. vide tex. notab. in d. c. commessationes, & de modo puniendi multitudinem delinquentem,

4 vide omnino tex. in d. c. latores. † Quæ autem sint consideranda in augendis siue diminuendis pœnis. vide tex. in l. respiciendum. & l. aut facta. ff. de pœn. & in l. ij. ff. de termi. mo. et gl. ij. q. iij. §. notādum. Reperitur tamen vnum speciale iuxta

5 hoc in crimine hæresis, † ꝙ licet sit regulare in alijs criminibus, ꝙ vbi pœna venit ex causa augēda vel diminu. illud debet iudex facere, in sentētia, nō aūt pōt post sententiā, vt voluit gl. in d. §. pœna grauior, & d. l. et si seuerior. in tm̄ vt ēt si de innocētia condemnati post sniam constet, id tn̄ ꝙ sententiatū est sine principis licētiā immutari nō pōt, vt in l. j. §. fi. ff. de qōnibus. & l. diui. ff. de pœ. tamē in hoc crimine est speciale vt ēt post sniam possit pœna mitigari vel mutari. quū visum fuerit iudicibus expedire, vt est notab. tex. in c. vt cō missi. §. necnon. de hære. li. vj. Sed illum tex. ego intelligerem stricte in terminis in quibus loquitur quum exorbitet a iure communi, videlicet qn̄ redeuntibus ab hæresi vel alias suspectis est imposita pœna carceris vel alia huiusmodi. Secus autem vbi quis esset tanquam hæreticus cōdemnatus, quod. n. non mutatur quare stare prohibetur. C. de testamentis, sancimus. & de appel. l. præ

6 cipimus. † Vnum tamen non omittam ꝙ alteratio pœnæ quæ est necessaria nedum potest fieri in sententia, sed etiam post sententiam. Vnde si condemnatus in pecunia propter crimen non potest soluere, iudex ex interuallo poterit pœnam corporalem permutare, & hoc obtinet in quocunque crimine pro hoc. ff. de in ius vocan. l. fi. & de iurisdict. omn. iudi. l. si quis id quod. §. seruos. Cautius tn̄ faciet iudex si formet sententiam bimembrem. hoc modo videlicet, condemno te in pecunia, & nisi solueris intra talem terminum mando ꝙ patiaris talem pœnam corporalem. ita not. Bal. in d. l. & si seuerior. faciunr not. in simili per eum in l. cum iudex. C. de senten.

SVMMARIVM.

1 *Appellare an liceat hæretico.*

2 *Appellatione à diffinitiua lege vel statuto sublata nequaquam sublata censetur ab interlocutoria appellandi facultas.*

3 *Appellatione lege, vel statuto prohibita, non etiā interdicta censetur appellandi facultas, vbi aut dolo iudicis, aut etiam partis sententia lata extitit, ex quibus autem dolus colligatur, ibi traditur.*

Quæstio. XVIII.

1 DECIMOOCTAVO quæro. † An in causa hæresis liceat appellare. & distingue, quia aut est lata diffinitiua, & ab ea non licet appellare, vt ī c. vt inquisitionis. §. j. de hære. lib. vj. ibi cum dicit condemnatos. aut grauamen contingit in processu causæ. & tunc potest appellari secundum Archi. ibi. Nam nulli est neganda legitima defensio. de exceptio. cum inter. & ne innocens grauetur permissum est omnibus oppresis appellare. ij. q. vj. c. ij. & iij. nec obstat ille tex. in d. c. vt inquisitionis. secundum eum, immo facit pro, quia loquitur de illis de quibus iam constabat per sententiam latam fore hæreticos, sic etiam constitutio Innocentij. iiij. de qua hic fit mentio dicit. Item appellationes & proclamationes hmōi personatū &c. & alia constitutio quæ incipit. Cōmissi nobis celitus. sic dicit, igitur proclamationis, & appellationis beneficiū ab hæreticis receptatoribus & fautoribus

fautoribus eorum penitus amouemus. Ex quibus verbis apparet ꝙ de his quos hæreticos esse constat, prædicta iura loquuntur. Idem sequitur ibi Io. And. Hi enim quos constat esse tales nullo iuris beneficio gaudere debent, vt in auc. de priuil. doct. circa medium. & in tam graui crimine cum multa debet cautela procedi. de hęre. vt officiũ. §. verum lib. vj. Idem Gen. idem sequitur Domi. qui 2 ex prædictis infert † ꝙ vbi lex vel statutum tollit remedium appellandi a diffinitiua, non videtur tollere ab interlocutoria, quod est notandum, & pro hoc ego induco doctrinam Inno. in c. significauerunt. de testi. & in c. pen. de no. ope. nuntia. vbi tenet ꝙ & si in iudicio possessorio non admittatur appellatio, vt in l. vnica. C. si ad momẽ. po. Illud tamen est verũ in diffinitiua quo casu iura loquuntur secus autem in interlocutoria, de qua non disponunt tollendo remedium appellandi ab ea. quod etiã iustificari posset, quia eo magis admittenda est in hoc casu appellatio ab interlocutoria, quia grauamen non est reparabile per appellationem a diffinitiua, per ea quæ no. in l. ante sententiam. ff. de appella. nõ reci. & in l. ante sententiæ. C. quo. appel. non reci. & per glo. cle. j. de hære. in ver. ipso iure, quæ optime facit ad hoc.

3 † Aduerte tamẽ iuxta hoc ꝙ quantuncunque lex vel statutum tollat appellationem, non tamẽ tollitur facultas appellandi, vbi propter dolum iudicis, vel aduersarij esset sententiatum, & præsumitur dolus in iudice si erat capitalis inimicus eius contra quem pronuntiat. vt ff. de arbitris. l. non distinguemus. §. cum quidam. probatur autem prędicta conclusio ex tex. l. diem proferre. §. stari. iũcta. l. ita demum. ff. de arbi. & l. iij. C. eod. Dolus autem aduersarij, colligitur ex his quæ dicit tex. in d. l. ita demum videlicet si corrupit iudicem, vel ambitione, vel pecunia, vel aduocatum, aut procuratorem partis aduersæ generaliter si in lite dolose versatus est, & hanc conclusionem firmat Bal. in c. pastoralis. §. fi. de offi. deleg.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Executio aduersum damnatos hæreticos qualiter fiat.*
2 *Degradatio clerici qualiter fiat, & an degradari debeat qui perpetuo carceri mancipandus traditur nu. 3.*
4 *Sententia criminalis an mox executioni mandetur an vero decẽdio ad appellandũ expectato.* *Officiales seculares hæreticos punire nolentes, qua pœna plectantur.*
5 *Magistratus seculares exequi & conseruare cõstitutiones aduersus hæreticos latas iurare debent, quod si facere recusent, puniuntur, vt ibi.*
6 *Iudici seculari petenti an hæretici damnati a iudice ecclesiastico sit exhibẽdus processus, vt nũquid recte condemnatus fuerit videre possit.*
7 *Exceptio nullitatis sententiæ executionẽ impedit.*
8 *Iudex laicus iniquam ecclesiastici iudicis sententiam executioni mandare non debet.*
9 *Iudex secularis ad ecclesiasticum & ecclesiasticus ad secularem vbi opus est, recurrere potest. vna etenim potestas alterius opera iuuatur.*
10 *Iudex vnus secularis, alterius iudicis secularis auxilium implorare potest.*
11 *Causa si fuerit commissa episcopo (puta Paduano) & duo sunt electi vnus canonice, & alter non, intelligitur commissa existenti in canonica possessione.*

Quæstio. XIX.



1 DECIMONONO quæro † de executione fienda contra condemnatos. de hoc crimine, In quo est dicendum ꝙ si sunt ecclesiastici viri tunc per inquisitores, & ordinarios fiet executio in bonis eorum, vbi vero seculari iudici sunt tradendi, debẽt prius a suis ordinibus degradari, quod generale est in omni crimine. vt in c. cum non ab homine. de iudi. & in c. nouimus. de verbo. sig. vbi tex. dicit ꝙ cum maxima clementia per ecclesiasticum iudicẽ sunt tradendi precibus interpositis apud eum, ne ad mortem vel membri mutilationem procedat. Secularis tamen potestas faciet executionem corporalem, prout iura volunt. Illud enim conuenit iudici ecclesiastico propter suam modestiã & ecclesiæ clementiam, & hoc incumbit seculari iudici propter rigorem disciplinę & iustum conseruã 2 dum. † In degradatione autem prædictorum reperitur specialiter in hoc crimine statutum, vt nõ requiratur numerus episcoporum de quo in c. degradatio. de pœn. lib. vj. immo quia tantus episcoporum numerus faciliter conuenire non potest, solus episcopus conuocatis Abbatibus alijsq; prælatis, & religiosis personis ac literatis suę diœcisis (de quibus sibi expedire videtur) poterit eos degradare. vt in cap. j. de hære. lib. vj. & licet ille tex. dicat ꝙ illæ personæ conuocatę debeant esse de diœcesi, vbi tamen ibi non reperirentur recurrendum esset ad aliam diœcesim. vt dicit ibi Ioã. And. in nouel. Sed occurrit iuxta hoc dubitatio.

3 † An ista degradatio debeat fieri tantum vbi clericus traditur curiæ seculari mortis supplicio deputandus. An etiam sit idem quando debet perpetuo carceri mancipari, iuxta formam. capit. excommunicamus, lo ij. eod. titul. Panor. mouet ibi quæstionem. & tandem concludit etiam in secundo casu, scilicet perpetui carceris habere locum prædictam degradationem. pro quo facit secundum eum aperte text. in dicto cap. j. ibi quum dicit, aut perpetuo immutandus &c. Si vero laici fuerint de hoc crimine condemnati, statim sine alio adminiculo seculari sunt relinquendi iudicio, animaduersione debita puniendi. Potestates autem siue iudices & alij domini temporales. officiales, siue eorum nuntij taliter sibi relictos sta

etiam recipiant & sine dilatione debita animaduersione puniant, non obstantibus appellationibus ꝑ eos interpositis, aut interponendis, quum tam secundum ius canonicum, quam etiam secundum legem imperialem, appellationis remedium sit hęreticis fautoribus, ac eorum receptatoribus et defensoribus interdictum. vt in ca. vt inquisitionis. de hæreti. lib. vj. & ex illo tex. infert ibi gloss. ꝙ **4** † sententia lata in causa criminali debet statim mandari executioni, non expectato lapsu decendij. sed ille tex. iudicio meo probat contrarium, quum ibi permittatur fieri executionem incontinenti, ex eo ꝙ in crimine hæresis non admittitur appellatio, vt dicit ibi tex. ergo ibi appellatio nõ excluderetur (quod est regulare in omnibus criminibus, intantum ꝙ in eis nedum condemnato, sed etiam tertio permittitur appellare. ff. de appel. non tantum) esset differenda executio, nec statim esset fienda, de materia tamen quia nõ est pręsentis speculationis remitto ad not. per Bart. in d. l. non tantum. & latius per eum l. qui vltimo. ff. de pęn. & per Bal. in l. addictos. C. de epis. aud. & in l. vnica. C. ne ex delic. defun. Consuetudo tamen habet quod in quocunque crimine non expectato decendio ad appellandum mandatur incontinenti sententia executioni quo ad pœnam corporalem quod intellige vbi non esset appellatum, de quo remitto ad notata per Doct. in locis prædictis. & per Cano. in ca. ij. de re iudi. & quo magis sint astricti huiusmodi seculares potestates, & officiales con**5**tra hęreticos huiusmodi executiones facere † statutum est, ꝙ ad requisitionem diœcesanorum seu officialium suorum aut inquisitorum hæreticæ prauitatis iurent præcise attendere atque inuiolabiliter obseruare, & facere a suis subditis obseruari toto tempore sui regiminis in terris suæ iurisdictioni subiectis constitutiones edictas contra hęreticos credentes, fautores & receptatores, atque defensores eorum ipsorumque filios, & nepotes, et qui iurare id noluerint & seruare, velut hæretici, ac de fide suspecti et infames officio & honore sui regiminis spolientur, & sunt inhabiles ad officia publica de cętero consequenda, vt in cap. vt officium. §. fi. de hęre. li. vj. & vltra hoc prędicti omnes si exequutionem sibi iniunctam contra hereticos præfatos delatam prompte prout ad suum spectat officium facere seu adimplere detractent, aut alias sententiam vel processum iudicium, qui super hoc crimine procedunt directe, vel indirecte impedire pręsumpserint, & qui scienter in predictis dederint consilium, auxilium, & fauorem, excommunicationis sentētiam ipso facto incurrunt, quam si per annum animo sustinuerint indurato, extunc velut hæretici sunt condemnandi, vt in d. c. vt inquisitioni. §. prohibemus. Ex quibus aperte monstratur quã soliciti & attenti debeant esse seculares potestates, & officiales circa ea quæ super hoc crimine eis incumbunt peragenda. Horrendumque est ꝙ potestates & domini tēporales qui eos debite modo prædicto non puniunt, immo & qui deterius committentes eis fauent, illud dñi iudicium per eos prophetæ prolatum incurrant. Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius, vt habetur. iij. Regũ. xx. Multa et flagella diuinæ vltionis quæ in populo propter hoc detestandum crimen seuire quotidie decernimus habita de eis vindicta misericorditer tollerentur. vt contingit in simili casu iij. Regũ. xviij. Ex predictis infertur ad qõ. quæ in hac ma**6**teria est satis necessaria. † Pone ꝙ iudex ecclesiasticus tradit cõdemnatũ de hæresi iudici seculari, vt ipsũ puniat. An iudex secularis possit petere a iudice ecclesiastico vt cõmunicet sibi processum quem fecit contra condemnatum, vt sic videat an iuste fuerit processum contra eum, vel non, vt in euentum procedat ad exequendum sententiã contra ipsum vel non. Bart. in l. diuus. ff. de custo. & exhib. reo. tenuit ꝙ non tenebitur ad executionē faciendam procedere, nisi processus sibi exhibeatur. & idem tenet in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iudic. ad quod allegat text. in d. l. diuus. ad idem inducit quod habetur in authen. de sanctissimis episc. §. si vero. Sed Panormi. in c. j. de offic. ordina. reprehendit in hoc Bar. & dicit cõtra ipsum esse text. expressum in dicto ca. vt inquisitionis. §. prohibemus, vbi dicitur ꝙ de crimine hæresis quum sit mere ecclesiasticũ neq; directe neq; indirecte potest iudex secularis cognoscere, sed pura & nuda executio ad eum pertinet ad requisitionem iudicis ecclesiastici. Et hec opinio satis placet, quia fundatur aperte per d. §. prohibemus. Sed ego limitarem hoc procedere vbi daretur de iniustia contra sententiã ad impediendum executionem. ad quod et facit notata per Inno. in d. c. j. de offi. ord. & in c. cum in iure, de offi. deleg. & per Archi. xxiij. q. v. administratores. vbi tñ diceretur eam fuisse nullã, & de hoc exciperetur ad impediendam executionē, tunc admittenda foret hęc exceptio per iudicem secularem exequētem, dummodo in breui posset de ea constare, nec requireret altiorem indaginem, iuxta notata per Bar. **7** in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudic. † Nam nullitatis exceptio impedit executionem sñiæ, vt in d. §. condemnatum. & l. si cum nulla. eo. ti. & c. de cætero. de re iudi. & per glo. in c. pastoralis. §. quia vero. de offi. deleg. & per Inno. in ca. cum in iure, eo. ti. Nec ob. tex. in d. c. vt inquisitionis. §. j. in fi. vbi dicit quod iudex secularis statim recipiat condemnatos de hæresi. & immediate sñiam exequatur contra eos. Nam ille text. loquitur de condemnatis de crimine ꝓdicto. Constat aũt cõtra quę sñia lata est nulla nõ esse cõdemnatũ, vt clare dicit tex. in d. §. cõdemnatũ. Similiter nec obst. tex. in d. §. prohibemus. eiusdē c. qa hic nõ cognoscit iudex secularis de crimine hęresis, qđ ibi interdicitur, sed tñ de nullitate sñię qđ ibidē minime ꝓhibetur. Et ꝓ hac cõclusione multũ faciunt ea quę no. Ang. cõs. cclxxv. addo et aliã limitatio**8**nē ad ꝓdicta, ꝙ † vbi iuduci seculari alias cõstaret sententiam fore iniustam, non deberet ad eius executionem procedere, ne animam suam damnaret. iuxta notata per Inno. in d. §. quia vero. c. pastoralis. & si cogeretur per iudicem ecclesiasticum per censuras et alias iuris pęnas potius debet ista humiliter tolerare quã mortem iniustam

alicui

alicui inferre. argu. c. inquisitioni. de sen. excom. neque per hoc dici potest ꝙ se intromittit de hoc crimine cõtra dispositionem d. §. prohibemus. qm̄ non se intromittit cognitionem super prędicto crimine assumendo, ꝙ ille tex. prohibet, sed ex conscientia priuata quam habet crimen homicidij declinando quod quemlibet virum catholicũ decet. & est aliud speciale in hoc crimine ꝙ pro executionibus faciendis, & auxilio impendendo contra hæreticos poterunt ecclesiastici iudices recursum habere ad potestates, & iudices seculares excommunicatos, & de facto & non de iure officia illa & dignitates possidentes, dummodo sine periculo moræ ad superiores eorum legitime prę sidentes recursus nequeat haberi, vt probat tex. c. præsidentes, de hære. lib. vj. ex quo tex. per locum a speciali dicemus contrarium in aliis casi-
9 bus vt ad tales non recurratur. † Ex quo poteris assumere nota. limitationem & intellectum ad omnia iura quę dicunt ꝙ iudex ecclesiasticus debet recurrere ad auxilium iudicis secularis qñ opus est. xcvj. dist. cum ad verum. & xxiiij. q. v. principes de offi. ordi. c. j. et econtra secularis ad ecclesiasticum. nam vna potestas per aliam iuuatur. x. dist. c. qm̄. ad quod etiam faciunt not. per Inno. in c. licet ex suscepto. de foro compet. & in d. c. j. de offi. ordi. & per idem intelliges no. per Bart. in l. vnica. in princ. ff. si quis ius dicen. non
10 obtem. Vbi dicit ꝙ † ēt inter seculares iudices põt vnus implorare auxiliũ alterius potentioris. C. de his qui latro. oc. l. ij. omnia enim ista debẽt intelligi modo prædicto. & per eundẽ modum limitabis etiam no. per Vincen. & Ioan. And. in c. per venerabilem. §. rationibus qui filij sint legi.
11 vbi per illum tex. dicunt ꝙ † si causa committitur episcopo Paduano & duo sunt electi, alter canonice, & alter non, ꝙ intelligitur commissa existenti in canonica possessione. & idem tenet Archi. xj. q. j. si quisquam. debet enim intelligi de illo qui bona fide esset in possessione, secus aũt si de facto tantum esset intrusus per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Recedentes ab hæresi, & abiurantes an indistinctè sint recipiendi, & pœnas criminis euitent, & vsque ad quod tempus admittatur abiuratio, latè traditur & variæ Doctorum sententiæ referuntur.*
2 *Quod deciditur de recedentibus & abiurantibus ab hæresi, procedit etiam in apostasia, declara tamen & limita vt nu. 4.*
3 *Materia siue causa merè ecclesiastica non cadit sub iudicio laicorum, maximè vbi Ius Canonicum contrariatur ciuili.*
5 *Relapsus quis dicatur.*
6 *Hæreticus super aliquo articulo si abiurauerit, & demum teneat contra articulum an dicatur relapsus.*
7 *Forma abiurandi hæresim quæ sit.*
8 *Iudex in sententiis ferendis, vel pœnis iniungendis contra abiurantes qualiter pronuntiare debeat.*
9 *Forma sententiæ contra abiurantes.*
10 *Inquisitores an possint absoluere hæreticum ab excommunicatione quam papa die Iouis sancta promulgat contra hæreticos.*
11 *Pœna quæ infligatur abiurationibus hæresim. & nume. sequen.*
12 *Patronus ecclesiæ abiurans hæresim an recuperet ius patronatus amissum per hæresim.*

Quæstio XX.

1 VIGESIMO quæro † An redeuntes ab hæresi indifferenter sint admittendi, & an euadant per hoc pœnas criminis. Archidia. in c. vt commissi. §. necnon, de hære. lib. vj. dicit ꝙ illi qui veniunt intra tempus gratiæ admittendi sunt, licet enim fuerunt moniti, non tamen sunt coacti ex quo a nemine sunt præuenti. bene facit. ff. ad Tertul. l. j. §. mater. cum sequen. Sed ipse tenet ꝙ etiam post tempus gratiæ admittendi sunt re integra. vtpote quia aliquis non fuit personaliter requisitus, nec contra eum probationes sunt receptæ, ad hoc de præben. cap. si tibi absenti. lib. vj. Qui tamen post prædicta tempora venerit indignus est venia licet errorem detegat. & remittit ad not. in l. j. C. de his qui latro. occul. & sic recitando ipsum transeunt Ioan. Andr. & Domi. ibi. & id quod isti dicunt de tẽpore gratiæ innititur consuetudini quã solent seruare inquisitores hæreticę prauitatis. qui vt prędiximus in principio inquisitionis præmittunt sermones ad populum, vbi habent inquirere de fide catholica differentes, atq; admonent oẽs hæreticos, vt recognoscentes errorem suum ad fidem catholicã conuertantur, quæ tanquã benigna mater quę nulli claudit gremiũ redeunti, eos benigne recipiet; & solent præfigere certum terminum intra quem isti debeant venire, & istud appellatur tempus gratiæ. Sed Hostien. in summa titu. de hære. sentit aperte ꝙ antequã sit conuictus de hęresi quandocunq; admittitur confitens errorem suum, & volens reconciliari, etiã si timore probationum confiteatur, dummodo iudex videat ipsum contritum & speret de conuersione sua. Ioan. And. in c. excommunicamus. lo j. § damnati. eo. tit. in quadam apostil. sentit ꝙ nedum anteq̃ sint conuicti, immo etiam postquam sunt condemnati per sententiam possunt redire & euadere pœnam mortis. & idem sentit glo. not. in c. penul. eo. tit. In cõtrarium tñ facit tex. in c. ad aboledam. §. j. eo. tit. vbi tex. videtur requirere ꝙ incontinenti redeat & sponte. Nam post damnationem videtur hoc facere timore pœnę imponendę, & post probationes videntur facere timore probationum, innuit enim ille tex. ꝙ ad hoc vt redeũtibus ad fidẽ remittatur

remittatur pœna mortis ista requiruntur scilicet ꝙ sponte abiurent,& ꝙ incontinenti. Si ergo qs expectauit probationes contra eum fieri , & per eas conuinci, & postea vult conuerti, nec hoc facit incontinenti nec sponte , quia videtur timore probationum fecisse Zen. & d.Cardin.in cle. ad nostrum.§.pe.eod.tit. tenent quod si post quam negauerunt, sunt conuicti,non admittantur ad huiusmodi reuocationem erroris , ad finem euidendi pœnam corporalem, sed Panor.in d.cap.excõmunicamus.§. damnati . sequitur opinionem quã Ioan. And.ibi tenuit in apostilla de qua prædixi. & pro ea adducit.tex.in c.accusatus.de hęre.lib. vj.vbi relapsis duntaxat non parcitur. semel ergo lapsis licet sint condemnati,parcendum est,ex quo volunt ad fidem redire. Dicit tamẽ ꝙ ista opinio aperte non probatur iure, immo potius posset defendi contrarium,quia d.§.damnati.nullam indulgentiam dat damnatis. & c.ad abolendã, vult ꝙ statim redeant & sponte, vt dictum est , & cap. penul.eod.titu. loquitur de deprehensis in hæresi, & non de condemnatis . sed dicit quod alia opinio tanꝗ mitior est sequenda arg.regulæ odia.et regulæ in pœnis.de reg. iur.lib.vj.& ad c.ad abolendam satis colorate posset respõderi,quod satis incontinenti dicitur redire si nullã dilationẽ expectat , nec pœnæ impositionem.l.dist.ponderet. Vel potest dici secundum eum,quod aut sunt condemnati de hæresi sed adhuc non sunt traditi curiæ sæculari,& habet locum pœnitentia. Aut sunt traditi curię sæculari,& tunc non sit locus pœnitentiæ.Nã tunc proprie non dicuntur venire sponte nec incontinenti. Sed in hac opinio. varietate ego dicerem,ꝙ vbi ad sententiam esset processum contra hæreticum , nullo modo eius conuersio esset admittenda ad effectum euadendi pœnam mortis,& pro hoc induco tex.in d.c.pen.de hæreticis in.§.damnatis. iuncto.§.si qui autem. in paragra. damnati disponitur de damnatis per sententiam, vt tradantur curiæ seculari , sequitur statim.§.si qui autem. vbi tex. loquitur de deprehensis in hęresi, non tamen de condemnatis, qui si redire voluerint, euadunt pœnam mortis, tamen perpetuo carceri sunt mancipandi . hoc etiam probatur per textum in cap.vt commisi, eod. titu.lib.vj. vbi solum conceditur facultas mitigãdi pœnam, vel mutandi his qui mandatis inquisitorum obedientes fuerunt, propter quod in carcere vel muro fuerunt reclusi. secus ergo in eis qui in pertinacia perdurarunt quousque de crimine fuerunt condemnati. Pręterea vt superius diximus quum regula iuris sit ꝙ pœnam iam illatam per sententiam nullus possit sine principis authoritate relaxare , & in hoc casu hæc regula non reperiatur violata, excepto casu prædicto dicti cap.vt commisi, non debemus hoc extendere ad non expressum , vbi tamen ad condemnationem non esset processum. etiam si esset per testes,vel alias probationes de hæresi cõuictus,satis crederem reuertentem admitti debere. Pro quo facit tex.in d.c. accusatus.in principio.et apertius in.§.ille quoq;. Nec obstat tex.in d.cap.ad abolendam.quem supra induximus, quia debet suppleri per textum in d.cap.accusatus. & hoc non est nouum ꝙ priores leges trahantur ad posteriores vt l.non est nouum.ff.de legibus. Prouidendum tamen est caute quando isti volunt redire , ne simulata conuersione, redeant fraudulenter , & sub agni specie gerant lupum,vt capitu. vt officium.§. prouiso.eod. titu.lib.vj. Et aduertendum 2 † ꝙ ea quæ prædiximus circa admittendos hæreticos ad reconciliationem & gremium ecclesiæ atq; erroris abiurationem locum etiam sibi vendicant in his qui redeunt ab apostasia quum illa non constituat diuersam speciem ab hæresi, sed tantum addat quandã circunstantiam aggrauantem , vt dicit Thomas secunda ij.quęstio.xij.arti. primo in solutione ad tertium, iuxta illud secundæ Petri.ij.melius erat eis viam domini non agnoscere, ꝗ post agnitam retroire , quum ergo iura præinducta generaliter admittant hæreticos non relapsos ad abiurationem , & apostasia non constituat diuersam speciẽ ab hęresi , vt diximus iure igitur apostatę erunt admittẽdi.nec obstat textus in l.hi qui. C. de apostа. vbi textus in fine dicit eos reuertentes non fore admittendos . Nam illa lex non est admittenda quum disponat de materia mere spirituali,scilicet hæresis, quæ est mere ecclesiastica . 3 † nec sub laicorum iudicio potest cadere, vt in cap. vt inquisitionis.§.prohibemus.de hæreti.lib.vj.Nõ ergo Imperator legem illam condere potuit . ad quod facit.c.bene quidem.xcvj.distinct.& capit. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutionibus. cum multis similibus.præsertim hoc casu quo ius Canonicum specifice contrarium disponit . pro quo induco tex.in c. quidam. de aposta. vbi compelli iubentur apostatæ per prelatos suos,vt fidẽ quam promiserunt teneant,ac ritus Iudaicos dimittant. Si igitur compellendi sunt per ecclesiam ad id ergo a fortiori voluntarie & spontanee venientes debent admitti , quod caute est considerandum. Prædicta vera sunt in hæreticis non relapsis .

Si enim essent relapsi sine aliqua audientia essent sæculari iudicio relinquendi,vt dicto cap.ad abolendam.§.illos quoque. & d.cap. accusatus.

4 † Sed intellige ꝙ eorum conuersio non est admittenda ad hoc vt pœnam mortis euadant nequaquam tamen sunt eis humiliter petita sacramenta pœnitentię ac eucharistię deneganda,vt in c. super eo.eodem tit. lib.vj. Et idem dicas eadẽ ratione vbi superius dixi istorum conuersionem nõ debere admitti.debet enim intelligi iuxta determinationem d.c. super eo. 5 Sed quæro † quis dicatur relapsus. Hoc determinat tex. in d.c.accusatus.in prin.& in.§.j.& ij.& nota ꝙ nedum ille qui post abiuratam hęresim recidit in eandem, relapsus censetur.iuxta tamẽ distinctionem illius tex. Sed etiam ille cui propter suspicionem hęresis fuit inducta purgatio , & se purgauit, relapsus dicitur si in eam post abiurationẽ est relapsus. vt probat tex.in d.c.ad abolendam.§.illos quoque. quia tamen inter cætera disponit text. in d. cap. accusatus.§.eum vero. ꝙ ille qui in vna hæresis specie vel secta,aut in vno fidei articulo,vel ecclesiæ sacramento commisit , & postmodum hæresim abiurauit simpliciter vel generaliter . si

postea

postea in alia specie siue articulo cõmittat, debet vt relapsus in hęresim iudicari. Iuxta hoc occurrit dubitatio. 6 † Pone ꝙ non sic simpliciter abiurauit, sed tantum in illo articulo, postea labitur in alio, an dicatur relapsus. & glo. ibi dicit ꝙ non licet Archidia. contrarium ibi teneat. tamen Io. And. in nouella. sequitur illam glo. quum verba debeant aliquid operari, de priuilegijs. si Papa. & quia in pœnis benignior interpretatio est facienda. Subiungit tamen ꝙ raro practicabitur iste casus, quia consuetudo habet ꝙ omnis relapsus et in vno articulo generaliter abiuret hæresim. Sed Domini. tenet contrarium propter connexitatem quã habent hęreses inter se, quia de vanitate cõueniunt in idipsum. de hęreticis. excommunicamus. lo primo, & secundo. & ex hoc fundamento tollit motiua Ioan. And. & pro hac opinione Domi. ego induco ea quę sanctus Thomas dicit secũda secundę quæstione. v. artic. iij. vbi tenet ꝙ in hæretico discredente vnum articulũ fieri non manet fides formata nec informis in alijs articulis, cuius ratio est quia species cuiuslibet habitus rerum dependet ex formali ratione obiecti, qua sublata species habitus remanere non potest. Formale autem obiectũ fidei est veritas prima secundum ꝙ manifestatur in scripturis sanctis, et doctrina ecclesiæ quæ procedit ex veritate prima. Vnde quicunque non inhæret sicut infallibili & diuinæ regulæ doctrinæ ecclesiæ quæ procedit ex veritate prima in scripturis sanctis manifestata, ille non habet habitum fidei, sed ea quę sunt fidei alio modo tenet quam per fidem. Sicut si aliquis teneat in mente aliquam conclusionem nõ cognoscens medium illius demonstrationis, manifestum est ꝙ non habet eius scientiam, sed opinionem solum. Vnde ille qui de his quę ecclesia docet, que vult tenet, & quę non vult non tenet. iam non inhæret ecclesię doctrinę tanquã infallibili regulę, sed potius propriæ voluntati. ex quo sequitur ꝙ hæreticus est simpliciter qui pertinaciter discredit vnum articulum fidei. Non enim est paratus in omnibus sequi doctrinam ecclesiæ. Si enim non pertinaciter iam non esset hæreticus, sed errans. Vnde manifestum est ꝙ talis hęreticus circa vnũ articulum fidei non habet de alijs articulis, sed opinionem quandam secundum propriam voluntatem. quia non credit ex habitu fidei, sed quia sic placet sibi. 7 † Forma autẽ abiurandi hæresim traditur per text. in cap. ego Berengarius, de consecratio. distinct. ij. & debet scriptura fieri de hac abiuratione, & subscribi manu propria ipsius abiurantis. pro quo est gl. prima quæstio. viij. conuenientibus, & vbi talis persona fuisset ex cuius hęresi multæ ecclesiæ fuissent scandalizatæ, debet copia illius abiurationis ad omnes illas transmitti, vt quæ malæ fuerunt ędificatę de peruerso, gaudeant & ædificentur de conuerso, vt ibi dicit textus in fine. 8 † Sed qualiter debet iudex pronuntiare in sententijs ferendis, vel pœnis iniungendis redeũtibus ad fidem, & hæresim abiurantibus. Solu. dicas ꝙ non debet eos pronuntiare hæreticos, quia non sunt. xxiiij. quæstio. prima hæc est fides. vbi de hoc. & quęstio. vlti. dicit Aposto. & c. qui ĩ ecclesia. nec pronuntiabit eos tales fuisse. quia modus iste non est datus a iure. sed dicet sic. 9 † quia te inuenimus per tuam confessionem vel probationes legitimas hæreticum vel hęreticos adorasse, nunc aũt saniori vsus consilio, vis prout asseris ad vnitatem ecclesiæ corde puro & fide nõ ficta redire. idcirco te in primis abiurata omni hęretica prauitate iuxta formam ecclesiæ ab excõmunicationis vinculis quibus tenebaris astrictus absoluimus. Si tamen ad eandem ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata seruaueris, & quia in Deum & sanctam ecclesiam modis prædictis deliquisti, ad peragendam pęnitentiam condignam, & in perpetuum carcerẽ detrudi volumus, & pręcipimus ibidem perpetuo remanere, nec miretur quis quia dictum est sic sub conditione. nam causa delendæ quæstionis expedit sic dici, vt si quod ei imponitur non seruasset non censeatur absolutus. & hanc formã ponit Archi. in d. ca. vt cõmissi. §. necnon. quem sequitur Ioan. And. in nouel. dicens quod quicquid dicat Archi. tamen inquisitores nostri temporis bene pronuntiant illum fuisse hæreticum, nec apparet quid obstet secundum eum. Sed quoniam in hac forma pręinserta fit mentio de absolutione quæ sibi impeditur a sententia excõmunicationis quam incurrit propter incursum hæresis. Quęro 10 † an inquisitores possint absoluere hęreticum etiam a sententijs quas Papa die Iouis sancta promulgat contra tales. Archidia. in dicto cap. vt officium. in princip. tenet ꝙ sic per illum text. qui generaliter permittit eis absolutionem. & idem sequuntur ibi Ioan. And. & Domini. & vlterius in eadem forma absolutionis ponitur per modum conditionis, si iniuncta mandata seruaueris &c. hoc est satis iuri consonum. nam tales reuertentes errorem suum ad arbitriũ episcopi debent abiurare & satisfactionem idoneam exhibere. vt dicit text. in dicto capitu. ad abolendam. §. præsenti. Iuxta id vero quod in huius principalis quæstionis themate deducebatur. Quæro 11 † quæ pœna sit imponenda his qui ab hæresi reuertuntur, & dicendum ꝙ hoc residet in arbitrio episcopi & inquisitorum, qui in crimine hæresis inquirunt, vt secundum ꝙ eis visum fuerit satisfactionem iniungant tali conuerso & pœnitenti. vt probat tex. in d. §. præsenti. Bona tamen quę propter hęresim fuerant iudici seculari applicata nõ restituuntur eis, nisi ex misericordia secus fiat. vt in cap. vergentis. de hære. Sed quęro iuxta hæc 12 † quid si patronus ecclesię labitur in hęresim, an reuersus recuperet ius patronatus quod prius habebat. hanc quæstionẽ tangit gl. j. q. vij. maximũ. & tenet ꝙ sic. nisi esset lata sententia super amissione iurispatronatus. Sed Panor. in c. quia diligentia. de electio. tenet indistincte illum non recuperare huiusmodi ius patronatus. argu. c. vergentis. iuncto. c. penulti. de hęre. & l. commissa. ff. de publi. & vecti. nisi ex gratia sibi restitueretur. Ad quod ego induco not. per Inno. in cap. fi. de hęre. In hac etiam pœnitentia imponẽda debet haberi discretio, vt si a principio conuertantur, & sponte mitius cum eis agatur. Si autem vlterius distulerint conuersionem, vt pote quousque sint conuicti,

uicti, vel notorium sit eorum crimen, quia in eo fuerunt deprehensi, augenda erit pœna, & si opus fuerit vsque ad perpetuum carcerem, vt in d.ca. pen.§.si qui autem.eod.tit.discretio itaque iudicātis in his debitam moderationem adhibebit attentis prędictis, & etiam coniectura quam habet de conuersione, & potentia & dolore huius conuersi. In casu tamen ipso iure reuersus recuperat primum statum, videlicet si mulier aliqua catholica incidit in hęresim propter quod perdit priuilegia quę catholicę mulieres habent in dote. si illa postea conuertatur, recuperat ipso iure omnia prędicta priuilegia quę amiserat, vt in authen. de priuileg.dot.§.quia enim in fin.col.vij.

SVMMARIVM.

1 *Disputandum an sit cum hæreticis volentibus publicè disputare persistendo, & confirmando errores suos.*

Et an cum iudæis, & aliis infidelibus disputare volentibus.

Disputare publicè de fide quando liceat, latissimè, vbi etiam quæ in tali disputatione seruari oporteat traditur.

2 *Laici publicè de fide disputantes puniendi sunt.*

3 *Authoritatibus quibus vtendum sit in publicis de fide disputationibus, & an authoritatibus poetarum & philosophorum.*

4 *Disputandum non esse cum negantibus principia quomodo intelligatur, & in quibus procedat.*

5 *Errant qui fidem Christi humanis rationibus fundare nituntur.*

6 *Miracula (cum diuina virtute fiant) arguunt Dei ac fidei nostræ veritatem infallibilem.*

7 *Christi fides circa ardua, difficilia, vera, & laboriosa consistit, lex autem Machometi circa luxus, voluptates, facilia, & falsa versatur.*

Quæstio. XXI.

1 VIGESIMO primo quęro, † An si hæretici in errore persistunt & volunt publice disputare confirmantes errores suos, sit cū eis disputandum. Et idem quęro circa quoscunque alios infideles. Et dicendum est ꝙ in disputatione fidei duo sunt consideranda. vnum quidem ex parte disputantis, aliud autem ex parte audientium. Ex parte quidem disputantis est consideranda intensio. Si enim disputet tanquam de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens. sed argumentis experiri intendens, procul dubio peccat tanquam dubius in fide & infidelis. & pr hoc induco glo.xcvj. dist. nos ad fidē.& in l.iij.C.de sum. Trini. Si aūt qs disputet de fide ad confutandos errores, vel etiam ad exercitium, vt faciunt Theologi illud est laudabile, ex parte vero audientium considerandum est vtrum illi qui disputationem audiunt sint instructi, & firmi in fide, aut simplices & in fide aitubantes, nam coram sapiētibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide. Sed circa simplices est distinguendum, quia aut sumus solicitati, & inuitati ab infidelibus, puta Iudæis, hæreticis, siue paganis nitentibus corrumpere fidem nostram. Aut non sumus sic solicitati. Primo casu necessarium est publice disputare de fide, dummodo reperiantur ad hoc sufficientes, & idonei qui errores possint confutare. pro quo facit glo. in d.l.iij.& cap.cum quibus.xxxiiij.q.iij.& crederem ego ꝙ vbi infideles, & hæretici non vellent ad fidei disputationem venire zelo redeundi ad fidem veritati comperta. Sed potius ad quandam inanem ostentationem cautum esset eos prudenter eludere, verbaque ad aliam materiam conuertere, dummodo simplices qui adstant non sentirēt. et hoc ne secreta fidei nostræ indignis pandamus, & contra doctrinam Christi margaritas seminemus ante porcos. nam nihil omnino eis respondere auditorū causa vtile non videtur, ne forte simplices existiment nos responsionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur ex hoc. ꝓ quo tex. cum glo. xliij. distin. in mandatis, & eadem distin.§.j.in glo. Quando autem liceat secreta fidei occultare. vide glo. notabi. xxvij.q.ij inuenta. Vnde Gregorius in pastorali. sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant in errorem derelinqui. vbi tamen ista necessitas cessaret periculosum est disputare de fide coram simplicibus; quia eorum fides ex hoc est firmior ꝙ nihil diuersum audierunt ab eo quod credunt. vt determinat Sam

2 Thomas.ij.ij. quæstio. x. arti. vij. † hanc autem disputationem nō permittitur laicis facere. immo excommunicandi sunt si publice de fide disputauerint, vt probat text. in c. quicunque.§.inhibemus. de hære. lib. vj. Discretio aūt maxima adhibenda est in huiusmodi disputatione. † vt in his

3 quæ sunt fidei principaliter quis innitatur authoritatibus noui, & veteris testamenti; quia illæ sunt diuinitus reuelatæ. & theologiæ principia & fidei nostræ, non humana sed diuina reuelatione quæ cōstant nobis per sacras scripturas fuerunt nobis tradita. istis tn̄ præsuppositis cum gratia nō tollat naturam, sed perficiat, oportet ꝙ naturalis ratio subseruiat fidei, sicut & naturalis inclinatio voluntatis subseruit charitati. Vnde apostolus dicit j. Corinth. x. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & per hunc modum authoritatibus philosophorum interdū sacra doctrina vtitur, vbi per rationem naturalem veritatem cognoscere potuerunt. sicut Paulus Actuū. xvij. inducit verbum Arati, dicens, Sicut quidam poetarum vestrorum dixerunt, genus Dei sumus, & idem fecit. ij. ad Titum j. cap. in fine, vbi induxit illud Epimenidis poetæ. Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri, & in prima epistola ad Corinthios, illud Terentij. Sępe bonos

bonos mores corrumpunt colloquia praua: de quo vide bonam gloss. xxxvij. distin. cap. turbat, sed tamen sacra doctrina his vtitur quasi extraneis argumentis, & probabilibus, authoritatibus vero sacræ scripturæ prædictis tanquam ex necessitate argumentãdo concludentibus, & si quis aduersarius nihil crederet eorum quę diuinitus inspirantur, & per sacram scripturam habentur non remaneret cum eo iam vlterius via ad probandum articulos fidei per rationem, sicut & in aliis scientiis, 4 † contra negantes principia non est argumentandum, licet sit in hoc differentia, quia aliæ scientię philosophicæ, licet non possint probare sua principia, & ideo contra ea negantem non disputent, sed relinquunt superiori scientię, suprema vero inter eas, scilicet methaphisica disputat contra negantem sua principia si aduersarius aliquid concedat. Si autem nihil concedit, non potest cum eo disputare. Potest tamen soluere rationes ipsius, Sacra tamen scriptura quum non habeat doctrinam superiorem, disputat cõtra negantem sua principia, argumentando quidem si aduersarius aliquid concedat eorum quæ per diuinam reuelationem traditam in sacris scripturis habentur. Si vero aduersarius de prędictis nil credat, non manet amplius via ad probandum articulos fidei per rationem. poterunt tamen solui rationes quæ in contrarium inducuntur contra fidem. cum enim fides infallibili veritati innitatur. impossibile autem sit ꝙ vero demonstretur contrarium, quoniam vero omnia consonant, vt philosophus dicit primo Ethicorum. concluditur manifeste ꝙ probationes quę contra fidem inducuntur non sunt demonstrationes sed solubilia argumenta. ita dicit S. Tho. prima parte. q. j. artic. viij. hoc etiam confirmatur. nam si fides nostra ratione humana posset ostendi, præter hoc quod derogaretur dignitati suæ tolleretur & meritum fidei. nam fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum. & secundum prædicta debet intelligi illud quod Apostolus Petrus ait. Parati reddere rationem omni poscenti vos de ea quæ in vobis est fide & spe. j. Petri. iij. 5 Ex quibus patet † quam perniciose conuincuntur errare quidam qui sciolos se esse iactant fidẽ nostram humanis rationibus nitentes fundare, quæ tamen diuina veritate & reuelatione consistit. derogant enim dignitati eiusdem, vt prædiximus, & inducunt infideles in derisionem fidei. credunt enim ꝙ huiusmodi rationibus innitamur, & propter eas credamus. Ex hoc etiam patet summe reprehendendos eos, qui quod ratione attingere non possunt admittere in fide catholica nolunt. cum enim illa excedant omnem rationis humanæ sublimitatem, satis temerarium est ea velle ratione inuestigare. nam vt philosophus dicit. ij. metha. Intellectus noster sic se habet ad prima entia quæ sunt manifestissima in natura, sicut oculus vespertilionis ad solem, & Iob. xj. Forsitã vestigia Dei comprehendens & omnipotentiam vsque ad perfectum reperies, quasi dicat non. & xxxvj. ecce Deus magnus vincens scientiã nostram. & j. Corin. xiiij. ex parte enim cognoscimus, eo maxime quoniam ex defectu intellectus nostri etiã de rebus sensibilibus quæ nostrę cognitioni subiacent plurima ignoramus, quãto magis ea quæ intellectum nostrũ infinitũ excedunt comprehendere non valebimus. vnde in his cõsultum est humiliari Deo, nec de se quicq̃ prę sumere. humilitas enim ad sapientiam disponit. vt dicitur prouer. xj. vbi humilitas, ibi & sapientia. valde etiam admirandum est de istis hæreticis qui superstitionẽ Iudaicam sequuntur, ꝙ cum in lege Mosaica multa credenda ꝓponantur, quę ratione humana comprehendendi nequeunt, illis toto corde inhęrent. & fidem nostram abhorrent, propterea ꝙ credenda aliqua prędicant quæ per Dei potentiam possibilia sunt. sicut & illa quę in lege veteri continentur. 6 † ostenditur etiam veritas fidei nostrę ex miraculis in ea factis, et adhuc dietim videmus, sicut & ego vidi miraculum de sacramento altaris ad quod oẽs infideles conuincendum sufficeret. Cum enim miracula solũ fiant virtute diuina, iuxta illud psal. qui facis mirabilia solus. & Deus non potest esse testis falsitatis, relinquitur ꝙ miracula quę sunt facta ad confirmationem fidei nostræ arguunt ipsius infallibilẽ veritatem. Item ex alio confirmatur quod est mirabilissimum vt inquit August. ꝙ inter persecutorum potentissimorũ tyrannidem (qui fidem Christi impedire, immo extinguere sunt conati) innumerabilis turba nedũ simpliciũ sed sapientissimorũ ad fidẽ Christi per vniuersas ꝓuincias conuolauit. in qua omnẽ humanum intellectũ excedentia prædicantur, voluptates carnis cohibẽtur, et oĩa quę in mundo sunt contẽni docetur. quibus animos mortaliũ assentire maximũ est miraculorũ & excellentissimum diuinę inspirationis opus vt cõteptis visibilibus sola inuisibilia cupiantur. adeo vt ꝙ cõtẽpta ẽt corporali vita per crudelissima tormentorũ genera, multi pro Christi fide vitã finierint, quod non aliter q̃ diuina inspiratione fieri exploratũ existit. Si aũt dicatur ꝙ sine miraculis fides Christi fuerit recepta hoc oĩbus signis esset mirabilius, si ad credendũ tam ardua, ad operandũ tã difficilia, & ad sperandũ tã alta, mundus absq; mirabilibus signis motus fuisset, & prę sertim a simplicibus & ignobilibus, & hominibus quales apostoli fuerunt qui Christi ecclesiam plantauerunt, & si arguatur contrariũ de lege machometi quę falsa est. & tñ a multis est recepta. 7 † Dicendũ ꝙ non est simile, qm̃ Christi fides habet oẽs difficultates, de q̃bus prędiximus, & cũ eis a principio sumpsit exordium, atq; cum martirij acerbitate tanquã granum frumẽti, ꝙ in terra mortuum est multum fructum attulit. Lex aũt machometi processit via contraria. nã promisit voluptates carnales eius sectatoribus ad quarum desiderium carnalis concupiscentia instigat, præcepta etiam tradidit prædictis promissis conformia voluptati carnali, habenas relaxans in quibus promptum est etiam carnalibus hominibus obediri. documenta insuper veritatis nõ attulit nisi quæ de facili a quolibet mediocriter sapiente naturali ingenio cognosci possunt, quin potius vera quę docuit, multis fabulis & falsissimis doctrinis

doctrinis immiscuit. signa etiam non adhibuit supernaturaliter facta, quibus solis diuinæ inspirationi testimonium conueniens adhiberetur, dũ operatio visibilis quę non potest esse nisi diuina, ostendit doctorem veritatis inuisibiliter inspiratum. sed dixit se in armorum potentia missum. quę signa & latronibus, & tyrannis non desunt, ei ẽt a principio non crediderunt aliqui sapientes in rebus diuinis, & humanis exercitati, sed homines bestiales in desertis morantes omnis doctrinę diuinæ & humanæ prorsus ignari. per quorũ multitudinem alios armorum violentia in suam legẽ coegit. Nulla etiam diuina oracula præcedentium Prophetarum ei testimoniũ perhibent, quin potius quasi omnia veteris & noui testamenti documenta fabulosa narratione deprauat. vt patet legem eius inspicienti, vnde astuto consilio libros veteris & noui testamenti suis sequacibus non reliquit legendos, ne per eos falsitatis argueretur. Adhuc etiam pro vlteriori prædictorum confirmatione non pigebit in medium afferre quod Lactan. in v. sui operis libro deducit sic inquiens. Quis est tam ex cors tamq; cæcus qui non videat in martiribus fuisse sapientiam, licet eorum persecutores malitia & furore excecati stultos esse arbitrantur. qui cum haberẽt in sua potestate supplicia vitare, cruciari tamen et mori maluerunt, sed possent ipsi ex eo videre non esse stultitiam in qua tanta hominum millia per orbem totum vna. & pari mente consentiunt, si enim fœminæ sexus infirmitate labunt viri certe sapiũt, si pueri, si adolescẽtes improuidi sunt per ætatẽ, maturi certe ac senes habent stabile iudicium, si vna ciuitas desipit, certe vtique innumerabiles stultæ esse non possunt, si vna prouincia vna natio prudentia caret. cæteras omnes habere intelligentiã recte necesse est cum vero ab ortu solis vsq; ad occasum lex diuina suscepta sit. & omnis sexus, omnis ætas, & gens, & regio, & natio, vnis, ac paribus animis Deo seruiant, eadem sit, vbique patientia, idem contemptus mortis, intelligere debuerant aliquid in ea re esse rationis, quod non sine causa vsque ad mortem defendatur, aliquid fundamenti & soliditatis ꝙ eam religionem non tantum iniuriis & vexatione, non soluat, sed augeat semper, & facit firmiorem, debuerant præterea existimare cum videant dilacerari homines variis tormentorum generibus, & inter fatigatos carnifices inuictam tenere patientiam consensum tam multorum, & perseuerantiam moriẽtium non vanam esse, neq; ipsam patientiam sine Deo tãtos cruciatus posse superare, latrones enim robusti corporis viri eiusmodi lacerationes perferre non queunt, exclamant, & gemitus edunt vincuntur enim dolore, quia deest eis inspirata patientia, nostri autem (vt de viris taceam) pueri, & mulierculæ torturam suas tacite vincunt, & exprimere illis gemitum nec ignis potest. Ecce sexus infirmus & fragilis ætas, dilacerari se toto corpore vtique patitur, non necessitate, licet vitare si velint, sed voluntate, quia confidunt in Deo, hæc ille. Iure igitur concludere possumus verba Maximi episcopi in quodam sermone in medium proferrentis. Nouerimus inquit, quia nõ sine magno discrimine de religionis veritate disputamus ꝗ tantorum sanguine confirmatum videmus, magni periculi res est si post prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post Martyrum vulnera, veterem fidem quasi nouellam discutere præsumas, & post tam manifestos duces in errore permaneas & post morientium sudores ociosa disputatione contendas.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Accusatio hæretici an possit eo mortuo institui.*

2 *Hæres hæretici an eius innocentiam purgare possit, & an admittatur illius excusatio.*

3 *Præscriptio aduersus hæretici accusationem an & quanto tempore procedat.*

4 *Capitalis pœnæ executio in mortum fieri non potest, alioquin iudex iudicandus veniet, intellige nisi & delicti atrocitas & patriæ consuetudo aliud suaderent.* 5.

6 *Hæreticus etiam post obitum excommunicationis sententia innodari potest.*

7 *Hæreticorum corporibus ecclesiastica sepultura deneganda est, & qui ea ecclesiasticæ tradere sepulturæ ausus fuerit, iure ipso excommunicationis pœnam incurrit.*

8 *Accusatio post mortem aduersus hæreticorum fautores nequaquam instituitur, eis tamen denegatur ecclesiastica sepultura.*

9 *Accusatio vbi aduersus mortuum institui potest, an mortui defensionem subire volens, audiendus sit.*

10 *Probationi alicui quoties stare necesse est, ita ꝙ contraria probatio prohibetur, nequaquam tamen prohibita censetur probatio concludens talem probationem minimè legitimam esse.*

11 *Accusans mortuum qua pœna flectẽdus veniat, si in accusatione succumbat.*

Quæstio XXII.

1 VIGESIMOSECVNDO quęro† An de hæresi posit qs accusari post mortem. & dicendum ꝙ sic. vt xxiiij.q.iij.c.si.& in c. filij.de hære.lib.vj.de quo est bona glo.xxiiij.q.ij.'in sum.hoc tñ limitat gl.xxiiij.q.iiij.c.ipsi pietas.nisi illi dum viuerent essent bonę famæ.per c.in primis.ij.q.j. sed intellige eam in casu in quo loquitur, scilicet qñ ille q̃ accusat esset hæreticus vel alias inhabilis, & sic ẽt loquitur tex.in d.cap.in primis.alias aũt crederem ꝙ huiusmodi accusatio ẽt cõtra nõ infamatum esset post mortem admittenda & hoc iudicio

iudicio meo probat satis aperte.tex.in d.c. filij. conuincitur autem in hoc casu mortuus de crimine si post quam erat accusatus seipsum occidit. nã tunc conscientia criminis se videtur occidisse.pro quo est glo.not.in l.fina.C.de iur.fis. lib.x.& ibi tenet Bart.Istud † tamen limita nisi hęres vellet innocentiam purgare defuncti ,vel id ꝙ pro innocentia reputatur,vt est quęlibet iusta defensio vtputa pręscriptio , vel ꝙ fecit ad suam defensionẽ & similia, nam qui habet iustam defensionem innocenti par est. nam eius factum potest defendi, ꝗuis omnino excusari nõ possit.ff.ad l.Iul.repe. l.lege Iul.§.fi.ita tenet Bald.in l.ij.C.qui test. fa. po.sed in crimine hæresis. difficilime innocentia posset probari,cum in animo consistat.hęresis,nisi esset casus vbi ex aliquo particulari facto vel dicto illa concluderetur. & adhuc eo casu si illi in vita de hoc crimine fuissent infamati vel suspecti prędicta accusatio non admitteretur.vt in cap. filij.de hære.lib.vj.quod tamen intellige iuxta ea quæ inferius dicam in eodem membro , præscriptio etiam in hoc crimine viuente hæretico non procedit,† sed eo mortuo admittitur sola quadragenaria ad tuendũ hæredes suos,quo ad bona quæ habuerunt ab hæreticis. dummodo illi dum viuerent catholici putarentur. alias secus. totum hoc probat text.not.in c.ij.de pręscrip.li.vj.per quem tex.declaratur.l.apostatarum. C. de aposta. Formam autem pronuntiandi hoc casu & similibus contra mortuum vide per glos.not.in.§.per contrarium.insti. de hære. quę ab intest.defe. Considera tamen quod ista accusatio admittitur in finẽ occupandi bona illius quem in vita constat hæreticum fuisse.nõ autem vt aliqua pœna alia puniatur. vt voluit glos.in dicta summa.& ne mirandũ de hoc, † cum etiam si contra viuentem esset accusatio instituta, si tamen antequam pœna sibi inferetur mortuus extitisset non esset in eius corpus aliqua iustitię exequutio post mortem fienda per textum notabilem in l.defuncto. ff. de publi. iud. ex quo manifeste conuincuntur errare assessores, seu iudices maleficiorum,qui in defunctos faciunt exequutionem pœnę capitalis.& hoc tenet Ange. in d.l.defuncto.& faciunt ad idem not.per Cyn.in l.ij.C. qui testamen.facere possunt.caueant igitur ab hoc, alias tempore syndicatus conueniri possent,tanquam inferentes iniuriam cadaueri. in l. j.§.quoties.ff.de iniur.dicit tamen Ioan.de Imo.in d.l.defuncto, quod quandoque † de facto seruatur contrarium præsertim in grauibus delictis.& vbi esset talis consuetudo tolleranda esset , in odium & detestationem eorum et propter facti memoriã. argumen.eius quod habetur.xv.q.j.c.mulier.vbi etiam animal irrationale punitur propter facti memoriam.& argumen.eius quod habetur in ca. cuum ad monasterium , de statu regu.vbi monachus qui in morte non resignauit pecuniam quã tenebat tanquam propriam sine consensu abbatis,iubetur sepeliri extra cœmiterium cum pecunia in sterquilinio,in signum perditionis.† Pęna tamen excommunicationis astringi potest hæreticus post mortem. xxiiij.quæstio.iij.sane.& per glo.ea.caussa.& quæstione in summa, & idem tenet glo.in cap.si quis episcopus.eo.tit.& talis excommunicatio non ideo fertur vt ille amplius ligetur,quia ille iam æternaliter est damnatus, scilicet in criminis detestationem, vt cæteri hoc iudicium terribile ecclesiæ audientes , similia committere contremiscant , secundum Archidiaco.in dicta summa, hodie tamen non esset necesse in eos ferri sententiam,quum a iure sint excommunicati,de hæreticis , excommunicamus.lo primo.non tamen tollitur propterea quin possent etiam ab homine excommunicari, iuxta notata per Gloss.& docto.in cap. ita quorundam.de Iudæis. Infertur † etiam ipsis alia pœna post mortem,quoniam eorum corpora non debent habere ecclesiasticam sepulturam, immo quicunq; eos præsumpserit ecclesiasticæ sepulturę tradere ipso facto sentẽtiam excommunicationis incurrant vsque ad satisfactionem condignam , a qua absolui non debent nisi proprijs manibus publicę extumulent,& pijciant huiusmodi corpora damnatorum , & vltra hoc locus ille perpetua debet carere sepultura.vt in c.quicunque,in princi.de hęreti.lib.vj.& pondera illum text.qui requirit ꝙ suis manibus extumulent. & sic non satis esset si per alium facerent, vt dicit ibi glo.requirit etiam tex.quod extumulent publice.Considera tamen ꝙ† ista accusatio post mortem habet loco tãtum in hæreticis, non autem in credentibus,fautoribus, & receptatoribus eorum qui non sunt hæretici , quia morte eorum huiusmodi crimina extinguuntur , vt probat tex.in cap.accusatus.§.porro, eo.ti.lib.vj. & huius ratio est , quia istorum bona sunt ipso iure confiscata, vt in eod.ca.§.si vero.& hanc conclusionem tenet Archi.Io.Imo.& Io. Andr.in d.§. si vero.quo ad carentiam tamen sepulturæ eo iure quo hæretici censentur, vt in d.cap.quicunque in prin. Sed iuxta prędicta† quæro eo casu quo proceditur contra mortuum, an si aliquis voluerit eũ defendere admittatur.gl.tangit quęstionẽ.xxiiij. quęstio.ij.c.dãnationis.& tenet ꝙ sic.ff.de procu. seruum quoq;.§.publicę.& maxime cum in causa criminali pro inuito qs possit appellare.ff.de appellat.nõ tantũ.sed opponit glo.quomodo admittet cũ nõ possit cauere de rato,ad qđ respondet ꝙ satis videtur habere ratũ,ex quo nõ opponit obicem cõtrarię voluntatis.de consecra.dist.iiij.quęris.sed ego limitarem hoc eo casu quo illi in vita non erant diffamati de hæresi vel suspecti. nam tunc non essent aliqui etiam filij vel hæredes ad eorum defensionem admittendi , pro quo iudicio meo est tex.apertus in d.c.filij. Sed illo casu aduertendum est ꝙ etiam si non admittuntur defensores ad excusandum delictum,vel ad opponendũ se contra probationes.& contrarium probandum admittendi † tamen sunt ad probandum corruptionem vel falsitatem illius probationis , ita ꝙ concludant illam non esse legitimã probationem, quia solummodo a iure excluduntur ad probandũ contrarium directum eius quod probatum fuerat, secus autem per hunc modum indirectum,sic determinat Ioan. An. in nouel. in d. cap.filij.quem sequitur ibi Domi.& per hoc habes no.intellectum ad omnia iura quæ volunt stare alicui probationi,&

ni, & non admittunt contrariam probationem. debent enim intelligi modo prædicto. facit in simili quod no.gl.& Bar.in l.iurisgentium.§. quod fere.ff.de pac.limitarem etiam & secundo illum tex.vt intelligatur tantum in filijs vel hæredibus mortui hæretici, qui sunt admittendi illo casu, secus autem in alijs extraneis. arguendo ex illo tex. per locum a speciali sicut & multa alia specialia propter detestationem tanti criminis reperiuntur statuta, ad quod etiam seruit ratio glo. ibi positę quæ dicit ꝙ aliorum non interest se opponere huic defensioni, & defensio quæ admittitur ex fauore publico per quęcunque pręstita, vt in d.§.publice, excluditur propter eundem fauorem publicum, cuius maxime interest tam nephandũ crimen indilate puniri, & inde est ꝙ etiam si in alijs criminibus nedum condẽnato, sed etiam tertio permittatur in fauorem condemnati appellare, vt l. non tantum.ff.de appella. in hoc tamen crimine etiam ipsi condemnato appellationis remedium interdicitur, vt late superius diximus, & 11 hoc propter criminis enormitatem.† Sed quæro cui pœnę subijcietur iste qui mortuum accusauit si succumbat in accusatione.gl.in d.c.sanc, dicit ꝙ ei cui supponeretur accusatus si viueret & non ei cui modo supponitur. nec mirum cum grauius sit peccare in mortuum, ꝙ̃ in viuum.vt C.de sepul. vio.l.qui sepulchra, sed ego dubito an illud sit verum, cum accusator succumbens puniatur similitudine supplicij.C.de accusa.l.fi.immo ab hac pœna in multis casibus accusatur, de quibus per gl. not. in athletas.§.calumniator.ff. de his qui notantur infa.

SVMMARIVM.

1 Filiis hæreticorum quæ pœna irroganda sit & quæ filiis fautorum, & receptorum.

2 Filius hæretici an ipso facto perdat ecclesiasticum beneficium.

3 Pœnæ quæ filiis hæreticorum à iure infliguntur, an ad bastardos aut si mauis illegitimos extendantur.

4 Filii simplex appellatio in casu rationabilis odii, etiam naturalem comprehendit.

5 Pœna quæ filiis hæreticorum irrogatur an etiam ad liberos ante paternam hæresim natos extendatur.

6 Inquisitores prauitatis hæreticæ an possint statuta aduersum hæreticos condere, & quid in delegatis ad vniuersitatem causarum.

Quæstio. XXIII.



1 VIGESIMOTERTIO quæro,† de pœna filijs hæreticorum infligenda. Ad quod est dicendum, ꝙ puniuntur in successione paterna, nã in bonis paternis minime succedũt, immo illa fisco applicantur. Si enim in crimine læsæ maiestatis hoc est institutum, a fortiori in crimine hęresis locum sibi debet vendicare, cum longe magis sit eternam ꝙ̃ temporalem lædere maiestatem. sic dicit tex.de hęreti.cap.vergentis. Puniuntur etiam alia pœna; quia filij hæreticorũ & receptatorum vsq; ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium publicum admitti debent, & si secus actum fuerit est illud irritum, & inane.vt c.quicunque §.here. eo.tit.lib.vj.quod intellige de secundo gradu descendentium per lineam masculinam. In descendentibus autem per lineam masculinam ad primũ gradum duntaxat extenditur, vt in c.statutum, lo ij.eo.titu.& lib. Item illud intellige de illis quorum progenitores iuxta prædictam distinctionem fuerunt hæretici vel decesserunt hæretici. nõ aũt illorum quos emendatos esse constiterit, & reincorporatus ecclesiæ vnitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerunt vel humiliter prosequuntur, vel sunt parati ad recipiendum eandem.vt in d.c.statutum.§.fin. 2 †Sed iuxta prædicta dubitatur, nunquid filius hęretici ipso facto perdat beneficium ecclesiasticum quod habet gl. in cap.satis peruersum.lvj.distin.concludit ꝙ nõ, & sic transit Panor.in d.ca.vergentis. remittens. ad glos.in d.cap.quicunque, sed aduerte quia glo. in dict. capitu. satis peruersum, non loquitur in crimine hęresis, sed in crimine læsæ maiestatis. & glo.in d.ca.quicunque ad quam remittit nil dicit de hac materia. Io. An. in nouel. & Domi. in c.vt commissi.§.priuandi.eo.ti.& li.tenent ꝙ tales ipso iure sint priuati beneficijs, nec est fienda distinctio fuerint talia beneficia collata filijs, vel nepotibus ante delictum parentum, vel post, sed simpliciter est dicendum quod prędiximus, pro quo facit tex.in d.§.priuandi. qui simpliciter loquitur, & text.in cap.felicis.§.quod si quis de pœ. lib.vj.Nec ob.si dicatur ꝙ ille.§.loquitur in alio casu, quia secundum eos illud est longe minus delictum ꝙ̃ istud, ad quod etiam facit d.cap.statum, sed salua meliori deliberatione ego crederem esse fiendam illam distinctionem, quia aut beneficia fuerunt collata ante delictum parentum, & filij non sunt illis ipso iure priuati, aut fuerunt postea collata, & sunt priuati, & pro hac distinctione facit text, in cap.quicunque.§.hæreti.iuncto d.cap. statutum, vbi inhabilitantur ad beneficia obtinẽda filii hæreticorum &c. & sic iura prædicta loquuntur tantum de obtinendis post hæresim parẽtum, non tamen ante.nec obst. tex.in.d. cap. felicis.§.quod si quis, quia loquitur in alio crimine ꝙ̃ hæresis, nec est fienda extensio cum sit ius pœnale. per iura vulgaria, & si illud esset verum oẽs pœnę contentę in d.c.felicis.haberent locum cõtra hæreticos per fundamentum istorum, de quo supra, quod est absurdum, præsertim quia interdũ, pro minori delicto imponuntur maiores pœnæ.& sic ratio argumentationis eorum non procedit. ꝓ quo est text.in d.cap admonere.xxxiij.q.ij. vbi maior pęna imponitur occidenti vxorem ꝙ̃ occidenti matrem, cum tamen constet longe grauius delictum

delictum esse matrem occidere quam vxorem. Restat respondere ad d.c. vt commissi. §. priuandi. quod satis videtur vrgere. & dicas quod ille text. est intelligendus secundum iura prædicta, non enim inducit nouum ius quo ad hanc priuationem, nam ille tex. principaliter emanauit ad declarandum in quibus inquisitores sine diœcesano possent procedere. Vnde quod de priuatione beneficiorum dicitur enunciatiue narratur, & per consequens dispositionem non facit, iuxta text. in c. si Papa. de priuileg. lib. vi. & vbi velles quod dispositionem induceret, debet intelligi de beneficiis postquam parentes hæresim incurrerunt, filiis collatis per ea quæ superius diximus, vt iura iuribus concordentur.

3 † Vlterius quæro an pœna quæ imponitur filiis hæreticorum extendatur etiam ad bastardos. glo. in d. cap. statutum. tangit hanc q. & arguit pro, & contra, & finaliter tenet quod extendatur ad eos ne plus habeat luxuria quam castitas, & idem tenet ibi Archi. & sequitur Ioan. And. in nouel. qui dicit, se sic cõsuluisse cum quibusdam doctoribus cum illegitimus sit de sanguine respectu generis, & in ipso etiam timeatur crimen paternum. C. ad leg. Iul. maie. l. quisquis. Itẽ si puniuntur filii illegitimi a fortiori bastardi, qui sunt odibiles legi. argu. de præben. eum qui lib. vi. cum suis concor. Item quia iura generaliter loquuntur, bene facit ad hoc. ff. de in ius voc. l. fin. verumtamen secundum doctrinam Cyn. in d. l. quisquis, illud esset intelligendum de bastardo qui patrem certum posset nominare, secus aũt esset in vulgo quæsitis natis ex incerto coitu, qui certum patrem demonstrare nequeunt, quia tunc cessat in eis ratio cum non constet illum esse patrem eorum, & idem sequitur Ioan. And. in d. c. statutum. Subdit tamen ibi Domi. quod vbi communis vsus alicuius ciuitatis vel loci reputaret illos de domo secundum quod dicit seruari Florentie & Perusii, vbi deferunt arma illius agnationis de qua esse putantur, tũc ad eos huiusmodi pœnę extenderentur, & dicit fuisse hoc de mente Bart. in l. pronunciatio. ff. de verb. sig. & in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. Confirmo etiam amplius hanc partem.

4 † Nam in casu odij rationabilis simplex appellatio filii comprehendit etiam naturalem, vt in l. libertinum, coniuncta rub. C. de interdic. ma. inter pup. & tut. hoc autem odiũ rationabile est. nam cum in crimine læsę maie. filii dicantur digni paterno supplicio, vt in d. l. quisquis. §. filii vero. a fortiori in crimine hęresis per d. c. vergentis. ad idem facit quod no. Bar. in l. ii. ff. de accu. & in l. tutelas. ff. de cap. dimi. & in l fin. C. de ver. sig. vbi tenet quod si ius siue dispositio loquitur per verba naturalia, vtpote filii vel nepotes, cõprehenduntur etiã naturales & bastardi, quia secundum naturam si trahunt naturam a patribus sicut legitimi sic est autem in proposito quoniam iura superius inducta loquuntur de filiis hęreticorum per verba naturalia scilicet filii & nepotes &c. & pręsumuntur imitatores delicti paterni sicut & naturales, immo multofortius cum ex talibus complexibus sepenumero degenere viri, & scelerati nasci consueuerunt vt dicit text. lvi. dist. si gens anglorum.

5 † Sed quęro, an pœnæ prædictæ se extendant etiam ad filios qui nati sunt antequam eorum patres hæresim incurrissent? Cald. mouet hanc q. in consilijs suis in titu. de hære. consi. iij. & arguit pro & contra, finaliter tamẽ concludit quod non se extendãt ad eos per l. emancipatũ. ff. de sena. cum materia sua. Item facit quia filius ante natus ex superueniente dignitate in persona patris non consequitur priuilegium vel honorem, vt l. senator. C. de digni. lib. xij. & l. filij. §. senatores. ff. ad muni. & per consequens si non honorem, ergo nec pœnam vel onus, vt l. ex qua persona. ff. de regu. iur. ad idem l. j. §. fi. ff. de bono. poss. contrab. & l. si necesse §. si deportatus. ff. de bo. liberto. per quæ iura filij iã nati propter superuenientem casum in personam patris non repelluntur a successione, & pro hoc ẽt inducit l. diuo Marco. C. de q̃o. vbi dicit esse casum expressum. in l. ij. C. de lib. & eo. lib. Ad cuius confirmationem potest induci, quod in simili not. Cyn. in d. l. quisquis, circa filios illius qui cõmisit crimen læsæ maiest. sed in contrarium facit quod not. ibi Saly. qui tenet illam pœnam ẽt habere locum in ante natis, cum non minus in eis hæreditarij criminis exempla sint metuenda, & quia iura generaliter loquuntur, Nec obstant iura in contrarium inducta secundum eum, propter grauitatem enim criminis læsæ maiesta. contrarium in eo statuitur, & per easdem rationes idem ego dicerem in crimine hæresis, cum sit longe maius, vt in d. c. vergentis. ad hoc etiam facit tex. apertus in d. c. statutum. §. fin. de hære. ibi cũ dicit, vel tales etiam decessisse probantur, ex quo innuit sufficere quod patres eorum in morte fuissent hæretici. nec potest dari conueniens solutio ad illum text. ad idem facit d. c. filij. eod. titu. quod loquitur de illis qui ostenderunt signa hæresis, cum decumberent in lecto propter infirmitatem de qua decesserunt, et contraria tolluntur per ea quę diximus quod sit in hoc crimine speciale propter eius grauitatem.

6 † Sed an inquisitores hæreticæ prauitatis poterunt facere statuta vtpote augendo pœnam contra hæreticos, vel alias circa hoc crimen disponendo & dicendum est secundũ Lapum in cap. ij. §. statuto. de consti. lib. vj. quod nõ: quia sunt delegati. vt c. per hoc. & c. ne aliqui. de hære. l ibr. vj. ex quo infertur quod etiam delegatus ad vniuersitatẽ causarum non potest facere statuta, quia a iure nõ reperitur sibi cõcessum. Isti. n. sunt delegati ad vniuersitatem causarum, vt not. glo. in d. c. per hoc. & conclusionem istam sequitur etiam Domi. in d. §. statuto.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Ciuitas in qua aliqui insunt hæretici an tota possit igne exuri, aut alias destrui, latißime vsque ad quæstionis finem.*

2 *Ciuitas quando dicatur hæresim committere vt vniuersa destrui poßit.*

3 *Vniuersitate punita de hæresi, an singuli quoque puniti videantur, ita vt amplius puniri nõ possint.*

Quæstio XXIIII.



VIGESIMOQVARTO quæro, † an si aliqui hæretici sunt in vna ciuitate posit tota ciuitas exuri siue alias destrui, & glo. in ver. omnes. in c. si audieris. xxiij. q. v. arguit, quod sic per illum tex. & videntur ibi velle Ioan. & Laur. ꝙ quilibet posit hoc facere, sed in contrarium inducitur. ea. q. si non licet. ver. quasdam. & versi. his igitur. & quæst. iiij. versi. non ergo. & q. vlt. quodcunque & quod not xxxiij. q. ij. inter hæc. in j. glo. Archid. in c. præsidentes. de hære. lib. vj. dicit quod ecclesia concedit generalem authoritatem exterminãdi hæreticos. xxiij. qõ. v. si vos. & c. si audieris. quæ non tantum diriguntur principibus. & facit eadem causa. quæst. viij. legi. & de hæreti. communicamus. §. catholici. vbi etiam ad eos exterminandos, conceditur cruce signatis indulgentia vltramarina, tamen occisio & spoliatio talium tutum est quod fiat ex edicto principis vel ecclesiæ. c. cum secundum leges. eo. tit. lib. vj. ne ex cupiditate vel vltione potius ꝙ̃ ex iustitia vel obedientia pugnare videantur. xxiij. quęst. j. quid culpatur. & quæst. ij. c. j. & q. iij. sex differentię, quod etiam tenuit Rayne. in summa. eod. titu. versicu. sed nunquid. & Goffre. in summa. eod. titu. §. sed nunquid catholici. & Hostien. in summa eodem titu. qualiter euitentur, versi. sed nunquid catholici. Idem sequitur Ioan. And. in nouel. in d. cap. præsidentes. & Domi. qui subiungit oportere necessario præcedere iudicis declarationem super crimine hæresis ad hoc vt ista executio fieret, per d. c. cum secundum leges. sed ista videntur mihi cum supportatione nimis crude & indigeste dicta & in tanta quæstione, vbi de tantorum periculo agitur, & præsertim vbi innocentes pro nocentibus puniuntur grauius & profundius scribendum & calamus magis temperandus fuisset, quapropter ego dicerem ꝙ etiam si aliqui de ciuitate sint hæretici, dummodo ciuitas ipsa hæresim non incurrerit, adeo quod delictum istud vniuersitatis ciuitati ascribi posit, non propterea ciuitas posit exuri aut alias destrui. nullo enim iure hoc reperitur cautum, immo iura clamant in contrarium scilicet ꝙ peccata suos debent tenere authores. C. de poe. sancimus. de his quæ fiunt a maiori parte capitu. quæsiuit. Ad iura quæ in contrarium inducuntur stat responsio. ad c. si audieris. per quod glos. præfacta se fundat, dici potest multipliciter. Primo quod illud erat præceptum legis veteris, & iudiciale, vt patet clare. nam habetur originaliter Deutero. xiij. & talia in lege noua cessauerunt, nisi de nouo fuissent instituta, nec legitur noua institutio. Nam Cyprianus cui inscribitur ille tex. in decretis non habuit facultatem iura generalia concedendi, cum non fuerit Ro. ponti. eo maxime, vbi de incendio, & morte inferendis disponitur, vt patet in illo text. quæ pœnæ ab ecclesia non imponuntur. ne cleri. vel mona. sententiam sanguinis, & eod. titu. eod. lib. vj. & de exces. prælatorum, ex literis, vel aliter dicas ꝙ ille tex. non loquitur de hære. sed de idolatris, & ista crimina sunt diuersa, vt ex superioribus patet. Aliter etiam potest dici ꝙ loquitur quũ omnes de ciuitate inficerentur illo crimine, & si non omnes, illud tamen tempore illo licite fiebat, stante præcepto Dei qui dominus est vitæ, & mortis pro quo bonus text. in dicto cap. si non licet. & in cap. gaudemus. de diuor. vbi de homicidio Sansonis fit mentio. Ad alia vero iura quæ inducit Archidia. videlicet. c. legi, respondetur ꝙ authoritate Dei illa facta fuerunt qui interius authoritatem occidendi inspirabat, vt in d. c. si non licet, ad c. si vos, dicendum est ꝙ loquitur quando authoritate iudicis illa fiunt, vt patet in fine eiusdem tex. vbi dicit diligẽtissimi rectores &c. ad c. excommunicamus. §. catholici. dicas ꝙ intelligitur quando in casu licito bellum contra eos moueretur, & accedente authoritate superioris qui hanc concedere posset, alias autem sequeretur absurdum, quod pro actu illicito, & reprobato Papa concederet indulgentias, quæ tamẽ pro opere charitatis sunt indulgendæ, iuxta not. per doctores c. quod autem, de pœni. & remissionibus. Pro quo est tex. eod. titu. cum ex eodem tenet S. Tho. iiij. sententiarum distin. xx. Stabit in hoc conclusio ꝙ ciuitas labatur in hæresim, tunc demum posit exuri, & destrui, & non aliter. Hãc sententiam firmat Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœn. in crimine hæresis, & in crimine læsæ maiestatis, & alias vbicunque filius punitur propter delictum patris, & sic fuit factum de Carthagine, quæ propter rebellionem passa est aratrum, vt ff. quibus mod. vsufruc. amit. l. si vsusfructus. Dicit etiam se vidisse sententiam diffinitiuam Imperatoris Henrici quam dedit contra ciuitatem Brixiæ quæ fuit sibi rebellis, in qua dicebat illam ciuitatem esse subijciendam aratro, quam pœnam postea ex misericordia relaxauit, quæ sententia diffinitiua est lex, vt l. ij. ff. de legi. & in l. fi. C. eo. & de re iudica. c. in causis. & ita fecit Papa Benifacius qui propter delicta quorundam templariorum totum ordinem eorum destruxit, quia erant hæretici. Hanc autem sententiam nullus inferior a principe ferre poterit, nec sine principis authoritate hoc fieri potest secundum quod late prosequitur Bartol. in extrauag. quoniam. & idem sensit vno verbo. Sal. in l. j. C. de sedi. in fine. † Sed quando dicemus ciuitate committere hæresim, vt modo præmisso puniatur, dicas ꝙ si omnes essent hæretici, vel maior pars, vt in l. quod maior. ff. ad municipa. & hoc tenet Bar. in d. extrauagan. quoniam in simili materia, & requiritur quod conueniant, vt vniuersitas ad hoc faciendum vt pote communicato consilio, alias dicerentur singuli facere, & non vniuersitas.

uersitas. iuxta not. per glo. l. sed si ex dolo. §. j. ff. de dolo. & l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. neque per hoc credas quod pœna corporali puniantur innocentes pro nocentibus quod manifeste patet per ea quæ Bart. no. in d. §. nõnunquam. & Saly. in d. l. j. C. de sedi. † Sed iuxta prædicta quæro an punita vniuersitate de hæresi modo præmisso censeantur singulares puniti ad hoc, vt amplius puniri nequeant. Ad hoc respondeo ꝙ singulares non eo minus puniri poterunt si culpabiles in hoc delicto reperiantur, quia quod debet vniuersitas non debent singuli, & econtra. ff. quod cuiusque vniuer. l. sicut §. j ff. de reg. iur. aliud. §. refertur. facit. ff. quod vi aut clam. l. semper. §. si in sepulchro. Ad hanc decisionem, faciunt not. per Ioan. Mo. & Io. And. in c. felicis. de pœn. li. vj. in fin. & per Bart. in d. l. aut facta. §. nonunquam.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Cogẽdus an sit quis ad Christi veritatẽ amplectendam & an solũ sit verbo agendum, disputatione pugnandum, & ratione vincendũ.*

Quæstio. XXV.



IGESIMOQVINTO superest nõnullis hereticorũ prędictorũ obiectionibus, et calũnijs respõdere. † Dicunt. n. neminẽ ad Christi veritatẽ esse cogẽdũ, verbo esse agẽdum, disputatione pugnandum, ratione vicendum, ne fictos catholicos ecclesia habeat, & huius opinionis fatetur Augusti. se fuisse cũ cecitate infidelitatis primitus tenebatur, postmodum vero cum faciem suam ad veritatis lucem conuertit, cognouit nedum verbis, & authoritatibus hanc confutari & confundi sententiam, quinimmo & exemplis. Nã & ciuitas sua cũ primo tota esset in partes Donati, ad vnitatem tandem catholicam legũ imperialium timore conuersa est, quam tempore suo vidit ita perniciem pręfactam detestari vt in ea nunquam fuisse crederetur. Itẽ & aliæ multæ ciuitates sibi nominatim cõmemorabantur, vt in ipsis rebus agnosceret, et in hac causa recte intelligi posse quod scriptum est. da sapienti occasionẽ & sapientior erit hæc ille in epistola ad Vincentium Donatistam. et haben. ur trãsumptiue. xxiij. q. vj. vides, vt opinior, qualiter autem & sacræ scripturæ testimonio hoc idem probetur considera patremfamilias seruis suis præcepisse cum ad inuitandum ad nuptias in vias & sæpe omnes destinasset, quoscunque inueneritis (inquit) bonos & malos compellite intrare, legimus quoque. Primo Saulum postea Paulum ad veritatem cognoscendam & tenendam magna violentiæ Christi cogentis esse compulsum, quin potius quod mirum est ille qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit plus illis omnibus qui verba tantum vocati sunt in euangelio laborauit, & quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras mittit timorem. Sed & circa idem aduersarij prædicti obiiciant Deum dedisse liberum arbitrium, & ideo non debere hominem cogi ac bonum, quod & donatus Augusti obiiciebat, cui & ipse respondet. attende & considera, ꝙ non ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis diligatur. Nã quis nesciat nec damnari hominem nisi merito malæ voluntatis. nec liberari, nisi bonam habuerit voluntatem, nõ tamen ideo qui diliguntur male. suę voluntati impune crudeliter permittẽdi sunt, sed vbi potestas datur & malo prohibendi, & ad bonum cogendi sunt. Nam si voluntas mala semper sua permittenda esset libertati, quare Israelitę recusantes et murmurantes tam duris flagellis a malo prohibeantur & ad terram promissionis compellebantur. vbi & subiungit multa alia noui & veteris testamenti euidentia testimonia, habẽtur transumptiue xxii. q. iij. displicet hoc etiam philosophorum schola apertissime docet. qui enim nec natura ad virtutem inclinantur, nec ingenuos habẽt animos vt verborũ doctrina duci queãt (quod præcipue his, contingit qui assuetudine longa malum habitum induerunt.) necesse est quasi beluas quasdam sub iugo ponere & legum austeritate cohercendos fore, vt philosophus docet decimo Ethicorum, & per hunc modum coacti recta operantes virtutum actibus assuefaciendo, tandem in bonos viros euadunt, vt ipse dicit secundo Ethicorum, ex eo enim quod multoties agitur secundum rationem, imprimitur forma rationis in vi appetitiua, quæ quidem impressio nil aliud est ꝙ virtus moralis vt Thomas ibidem dicit, ad prædicta etiam facit tex. xxiij. q. vj. §. fina. Adhuc instant Apostolos in sui fauorem inducentes, quos non legimus violentia aliquos ad fidem compulisse, nec a regibus terræ ad hęc auxilia petiisse, sed qui talia dicunt vt inquit August. ad Bonifacium comitem non considerant aliud tunc fuisse, & omnia suis conuenire temporibus quis enim tunc in Christum crediderat Imperator? quis pro pietate contra impietatem legis ferendo seruiret, tunc enim adhuc illuc propheticũ implebatur. Quare fremuerunt gẽtes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ principes conuenerunt in vnum aduersus dominum & aduersus Christum eius. nõdum enim agebatur quod paulopost in eodem Psalmo dicitur. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore xxiij. qõ. iiij. si ecclesia. Posset etiam aliter eorum obiectio confutari, aliter enim cum his qui nunꝙ fidei sacramentum susceperunt est agendum, qui non vi sed proprii arbitrii voluntate suadẽdi sunt, vt ad fidem conuertantur, vt c. qui sincera. & c. de iudeis. xlv. distin. & aliter cum eis qui semel sacramẽtum baptismi adepti sunt, qui etiam si metu ad christianitatem coacti fuissent a principis, sicut factum est tẽporibus religiosissimi principis Sisebuti quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi sacramentum suscepisse &

chrismates vnctos esse, & corporis domini extitisse participes, oportet vt fidem quam etiam vi vel necessitate suceperunt, tenere cogantur, ne nomen domini blasphemetur, & fides quam susceperunt vilis, & contemptibilis habeatur, vt in d.c.de iudęis, quod tamen diximus de conuersis per vim, debet distingui iuxta tex.ī c.maiores.§. item quæritur. de baptismo. Post hęc autem obijciunt ꝙ principes res eorum concupiscunt & vt auferant in eos seuiunt. Sed isti pessimi iudaica superstitione obcecati. super quorum oculos, vt ait Apostolus, vsque hodie uelamen illud Moysi appositum manet; vt oculos habentes non videant. nō attendunt ꝙ sint cōtraria veritati quæ loquuntur. Si enim principes præfati eorū vellent bona, nequaquam misericordiam pollicentes eos inuitarent ad pœnitentiam. Sed quia eorum salutem ex visceribus sitiunt, etiam ꝙ fisco suo competebat dum tamen conuertantur liberalissime ipsis, relaxant, nec erubescunt hæretici sua dicere, qui in huiusmodi errorem lapsi in suo dominio retinent, vt in c.quo iure. viij.dist. & ca.quod autem. xxiij.q.vij. Clamant insuper dicentes seuam crudelitatem in eos exerceri. Sed his respondetur per illud Hieronymi super Esaiam, non est crudelis qui crudeles iugulat, sed crudelis patiētibus esse videtur. Nam latro suspensus patibulo, crudelē iudicem putat xxiij.q.v.non est crudelis. Deus enim qui miserator & misericos est patiēs & multum misericors, non ideo crudelis, & rigidus & cruentus reputatur, ꝙ diluuio genus humanum deleuit. & Sodomam & Gomorram ignem & sulphur pluit. Egiptios submersit in fluctibus. Israelitarum cadauera prostrauit in eremo. Dicunt postremo ꝙ reuersi ad pęnitentiam non recipiuntur, cum ecclesia pia mater gremium non claudat redeunti. Quibus respondetur per id quod scripsimus supra q.xx. vbi latissime pertractauimus, quomodo & qualiter reuersi ab hæresi, admittendi sunt. Friuolis igitur ipsorum pessimorum hominum spretis querelis iuris censura ī eos est exercenda. Aliter enim Rex seruit Deo, quia rex est, aliter quia homo est, seruit viuendo fideliter, quia, rex est, seruit leges condendo, iusta præcipientes, & contraria prohibentes, ac vigorem iuris in sceleratos exercendos. Et cum his breuiter finem facio. Ad laudem & gloriam Iesu Christi domini nostri, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum Amen.

FINIS.



TRACTATVS DE hæreticis sequitur ex text. ibi mathematicorū cum supra & infra dicetur arem athematicus dicatur hęreticus, & mathesis hæresis sit, sumpta occasione de hęresi differemus ad solatiū.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæresis quid sit & quis dicatur hæreticus.*
2 *Qui ioco profert verba hæretica, quia dicat se habiturū vxorē in alio seculo, an sit hæreticus.*
3 *An & quando ex sola voluntate vt hæreticus condemnari potest.*
4 *Pertinax hæreticus quis dicatur.*
5 *Hæresis vnde dicatur.*
6 *Hæresis quot modis contrahitur prosequere & primo quando deuiat à fide Christi, & religione Christiana etiam leuiter aduersando, etiam non defendendo.*
7 *Hæresis contrahitur adhærendo opinionibus illorum qui damnati sunt ab ecclesia, de quibus in c.quidam.xxiiii.q.iii.*
8 *Dubius in fide hæreticus est quod declara & limita quinque modis.*
9 *An hæreticum est tenere vsuras esse permissas & an inter iudæos, vel inter iudæos & christianos, nume. 10. & an papa possit dispensare circa vsuras.*
11 *An sit hæreticum nolle iurare putans iuramentum esse illicitum.*
12 *An asserendo vsum paupertatis non includi sub voto religionis hæreticum sit.*

An hæ-

rientur pœnes inquisitum.

126 An probetur hæresis ex leuibus suspicionibus.

127 An transigi poßit in tali crimine.

128 An in ferenda sententia requiratur citatio inquisiti, & an appellari poßit, & an quãdo per accusationem proceditur episcopus, & inquisitor in sententia adesse debet sicut quando per inquisitionem.

129 An appellari poßit, & an habere recursum, num. 130. vbi an prohibitus appellare posset habere recursum.

131 An in hoc crimine admittantur defensiones, & an renunciare potest defensionibus.

132 Quæ sint pœnæ hæreticorum ordinariæ & extraordinariæ, & an pœna ignis iure canonum & regni, & an priuilegium personæ operetur, & an secularis cogi potest ad imponendam talẽ pœnã, & an requiratur incorrigibilitas vt degradari poßit, nu. 133. & per quos degradari debent, nu. 134. & ibi de forma degradationis.

135 An in hoc crimine damnatur memoria defuncti & bona publicãtur, & cui bona applicãtur, et quid in terris baronũ, & cui feudũ, aut emphyteusis applicatur & reuertatur, & quæ bona veniant publicãda & an inscriptio requiratur in accusatione ne memoria damnetur, et an bona ipso iure publicentur, an sententia requiritur & quæ nu. 136. & an declaratio.

137 An alienatio bonorum hæreticorũ sit prohibita, & facta an reuocari poßit, & an pretium restitui, & quid si bona alienasset, et fundasset hospitale an reuocãda sint, nu. 138 et n. 139.

140 Si hæreticus habeat filios orthodoxos an bona reseruẽtur filiis & an priuentur beneficiis, & officiis, nu. 141. & an ẽt obtẽtis, & qui filii cõtineantur, & an in hoc differrãt hoc crimẽ, & læsæ maiest. & an dotes vxorũ conseruentur, & an filiarum, & an filii hæretici contrahant matrimonium cum fidelibus.

142 Infra quantum tempus peti potest publicatio bonorum & an præscribi possunt, & infra.

143 Hereticus an sit ĩfamis, et excludatã testimonio.

144 Hæreticus an sit excommunicatus.

145 Hæreticus an priuetur omni beneficio.

146 Filii hæreticusque ad quam generationem priuẽtur à dignitate obtinenda.

147 Hæreticus an careat sepultura.

148 Hæreticus an à quocunque occidi poßit.

149 Mulier hrtica an teneatũ dotare filiã orthodoxã.

150 Mulier hæretica an gaudeat priuilegiis mulierum.

151 Hæreticus an testari poßit, an contrahere, an aduocare, an iudicare, an esse notarius, & an gesta per eum si notarius sit valeant, & an ei legari in testamento etiam militis.

152 An hæreticus cogatur ad obseruãtiã iuramẽti.

153 Hæreticus an petere posset restitutionem bonorum, & rerum ecclesiasticarum, et an poßit habere seruum christianum, & an habere sinagogas, & an vbique puniri potest, & an expelli a ciuitate.

154 Hæreticus reuersus an ordinari poßit, & an agere si hæres institutus sit, & an cum eo conuersare, an rescriptum impetrare.

155 Papa licet promoueri & eligi non potest si hæreticus tamen si eligatur valet electio.

156 Euntes ad terminum hæreticorum consequuntur indulgentias.

157 Matrimonium cum hæretico contractum non tenet. Item punitur aliis pœnis extraordinariis, vt nu. 158. cum seq.

159 Qualiter euadantur pœnę ordinariæ, et extraordinariæ, & primo si abiurauerit hæresim & redierit ad fidem, & si noluerit iurare an statim habeatur pro hæretico, & ibi quæ sit pœna & elapsis, & an bona recuperet.

160 Forma iuramenti abiurationis, & forma absolutionis ponitur.

161 An & quando redeundo bona recuperet, & an alienata, & an ad alia prosequere, & an ad formam vt testis esse poßit, & an ad dignitatẽ, vt promoueri poßit.

162 Relapsus in hæresim qualiter puniatur.

163 Qualiter puniantur receptatores fautores receptatorũ et credẽtes, et q̃ sint pœnæ introductę, & qd si occultat tm̃ qualiter puniatur. 164.

165 An pœnæ contra receptatores fautores et credẽtes concurrant cumulatiuè ex quo diuersæ secũdum diuersas leges, an nouæs tantum, & quando diuersæ pœnæ sint impositæ a iure ciuili, & canonum an omnes imponi poßunt.

166 An sicut hodie in crimine læsæ maiest. receptator rebellis suspenditur cum publicatione bonorum, ita & in receptante hæreticum.

167 An liceat receptare hæreticum cõsanguineum.

168 Hospes an excusetur si dederit potum bannito transeunti.

169 An liceat vxori receptare virum hæreticum.

170 Ignoranter receptans, non punitur idem si



E HÆRESI itaque verba facturi tanquam de grauissimo crimine xxij. qõ.ij.c.j. & xxxiij.q.vij.cap. quid in omnibus. Primo quid sit hæresis, & qui dicatur hæreticus, & vndę dicemus. Secundo quot modis contrahatur hæresis subnectemus. Tertio de processu hæreticorum tractabimus. Quarto de pœnis hæreticorum, & eorũ fautoribus, credentibus, & receptatoribus subiiciemus. Tractari itaq; de hæresi vt sciamur quid sit id de quo disputaturi sumus ab eiusdem definitione proficisci necesse est, Ciceronem in officiis imitantes, & in reg. omnis diffinitio. ff. de reg. iur.

1 Primo videamus quid sit hæresis. † Hæresis igitur est deuiatio a fide Christi, & catholica religione cum pertinacia: vt probari videtur in l. omnes. C. de hæreti. iunctis cle. j. §. porro. de sum. Tri. & fid. catho. et ibi dictis per Cardi. in princi. ij. q. text. in c. dixit Apostolus. xxiiij. q. iij. tex. in cle. j. §. fin. de vsur. Panor. in rub. de sum. Tri. et fi. ca. Iser. in. c. j. §. quocunque licet nomine. de stat. & consue. contra liber. eccle. & per Paul. Ghir. in tract. de hæreti. in prin. in quibus dicitur hæreticum esse eum qui non firmiter credit & pertinaciter insistit, debet ergo esse pertinax in opinione deuiante a fide alias enim si disputando dixerit contra fidem non affirmando, non dicitur hęreticus, nec vt hæreticus puniri põt vt dicit glos. in d. l. omnes. & alij in locis supra. & Card. in d. clem. j. in fi. facit consti. reg. inconsutilem. circa fi. ibi in erroris concepti constantia perseueret, & Panor. in d. rub. & tex. in d. cap. Apostolus. & c. qui in ecclesia. xxiiij. q. iij.

2 † Ideo si gioco aut ludo verba hæretica proferantur non dicitur hæreticus, nec vt hæreticus punitur vt dixit. Card. in d. cle. j. in fi. & Iser. in d. c. j. §. satisfactionem. col. fin. de sta. contra lib. eccle. Quod limita nisi cum pertinacia asseueret: vt si dicat se habiturum vxorem in alio seculo: vt per Card. in d. cle. j. §. nos, de sum. Trini.

3 † Et dixit Fely. in rubr. de hæreti. ꝙ hęreticus non esset nisi suus error habuerit principium, & complementum ad hoc vt puniatur, alias ex sola voluntate occulta, vt hæreticus puniri non potest: nam cum non constet ecclesia militans non habet eum pro hæretico, ita dixit Bald. in l. si quis non dicam rapere, prima col. C. de Episcopo. & cle. & Felyn. in tracta. de cona. iij. fallen. & in cap. ad abolendam. prima colũ. de hære, nisi forte inquisitori, hęreticę prauitatis liqueat de tali voluntate per confessionem hæretici, cum talis mentis cogitatio probari non possit. Ana. in cap. si quis episcopus. ij. col. de hære. & in c. consuluit. iij. col. de vsu. & per Franc. Ponzi. in tract. de lami. versi. vj. & in versic. vij. & ibi declara quando confessio fuisset verisimilis & non ęquiuoca. licet quo ad Deum sola voluntas sufficiat. cap. excommunicamus. §. credentes. de hære. glos. in cap. primo xxiiij. questio. j. Cardin. in clem. j. in prin. iij. q. de vsu. Mar. in l. qui falsam. ij. col. iiij. casu. ff. de fal. requiritur ergo principium & complementum expressum patens vt puniatur: facit l. cogitationis. ff. de pœnis.

4 † Pertinax autem hæreticus dr, qui dat pecuniam secreto inquisitoribus ne puniatur Bar. in l. tutores. ff. de suspe. tuto. eodem modo pertinax dicitur si episcopo inquisitori aut theologo non credit. dum eum corrigunt Bar. & Nic. de Neap. in l. iij. §. tutores. ff. de suspe. tu. per glo. ibi, dicentem pertinace dici iudici non obedientem. Compost. in cle. j. §. fina. de vsu. & not. glo. in clem. j. in versi. pertinaciter, de sum. Trini. licet alias pertinacia relinquatur iudicis arbitrio: vt per Ioan. And. in c. si diligenti. de foro cõpeten. Fely. in d. rub. de hære. & in c. qualiter & qñ. iij. col. de accus. et dicit glo. in d. cle. j. §. sane. de vsur. ij. c. dixit. xxij. q. pe. ꝙ talis pertinacia debet esse obstinata vel cũ persistentia incorrigibili: facit d. consti. inconsutilem. ideo error hæretici debet habere complementum vt supra: quot autem monitiones requiratur ad constituendum in pertinacia per Matthæ. in d. consti. inconsutilem. in gl. commoniti. & glo. in d. c. dixit Apostolus.

5 † Hæresis autem dicitur ab electione. erroris cap. hæresis. xxiiij. quæstio. iij. vel ab erro erras, vel ab adhæreo: quia adhæret opinioni eorũ: vel ab ercisco. quod idem est ꝙ diuiduo: quia ab vnitate ecclesiæ sunt diuisi: sic. ff. fami. erciscundæ id est, diuidundę: vt in rubri. not. & hæc conuenit vt dicitur in d. constitutio. inconsutilem. in princ. ibi, vocabuli vicio seruientes. quod significationem diuisionis enunciat: & ibi glos. Hostien. in summa eo. titu. §. j. Archidia. in cap. ij. eod. titu. facit c. inter hæresim, ibi, pariter separari. xxiiij. quæstio. iij. probatur in l. si duas. in princip. ibi, hæreses leges. id est, diuidentes. ff. de excusa. tuto. Hostien. in sum. eod. titu. in princip. Iser. in cap. j. §. patarenos. de statutis contra libertatem ecclesię. & Matthæ. in d. constitutione inconsutilem. ij. not. & Paulus Ghirlan. in dict. tract. de hæreti.

6 † Circa secundum, hæresis multis modis contrahitur. & primo quando deuiatur a fide Christi & religione catholica, & misteriis sacrosanctæ, Romanę ecclesię abnegando, aut impugnando quidquid continetur in l. nos reddentes. post epistolam inter claras. C. de sum. Trini. & fi. cat. & in cap. primo & in cap. damnamus. eod. titu. & in cap. primo eo. in vj. & in clem. prima eo. & vigesima quarta quæstio. prima. cap. hæc est fides. Panormita. in rubri. de summa Trinitate post glos. vbi de articulis fidei, & Boni. in titu. de hære. & quicquid cõtinetur in symbolo Apostolorum, & Athanasij, in quibus principaliter consistit fides Christi, & religio catholica, & per. Panor.

not. in dicto capitu. damnamus. & per Felyn. in d. rub. de hære. vel sacramenta, & misteria ecclesiæ impugnando, de quibus in c. ad abolendam. de hereti. & no. in cap. veniens. de transa. & per Ioan. And. super rub. de sacra. non reiter. Dec. in consi. clj. ij. col. Panor. in d. cap. ad abolendam. j. not. & Felyn. ibi. j. no. & in rubr. de sum. Tri. Bald. post Azo. in rub. C. eo. & Matthę. in d. consti. inconsutilem. iiij. no. & de his duobus per Pan. post Hostien. in c. firmissime. de hære. & Dec. in d. consi. clj. Amplia ēt, leuiter prædictis aduersando leui argumento, d. l. omnes. in fin. Iser. in d. c. j. §. diffidamus. iij. col. ver. sed an omnis. & in. §. quocunq; nomine. post Hostien. in sum. eo. & publice dispu tādo, vt in c. ij. §. j. de hære. in vj. Iser. in d. c. j. §. satisfactionem. & dicendo contra fidem xxiiij. q. j. c. hęc est fides. Amplia ēt tacendo & non defendendo in fauorem fidei, vt in c. ij. de haeret. & no. gl. in c. j. ver. asserere. de sum. Tri. in vj. & prędicando, vt per Iser. in d. §. satisfactionem. in fin. ij. col. & dicendo. xxiiij. q. j. c. hæc est fides.

7 † Idē hæreticus est adhærēdo opinionibus illorum qui habentur in c. quidam, xxiiij. q. iij. & in l. Arriani. & in l. quicunq;. C. de hære. & mathem. quorū opiniones deuiant a fide Christi, & misteriis & sacramentis ecclesiæ; vt in c. hęreticus est. xxiiij. q. iij. not. glos. in l. quicunque in gloss. Eutycetis. C. de hære. idem etiam defendendo eorum opiniones. vt in c. hereticas. xxiiij. q. iii. & c. qui in ecclesia. & c. qui aliorum ea. q. Panor. in c. damnamus. in fi. iij. col. de sum. Trin. Iser. in d. c. j. §. quocunque post Host. eo. & de hære. in c. excommunicamus. in fin. & c. sicut. eo.

8 † Amplia prædicta nedum locum habere quando expresse impugnat asserens contra prædicta & non credens, sed etiā si in his dubitat: nam dubius in fide hęreticus est: vt habetur in c. j. de hære. & ibi per Panor. Host. in sum. eo. Iser. in dicto cap. primo. §. satisfactionē. col. fi. Pau. Ghir. in d. tracta. de hæreti. q. ij. Quod tamen declara & limita quatuor modis vt ibidē per Fely. in d. cap. primo. de hęreti. & primo, vt locum habeat in dubitatione habente in se firmitatem animi & quandam impertinentiam vt qa perseuerat in dubitatione illa, secus tamen in simplici dubitatione & dubietate proueniente ex primis motibus, quibus non assistat, sed potius resistat affirmando fidem catholicam, tunc enim non dicitur hæreticus, sed potius meretur quam demereatur, cum primi motus non sint in posse hominum, vt philosophus ait. vj. distinctio. cap. sed pensandum. de pœniten. dist. ij. c. j. & c. sciendum. & cap. tentatio. ita Ioan. Andr. & Panor. in dicto cap. j. Limita secundo, nisi quis expresse erraret dubitando de fide tamen paratus esset se corrigere si aliud ecclesia teneret: nam referendo se ad fidem ecclesię hæc est fides sua & nō alia, vt not. in c. ij. de sum. Tri. & in d. c. hęc est fides. xxiiij. qō. j. & in d. l. nos reddentes. & seq. C. de summa Trini. Panor. in d. c. j. facit gloss. in c. si papa. xl. distinctio. & xx. distinctio. §. nunc autem. & in c. dixit apostolus. xxiij. qō. iij. & in cap. schisma. xxiiij. quæstio. prima. Iser. in d. §. satisfactionem. col. final. Tertio limita, nisi quis esset dubius & erraret per simplicitatem: vt quia crederet pattrem maiorē filio: vt dicit Bald. in rub. C. de sum. Trini. & Panor. in rubr. eo. post Innocen. & per Cardi. in clemen. j. ix. col. & in clemen. fi. de vsu. & oppo. Quarto limita, nisi quis dubitaret vel teneret aliquid in his quæ ad salutem non attinent tex. & glo. in cap. in quibus. xxij. quæstio. ij. vȝ si teneat aut dubitaret an planetę moueantur contra firmamentum, an cum eo quod ad salutem nō attinet. Quinto limita, nisi essent opiniones inter Doctores ecclesię & theologos, nam eligens vnā opinionem magis q̄ aliam non est hæreticus: secundum Inno. in cap. ne innitaris. de constit. Bal. in l. captatorias. x. col. ver. ideo consulo. C. de testa. mi. Quod tamen intellige. vt per Ioan. de Fātu. post Archidia. in capitu. hæresis. xxiiij. qō. iij. nisi alia opinio esset circa pertinentia ad fidem. & prædictis modis duobus quando contra fidem & misteria ecclesię proprie, & stricte contrahi dicitur hæresis in cæteris & sequentibus large vt per Panormi. in dicto capit. firmissime. in prima glo. & ibi per Fely. de hęreti. allegat glo. in. §. ea vero. xxiiij. q. iij. Card. in d. clemen. j. ix. colum. de summa Trini. §. porro pulchre Isern. in dicto cap. primo. §. diffidamus. iij. col. versic. sed an omnis hęreticus de statu. contra lib. ecclesi. vbi quis proprie & stricte videtur hęreticus post Hostien. in summa eod.

9 † Item hæresis contrahitur affirmando & tenēdo pertinaciter vsuras esse permissas nec eas exercere peccatum esse, cum hoc sit contra doctrinam euangelicam, & dogma ecclesiasticum. cap. iij. & capit. cum inter. de vsur. Paul. in cap. mandato. de simo. & in cap. quia in omnibus. de vsur. & in constitu. regni vsurariorum. & ibi Matthę. in consti. statuimus in j. not. hoc est quod dicit tex. in clemen. j. versi. sane. de vsur. Paul. grillan. in d. tractatu de hęreti. qō. lj. col. ij. ꝓ quo facit c. hęreticus. & c. inter schisma. quæstio iii. hęreticus enim est qui peruersum dogma, vel falsas, aut nouas tenet & gignit opiniones, aut sequitur, vt no. glo. in d. clemen. i. in ver. hęreticum, cum ergo hoc sit contra dogma ecclesię, merito hęreticus est. & in hæresim incidit hoc affirmans circa vsuras, intellige tamen vt ibi per Cardi. in fin. quando pertinaciter hoc affirmasset, non aūt si in lubricu et lapsu linguæ aut gioco, tunc enim non punitur vt hęreticus sed extraord. vt per eum Bald. in l. ij. in auth. ad hæc. ii. col. C. de vsur. Ias. insti. de actio. §. fuerat col. iii. versi. an autem valeat statuto. & in repeti. l. cunctos populos. C. de sum. tri. Matth. in d. consti. vsurariorum. xvi. not. i. q. Amplia ēt in vno nummo si affirmaret peccatum non esset: vt inquit Bald. in d. authen. ad hæc. ii. col. & Ias. in d §. fuerat, immo vt ibi dicit Bal. omnes consuetudines & statuta cassantur etiam in vno nummo, vt dicit d. clemen. i. Pau. de Cast. in consi. ccclxxvii. Angel. in consi. xc. Anncha. in consi. cccxliiii. Ludo. And. in tract. de vsur. q. clviii. Et papa in hoc dispensare non posset ex quo contra. ius diuinum, vetus & nouum testamentum. c. super eo. de vsur. Felyn. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu.

10 † Limita tamen & declara inter christianos tunc enim hæc

affirmare

affirmare hæresis est,& ita intelligitur d.cle.j.secus tamen inter iudæos aut inter iudæos & christianos:nam hæresis nõ est & ita intelligit. d.cle.j.Iaso.in d.l.cunctos populos, in ij.lectu.nam inter iudæos & cum christianis licet iudęis exercere vsuras ex Papæ dispensatione vt plene prosequitur Iaso.in d.l.cunctos populos,in vtraque lectura & Matth.in d.consti. vsurariorum.xij.not. vbi plene an Papa posit dispensare, & an rex in regno suo posset permittere.de quo ibi in d.clem.j.per Card.xv.q.& Alexan. in consil.lvij.j.vol. & in consi.j.& consi.cvij.ij.volu. Anto.de Pra. in vete.inter consilia Alex.in consi.xlix.iiij.volumi. Archi.tamen in c.hac ratione. xxxj.q.j.declarat quando aliter sine scandalo vitari nõ possit de quo per Iaso.in d.l.j.& Matthę.in d.consti. vsurariorum.xij.not.& per Ioan.de Arn.in solilo.xxxij.& limita in hoste. nam hosti ad hostem licet fœnerari vt per Ioan.de Arno.in proble.v. tempera nisi iudæus hoc dixerit & tenuerit inter christianos ita Card.in d.clemen prima.§.si.xix. quæstio.post glo.clxj.de vsu.alias iudæo licet errare in fide & sacramentis ecclesię.Limita secundo de vsura nisi quis affirmaret vsuras posse exigi ab hoste inimico fidei,& quẽ nocere possumus vt dicit tex.in capit.ab illo xiiij.quæstio iiij.iuncta gloss. Ana.in cap.primo penulti, col.de vsur. Ludo.Roma.in l.si vero.§.de viro.xv. fall.ff.solut. mat. Marsil.in l.j.§.præterea.x.col.versicu. alius est effectus inimicitiæ.ff.de quæstio.Limita etiam in aliis casibus a iure permissis,vt c.conquestus.et c.salubriter. de vsur.Ias. in d.§.fuerat. & in d.l.cunctos populos. & Matth.in d.constit. vsurariorum.& per Docto.in l.si insulam.§.vsuras.ff.sol.mat.Lud.de vrbe.in cons.ccccclxxiij. Ancha.in consi.cxxxviij. Bald.iuni.in tracta.de dot.vij.part.ij.priuilegio.Campe.eo.tract.de dot. in j.aucto.ij.par. Matthæ. in decisi.cclxxxiiij.& decisio.ccxcj.& casus enumerat Sozin. in tract. fallen.in vers.accipere vltra sortem.& per Doc. in d.§.vsuras.

11 † Item hæresis est & contrahitur si quis noluerit iurare putans iuramentum habere in se malum,vt per Panor.post Hostiẽ.in c. excommunicamus. in fin. de hæret.

12 † Item contrahitur hæresis hodie afferendo vsum paupertatis non includi sub voto euangelicæ paupertatis, quod dicere hodie hæreticum est, & temerarium iudicatur: vt habetur in clem.exiui de paradiso. versicu.dicere autem de verbo.sign.

13 † Item hæresis contrahitur , si dicatur non posse pœnitere eum qui vsq; ad senium vixit in peccatis,nec saluari posse, cum dicatur in cap. is qui.xxvj. quæstio. vj. ꝙ quandocunque conuersus ingemuerit saluus erit, ita Oldra.in consi.cclxxj.& Dec.in consi.cxxxvij.ij.colum.& Felyn.in cap.excommunicamus el.ij.de hęre.

14 † Item hæresis contrahitur afferendo Papam non habere potestatẽ dimittendi peccata . cum Petro dixit Saluator quodcunque ligaueris super terram ligatum erit et in cœlis,quodcunq; absolueris super terrã absolutum erit & in cœlis.xxiiij. quæst.j.c.manet.& c.quodcunque.xj.distin.& l. distin.c.considerandum, not.in c.significasti. de electio. Matth.xvj. c.cum vices Dei gerat in terris.c.vnico.§.porro. extra vt ecclesiasti.bene.& in c.licet de transla. episco. Oldra.in consi.cclxxj.& Deci.in d.cõsi. cxxxvij.ij.col.Felyn. in d.c.excommunicamus. Iser.in d.cap.j.§ satisfactionem.in prin.vlti.col.

15 † Item contrahitur hæresis si dicatur Imperatorem non esse dominum et monarcham totius orbis cum dicatur in euangelio Lucæ ij.c. exiit edictum a Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis,& Christus recognouit Cæsarem Imperatorem, vt dicitur in Euangelio reddite quod Dei Deo,& quod Cæsaris Cæsari, Pau.ad Rom. xiij.c.in extrauag.ad reprimendum.in princ. & ibi gl.de transla.epi.c.apostolicæ.§ nos.de re iudi.cle.j.de magistris.& cle.j.de senten.excommuni.in prin.& ibi per Card.& per Bar.in l.hostes. ij.col.ff.de cap.& post.reuer.facit.l.cum deprecatio.ff.ad l.rod.de iactu.& l.bene a Zenone.C.de quadr.præscrip.loquitur tamen Bar.per verbum forte, cum Apostolus narret facti contingentiam vide plene per Ias.in d.repe.l.cunctos populos.ij. colum.C.de sum.Trin.vbi dicit ꝙ Bal.in c.solitæ.de maio.& obed.tenet contra Bar.& Panor. in c.nouit.de iudi.in fin.& gl.

16 † Item contrahitur hæresis per nouum sensum & opinionem in sacra scriptura aliter intelligendo ꝙ sensus spiritus sancti flagitat.c.dixit. & seq.xxiiij.qõ.iij.& c.quidam.in fin.& c. hæresis,& seq. ea.q.text.in cle.j.§.porro.de sum. Tri.Iser.in d.c.j.§.diffidamus.versi.sed an omnis hæreticus.& in.§.quocũque nomine.Matthę.in consti.inconsutilem.xvj. no.vj.q.

17 † Item hæresis contrahitur afferendo fornicationem non esse peccatum mortale,sed licere fornicari.cum dicat Apostolus ad Gal.v.& ad Ephesios.vt non licere fornicari. Ioan.Andr. in mercur.in reg.sine culpa. xxxij.qõ.iiij.c.nemo.not.glo.in cle.ad nostram.ver.vij. vbi text. in hoc,& glo.refert Thomam ita tenere de hęre. facit nomine mechię cõtinetur fornicatio.xxxij. q.iiij.c.meretrices.sed in supradictis dicitur non mechaberis,ergo cum ecclesia prohibeat fornicationem,nedum cum non soluta, sed etiã cũ soluta, ex prædictis ergo contrarium affirmans si se non corrigat hæreticus est. ca.qui in ecclesia. xxiiij. q.iij.ita Matthę.in d.constitu. inconsutilem.xvj. nota.v.q.Iser.in d.c.j.§. satisfactionem. vlti.col. ver. si quis autẽ.

18 † Item contrahitur hæresis, si contra hæreticum seu accusatum de hęresi nõ sint plenę probationes sed indicia taliter ꝙ necessaria esset purgatio & petatur purgatio , & accusatus recuset,talis vt hęreticus punitur,vt no.gl.in d.c.excõicamus.§.adiicimus.de hęre.in c.ad abolendam.§.qui vero.eo.tit. per Matthæ.in d.constitu.inconsutilem.xviij.notab.versi.quid autem. Fely.i d.c. excõicamus.ij.col.ver.not.in.§.excõmunicamus.

19 † Item hæresis contrahitur si quis defenderit hæresim , & pro hæretico aduocaret animo hęresim defendendi.nolens hęreticũ ita cõtra fidem & sacramenta sentientẽ puniri.aut forte ipsum liberauit et fecit ꝙ non perueniat in manus iudicũ,tũc enim hæreticus talis est,arg.l.iiij. ff.ad l.Iul.maie.nã tali crimine tenetur q fecit ut hostis nõ pueniat in manus populi romani vel regis,

gis, secus tñ si simpliciter perstitisset patrociniũ, & aduocationem: vt quia defendebat non quia hę reticus, sed ob aliam causam. vt seuitiorum: tunc licet puniatur ex quo in causa hęresis patrocinatur & defendit. vt in consti. inconsutilem. in fi. nõ tamen hæreticus est nec vt hęreticus punitur. ita Iser. in d.c.j.§. diffidamus. versi. quid si munias hęreticum vt non veniat ad locum vbi est iudex vt puniat eum. & in.§. satisfactionem. ij. col. & per Matthæ. in d. consti. inconsutilem. xxv. no. & de aduocatione traditur per Ange. in gl. And. auxilia. & in aposti. per August. & alios. †Item hęresis contrahitur credendo hæreticis, nam tunc hæreticus est, & punitur pœna. d. constitu. inconsutilem. secus tamen si credat hæreticis, sed dicat se credere quod credit sancta mater ecclesia; tunc enim hæreticus non est, nec punitur vt hæreticus: secundum Inno. & Panor. in c.j. de sum. Trin. sed punitur pœna consti. pactarenorũ. ita ibi Matthę. in princi. facit ca. damnamus. in fi. & c. hęc est fides. xxiiij. quęstio. ij. et l. nos reddentes. C. de summa tri. Panor. in fi. rub. eo. titu. & vide in c. accusatus. §. ille. de hære. Ioan. And. in rubri. de sorti. leg. †Item contrahitur hęresis si quis steterit per annum in excõmunicatione aut per bienniũ. vt no. in c. fi. de pęn. habetur in c. vt inquisitionis. in fi. de hære. in vj. Spe. in titu. de hære. versi. eodem modo. Panor. in c. ab excommunicato. in fi. de rescri. & in c. insinuatum. in glos. fin. de simo. & in authẽ. Gazaros. eo. ti. de haret. & in corpo. vnde sumi. gl. ĩ c. ad apostolicę. in. §. de hęresi ĩ. gl. de hęresi de re iudica. ĩ vj. & p Bar. in l. credẽtes. C. de hære. & in l. quæramus. & post eum Alexã. ff. de testamen. & per Matthę. in dicta constitu. inconsutilem. in fi. xviij. no. ver. quid autem. facit quod not. in c. cum contumacia. de hęret. in vj. & in c. rursus. in c. quicunq;. xj. q. iij. & in c.j. de iud. Panor. in c. grauem. de pœn. quod est fi. iij. no. & in glo. hæretice prauitatis post Hosti. ibi et alios vbi vide distinctionem ꝙ aut est excommunicatus pro cõtumacia in causa hęresis, & tunc elapso anno est verus hæreticus. & vt hęreticus punitur d. c. cum contumacia. aut pro contumacia in alia causa, & tunc inducitur suspicio de hæresi, quæ tñ purgari potest vt ibi in d. glo. & per Fely. in d.c. firmissime. j. col. & in d.c. excommunicamus. ij. col. de hęre. & per Panor. ibi post Hostien. ij. col. versi. in ea. & in iij. col. versic. item quęr[illegible] & ibi qualiter procedatur ad sententiam co[illegible] istum contumacem, & quot citationes requirantur, & per Pau. Ghir. in d. tract. de hære. in viij. q. Boni. in d. titu. de hęre. & vide per eum d.c.j.§. post annum. de stat. contra lib. eccles. vbi de pœna & vide c. reg. incip. si quis in excõmunicatione a cano ne lata aut ab homine. & c. reg. item statuimus. ꝙ si contingat, per quę si quis durauerit in excommunicatione per annum punitur vt hęreticus. nec aperit quando pro casu heresis sit excommunicatus. sed etiam aliunde, & per Matthæ. in consti. pactarenorum. in j. glo. & intellige, & declara qñ est excõmunicatus ex causa criminali licet alia ꝙ hæresi non ex causa ciuili, & ideo quando pro causa criminali clericus priuatur beneficijs pro causa vero ciuili etiam si staret per mille annos non priuatur beneficijs, ita dixit Ioan. de Arno in solilo. vlti. quod est 100. post Ludo. in singula. ccciij. alias cccvij. incip. de hoc heri fui. †Item contrahitur hæresis si elapso anno non receperit communionem, vt per Fely. in dicta rub. de hære. & in c. ad abolendam. j. col. eo. tit. allegat Oldra. in consi. xx. & text. in authen. de pu. dom. hære. qui tamen tex. hoc dicere non videtur, sed glo. dicit eum hæreticum esse qui non est membrum ecclesiæ, sed excõmunicatus est extra membrum ecclesiæ, cum dicatur extra communionem ecclesię. xj. q. iij. c. audi. & singulo anno non confitens nec sumens communionem est excommunicatus, vt dicitur in c. omnis vtriusq; sexus. de pęnitẽ. & in c. & si frequẽtius. ij. dist. de consecra. ergo faciunt rationes traditę per Panor. post Hostien. in d. cap. grauem. de excommunica. per annum remanente in excommunicatione: nam ideo hęreticus pręsumitur ex quo præsumitur male sentire de sacramentis ecclesię cum non faciat ad quod tenetur quilibet fidelis. allegat. d.c. omnis vtriusq; sexus. Item pręsumitur male sentire de potestate ecclesiæ. istæ ergo rationes faciunt contra non sumentẽ per annum communionem vt hæreticus præsumatur sicut quando stat per annum in excommunicatione. & secundum prędicta quilibet excommunicatus dicitur hæreticus ex quo est extra communionem, & ex hoc dicitur large hæreticus not. glos. in c. ij. iiij. q. xj. & per Panor. in d. ca. firmissime. & glo. de hæreti. & xxiiij. q. iij. c. illi qui. §. quia vero. sic & iudæi dicuntur large hæretici cũ extra communionem sint vt ibi per Panor. †Itẽ contrahitur hæresis per inuocationem demonum, & per sortilegia, dummodo fiat talis inuocatio vt indicarent futura: ex quo tunc tollitur quod Dei proprium est, & creaturę attribuitur. iuxta illud Isaię. c. xvj. annunciate nobis quę futura sunt in futurum, & sciemus quia dij vos estis: & iuxta illud Euangeli. non vestrum est nosce tempora, vel momenta cum pater posuerit in voluntate sua idem ad ea demona adoranda cum proprium sit Dei, & non creaturæ, iuxta illud. Ego dominus zelotes sum, & iuxta illud euange. Dominum deũ tuum adorabis, & illi soli seruies, aut circa idola preces fundere, & demones consulere vt ab eis responsa habeantur. xxvj. q. ij. c. hij qui & xxvj. quęstio. iiij. c. igitur, & aliter vt exemplificatur. & not. in c. accusatus. §. sane. de hære. in vj. aliter vero si ad præterita scienda & ad amorem irritandas mulieres, licet peccet, non tamen incidit in hęresim: cum proprium demonis sit tentare homines contra pudicitias & ad animarum periclitationem Matthę. iiij. ca. & Lu. iiij. in princip. ita dixit Ioan. And. plene & late in rubr. de sortileg. in Specula. & in dicto. c. accusatus. §. sane. & ibi Geminia. & per Oldra. in consi. ccx. quod incipit regularis habetur traditio, & per Felyn. in rubri. de hæreti. Matthæ. plene in constitutio. inconsutilem. xvj. notab. j. quęstio. voluntate hoc distinguitur crimen in hoc capitulo cum ex voluntate. de senten. excommunicatio. voluntas enim & propositum distinguunt maleficia. l. j. §. diuus. ff. de sicar.

cat. Albe. i rubri. C. de heret. videndus est Thom. ij. ij. q. xciij. cum tribus sequen. & vide Panor. in c. j. in fi. de sortileg. vbi idem si rebaptizando, aut cũ hostia cõsecrata fiãt tales incantationes post gl. in dicto. §. sane. & vide plene per. Dec. in con. clj. ij. & v. col. vbi an clericus sortilegus, & dans pocula amatoria, & nõ celebrãs cũ hostia consecrata dicatur hæreticus, & an & quãdo per sortilegium inducatur hæresis, & an & qñ fit cum hostia cõsecrata, et qd si nõ cũ hostia cõsecrata sed absq; cõsecratione plene vide per Paul. Ghir. in tract. de sortileg. x. q. & maxime in fi. vbi ponit quæ requirant vt dicatur ex his hæreticus. & in q. xj, 24 vide per eum & Deci. vbi supra. † Item contrahitur hęresis idolis sacrificando. c. cõcilia. §. hinc etiam. xvij. dist. et c. nunc autem. xxj. distin. Deci. in d. consil. clj. & Paul. Ghirl. in d. tra. de sorti. ij. q. Nota tamen ꝙ tunc inquisitor hęreticæ prauitatis non potest se impedire casu quo sapuerit hæresim talis inuocatio, nisi manifeste & notorie apparuerit sapere hæresim: vt dicitur in d. §. sane. in dubio autem non potest cognoscere an sapiat hæresim. ita vel non, cum tantum iurisdictio fuerit sibi tributa illa existẽte qualitate notorietatis et manifestitudinis, alias ea nõ existente nõ cognoscet, licet bene posset cognoscere an manifeste sapiat, & sic de qualitate interueniente an nõ vt per 25 glos. in d. §. sane. & Panor. in d. cap. j. in fi. † Et vide in præmissis ꝙ qui credit aut dicit mulieres aut homines (vt quidam vulgares dicunt) noctis tempore incedere cum Diana dea paganorum, aut cum Hærodiade transformantes species suas, hæreticus est & in fidelis, et paganis deterior cum ab alio ista fieri non possint ꝙ̃ a creatore omnium. c. episcopi. xxvj. q. v. Matth. in d. consti, inconsutilem. xvj. not. j. q. & sic alio modo contrahitur hæresis credendo & affirmando alium posse facere mutare & transformare creaturas ꝙ̃ ipse Deus vt ibidem, & de intellectu. d. c. episcopi. & an accedant illę mulieres corporaliter, an præstrigialiter plene tradit Paul. Ghirl. in d. tracta. de sortileg. vij. q. & Fran. ponz. in tract. de lami. versic. & sic ex his contingent, et dictis. vbi ꝙ corporaliter.

26 † Item contrahitur hæresis per blasfemiam blasfemando Deum & sanctos, et monitus est incorrigibilis. xxiiij. q. iij. ca. qui in ecclesia & per Matthæ. in constit. inconsutilem. in glo. in verbo. 27 diuinę maiestatis. † Item contrahitur hæresis oppugnando priuilegia Romanæ ecclesiæ. c. omnes. xxij. distin. per Dec. in d. consi. clj. vj. col. in 28 fi. j. dub. † Item contrahitur hæresis contemnendo statuta mandata & canones ecclesię, & papæ asserendo papam, & ecclesiam non habere potestatem condendi canones, tunc enim vt hæreticus punitur. xix. distinct. ca. nulli fas. nota. gloss. xxiiij. q. iij. c. illi qui. §. quia vero, not. gloss. in c. generali. de elect. in vj. Pan. in c. j. glos. de aposta. & in c. cum non liceat. ij. col. ver. posset tamen intelligi, de præscrip. declara & dic vt per Fely. in cap. j. iij. col. de constit. vbi plene de talibus transgressoribus & pęna & de requisitis Mat. in pœ. consti. in glo. in verbo. mortalitate not. gloss. in d. cap. nulli fas. & in cap. violatores, xxv. quæst. j.

29 † In quibus fit distinctio ꝙ aut simpliciter contrauenit, & tunc punitur non hæreticus sed alia pœna, quia deponendus & eiiciendus ab ecclesia interuenientibus requisitis vt per Fely. in d. c. j. de consti. & in d. c. violatores, & in c. generali. et xxv. q. ij. c. si dogmata, aut contrauenit asserendo ecclesiam & Papam talem potestatem non habere, & tunc vt hereticus punitur d. c. nulli fas. cum not. in d. c. violatores, & per Felyn. in c. firmissime. j. col. de here. limitat tamen prædicta vt per 30 Felyn. plene in d. c. j. in j. glo. vbi vide. † Item contrahitur hęresis asserendo duos posse esse vicarios Christi, & ecclesiam vniuersalem posse habere duo capita, talis enim hæreticus iudicatur. vt per multas authoritates sacræ paginæ tradit Boni. viij. in extrauagan. de maior. et obed. incip. vnam sanctam ecclesiam. plene glo. in cle. ad nostrum, versic. ecclesiæ, de hæreti. glo. in c. non aũt. vij. q. j. Fely. in c. quę i ecclesiarum, in princ. pen. col. ver. hanc declarationem, & in c. firmissime, de hære. Pan. in c. j. ij. col. de paroch. plenissime in c. nouit in ij. glo. de iud. Cardi. cle. j. §. porro. ij. q. de iure iu. Item contrahitur hæresis asserendo Papam in temporalibus non habere potestatem, sicut in spiritualibus, et negando Imperatorem ab ecclesia habere Imperium et iurisditionem. vt declaratum apparet per d. extrauagãtem Boni. vnã sanctam, glo. in d. clemen. ad nostrum, in versi. ecclesię, plenissime disputat ad partes Panor. in d. c. nouit, in ij. glo. de iudi. & ibi Fely. & per eundẽ in d. c. firmissime, in j. glo. de hære. Alex. in cons. ij. iiij. col. j. vol. Panor. in c. causam. & in cap. per venerabilem, qui filij sint legiti. Dec. in j. consti. C. Oldr. in cons. clxxx. Pręposi. in c. innouo. xxi. distin. Bald. in l. rescrip. C. de preci. Imp. offe. vbi dicit secundum quid & non simpliciter. & xcvj. distin. cap. fin. Imperator. & c. duo sunt, vbi glos. sicut sol præ est lunæ ita & Papa Imperatori not. gloss. in c. ex transmissa, de foro compe. Panor. in c. cum Ioannes, de fide instru. Philip. Fran. in c. si duobus. §. denique, de appella. Bald. in proę. ff. vj. col. Alex. in l. j. §. j. post Bar. ff. de requi. reis recurre. ad disputationem Panor. in d. cap. nouit. vide Matthæ. in proœ. consti. xiiii. not. post. glo. & in versi. gladii, & in consti. vsurariorum, in glos. in versi. diuinæ. no. glo. in c. fi. de hære. Bal. in c. bonę. lo. ij. de postu. præla. dicit ꝙ sicut sol prefulget inter [illegible] & est primus, ita & Papa inter cæteros [illegible] Iser. in c. Imperialem. §. preterea, in add. rex. vel Imperator de prob. feu. ali. per Fed. vbi dici Papam non habere superiorem, & im- 31 perium a Papa procedere. † Item contrahitur hæresis per simoniam iuxta c. quisquis. j. q. j. glos. in c. eos qui. §. quia vero. xxiiij. q. iij. in c. presbyter, in c. studeat. et c. benedictio. & c. cum liqueat, & c. fertur. j. q. j. & c. per de hæret. intelligitur tñ secundum Inno. in c. quoties, de simon. videlicet quando quis crederet & affirmare sacramentum vendi posse, alias large diceretur hęreticus, sicut excommunicatus & iudæus, & alij vt in d. gloss. in §. quia vero, & per Panor. in d. c. firmissime. & vide Fely. in c. j. circa fi. de simo. & Panor. in c. quoties. de simo. sentit Fely. in rub. co. et Panor. in c.

c.cum venisset.de iudic. Ifer.in c.j.§.diffidamus. iiii.col.de sta.contra lib.eccl.& iii.col. versi.sed an omnis: vide gl.in d.c.firmissime.& per Deci. 32 in d.consi.clj.ii.col.versi. contumacia. † Item contrahitur hęresis per schismam. nam schisma hęresis est,xxiiii.q.iii.c.inter hęresim.& in c.firmissime,vbi Panor.de hære.& in c.quia diligentia.i.col.de elect.& in rubr. de schisma. Oldr.in consi.lxii. & consi.lxv. Deci.d.consi.clj. ii.col. quod tñ intellige & declara vt per Panor.in d.rubri.de schis.& in c.firmissime, de hære.vȝ in ꝓprio schismate, vȝ in diuisione vnitatis ecclesiæ & quia constituat quis sibi sacerdotes et alios clericos cum pertinacia: cum proprie schisma dicatur,id est,diuisio, cum ab vnitate ecclesiæ diuidatur constituendo sibi propriam cum: tunc veniat contra symbolũ Apostolorum & vnã sanctam ecclesiam,& sic non plures c.inter hæresim. & c.loquitur.xxiiii.q.i.secus tñ si non constituat aliam ecclesiam nec se diuidant ab vnitate ecclesiæ Roma. sed credat apud se esse vnitatem ecclesiæ. vt quia duo aut plures contendant de papatu nec impugnant Romanã ecclesiam,nã isti dicuntur schismatici & non hæretici. vt dicit gl.ii.xxiiii.q.i. c.i.& in c.i.eo.tit. de schisma.& c.i. eo. in vi.& c.deniq;.xvij.q.j.& c.licet.de electio.& ꝑ Bald. in consilio schismatis super rub.C.si quis ali.test. prohi.vt fuit tempore Vrbani Papæ vt ibi & ita loquitur tex.in c.j.eo.tit.in vj.& vide c.in nomine domini.xxiij.dist.& vide Panor.in d.c.licet. in gl.exceptione,de elect.et in c.si quis pecunia. lxxix.distin.& tunc quid differat hæresis a schismate dic vt ꝑ Pan.in d.rub.de schisma.& in c.j. eo.& in c.licet.de elect.& in c.clericis.ne cleri. vel mona.vlt.col.Barba.in c.si diligenti.de foro compe. & Felyn. plene.in c.Rodulphus. xiij.& xxviij.col.de rescript.Panor.in c.cũ in cũctis.§. fi.vlt.col.de elect.dic vt per eos, ꝙ aut iuncta est cum hæresi, & tunc sunt excõicati,aut non,& tũc secundũ quosdã non sunt excõicati,secundũ alios sic ꝑ d.c.licet.& Panor.in d.rub. & c.j.de schisma.limita nisi vbi nullus caderet error probabilis,secus tñ si esset dubiũ an esset schismaticus an nõ propter factũ intricatum; vt in Vrbano Papa de quo per Bal.in d.consi.schisma.& per Panor. in rub. & c.j.eo.ꝙ tunc non sunt excõicati: in d. rub.de eijciente episcopum de sede episcopali & occupante sibi presbyteros suos,an sit excommunicatus, & secundum prędictam distinctionem an schimaticus sit hæreticus, & qñ & quis dicatur schismaticus & vnde dicatur schisma & proprie & improprie dic etiã vt Pau.Ghir.in trac. de hęre.ij.q. 33 † Item contrahitur hæresis per ablationem priuilegij ecclesiæ vniuersalis: qui ergo priuilegiũ ecclesiæ auferre tentauerit hæreticus est. xxij.dist.c.oẽs.vbi tex.clarus glo.xxiiij.q.iij.c. 34 illi qui.§. quia vero. †Item contrahitur hæresis asserendo peccata dimitti a solo Deo absque misterio clauium ecclesiæ cõtra de pœnis dist.j.per tot.& per Fely.in c.excõmunicamus. lo ij.de hęre. 35 † Item contrahitur hæresis si potestas aut alius officialis requisitus a diœcesano & eius vicario distulerit auxilium præstare contra hæreticos & eorum receptatores & fautores quãdo vę suspectus de hęresi punitur.vt dicitur in c.vt officium.§.statuimus.de hęre.in vj. 36 †Item contrahitur hæresis asserendo non esse infernũ,nec paradisum,sed animã esse mortalem,& non immortalem,sed mortuo corpore anima quoq; mortua sit, talis ita asserens manifestus reputatur hęreticus: ita consuluit Fede. de Senis in consi.ccxlv.inci. reuerendo in Christo patri Matthæ. in d.consti. 37 inconsutilem.xvj.no.iij.q. † Item contrahitur hęresis asserendo pertinaciter decimas non deberi clericis & prælato: ita tenuit Ancha.in cle.j. §.sane. de vsur.per glo.ibi & Pau.de Bleaza.asserentes ne dum hęreticum esse qui male sentit de articulis fidei, sed ẽt qui errat in documentis ecclesiæ,& falsas gignit opiniones contra ecclesiã, et ita alias dixit Ancha.fuisse determinatum per Theologos contra quendam prædicatorem. vide Matthæ.in d.consti.inconsutilem.xvj.no.v.q.decimę enim permissæ sunt in veteri testamento & nouo.vt plene prosequitur Matthę.in consti. quãto cæteris.iij.not.j.ij.& iij.q.& in rub.eo.de decimis & ibi an ꝙ hodie soluantur decimæ integræ sit iure diuino an positiuo & per Panor.in c.parochianos. de decimis & in c.statuimus. de transa. & in c.adhibita.de rer.permu.qui enim nõ soluit decimas trãsgressor est præcepti ecclesię.c.reuertimini. xvj.q.j. sic ex constitutione ecclesiastica debentur & qui contra pręcepta & dogmata ecclesiastica operatur is hęreticus est,vt supra dictũ fuit: in regno ẽt præcipitur soluendas esse decimas,vt in consti.quanto & ibi per Matthæum et in c.reg.ad audientiam nostram. & in c.item statuimus quod cõiter barones & feuda tenentes,& prag.extat qualiter autem compellantur iure canonico ad soluendum per Cardi. in cle.ij.col.ij. de iudi.& in clemen.fi.§.j.in fi. de pœnis Panor. in c.peruenit.de deci.sed tex.in d.clemen.fi.contra incipit cupientes de pœnis non dicit Theologos hoc dicentes hæreticos esse sed excommunicatos & alias pœnas incurrere vt ibi & vide no. in c.j.de decimis in sexto vbi gl.disputat an debeantur,& per Panor.in c.tuæ de decimis nisi in proprie dicatur hæreticus ex quo excommunicatus vt supra. 38 † Item contrahitur hæresis, si ꝓfessus recedat a religione & contrahat matrimonium publice & notorie & non clandestine,nam tunc si publice vt hæreticus punitur,cum sit contra c.j.de voto in vj.& contra clemen.eos qui,de consangui.& affi.vbi etiam not. ita dixit Iacob. Butr.quem sequitur Saly. in l.nemo.C.de summa Trinita.Panor.in c.de homine.de celeb.miss. in gl.in versi.verbis. & Matthę.in dicta constit.inconsutilem.vi.notab.vij.q.idem dixit Bald.in d. l.nemo.circa fi.si duxerit duas vxores, Gemini. in c.accusatus.§.sane.de hęreti.in vj.per Fely.in 39 c.ad abolendã.j.col. de hære. † Item contrahitur hæresis per perceptionem, & celebrationem cũ hostia non consecrata. vt dicit Ana. in d.c.ad abolendam.Calder.tamen in consi.iiij.tenet contrarium ꝙ non dicitur hæreticus accipiens hostiã non consecratam, nec clericus cum ea celebrans, & hanc tenet Oldra. in consil. superius allegato

incip.

incip.regularis habet traditio,& Fely.in rubr.de hæreti.habetur in d.c.de homine. de celeb.miss. Card. autem in d.cap.de homine. refert beatum Thomam in suo quolibet.vj.qō.sacerdotem dantem hostiam non cōsecratam puniri vt idolatrā, & per Matthæ.in dicta constitu.inconsutilē.xvj. no.viij.quæst.intellige tamen vt per Felyn.in d. c.ad abolendam.j. col. si perseuerauerit in errore. vbi refert consi.Calder.iiij. allegando rationes & intelligendo si perseuerat in errore.

40 † Item contrahitur hæresis negando id quod traditur in clemen.j. de summa Trinit. videlicet ꝙ mortuo Christo non exiuit sanguis & aqua vt ibi per glo.j.versi.aperuit.

41 † Item cōtrahitur hæresis tenendo opiniones illorum ꝙ anima est sanguis & generatur ex præiacenti materia, & extraduce & alias vt no.in c.quod vero.& in c. Moyses,in glo.nec animatum.xxxij.q.ij.faciunt dicta per Fely.in c.sicut,lo secendo de homicidio & Doct.in l.quod dicitur.ff.de liber.& posthu.et Barto.in l.diuus.ff.de extraordi. cr mi.no.in clemen.j.de summa Trini.in versi.vnitas v delicet de corpore animato in tempus ibi statutum quod limitatur in Christo, aliter senties hæreticus est vt ibi.

42 † Item contrahitur hæresis asserendo pertinaciter historias in biblia contentas esse falsas: tunc talis hęreticus censetur.ita tenet Asten. in summa lib.xij.in titu.lviij.vbi dicit fidem extendi ad historias contentas in biblia,& qui asserit aliquam historiam bibliæ falsam esse hæreticus est & per Matthę.in dicta constitu.inconsutilem.xvj. no.ix.q.

43 † Item contrahitur hæresis per contumaciam,cum contumax hæreticus dicatur.lxxxj.dist.§.si qui sunt presbyteri. xxxviij. disti.c.nullus contumax.dico tamen in non faciē do quod iubeat ecclesia potestate Dei,& ecclesiæ quæ a Deo est resistendo, aut contumax sit non veniendo,uilipendo tamen iudicem in obprobriū fidei, credens aut asserens non esse potestatem a Deo. vt dicit Apost. ad Rom.iij. & xxiiij.qō.j. cap.& qui culpatur. spernendo claues ecclesiæ et Romanam ecclesiam & eius ministros & prælatos qui ab ea sunt.xxij.dist.c.omnes.non habere a Deo potestatem:de hoc per Iser.in c.j.§.diffidamus.iiij.col.versi.item contumax de statu contra liber.eccle.in aliis contumax hęreticus non est, ne ordo iuris peruerteretur:vide per Fely.in cap. excommunicamus.ij.col. de hære. & Deci.in d. consil.clj.ij.col.versi.& mouentur ratione & no. xl. distin.c.si papa.

44 † Item contrahitur hęresis persistendo in notorio crimine & nolendo se corrigi satis suspectus est de hęresi.xxxviij.dist. c.fin.lxxxj.distin.c.si qui sunt.c.fi.de pœn.Deci. in d.consi.clj.in fi.iij.col.no.in d.c.si papa,& per Panor.in c.significasti. de electi.

45 † Item contrahitur hęresis recusando pertinaciter iurare ad purgationem hęresis,talis ita recusans pro hæretico habetur vt not.in c.excommunicamus,et ibi Fely.post Hostien. pen.col.ver.no.ibi ostentationem,de hęre. quod limita ibi secundum Hostien. nisi forte ex subtilitate conscientiæ recuset,& limita vt per Matthe.in d. constitu. inconsutilem. xvj.not.versi.quid autem.

46 † Item contrahitur hæresis credendo hæreticis vt in d.c.excommunicamus,& in d.constitu.inconsutilem, & in cap. ij.de hære.in vj.qualiter dicatur, & intelligatur credere dic vt per Fely.in d.c.excommunicamus iij.col.versi.vlti.circa.§.istum. post Hostien.in d. c.secundo.

47 † Item contrahitur hæresis si episcopus aut alius instituat consanguineum aut extraneum aut paganum hæredem vt in c. si quis iuncto summario Panor.de hære.& in sequen.c.iuncto summario Fely.

48 † Item contrahitur hęresis per receptionem,fauorem,& defensionem hęreticorū vt in c.ij.c.accusatus.de hęre.in vj.& Card. in cle.j.§.verum.eo.ti.

49 † Item contrahitur hæresis frangendo immaginem crucifixi,virginis et sanctorum,dum tū hoc faciat quis putando ea esse simulacra, & ꝙ fuerit peccatum illa adorare, vȝ ꝙ per immagines representatur tunc enim hæreticus esset, alias si non hoc animo sed aliter frangendo alia pœna durissima plectēdus esset de qua in c.si canonici in fi.& ibi glo.de offi.ordi.in vj. in versi.vltrix.& vide in l.j.C.ne liceat sing.ita per Hostiē.in summa eo.§ qua pœna.& Matthę. in d.const.incōsutilē.xvj.nota.iiij.q.& in proœ. consti.in prin.penulti. col.versi. secunda conclusio & in consti. multę leges, in primo lib.& per Iser.in d.c.j.§.diffidamus, vlti. col. vbi dicit ita teneri & fuisse decisum in magna curia vicariæ contra Bar.pro canonistis.

50 † Item oontrahitur hæresis si quis in vocasset demonem ad actum luxuriæ,vel alium actum,& veniens dixisset in vocanti ꝙ spueret crucem & ille ad obsequendum demoni in crucem spuisset absque cordis pœnitentia:tunc hęreticus esset,sed si timore demonis hoc fecisset, non tamen totaliter a fide recedendo,sed male contemptus,& cum dolore cordis, tunc non esset hęreticus.licet grauiter peccaret:ita per Innocen.in c.j.de aposta.in princip.& firmat Tho. secunda secundæ quæstio. xij.& q.xxiij.habetur in sum.Pisane.in versi.apostasia.& per Matthæ. in dicta constitu.inconsutilem.xvj. notab.ij.quæstio.

51 † Item contrahitur hæresis per apostasiam perfidam a fide recedendo, & perfide abnegando & oppugnando, talis enim dicitur apostata perfidię & vt hæreticus punitur. Panor. post Hostien. in c.primo j.gloss.de aposta. immo talis apostata maior est hęretico & maius peccat cum is in totū a fide recedit, at hæreticus non in totum vt per Matthę.in rubr.de aposta. in consti.reg. & vide quotuplex sit apostasia per Matthę.in dicta rub. & in constitu.apostatantes, & plene per Glo. & Doc.in d.c.eo.& p Boni.in tit. de aposta.vbi de pœnis contra eos.& per Pau.Ghirlan.in tract.de hęret.q.ij.& ibi ꝙ apostatantes nouæ sectæ quandoq; se rebaptizant,et isti tales rebaptizati maiori pœna plectuntur:nā hæretico pœnitēti parcitur rebaptizato vero nūquā et in remissibiliter l.manicheos.C.de hæreti. & l.hi q sanctā.C.de apost. vide ibi per eum.

52 † Item contrahitur hæresis p modos vt per gl.in c.illi qui.§.quia vero.xxiiij. q.iij.& per gl.in c.firmissime,de hære.et hærēdo opinionibus illorum qui traduntur in c.quidam. xxiiij.quæstio.iiij.

53 † Item hæresis contrahitur asserendo Christum non esse aliquid secundum

quod

quod homo vt traditur in c.cum Christus.de hę-
54 re.& ibi no.& in c.hęc est fides.xxiiij.q.j. †Itē hęresis contrahitur si accusatus de hæresi abiurasset in iudicio,licet contra eum plenę probationes non fuerint,tamen si postea committit in ipsa hæresi,habetur pro vero hęretico,vt per Archid. in c.accusatus,de hęre.in vj.& p Matthę.in d.cō sti inconsutilem,in fi.xviij.nota.& in glo.nolunt ignoscere, Idem si inculpatus in vna specie quam adiurauit, si in aliam commisit hæreticus est. Idē si post abiurationem receptet, visitet,aut associet, & dona dederit hæreticis,pro vero hæretico habetur,& talis relapsus in hæresim nuncupatur.de quo in dicto c.accusatus.& in c. ad abolendam.§.
55 quia vero. de hære. † Item hæresis contrahitur,si officialis quicunque requisitus ab inquisitore hæreticę prauitatis, vt iuret obseruare statuta & canones promulgatos & approbatos ab ecclesia contra hęreticos, & eorum fautores credentes & receptatores noluerit iurare, tunc talis vt de fide suspectus tanq̄ hęreticus punitur:ita habetur
56 in c. contra christianos de hære.in vj. † Item hæresis contrahitur asserendo pertinaciter animę rationalis seu intellectiuæ substantiam non esse formam per se humani corporis vere : vt dicitur clemen.j.§.porro.de summa Trini.vide ibi glos.
57 plene. hoc discutientem. † Item hæresis contrahitur tenendo & approbando ea quę traduntur in clem.ad nostrum.de hære.videlicet errores illorum de Alamania:et vide ibi per gl.de erroribus illis canonibus sacra scriptura vt omnibus
58 reprobantem errores illos. † Item contrahitur hæresis, si quis potest errantem in fide catholica ab errore reuocare & non reuocat.de hæret.c.qui
59 alios.& ij.q.vij. c.negligere cum possis. †Item contrahitur si.nouam quis facit sectam contra fidem vel factam defendat vt xxiiii.quęstio j.c.hęc est fides. Et licet multis alijs modis hæresis contrahi possit, tamen ex præmissis locis superius allegatis complecti posset, nos autem contenti erimus predictis modis ita exceptis & hinc inde dispersis breui compendio in vnū coadunatis;si quis vero alios studiosius velit perquirere ad supradictos locos canones & doctrinas allegatas conuolet & ad no.per gl.in c.firmissime, eo.tit.& in c. inter hęresim.xxiiij.q.iij.per Bald.in rub. eo. & Car. in cle.j.eo.& per summistas eo.& per Boni. in opere male.in eo.ti.& per Felyn.in rub.eo. &
60 per Pau.Ghirlan.in d.trac.de hære. †Et tandem hęreticus proprie dicitur qui contra fidem Christi, & articulos fidei, & contra pręcepta & dogmata ecclesiæ,& consiliorum eiusdem, pertinaciter aspirat falsum dogma,& extraneum sensum gignendo aliter q̄ Spiritus Sanctus dictet iuxta c.hæreticus.xxiiij.q.iij & c.quędam,in fi.vbi glo.ea.q.& gl. in l.ij.C.eo.& qui sint hęretici,& quot sint eorum sectæ dic vt per Gratianum in c. illi qui §.quia sermo. cum seq. xxiiij.q.iij. cum ibi no.& C.eo.l.Arriani.& in auth.Gazaros, & alia vide vt per prędictos Docto. vbi supra de his hactenus.

Viso itaque quot modis hęresis contrahatur adiacenti proinde processu eiusdem erit videndū
61 & qualiter in ea punienda procedatur. †Circa itaque tertium de processu hęreticorum primo videndum de iurisdictione & potestate cognoscentis:secundo quis inquiri aut accusari possit,& qui non.tertio de modo procedendi & probationibus faciendis. Circa primum ad quem spectat huius criminis cognitio,videlicet an ad iudicem ecclesiasticum,an vero ad secularem , an vero vterque possit cognoscere: in hoc dicēdum erit q̄ crimen hęresis est crimen mere ecclesiasticum: vt not.gl. in c.ij.iiij.q.iij.adeo q̄ ad iudicem ecclesiasticum spectat cognitio & decisio,non autem ad iudicem laicum. nisi tantum executio sententię latæ per iudicem ecclesiasticum, alias si iudex secularis intromittat se ī cognitione et decisione super tali crimine, aut executionem latæ sententiæ per ecclesiasticum differat facere,ipso iure excommunicatus redditur, & si per annum in tali excommunicatione perdurauerit: vt hęreticus condemnandus est ita dicit nouiter tex.in ca. vt inquisitionis negocium.§.prohibemus.de hęre.in vj.& in c. cū secundum leges,in fi.eod.tit.in vj.& in c. ad abolendam de hęre. & per Mar. in l.j. C. de rapto. virg.col.xxxiiij.in versic.no.etiam ex hac lege quod rapto.executio autem ideo seculari permittitur cum pro hæresi ponatur pœna corporalis &
62 sanguinis vt infra dicetur suo loco. † Ecclesia vero corporales pœnas & sanguinis non infligit, ideo seculari committitur executio: vt in c.in archiepiscopatu.de rapto. sed perpetui carceris pœnam imponit:vt in c.quamuis,de pœn.in vj. Ana. in consilio.j.per Ias. in l.transigere. C. de transa. & per Bart.& alios in l.secunda.ff.de publ.iudi. & habetur in ca.j.de hære.in vj. & in clem.j.§.j. eo.titu.c.pe.de apost.c.nouimus.de verbo.signifi. Spe.in titu.de. hære. in princ.Matthæ. in proœ. constit. in prin. pen.col.versic.secunda conclusio Panor.in d.c. excōmunicamus.lo.ij.ij.no.de hære.& quod ad secularem non spectet cognitio cum sit mere ecclesiasticum per Ioan. Andr.in Spe. in tit.de hęre.in addi.sed dicit Iser.in d.constitutio. inconsutilem & in cap.j.in versic.contrahentium incestas nup.in titu.quæ sint rega. & Matthæ. in d.consti.inconsutilem.decimo.no.& Panor.in d. c.ad abolendam.eo.titu.ij.col.versi.vlterius , & plene in c. cum sit generale.viij.col.versic. alius casus , & col.fi.de foro compet.vbi plene tractat de criminibus ecclesiasticis, & ad quem eorum spectet cognitio,et quando ad iudicem secularem, & quando, non post glo.ibi magistraliter,& in c. ea quę, de statu mona. & in c.j.in glo. publicum de offic.ordi.& per Stepha. Aufre. in repe.cle.j. de offic.ordi.v.q.& vide authen.si clericus.C. de episcop. & cler. & vnde sumitur & per Panor.in d.c.j.in d.glo.publicum inuehitur contra Bar. in
63 l.diuus.ff.de cust.reo. †quatenus dicit si ecclesiasticus tradit conuitum de hæresi puniendū iudici laico & temporali, quod non tenetur punire nisi videat processum nec tenetur stare dictæ sententiæ,sed de nouo formare potest processum, dicit ibi Panor.fore contra tex.in d.cap.vt inquisitionis.§. prohibemus. de hære. in vj. vbi nec etiam indirecte potest cognoscere.Et no.q̄ licet ibi hoc

teneat

teneat Bar.& i l.magistratibus.ff.de iurisf.omni. iud.sequendo Guil.de Cu.ibi per tex.in.§.si vero crimen,idem tamen tenent ibi Alberi. & Bald. & Angel.Fulgo. & Paul. de Cast.& quasi legistę omnes hoc tenent pro communi vt dici.Imo.in c. j.de offi.ordi.Canonistæ vero tenent contrarium per tex.illum expressum.in d.§.prohibemus. & Bal.in d.authen. clericus & Ang.in d.l.diuus. & in l.j.C.de exhib.rei.Salyce.i l. ea quidem.viij. col.C.qui accus.non pos. qui respondet ad d.§. si vero crimen,quod ibi erat condemnandus, secus quando puniendus condemnatus traditur & per Anchara.in cap.at si clerici.de iudi. & ibi etiam Deci.in fi.j.gl.ij.conclus.& in d.c.j.qui respondet ad d.§.quod loquatur in alio crimine quam mere ecclesiastico & Alex.in d.l.magistratibus, & ibi Ias.& cæteri omnes hoc tenent contra Bar.plene & per Fely.in d.c.ad abolendam.in fi. vbi plene & Oldr. in consi.lxxxix. & Alexan. & Barba. post Bart. in d.l.diuus.& in d. l. magistratibus. Et sic amplia vt secularis non possit cognoscere etiam indirecte post condemnationem factam per ecclesiasticum in executione dictæ sententię licet seculari tradatur puniendus: iuxta.c.præsidentes, de hæret.in vj.d.§.prohibemus.et d.c.ad abolendam.& c.j.de hæreti.in vj. 64 †Limita tamen nisi addendo laico nouas pœnas,potest enim secularis iudex nouas pœnas addere laico licet hæresis declaratio spectet ad solum ecclesiasticum:ita Anto.de Butri.in c.cum sit generale.de foro compe. de quo tamen Panor.ibi dubitat cum tale crimen sit mere ecclesiasticum , & ad eum spectet cognitio , & non ad laicum, nec valebit statutum alias pœnas imponens per no.in c.ij.de consti.in vj.& in l. fi.ff.de iuris.om.iudi.facit.c.statutum,de hære.in vj.& tanto magis ex quo eadem pęna imponitur a iure canonico quę a iure ciuili & consuetudinario:vt dicit Panor.in d.c.ad abolendam,in gl.audientia post Hostien.& Ioan. And.videlicet pœna ignis & concremationis auth. Ioannis.xv. c.& dicetur infra suo loco & patet in cōstitu.reg. inconsutilem in fi.& per Felyn.in d.c.ad abolendam,in fi. merito alias pœnas forte statutarias nō posset imponere:pro prædicto tamen Anto.videtur facere glo.in cle.ne romana, in versi.tolli de electione. vbi licet per pœnæ adiectionem lex superioris tolli non possit,tamen adiuuari potest, per pœnæ impositionem , & no.in c.si propter,de resti.in integr.in vj.Ioan. And.in cap.fin.de offic. archi.Panor.in c. prudentiam vlt.no. in prin. de offi.deleg.Deci.in consi.xj.vij.col.ver. nō obstat statutum , licet ergo non posset iudex laicus nouas pœnas imponere in præiudicium iuris ecclesiastici, tamen potest addere laico nouas pœnas , dummodo non recedat a pœnis ecclesiasticis sed easdem imponatur : aliud enim est facere contra legem aliud præter legem vt not.Bart. in l. cum lex.ff.de fideiu. & in l.stipulatio ista.§.alteri. ff. de verb.oblig.& not.ꝙ licet consti.reg. inconsutilem , dicet officiales seculares posse procedere & pęnam ignis imponere,tamen,illa constitu.fuit ante d.c. vt inquisitionis.§.prohibemus. cum ibi fiat mentio de conditore.d.constitu. Frideri. Impera. de stat.contra libr. ecclef.§.Gazaros , cum seq.licet ergo forte ante d.c.iudex secularis potuisset procedere & punire tamen hodie non potest per d.§.prohibemus.& etiā per c.reg. incip. item statuimus quod officiales seculares,edictum in planitię sancti Marti.per regem Carol.primū prohibentur iudices seculares intromitti in crimine ecclesiastico:de quo etiam per Matthæ.in cōstit. maiestati nostri.ij. not. vel intellige vt per Matthæ.in d.consti.inconsutilem in glos. per officiales.quod no.ad ea quę traduntur post glo.per Panor.in d.c.cum sit generale, de criminibus ecclesiasticis: vt pro illis puniendis non se intromittat iudex secularis per d.c.& per cōsti.maiestati nostrę nullo tamen casu,& in constitu.multæ leges no. Cumque huius criminis cognitio ad ecclesiasticum spectet horum alii ordinarij dicuntur alij delegati, horum autem alij a sede apostolica 65 alij ab ordinario dicuntur delegati. †Ordinarij dicuntur episcopi diœcesani vt in clementi. j.§.j.de hęreti.& ibi per Card.& per hoc, eo.tit. in vj.& in cap.ad abolendam.eo.& in c.excommunicamus, in fi.eo.vbi Fely.pe.col.versi.no.ex fi.et hoc tam contra clericos ꝙ contra laicos , & etiam contra exemptos, cōtra quos episcopus dicitur ordinarius secundum Hosti.in in d.c.ad abolendam , & hoc quia habet generalem iurisdictionem, & morte delegantis aut delegati non extinguitur talis iurisditio,sicut in delegata c.gratum. de offi.deleg.Ioan.Andr.vero in d.c.tenet contra Host.ꝙ contra exemptos dicatur episcopus delegatus nō ordinarius vt ibi dicit text.& licet morte alterutrius non extinguatur iurisditio , tamen illud est,quia delegatio ibi non dicitur fieri a papa,sed a sede apostolica , quæ nunquam moritur. c.si gratiose,de rescrip.in vj.item non fit personę sed dignitati,quæ nunquam moritur cap.quoniam abbas, de offic.delega.ideo in successorem trāsit, & ideo infert ꝙ si contingerit appellari a tali episcopo ad Papam appellaretur: & etiam ita tenet Panor.in d.c.in glo.fin.& Felyn.ibi.ij.col.versi. no.ꝙ procedetur.& idem sentire videtur glos. in 66 d.c.per hoc.in ver.delegata. †Sede autem vacante aut quasi,vt dicit glos. in cle.j.§.j.de hære. cap.dicitur ordinarius iudex & de hæresi cognoscet: vt dicit tex.in d.cap.ad abolendam.& in d. clem.j §.j.eo. non autem cognoscet capitulum de hæresi contra exemptos de quibus in d.c.cum episcopo concedatur talis cognitio iure speciali,et in tali iure non succedit capitulum: vt no.in c.verū, de foro compet.& Fely. in c.cum omnes.iiij. col. de constitu.& Panor.in c.cum omni de maior. & obed.& in c.scriptum , de electio.& in c.at si clerici.§.de adulterijs.de iudi.Ioan.tamen Monach. tenet oppositum. Panor. autem in d.c. ad abolendam,in fi.tenet cum Ioan. And.per.d.c.verum,intellige tamen ꝙ episcopus & capitulum possunt cognoscere tanquam ordinarij quando crimen hęresis & factum clarum est, & determinatum a iure.secus tamen vbi dubium esset;tunc in dubia hæresi non cognoscit episcopus nec capitulum,sed ad Papam quæstio remittitur decidenda. xxiiij.q. j. c.quoties.& c.maiores de pactis, & vide Panor. in d.

67 in d.c.ad abolendam.ij.no. †Delegati vero dicuntur aut a iure, aut a sede apostolica, aut ab episcopo, delegati a iure dicuntur episcopi contra exemptos ab eorum iurisdictione, qui priuilegium habent a sede apostolica ne cognoscatur ab alij quam ab eadem sede, tunc tale priuilegium non habebit locum in crimine hæresis: nam tales exẽpti ab episcopo cognosci possunt, non obstante priuilegio: & tunc episcopi dicuntur delegati a iure vt dicitur in d.c.ad abolendam, in fi. ibi tanquam a sede apostolica delegatis, sic & in c.in refragabili.§.cæterum, de offi.ordi. vide glo.in d.cap. ad abolendam.in versi.delegatis & in c. pro hoc. in ver.delegata, de hære.in vj. & sic not. casum in quo propter criminis immanitatem ammittitur priuilegium; & ibi glo.in d.ver. delegatis, ponit quñ propter delictum priuilegium ammittatur, vide tamen in c.j.de priuile.in vj.& in c.fi.de foro compe.vbi per Panor.& Bal. & alios in authen. qua prouincia.C.vbi de crim. agi opor. delegati vero ab homine & a sede apostolica, quando delegantur episcopi: vt habetur in d.cap.per hoc, vz quñ Papa expresse committit causam & delegat episcopo non tamen monendo ad suum officium exercendum, cum tunc delegare non diceretur. c.licet, & c.graue.de offi.delega.not.glo. in d.c. per hoc, in ver.delegata.& operabitur talis delegatio quod non impeditur exercitium talis iurisditionis, quia episcopus procedere posset per generalem delegationem factam alij ab apostolica sede: sed vterque procedere potest diuisim aut communiter, & processus communicandi sunt, & per vtrosque simul sententia proferenda est si conuenerint, alias apostolicæ sedi remittenda erit quęstio & processus ita tamen quod ipse delegatus episcopus obseruet modum procedendi, quem & hæreticæ prauitatis inquisitores obseruare debent per iura communia & speciales concessiones & ordinationes pontificis: ita dicitur in d. cap. per hoc, dic tamen vt in extrauagan. Boni.incip. ex eo quod quædam nouella. Quando delegantur alij non diœcesani generaliter in prouincia aliqua, ciuitate, vel diœcesi talis dicitur inquisitor hæreticæ prauitatis de cuius officio & potestate diffe-

68 rendum est. †Et primo quod inquisitor iste hæreticæ prauitatis non potest esse minor xl.annis vt in cle.ij.in princi.de hære.qui tamen annus sufficit esse inceptus licet non completus: vt ibi per Card.& glo.& si detur minor non vz, & dans punitur vt ibi in fi.per glo.& Card.in ver.committi.& tunc talis inquisitor delegatam dicitur habere iurisdictionem non ordinariam sicut episcopus, immo specialem & limitatam: vt plene prosequitur Deci.in consi.cxxxvij.iij.col.ver. secũdo principaliter.dicitur delegatus ad vniuersitatẽ causarũ siue in prouincia, siue ĩ ciuitate siue in diœcesi & castro ordinetur & hoc per tex. & Ioã. And.in d.c.per hoc, de hære. in vj. & probatur arguẽdo a speciali de c.ne aliqui. de hære. in vj. iuncto c.ij.de offi.deleg.in vj.& per gl. in cle.ij. ver.ipsorum cõmmissarijs, de hęre. & hoc tenet Panor.in c.cum i.& a.ij.col.in glo.iij. de re iud. & in c.fi.pe.col.ver.venio ad secũdã eo.ti. de re iudi.& in c.excõicamus.in fi.de hære.ij.Card.in

69 cle.j.in ij.oppo.de hære.& in.§.quia.ij.q. †Et dicit Panor.in d.c.fi.quod fauore fidei tales inquisitores habent iurisdictionem insolidum, & suparatim procedere possunt, quando plures sunt, licet in alijs sit secus: vt ibi prosequitur. & vide Panor.in d.c.causam.j.col. de resti. spolia. tales.n. inquisitores inuenti sunt ad augmentum fidei & extirpationem errorum: vt in cle. j. & ibi Card. in prin.de hære.ideo specialia eis concessa sunt.

70 †Notandum est ẽt quod licet isti talem habeant iurisditionem ẽt in diœcesi alicuius ordinarij & episcopi, tamẽ tales inquisitores non dicuntur habere iurisdictionẽ priuatiue: quia etiam episcopi procedere possunt aut capitulum sede vacante: iuxta d.cle.j.& d.c.ad abolendam, de hære. sed dicũtur habere iurisditionẽ cumulatiue: vt habetur in d.c.per hoc, de hære.in vj.& per Fely.in d.c. ad abolendam.j.col.ver. no. episcopos dummodo processus inuicem communicentur & vtroq; voto sentẽtia proferatur: in procedẽdo tñ locus erit præuentioni vt ibi dicitur in d.c.per hoc. & vide cle. j.§.eo. vbi quilibet sine altero dummodo quod ambo interueniant in sententiando & condem-

71 nando, alias nulla erit condemnatio vt ibi.†Citantibus tñ ambobus inquisitor præponendus est, ex quo delegatus c.sane.el ij.de offi.deleg.et c.studuisti.eo.sic & c.vt commissi.de hære. in vj. nisi & ipse episcopus vt delegatus citaret iuxta d.c. ad abolendam, in fi.quñ contra exẽptos & ex hoc infert Ana.in d.c.excõicamus, quod si vltra ordinariũ sint alij officiales in certo genere causæ, quod ordinariæ potestati non præiudicarent: de quo per Bald. in auth.habita.C.ne fili.pro pa.& in l. j.§.vbi autem.C.de cadu.tol.Saly.in l.fi.C.de iuris.om.iudi.Panor.in c.cæterum.ij.colũ. de iudi. Areti.in consi.x.per Fely.in d.c.excõicamus, pe. col.ver.no.ex fin.episcopum esse, secus tamẽ si in aliqua causa specialiter fuisset delegatus qs tunc prẹiudicaret ordinarię potestati vt p gl. j.in d.c.p

72 hoc. †In pmisis aũt quęrendũ est ex quo p d.c. p hoc.et per d.cle.j.§.j.de hęre.statuitur quod vterq; procedere posit ad inquirendũ citandũ realiter & personaliter, dũ tñ quod vterq; interueniat in condemnatione fiẽda cõtra hęreticũ alias nulla redditur snia, idẽ in tormẽtis inferẽdis, & inquisitionibus & incarcere artãdo, & alias vt in d.cle.j. p quã aliquid vltra d.c.per hoc statuitur, vz circa interuentũ personarũ in prædictis cõdemnatione & tortura cũ per illud c. vterq;, solus & de per se poterat condemnare, licet debebãt ad inuicem processus cõicare, & id quod dr de episcopo & de capitulo sede vacãte, intelligitur vt in d.cle j. dr. An ergo ex quo vterque in cõdemnando interuenire debet, ita ẽt in absoluendo, an vero vterque solus posit absoluere: quæstio est disputabilis, & gl. in d.cle.j.in ver.contra eos tenet quemlibet solũ posse absoluere cũ a iure veteri non receditur nisi quatenus expresse cautũ reperitur.l. præcipimus.C.de appel.l.sancimus.C.de testam.sed olim & hodie vterque poterat solus inquirere per d. cle.j.& de iure veteri per d.c.per hoc, solus cognoscebat & solus pronunciabat, licet communi-

state tenebatur processum, vt dicit glo. in d. clem. versi. ad sententiam, & hodie immutatum reperitur tantum in condemnando; ergo in absoluendo cum expresse non dicatur solus pronunciat: cum ius antiquum non immutetur, facit c. statutum de elec. in vj. & no. in c. pręceptis. xij. dist. ij. iij. q. vj. c. accusatus, videndus tex. in c. inferior. xxj. dist. & l. iij. ff. de re iudi. & l. nemo. ff. de reg. iur. & c. cũ inferior. de maio. & obed. concessa enim potestate condemnandi, & absoluendi potestas non denegatur, cum ergo tale ius non immutetur, ergo stare non prohibetur, quo minus non possit absoluere: quæstio ista plene disputatur per Ciuilistas in rub. ff. de acquiren. poss. in materia connexitatis contrariorum & correlatiuorum magis videtur opinio cõis glo. in d. clem. quam ibi sequuntur Paul. de Eleaza. Lapus Cardi. Imo. & Panor. mouentur potissime, ex quo non semper ad paria iudicantur absolutio, & condemnatio, cũ quandoq; absolui possit licet nõ cõdemnari, vt ibi per eos. nonnullas alias rationes assignat Iaso. in d. rub. qui plene tradit disputando in l. iij. ff. de re iudi. & concludit cum d. glos. & sequacibus & Deci. etiam late prosequitur, & tãdem residet cum opi. d. glo. in l. nemo. ff. de reg. iuris. contra tamen dictum gl. tenent ibi Stepha. Verce. & Pet. de Ancha. in d. cle. j. moti potissime, quia etiam in correctorijs locum habet regula correlatiuorum, maxime stante identitate rationis vt per Ias. in l. fi. C. de indict. vidui. tollen. cum tunc passiua dicatur extensio quæ ẽt in exorbitantibus & correctorijs admitti solet, vt plene per Areti. Sozi. & nouissime per Herma. in d. rub. qui videntur sequi opi. Pe. contra d. glo. & etiam eam sequi videtur Fely. in c. iij. de re iudi. dicens, parem rationem esse in materia d. cle. condemnare & absoluere cum fauorem fidei respiciat: & ideo ex hac ratione refert vidisse Ioan. And. in d. cle. j. in quadam apostilla tenere contra. d. glos. & contra se ipsum allegatur potissime. l. solet. ff. de offi. proconsul. inducta vt per Sozi. in dicta rub. ex qua colligi videtur quod ex quo legatus, ille non habebat potestatem condemnandi, ꝙ nec etiam habet absoluendi, & si condemnandi habuisset potestatem, & absoluendi habuisset, & sic absolutio ab ipsa condemnatione deponere videtur, & tanquam quid connexum condemnationi, vbi ergo datur hæc, & illa datur, & econtra, vbi prohibetur, & illa prohibita censetur. allegatur etiã ratio, nam in correctorijs arguitur de reo ad actorẽ, vt no. videtur per glo. in clemen. sæpe. versi. voluit. de verb. sig. sed condemnatio ad actorem spectat, absolutio vero ad reum, & de vno infertur ad aliũ ẽt in correctorijs: ergo statutum in d. cle. j. circa cõdemnationẽ, statutum censetur circa absolutionem, allegatur ẽt alia ratio, nam in materia odiosa procedit argumentum de condemnatione ad absolutionem, & ideo pręscripta potestate condemnandi, & absoluendi præscripta censetur: secundũ Inno. in c. dilecto. de offi. Archi. Bal. & alios in l. Imperium. ff. de iurisd. omn. iudi. iunctis dictis Bar. in l. j. §. si qs hoc. ff. de itin. act. pri. strictior. n. fit interpretatio in præscriptione iuris ꝙ in statutis, & licet Herma. conetur in d. rub. ostendere nouis rationibus, tamen ad idem tendunt rationes illæ cum alijs per Areti. & Sozi. adductis cum dicant illud esse ex identitate rationis fauore fidei, quæ ita militant in condemnãdo sicut in absoluendo, & licet dicat ẽt absolutionẽ venire ex quadam consequentia, & indiuiduitate iuxta doctrinã Bart. in l. græce. §. illud. ff. de fideiusso. tñ non benedicit nec se confert talis ratio. cũ Bar. consideret dependentiam per principale, & accessorium ad idem principale, & eo respectu dici indiuiduũ, absolutio autem ad condemnationem huiusmodi non consideratur, sed potius ex vi et ex propria significatione et natura correlatiuorum, vt vno præsupposito, & ad aliud præsupponi censeatur ex quadam necessitate l. j. C. de cupressis. & d. l. fin. C. de indic. vidui. tol. sicut de patre & filio dicitur, nam filius non esset nisi fuerit pater, & ecõtra vxor & vir, actor & reus, emptio & venditio, & similia, ideo magis stringit cæterorum ratio in natura correlatiui fundata, quam circa dependentiã: conati sunt per alia verba idem & eidem adducere rationes, Aret. & Sozi. tenendum tamen puto cõem canonistarũ opinionem, & gl. in d. cle. j. vt in absoluendo non extendatur d. cle. j. vltra rationes modernorum ab identitate rationis cessante, cum fauorabilior sit absolutio quam condemnatio, & per redditum ad ius antiquum & cõseruationem eiusdem per not. in cap. statutum. de præben. in vj. cum allega. per Moder. in d. l. iij. & in d. l. nemo. & in d. rub. & per d. l. fi. §. adeo. C. vbi sena. vel clari. vbi absolutio non denegatur licet condemnatio denegetur quo ad illas personas, per quem text. alias etiam dicebat Mar. de Cara. in consti. vt vniuersis. j. lib. ꝙ licet barones & milites regni condemnandi essent per pares & non per iustitiarios, tamen per eos absolui possunt absque parium consilio et interuẽtu, postquam glo. Martini fuit introductum quoddam capitulum reg. per regem Caro. primũ quod incip. item statuimus, ꝙ siue condemnentur siue absoluantur pares adesse debent per quod nõ cadit exitatio quo ad eos, potest tamen assignari ratio, ꝙ absolui possit inquisitus ab alterutro iuxta cõem sententiam, nam dispositio d. clem. emanauit duplici ratione & causa, vt ex ea colligi vr̃, prima propter excessus, & grauamina solita inferri per tales inquisitores in subditos & fideles: vt colligi vr̃ ex præambulo & principio d. cle. j. ibi, multorum querela sedis apostolicę pulsauit auditũ, & ibi, dum sub pietatis specie grauãtur innoxij cedat infidelium detrimẽtum, ex quibus verbis deprehendi videtur emanatam esse ad compescendos excessus ipsorum inquisitorum cõtra fideles fortasse odio, prece, aut corruptione aliorũ nõnulli fideles grauabantur & condemnabantur, aut aliæ fiebant extorsiones, vt dicit cle. nolentes de hære. tam circa videlicet condemnationes ꝙ circa torturas & carcerationes, ideo fuit per sedem apostolicã prouisum, ꝙ circa istos actus vt irreparabiles artioris carceris tormẽtorũ illationis & sentẽtiæ cõdemnatorię probationis interueniat diœcesanus, & econtra inquisitor,

vt metu

vt metu & interuentu vtriusque, subditi non grauentur: vt dr etiam in fin. §. verum quia d. cle. & ideo sequitur in. §. j. propter quod ad Dei, & sequētia, ex quo sequitur ꝙ d. cle. vr emanata quodammodo potius in fauorem inquisiti vt interueniat vterq; iudicum, merito cum cessat ratio dubitationis in absolutione & ratio grauaminis, & potius inducta in eius fauorem videatur, in sui odium retorqueri non debet. l. quod fauore. C. de legi. & sentire vr Bald. in d. l. fi. C. vbi sena. vel clar. cessante ergo ratione d. cle. cessare videtur. & rationes in contrarium oppugnantes. Mod. in d. locis. & rub. Secūda ratio summi vr ex eadem cle. j. §. j. ibi, pp quod ad Dei gloriā & augmentū fidei, ex quo colligitur ēt d. cle. j. emanatā esse ad augmentum fidei, quod tñ augmentum cessare vr in absoluendo, nam fides nō ita augeri vr absoluēdo sicut condemnando & procedendo, nam condemnando pœna infligitur contra fidem sentientē & cæteris transit in exēplum, & terror cęteris inducitur fidelibus: vt a fide non discedant, argu. l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis. l. j. C. ad l. Iul. repe. l. j. C. de preci. Impe. offer. no. gl. in extrauag. qm̄, qui sint reb. in ver. exemplum. nec aliquid contra eā asseuerent ex quo augmentum fidei clare scit qđ cessare videtur in absoluendo, cum ergo cesset rationis identitas, & diuersitas vigeat, sequitur ꝙ et legis dispositio cessare videatur l. quamuis. §. adigere. ff. de iure pa. l. generaliter. C. de epis. & cle. c. cessante. de appel. ex quibus vnico verbo patet ad obiecta responsio. vt procedant stante identitate rationis quæ cessat in terminis dictæ clem. j. & glo. & ad l. solent. & d. l. nemo. respondendum est vt Moderni respondent in d. l. iij. & Panor. in d. cle. j. vt procedant in casu defectus iurisditionis & potestatis a iure prohibitæ & non concessę tñ capitulo si non datur cōdemnatio nec absolutio: at in casu d. cle. non negabatur iurisdictio & potestas penitus condemnandi, sed cum illa qualitate negabatur, videlicet nō cū interuentu vtriusq; eo vero interueniente concedebatur, merito non arguendum erit ex totali defectu iurisdictionis ad qualificatam, & limitatam vt in d. clemen. vel aliter intelligendo verbum accusari in d. l. solēt. videlicet ꝙ stet proprie vt glo. ibi sentire videtur in versicu. liberet contra inductionem Sozi. in d. rubri. intelligentis accusationem effectualem secuta videlicet condemnatione, licet fortasse quo ad rationes superius inductas in intellectu d. cle. dici posset quod illæ rationes ex quibus emanauit d. clemen. non sint finales rationes, sed potius impulsiuæ, ex quibus arguere non licet vt plene Ias. in dicta l. fina. C. de ind. vid. tol. & in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. in materia extensionis, cogitandum tamen est circa præmissa ex quo Ioan. And. in d. clemen. j. vt refert Fely. in d. c. iij. de re iud. in apost. sentit & tenet contra d. glo. in d. cle. considerando identitatem & paritatem rationis, vʒ fauoris fidei, qui ita cōplectitur in absoluendo sicut in condemnando, & depræhendi videtur ex dicta cle. j. §. j. ibi, negocium huiusmodi eo prosperetur felicius, & in. §. fin. ibi, procedere commisserunt vbi fuerit procedendū, ex quibus summi vr fauore fidei emanatā, maxima tñ est authoritas ipsius Ioan. And. in materia iuris canonici de cuius autho. Cardi. plene in proœ. clem. & plenissime Cur. in consi. j. & ex fonte iuris eius opiniones emanasse referunt doctores & miram ingenij grauitatem fouisse.

73 Ad inquisitoris officium reuertamur. † Qualiter igitur se habere debet ipse & eius officiales circa officij executionem, dic vt in d. cle. j. & ij. de hære. & in c. vt officium. & in c. vt inquisitionis. de hære. in vj. & c. vt commissi. eo. vbi de pœnis extorsionum & grauaminum per eosdem inquisitores, & de pœna impedientium officium inquisitoris. & de famulo inquisitoris offenso, & cōcessione portationis armorum, & de iuramento præstando per notarium actorum, et an habere debet salarium per Card. in d. cle. j. §. notarij. & in

74 d. cle. ij. §. notarij. eo. † Prohibentur autem tales inquisitores procedere contra episcopos de hęretica prauitate, non obstante ꝙ commissio data a papa fuerit generalis quantuncunq;, nam in tali generali commissione nō comprehenduntur episcopi nisi specialiter in tali commissione exprimantur, & hoc ex prærogatiua talium episcoporum: vt in c. quia periculosum. de sen. excō. in vj. bene tamen ipsi inquisitores si viderint aut intellexerint episcopos tali crimine diffamatos denūciare & referre debent sedi apostolicæ, ita traditur & dicitur in c. inquisitores. de hære. in vj. & per Panor. in c. excommunicamus. in fi. de hære. In simili facit d. c. quia periculosum. vbi nō possunt excommunicari nec supponi interdicto &

75 excommunicationi. † Item prohibentur cognoscere de sortilegiis, nisi manifestam saperent hæresim, alias si non ita manifeste, non cognoscunt ipsi nec cognoscere possunt an sapiant hæresim, licet possint an sapiant manifeste vt not. in c. fi. de offi. deleg. in vj. ita habetur in c. accusatus. §. sane de hæret. in vj. & Panor. in c. j. in fin. de sortileg. Matthę. in d. consti. inconsutilem xvj. no. j. q. &

76 supra fuit dictum. † Item prohibentur cognoscere super crimine vsurarum vel in foro pœnitentiali, cogēdo vsurarium ad earum restitutionem. dic vt per Felyn. in d. c. excommunicamus. in prin. iiij. col. versi. vtrum autē de crimine vsurarum. de hęre. Bald. in c. j. §. ad hoc. ij. col. de pa. iur. fir. & in c. j. §. similiter. j. col. de controuer. inuest. Sozi. in consi. ccxix. ver. confirmatur etiam

77 ij. vol. † Item prohibentur carcerare, acriter tormentare, & pronunciare hæreticum absq; interuentu episcopi, aut sede vacante capituli: vt traditur in d. cle. j. requisito tamen vtroque infra octo dies, & ibi vide per Cardi. in xvj. & seq. q. & ibi quid si discordent & vide in d. c. per hoc. de hære. in vj. & per Fely. in c. cum non ab homine. ii. col. versi. tertio. de iudi. & in d. c. excommu

78 nicamus. in fi. † Et quot monitiones tunc requirantur in interuētu vtriusq;, & an vnica sufficiat, dic vt per gl. in d. cle. i. & Card. ibi in xviii. q. et per quē debet fieri ista monitio, et an sufficiat per

79 nunciū aut epistolā per Card. ibi. xx. q. † Item prohibentur pœnas pecuniarias imponere hæreticis. ex quo hęreticorum bona ipso iure in eccle

stam sunt confiscata, vt in c.cum secundum leges. de hære in.vj.glo.& Cardi.in cle.ij.§.j.de hære. & in clemen.fi.§.fi.eo.& in c. vergentis.de hęre. & in dicta constit.inconsutilem.& in d.c.excommunicamus.eo.& vide in clem.fi.§.fin. per Card. & ibi in fin.ꝙ possunt dummodo pœnam pecuniariam distribuant in pauperes non sibi nec officio suo applicando,nisi ex causa necessitatis, & illud faciant in pœnitentiam inquisiti redeuntis non autem pertinacis, An autem inquisitores habeant iurisdictionem in alio crimine procedente ex hę-
80 resi.dic vt per Are.in consilio lxxxiij. †Item prohibetur inquisitor procedere contra diffamatū ex sola diffamatione si aliter non constat saltem per vnum testem Cardi.in clemn.j.§.pen.& clem. ij.§.fi.ij.q.& in fi.q.eo.Cōtrarium tamen dicitur in cap.vt officium. in princ.eo.in vj. Limita; nisi prius abiurasset hęresim,nam postea ex leui suspicione punitur grauiter.vt in c.accusatur.in princ.
81 de hæreticis in vj. † Item prohibetur retinere melioramenta emptoribus bonorum hæreticorū alienatorum quando reuocat alienata vt per Bal. in l.fi.§.fi.C.com.de lega.cum restiuere emptoribus teneatur. Item non potest retinere pretiū ab emptoribus sed eis tenetur restituere dummodo fuerit conuersum in vtilitatem venditoris,& non aliter per Bar.in.l.iij.ff.de his que in fra.cred.et in l.chirografis.§.fi.ff.de admini.tuto.Cyn.in.l.fi. C.ad.l.Iul.maiesta. Ias. plene in.§.item si quis in fraudem.insti.de actio.col.xxij.in versi.glos.magna,& ibi an teneatur ipse inquisitor soluere pre-
82 tium venditori rei alicuius ipsi hęretico. † Itē prohibetur inquisitor tollere defensiones inquisito de hæresi & exceptiones ei competentes : cum eas admittere debet nec potest tollere, dic vt per Docto.post Ancha.in.c.exibita.de iud.Item prohibetur procedere contra abiurantem heresim,nō obstante ꝙ pœnitentiam non ægerit,vt per Card. in consi.ij.de hære.Dec.plene in consil.cxxxvij.
83 in princi.ij. & iij.col. † Item non potest procedere inquisitor generalis contra eum contra quem processit specialis inquisitor datus a summo Pontifice, vt dicit Deci.in. d. consil.ij. col. versic.non obstat.cum papa causam committendo videtur ad se aduocare , & inferioribus potestas procedendi est interdicta cap. ad nostrum.de appella.& per cap.studuisti.de offi.deleg.& glos.in cap.per hoc de hære.in vj.cū allegatis per Deci.
84 ibi.iij.col. † Versa autem vice inquisitor potest procedere & inquirere de omnibus speciebus hæresis, de quibus supra , preter in casibus supra proxime , & in dicta clem.fi.in fi.vbi super illis erroribus cognoscit, & per Bald. in.l.nemo. in
85 fi.C.de sum.Tri. † Item potest procedere contra quascunque personas laicas & ecclesiasticas etiam exemptas,& priuilegiatas, ita dicit textus in cap. vt nostrum.§.denique de hæretic.in sexto & in dicto cap. ad abolendam , in fine & ibidem per Felyn.j.col.versicu.vltimo no.vide in ca. accusatus , in fi.de hære.in vi. vbi contra religiosos præterquam contra episcopum vt in.cap. in-
86 quisitores.eo.in vi. †Item inquisitor potest procedere , & inquirere etiam diœcesano,& episcopo non requisito,citare & etiam carcerare potest, dummodo non arctiores carceres & ad tormenta procedatur , dicitur in d.c.per hoc , eod.in vj. &
87 in.d.clemen.j.§.j.& ibi per Card. eod. † Item prædictas personas punire potest etiam ex sola mentis cogitatione,licet signa hæresis non probentur confessione tamen ipsarum , vt dicit Bald. in l.si quis non dicam rapere.ij.& vij.col.C.de epis.
88 & cler. † Item procedere potest contra vsurarios vt eos cogat ad rei restitutionem tantum, nō contra eos puniendos: vt per Bald.in cap.j.§. ad hæc, de pa. iur.fir.ij.col.Ioan.Mona. in c.accusatus,de hære.in vj.Fely.in c. excōmunicamus.iij. col.de hære.item potest bona per hæreticum alienata reuocare restituto tamen pretio vt supra di-
89 ctum est. †Item potest procedere contra impedientem iudęum baptizari , & contra Christianū si fiat iudęus , & contra iudęum baptizatum reuersum ad iudaismum,& contra iudæum inducentem Christianum ad iudaismum.dic vt per Card. in d.clemen. ij.§.j.de hæret. & vide text.in cap. contra Christianos,de hęre.in vj.& in const.reg. apostantes,de aposta.Item punire potest dicentem aliquid contra fidem licet iocose , dum tamen nō vt hęreticum puniat , nisi in dicto pressistat , vt si dixerit se habiturum vxorem in alio seculo , & alia verba proferat iocose.vt per Card.in d.cle.
90 j.§.nos , de sum.Tri. † Item potest concedere vsum & portationem armorum, vt si dominus tēporalis impedierit eum punire vt turbatorē Car. in clem.ij.§.porro.de hęre.dum tamen non exce-
91 dat metan.d.§.porro. †Item proceditur contra iudæum receptantem Christianum apostatam,vel iudæum purum christianum ementem , & circuncidentem,vel christianam accipiat et faciat eam iudaizare, & eam accipiat in vxorem , vel contra ementem Christianum & reuendentem cōtra. l.j.C.ne christia.man. vel contra iudæos crucifigētes Agnum in die veneris sancta de quibus per Old. in consi.xxxvj.plene. Item recipere potest testes etiam facta publicatione in causa , vt per Marsilium in practica in .§.sequens quæstio. & etiam non citata parte , vt in.l.de vnoquoque.ff. de re.iudicata. vbi per Marsilium: & infra dice-
92 tur. †Item inquisitor potest subdelegare, vt in clem.j.§. verum de hæretic. & clemen.ii.§.j.eo. & ibi per Card.post glo.& per eundem in cle.j.§. & quia.ii.quęstio. Alex.in l.more.j.col.vers. itē not.ff.de iurisdictione omnium iudicum , & etiā in fine.dic.l.ꝙ potest vicarium cōstituere, & vide glo.in dicta gl.j.in ver.ipsorum commissariis: Item procedere potest ēt mortuo constituente speciale crimen vt mortuo mandāte iurisdictio non finiatur fauore fidei: vt expressum est in c.ne aliqui.de hæret.in sexto. Angel. Paul. Alex. Iason. & alii in dicta.l.more. que iuncta legitur cum.l.
93 & quia.ff.de iurisdi.omni.iudi. † Item possunt cogere officiales laicos ad auxilium,& brachium præstandū seculare imparciendum sub pœna : vt in cap.vt inquisitionis.& cap.vt cōmissi. de hæreticis.in sexto & in c. præsidentes , & in capit. accusantes.§.denique eod.& in clemen.ij.eod. & in capitu.ad abolendam , & in.cap. excommunicamus

camus, eo. & ibi per Panor. & Fely. & per Mat. in procemio constitutionum regn. in princ. Et potest puniri impedientes officium inquisitionis, ca. vt officium, & cap. vt commissi. eodem in sexto. Item potest tollere omnia statuta, & consuetudines impedientes officium inquisitoris, vt in cap. statutum. de hæreti. in vj. Item potest inquirere post quinquennium a morte hæretici vt eius memoria damnetur. de quo per glo. in d. cap. accusatus eod. in vj. & in cap. ij. de præscrip. in vj. Panormi. & Fely. in cap. cum a nobis, de præscrip. & dicetur infra. Item potest cogere hæredes inquisiti de receptatione & fauore præstitis hæretico, qui promisit sub obligatione bonorum inquisitori agere pœnitentiam, tamen ante peractam mortuus sit accipere a dictis hæredibus bona & pœnitentiam exequi, vt dicit tex. in d. cap. accusatus. §. si vero pro his, de hære. in vj. Item procedere possunt contra blasfemantes Deum & sanctos dummodo moniti sint effecti incorrigibiles Matth. in constitu. inconsutilem. in glos. in versi. diuinæ maiestatis. Item procedere possunt cũ testibus excommunicatis, sociis, & particibus criminis, & alios defectus habentibus, vt traditur in cap. in fidei fauorem, de hære. in vj. Item absoluere & liberare possunt tales infamatos, aut de hæresi conuictos, vt dicitur in cap. super eo. & in c. vt officium §. j. de hære. in vj. in cap. ad abolendam. eo. & in constitutio. inconsutilem & in cap. accusatus. eo. in vj. Item potest excommunicare & priuare officio prædicationis impediẽtes prædicatores congregationem circa inquisitionem, vt in d. cap. accusatus. §. compescendi. Item potest prosequi hæreticum confugientem in alia prouincia vel venientem de alia prouincia in prouinciam inquisitores, & etiam pœnam cõmutare & priuare promotos a diœcesano beneficijs cum interuentu diœcesanorum, & etiam accipiendi libros, & processus inquisitionum per alios forte factos de quibus in tex. & glo. dicti capit. vt commissi vobis. Item procedere possunt simpliciter, summarie, & de plano. sine strepitu & figura iudicij, & etiam testibus non publicatis timore existente, & periculo in testium persona, adhibitis tamen doctoribus peritis & religiosis, vt dicitur in cap. fina. de hæreti. in vj. Item procedunt contra relapsos in hæresi post ab iuratam hæresim per quatuor illos modos de quibus in d. cap. accusatus. & in d. cap. ad abolendam. Item procedere possunt testibus periuris vt in d. cap. accusatus. §. licet, vbi not. fauore fidei vt ibi dicit glo.

94 †Et not. de istis inquisitoribus ꝙ si sunt plures in vna prouincia habent insolidum iurisdictionem, & dicuntur delegati ad vniuersitatem causarũ, vt not. in c. per hoc. & in c. nec aliqui. de hære. in vj. Io. And. in c. fi. de re iudica. in vj. non tamen vt ab omnibus hæreticus puniatur sed ab vno, vt per Ang. in l. si pluribus. in prin. col. j. ver. propterea dixit Bald. ff. de leg. j. post Guid. de suza. in l. si quis postea. ff. de iudic. c. vt officium de hære. in vj.

95 †Not. tamen ꝙ si isti inquisitores male versentur in eorum officio corrumpendo se & alia grauamina inferendo, possunt ab officio remoueri a prælatis tamen prouincialibus, licet ab eis non habeant iurisdictionem, eis vero negligentibus ordinarij deferre debent sedi apostolicę, non tamen amouere possunt, ita dicit text. in clem. nolentes. §. notarij de hæreti. & ibi per glo. & Cardi. in clemen. ii. ix. q. de rescrip. & ibi in fi. d. §. notarij. dicit ꝙ licet prælati hos amouere possint, tamen non possunt eos corrigere, vt ibi glos. in versicu. teneantur. & de pœnis istorum, vt in cle. j. §. fi. de hęreti. & d. §. notarii, & vltra illas pœnas criminaliter etiã puniri possunt vt per Bald. in l. sciuerint. de excusa. tut. & post eum habetur per apostil. dum allegat dicit clemen. j.

96 †Quãdoque vero isti inquisitores delegantur ab episcopo & sede vacante capitulo, & dicuntur eorum delegati, & etiam possunt inquirere & procedere contra hæreticos sicut & alij inquisitores, vt habetur in d. clem. j. §. j. & §. verum, ibi eius, & in c. fina. §. iubemus, ibi eo absente eius] vicario, de hære. in vi. & vide glo. in d. clem. in versi. consensum.

97 †Viso qui inquirere & procedere possunt & de eorum officio, & potestate, modo cõtra quos inquiri & procedi possit videamus, & sic de secundo. Circa igitur secundum dicendum est ꝙ quilibet de hæresi inquiri & accusari potest etiam religiosæ personę, & sacerdotes. c. ad abolendam. de hęre. & c. accusatus. in fi. eo. in vi. & etiam exemptæ personę & priuilegiatę. c. vt officium inquisitionis. §. denique. de hęre. in vi. & c. excõicamus. eod. etiam episcopus, vt in c. inquisitores. de hęreti. in vi. & ibi no. glo. in ver. apostolicę, quando specialiter cõmittitur inquisitoribus in eorum literis, immo tales acrius et grauius puniendi sunt, vt dicit text. in d. c. accusatus in fi.

98 †Etiam Imperator de hæresi puniri potest & deponi vt dicitur de Friderico Imperatore qui fuit ob hęresim, & alia crimina depositus vt traditur in c. ad apostolicę. in versicu. de hęresi. & ibi glo. eo verbo, de re iudic. in vj. & in c. vt inquisitionis, negocium. ibi, tunc in deuotionem romanę ecclesię persistentem, & ibi in glo. in versi. tunc, de hęre. in vi. & glos. in cap. si Papa. xl. dist. dic & intellige vt per Bart. & Bald. in l. fi. C. de legi. ꝙ deponi potest per solum Papam, & non per alium. x v. quæst. vi. c. alius. not. glo. in d. c. ad apostolicę. & cle. j. §. si & ibi Cardi. de iureiuran. in fi. Alex. post Bar. in l. j. §. j. ff. de requi. reis. licet glo. & Bal. in c. j. vlti. col. si inter do. & vassal. lis ori. & Bar. & Guil. in l. non ambigitur. ff. de leg. & in l. sed & reprobari. in prin. ff. de excus. tuto. dicant deponi posse a populo romano a quo habuit imperium. l. j. ff. de consti. princi. tamen in d. l. fina. concludit Bart. & Bald. ibi ꝙ a solo Papa per d. cap. ad apostolicę, vide Barba. & Alex. post Bartol. & Bald. in d. l. fi. & vide de Friderico Imperatore per Matth. in prelud. consti. j. q. ꝙ fuit depositus per Papam, & Isernia in prelud. feud. & in procœ. constitu. vide per Cardi. in clemen. ij. §. certum de elec.

99 †Sed an Papa teneatur de hęresi vt deponi possit a Papatu, & per quę er it deponendus, in quo dicas quod etiam deponi potest propter hęresim non a se sed ab alio, vt a concilio. hic est text. in d. cap. si Papa. xl. distin.

stin.et ibi per glo.vbi ponit de quibus tenetur Papa,vt ex eis deponi possit,admodum enim periculosum esset si vera fides quæ in toto populo Christiano requiritur in capite non reperiatur: vt dicitur in c.miramur.lxj.dist.ideo dixit glos. in c. acatius.xxiiij.q.j.versi. hæresim, papam hæreticum minorem esse quolibet catholico & de veritate d.glo.an pro notorio crimine si est incorrigibilis deponi possit per Deci.plenissime plusquam alius in consi.clj.per totum.vbi multas refert opiniones theologorum, & canonistarum, & late disputat in hoc,& vide Panor. in c. quoties. de simo.& in c.quia diligētia.j.col. de elect. & in c.cum venissent.& ibi Deci.iij. col. de iudic. & in repertorio.c.extirpandæ.§.qui vero.de præbē. & in c.proposuit.de conces.præben. vbi ab alio non a se ipso deponendus,& in c.significasti.j. colum.de electio. & in c. quanto. de translat. epis. vbi per concilium deponēdus est ob hæresim per Ioan.de Lig.in tracta.de senten.excom. in fin.j. par.& per Boni.in rub.de hære. versi. item not. vbi de Papa & Imperatore Cardi.in cle.ij.cæterum de hære.& in.§.nuncij.in fin.vbi per concilium aut successorem si congregari non potest cōcilium,& in c.licet.de elect. Archi. in c. fidei. de hære.in vj. & vide xvij. distin.§.hinc etiam. & ij.q.vij.§.item cum Balaam.& dixit Hostien. & Ioan. And.in c.proposuit.de conces.præbē. & Floria.in l.sed & loci.§.j.fini. regū.ꝙ si Papa mandat aliquid quod sapiat hæresim turbat statum ecclesiæ & obediri non debet. 100 †Et in tātum de hæresi puniri potest Papa,ꝙ non licet nec potest facere statutum ꝙ Papa de hæresi non teneatur, ex quo periclitaret tota ecclesia quod non licet. xxv. q. j.c.sunt quidam.ita glo.in d.c.si Papa. in ver.a fide. Intellige tamen si esset incorrigibilis,sed si paratus esset se corregi,nec accusari,nec deponi posset,vt in c.aperte.& in c.j.xxiij.q.j.& c.dixit Apostolus.xxiiij. quæst.iij.glos.in d.c.si Papa.in versi. a fide. tamen intelligendum erit in crimine notorio.& hæresi large, secus in propria hæresi:nam etiam si esset occulta accusari, & deponi posset,vt sentit glos. in d.c.si Papa. & Deci.in d.consi.clj.vj.colum. in princ. in versi. non esset verum. 101 †Iudæi vero non possunt accusari de hæresi,cum in eis non cadat hæresis, gl. in clem.j.§.j.de vsur.Dec.in d.c.ex epistolæ.col. xij.in q.de editio.ver.cōfirmatur hoc.de proba.

Viso igitur de personis quæ teneri & puniri possint de hæresi, nunc de processu hæreticorum videndum est. 102 † Circa igitur tertium dicendum est ꝙ læsæ diuinæ maiestatis crimen humanæ læsæ maiestatis crimini equiparatur,vt dicitur in c. statutum.el ij. de hære. in vj.not. glos.& Saly. in l.ij.C.ad l.Iul. maiesta. immo longe grauius est æternam offendere maiestatem quam temporalē, vt in authen.gazaros.C.de hære.c.vergentis.eo. titu.c.j.§.gazaros.de statu. contra liber.eccle.gl. & tex.in consti.reg.inconsutilem.vbi grauius crimen censendum erit diuina nanque gratia humanis debet præualere legibus.§.hinc autem, in authen.de mona.ideo in modo procedendi in hoc crimine quod in alio humanæ læsæ maiestatis crimine statuitur, & hic statui videtur vt dicit text. ibi per omnia volumus obseruari & Ang.in glo. che hai tradito la tua patria,versi.quæro an sacerdos,& præceden.col.vbi statutum in vno & in alio statutum censetur,& per Matthę.in consi. j.& per glos.in d. consti. inconsutilem. & ideo sicut in illo proceditur ita & in isto, & ideo sicut in illo crimine procedi solet per inquisitionem, denunciationem & accusationē simpliciter,summarie,& de plano,absque strepitu & figura iudicij:vt habetur in extrauag.ad reprimendam, ita & in isto crimine:vt traditur in c.fin.de hære.in vj.in prin.& in consti. inconsutilem. & ibi per Matth.in xxix.no.ꝙ per inquisitionem procedi possit constat ex c.in fidei fauorem,iuncta glo.in ver.inquisitionis & in ca. vt officium inquisitionis,& in c.inquisitores.& in c.vt inquisitionis negocium.& in c.fin.& in c.ne aliqui.& c.præsidētes,& c.per hoc,de hære.in vj.& in clem. j.& ij. eo.in quibus modus traditur procedendi in inquisitione tex.in l.apostatarum.C.de apostа. & in l. nemo.C.de iudæ.& in reg.dictat d.consti. inconsutilem,ibi nemine etiam deferente & ibi per officiales inquiri hæreticum vltra tradita in dictis capit. & in cle.j.& ij.per Card. in cle.j.§.fina.de vsur.& in d.cle.j.& ij.de hære. & ne dum in hoc crimine sed etiam quando iniuria facta est ecclesiæ,episcopo,& alij personæ ecclesiasticæ & religiosæ:nam tunc ex officio procedi potest Bar. & Bal.in l.si quis in hoc genus.C. de epis. & cle.gl. & Matthæ.in d.consti.inconsutilem.in ver.diuinæ maiest.& in regno extat.c.super iniurijs illatis ecclesiæ,& personis ecclesiasticis: vt ex officio procedi possit per iustitiarium prouinciæ. 103 †Et an ordinem iudiciorum seruare debet inquisitor:dic vt per Canonistas post Inno.in c.exhibita.de iudi.& Bald.in sua marga.in versi. inquisitio,& dic vt ibi in c.fi.& c.per hoc.in fin.de hære.in vj.cumula.in loco & materia inquisitionis,de qua per Ang.in l.si vacantia.C.de bo. vacan.lib.xj.& Ang.in glo.hæc est quædam inquisitio,& per Bar.in d.consti.ad reprimen.in versi. per inquisitionem & Mar. in pra.in.§.constante, formam autem inquisitionis vide per Spec.in tit. de teste.§.vij.ver.porro de denunciatione, dic vt in d.consti.inconsutilem,ibi etiam nemine deferente,& d.l.apostatarum & per Matth.in d.consti.inconsutilem.xix. not. arguitur ex d. extrauag.ad reprimen.ibi per denunciationem de qua ibi per Bar.& Ang.in glo. necnon ad denunciationem. 104 †Procedi etiam potest in hoc crimine per exceptionem,vt sentire videtur glos. in d. c.in fidei fauorem,in ver.inquisitionis de hæret. in vj.speciale tamen de quo in d.ca. in fidei ꝙ testes excōicati & participes & alij inhabiles admittantur fauore fidei, non habet locum quando per exceptionem aut accusationem procedetur, sed quando per inquisitionem: vt dicit ibi glos.in ver.inquisitionis cum in plus se habeat inquisitio & fauorabilior sit exceptione & accusatione.ij. q.vij.c.si quis episcopus.& vide per Matthæ. in consti.vt vniuersis.iij.not.in fi.vbi in causa hæresis statutum faciens mentionem de accusatione

non

105 non extenditur ad inquisitionem. † De accusatione vero patet in c. accusatus.& in cap.fin. in versi.accusatoribus,de hære.in vj.& not. in d.c. infidei fauorem.ver.inquisitionis.& in d.l.apostatarum.& dicitur in d.consti.inconsutilem.& per Matthæ.ibi.xix.not. & in d. extrauag.ad repri.
106 ibi per accusationem. †Circa quam accusationẽ sciendum est,hoc hęresis crimen publicũ esse, & ad quemlibet ius accusandi spectare: vt dicit tex.in l.manicheos.C.de hereti.& in d.l.apostatarum,& dicitur in d.consti.inconsutilem,ibi inter cætera publica crimina numerentur, Ang.in glo.necnon ad querelam.iiij.col Bald. in rub.C. qui accusa.pos.ij.col.& in l.reos.ij.col. C. de accus.immo crimen etiam publicum est vbi iniuria fit ecclesię aut personę ecclesiasticę: vt dicitur in l.si quis in hoc genus,vbi Bart.C.de epis. & cle. & in l.j §.huius studij.ff.de iusti.& iur. Alexand. post Bartol.in l.j.ff.de publi.iud.glo.in d.consti. inconsutilem.in ver.diuinę. & ibi per Matth. in xv.no.& licet ritus magnę curię in regno.incip. item ꝙ nullus laicus admittatur tanquam vnus de populo,dicte nullum admitti ad denunciandum de aliquo crimine, tãquam vnus de populo, nisi suam vel suorum prosequatur iniuriã ex quo dici videatur in regno non habere locum titu.ff. de publi.iudi.vt quilibet de crimine publico accusare possit, tamen speciale est in hoc crimine, sicut i crimine lęsę maiesta.humanę, iuxta doctrinam Bar.in d.l.j.ff.de publ.iudi.Immo etiam iste ritus locum habet in his duobus casibus, nam iniuria facta diuinę & humanę maiestati, & religioni,omnibus facta videtur, vt dicit text. in d.l. manicheos.& in d.l.apostatarum. & in authen. quomo.opor.epis.§.licentiam.& glo.in d. consti. inconsutilem in ver.diuinę maiest.cum ergo omnibus facta censeatur iniuria quilibet propria nõ aliã prosequi vr̃ iniuriam , merito & in his locũ habet.d.ritus.idẽ qñ fit ecclesię aut episcopo & ꝑsonę ecclesiasticę per d.l.siquis in hoc genus, vbi Bar.& Bal.& Matth.in d.consti.incõsutilẽ in d. gl.diuinę sub ea rõne, ꝙ omnibus facta censeatur iniuria his personis illata,& licet in exorbitãtibus extẽsio nõ soleat fieri in casu ficto,vt est in talibus delictis et iniurijs,vt plene tradit Ias.i auth. quas actiones.C.de sacrosan.eccle.& Moder. in rub.ff.de acq.pos. in extẽsione cle.j.de here.tñ fauore publico vt in premissis casibus ꝑ d. l. si quis in hoc genus,& xvij.q.iiij. c. si quis deinceps & xxiiij.q.iij.c.quis quis et Mat.sentit in cõst.incõsutilẽ,in gl.diuinę,ver.in ea. admittitur talis extẽsio vt ꝑ Fely.plene in c.nõnulli,in prin.xxiiij. col.de rescrip.Bar.in l.si cõstãte in prin.xix.oppo.ff.de sol.ma.gl.in l.illud.C.de sacros.eccle.& plene Marsi.in consi.liiij.circa finẽ & cõsi. lvij. & cõsi.xciiii.& ꝑ Matth.in constitutione si quis aliquem,& Angelum in glo. necnon ad querelã.
107 †Et no.ꝙ licet aliquę ꝑsonę prohibitę videantur accusare de quibus in l.qui accusare.C.qui accusare po.vt infames,mulieres,serui,& cęteri de quibus ibi.& ꝑ Bal.in rub.C.qui accusa.nõ po.et Gandy.in ii.rub.& Ang.in d.gl.necnon ad querelã,& Spec.in titu.de accusa.§.j.tñ in hoc crimine admittuntur omnes,sicut in crimine læsę maie.humana. traditur in l.famosi, & in l.se.ff. ad leg.Iul. maie.Bar.in d.extrauag.ad reprimendã,in vers. per accusationẽ Gand.in d.rub.ij.habetur in hoc crimine in d.l.apostatarum, & in gl.in d.constit. inconsutilẽ,in ver.diuinæ Ang.in d.gl.necnon ad querelam.v.& vj.col.versi.x.repellitur,et in gl. che hai tradi.la tua par.ij.col.ver.quero quis possit accusare,& licet ita generaliter & in distincte diximus contentos et mentionatos in locis supra admitti ad hæc crimina accusanda, tñ ibidem cõtinentur nonnullę personę quę ẽt in dictis casibus non admittuntur , vt in illis qui repelluntur aut defectu naturali aut diuino defectu naturali,vt infantes & pupilli doli non capaces, & furiosi, muti,& surdi a natura: nam isti tales ex defectu naturali non admittuntur, per id quod dixit Bal.in rub.qui accu.non po.iij.col.vers.quæro si statutũ, vbi dixit si per statutũ dicatur quelibet admitti ad accusandum in aliquo crimine, quod tales nõ admittitur licet ex defectu ciuili prohibiti,eo casu admittantur,intellige tamen in pupillo non doli capace,& in furioso , & mente capto perpetuo secus in habente lucida internalla & in muto & surdo a natura,non aũt insurdastro, aut per accidens,cũ vtrunq; defectũ nõ habeat vt per Bal.in d.rub.& per Ang.in d.gl.nec non ad querelã, in fi.vij.& in prin.viij.col. vbi de minore & ita ibi declarat. Defectu aũt diuino, vt in excõicato,nã prohibetur pp periculũ participationis vt in c. pia,de excep.Bal.in d.rub.iij.col.vers.quæritur, & Ang.in d.gl.necnon ad querelam.vj.col. ver, vij.excõicatus,& Specul.in tit.de accus.§.j.ver. item ꝙ est anathematizatus & excõicatus . idem dico de hæretico,cũ sit excõicatus nõ admittitur. c.excõicamus,de hære.Specu.in d.§.j.versi.item excipitur ꝙ est hęreticus.ij. qõ.vij.c.pagani hæretici & iiij.qõ.j.c.j.& seq. & licet secundum ius ciuile admittatur contra hæreticum.d.qõ.vij.c.si hæreticus,tñ vt vbi tradit glo.j.secus est secundũ Canones vt ibi in fi.vel vt ibi dicit gl. intelligitur in hæretico minore, & large sumpto , non in proprio hære.a fide catho.deuiante:& ibi gl.etiã sentire videtur,ꝙ excommunicatus non admittatur ad accusandum,& d.cap.j.iiij.q.j.cum saltem large hæreticus dicatur,vt ibi dicit gloss.in c.ij. quarta quæstio.j.& glo.in d.c.si hæreticus,in fin. quilibet prædictorum modo de quibus supra excluditur ab accusando,etiam in his criminibus secundum canones , lice forte secundum ius ciuile non procederet, vt ibi dicit gloss.in d.c.si hęreticus,videlicet in casu illo tantum quando accusat de hæresi hæreticus in odium immanitatis criminis. idem in crimine læsę maie.humanæ cum vt supra parificentur. Quod autem dictum est in infante & doli non capace, secus est in impubere doli capace,adulto, & minore:nam isti in talibus criminibus admittuntur cum tutoris aut curatoris auctoritate.sicut in aliis ita Specula. in d.titu.de accusa.§.j.vers.item excipitur quod est pupillus, vbi in crimine læsæ maiestatis admittitur cum tutoris auctoritate Gandyn.in dicta rubrica.secunda colum.& erit speciale , ex quo in cæteris non

admittitur nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam.l.ij.ff.de accusatio. Bal.in dicta rubrica.ij. colum. versicul.quidam propter ætatem, & vide per Marsil.in consil.j. vbi ponit quis de crimine læsæ maie.potest accusare & testificari, & de pupillo. Item a prædictis excluditur inimicus, nam etiam in his casibus exceptuatis excluditur dummodo sit inimicus capitalis, vt dicit no. Specula. in d.titu.de accusa.§.j.in fin. Augusti. post Ange. in d.gloss.necnon ad querelam versi.vigesimo repellitur inimicus. vbi de inimico Marsil.in consil.xij. versi.ij.non probant ratione inimicitiæ et in l.j.§.præterea, prima col.ff.de qõ.& vide Specula.in d.titul.§.j. vbi ponit quæ personæ repelluntur ab accusando : & tandem circa fin.versic. in summa dicit ꝙ illæ personæ quę prohibentur admittuntur tñ in aliquibus casibus, vt in crim.lęsæ maie.hęresis, simoniæ sacrilegij, & aliis de q. bus ibi:tñ inimici non admittuntur:et vide p Iserniam.in c.j.§.diuina quoq;, & humana, de statutis contra libertatẽ.ecclesi.vbi arguit pro & contra, tandẽ distinguit in propria hæresi, & perfida, & in large sumpta vt ibi. 108 †Sed an requiratur p.sonę accusatoris legitimatio, ut si accuset filiusfa. requiratur patris cõsensus, pro vt magis communiter tenetur in l.fin.§.necessitate.C. de bon.quæ lib.& per Ang.et Augu.in gl.necnon ad querelã, ver.quid si filiusfam.Gandy.in ru.de filiofam.accusatore, et in rub.de var.qõ.in male.vj.col.Bel. in pra.in rub. de cau.crimi.iij.col. vel si accuset pupillus, adultus, aut minor, qui non possunt accusare nisi cum tutoris auctoritate, aut curatoris vt dñt.d. Doc.et Mar.in prac.in.§.expedita, et in.§. sequens quęstio, in quibus ẽt dicitur ꝙ si est minor & in patris potestate ꝙ ambo interuenire debent, & autorare, ad eo ꝙ pater vt pater, & curator vt curator, alias nullus redditur processus vt ibi dicunt.& Spec.in tit.de acto. versi.item ꝙ est filius fam. vr̃ dicere ꝙ ẽt in his casibus absq; tali legitimatione valeat iudicium, nam cum in his casibus procedatur summarie & de plano, sine figura iudicij.cap.fi.de hęre.in vj.& in extrauag. ad reprimendam, sequitur ꝙ ordo iuris etiam in substantialibus non requiratur, per tex.in clem. sæpe, de ver.sig.& ibi tradita per Ioan.And.Geor.na.et Lanf.in fi.rep.et per tradita per Bar.in d.extrauag.ad reprimendam, & Cano.in.c.olim, de accusat.et doct.Bar.et Bal.in.l.nec quicquã.§. de plano.ff.de offi.proconf.Card.in clẽ. ij.de iud. & p Par.ĩ tract.syndi.car.xcix.seq.& seq.Spec. in ti.de inquisi.§.nũc tractemus, ver.qui igitur et Ioan. Andr.in.d.c.fin.de hære.in vj.in glos. figura & per Mat.in consti.pacis cultum.v.not.vers. itẽ requiritur ordo iuris, cũ in ijs.criminibus summarie & de plano procedatur per.d.c.fi.ergo.non requiritur legitimatio personę, cum ordo iuris ẽt sũbstãtialis nõ requiratur in contrariũ:nam licet ita procedat & substantialia iudicij & ordo iuris nõ requirat, tñ nõ tolluntur ea q̃ sunt iuris naturalis, vt citationes, defensiones necessarię vt per eos tradit in d.locis & p Bar.in.d.extrauag.ad reprimẽdã, ĩ ver.figura.& Par.vbi supra, sed legitimatio psonę vt inqt Bar.in d.ver.figura, respicit ius naturale & defensionẽ: ideo legitimatio personę requiritur:idem dicit Bart. in l.nequicquam.§.de plano.ff.de offi.procon.& Par.in d. tract. cardi. xcix.& seq.& cart.lxxxviii.iiii.col.requiritur ergo legitimatio personę, alias processus nullus redditur, quod verum crederem in pupillo & impubere, non aũt in filio fam. cũ plerique concludant in criminibus publicis non requiri consensum patris:sed ad cautelam concludunt interuenire debere, sed deficientibus aliis substantialibus & ordine non seruato licet seruari debeat, nõ tamẽ per hoc annullatur processus : vt dicitur in d.cle.sępe & Specu.in d.§.nunc tractemus, versi. quid igitur. 109 †Sed quid accusatio fuerit inepta & non rite facta, an ex quo ita proceditur ex sustentetur Bart.in extrauagan.ad reprimẽ. in ver.accus.in ver.inquisitio.videtur tenere ꝙ ex quo proceditur per accusationem vt procedi possit secundum formam illius legis, ꝙ accusatio debet esse valida & recta, maxime in appositione loci & temporis secundum.l.libellorũ.ff. de accusa.tertia quęstio.vii.c.libellorum, cum talis appositio concurrat defensionem rei vt melius possit se defendere vt dicit Bald.in l.cum fratrem, & l. j.ff.de his quib.vt ind.& in l.in causis.ff.de accusatio.& in l.mora.ff.solu.matri.& in l.prima.C. vbi de poss.& in l.ius ciuile.ff.de iusti.& iur. & Bartol.& Ang.in d.l.libellorum & per Marsi. in consi.xlix.in fi.in addi.circa quas defensiones non suppletur beneficio.d.extrauag.ad reprimendã & per tradita per Par.in d.trac.car. 100. vbique per c.detestantes, non suppletur defectus d.l.libellorum, nec per clem.sępe, dic ꝙ licet interuenire debeat & apponi in accusatione, non tñ per hoc redditur nullus processus si non apponantur, vt condemnari non possit constito de prędictis criminibus, cum crimina qualitercunque clarueriut punienda sunt, vt inquit Iser.in consti. si damna clandestina, & in cõsti. iurisgentium & iii.q.iiii .c.ecce & tanto magis in crimine hęte. quod loco non circũscribitur, cum sit delictum in genere, ita Bald.in l.j. C. qui accusa.non po. & Ang.in d.l.libellorũ, & in authen.qũo.opor.epis. §.fi.vbi dixit quod contra comittentes delictum contra maiestatem diuinam, tenet processus sine solemnitate.l.libellorum Augu.post Ang.in. glo. hæc est quædam inquisi.vij. col. in add. locus & tempus & quod dictum est de accusatione. Idem de inquisitione vt talis solennitas non requiratur, vt per Bar.in d.etrauag.in versi.inquisitionem.& in hoc crimine, vt per Parid. in d. cha.100. iiij. col.in fi.in ver.an per d.c.& Augusti.in d.glo. in addit.locus & tempus & Bald.in d.l.j.C.qui accusa.non poss.& in l.edicta.C.de eden. 110 † Item no.ꝙ licet in alijs criminibus procedi nõ possit p inquisitionẽ absq; diffamatione, vt in c. qualiter & quando, de accusa.& per Ang.in repeti.l.si vacantia C.de bo.vac.& Ang.in gl.hæc est quedam inquisitio.& Mar.in.§.constante nu.16.cum seq. in practi.tñ in his criminibus procedit inquisitio absque diffamatione, ita Bar. in d.extrauag. in d.ver.inquisitione, & p Card. in cle.j.§.pe. & in cle.ij.q.ij.de hære. August.post Ange.in d.gl.hęc est

est quædam inquisitio.in addit. mero officio. & ibi dicit tex.alleg.per Card.in c.excommunica mus.§.adiicientes.de hæreti.non probare.tamen voluit inducere Card.vt inducit Bar.in extraua. qm̄, qui sint rebelles ibi publice aut occulte, & sic si occulte ergo diffamatio non requiritur in il lo casu,sic ēt dr̄ in d.§.adiicientes.ibi,aliqua oc culta conuenticula celebrantes,tamen ibi dicitur 111 fama fuerit. †Aduertendum tamen est ꝙ si fa cta & forma accusatione, aut inquisitione citatus compareat,ꝙ tunc lis erit contestanda,& respon dendum super accusatione aut inquisitione,vt di citur in d.extrauagan.ibi vel is foret legitime cō testata, ex quo versi.innuitur ꝙ si præsens esset deberet lis contestari,& sentit in hæresi.cap.cum contumacia.de hære. in vj.ibi, vt de fide respon deat, non tamen si non appareat,ex hoc processus sit nullus,sed vigore dictæ extrauag. validaretur si de maleficio constet per d.cle.sæpe.in fi.eo.ma xime,ex quo quælibet oppositio & actus sequens haberet vim litis contestationis,vt inquit.Ias.in l.nulli. C. de procur. & Par. in d. tracta. char. 112 xcviij.et seq.in cōment.c.detestantes. †Sinau tem citatus non comparet, tunc in eius contuma ciam procedi potest. d. extrauagan. ad repri. in prædictis criminibus. & hoc est in his speciale. cum regulariter in capitalibus parte absente ad diffinitiuā sententiam non procedatur. l.absentē. ff.de poen.Bar.in d.extrauag.in versi.contestata. & possent testes recipi ea non contestata, vt per glo.j.in c.quoniam frequenter. vt lit. non cōtest. 113 †Et ex hoc sequitur secundum Dy.in l.pen.§. ad crimen. ff.de publi. iudi. ꝙ in istis casibus ad mitteretur procurator licet in capitalibus regula riter non admittatur.d.§.ad crimen. Bart.tamen in d.extrauag.in ver.legitime,tenet contra Dy. ꝙ procurator interuenire non posset bene tamen defensor,& quilibet admittitur ad ostendendam eius innocentiam, & plene per Mar.in pract. in .§.sequitur.v.colum.ver.item potest etiam. & in l.lege Cornelia.§.fi.ff.de sica.in hæresi autem nō statim ꝙ est contumax condemnatur,sed per an num expectatur,qui si non comparet infra annū, tunc condemnatur vt hæreticus elapso anno, ita dicitur in d.cap.cum contumacia.de hære. in vj. An autem in crimine hęresis admittatur procura tor:dic ꝙ si in cæteris capitalibus,& non ita gra uioribus procurator non admittitur multo ma gis in his admitti non debet, tamen reo existen te absente potest de innocentia docere non vt ꝓ curator sed vt quilibet:vt dicit Bar.in d.extraua gā.Mar.vbi supra. et intelligo supradicta dubia quando dubium esset an sit hæreticus alias enim si constat hæreticum esse nullo modo admittitur, alias esset procurator excommunicatus per cap. si aduersus.de hære.vt si esset suspectus quis de hę resi citatus vt respondeat,& effectus si contumax tunc infra annum iuxta.d.c.cum cōtumacia.pos set comparere quis,non vt procurator sed vt qui 114 libet ad ostendendum suam innocentiam. †Sed an aduocatus admittatur an vero aduocando es set excommunicatus: videtur ꝙ in prædictis ad uocatum & quemlibet defensorem non admitti sed fore excommunicatum, vt dicit tex.in cap.si aduersus.de hære. vbi expresse aduocatis interdi citur aduocationis officium in tali crimine,& in c.fi.ibi,absq; aduocatorū strepitu, de hęre.in vj: facit tex.in c.excommunicamus §. credentes.& in c.sicut.de hære.& in c.ij.& c.accusatus.§.si ve ro & c.vt inquisitionis officium.in prin. & c.con tra christianos.& c.vt inquisitionis negocium.de hære.in vj.& in authen. credentes.C.eo. & in c. j.§.credentes.de stat.contra lib.eccle. tex.in con sti.inconsutilem.in fi.& ibi plus dicit gl. ꝙ in hę resi & crimine læsæ maie. non tenet rescriptum pro eo impetratum per l.ij.C.de sum. Tri.l.arria ni.C.de hære.l.ij.C.de offi.vica. & in crimi.læ sę maies.in l.qsquis.§.deniq;.C.ad leg. Iul.maie. in quibus iuribus dicitur puniri defensores & au xiliatores hæreticorum, & committentium cri men læsæ maie.sed clarum est ꝙ vbi prohibetur auxilium pręstari ꝙ tunc etiam aduocari prohi betur,vt dicit Ang.in gl. And.auxil.Gand.in tit. de banni.in prin.vj.col.versi.Item.pone in statu tis.Bar.in l.post legatum.§.sunt qui &.§. his ve ro.ff.de his quib.vt indi. Alber.in trac.statu.iiij. par.q.xxxij.Nel.in trac. banni.iij.par.ij.tēp.q. xxvj.& Bar.in d.§.deniq;. in contrariū videtur, nam aduocationis officium est publicum, & cui libet licet aduocare. ff. & C. de postu.l. seruum quoq;.§.publice.ff.de procurat. nec verum est ꝙ aduocando præstari videtur auxilium & defen sio, sed aliter intelligitur de auxilio & defensio ne proprie,& ita tenet Bar. in l.furti.§.ope.ff.de fur.& Alber.in d.trac.iiij.par.q.xxxiij. vbi di cit se defendisse inculpatos de hæresi in consisto rio publico annullando processum factum contra communitates per Papam Ioannē.xj.et obtinuit. vide Augu.post Ang.in d.glo. And.auxi.in ver. aduocando non obstat tex.in d.c.si aduersus.nam non loquitur quando quis de hęresi inculpatur an tunc liceat pro eo aduocare,sed loquitur quando alibi agunt aut conueniuntur in aliis causis, tunc nō licet eis præstare patrocinium,ita ēt prohibet notarios pro eis conficere instrumentum,non au tem loquitur ꝙ non liceat ipsos defendere allegā do eos non esse hæreticos, vel secundum Panor. loquitur in hæretico ponente qui per ecclesiam puniri non potest. Hostien.vero dicit loqui in ve ro hæretico secus si velit ad fidem reuerti,nam li cet pro eo aduocare. Ana. dicit in d.c.quando qs negat hæreticum esse, & vult ostendere se nō hę reticum admittitur, sed Gemi.in d.c.fin.in prin. de hęre.in vj.dicit admitti debere per illum tex. vbi dicitur sine strepitu aduocatorum, non ergo prohibetur aduocare, sed strepitus ꝓhibetur ad uocatorum,& negando strepitum & illam quali tatem concedit sine illa qualitate. Ioan.de Lig. in d.cap.si aduersus. refert Hostien. dicere aut hæresis est defensibilis, vt quia protulit verbum giocose hęreticum. & tunc admittitur & in hoc consuluit.Oldra.in consil.cxx. vbi allegabat ꝙ obiecta hæresim non saperent & Deci. consuluit in consi.ccxxxvij. quasi ꝙ illa mulier non pote rat inquietari per inquisitorē de hæresi.& Alber. in d.q.xxxij. ex quibus distinguēdum videtur ꝙ

aut

aut constat illum hæreticum esse, vel declaratus est hæreticus ex claris probationibus,& tunc nõ licet aduocare per generalitatem.d.c.si aduersus. & per text.in d.consti. inconsutilem,in fi.qui loquitur postquã est declaratus.& nollit reuerti ad fidẽ,& tex.in d.§.deniq;.aut res est dubia an verba saperent hæresim , aut non constat hęreticum esse aut hæresis est defensibilis & tunc aduocare potest pro eo & defendere hęreticum non esse nec in hæresim incidisse : cautius tamen est ex licentia inquisitoris vide Mat.in d.consti.inconsutilẽ. xxv.not.Fely.in d.c.si aduersus.in fin.Iser.in d. cap.j.§.satisfactionem.ij.col.ver.si vero, de stat. contra lib.vbi simpliciter prohibet,& ita etiam dici posset de procuratore admittendo , vel non: tamen maius dubium esset de procuratore cum in capitalibus non admittatur .

115 † An autẽ statim ꝙ citati comparent aut capiuntur carcerandi sunt & macerandi in carcere, an vero relaxari debent fideiussoribus de stando iuri,iuxta reg. constit.humanitatem. & alia.c.reg. dic ꝙ statim potest carcerari iuxta tenorẽ cle.j.§.j.&.§. sane. de hæret. seruata forma d.cle. nec relaxatur dicit fideiussoribus Arg.d.constitu.humanitatẽ.vbi excipitur crimine læsæ maie.humanę, ergo multo magis in diuina lęsa per d.constitu. inconsutilem.vbi maior ratio habetur vt ibi dicitur & in authen.gazaros.C.de hęreti. & in authen. vnde sumitur & in c.vergentis. eo. Circa vero torturã inferendam & arctiorem carcerem infligendum, interuenire debet episcopus,iuxta cle.j.§ j.de hæreticis.& vide ibi in gl.tormentis , an in ieiuniis imponendis quę vim tormentorum habent interuenire debet & limita,vt per glo.cap.fidei.de hęreti.in vj.vbi per inquisitionem proceditur secus si per accusationem,aut exceptionem tunc alteru ter sufficit & non vterq; requiritur vt supra fuit dictum.

116 † Et no. ꝙ licet alias leui suspitioni non stetur.l.iij.§.j.in fi.ff.de mino.Bal.in l.fin.in fin.C. de probatio. Gemi. in cap. habuisse.j.not. xxxiij. dist. tamen in hoc crimine statur tali suspicioni vt dicitur in d.authen. gazaros. ibi leui suspicioni,& in l.ij.& ibi glo.C. de hære.in d.cõstit.inconsutilem.ibi etiam si leuis suspitio, & ibi glo.& glo.in c.literas.ver.vehementem.de præsumpt.& in c.j.de hære.intellige tamen non ad effectum condemnandi & puniendi cum etiam ex vehementibus suspicionibus non condemnetur hęreticus,sed ex duobus testibus,vt concludit Oldra.in consi. ccix.sed ex tali suspicione perueniatur ad fidei examinationem & disputationem vt veritas appareat , & si deuius a fide vt puniatur nisi abiurauerit,sinautem non deuius sed orthodoxus liberatur,vt dicitur in d.iuribus, ita per glo. in d.constitu.inconsutilem.ver. etiam.& si leuis. & ibi Matthę. iuncta gloss.bene tamen si prædictæ suspiciones erunt sufficiẽtes ad torturam procedetur ad torturam ipsam quã solus inquisitor, aut solus ordinarius inferre nõ põt sed vterq; vt dicitur in d.cle.j.§.j. & vide ibidem per Card.§. pen.& plene in cle.j.§.fi.vlti.q.de vsu.vbi de modo ꝓcedendi & tortura inferenda.

117 †Sed an in vtroq; crimine procedi posit ad torturã absq; dictis suspicionibus,& indiciis sufficientibus,dic ꝙ sicut in cæteris criminibus procedi non potest absque indiciis , ita & in his in criminibus læsę maiest.humanę glo.Cy. Bal.& Saly.in l.si quis. C.ad l.Iul.maie. Ang.in gl.che hai tra. la tua patria.in prin. Matthę.in constit.monarchiam.iiij. not.post glo.ibi licet Azo.contra in summa eod. tit.cuius opinio non tenetur Bru. in tra. indi. ix. char.ij.col.Mars.in consi.xiiij.nu.xx.& consil. xviij.nu.vij.& cõs.xlvj.& consi.cxx.nu.xxxv. & in pract.in.§.cõstãte.et.§.diligẽter.col.xxviij. nu.clxxv.& in l.j.in princ. & in l.de minore.in prin.ff.de qõ.Ancha.in cons.ccccxxix.Cæpo.in consi.xl. & in d. locis per Mars. ẽt in casibus in quibus datur arbitrium procedendi requiruntur indicia,vt in d.extrauagan. ad reprimendã. ibi, prout videbitur ita Marsi.in dictis locis & cõsi. viij.& consi.v.& consi.xv.& consi.xx.& consi. xx[illegible].& consil.xxviij.& consil.xxxiiij.& consil. xlij.& consi.xlvj.& consi.xlix.& consi.lij.& cõsil.lxij. & consil. lxix. cum ergo ambo crimina æquiparentur,vt in d.consti.inconsutilẽ. ibi, per oĩa,statutũ in vno,& in alio statutum censetur ꝑ dicta per Ang.in d.gl. che hai tra. la tua patria. ver.quæro an sacerdos. Et ex hoc ẽt sicut in tali crimine non attenditur qualitas , & priuilegium personę siue miles fuerit,siue doctor,siue decurio, siue clericus,& alij de quibus plene per Bru.in d. trac.indi.ij.par.& Ang.in gl.fama publ.& Marsi.plene in pra.in.§.ex ꝑdicta. & in d.l.j.in prin. & in l.statu.liber.ff.de qõ. Gandi.in rubr.de qõ. & probatur in.l.nullus.C.ad l.Iulia.maie.et in l. milites.C.de qõ.& not.in c. j.de depos.& Ang.in d.gl.che hai tra.in prin.& in gl. fama pub.vers. vj.quæritur.& Mar.ĩ l.edictũ. in fi.& in d.§.diligẽter.ita & in hæresi vt dicunt dicti doctor.in d. locis ꝙ in his duobus criminibus nullum attendatur priuilegium allegant gl. in d l.nullus. vbi de simonia loquitur intelligẽtes.de hæresi.& ex hoc etiam erit dicendum sicut qñ proceditur per accusationem in crimine læsæ maie.humanæ accusator torquetur vna cum accusato , vbi non sunt indicia,vt dicitur in l.si quis.C.ad l.Iul.maie.ita & in hæresi qñ proceditur per accusationem .

118 † An autẽ indicia quæ debent concurrere in tortura inferenda in his criminibus debeant esse talia qualia in aliis criminibus, vt quid si probetur aliquod istorum per vnum testem de visu an debeat esse omni exceptione maior,an vero admittatur qui non sit huiusmodi , quid enim si esset infamis,aut aliter non integre an faciant indiciũ videtur ꝙ non,cum in talibus criminibus etiam infames & inhabiles admittantur,vt in l.famosi. ff.ad legem Iuliam maiestatis. & in capitulo in fidei fauorem.de hæreticis.in vj.no.glo.in l.iij.§. lege Iulia.ff.de testibus c.licet hely. el primo. de simoni.& c.per tuas.& ibi Doctor. & c.fauorabiles.de simon.Sozi.in tractatu fallentiarum.in regula quatringentesimadecimaquinta.j.fallen. Panor.in capitu.veniens.j.gloss. vers. oppo.de test. Doc.in cap.per tuas.eo. Specu.in titu.de accus.§. j.Fely.in c.testimonium. de testi.Iaso.in l.j.C.de sum.Tri.& in l.fi.C.de his qui.vt indi.Lanfran. in repe.

in repe.c.quoniam contra.in ver. testium deposi-tio.ver.quæro an infames.de proba.facit nam qui repellitur ab accusando repellitur a testificando. c.testes.iiij.q.j.sed inhabiles alias ad accusandum admittuntur in his criminibus, ergo & ad testifi-ficandum, cum si sufficiant ad condemnandum multo magis ad torquendum. In contrarium concluditur, nam licet admittantur tamen negari nõ potest quin non sint inhabiles.d.c. per tuas. ergo non facit indicium vt not.in l.iij.§.lege Cornel. ff.de testi.& ita tenet Alex. in consil.xj.ij. col.j. vol. vbi dicit etiam in talibus criminibus non facit indicium Marsi.in pra.in d.§.diligenter.ij. colum.& in consi.cj.nu.16.versi.& pro hac parte facit.& in consi.cij.versic.sed contra dictum leonellum. Sed quid si tales nõ faciunt indicium ad torquendum contra inculpatum de hęresi,quid fiẽdum, dic ꝙ debet se purgare & si recusauerit purgationem vt hęreticus puniretur.c.excommunicamus.§.adijcimus & c. ad abolendam.§.qui vero. de hęre.authen.gazaros.C.eo.& d. consti. inconsutilem.& si vocatus non comparuerit & effectus fuerit contumax, & per annum durauerit elapso anno vt hęreticus punitur vt d.cap.cum in contumacia.de hęre.in vj.& d.auth.gazaros.aut attendet inquisitor vel ordinarius qualitatem suspicionis & si ita leuis fuerit condemnare & punire debet ad construẽdum aliquem pium locum, vel ecclesiam dotare, ita dicit Archi.in c.accusatus.§. si vero. de hęre.in vj.vide Matthæ.in d.constitu. inconsutilem.xviij.not.versi. quid autem.& vide per Paul.Ghirlan. in d.tra. de hære.viij.q. x. & vlti.vbi no. ꝙ licet alias ex pręsumptionibus & suspicionibus non damnatur, tamen fallit causa hæresis in qua dicitur violentissima pręsumptio indubitatam & euidens probatio quod tamen intelligas in casu.d.cap.in cæteris, in quibus tacite contrahitur hæresis, & quando est relapsus vt d. c.accusatus. & ca.ad abolendam.§.illos.& Matthę.in d.consti. inconsutilem in glo.nolunt agnoscere,nam de præsenti pręsumitur,nisi probet cõtrarium,& fuerit emẽdatus saltem per tres annos Dyn.in l.si constante.§.si bona.in apost.ff.so.ma. Bald.in l.non ignorabit.C.ad exhiben.& in c.j. de feu.da. in vi.leg.commi. Barba.in c. testimonium.de testi. Corse. in sing.in ver. præsumptio. non tamen de præsenti presumitur in futurum vt ibi,alias extra hos casus sola præsumptio non sufficeret,idem dic in simonia,vt in c.ex literis.cap. illud. & c.tertio loco.de simo. Mars. in rub.C.de proba.char.xiiij.in fin.versi.modo venio ad alia, vbi de probatione pręsumptionis ibi fatendum tñ est,cum hęresi æquiparetur,vt dicit Ang.in glos. che hai tradi. la tua pat. & ibi per dictum Paul. Ghir.de præsumptionibus vbi distingue inter leuem & grauẽ suspicionem & de relapso.† Sed

119 quid si nulla sunt indicia neque præsumptiones & suspiciones aliquę etiam leues & proceditur ꝑ accusationem,an accusator posset indicere duellũ accusato,& per duellum probare vult tale crimẽ, sicut in crimine læsæ maiesta.humanę posset vt per constitu.monarchiam videtur dicendum admitti, nam sicut in crimine læsæ maie. humanæ admittitur vt in d.consti.monarchiam,ergo & in hęresi,vt statutum in vno ex parificatis,& in alio statutum censeatur.vt supra dictũ est,& per Ias.in l.transigere.C.de transa. Item duellum ex consuetudine solet permitti vt dicit Bald. in l. ne quis. C.deposi.& in l.j.C.de lati.liber.toll.& in l.fi.C. de prob. Alexan.post. Bar.& Ias.in l.ex hoc iure.contrarium tamen statuitur iure canonico nam eo iure duella prohibita sunt c. j. de cle. pugn. in due.& in c.monomachiam.ij.q.iiij.Ias. plene & in d.l.ex hoc iure.et iure etiam ciuili prohibetur. l.j.C. de digladia.libr.xj.& licet permittatur in tali crimine per d.consti.monarchiam.tamen hodie non obseruatur vt ibi per Iser. & Luc.de Pe. in d.l.j. & Matthæ. in d.consti.j.no. facit dictum Bald.in d.l.fi.C.de proba.esset enim damnare ex præsumptione quod non licet,vt ibi etiam in tali crimine,& sic nõ probatur crimẽ hęresis ex præsumptione,& per Matthę.in d.consti.inconsutilẽ. in glo.leuis.suspicionis, nisi vt supra.sed probari debet per duos testes etiam infames, & alias d.c. in fauorem fidei,de hęre.in vj. Marsi.in d.consil. j.& Alexan.d.xj.consi.facit dictum Panor.in ca. veniens.vlt. no.de testi. vbi crimen simonię est probandum plene,sed hæresis illi æquiparatur vt

120 supra,ergo. † Intellige tamen & limita vt per glo.ibi in vesic.inquisitionis, quando per inquisitionem procederetur, sed si per accusationem aut exceptionem locum non habet,nam testes debent esse habiles & idonei, quod tamen si verum esset magna esset limitatio & restrictio, cum illud inductum sit fauore fidei,qui consideratur quomodo fuerit processum,licet inquisitio magis sit fauorabilis & accusatio odiosa.ij.q.vij.cap. si quis episcopus,vt dicit ibi gl.& in odiosis & exorbitantibus licita sit extensio ex identitate rationis,maxime cum ratio in lege scripta reperiatur: vt in d.c.per ea quæ supradicta sunt, immo admittitur socius criminis, & etiam periurus nedum contra seipsum sed contra alios, dummodo non odio aut liuore vt in ca.accusatus.§.licet.de hæreti. in vj. & per Paul.Ghir.in trac.de hære.in v.q.ver.pro

121 qua opinione. † Sed an testes probent contra suspectum de hæresi parte non citata, videtur ꝙ non per l.si quando.C.de testi.& Bar.in l.fi.ff.de quæstio. Mat.in deci.cccxcj.nu.4.& 5. Ange. in glo.fama publica.iij.col.versi.& aduertas Bru.in tra.indi.in.j.q.j. par.Mar.in l.j. in princ.col. ij. vers. & aduertas ne erres.ff.de quæstio. Rom. in sing.ccclxvj. Marsi.in consi.ij.vij.col. & consil. viij.& consil.xij.& consil.vx.& consil.xviij. & consil.xxix. & consil. xxxv. & consil. xlvj. & consi.lj.& seq.& consil.lix.& consi.xcv.& consil.cj.& consi.cxx.& cõsi.cxxiij. & consi.cxxx. & in pra.in.§.expedita.& §.nunc videndum in quibus, ꝙ nec etiam faciunt indicium. In contrarium est tex. in c. fi. de hære.in vj. per quem ita limitat prędictam regulam Ro.in d.sing.ccclxvj. & Masil.in l.de vnoquoque,in fi.xij.col. v. ver. item limitat etiam Lud.Ro.vbi supra.ff.de re iu. & plene in consil.viij.vers.non obstat illud quod allegabatur per partem aduersam, facit quod dicitur in d.decisi.cccxcj. & quod dicit Mar. in d.

l.de

l.de vnoquoque in 50.casu vbi dicit in enormissimis partem non citari alle. Arch.in c.j.de homi. in vj.Fely.in c.quoniam frequenter, in prin.pen. col.vt lite non contesta.sed tale crimen huiusmodi est ergo,quod intellige vt per Mar.in d.consil. viij.secundum terminos d.c.fi.de hære.in vj.quādo inquisitus esset persona potens & licetur loquatur in publicatione testium, tamen idem est in citatione ex identitate rationis & timoris. 122 †Sed an attestationes testium publicandæ sunt & processus publicandus videtur ꝙ non vt dicitur & in d.c.fi.de hære.in vj.& nōnulli tradunt ꝙ publicatio processus non est de substantialibus, ideo eius commissio non viciat: vt traditur in l.prolatam. C.de sen. plene Alex.in cōsil.cxx.vij.vol.Ang. in glo.dictum process. publica. Matthæ.in consti. pacis cultum.v.no.Par.tract.syndi.in commento. c.detestantes Lanfran.in clemen.sæpe.de verbo. signifi.In contrarium colligitur ex text.in d.c.fi. de hære.in vj.versic.cæterum vbi publicatio attestationum in heresis crimine fieri debet,& in d. extrauag.ad reprimen.ibi eorum publicationem, etiam in causis in quibus proceditur sumarie & de plano vt per Bartol. in d.extrauag. in versic. figura,& alij in locis supra:nam talis publicatio concernit defensionem vt possit testes de falso redarguere & aliter se defendere vt dicit Bart. ibi & glos. in d.c.fin.in versic.indicijs, quę defensio tolli non potest quomodocunque procedatur vt in c.ad apostolicæ.de re iudic. in vj. & dicitur in d. extrauaga.& Par.in d.commento & Lanfran.in dicta clemen.dic vt distinguitur in d.c.fin. ꝙ aut est persona potens & timetur de offensione testiū, & tunc publicandi non sunt, aut non est potens, & tunc publicādi sunt: vt possit se defendere: bene tamen si non sunt publicati non propterea processus erit nullus per d.clementi.sępe,in fin.& ita glo.in d.c.fi.in d.versic.indicijs.& Alexan.in d. consil.cxx.& Matthæ. in d.constitu.pacis cultū. v.not. qui allegan gl. prædictam. 123 †Sed no.ꝙ si publice prędicat heresim, tunc non requiritur examinatio testinm, nec accusatio, nec publicatio, sed statim punitur vt dicit Iser. in d.c.j.§.deprehensi, de sta.contra libe.ecclesi. 124 †Sed an post publicatas attestationes testes examinari possunt in hoc crimine contra accusatum aut inquisitum, videtur ꝙ non per id quod dicit Bar. in d. extrauagan.ad reprimen.in vers.figura,& alij in d.cle.sæpe, nam licet procedatur summarie & de plano, tamen non possunt recipi testes post publicatas attestationes,dic ꝙ licet in alijs criminibus magis communiter concludatur, ꝙ post publicatas attestationes non possunt produci alij testes super eisdem capitulis ad offensam per accusatorē, aut iudicem,licet in hoc Bar.contrarium dixerit in l.vnius.§.j.ff.de quæstio. quem sequitur Ang. in gl.& d.process.publi.& Marsi.in cons.cxxvij. & Par.in tract.syndi.char.lx.j.col.& alij vt etiā per Mar. in pra.in.§.sequens quæstio.& in d.l. vnius.§.cogniturum tamen communiter tenetur ꝙ testes ad offensam recipi non possunt etiam ex officio iudicis licet ad defensam etiam post conclusionem possunt, vt per Ang.in glos.compa.in qui.& tot.neg.ver.quæro post publicationem processus & Mar. in d.§.sequens. & in sing.xc. vbi etiam limitat nisi super nouis ita Saly. in l.fi. C. de questio.tamē licet hoc sit in alijs criminibus, in crimine hæresis indistincte possunt produci testes post publicatas attestationes ita Angel. in l. per hanc.C.de tempor.appel.alleg.d.c.fi.de hære.in vj.idem Gemi.in c.vt officium.§.verum.de heret.in vj. & per Marsi.in d.§.sequens.j.col. & Bal.in l.eos.§.si quid,in fi.C.de appel. Fely.in c. fraternitatis. vij. col.versi. item limita in causa heresis. 125 † Et no.ꝙ hoc crimen probatur si libri hæresis reperiātur penes inquisitum Ana.in c. si quis episcopus.iij.col.de hære. Ioan.de Fantu. in c.sane profertur.xxiiij.q.ij.vbi allegat rationē quare secus est in vsurario,vt ibi dicit gl.& Matthæ.in d.constit.inconsutilem.xvj.no.x.q. Arch. in d.c.sane. Ro.in sing.cccxxij.allegāt pro casu. c.si forte.xxij.q.iiij.Mar.in l.qui falsā.in princ. antepen. col.versi.circa quam quæstionem.ff. de fal.in pract.in.§.diligenter.xvj.col.versic.quæro vlterius si res furtiua, & in consi.lij.versic.restat modo, Archi.in c.quicunq;. de hære.in vj.ij.col. vbi dicit nisi dictos libros combusserit, nam tunc vt hereticus non punitur idem vt eos confutet,vt per ioan.de Arnono,in probiema.x.& vide tex. in l. quicunque in fi. & in l. Manicheos. & in l. mathematicos.C.de here.vbi comburendi sunt,et per Math.in d.constit.inconsutilem, in gloss.pe. vlt. col. & ibi an liceat in domo retinere libros Dantis qui fuit damnatus vt hæreticus. 126 †Item probatur hæresis ex signis etiam leuibus vt dixit Paris in tract.synd.char.cxx.ij.col.contra id qđ supra fuit dictum ꝙ non ex præsumptionibus,nisi dicamus vt per signa torqueatur non vt condemnetur: v. supra,& per Mar.in consi.j. 127 † An aūt in talibus criminibus transigi possit. videtur ꝙ sic per text.in l.transigere.C.de transi.nam ibi fallit in crimine adulterij,licet pœna sanguinis ingeratur. in cæteris autem licet transigere.exceptio firmat regulam in non excepiuatis.l.quod liquide. ff.de penu.lega.l.in his.ff.de legib.ergo, In contrarium facit id quod dicit Cy.& nonnulli alij in d.l.transigere,& anto.in c.j. de collu.deteg. nam ex maioritate rationis, quod de adulterio dicitur extenditur ad raptum & alia crimina grauiora, ergo multomagis in his in quibus dantur multæ specialitates,& Cy.& Anto. vbi surpa hoc tenēt per istas rationes dic secundum Alexan. ibi quod in his etiā licet transigere,cum communiter concludatur dicta l.non extendi ad grauiora adulterio,contra Cyn.& ratio adulterij quā ibi tradunt Doct.in his cessat dico quando per accusationem proceditur,non quando per inquisitionem, iuxta no.in c.in fidei fauorem.de hæret. in vj. & supra fuit dictum. 128 † Inferenda tamen sententia requiritur citatio licet non peremptoria, alias sententia non valeret c.ad apostolicæ. de re iudic.in vj. & in extrauagan.ad reprimendam, & in d. cle.sæpe,quod intellige quando constat de heresi & proceditur ad sententiam, secus autem quando proceditur contra contumacem,nam tunc duę requiruntur citationes si per annum steterit: vt per Archi.

Archi.in c.cum contumacia,de hære.in vj.et per Fely.in d.c.excommunicamus. ij.col. verſ. nota in §.quidē & Pau.Ghir.in d.tract. de hære. viij. q.ad quam ſententiam procedetur ſecundum formam cle.j.eo.titu.quod vterq; concurrat inquiſitor,& ordinarius,licet ante quilibet per ſe poterat proferre ſententiam & cōdemnare, per c.per hoc.de hæreti. in vj. ſed an quando proceditur p̄ accuſationem requiratur vterq;,dictum eſt ſupra 129 per gloſ.in d.c.in fidei fauore. †Sed an a tali ſententia appellabitur,videtur ꝙ ſic,nam æquipa rantur iſta duo crimina,ſed in crimine læſæ maie ſta.humanę videtur gl.tenere ꝙ admittitur appel latio,vt in l. Pantonius.§. rei perduellionis.ff.de acqui.hære.& videtur tenere Auguſt. poſt Ang. in glo.pręſente Caio,& appellante.iij.col.in adi.grauius,niſi in his caſibus læſæ maieſta.in qui bus expreſſe cautum reperitur ꝙ nō admittatur, vt in l.j.C de fal.mone. & in crimine perduellio nis,vt ibi & in aliis tenet admitti ſi nō prohibea tur, Ange.tamen tenet ibi oppoſitum, ꝙ non admittitur,vide tn̄ in tali crimine in d.§.rei perduel lionis.& Ang.in d.gl.in crimine autem hæreſis clare & expreſſe ſtatutum reperitur. c. vt inquiſi tionis officium. de hęre. in vj. vbi refertur ꝙ ēt per conſti.Friderici erat cautum. Idem dic de relapſo in hæreſim, vt dicitur in c.ad abolendam. verſi.illos.de hære.Spe.in tit.de appel §.j. verſi. xxxj.caſu, Archid.& Ioan.Andr.in c.felicis,de pœn.in vj. Matthę. in conſti. inconſutilem.xxij. nota.& Fely.in c.ad abolendam.ij.col.verſi.ſed aduerte incidenter. vbi limitat admitti ante diffi nitiuam ſentētiam ſecundum Archidiaconum in 130 d.c.vt inquiſitionis . †Limita etiam niſi per recurſum,nam ſuperior cognito de iuſtitia poſſet inhibere ſecundum Panor. in c.paſtoralis. in fi. prin.de appel.not.in c.romana.§.ſi autem. de appel.in vj.hoc pendet ab illa q.an remota appella tione cenſeatur remota ſupplicatio , & recurſus: de quo per Par.in tract.ſyndi. char. xix. & ſeq. ver.appellatio.et verſ.an ſi ſtatuto.Iaſ.poſt alios in auth. quæ ſupplicatio.C.de preci. Imper.offe. Cano.in d.c.paſtoralis.& Ro.in rubr.ff.de arbi. Spe.in ti.de appel.& ibi Bal.verſi. q̄d operetur. Lanfran.in c. qm̄ contra. in.§.appellationes. de probat. Ang.in l.eos.in prin.C.de appel.Mar.in ſing.cclxxxvij.text.tn̄ in d.c. vt officium. dicit ſtatim ſententiam exequendam dilatione aliqua poſtpoſita, adeo ꝙ omne remediū tollere vr̄ , dic tn̄ quo ad iudicē a quo: vt nō teneatur admittere, vt dicit Fely.in d.c.ad abolendā,ſuperior aūt bene poterit inhibere tex.tn̄ in d.c.vt inquiſitionis officium tollere vr̄ ēt recurſum ad ſuperiores in eo quod dicit ſeu proclamationibus,& ſic diuerſum ab appellatione,& dicit tex. & gl.in d.conſti.inconſutilem,in fi. ſicut in crimine læſæ maie ſta.humanæ, vt in l.quiſque.C.ad l.Iul.maieſt.et 131 ibi dicit glo. †Sed an defenſiones dandæ ſunt inquiſitis de hæreſi,an ſtatim ſit executio non datis nec permiſsis defenſionibus, ſicut dicitur non admitti appellationem contra l. addictos. C.de epiſc.audi. Et an renunciare poſsit defenſionibus, vr̄ ꝙ non per plene tradita per Marſil. in practi.in.§.examinanda. & in conſi.cxiiij.in fi. Par.in tract.ſyndic.char.xxix.iiij. col.& char. xxxiiij.iij.& iiij.col.& char. ſeq.j.col.& Ang. in gl.qui iudex ſtatuit term. Fely.in c.ſi diligenti.de foro compe. & in c.paſtoralis.§.quia vero. de offi.delega.facit nam defenſio nec per princi pem nec per ſtatutum tolli poteſt vt per Mar.in conſi.xxv.verſic.quinimmo dicta defenſio,& in cōſi.xxxj.verſ.defenſio enim,& in cōſ.xxxvii. verſi.quinimmo talis, & conſi.lxxxj.verſi.quinimmo,et in tali crimine ſentit tex.in c.fi.iuncta gl.indiciis,de hære.in vj.ver.cæterum,vbi publi catio fieri debet vt poſsit ſe defendere , ergo defenſio pmittitur.& faciunt dicta Bar.in d.extrauag.ad reprimen.in verſi.figura, vbi ea quę ſunt iuris naturalis & concernunt defenſionem tolli non poſſunt,licet procedatur ſummarie & de pla no,& ſine figura iudicij.In cōtrarium vr̄,nam in tali crimine vt dicitur in d.c.vt officium , tollitur remedium appellationis & tn̄ appellatio eſt defenſio,vt per Matthæ.in rub.conſti.appellatio num tempora. Item Ang.in d.glo.Par.vbi ſupra & Mar.in pra.in.§.examinanda,dicuut in famo ſo latrone & aſſaſsino,ex quo occidi poſſunt tanquā hoſtes.c.j.de homi. in vj.denegari pōt defenſio,& per eos renunciari,ergo idem in hoc crimi ne cum longe grauius ſit & occidi poſſunt. c.j.§. diffidamus.de ſtatu.contra libe.eccle.& in c.excommunicamus. de hære. & in auth.gazaros.C. eo.Card.in cle.ij.§.cæterum.de electio.facit l.p̄ditores.ff.de re mili. & l.iij.§.fi.ff.de ſica.Boni. tamen in tit.de hære.tenet nō licere priuatū occi dere propria authoritate hæreticum,ſed per iudi cem ſecularem,contra tamen d.§.diffidamus. dic ꝙ aut tale crimen eſt defenſibile,vt ſi protuliſſet aliquod verbum iocoſe,vel diſputādo, vel aliter vt ſupra dictum eſt. & tunc admittitur defenſio. aut non eſt defenſibile & crimen eſt notorium:vt quia publice affirmet contra articulos fidei, aut aliter plene conſtet,& conuincitur,& apparet hęreticus , & tunc nulla competit defenſio per d.c. vt officium,ibi,in delata animaduerſione , faciūt dicta de aduocato & procuratore. & facit cap. ſecundum leges,eo.in vj.& ex his ſi poteſt renun ciare ſecundum dictam diſtinctionem.

Expedito proceſſu hæreticorum, de eorundem pœnis, & earum executione dicendum eſt,Circa igitur quartum de pœnis hæreticorum,primo videndum erit de pœnis ordinariis. ſecundo de pœ132 nis extraordiuariis hæreticorum. †Circa pri mum dicendum eſt ꝙ de iure diuino imponi pœna videtur ,& ſtatui pœna ignis & concremationis,vt dicitur in Ioan.xv. cap. ſi quis in me non manſerit mittetur foras, ſicut palmes areſcet, & colligent eum , & in ignem mittetur, ſecundum Hoſtien. Ioan. Andr. & Panor.in d.cap.ad abolendam.iii.col.in gloſſ.audientia. & in c.excom municamus.lo ii.de hæreti. iure autem ciuili imponitur pœna vltimi ſupplicii , vt in l. arriani. ver.manicheis.& l.ſeq.C.de hęre.vltimum autē ſupplicium mors naturalis intelligitur l. vltimū ſupplicium.ff.de pœn.& ibi vide alias pœnas mi tiores exilij,& publicationis bonorū d.l.arriani in prin.

in prin.& d.l.quicunque.versi. hęrentibus & deportatio. versic. nemo. & distingue aut hæretici sunt quia hęresim docent,& tunc puniuntur pœna vltimi supplicij d.c.quicunq;.circa fi.versi.vltimo supplicio.discentes vero puniuntur,pœna decem librarum auri,seruantes vero dogmata hæreticorum deportantur,vt dicit gl.in d.l.quicunq;. versi.damnentur etiam si adiscant ab instructore Papę secundum Card. in clementi.j.§.fi.de vsur. & vide glo.in c.penul.de hære. & glo. in consti. reg.inconsutilem.in versi. pœnas.& intellige de adiscente vt ibi dicit gloss.quando nondum ad actum adiscendi peruenerunt, sed gratia adiscendi ad hæreticos peruenerunt,& ita intelligitur d. l.quicunq;. secus autem si didicisset,tunc eadem pœna puniuntur sicut si docuissent per l.culpa.C. de mathema.consuetudine autem introductum est vltimum supplicium imponi , vz pœna ignis, vt comburantur hæretici,& ita declarat consuetudo in hoc delicto vltimum supplicium , vt dicit Panor.in d.c.ad abolēdam.& plene per Pau.Ghir. in d.tracta. de hære.iij.q.vbi ponit pœnas inductas a iure canonico & ciuili contra personas ecclesiasticas & laicos & per Areti.in l.j.iij.no.C. de sum.tri.& fid.catho.& Ias.ibi.iure autem nouissimo in regno talis pœna ignis est approbata, vt per d.consti.inconsutilem.in fin. vt in conspectu populi viui comburantur hæretici.& ibi glo. pen.in versi.pœnam videtur demonstrare, ꝙ etiā iure cōi imponatur pœna ignis. cum aruspes & sacrilegus pœna concremationis puniantur.l.nullus.C.de malefi.& mathe.in l.sacrilegij.C.de sacrileg. qui etiam dici possunt hæretici cum separati sint a communione ecclesiæ.& licet dicantur large hæretici, tamen si in eis locum habet talis pœna,ergo multo magis in hæretico stricte & proprie sumpto,tamen gloss.concludit aliam pœnam introductam fore de iure ciuili & Fely.sentire videtur in d.c. ad abolendam.j.col.versi.no.pœnitentiam.ꝙ pœna ignis imponatur,allegat d.l.arriani.alia etiam pœna imponitur, vt in authen. gazaros.C.de hære.& in corpo.vnde sumitur vz banno & diffidatione.Et no.ꝙ talis pœna infligēda erit nulla considerata qualitate personę,& priuilegio,siue sint milites l.arriani.in fi.facit l.nullus.C.ad l.Iul.maiesta.siue clerici, sacerdotes & religiosi,vt in d.c.ad abolendam.& d.c.excommunicamus.laici tn̄ statim condemnati traduntur curię seculari plectendi,clerici vero prius degradantur,& postea traduntur curię seculari,vt d.c. ad abolendam.& d.c.excōmunicamus. & c.j.eo. in vj.& Pau.Ghirlan.in dicto tract.iij.q.An aūt secularis cogi possit per episcopum aut inquisitorem vt morti traderet ex quo si mors sequatur excōmunicari potest dic,vt per Fely.in c.vergentis.j.col.j.no.de hæret.& vide c.nouimus.de verbo. significa. vbi episcopus rogat & non cogit. & Matthæ.in dicta constitu.inconsutilem.xviij.no.

133 †An autem requiratur incorrigibilitas,vt ex tali crimine possit degradari in hoc nonnulli dicunt ꝙ licet alias in grauioribus delictis, & requiratur degradatio, & postea tradi curiæ seculari,tn̄ requiritur incorrigibilitas,alias nō sunt tradendi.fallit tn̄ in nonnullis casibus,vt in hoc crimine hęresis,& in aliis traditis per glo.in d.c.ad abolendam.& in d.c.excōicamus. & ibidem per Doct.& in c.cum non ab homine.& in c.at si clerici.vbi Panor.post alios de iudi.Ang.in gl.et caput a spatulis.versi.quid autem si clericus.Specu. in ti.de compe.in d.addi.§.j.versi.ij.Anto.tamen & Panor.in d.c.ad abolendam.& d.c.at si clerici.& d.c.cum non ab homine. Ange.in dicta gl. dicunt hoc verum non esse,nam etiam in tali crimine requiritur incorrigibilitas,nam si velit redire ad fidem,curiæ seculari non traditur,sed ad agendam pœnitentiam in carcere detruditur perpetuo,vt in c.pe.de hære.bene tn̄ inquisitores poterunt talē pœnam perpetui carceris commutare, vt dicitur in c.vt commissi.de hæreti.in vj.fallit tamen qn̄ abiurasset, & postea incideret in aliam aut eandē hęresim:tūc enim relapsus statim absq; aliqua audientia traditur curiæ seculari, vt dicitur in c.super eo.& in c.accusatus.de hære.in vj. et traditur in d.c.ad abolendam.& in d.c.excōicamus, in tali casu posset habere locum opinio prędictorum,& glo.in d.c.ad abolendam. & d.c. excommunicamus,et per Panor.in d.c.at si clerici.in princ.versic.ad tertium.quæ sunt.

134 † Per quos autem degradandi sunt,dic ꝙ licet alias requiratur in degradatione ꝙ interueniant sex episcopi,si degradandus est presbyter, & tres si diaconus,vt traditur per Panor.& Fely.in c. non potest.de re iudic.& in c.si quis presbyter.de cler. excōmu. Spe.in tit. de accus.§ ij.§.iiij. tn̄ in hoc crimine si interuenire non possunt tot episcopi solus episcopus conuocatis abbatibus aut aliis religiosis poterit degradare:vt traditur in c.j.de hære.in vj.Panor.in d.c.ad abolendam.versic.item no.xxiiij.Matthę.in d.consti.inconsutilē. xviij. no.vide Deci.in d.c.at si clerici.xxiij.col.vers. venio ad tertium. de iudi. Formam aūt degradationis ponunt Iaco.But.& Bal. in auth.presbyteri.C.de epis.& cle.& Spe.in tit.de accus.et Doc. in c.ij.de pœ.in vj. Ang. in glo.& caput a spatu. versi.nunc restat.

135 † Insuper & in hoc crimine sicut in lęse maiest.humanę memoria defuncti dānatur,& bona publicantur vt in l.pe. & fin.& l. quisquis.C.ad l.Iui.maiest.l.fi.ff.eo.insti.de pub. iudi.§.item lex Iulia.not. in l. ex indiciorum.ff. de accu.insti.de succes.quę ab intest.defe.§.interdum traditur in consti.contingit interdum, & in c.reg.bona proditorum.& in c.nuper apud Tranum parimodo,& in hoc crimine memoria defuncti dānatur tam iure ciuili antiquo l. manicheos, & l.cognouimus. C. de hære. ꝙ̄ nouissimo vt in authē.gazaros.& in corpo. vnde sum.vt in c.j.§. gazaros.de statu.contra liber. eccle. no.gloss.in ver.per omnia.in consti.inconsutilem,tam etiam iure reg.per d. consti.inconsutilem,ꝙ̄ etiam iure canonico antiquo.xxij. q. vij. per totum ibi per gl.in summa viij.distin.c.iure.& in c.vergentis. et in c.excommunicamus.lo.j.de hære.& in c.cū a nobis.de pręscrip.& iure moderno vt in c.cum secundum leges.de hęre.in vj.Mar.in l.qui sine. vij.col.versic. item hæreticus mortuus.ff.de quęstio.glo. xxiiij.q.ij.in summa. ita tn̄ ꝙ bona laicorum

torum fiscum imperij applicantur nõ tamen ante declarationem per episcopum aut inquisitorem factam, sed post sententiam : vt dicit text. in d.c. cum secundum leges. Sed quid in terris baronum cui applicabuntur bona hæreticorum, barono an fisco ? dic vt per Guid. Papæ. in decisio. lxxvj. & ibi an requiratur sententia. Bona vero clericorũ aut laicorum subiectorum ecclesię fisco ecclesię applicantur etiam patrimonialia, vt dicitur in d. c. excommunicamus. & ibi Panor. & alij & feudalia ecclesię vt ibidem & per Matth. in d. cõsti. inconsutilem. xviij. no. & per Panor. in cap. ij. de succes. ab intest. Ioan. And. in d.c. cum secundum. de hære. in vj. & ibi per Philip. Fran. nisi clericus recognosceret indirectum dominum ratione feudi aut emphiteusis laicum, tunc fisco ecclesiæ non applicantur sed ad directum dominum reuertitur, de qubus per Docto. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infe. Alex. in consi. xxiij. j. vol. & consil. xxviij. iij. vol. Are. in consi. x. Sozi. in cõsil. clxvj. Ang. in glo. publicamus bona. Matthæ. in consti. sequens. v. no. & in consti. post mortem. j. not. & in col. fin. vers. in glos. iiij. & in decisi. cclxxx. ij. dub. in quibus quando feudum aut emphiteusis reuertitur per rebellionem ad dominum directum, & quando ad fiscum. fiscum autem ecclesię intelligas si ab ecclesia habuerit stipendia eius cameram. si non episcopi cameram vt per Felyn. in d.c. excommunicamus. & in d.c. vergentis. & cæteros vt per Panor. Ana. & Sozi. in d.c. excommunicamus, assignant rationem, nam quoties per sona cui actio acquiritur non est expressa in pertinentibus ad ecclesiam, episcopo loci actio competit, allegant glos. in cap. de viduis. xxvij. q. j. in fin. Inno. in c. cum olim. el. ij. de priuil. & alios de quibus ibi per Felyn. Limita tamen vt confiscato bonorum clerici non fiat. de bonis ecclesię cui ser uiuit clericus, sed de alijs patrimonialibus aut aliter quęsitis vt per Card. in consi. j. titu. de hære. & Fede. in consi. cxxxvii. & ibidem per Fely. & gl. in d.c. cum secundum. allegat clemen. volentes. post prin. vbi vide. Quæ autem bona veniant publicanda. dic vt per Panor. in d. cap. vergentis. & Ang. in d. gl. & eius bona publicamus. & Doct. in d. §. si de vectigalibus. intellige tamen prędicta nõ in omni genere hęresis de quo supra, sed in stricta, & propria hęresi de qua per Isern. in c. j. §. diffidamus. iij. col. versi. sed an omnis hęreticus perdat bona, de sta. contra lib. eccle. Et not. ꝙ accusans memoriam debet se inscribere & ducere & probare ꝙ scienter erat hæreticus, vt per Fely. in c. si quis episcopus. de hęre. Marsi. in l. qui falsam. §. 136 accusatio. ff. de fal. †Sed in ipso iure bona sunt publicata, an veniunt publicanda : dic ꝙ iure veteri non ipso iure, sed erant per sententiam publicanda; vt dicitur in d.c. excõmunicamus. vbi per Panor. hodie vero per d.c. cum secundum leges, ipso iure bona sunt publicata, & processus & sententia non requiritur quo ad publicationem. c. ij. de rescrip. in vj. Panormi. in d.c. vergentis. ij. not. Bart. in l. Imperator. ff. de iure fis. Ange. in d. gl. che hai trad. la tua pat. iij. col. Requiritur tamen declaratio propter administrationem & fructus medij temporis : vt firmat Ancha. in d.c. cum secundum leges. ij. not. Oldra. consil. ccclxxj. & Marsi. in pra. in. §. aggredior. xvj. col. & consi. x. nu. 18. & 19. cum seq. Deci. in c. peruenit, lo j. de app. Matthæ. in consti. pactarenorum. iiij. no. sic & in crimine lęsæ maie. huma. ipso iure in regno sunt publicata per c. reg. nuper apud Tranum. & ibi per glos. & per c. reg. bona proditorum, tamen declaratio requiritur antequam fiat executio vt per Matthæ. in constitu. contingit interdum. vij. no. & vide per Capit. in decis. sa. consil. cxxx. plene. & vide per Ias. in l. ij. C. de iure emph. in illa q. an propter canonem non solutum ipso iure res cadat in commissum. vbi similia: & ꝙ declaratoria requiritur, & per Iser. in c. j. in ver. cõtrah. incestas nup. in addi. in tit. quæ sint rega. seu com-137 mitten. cri. † Ex quo sequitur ꝙ alienatio bonorum hære. per eos est prohibita, & si fiat reuocari potest per inquisitorem, aut episcopum. Bar. in. l. iij. ff. de his quæ in fra. cre. & in l. chirographis. §. si. ff. de admi. tut. Cyn. in l. fi. C. ad l. Iul. maie. & in l. j. C. de prescri. xxx. anno. Bald. in l. fi. §. fi. C. cõm. deleg. Ias. insti. de actio. §. itē si quis in fraudem. xxiij. col. vers. limitate tamen, & facit. l. quis qs. §. emãcipationes. C. ad l. Iul. maiest. Angel. in glo. che hai tra. la tua pa. iij. col. Matthæ. in d. consti. pactarenorum. iiij. no. & per Pau. Ghirl. in tract. de hęre. iiij. q. vbi an requiritur 138 sententia, & an alienatio prohibeatur. † Sed an teneatur pretium restituere, dic ꝙ sic, vt per doc. in dictis locis. & ibi maxime Ias. quid si hæreticus emit bona & pretium non soluat, an teneatur inquisitor, vbi dicit ꝙ sic, per text. in l. in ven 139 dicatione. ff. de actio. emp. † Et quid si hęreticus ante hæresim fundasset hospitale & bona dicasset an talia bona sint episcopo confiscata, et vide Cardi. in cle. j. §. sane. q. vij. de hære. & Ioan. And. in Specul. in titu. de hære. & in d.c. cum secundum, de habente domicilium alibi ab origine, 140 ad quem spectent bona originis. †Sed quid si hæreticus habeat filios orthodoxos an bona perueniant ad eos, an penitus excludantur, & fisco applicētur, sicut in lęsę maie. crimine, l. quisquis. C. ad. l. Iul. maie. dic ꝙ iure veteri ciuili, ad filios orthodoxos successio spectabat, et eis non existentibus agnatis orthodoxis. l. manicheos. & l. cognouimus. C. de hære. iure vero canonico penitus excluduntur filij, vt in d.c. vergentis. vbi glo. in ver. exhęredatio, & glo. in versi. per omnia in consti. inconsutilem. & approbatur per d. authen. gazaros. & in corpore vnde sumitur. & hoc tenetur communiter, vt per Panor. in d.c. vergentis. & tenet gl. xxiij. vij. in sum. vbi Archi. & Cyn. in d. l. quisquis, & Hostien. in sum. eo. ti. §. qua pęna. licet Ioannes And. distinxerit in terris ecclesiæ & in terris Imperij tam, idem in terris Imperij per d. authen. gazaros. per quam arguitur a maioritate rationis, vt sicut in humana filij etiam fideles excluduntur per d. l. quisquis. multo magis in diuina, & sic etiam si fuerint orthodoxi vide glo. in d. §. interdum, insti. de succes. ab intesta. & in l. ex iudiciorum. ff. de accusa. & glo. in c. ij. de hære. in vj. & in c. secundum leges. eo. tit. in vj. Iser. in d. c. j. §.

c.j.§.itaque filij. de stat.contra liber. & Boni. in tit.de hęre.vbi refert Goffre.distinguere in terris Imperij non priuentur.limita,& vide vt per Felyn.in d.c.vergentis.in fi.vbi de filiis ponit qua-
141 tuor fallentias. † Qui filij etiam excluduntur penitus a quocunque beneficio ecclesiastico & officio & dignitate,vt dicitur in c.ij.adhęc.de hęre.in vj. & per Matthæ.in consti. in consutilem. xviij.no.& vide per Pau.Chir.in trac.de hære. iij.q.& in iiij.q.& ibi quid si sint fideles filij, limita nisi pater fuerit emendatus & egerit pęnitentiam:vt in c.statutum, de hęre.in vj.vbi declaratur.d.ij.decretalis.& Angel.in gl.che hai tra. la tua pat.iij.col.& vide in c. filij.eo.in. vj. Intelligas tamen prędicta de beneficiis. vt locũ habeat in obtinendis non tamen in iam obtentis, vt no. gl.in.c.satis peruersum.lvj.distinct. & per Pano. in d.c.vergentis vers. sed circa prædicta. Et qui filij contineantur, an existentes in potestate, an vero emancipati,an adoptiui, an legitimati, an naturales tantum,an nepotes ex vtroq; parente, & qualiter, & an fœmina,& quando; dic vt per glos.& alios in.d.c.statutum per Doc.in d.l.quisquis.& Ange.in d.glo.che hai tra. la tua pat.iij. col.& quæ post eum ibidem habentur per aposti. & per.Fely.in d.c.vergentis.in fi.an differat crimen hæresis a crimine læsæ maiesta.quo ad filios puniendos, & vide Matthæ.in d.consti.pactarenorum.in gl.ipsorum filij,vbi etiam ponit in quibus filius tenetur ex delicto patris, & an econtra ex delicto filij, & ibi quid si filius est hæreticus, an pater teneatur. & ibi quid si filius est emancipatus,an ex delicto patris teneatur,& quid si mater est hęretica,an excludatur etiam ab extraneorum successione,& quando post Angel.in d.glos. Quid autem de dotibus mulierum licet Iser. multa dicat in d.§.diffidamus,maxime in dote confessata, tamen expressum reperitur in.c.decreuit.de hęre. in vj. per ꝙ statutum dotes vxorum orthodoxorum illesas esse nisi sciuerint virum hęreticum a principio fuisse,nõ ex post facto:vt ibi per glo.& per Alex.in l. si constante, in princi. iiij. car.ff.sol. mat. sic & in crimine læsæ maiesta. vt in d.l.quisquis.§.vxores,& in constitu.pęna carere volentes,& ibi per Matth.in cap.reg.item statuimus,si forte contingat aliquos damnari,& per Par.in tractatu syndic.in verbo bonorum publicatio.Puniuntur quoque filij,nam si patres fuerint banniti ex causa hæresis,ꝙ non possunt contrahere matrimonium sine regis assensu, & mandato, cum fidelibus feuda tenentibus:vt dicitur in cap.
142 reg.humanitatem quoq; sectantes † Sed infra quantum tempus peti potest publicatio bonorum & memoria defuncti damnari, & an filii & proximiores pręscribere possunt dicta bona, & per quantum tempus,glos.j.l.manichæos.C.de hære. per tex.in l.si quis.C.de aposta. vbi etiam Bart. tenent ꝙ per quinquennium in vtroq; crimine diuinæ & humanæ maiestatis lęsę & dictam glo.sequitur Alexan. post Barto.in l.fin.ff. de sicar.& per Roma.in singu.ccccxxxvj.& Ang. in d.glo. che hai trad.la tua patria, in princ.iiij.col.gloss. tamen in cap.ii.de præscrip.in vi.& in c.accusatus de hęre.in vi.in ver.post mortem, & gloss.in sum.xxiiij.q.ij.dicunt per xl.annos præscribi,& infra tantum tempus peti potest publicatio, & memoria defuncti damnari,& sequi videtur in d.gl. che hai tra.la tua pa.Ange.& Albe. in l.j.C.de apo.Mat.in rub.de apost.Pan.vero,& Fely.in c. a nobis,col.ij.vers.secundum prædicta, de pręsc. saluant ambas gloss.vt iuris ciui.gloss.locum habeat in fisco imperij,& glo.iuris cano.in fisco ecclę.eo modo vt supra, tamen est remittendum ad tradita per Doct.in d.c.cum a nobis,sed Mar.videtur sentire in l.qui falsam.§. accusatio.j.col.ff. de fals.semper accusari posse,& pręscribi non posse,sed non recte loquitur simpliciter. vt ex prædictis patet.in crimi. vero læsę maie. in regno proditores nec filii,& alii descendentes aliquo tempore possunt pręscribere, sed quandocunq; vendicari possunt bona per fiscum, vt dicitur in c. reg. bona proditorum,in fin.

143 † Nunc de pœnis extraordinariis dicamus, deinde qualiter ordinarię & extraordinariæ eatdantur,postremo de pœnis receptatorum,& fautorum:punitur ergo hęreticus ꝙ infamis sit.l.j.in fi. C.de sum. Tri.& ibi Bar.& in l. Cassius.ff.de sena. & ideo testis esse non potest in iudicio, licet possit in contractibus l.quoniam.C.de hęre.Bar. in d.l.Cassius & in d.l.j.Bal.in marg.in vers.crimen.versi.hæresis.Specul.in titu.de teste.§.final. versic.quid de portantibus, & ver.item ꝙ est iudęus,& de offi.om.in d.§.iiii. vide distinctionem d.l.quoniam,vt contra orthodoxum et christianũ non possit,pro eo vero sic,sed interesse non prohibentur.facit nam hæreticus est excommunicatus. c.excommunicamus.de hęret.sed excommunicatus excluditur a testificando, vt traditur in.c.veniens,de testi.vbi Felyn. in cap.Rodulfus. de rescri.Alex.post Bar.in l.iij.§.lege Iulia.ff.de test. Spec.in tit.de test.§.j.ver.item ꝙ est excommunicatus. Item facit nam qui prohibentur accusare, prohibentur testificari cap.testes.iiij.q.iij.Bar.in rub.C.qui accusa.po. Ange.in gl.nec non ad querelam:sed hęreticus accusare non potest orthodoxum,vt supra, & habetur.iiij.q.j.ca.diffinimus. Spec.in titu.de accusa.§.j.versic. item excipitur. ꝙ est hæreticus, ergo nec testificari:vide tex.in d.c.excommunicamus.§.credentes,& in auc.credentes eo.C.& vnde sumitur, & sic punitur etiam vt non possit accusare orthodoxum per d.ca.dif-
144 finimus. † Item punitur ꝙ sit excommunicatus.d.§.credẽtes,& ibi per Panor.j.no. et xxiiij. q.iij.cap.notandum, & c.dixit apostolus.& c.ad abolendam, extende etiam in hęretico occulto glos.& Card.in cle.j.§.pen.de hære. & in cle.j.§. fina.de vsu.vide glo.xxiiij.q.j.c.j.& per Mat.in
145 consti.inconsutilem.iiij.no. † Item hæreticus priuatur omni beneficio & officio & dignitate.d. c.ad abolendam.c.si papa.xl.di.xxiiij.q.j.c.qui contra pacem, & c.statutum, de hære.in vj.l.j.C. de hær.& in auth.credentes.C.eo. & vnde sumitur,& vide in c.j.de schisma.in vj.extende etiam
146 in hæretico occulto vt supra proxime. †Item punitur hæreticus, quia eius filij vsque ad secundam generationem excludantur ab officio & dignitate,

gnitate,iuxta.c.ij.& c.statutum,de hære.in vj.c. vergentis, eo. & in d. authen. gazaros. & alibi vsque ad quartam generationem.d. c.j. de schisma.in vj.& vide cũ glo.de nepotibus in d.c. statutum eo.in vj.& per Pau.Ghirl.in d.trac.de hær.
147 iij.& iiij.q. †Item punitur quia caret sepultura.d.c.ij.de hære.in vj.& in c.sicut eo. ibi vide Fely.an corpus mortuum & quando puniri possit,& in c.si quis episcopus,eo.& in cap.in eod.de
148 senten.excommunica. †Item punitur,nam potest a quocunque impune occidi & percuti.d. aut. gazaros, ibi diffidamus etiam si sit clericus, vt per Cardi.in d.clem.ij.§.cæterum, de electio. & Fely.in cap.fi.de hæret.glo.in c. si quis deinceps. xvij.q.iiij. & sic ammittit priuilegium c. si quis suadente,nam cum percuti potest,non est excõicatus percutiens.
149 † Itẽ punitur mulier hęretica, nam tenetur filiam orthddoxã dotare licet alias si non esset hæretica teneatur:vt per glo. in l. neque mater.C.de iure do.Doct.in l.j.ff. sol. matri. Alex.post Bal.in l.ij.C.com.de leg. Ang. in d.l.
150 neque. † Item mulier hæretica infidelis non gaudet priuilegijs concessis dotatis mulieribus, de quibus in d.l.j.& in l.assiduis.C. qui potio.in pigno.habe.vt dicitur in l.j. & in authen. itẽ priuilegium,& in corpore vnde sumitur. C.de hęre. & Bal.iunior in trac.de dot.xj.par.in iij. mẽbro. xxj.different.nisi fuerit conuersa ad fidem quoniam ea recuperat vt ibidem & vide Bal.in rub. C.de priuile.do. Arch.iiij.q.j.cap.j. & per Campe.in tract.de do.j.par.Item caret beneficio velleyani vt dicit Arch.in d.c.j. iiij. q.j. & filiusfa-
151 mil. beneficio Macedoniani vt ibidem. †Itẽ hæreticus non potest testari: vt in consti. apostantes, etiam ad pias causas:vt per Fely.in c. si quis episcopus,de hæreti.nec succedere, non contrahere,nec quocunque alio modo alienare, nec iudex esse,alias nulla redditur sententia, & processus, nec aduocatus,nec tabellio, alias instrumenta & acta nulla redduntur de quibus in l.manichæos et in d.auth.credentes de hære. & vnde sumitur & cap.si aduersus,& c.excommunicamus.§. credentes, de hæret.vbi agere non potest sed bene conueniri. & per Iser. in cap.j.§.credentes, de stat. contra lib.eccle.& in prati.Papien.in libello de rei vendica.ver.veris & legitimis, & per Bart. in ij.consi.de tabellione,& Specu.in titu.de offi. omn.in d.§.iiij.& in titu.de instru.edi §.viij.ver. quid si cõfectum sit.§.xij.ver.prohibetur. & ver. iij.oppono.et per Mar.in pra.in.§.aggredior,vbi an gesta & acta facta per ocultum hæreticum teneant, nec aliquid hæretico relinqui potest per Bart.in l. cum senatus.ff.de reb.dub.Bald.in l.ij. C.qui testa.po. etiam in testamento militis nihil habere potest,nec legatum, nec fideicommissum, nec hæreditatem:vt in l.fi.C.de hęre. etiam si esset filius vt per Felyn.in d.c. si quis episcopus,de hęre.immo tunc fiscus vendicat l.iij.C.de hære. & l.ij.eo.vide Bar.in l.j.ff.de iure fisci. per Areti.in l.j.ff.de hæred.insti.iiii.col.& limita vt per Panor.in d.cap.si quis episcopus seq.eo. & vide in auct.idẽ est de nestorianis.C.de hære. & ibi ꝙ occidens seipsum hęreticus non habet hæredem,
Itẽ nec vsucap.pro herede: vt per Bart.in l. con-
152 stat.ff.de vsu.pro her. †Item hæreticus cogitur ad obseruantiam iuramenti,licet aliter ꝙ orthodoxus iuret,Card.in clem.j.§.j.de iureiur. sic & iudæus vt per Mat.in const. eos qui scienter. iij.lib.ix.q.& in const.si quis imposterum.vj.no. iij.q.Docto.in c.fi.de iudæi.Ias. in proœ.ff. veteris Bart.in l.ait pretor.§.iurari.ff. de iureiur. & ibi Alex.vbi hęreticus cogitur ad obseruantiam iuramenti etiam si aliter iuraret quam deberet.
Item hæreticus petere non potest restitutionem rerum ecclesiasticarum, de quibus fuerit spoliatus,vt per Inno.in cap.ex parte de resti. spol.
153 †Item hæreticus non potest habere christianũ seruũ l. Deo nobis.§.fi.vbi Bar.C. de epis. & cle.sic & iudęus c.fi.deinde,& in l.j.ne christia. Man. hære.vel inde. Item hæretici non possunt habere sinagogas sicut iudei: vt in c. iudæus lo.j. deinde xxiiij.q.iij.c.clericus cum seq.Cy.in l.ij. in fi.C.de sum. Tri.post glo.ibi alias locus publicatur.l.quicunque.§.vniuersi.C.de hær.l.conuenticulam.C.de epis.& cler.Matth.in rub.in cõsti. inconsutilem,& in rub.constit.paci.Itẽ quia hęreticus vbique peccat,vbique puniri potest de hæresi.Card.in Clem.ij.§.denique.ix.quæstio.de re iudi.& vide tex.& glo.in ca. vt commissi.eo.in vj. Item hæreticus expelli potest a ciuitate ne alios inficiat Bald.in l. nullus.C.de sacrosan.eccle.gl.in auth.si vero domini.C.de hære.& Mat.
154 in d.rub. †Item hæreticus etiam reuersus ad fidem non ordinatur,Fely.in c.cum te,de rescrip. versi.infidelitas præcedens,nisi fuerit reuersus et abiurauerit iuxta c.saluo.j.q.vij.per quod glo.in c.j.de censi.in vj.dicit abiurationem probari per scripturam.Item hæres ab hæretico institutus in testamento,agere non potest ex eo ad hæreditatẽ l.cognouimus.C.de hęret.c.vergentis,& c.si quis episcopus,eo.Specu.in tit.de actore,ver.itẽ ꝙ est ab hæretico institutus.Itẽ facta monitione non licet cum eo conuersare c.dixit Apostolus. xxiiij. q.iij.& xxiiij.q.j.c.que dignior, & c. omnis qui cum seq.ea.q.Itẽ hæreticus nõ põt rescriptum aliquod impetrare,vt per Spec.in tit.de rescrip.§.v. ver.Itẽ ꝙ est imperator.l.ij.C.de sum.tri.Mat.in cõsti.inconsutilẽ.xxv.no. Itẽ ordinatus ab hęretico deponẽdus est,& ordinatio nulla redditur c. ordinationes.ix.qõ.j.c.j.& ij.de schisma, iunctis
155 dictis per Panor.in rub.eod. †Et not. ꝙ licet Papa accusari possit vt priuet si hæreticus sit, tñ si eligatur ei nõ obstat exceptio hęresis Card. in cle.ij.§.certum,de elect.vide glo. & Doct.in c.licet,de electio.ibi,nulla exceptio,& ibi p Panor. de veritate,& in cap. ad probandum de re iudi.
156 †Itẽ puniuntur hæretici, nam catholici euntes ad hęreticorũ exterminium consequuntur indulgentias, & alia,vt in dicto cap.excõmunicamus. §.catholici Spec.eo.titu.in fin.vbi vide de beneficiorum fructibus.
157 †Item punitur quia matrimonium contractum scienter cum hæretico nõ tenet Specu.in titu.de diuor.versi.eodem modo, vide c.decreuit, eo. in vj. sed superueniens hæresis seperat quo ad torum per Spec.in d.titu.de diuor. versicu. item sit sed rebellio non separat Isern.&

Matth.in consti.pœna carere,& in consti. pactarenorum.ij.no.ij.q. 158 †Item punitur nam si fieret alienatio prædiorum hæretico habentiũ oratoria orthodoxa a fisco vendicantur vt dicitur in l.si qui orthodoxæ.C.eo. Itẽ puniuntur hæretici vt in l.quicunque.& in l.curiales,& in l. arriani, cum seq.C. eod. Item puniuntur in anima, vt sit æternaliter damnatus nec ei prosit suffragia mortuorum vt in c.firmissime,eo.& c.odi.xxiiij.q.j. & Panor.in d.c.firmissime,in fi. de sacramentis perceptis per hæreticum an teneant & per Pau. Ghirlan.in d.tra.de hæret.& q.ij.ibi, quid si obtinet an prosint & an priuetur iure patro. dic vt per Gemi.in c.j.in prin.de iure patro.in vj. Item punitur vt in c.fraternitatis, & in c. si quis episcopus,cum seq.eo.& in c.fin.eod. vbi liberatur obligatus hæretico cum iuramento. Sed an recuperat bona obligata & pristinam obligationẽ si reuertitur ad fidem,dic vt ibi per Panor. Item punitur, nam officiales etiam excommunicati possunt contra hæreticum ad requisitionem ordinarij,aut delegati procedere, nec sententia erit nulla, & processus ratione excommunicationis vt traditur in c.præsidentes,de hæreti.in vj.Item punitur vt in c.sicut & ibi Panor.vt excludatur ab omni commercio & negociatione fidelium, eod.titu.Item punitur, nam ei indicitur publica pœnitentia per crucis impositionem vt alij terreantur,vt in c.j.de pœnis & ij.q.j. cap. si peccauerit. Item punitur vt familia & filij ipso iure sunt effecti sui iuris & liberatur a patria potestate,& emancipatio facta post hæresim est nulla ipso iure,cum fuerit ipso iure sui iuris,vt dicitur in cap.quicunque de hære.in vj.Panor.in cap. fina. eo.Item hæreticus filius potest a patre exhæredari Panormi.in cap.quintauallis prima colum. de iureiuran.Item punitur vt in xxiiij. quæstio. j.per totam:nam non potest alium excommunicare nec priuare officio aut beneficio nisi alium hæreticum cap.quis quis ea.qõ.& cap.seq.& glo.in sum.d.qõ.Et ammittunt spiritum sanctum & eius dona,vt ea q.c.hæreticus,& c.loquitur, & alias vt per totam illam.q.& punitur vt supra in processu formato,& vide per Boni.in titu. de hære. & in titu. de aposta. ex quibus iuribus & authoritatibus eligere põt alias pœnas curiosus lector.

159 †Modo qualiter prædictę pœnę tã ordinariæ ꝙ̃ extraordinarię euadantur subnectamus.Euitãtur aũt dictę pœnę si hereticus abiurauerit hæresim prædictam,& ad catholicam & orthodoxam ecclesiam redierit veraciter,& non fallaciter: vt dicit tex.in c.vt officium.in prin.de hære.in vj. cum tamen distinctione iurium c. ad abolendam, & c.excommunicamus,de hære.l.cognouimus et l.manichæos,& in authen.credentes,& auth.gazaros.C.eo.& in corpore vnde sumitur & in l.ij. C.de sum.Tri.& in c.accusatus,& c.super eo.& d.c.vt officium,de hære.in vj.& xxiiij.q.iij.c.dixit apostolus,& c.hæc est fides.xxiiij.q.j.in quibus no.& in const.reg.inconsutilem cum allegatis in d.c.distinguendo, aut leuiter constat de hæresi,& tunc facta ei monitione vt per gl.in d.consti. & ibidem per Matth. aut citatione si steterit per annum & non reddiderit pro vero hæretico condemnatur.d.c.ad abolendam,& d.c.excõicamus.& d.auth.gazaros.& c. cum contumaciam. eo.in vj.Sed an tunc statim ꝙ recusat iurare vt hæreticus puniatur,dic vt per Panor.in d. c. excommunicamus.& Matth. in consti. pactarenorum,in j.glos.& ibi an ex alia causa contumax sit excõicatus,& an amittat beneficia talis excõmunicatus per Doct.in c.j.de iudi.& in c. veritatis,& c. contingit.de dolo & cõtumacia, & Inno. in c.cum bonę,de æta.& quali.si vero comparuerit & se purgauerit cum satisfactione & pœnitentia salutari euitat pœnas prædictas,& si relapsus fuerit nõ punitur vt vere relapsus licet aliter grauiter vt dicitur in d.c.accusatus.§.post glo.in d.c. cum contumacia & per Matth.in d.consti. inconsutilem. xviij.no.post Arch.& Ancha.in d.c. accusatus,& ibi de tali satisfactione & purgatione qualis esse debet puta ad construendum aliquem pium locum vt supra fuit dictum , aut plene constat de hæresi vt quia publice prædicat contra fidem,aut per confessionem,aut per testes quos repulsare non potest:vt per Iser.in c.j.§.depræhensi de statu.contra lib.eccle.& tunc aut non sunt cõdemnati nec lata est contra eos sententia,& tunc si abiurauerit dictam hæresim vere & non fallaciter,vt supra,iniuncta pœnitentia salutari euitat pœnas prædictas,maxime ignis: vt dicitur. in d. c.ad abolendam.& in d.c.excõicamus.& in d.cõstitu. inconsutilem, adhibitis quatuor de quibus per Panor.in d.c.ad abolendam.iiij.not.aut lata est sententia & condemnatus est hereticus,& tũc sunt opiniones hinc inde, nam quidam tenent ꝙ non sit locus pœnitentiæ per d.c. ad abolendam, ibi,confestim & sponte, & sic ante sententiam & non post,cum metu pœnæ ignis glo.in cap.pen.de hære.tenet contrarium & Ioan.And.in apost. in d.c.ad abolendam,nam semper ante pœnã ignis potest pœnitere,& pœnã euadere: & hanc sequuntur oẽs tanquã equiorem & mitiorem,cum ecclesia nunquam claudat gremium redeuntibus nisi tñ relapsis in hæresim:nam eis denegatur audientia quo ad pœnam corporalem euitandam tantũ, conceduntur sacramenta si manifesta sunt signa pœnitentiæ vt dicitur in c.super eo.de hæreti. in vj.& in d.c. ad abolendam. vbi Felyn. & Paul. Ghirl.in d.tract.de hære.v.q.in fi.& Marsi.in l. j.§.quæstioni.ff.de quæstio.& in sing.ccclxxviij. incip.geminatio,& traditur in d.c.accusatus, bene tamen talibus(non dico relapsis)imponitur pœna perpetui carceris.c.excõicamus. lo ij. de hære.c.pen. eo.vide Iser. in d.c.j.§.quocunque nomine &.§.satisfactionem post Host. in sum.eo.§ qua pœna.& .§.qualiter.& Panor.in d.c. ad abolendam.& Matth.d.consti.inconsutilem.xx. not.& alios de quibus in dictis locis potest tñ cõmutari dicta pœna c.vt commissi,eo.in vj.Felyn. in d.c. pen.& ibi Panor.& Matth. in d.consti. xx. not. Card.in cle.j.§.fi.de vsur.vit.qõ. & dic plene vt per Pau.Ghir.in d.tract.in vij.q.quo ad clericos & ibi an recuperat beneficia si pœna cõmutat,& quando,vbi ꝙ aut statim paratus est se corrigere, corde non ficto & recuperat secundum Arch. in

d.c.

d.c.vt commissi col.fi.ver.tñ clericus.aut post negationem & sententiam & non recuperat, sed an tunc clericus sit deponendus antequam immuretur & perpetuo carceri mancipetur iuxta c. j. de hære. in vj.& iuxta d.c. pen. vt per Panor. ibid. & in d.cle.j.§.fi.vlt.q.& per Fely. in d.cap.pen. Panor.tamen residet ꝙ aut traditus est curię seculari & non expectatur nisi ignis pœna & executio,& tunc non auditur,aut nõ est traditus, & tũc admittitur pœnitentia, cum incontinenti dicatur redire, & non ex interuallo, & si ex interuallo non auditur nisi Papa cõsulto,vt dicit Iser. in d. c.j.§.quocunque nomine. argu.d.c. excommunicamus.§.sane.& Host.in d.§.qñ & qualiter.& an in omni parte iudicij admittenda sit pœnitentia, & an lata sententia vt euitet pœnas & bona recuperet.dic ꝙ Hostien. in d.§.quando & qualiter. & de opinione Panormi.an sit vera dic vt per Pau. Ghir.in d.tract.de hære.in v.qõ.plene et qualiter esse debet talis pœnitentia vt admittatur dic vt 160 per eum per totam quæstionem. † Formam autẽ iuramenti reddeuntis ponit Specu. in titu. de iureiuran.post medium & habetur de consecra.dist. ij.c.ego Berringarius.& no.gl.remissiue in ver. forma.& in c.vt officium.in prin.de hære. in vj. Et formam absolutionis cum pœnitentia ponit Matthę.in d. constitu.inconsutilem.xx. not. post 161 alios vt per eum. † An autem bona recuperet indistincte:dic ꝙ gl.ita tenet xxiij.q.vij.in sum. vbi dicit ẽt episcopatum recuperare.text. in d.c. vergentis,sentit ex quadam misericordia & gratia restituenda,& ideo si nõ dicatur ꝙ restituitur ad bona,ea nõ recuperat,facit l.ij.& iij.C.de aboli.l.insulam.& l.fi.C.de senten.pass.resti.facit dictum Bal.in l.si ademptio.C.de senten.pass.& Saly.in l. fi.C.eo.plene dic vt per Card.in clem.j.§. sane.j.q.& in cle.ij §.j.vj.q.de hære. & in cle.ij. §.j.vlt.quęst.de vsur.& Fely.plene in d.cap.vergentis,& ibi quid si fiscus alienauerit dicta bona an reuersus, & restitutus possit ea recuperare,dic vt per eum,& apostil.post eum.& plene per Paul. Ghirlan.in d.tract.de hære.vj.q.per totam quando bona recuperat & quę.& vide tradita per Fely.in c.quia.de maior.& obed.in c.de hac, in fi. de accus.& in c.ex literis,de consti.iiij. col. Do. cto.in l.fi.C.de re mili. Hercula.& Moder. in l. si marito.ff.solu. mat.& in l. Gallus.§. & quid si tm.ff.de lib.& post.cum cæteris allega. & per Fely.in d.locis.& Doct.in l.sed si huc.§. liberos.ff. de in ius vo.& an recuperat ius patronatus per Fely.in d.c.vergentis,in ver.no.casum.& Do.in c. quia,de electio gl.j.q.vij.qui maximũ & per Gemi.in c.j.in prin.de iur.patr.in vj. An restituatur ad bona quæ erant alienata tempore confiscationis,vide Bal.in l.pen.C. de cap. & postli. reuer. & Pau.Ghir.in d.vj.q.vbi distinguitur an aliena ta sint tit.lucratiuo,an oneroso, vt secũdo casu nõ recuperet. Et an bona sua per alium possessa, vide Bar.ĩ l.si qua.§.j.ex qui.cau.maio. Et an ad fructus bonorum, & vide Ang. in auth. de hære. & fal.in prin.ij.col.& Bal.in l.fina.C.de senten. pa. Alex.in d.§.& quis si tantum.xv.col. ver.pręd ictis adde. An ad ius fideicõ. sit restitutus vide per Doctor.in l.ex facto.§.Iulius Longinus.ff.de vulg.& pup. An ad sententias latas contra ipsum ex debitis ciuilibus per Bald.in tit.de pa.constã. § sententiæ quoq; in prin.an ad feuda Bald.in c. j.vlt.co.versic.ponere hic fini.lex corra. & Floria.in l. loci.§.sicut.ff.si ser. vend. Et an ad officium & dignitatem Bald.in l.cum fratrem.C. de his qui.vt indi. Et an ad reconualescentiam testam.Bart.in l. si quis filio.§. quatenus.ff.de iniu. rup.test. An aũt ad famam,vt possit esse capax officiorũ,& dignitatis,a qbus infamis excluditur, maxime ad testimonium, vr̃ ꝙ non:nam cessante cã infamiæ infamia non tollitur vt no. in c.constituit.xvij.q.õ.j.cũ aliis multis alleg.per Mar.in sing.cvij.& in sing.cclxxiij.vbi dixit post multa similia ꝙ iudæus etiam baptizatus, & conuersus ad fidem non est idoneus testis propter infamiã & extat decis.sac.consi. sed hæreticus est infamis ergo conuersus non desinit esse infamis,dic ꝙ ẽt restitutus censetur ad honores & dignitates, & testimoniũ per tex.in l.j.C.de sent. pass.& l.fi. eo.in quibus Bart.& Bal.nam restitutus per gratiam censetur ad hæc restitutus vt dicitur in d.l. sed hæreticus conuersus restituitur ex gratia vt dr̃ in d.c.vergen.ergo & ad hæc restitutus censetur,nisi contrarium statuatur in sententia:vt dicit Bar.in d.l.j.& vide Alex.in consil.cxij. ij.vol. incip.ommissis argumentis nec ob.iudæo,nam ei nulla facta consideratur restitutio, ex quo nihil ammiserat,ideo remanet cum sua causa & ex his ẽt ad pœnas extraordinarias restitutus censetur. Not.tñ ꝙ licet reuertatur non ordinatur nec recipitur in aliquam dignitatem,nisi dispensetur,nec dignitate & officio ab hæreticis percepto fungi potest,vt legitur in j.q.vij. ex princ.vsq; ad c.requisitis,& in fi.c.præceden.§.ex hac autem.Not. tñ ꝙ licet hæretico pœnitenti indulgendum sit,vt supra,tñ accusanti hæreticũ non indulgętur videlicet accusatori desistenti vt per Mar.in l.qui falsam,in fi.prin.ff.de fals.Panor.post Ioan. And.in c.excommunicamus, lo ij.de hæret. De relapso vero in hæresim qualiter puniatur, dic vt in d.c. ad ab.in fi.& an admittatur ad pœnitentiã & defensiones,dic vt ibi per Panor.& Fely.in c.accusatus. in princ.de hære. in vj.& plene per Paul. Ghir.in trac.de hære.in x.& vlt.q.distinguendo de leui suspicione & graui vt primo admittatur nisi fuerit relapsus,per d.c.accusatus,secundo vero non admittitur, bene tamẽ si admittatur debet incontinenti fieri reuocatio,& ibi dicit ꝙ relapsus dicitur ne dum quando in eadem specie hęresis. sed etiam si in alia vt in c.fi.vbi Panor.de hęreti.licet supra dictum sit. & an relapsi puniendi sunt per Boni.in rub.de hęre.

162 † Nunc de receptatoribus & fautoribus aliqua perstringamus.in quo notandum est.ꝙ puniũtur credentes receptatores & fautores hæreticorum tamen diuersimode, nam credentes hæreticis sunt hæretici vt dicit text. in c.pen. de hære.& ꝑ consequens vt hæretici puniuntur, tamen fautores, & receptatores non puniuntur eadem pœna sed alia vt infra, & tamen promiscue traditur de credentibus,receptatoribus, & fautoribus,vt in

c.excommunicamus.§.credentes,de hęretic.et in auc. credentes.C.eo.& vnde sumitur . dicendum tamen est dicit Inn. in c.j.de sum.tri. & Matthę. in constitut.pactarenorum in prin.ꝙ sint hæretici,& vt hęretici puniantur credentes,intelligitur quando hęreticis credunt contra sacrosanctam ecclesiam romanam & fidem Christianam, & per Pau.Ghirlan.in d.trac.de hære.ix.q. sed vt puniantur veluti receptatores locum habet in hęreticis simpliciter credentibus,tenentibus tamen illud quod tenet sancta mater ecclesia, per talē simplicem credulitatem puniuntur,vt fautores & nō hær.& ita erit intelligenda gloss. in c.accusatus. vet.hæreticos , de hære.in vj. vbi dicit aliud esse in credentibus.& aliud in fautoribus: vt intelligatur de credentibus hæreticis contra fidem:& ita intelligenda est etiam gloss. in d.§.credentes cum alleget tex.in cap.pen.in fi.eo. vbi loquitur de credente non illa gloss.intelligitur de credente simpliciter fautore & receptatore & ita intelligitur dictū Cardi. in clem.j.§. verum de hæret. inquantum dicit tales & hæretici idem sunt , & ideo de prædictis , & eorum pœnis videamus. Et notandum est ꝙ in his credentibus fautoribus & receptatoribus diuersæ pœnæ statute videntur iure canonico,ciuili, authenticorum,& regni: nam iure communi veteri pœna publicationis domus vbi recipiebantur & conueniebant imponebatur,vt patet in l.cuncti hæretici.& in l.quicunq; cum sua distinctione C.de hære. & in l. ij. C. de sum.Trin.l.conuenticulam.C.de episco.& cle.& nouiter in auct.de interd.colleg.hære.Fridericus vero primus in d.cap.j.§.credentes.de stat.contra liber.eccle.addidit alias pęnas vt ibi & in authē. credentes C.eo.videlicet ꝙ sit excommunicatus vt etiam dicitur in d.authen.de inter.coll. hære. in fi.& si neglexerint satisfacere ecclesiæ & persisterint per annum in excommunicatione infames efficiuntur, & excluduntur ab omnibus actibus ciuilibus.intestabiles efficiuntur,& ab omnibus publicis officijs & honoribus excludebantur;vt ibi dicitur. Iure autem canonum eadem pęna statuta reperitur vt in cap.si aduersus, & in d. cap. excommunicamus.§ credentes . de hæreticis.Iure vero nouissimo addita extitit vltra priuationem prædictam , & exclusionem a talibus, & officijs publicis alia pœna , videlicet ꝙ filij talium sicut hæreticorum excluduntur ab omnibus officijs , & beneficijs , & alijs actibus vsque ad tertiam generationem exclusiue ex paterna linea & ad secundam in materna , vt traditur in cap.ij.& in cap.filij , & in cap.statutum fœlicis, de hęret. in vj. nisi tales parentes fuerint emendati & satisfecerint ecclesiæ vt dicitur in d.cap. statutum.Nouissime vero in regno Imperator Fridericus secundus considerans grauius istos fautores delinquere cum sine talibus defensoribus hęretici diu manere non possent,& ēt aliorum errores defendere videntur vt dicit gl. in d.§.credentes,nouam pœnam addidit per nouā consti.incip. pactarenorum receptatores, per quam imponitur pœna relegationis perpetuæ cū publicatione bonorum,et filij eorum tanꝙ infames sunt repellendi a quibuscunque actibus officijs & honoribus publicis,nec etiam ad testimonium, nisi & ipsi filij detexerint tales hæreticos per patres receptatos & constito per eos tales hæreticos esse, tūc ex gratia & benignitate ad pristinam famam restituuntur,vt dicitur.in d. consti. & prædictas pœnas incurrit receptator & fautor si laicus sit:si clericus vltra prędictas pœnas deponitur ab officio & beneficio,vt dicitur in d.c.excommunicamus. Host.in sum.eod.§.qua pœna.& per Pau.Ghir.in d.tra.de hære.ix.q.vbi ꝙ non licet eis relinquere aliquid nec in vltima voluntate nec inter viuos,& per Boni.in titu.de hære.vbi vide de credentibus,receptatoribus,& fautoribus,& pœnis.


164 †Sed quid si non fauet nec receptat sed tantū occultat hæreticos an pœnis prædictis puniatur, vt quia scit hæreticum esse in aliquo loco & non denunciat,non tamen dico ꝙ ipse occultet vt euadat sciens esse hæreticum:nam tunc vt receptator puniretur, sed si tātum scit esse in aliquo loco nec iudici denūciat dic ꝙ licet teneatur eum indicare , nam si tenetur indicare proditorem regis, vt dicitur in cap.reg.nuper apud Tranum,per quod tenetur alta voce clamare ecce proditor regis succurrite vt capiamus cum multo fortius . & in hæretico, nam grauius est diuinam ꝗ̄ humanam lædere maiestatem authen. gazaros. C. de hære. & dictum est supra.& in d.constit. inconsutilem. in omnibus est æquata conditio & ibi dicitur per omnia,& per Iser.in d.c.j.§.diuinam quam humanam,sed in humana denunciare debet.ergo, & in diuina.Isernia in d.c.j.§.satisfactionem.dicit mitius puniri debet quam receptator fautor nam saltem ad tempus relegabitur contra l.j.C.de his qui latro.occul. vbi occultatore eadem pœna puniri dic vt ibi per Iser. assignantem rationem quare

165 secus in hoc crimine. †Sed an ex quo diuersæ pœnę imponuntur iure canonico & iure regni dicantur dictæ pœnæ concurre cumulatiue an vero per nouas recessum intelligatur a veteribus.glos. in d.constitu.tenet ꝙ ambæ concurrant , nec vna per aliā tollatur: nā qn̄ statutuū imponit nouā pęnam prout imponit d.consti.pactarenorū cū dicat statutū regni, vt tradit Mat.in rubri.cōsti.si dāna clandestina. per talem nouam pœnam non censetur recessum a pœna iuris communis per l. qui sepulcra C. de sepul. viol. de quo tamen plene per Saly.& Albe.in d.l.qui sepulcra.& Bar.in l.sanctio legum.ff.de poen. Alexand.post Bar.& Dyn. in l.j.ff.vi bon.rap.Math.plene in d.consti.pacta reno. in prima gloss.ver.in eadem vbi ponit post prædictos decem limitat. ad regulam , & dixit glos. in cap.j.de emp. & vend.& Bald. in l.j. vj. col.C.de sum.Tri.& in l.placet.in authen.clericus C.de episcop. & cle.cum cæteris allega. per Math.in d.consti.ꝙ si pro vno delicto ius canonicum imponit vnam pęnam , & pro eodem delicto ius ciuile imponit aliam, & delictum est mixtum & vtriq; fori,ꝙ tunc ambe pœnæ concurrunt, & vna per aliā nō tollitur.& traditur per Canoni.in c.cū sit gn̄ale.de fo.cōp.& p Mat.in consti.multæ leges.j.li.& in cōsti.statuimus.j.li.& in cōsti.maiestati nostrę.iij.lib.pęna ergo īducta a iure canonum

num de receptatoribus per d.consti.non est sublata, sed ambæ concurrunt. opponitur contra predictam const. & c.de receptatoribus, nam iure communi eadem pœna imponitur receptatori quæ & principali l.j.& ij.ff.de rece. & l.j.C. de his qui latro.occul.cum alijs per glo.ibi sed hic imponitur maior pœna, & tamen maius est delictum hæresis quam alia crimina vt patet ex supradictis, ergo eadem pœna deberent puniri Mat.in d. consti.pactarenorum.j.col. dicit ꝙ fallit in hoc crimine, sicut in alijs criminibus vt per eum ibi, licet regulariter contra rationem fallentiæ non assignat. Bart.autem in d.l.j.ff.de recep. dicit licet puniatur receptator sicut delinquens, non tamen punitur eadem pœna, vel saltē tanta, & ideo dictio sicuti, non refertur ad pœnæ identitatem, vide per Matth.in d.consti.ij.no.v.fal.& ij.q. & d.l.j.C.de his qui la. & videtur habere locum in associante vt fugiat & occultante reum, non autē in simplici receptatore, adeo ꝙ maior pœna puniendus est quam simplex receptator. vel dic secundum Iser.in d.consti.pactarenorum.& in d.c. j.§.satisfactionem. ꝙ legislatoribus non fuit visum ꝙ eadem pœna puniatur receptator vt tradatur seculari cum publicatione bonorum & igni immittatur, habendo solum respectum ad criminis immanitatem, cum mitior pœna esset etiam in receptante rebellem, vt dicitur in l. metodorū. 166 ff.de pœnis. †Sed an sicut hodie receptans rebellem suspenditur cum publicatione bonorum, vt in d.c.reg.nuper apud Tranum, & per Iser.in c.j.§.præterea, quæ sit causa bene. amit. in c.j.§. de receptatoribus.de pa.iur. fir. sic etiam erit in receptante hæreticum, cum per omnia adæquata sunt crimina vt supra videtur ꝙ sic, stante adæquatione, vt statutum in vno & in alio statutū censeatur. in contrarium facit, nam extensio fit ex quadam coniectura & tacita mente statuentis per not.in l. apud antiquos.C.de fur. quæ tamen non summitur vbi daretur legum correctio per tradita per Docto. in l.j.§.huius studij.ff. de iustitia & iure, & traditur per Mod.in auth. quas actiones. C.de sacros.eccle.sed si daretur talis extensio d. c.daretur correctio d. const. pactarenorum . cum non veniret pœna imponenda cumulatiue cū maior pœna imponeretur per d.c.per ea quæ tradit late Mar.in l.j.§.præterea.ff. de qō.& in consi. cj.& cōsi.lxj.cū allegatis per eum.& pœna. d.c. esset imponenda, videlicet c.nuper apud Tranum non d.consti.qn̄ talis fieret extensio & sic veniret priuatiue, & correctiue quæ non permittitur extē 167 sio vt supra. †An aūt liceat receptare cōsanguineum & affinem hæreticum, aut ei bene facere, glo.in d.§.credentes, dicit ꝙ non per tex. in c. si quis episcopus.cum seq.eo.glo.vero.xxx.dist. c.j.& Panor.post eam in d.c.si quis episcopus. & in seq.ꝙ potius est subueniēdū fratri & patri carnali hæretico in casu tamen necessitatis ꝙ̃ extraneo catholico.glo.in c.accusatus.in ver.non possit.de hære.in vj.dicit ꝙ ratione necessitatis famis potest, et per Tho.ij.secundę.q.xxxj.arti.iij. Spec.in tit.qui filij sint legi.§.j.ver.quid si pater. Zaba.in c.cū haberet.de eo qui dux.in ma.& in c.cum sit.de iudi.vbi Ana. Host.in sum. in tit.de tempo. ordi.§.sed pone ꝙ pater tuus. & Ioan. de Fant. in c.quiescamus.xlij.dist.& in c.non satis. lxxxvj.dist.& in c.sicut in fin.el j.ij. quæstio.ij. 168 †Pro hoc facit, nā hospes excusatur si dederit cibum & potum bannito transeunti vt per Bart. in l.oēs.la secūda.ver.& hoc est vtile.C.de agri. & cens.lib.xj.& in l.j.C.de colo.ille. eo. lib. & in l.Seiæ.§.idē quæsiijt.ff.de fun. instru. & Mat. in d.constitu.pactarenorum.ij.no.vij.fallen.nam perdationem cibi.& poti non dicitur receptare. l.j.§.quod autem.ff.de ser.corr. Sed per occultationem & receptionem mercedis vel cohabitationem, vt per Bar.in l.j.§.j.ff.de recepta. & in l. qui vas.§.qui furem.ff.de fur. Ang. & Saly. in l. j.C.de his qui latr.Bald.in c. si clericus. in prin. j.not.de pac. ten.aliter consanguineum non licet receptare impune per d.cap.si quis episcopus.ex quo vr̄ sublata agnatio, & cognatio per tale crimen cum relegetur in perpetuum.insti. de his qui sunt sui vel alie.iur.sic & in violatore pacis, vt dr̄ in d.c.j.§.de receptatoribus.& ibi Iser.& Bal. & in c.j.§.conuenticulas.v.not.de pa.ten.nisi iurauerit se ignorasse Rota in deci. ccccxv. & per Matthæ.in d.consti.pactarenorum.ij.not.ij.q. Limita ergo nisi ratione euidentis necessitatis fa- 169 mis per glo.in d.cap.accusatus. †An autem liceat vxori, receptare & subuenire impune de dotibus earum: dic ꝙ non, sicut in viro rebellē vt dicit Iser.& Matthæ.in consti. pœna carere. & in d.consti.pactarenorum.vbi Iser.in tali crimine hæresis, & in alijs locis per Matthæ.ibi. ij. not.ij.q.nam dotes non publicantur ex hoc nisi & ipsa commiserit rebellionem sic & in hæresi, cum parificentur, & traditur in c.decreuit. de hę- 170 re.in vj. †Limita etiam nisi ignoranter receptauerit hæreticum, nam tunc probabilis ignorātia excusat glo.in d.c.accusatus.in ver. non posset.in c.quicunque.in versi. scienter. de hære. in vj. quæ probatur per iuramentum receptatoris, vt dicit Bal.in d §.conuenticulas. & Rota in d. decis.ccccxv.nisi esset famosus & notorius hæreticus vel pronunciatus tunc præsumitur scientia & non ignorantia, vt per Bar.post glos.in l.j.§.j. ff.de recept.Bal.no.vbi supra.& Marsi. in consi. cvij.ideo dixit glo.in d.c.quicunque.ꝙ probabilis ignorantia excusat: quæ tamen non diceretur probabilis si fuisset notorius aut pronunciatus hęreticus: bene tamen si occultus vide alleg.in alijs criminibus, vt per Marsi.in l.j.C.de rap.virg.& Matthæ.in d.consti.vj.fallen.& not.ꝙ accusator debet articulare & probare de scientia alias succumbet, vt plene Deci.in c.a nobis.de excep. & Fely.in d.cap.si quis episcopus. Roma. in consi. 171 cccclxxj. †Limita ēt nisi per vim & coacte receptasset hæreticum, per tradita per Bald. in l. in delictis.ff.de noxa.cū multis alleg.p Mar.ī d. l.j.C.de rap.virg.et Mat.ī d.cōsti.pacta.ij.no.iij. q.& Mar.ī l.j.xj.co.ff.de sic.ī prin.& in.§.diuus. & in l.eiusdē.§.itē is cuius.ff.eo. & cōs.25.et cōs. xcix. sed qd si semel tm̄ receptauerit an puniat. Arch.in d.c.quicūq; tenet ꝙ sic dummodo scienter p c.fœlicis.de pęn.in vj.& vide Mat.in d.cōstitu.

stitu.xlij.no.iiij.q.& vide Io.de Arn.in commẽ. 172 xlj.de scient. †An autem excuset in veterata amicitia, dic ꝙ non: vt per Saly.in l.nullus.C. de male. Ana.in c.j.pen.col.de male. Matthæ. in ij. no.vj.q.facit nam consanguinitas: non excusat, et sic causa naturalis, vt per gl.in d.§.credentes, ergo minus causa accidentalis vt amicitia arg. not. 173 in fi.C.de his qui ven.eta.impe. †Quid autẽ si hæreticus receptatus, penituerit, & hæresim abiurauerit, an per hanc pœnitentiam euitabit pœnam ipse receptator, Andræ. & Matth. in d. consti.in viij.q.tenet ꝙ non cum illa pœnitentia non extendatur ad aliam personam ꝙ̃ propriam 174 vt ibi per similia. †De receptatoribus autem malefactorum ex alia causa quam hæresis plene per Matth.in d. constitu. pactarenorum. vbi ponit regu.& fallent.& in constitu. pœnam eorum. per Saly.& Marsi.in l.j.C.de rap.virgin. & in l. is qui cum telo.C.de sicar.& per Saly.& Ang.in l.j.C.de his qui latro.Bar.& post eum Alex.in l. j.& ij.ff.de receptat.Ang. in glo. vestem cęlestẽ, & in glo.& dicto male.semper asti. & Gand. in rubr. de fur.iiij.& vj. col. & de pœ. stat. in reg. per c.& prag.reg. per Matthæ.in d. j. not. & in 175 rubr.dictæ consti.pactarenorum. †Et ex quo ponitur pœna relegationis per d. constitu. pactarenorum.talibus receptatoribus & fautoribus an per totum regnum erunt & censentur relegati si fuerint a iustitiario prouinciæ relegati. dic vt ibi per Matthæ.v.nota. & ex quo filij sunt infames excludendi ab omnibus actibus ciuilibus & honoribus vt supra.& per Matthæ.ibi. v. not. & a testimonio ferendo excluditur vt ibi per Matth. ponentem alios casus in quibus infamis admittitur ad testimonium vt in viij.not.an per emendationem vitæ tollatur talis macula infamiæ, dic ꝙ non vt not.glo.in c.testimonium.de testi.cum cæteris vt per Matthæ.ibi. vij. not. Punitur etiam receptator quia caret sepultura,& si quis eum tradiderit sepulturæ excommunicatus est, nisi proprijs manibus exhumauerit, quando tamen eius ossa ab aliorum ossis distingui possent, vt dicitur in d.c.quicunque.& ibi glo.versi.extumulem. Punitur etiam vt ibidem nam si quis ad præces receptatoris obtinuerit scienter aliquod beneficium ecclesiasticum, ipso iure talis obtinens priuatur, & inhabilis efficitur quo ad obtinenda, quãdo tamen scienter & ibi vide glos. an pontificalis dignitas includatur. Item punitur si quis credens hæreticis dum esset in lecto peteret hæreticos cõsolatos iuxta prauam eorum consuetudinem nisi per filios eius probetur qualiter non erat sanę mẽtis,& hoc per testes idoneos non domesticos & familiares, priuantur filij succesisone iuxta.c. filij. vel hæredes.de hære.in vj.puniuntur etiam vt in c.in fidei.eo.in vj.& puniuntur vt in d.c.accusatus.§.si vero.& seq.eo.in vj.& puniuntur vt in d. c.ne aliqui.eod.in vj. Punitur etiam & fautor & defensor officialis, vt in c.vt officium, in fin. eodem in vj.punitur etiã vt in capitulo contra christianos,& vt in c.si.eo.in vj.& in c.sicut. de hæreti.& in c.excommunicamus.§.credentes. & in c.j.§.credentes.de statu.contra lib.eccle.& in authen.credentes.C.de hære.Punitur etiam quia ei imponitur publica pœnitentia per Specu. in titu. de teste.§.j.versi.quid de portantibus.Item punitur extra ordinem arbitrio superioris, vt dicitur in l.manicheos.C.de hæreti.§.in eos.ibi auctoritatis nostræ aculei.Item punitur dum temporalis requisitus vt terram suam purget hæresi, & noluerit facere post annum vt eius terra occupari possit a fidelibus ipso tanquam defensore excluso. saluo iure directi dominij domini, vt dicitur in authen.si vero dominus & vide vnde sumitur.C. de hære. & punitur vt in l.cuncti. & in l. manicheos.& in l.arriani.l.quicunque & l. si quis.C. eo.vt loci possesiones, & domus publicentur domino sciente,& permittente. Et nota ꝙ tales receptatores fautores, & credentes non puniuntur alijs pœnis in iure non expresis, nec pœnis hæreticorum præterquam credentes hæreticis contra fidem, vt dicunt glo.in d.§.credentes. & in d. c.accusatus.in versi.hæreticos, de hære. in vj. si quis velit videre rationes quare filij talium puniantur tali pœna ex delicto paterno, dic vt per glo.& Matthæ.in d. constitu. pactarenorum. vbi etiam ponit quando filius pro patre & econtra teneatur.vbi dicit patrem non puniri licet filius sit hæreticus, credens, fautor vel receptator, sicut contra. vbi rationem asignat. de fugiẽte autem ad hostes fidei & de consultore hæreticorum remisiue dic vt per Matthæ.in d.constitu.pactare. in fi.Cætera curiosus lector perquirat.de hæreticis hactenus permissa tamen protestatione finem facio huic libello, vt si quid apte dictum non fuerit, aut perperam dictum locutus assero iuxta formam.c.damnamus.in fi. de summa Tri. & fide catho. vt similiter testatur Bald.in consi. scismatis in prin.consi.quod ponit in rub.C. si quis ali. testa.prohi.licet potius relator,& aliqualis sub ordinator.& compilator potius viderim ꝙ̃ ex nostro marte dictum apparet, cum dicta authoritatibus comprobentur, iudicio tamen & correctioni ecclesiæ submittendo & in aliquo ab ea non discrepando ad laudem & gloriam Redemptoris nostri & suæ piæ & immaculate virginis Matris & omnium Sanctorum. Amen. Valete.

FINIS.



SOLEMNIS AC PERVTILIS TRActatus de modo procedendi contra Apostatas Incerti Authoris.

SVMMARIVM.

1 *Apostata quomodo citari debeat.*
2 *Procuratorem quilibet tenetur dimittere, postquam semel citatus est, alias procederetur in contumaciam.*
3 *Præconia vox paucis innotescit.*
4 *Citatus docens se iusta de causa abfuisse restituitur.*
5 *Citatus postquam venerit debet admoneri trina admonitione, vt iuri pareat ante sententiam.*
6 *Iudex non debet ad sententiam festinare excommunicationis.*
7 *Casus in quibus apostatæ perdunt priuilegiũ clericale, & quibus non perdunt.*
8 *Renunciare iuri suo voluntarie, & eo spoliari a canone differunt.*
9 *Excommunicationis sententia quomodo ferri debeat, & nu. 13. Et quid seruandum per excõmunicatorem, post latam sententiam si requiratur ab excommunicato exemplum.*
10 *Quid si excommunicator nolit hunc ordinem seruare.*
11 *A sententia excommunicationis contra apostatam non appellatur, nisi iudex excedat modum incorrigendo.*
12 *In sententiis excommunicationis & interdicti quid seruandum.*
14 *Induciæ a lege concessæ an possint per iudicem abbreuiari.*
15 *Annus licet a iure concedatur & ex causa biennium ad prosequendum appellationem, tamen si iudici videbitur expedire poterit recisius tẽpus moderari, & nu. 20.*
16 *Decem dies dantur fauore iurium ad appellandum, infra quos si non appelletur sententia transit in iudicatum.*
17 *Quatuor annorum tempus quod datur ad petendum resti. in integ. non potest augeri, vel minui.*
18 *Homines subsunt iudicibus ratione iuris, sed ius est supra iudices; & idco in his quæ statum hominum dicunt, possunt iudices inspecta veritate, & vtilitate mutare, sed quæ tangunt statum iuris mutare nequeunt.*
19 *Princeps legibus non ligatur.*
21 *Limitatio ad supradicta. nu. 15. & 20.*
22 *Terminus ad arripiendum iter statutus a iudice, vicem habet peremptorii.*




VIA frequenter prælati religiosorum propter incorrigibiles Apostatas necesse habent contra ipsos procedere, & sententiam excommu. ferre, ideo breuem & vtilem tractatum huic nostro opusculo subiiciam de modo contra prædictos procedendi. 1 † Primo ergo citandus est Apostata, vt veniat iuri pariturus, citabitur autem tribus edictis siue denunciationibus, vel vno peremptorie pro omnibus, vt in tali termino veniat pariturus iuri, vt xxiiii. qõ. iii. de illicita. & l. ad peremptorium. & l. nonnunquam. ff. de iudi. & semper citandus est reus si inueniatur, vt iiii. quæstio. v. capitu. quisquis. & capitu. primo qui ma. accusa. poss. & capitulo venerabilis. de dolo & contuma. Si autem non inuenitur citandus est procurator, si quem dimisit, 2 † quem tenetur quilibet dimittere, postquam semel citatus est, alias procederetur contra ipsum tanquam contra contumacem factis denunciationibus ad domum suam, vel ad ecclesiam, vt capitu. causam quę, & capitulo venerabilis. de dolo & contuma. & capitulo si aduersarius. de eo qui mi. in posse. & talis citatio dicitur legitima vt dicto capitulo causam quæ, & perpetuat iurisdictionem capitu. gratum. de offic. delega. maxime si delegatus non sit certus de morte & obitu delegantis. vt ibi dicitur, alias si esset certus contrarium obtineret, quia tunc non procederet,

deret, vt l. eius qui. si cert. peta. Si autem non esset certus, posset procedere, vt. §. recte. Insti. manda. Si ergo reus sic citatus non venerit in termino statuto contumax reputabitur, & procedi poterit contra reum, nisi forte iudice sedente pro tribunali venerit, tunc enim non habebitur contumax, præsumitur enim ꝙ parum vocem prę conis audierit, vt l. diuus. de in integ. resti. † vox enim præconia paucis innotescit, vt authen. qui semel. C quomodo & quando iud. & propter hoc æquitate suadente poterit iudex expectare citatum in alterum diem, vt capitulo consuluit. de officio deleg. nam in iudiciis & compromissis mora purgatur l. & si post tres. ff. si quis cau. & l. sancimus. C. de fideiuss. & ideo si contingat in hoc casu procedit contra absentem, † si postea doceat se abfuisse iusta de causa restituitur citatus. capit. cum Bertholdus. extra de re iudic. & ex quibus cau. maio. per totum. † Secundo postquam venerit debet moneri, vt iuri pareat, trina autem admonitione semper est admonendus ante sententiam excommunicationis, vt xvj. quæstio. vij. capitulo omnes decimæ. & xvij. quæst. iiij. de presbyterorum, & de senten. excommuni. contingit, & admonitio appellatur a iure competens, vt capitulo sacro. de senten. excommunicatio. capitulo reprehensibilis, de appella. poterit enim vna sola admonitione pro tribus moneri peremptorie, assignato sibi spatio competenti a iudice sicut dictum est de citatione. vt xxiiij. quæstio. iij. de illicita. & committitur arbitrio discreti iudicis peremptorium maturare, siue temperare secundum quod sibi videbitur expedire, vt capitulo primo de offic. delega. † non enim debet iudex ad sententiam festinare, cum dicat lex, ꝙ prætor non debet festinare ad determinandum, vt iubeat posidere, vt l. si finita. § sed si forte, de damno infect. † nec perdit apostata priuilegium clericale ante dictam trinam admonitionem, vt capitulo in audientia. de senten. excommunicatio. quamuis contrarium notari videatur in capitulo cum non ab homine. & capitulo perpendimus. de senten. excommunicati: vbi dicitur ꝙ occisores clericorum apostatorum non plectuntur canone latæ sententiæ; & ideo non sunt ad sedem apostolicam mittendi pro absolutione, sed in hoc distinguas ꝙ inter apostatas quidam viuunt tantum seculariter ad modum laicorum, & isti non perdunt priuilegium clericale ante trinam admonitionem, vt dictum est. Alij vero qui non solum seculariter viuunt admodum laicorum, sed etiam enormiter se immiscent tyrannidi, & seditioni guerrarum cum armis, & huiusmodi, & tales ipso facto perdunt priuilegium clericale, vt dicunt iura in contrarium allegata. Nec obstat ꝙ dicitur clericus non potest renunciare priuilegio clericali, vt capi. contingit. de senten. excommunicatio. † quia aliud est renunciare iure suo voluntarie, & aliud est spoliari iure suo a canone, & merito facinorum suorum, sicut fit in hoc casu. Tertio si post trinam admonitionem noluerit iuri parere poterit excommunicari, debet † autem sententia excommunicationis in scriptis ferri & causa excommunicationis conscribi, vt appareat propter quam causam excommunicatur, vt sit iusta, vel iniusta, & si excommunicatus petit exemplum tenetur excommunicator ei tradere illud. & de huiusmodi requisitione debet confici publicum instrumentum, vt cap. cum medicinalis, extra de senten. excommunicatio. † Si autem excommunicator hunc ordinem non seruauerit per vnum mensem suspensus est ab ingressu ecclesiæ, ita tamen quod si durante huiusmodi suspensione ingesserit se diuinis irregularis efficitur a qua non poterit nisi per Papam liberari, vt in dicto capit. cum medicinalis in fine. Eodem modo si quis iudex ferat sententiam excommunicationis ante trinam admonitionem, est suspensus ab ingressu ecclesiæ. c. sacro. de senten. excommunicatio. hoc enim est generale in alijs sentētijs diffinitiuis, vt in scriptis ferantur, quæ si non ferantur in scriptis non tenent, nec sententiæ nomen merentur habere, vt ij. q. j. in primis, in fine & cap. statutis. In alijs tamen non est necesse causam exprimere in sententia, quæ mouet iudicem ad sententiandum. cap. sicut, de re iudica. Sententia vero excommunicationis bene tenet, licet dictus ordo non seruetur, sed proferens suspensus est ipso iure, vt dictum est. † Si autem appelletur ante sententiam excommunicationis latam in talem apostatam vel incorrigibilem, non valet appellatio, & tenet sententia; quia contra disciplinam regularem siue canonicam, non tenet appellatio, vt cap. licet. de officio ordina. & ca. ad nostram. de appellatio. & capitu. repræhensibilis, & capit. cum speciali. in fine, nisi iudex modum excedat incorrigendo, tunc enim tenet appellatio vt c. de priore de appella. & c. super quæstionum. §. nos aūt de officio delega. † Idem ēt seruandū est de sententijs interdicti et excommunicationis, quia quātum ad hoc pari passu incedunt istæ tres sententiæ, vt capit. cum medicinalis de senten. excommunicatio. libr. vj. † Sic autem contra apostatas formabitur sententia, vel incorrigibiles. quoniam iure cauetur quod sint soliciti prælati fugitiuos. & ineptos de ordinibus ad regularem disciplinam salubriter reuocare, & inobedientes per sententiam excommunicationis punire, vt capitu. ne religiosi. de regula. & tu talis & tales qui fuisti vel fuistis in nostro ordine, mundum miserabiliter euagastis in vituperium regularis, & ecclesiasticæ disciplinæ, & honestatis monemus te, vt ad tuum ordinem reuertaris, aut aliam religionem ingrediaris tuæ saluti idoneam, ac tibi concessam secundum nostri ordinis instituta tibi pręfixo spatio trium dierum, in quos nostram admonitionem, tam fideliter quam efficaciter exequaris, quem terminum tibi pro primo & secundo, & tertio peremptorium assignamus, quod si non feceris ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc inscriptis te ipsum sententiæ excommunicationis subiacere decernimus, vel excommunicationis, vinculo te innodamus. † Quarto videndum est

an iudex

an iudex possit abbreuiare inducias a lege concessas, & videtur ꝙ sic, vt cap. cum sit, & cap. oblatæ. de appellatio. & cap. ad consultationem. de re iudica. & l. secunda. ff. de re iudica. & tertia quæstione tertia. de iudiciis. & §. spatium, & vigesima distinctio. de his in lege tertia. §. si quis condemnatus, de re iudica. Ad hoc notandum est, ꝙ tempora statuta sunt de rebus & causis humanis al quando fauore hominum, aliquando fauore iurium, & quia fauore hominum dantur induciæ temporis citato, vt veniat ad iudicium pariturus iuri, & quamuis tria debeant esse edicta, quorum quolibet debet continere triginta dies, vt in authenti. de legiti. §. omne. iudex tamen moderabit ordinem edictorum & compendium, prout viderit experire, pensata qualitate personæ & temporis, & negotij siue causæ, vt l. nonnunquam. de iudic. & ideo si iudex nimis breuem terminum dederit, citatus non reputabitur contumax si non venerit in termino statuto, & sic post appellationem hac de causa factam processerit in causa grauando citatum irritum reuocabitur, vt capit. primo de dilatio. Et idem puto in aliis quæ in fauorem hominum sunt inducte,
15 † vt quo ad prosequendum appellationem indulgetur annus a iure & ex iusta causa biennium, vt in dicto capitu. cum sit, tunc enim si iudex viderit expedire poterit recisius tempus moderari, vt dicunt iura primo allegata: sic etiam puto in tempore dando ei qui iusta causa ab ecclesia se absentauit, cui ad reuertendum iura diuersa tempora statuunt, sicut habitum est in prima parte sum-
16 mæ, † Fauore autem iurium dantur decem dies ei contra quem lata est sententia diffinitiua vt appelletur, infra quos si non appellauerit, transit
17 in rem iudicatam, † & tempus quatuor annorum quod datur petenti in integrum restitutionem, & talia & similia, augeri vel minui non possunt, de quibus habetur. ij. quæstio. vj. cap. anteriorum. & capit. finali de in integrum restitu. Sed quæ est
18 ratio diuersitatis? dicendum est † ꝙ homines subsunt iudicibus ratione iuris, sed ius est supra iudices, & ideo in his quæ statum hominum dicunt, possunt iudices inspecta veritate & vtilitate mutare, vt capitu. licet, de feriis. in his vero quæ tangunt statum iuris mutare non possunt, quia iudices iuri subiiciuntur, excepto principe
19 † qui legibus non ligatur, vt l. princeps, de legi. quamuis legibus viuere clementer profiteatur, vt l. digna vox. C. de legib. Alibi tamen dicitur ꝙ iura grauius insurgunt contra contemptores iudicis ꝙ contra contemptores iuris, argu. l. Celsus, de arbitr. & l. sicut dies. §. finali, & l. si quis
20 sciens. ff. de contrahenda emptio. † Sed an iudex poterit abbreuiare tempus appellationis, vt ante annum, vel post biennium quod ex iusta causa datur, teneatur appellans finire causam appellationis? Ad hoc dixerunt quidam, ꝙ sic, quantum ad hoc ꝙ non sit negligens in exequendo siue agendo, vt causam finiat, si commode ante annum vel biennium non potest terminari, ne appellans videatur subterfugere processum negotij principalis, & sic aduersarium suum grauare, & non iustitiam prosequi videatur, si tamen non posset causam terminare, non esset sibi imputandum, argu. capitu. ex insinuatione. de appella. ij. quæstio. vj. anteriorum. §. ad hoc. & sic intelligitur quod dicit canon, nisi forte iudex certum tempus fuerit moderatus, infra quod terminet causam suam, vt cap. cum sit. de appellatio. Alij dicunt, ꝙ iudex non potest tempus appellationis abbreuiare, nisi appellans teneatur causam finire ante tempus statutum a canone, vel a lege, immo habebit semper appellans annum integrum vel biennium ex iusta causa, infra quem terminum finiat causam suam, quo elapso firma manet & rata sententia, vt dicto capit. cum sit. & l. fina. C. de tempo. appella.
21 † Sed pro tanto dicitur ꝙ iudex potest recisius tempus moderari, quia potest terminum statuere appellanti infra quem teneatur coram iudice superiore comparere ad quem appellatum est, vel infra quem arripiat iter ad prosequendum appellationem. quod si non fecerit, poterit iudex a quo appellatum est sententiam latam executioni mandare, quia statim tenet ac si non fuisset appellatum, vel si appellatum fuit ante sententiam potest postea procedere in causa. & ratio huius est,
22 † quia talis terminus vicem obtinet peremptorij vt cap. sæpe. & cap. peruenit. el ij. de appellatio. si vero nullum terminum statuat appellanti, tunc appellans habet terminus vnius anni a lege præfixum, & tunc per totum alium annum non potest iudex procedere ad exequendum sententiam, vel super principali. Sed anno elapso, potest, sicut dictum est, cum tempus statuitur, vt cap. reprehensibilis. & capitu. consuluit. in fine de appellatio. cum similibus. Laus Deo.

FINIS.



TRACTATVS DO. IOANNIS THIERRY Lingonen. Iuris vtriusque doctoris totam materiam fugæ laconice complectens.

SVMMARIVM.

1 *Fuga serui eius præscriptionem impedit, sicut animalis fuga.*
2 *Fuga facit semiplenam probationem, tamen non totam si aliter statuto disponeretur, licet quem in mala fide constituat.*
3 *Fuga est triplex scilicet voluntaria, causaria, et ignominiosa.*
4 *Fuga an proprie dicatur, quando quis latitat vt fugiat, sed non comprehenditur.*
5 *Fugiens in domum propriam an possit in ea capi, & per officialem pro debito ciuili extrahi.*
6 *Fugiens ad ecclesias an sit tutus.*
7 *Debito ciuili si quis ducatur per ecclesiam, non gaudebit ecclesiæ immunitate.*
8 *Titius homicida si non potuit fugere ad ecclesiã, sed inuenit quendam sacerdotem deferentem corpus Christi aufugit ad ipsum & eum accepit, an ecclesiæ immunitate gaudere debeat.*
9 *Fures ecclesiæ an istud priuilegium habeant.*
10 *Fugiens de vno territorio in aliud, an per potestatis familiam vel præpositi, capi possit.*
11 *Fuga post accusationem an suspicionem faciat.*
12 *Fugiens cum gladio de domo in qua homo mortuus reperitur, an occidisse præsumatur.*
13 *Debitor fugitiuus, an creditoris propria authoritate capi possit.*
14 *Fuga sola an faciat suspicionem.*
15 *Fugitiuus qui ad aliam patriam vadit an per loci iudicem citari poterit in quo deliquit, sine illius iudicis requisitione, cum hic criminis ratione forum sortiatur.*



HVIVS temporis conditionem prospiciens, quia plurimi cum deliquerunt, aufugiunt, ideo in præsenti Tractatu Fugæ materiam inserere ausus sum. Et primitus est notandum, 1 † ꝙ fuga serui impedit eius præscriptionem, sicut fuga animalis. l. j. & ibi Bal. C. de ser. fugi. Fuga enim reddit quem suspectum l. impuberibus. §. præterea & ibi Bart. ff. de suspe. tut. & si existat leue indicium ad torturam. Bal. in l. non hoc. C. vnde cogna. Spe. in tit. de proba. §. fi. versi. vlti. no. vbi 2 † dicit ꝙ fuga facit semiplenam probationem, tamen non totam, si aliter statuto disponeretur, licet constituat quẽ in mala fide. l. mala fide. & ibi Bald. C. de long. temp. præscrip. quæ pro lib. op. 3 † Vnde est aduertendum, ꝙ fuga est triplex, scilicet voluntaria, causaria, & ignominiosa. Bal. in l. j. C. de ędi. act. Ideo quæritur, 4 † Fuga an proprie dicatur, quando quis latitat vt fugiat, sed non comprehenditur, vide Bald. in l. j. iij. col. C. de ædi. act. & in l. j. C. de ser. fugi. vbi dicit ꝙ fugiens dicitur latitare. Alexan. de Imo. in l. pen. de custo. reo. & fugiens de carcere quod inuenit apertum non facit indicium contra se. Bald. in l. succurritur. C. ex quib. cau. maio. Pet. de Sun. in l. bonæ fidei. C. de iureiuran. tamen si reuertitur non dicitur fugere nec tenetur pœna statuti de fugiente de carcere. Bald. in l. j. vij. colum. C. de ser. fugi. & in l. j. C. de ædil. act. 5 † Sed fugiens in domum propriam an possit in ea capi, & extrahi per officialem pro debito ciuili. Bald. & Alexan. in l. plerique. de in ius vocan. contra Bald. in l. prima C. de summa Trinita. qui tamen loquitur, quando fuit captus extra domum, sed euasit, & in domum aufugit, quia potest de domo incontinenti extrahi. ita Alexand. in l. quod ait. de adul. 6 † Item quæritur an fugiens ad ecclesias sit tutus. pro hoc vide text. in tit. de his qui ad eccle. confu. Barto. in consil. incipiente statuto ciuitatis Tuderti. Oldr. in consil. iiij. quod est notandum etiã 7 † ꝙ si quis pro debito ducatur per ecclesiã, nõ gaudebat immunitate ecclesiæ. ita Archi. xvij. q. iiij. cap. antiquitus. ex quo oritur alia quęstio. 8 † Titius homicida non potuit fugere ad ecclesiam, sed inuenit, quendam sacerdotem deferentẽ corpus Christi, aufugit ad ipsum, & eum accepit an gaudere debeat immunitate ecclesiæ, & primo videtur ꝙ sic per text. in l. vna. C. de his qui ad eccle. confu. Nam ꝙ aliquis in ecclesia tuetur est introductum in fauorem Dei, ergo multo-fortius

fortius si fugiat ad ipsum.arg.l.capitalium.§. ad statuas.ff.de poen.& de ædil. edic.l.quis sit fugitiuus.§.idem Iulianus. nã teste Aristotele propter vnumquodque tale & ipsum magis. 9 † Sed quid de furibus ecclesię an habeant istud priuilegium. & dicendum ꝙ sic. in l.præsenti.§.quod si in finibus.C.de his qui ad ecclesiam confug. text. in c. sicut. de immunitate ecclesiarum quod potest intelligi secundum Iaco.de Bel. de furibus necessarijs secus autem in alijs, arg. de relig.& sump. fune.§.si. & ff.de contrahē.emp.l.ede sacra.§.j.et C.de relig.l.si sepulchrum.& ibi Bald. Vnde qñ quis in ecclesia deliquit, tunc iudex secularis nõ potest eum extrahere de ecclesia, sed episcopus loci, & eum tradet iudici seculari si sit laicus. C. ad leg. Iul.de adul. auth. si quis ei. 10 † Propterea quæritur an fugiens de vna territorio in aliud per familiam potestatis,vel præpositi possit cap.& est dicendum ꝙ non, ita Bal.in addi.ad Spe.de cõpe. iudi.adi.versicu.sed pone ꝙ malefactor. Bald. & Flori.de san. Pet.in l.sicuti.§.Aristo.ff.si ser.ven. Saly.in.l.ij.C.de exhib.re. Ange.de Are.in trac. malefi.ver si.quod fama facit.quod est contra dictum Bart. in l.quod ait.§.quod ait.& ibi Alex. de adul.Bal.in l.quicunque.C.de ser.fugi. 11 †Sed quęritur an fuga post accusationem suspicionem faciat.Bal.in l.j.ff.de reb.eorum tenet ꝙ nõ,quod est modo limitandum secundum Sozi.nisi quis coram iudice fuisset minatus de accusando,licet adhuc non accusauerit, quia tunc videtur, ꝙ fuga secuta faciat suspicionem. propter quod ex hoc resultat in multis casibus idem effectus,qui resultarent ex libello accusatorio vt est tex. singularis,in l.miles.§.socer. de adulte. Secundo nisi alias frustra suspicio laboraret contra fugientem post accusationem tunc enim maximam inducit suspicionem, arg.eius quod dicitur in l.fin.quib. mod.tut.& ibi Doc. Tertio nisi post accusationem accusatus aufugiat de carceribus, quia tunc contra eum proceditur tanquam cõtra confessum de crimine, tex.in l.eos.in fi. ff. de custo.reo.& ibi glos.no. quę ad hoc sæpe allegatur. Quando ergo accusatus est captus, & aufugit, non habet locum dictum Bar.cum statim possit condemnari tanquam confessus, quod intelligendum est. si aufugerit, de carcere clauso.secus si de aperto,sicut de aula palatij,vbi iudex eum stare præcepit,quo casu si incarceratus fugiat, ostio dimisso aperto per negligentiam custodum, tunc aufugiens non habetur pro confesso. ita tenet singulariter Bald. in l.succurritur.ff.ex quib.cau.ma.& fuit dictum originale Guil. de Cun.quod solemnizant Ludo. de Rod.in l.admonendi.ff.de iur. Quarto limitatur, nisi carcer fuisset fractus per tertiam personam, non data opera incarceratorum,quia tunc est eadem ratio, quæ est in ostio dimisso aperto. ita tenet Lanfran.de Oria.in l.fugitiui.C.de ser. fugi.glo.in.§.si vero quidam, in authen.de exhi. reis 12 †Finaliter quæro, an fugiens cum gladio de modo in qua reperitur homo mortuus,præsumitur occidisse.& Doc. & Bald.in l.fi. C.de proba. & in l.neque natales.eo.ti. dicunt ꝙ sic. ita Ang. in tract.malefi.versi.quod fama.Ang.& Alexan. 13 post Bal.in l.ij.ff.de fur.qđ vidi in praxi. †Sed quæritur, an fugitiuus debitor possit capi authoritate creditoris.Spe.in tit.de renun.ver.Item est beneficium.tenet ꝙ sic,quod est verum, & sic intellige, vt iudici præsentetur, non vt occidatur ita in titu.de accu.§.j.ver.hoc tamen. 14 †Ad hęc quęritur, an fuga facit solam suspicionem. Bart. in l.admonendi,de iureiur.et ibi gl.tenet ꝙ faciat semiplenam probationem, quod est limitandum secundum Sozi. nisi quis timore familiæ rectoris aufugiat,& postea citatus a iudice cõpareat, tunc enim purgatur omnis suspicio. text. in l. quis sit fugitiuus.§.j.ff.de edil.edic. Item fallit nisi aliqua causa excuset fugientem, puta tenere partialitatem in ciuitate,vel quid aliud.d.l.quis sit fugitiuus.§.apud Labeo. Item limitandum est dictũ Bart.secundum Sozi. ꝙ fuga iudicium facit, vt dicitur in dicta l.admonendi.& clarius in l. lege Cornelia.ff. ad Senatusconsul. Syllania. videlicet quando aufugit ante accusationem de se factã, secus si post, quia tunc licuit sibi sanguinem redimere, in l.prima in fin.de bon.eorum. vbi Bart. tenet per illum tex.quod est intelligendum quando delictum erat capitale. ex quo aut debebat occidi aut membris mutilari.secus si esset imponenda pecuniaria pœna. Tamen est notandum, ꝙ in casu speciali fuga plene probata.l.consiliarios.& ibi Docto.C.de asses. 15 † Finaliter quæritur, fugitiuus qui vadit ad aliam patriam,an poterit citari per iudicem loci in quo deliquit sine iudicis requisitione illius loci, cum hic forum sortiatur ratione criminis, vt C.vbi de cri.agi opor.auth. qua in prouincia. Aliqui dicunt ꝙ sic. & allegatur pro hoc text. in l.omnis.§. si vero apparitor. C.de episc. & cleri.& in l.fina.ff.de offi. præfec. vrb. nec obst.l.si.ff. de iuris.om.iud. tamen contrarinm seruatur de facto, vnde aut commisit in illa iurisdictione extranea,aut non.Si in illa commisit, tunc debet iudex qui eum captum detinet primo ipsum punire, si crimen ibi commissum sit tale, ꝙ non impediat executionem alterius iurisdictionis; vtputa si crimen si tale, quod mortem non exigat, & aliud primo commissum mortem exigeret:quia tunc primo de minori pęna deinde, de maioris esset tractandũ.ff.de accusato.l. si cui. .§.fina.& sic in loco captionis potest manum, vel aurem amittere,& deinde est remittendus ad aliã iurisdictionem, in qua maius, vel ęquale crimen commisit; & sic executio vna aliam impedire nõ debet ita Bartol. in d.l. si cui.§. finali supra allegato.

FINIS.



TRACTATVS DE BANNITIS, PER DOMI. Iacobum de Arena, editus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Bãnitus quis dici possit & cui æquiparetur.*
Deportatio vel relegato totus mũdus interdicitur.
2 *Bannitus vbique stare potest, nisi in ciuitate ex qua bannitus est.*
3 *Bannitus filios in potestate retinet.*
4 *Curator filio banniti datur vti filio eius qui apud hostes est.*
5 *Bannire aliquem faciens curare debet quòd bannum sit certum, aliàs non valet.*
6 *Bannum an valeat, si ita dicatur, bannimus hæredes titii.*
7 *Bannum tenet, si citatio facta reperitur quòd quicunque est hæres talis compareat ad se excusandum.*
8 *Citatio requiritur vt quis in banno ponatur.*
Modus citandi qualis sit.
9 *Citatio de mandato iudicis fieri debet limit. vt ibi.*
10 *Citatio debet fieri in tali loco quòd ille se sentiat citatum.*
11 *Bannum ipso iure non valet, si banniti citatos esse negant.*
12 *Citatio de consuetudine ad domum fit, citatio ad domum subsidiaria est.*
13 *Præconi soli an credatur si dicat se citasse.*
Metu pœnæ homines à delicto arcentur.
14 *Notoria multa dicuntur, quæ non sunt.*
Notorium id dicitur, quod nulla tergiuersatione celari potest.
Notorium quod non est, per iudicem pro notorio haberi non debet.
15 *In ius vocari nemo debet sine iudiciali præcepto.*
16 *Banniti an impunè offendi possint, & numero sequen.*
17 *Statuta permittentia bannitum occidi de iuris subtilitate non valent.*
18 *Banniti conuenti in suis defensionibus, an audiantur.*
Iudex mitior lege esse non debet.
19 *Mens legis & non eius verba attendi debet.*
20 *Bannito agenti omnis audientia denegatur. quid si ab aliis conueniatur.*
21 *Hæreticus non agit, sed conuentus se defendere potest.*
Excommunicatus non agit, sed se defendere potest.
22 *Bannitus si contra alium bannitum agit, an conuentus banni exceptione vti possit.*
23 *Bãnitus procuratorio nomine agens an audiatur.*
24 *Bannito quòd denegetur audientia, in honorem prætoris factum dicitur.*
25 *Bannitus si succedat cuidam non bannito si hæreditario nomine agat, an bãni exceptio ei obstet.*
26 *Bannitus si bannito succedat, an si hæreditario nomine agat, ei banni exceptio obstet.*
27 *Banni pœna vti personalis ad hæredes nõ transit.*
28 *Bannitus si non agit sed alius eius nomine, audiri non debet.*
29 *Bannitus si iura sua alteri cessit, an cessionarius agere possit. & infra nume. 34.*
30 *Leges ludibres esse nõ debet nec verbis impositæ.*
31 *Filius si in magistratu ius iniquũ statuit, ob quod ei obst. exceptio, patri tamen non obstabit.*
32 *Dolus vel factum cedentis cessionario obesse non debet.*
Exceptio banni personæ cohæret, & illam non egreditur.
Actio mutata videtur persona actoris mutata.
33 *Exceptio quæ obstat cedenti, an cessionario obstet.*
35 *Bannitus an ad officium eligi possit, stante statuto quòd bannitus consul esse non possit.*
36 *Præceptum in lege magnum est, obedientiam magistratibus per subditos præstari.*
37 *Bannum est quædam multa.*
38 *Respublica per magistratum repræsentatur.*
39 *Dispositio. quæ ab initio inutilis est confirmari non potest.*

Clausula



QVONIAM bannitorum materia vtilis & quotidiana est, et circa eam plurima sunt aduertenda. Ideo circa illã plures quaestiones subiiciam, 1 † & primo quis possit bannitus dici, & cui bannitus aequiparetur, an deportato, an relegato, de quo tãgitur instit. quib. mod. ius patr. potestat. soluit. §. relegati. in gl. Sed tex. in l. qui cum maior. §. his demum ff. de bon. libe. hoc expresse determinat. Verum quidam dicunt & non male, quod illa gl. non est vera, quia maxima dissonantia est inter eos quia deportato vel relegato totus mundus interdicitur, excepta insula in quam deportatur vel relegatur, sed in bannito est 2 econtra. † quia vbique potest stare & habitare excepta ciuitate ex qua exbannitur: vt in authẽ. 3 qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. † itẽ bannitus filios in potestate retinet, quia certi sunt modi, quibus patria potestas soluitur, inter quos bannum non numeratur. ergo &c. argu. l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alie. iur. & l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obliga. 4 † & filio talis banniti dabitur curator, tanquam filio eius qui ab hostibus capitur, vt l. muto. §. ei cuius. ff. de tutel. Item sicut aduentitia non quaeruntur patri, nisi quo ad vsumfructum, vt in authen. vt lice. mat. & auiae in princ. & §. tam is. in stitu. quibus mod. ius patr. potest. soluit. & l. fi. C. de senten. pass. ita & ei qui in banno ponitur & describitur. de speciali. & nominatim ponitur, nec sufficit quod generaliter fiat. sicut dicitur in exhaeredato vt in. §. nominatim. institu. de exhereda. lib. & l. fi. §. j. de libe. & posthu. sicut etiam dicitur in excommunicatione, vt in c. ij. de offi. 5 ordina. † Vnde ponens, vel poni faciens aliquem in banno, debet curare vt bannum sit certum, & banni sententia, alias non valet, vt in. §. curare. institu. de actio. & C. de sententia quae sine cert. quanti. per totum. Et l. tutor. & lege duo sunt Titij. de testam. tute. & l. interpres. de heredi. instit. & l. quid tamen. §. Pompo. de arbitr. & l. j. de iure 6 do. Sed si ita sit factum † Bannimus heredes, an valeat quidam dicunt quod sic, si nominatim sit factũ argu. §. masculos. instit. de exhered. liber. & l. Titius, de liber. & posthu. & l. iij. §. nominatim, de iniust. testamen. & l. certum. ff. si cer. pet. & l. nominatim. de condi. & demonst. Alij quod non valeat, quia in genere, & confuse factum, cum non sit designata certa persona. hic potest distingui, quia aut per acta constat qui sint haeredes, & tũc valet bannum, & eius effectus locum habet, aut non constat ex actis, & tunc secus. arg. l. in summa. de re iudi. et d. §. Pomponius, maxime si tanquam ipse, & proprio nomine experiatur, & sic non facit tanquam haeres, argu. l. si pater. de adoptio. et l. Item eorũ ff. quod cuiusque vniuer. nomi. & §. quia vero. in authenti. vt nulli iudi. & c. aduersus. de immunita. eccles. 7 † Sed pone, inuenitur facta citatio. quod quicunque est haeres talis comparea at ad se excusandum, & ita fuit in loco haereditatis publice proclamatum, an teneat bannum, 8 dico quod sic, & ita seruat consuetudo. † Ad hoc autem vt quis ponatur in banno, debet legitime citari, alias non posset legitime banniri. Modus autem citandi erit secundum locorum diuersas consuetudines, argu. l. venditor. §. si constat. ff. cõmu. praedio. vel deficiente consuetudine, secundũ ius commune, & secundum ea quae habes l. & ad peremptorium. ff. de iudic. cum seq. & l. ij. & l. consentaneum. & authenti. qui semel. C. quomodo. & quan. iud. & l. qui crimen. qui accusa. non poss. & l. contumacia. de re iudica. & l. absen- 9 tem. de poen. † Item citatio debet fieri de mandato iudicis, quia nullus debet exhiberi, nisi quẽ iudex mandauerit exhiberi l. fin. C. de exhib. re. & l. quicunque. qui accusa. non poss. fallit in casibus qui ponuntur in titu. quan. lice. sine iudi. vindi. & l. j. de rap. virgi. & l. interdum. §. qui furem. de fur. & l. ait praetor. §. si debitorẽ. quae in fraud. 10 credit. † Item debet fieri in tali loco quod ille sentiat se citatum, vel per eum stet quominus sciat, vel ad eius notitiam perueniat, vt quia fecit ostia claudi. argu. l. vim facit. quod vi aut clam. & l. si dictum. de euiction. nam sine causa non fuit statutum vt literae transmittantur ad magistratum illius loci vbi citatus degit, nisi ad hoc vt eidem citatio innotescat, vt l. j. de requir. re. alias sufficeret ad domum facta citatio, vt l. iiij. §. abesse. de damn. infect. & §. pretor. & l. scire oportet. de excu. tuto. vt l. vt perfectius. C. de ann. excep. & 11 l. sed neq; ff. quę sent. sine appella. re. † Et si tales banniti negant se citatos, bannum ipso iure non valet nisi de citatione probetur, arg. l. ea quae. C. quomodo, & quan. iud. & l. de vnoquoque. & l. contumacia. §. contumax. de re iudica. & l. j. §. Itẽ cum ex dicto. quae senten. sine appellare & §. quandoque. §. j. de public. & c. quoniam contra. de probatio. & l. j. de relat. C. & l. nec causam. de appella. & §. illud. in authenti. de his qui ingredi. ad appella. Afferenti enim &c. vt l. actor. & l. ei 12 qui. & l. asseueratio. de non numera. pecu. † Sed consuetudo indistincte seruat. vt ad domum cum citari sufficiat, & non mirum, argu. l. lex censoria, de verbo. significatio. est enim subsidiaria ad do-

ad domum facta citatio.l.iij.de libe. agno.& ca. causam.& dolo,et contumac.& l.de ea.§.fi.quib. 13 mod.in possess.eat. † Sed an in talibus citationibus credatur soli præconi dicenti se citasse, quidam dicunt ꝙ sic, quia ipsi iurant, suum officium bene,& legaliter exercere,& facere, vnde immemores non præsumuntur &c. l.fina. C. ad legem Iul.repetund.& c.ad audientiam. de præscriptio. imminet enim pœna falsę relationis. l.j.§.si quis, &.§.fin ff.de fal. Item promouerentur ab ordine l.ij.C. de sportul. & l.diuus, de exhib. re. metu enim pœnę homines arcentur a delicto.l.j. de iu. & iur.& l.j.C.ad legem Iuli.repetunda.& maxime apparitores.l.apparitores. C.de exact. tribu. Item quod eis credatur. videtur expressum in l. magis puto.§.ne tamen.ff.de reb.eorum. & l.j.de præfec.vrb.solu.dic ꝙ ei non creditur, quia vox vnica reputatur,& vox vnius &c.l. iusiurādi.C. de testib. Item quia nec ipsi iudici crederetur. vt l.ne in arbitris. C. de arbit. & de accus.l.ea que C.de decur.lib.xij. l.j.& l.diuus.de custod. reor. Alij tamen dicunt eis esse credendum, sed non simpliciter, sed dicunt, ꝙ aut refert notoria, & tunc ei creditur, aut non refert, & tunc ei non creditur, argumen.l.ea quidem,de accusatio, & l.si vero §.qui pro rei. qui satisda.cogan.& cap. euidentia. de accusa. Et per hoc possunt concor- 14 dari prædictę opiniones. † Nam multa dicuntur notoria, quæ non sunt, si allegetur, quia notoriū esse dicitur illud quod probari potest argumen.l. ciues.C.de appella.& capit.consuluit. de preca. Verum tamen illud proprie est notorium, quod nulla potest tergiuersatione celari.cap.fi.de cohabita. cleric. iudex ergo præcaueat ne quod non est notorium pro notorio habeat, & secundum hoc intellige d.l. ea quæ. & l. qui sepulchra. de sepul.viol. Alij dicūt, qđ ex qualitate,& cōditione pſonæ ipsius referētis, ei credit vel nō credit. arg.l.diui.de libe.leg.& l.legitimas. de legit.tut. et l.fi.de accusa.& l.testam.de testamen.tut. Alij dicunt melius, quod aut refert de facto partis, vt talem deliquisse, aut de facto proprio scilicet se citasse. Primo casu non creditur. secundo sic d. l. Diuus, & l.qui sepulchra. & l. ea quæ, præallegatis. & ratio, quia in illis probatio liquida requiritur.l.fina.C. de probatio. & l.vbi de falso. nisi personę qualitas aliud suadeat, & in secundo etiam non creditur,argumen.l. si cui, de accusat.& l.tutor.§.quando. de susp.tut.Sed ad hoc procedat quod not.in l.secunda.C.de suspect.Sed 15 eo iure non habebitur pro citato, † quia sine pręcepto iudiciali nemo debet in ius vocari.l.prima de requiren.in auten. de quæsto. circa medium. tamen si reus velit probare contrarium, optime audietur secundum formam.l.optimam.C.de contrahend.stipulati. de quo in cap.cum paratus. de 16 appella. † Sed nunquid banniti possint impune offendi. & quum in causis ciuilibus, vel criminalibus conueniunt. an debeant audiri. dico vt plurimum per leges municipales permissum quod impune possint offendi, & quod eis ius non reddatur, sed omnino audientia denegetur. & ita solent dicere statuta. De iure vero dico bannitum offendi non posse, quia siue comparentur relegatis, siue etiam deportatis impune non poterunt offendi, quia relegatos vel deportatos non licet occidere, cum non sit de illis casibus, in quibus qui possunt impune occidi, vt l.prima & secunda.C. quan.lice.si.iudi.vin.& C.de deserto.per totum. immo & quicquid in illis reperitur non debet ad bannitos trahi, argumen.l. cum quidam. de libe. & posthu. immo fauorabiliter est interpretādum, vt l.interpretatio.de pœn.& l. quotiens. de reb. dub. & talis interpretatio esset ambitiosa, quia homines vita priuaret, & aliis materiam delin- 17 quendi daret. † Immo, quod plus est, talia statuta hoc expresse permittentia non valent de iuris subtilitate.l.iiij. de decret. ab ordin. facien.& l. decernimus. de episco. & cleric. Alij tamen dicunt & male, quod bannitos licet impune occidere, quasi sint apostatæ, argumen.l.quidam. de pœn.& l.prima.§.his quibus.de legat. & apostata idem est sine ciuitate, & iurisdictione, quasi ciuilia sint eis denegata, & ita consuluit Guido de Suza. & male vt dixi. Verum tamen statuta & consuetudines vt plurimum continent ex- 18 presse prædicta. † Et posito ꝙ expresse contineant, videamus an conuenti in suis defensionibus audiantur, si conueniantur. & quidam ꝙ nō, quia lex dura est seruanda.l. prospexit.ff. qui & a quib.& l.quod constitutum.de milita.testa.nam iudex non debet esse mitior lege, in authenti. de iudi.§.oportet. & l.seruos.C.ad legem Iul. de vi. Item quia talis lex municipalis simpliciter ei negat defensionem,& non distinguit. ergo &c. 19 † In contrarium videtur, quia non verba legis dura, sed eius mens debet attendi, argumen. l. quamuis.de in ius vocan.et l.adigere.§.quamuis. de iure patrona.& l. scire.§.aliud.de excusat.tuto. & non est de mente legis municipalis, quod saltem in suis defensionibus non audiantur. odia enim sunt restringenda.l. cum quidam. de liber. 20 & posthu. † Dico ergo quod bannito agenti, & litem mouenti, omnis audientia denegatur.& ita debet intelligi statutum. sed si ipse ab alio conueniatur vel molestetur per viam. & tunc in omnibus suis defensionibus audiatur. sic & alias prohibitus agere, tamen conuentus potest se defendere. l.libertus,de in ius vocan. & l. seruum. de appellatio. & l. si non defendantur.de pœn. 21 † Sic etiam dicitur de hæretico, quod ipse non agit, tamen conuentus potest defendere in authen. statuimus.§. credentes. C. de hæreti. & in excommunicato, qui licet non agat tamen potest se defendere per alium, ne quis in periculum animæ suæ communicare ei cogatur, vt cap. intelleximus.de iudic.& capit. cum inter.de ex- 22 ceptio. † Sed pone bannitus agit contra alium bannitum an poterit vti banni exceptione,& videtur quod non, argumen.l. auxilium. de mino. & l.nemo.de episcopa. audien.& l.si quis maior. C. de transactio. & capitu. quoniam frustra. de vsur. Item quia nil dolosus doloso.l.quoniam,de hæretic. & l. si duo de iure iuran.& l. viro, solut. matrimo. & contra videtur quod sic, quia bannito agenti denegatur actio & conuento exceptio,

ptio, & isti similiter replicatio.l.apud Celsum.§. Marcellus.de exceptio. & l.ij.ff.ne quis eum. & l. si ob turpem.de condit. ob turpem. cauf. & l.si seruum.§.sequitur.de verbo.obligatio. & est expressum in cap.dilecti.de exceptio.& ista est veri
23 tas. † Quid si bannitus agat procuratorio nomine, an admittatur. videtur ꝙ sic,vt in.§.fina.instit.de exceptio.non enim sibi sed domino suo dicitur dari audientia.l.denique.§.fina. quod vi aut clam.& C.de his per quos agi poss.&.l.ij. de administr.tut.& l.ita autem §.gessisse,eo.titu. Hinc est quod qui non posset suo nomine nisi petita venia agere, alieno tamen nomine posset agere, vt l.sed si hac.§.fin.& l.quęsitum.de in ius vocan.& l.si procur. de doli exceptio. nisi forte litis causa datum esset sibi damnum per l. primam §.ij.ff. si quis iurisdic.tunc enim non audietur, nisi primo de banno exiret, vt.l.apud Celsum.§.quęsitum.& l.si procurator.ij. responso.de exceptio. maxime cum statutum sit odiosum, & ideo arctandum.l.cũ quidam.de libe. & posthu. & l. seruus.de ser. exporta,quod quidam sequuntur. Alij ꝙ non dicentes per omnia idem in bannito quod in excommunicato, & ideo &c. capitu. post cessionem. de exceptio. Item quia statutum simpliciter denegat bannito audientiam, argumen. l. fina. C. de hæredi. vendi. & l. si seruitus.ff.de seruit.
24 † Item quod bannito audientia denegetur,videtur quod sit factum in honorem prætoris, sic & alias.l.prima & per totum titu.ff. de postulan. & l.sed et si per prætorem.§.actio.ex quibus causis manumit. Vnde sicut in prohibitis per illud dictum non conceditur, sic nec bannito.d.l.j.§.ij. & iij.ff.de postulan. & l.nemo, de procurator. Nec obstat similitudo inducta de patrono ad libertum, quia hoc est ius commune in bannito, & in eius persona, vt omnium testium ei audientia denegetur, et ibi est ius speciale et priuilegium patroni, & ideo illud est restringendum, argumen.l.quod non alie.§.quia vero.ff. de milita. testamen.& l. moris. cum ibi notatis, de pœnis. Sed quod interesse possit,videtur de facto obtineri per d.l.nõ alie.§.quia vero. & non ipse, sed eius dominus
25 agere videtur, per d.l.moris. †Sed pone bannitus succedit cuidam non bannito, & agit hæreditario nomine,an obstet exceptio banni. videtur ꝙ non,vt sic habeatur per alium &c.argumẽ. l. si communem.ff.quemadmod. serui. ami. & l. Aristo.quę res pigno.obliga.poss.& l.j.§.j.ad leg. Iuli.de fal. & l.decurio.de decurion. In contrarium videtur, quod obstet ei exceptio etiam in iure successionis, vel alio, licet postea quæsito, argumen.l.si non fortẽ.§.si filius.de cõdi. indebi. & l. sed Iul. ad Macedonia. & l. & ideo. rerum
26 amo.& l.j.de dolo.†Sed quid econtra,si non bannitus succedit bannito, an si agat hęreditario nomine, obstet ei banni exceptio. videtur ꝙ sic, vt l.vitia.de acqui.possess. & l.cũ hæres.de diuer.& temp.pręscri. & l.si ego.§.ij. de publicia.l.fin.de pœn.& l.ij.de verbo.obligatio. Alij dicunt,ꝙ nõ, quia bannum est contumacia patris, & in contumace tantum durat, & eo mortuo finietur, nec ad hæredes eius transit,argum.l.j.de priua.deli.& l. si pœnam.de pœn.& l.j.§.fi. de requi.re.& l.j.&
27 ij.ne ex de.defunc. † Cum ergo pœna banni sit personalis,nõ transit contra hęredes.l.priuilegia de regul.iuris.& l.quod dictum.de pœnis.& l.pe-
28 coris.de seruitu.rustico.prædio.† Sed pone quod bannitus ipse non agit, sed alius eius nomine, an ille audietur. dico ꝙ non argumen.l.ij.de admi. re.ad ciuita.pertin.& l.nec apud de hæredib.instit.& l. non idcirco.§.seruus.de iudic.Item quia quod vna via prohibetur, alia via concedi non debet.l.cum hi.§. si cum lis de transact.& l. scire oportet.de tutor.& curato.dat.ab his.et l.idemq;.
29 ff.pro socio.& l. oratio.de sponsa. † Sed pone ꝙ bannitus cessit alicui iura sua, ille cessionarius vult agere,an possit.videtur ꝙ non,q̃ quę obstãt authori,obstãt & successori,arg.l.ĩ hoc iudiciũ.§. si conueniat.ff.cõmu.diuidun.& l.a Titio. de rei vendicatio. Item ne alia via ad prohibita peruematur, vt supra proxime dixi, quod esset si admitteretur quod bannitus statim cederet iura sua alij. & ille ageret,& sic fraudaretur lex quæ prohibet
30 & ius reddi,quod esse non debet. † quia leges nõ debent esse ludibres.l.si prætor.de iudic.l.si.§.penulti.de bonis quę libe.Nec impositæ verbis tantum l.ij.C. commu. delega. Item pro hoc.l.j.§. si factum.&.§.si duobus.ff.de collatio.bono.et l.posthumo.C.eo.& l.filiæ,eo.titu. vbi qui repellitur ab agendo propter contumaciam conferendi non potest alij cedere. Item pro hoc quia nemo plus iuris &c.l.traditio. de acquir.re.domin. & l. ne-
31 mo.de regu.iuris. † In contrarium videtur quod sic quia si filius in magistratu ius iniquum statuit, vel impetrauit, propter quod ei obstet exceptio, tamen patri non obstat,vt l.j.§.j.& l.iij.§.si filius. ff.quod quisque iur.sic a simili nec agenti ex iure cesso donationis,vel in solutum dationis,cum habeat vtilem suo nomine, vt l. si in solutum.C.de action.& obligation.& l.emptore.de hęred.vendit.per quam vtilem etiam domino in directa pręfertur,vt l.in causæ.& l.si procurator.ff.de procu
32 rato. † Item quia dolus,vel factum cedentis,non debet huic, scilicet cessionario,qui bonam fidem habet nocere, vt l.qui a debitore, quæ in fraud. credito. Item quia exceptio banni cohęret personæ, & illa non egreditur, argu.l.exceptiones. de exceptio.&.§.plane.insti.de iure natu.genti.et ciui.& l. j. de constitu. pecun. Item quia mutata persona actoris, ipsa actio videtur mutata, argum.l.j.de impo.luc.descrip.lib.x.& l. cum quis de solutio.Solutio,dicunt Rainer.Oldra. & quãplures moderni,quod aut cessio est facta ex causa lucratiua, & tunc obstat ei exceptio per iura primo allega. aut ex causa onerosa, & tunc non per secundo allegata, & per l. apud Celsum.§.de authoris. cum sequen.& l.pure.§.fina.de doli exceptio. & argumen.l. si donaturus. de conditio. ob
33 cauf.& l.nesennius.de re iudica. † Nec ob quod dicitur, quod exceptio quę obstat &c. quia illud est verum in exceptionibus realibus,& rei cohærentibus. Item non obstat quod dicitur de nõ conferente, quia illi ipso iure denegantur actiones, & bannito non ipso iure sed ope exceptionis.quę est personalis & nõ realis. Alij indistincte dicunt obstare

obstare exceptionē banni huic cessionario, quia ipse semper vtitur iure & adminiculo sui authoris, & ideo cum sua causa suisque vitijs &c. lege Pomponius.§.cum quis. de acquiren possess. Nec curatur an fiat cessio ex causa lucratiua, vel onerosa.

34 † Et secundum istos dices, ꝙ aut agit ex iure cesso, & tunc indistin.quamcunque causam habet, obstat ei exceptio banni. aut agitur ex proprio iure, & actione, vt delegationis, & tunc serua quod dictum est indistincte, scilicet an habeat causam lucratiuā vel non.et ita procedet prima opinio, &.§.de authoris.et l.pure.§.fin.& l.cum quis. de solutio. & est ratio. quia agens ex iure cesso. semper vtitur iure authoris sui, quod erat vitio affectum, & agens ex iure per delationem quæsito proprio iure & propria actione agit, & quod dixi cessionario obstare semper exceptionem banni, intellige sane, nisi ante bannum fuerat attendenda obligatio, argu.l.ex hoc edicto.§.fina.de alie. iudi.mutan.cau.fac.vel nisi cessio fieret creditori ipsius banniti, cui ante bannum fuerat oppositum. & maxime si habebat bona banniti obligata. qa tunc haberet vtilem ex sua propria persona, & ante bannum, vt l. si conuenerit. de pignorati. actio.et l.nomē.C.quę res pigno.obliga.poss.& l. græce.de pignor.per quod vtilis nō pro fuit propter factum vel bannum ipsius debitoris, vt d.l.j. de alien. iudic. & l.debitorem. de pigno.nec potest actio transferri.sed cedi, vel addi, argumen.l. siue.§. Item si seruus.de exceptio. Et ista opinio videtur iuridica. Alij tamen dicunt quod aut ipse bannitus cessit bona fide, & tunc non obstat exceptio ipsi cessionario, aut in fraudem, & tunc sic, argum l. quæ a debitore.ff.que in fraud.credito.

35 † Quæro si statutum est in ciuitate, quod bānitus non possit esse consul, & quum dantur breuia pro eligendis officijs, Titius elegit Seium bannitum in consulem, qui Seius de banno exiuit, & coram iudice se præsentauit, offerens se paratum intrare officium, cui objcit Titius illam electionem non tenuisse, & se alium eligere velle, an dictus. Seius electus admittatur ad dictum officium. Secundo posito ꝙ non sit admittendus, an dictus Titius possit alium eligere, non obstante prima electione. Ad primum dico, ꝙ illi electo obstant istæ rationes, delicti ratio.reipub.offensio, præteriti delicti manens annotatio, legis municipalis dispositio, inutilis principij pręstatio, & suo congruo tempore facta obiectio, seu contradictio. Primum

36 dico, delicti ratio. † Nam constat magnum esse in lege præceptum obedientiam & reuerentiam præstari magistratibus per subditos, vt l. veluti. de iusti.& iu. & l.ij. si quis in ius voca. & l. si quis ex aliena.de iudic.& l.non videtur.§.qui iussu.de regul.iur.& in authen.vt om.obed.iudi. Idem est de iure canonico. Ait enim apostolus. Estote subditi &c. cap.solitæ.de maiorita.& obedien.& in lib. Regum. si quis non obedierit principi &c. c. ij.qui ergo hæc legis præcepta diuina transgreditur delinquens mēte iudicatur.l.sanctio legum. de pœnis.xj.quæstio.ij.qui resistit.& cap. impe. & ideo multari potest argumen.l.ij. si quis in ius voc. & l.ij.si quis iusdic.non obtempe. & l. si familia. & l. si quis id ꝙ, de iurisd.om.iudic.& l. de ætate.§. qui tacuit.de interrogato, actio quæ multa est extraordinaria delictorum cohertio, vt l.aliud, de verbo. signifi. quum ergo vt probatum est deliquerit. ratio delicti fecit eum alienum ab honore & dignitate l.ne quis.C.de dignita.libro xij.immo, quod plus est, etiam iam quęsito honore, & dignitate priuaretur.propter inobedientiā, vt l.ij.C.de sportul.ergo multo fortius prohibetur a dignitate quęrenda.argum.l.qui furere.de statu. homi.et l.j.§.casum.de postul.et l.patre.de his qui sunt sui vel alie. iur. ex quo reperitur bannitus.

37 † nam bannum est quædam multa, vt l.j.§.quid ergo.de ven.inspici.ex quo sic meruit contraxisse existimat quum ita exprimitur iudicialis sententia.l.metum.§.quod ait.quod met.cau.& l.dedi.§.si liber.de condi.ob.cau.& cap.in nostra. de renunci.& l.ingenuā de statu homi.& l.res iudic. de re iudi. Secundo obstat reipublicæ offensio.nā

38 † per magistratum ipsa respublica repræsentatur. l.j.§.ius publicum. de iusti.& iu.& l. ij.§.post originem.de origi.iur.& l.municipium.ad municip. & l.municipalibus.de conditio.& demōstra. Sed constat, ꝙ non faciendo, id est non parendo ipsi magistratui, videtur contra eum facere & offendere, arg.l.q non facit.de reg.iur. & cōtra faciendo videtur eum offendere, ergo & ipsam rempubli.offendit, argumen.l.restituendę.C.de aduoca. diuerso.iud.& l.si quis in hoc.de episco.& cleri. & l si familia, de iurisdi.omni.iudic. & l.omne delictum.§.qui propositum.de re milita. At offendens rempublicam, ab illa honorem adipisci non debet, argumen.l. nemo. de episcop. audien. & l. auxilium. de minor. & l. sed si per prætorem.§. actionem, ex quib.caus.manumit. & l.cum quidam.de legat.ij.& l.cum pater.§.libertis.de lega. iij. Item propter hanc offensam fit debitor respublicæ, argu.l.si cui.de verborum significatio, ergo in illa sortiri honorem non debet. argumen. l.iij.in pr n. de mune. & hono. & l.rescriptum.§. debitores, eo.titu. Tertio obstat præteriti delicti annotatio, quia licet sit a banno absolutus.tamen reliquię prioris delicti remanet, argumen.l.quis sit fugitiuus.ff. de ædil. edict. & l. palam. de ritu nuptia.§.quę in adulterio.& l. qui ea mente, de furt. & l. indulgentia.C.de abolit. igitur honorē sortiri prohibetur.xj.distin.nos consuetudinem. Quarto obstat legis municipalis dispositio.quum enim prohibeat bannitum esse consulem ergo & eligi cum per electionem ad illud perueniatur.argumen.l.oratio.de spons.& l.si quis tutor.de ritu nupti. & totum illud quum quid prohibetur &c. l.cum lex.de fideius.& l. fi.§.fi.de vsur.rei.iudi. immo ipsa electio expresse videtur prohibita qa per illam fit consul, argumen.l.j.de magistra.municipa.& l. quidam.§.ij. de administ. tuto. & l.si decem, de solutio. & l. si quis magistratus, de mune.& hono.& not.in l.priuatorum.C.de iuris. omn. iudi. ergo ipsa electio quasi contra legem municipalem & per illam prohibita ipso iure nō tenebit l. non dubium C.de legi. maxime cum in talibus statuta valeant & sint seruanda, argum.l. item eorum, quod cuiusque vniuersi. nomi. & l. omnes

omnes populi.de iusti.& iur.& l. non tantum, de
39 decurio.Quinto inutilis principij &c.† nã dispositio quæ ab initio est inutilis,nõ põt cõfirmari l. j.ff.cõmoda.& l.si stipuler.& l.inter stipulantem .§.sacram rẽ de ver.ob.&.§.in extraneis.institu. de hęred.qualita.& differen.& l. cũ filius.§. seruus.de leg.ij.& tamẽ est simile de instituto,ad electũ,quum tria tẽpora in vtroq; attendantur,vt di ctis legibus.& l.publius.de conditio.& demõstra tio.Idem in matrimonio, vt l. filiam, de senator. & l.generali.§.fin.de ritu. nuptia.& l. præsens. C.de int.matrimo.Nec legatum,vt l.seruis.C. de leg.&.§.an seruo.insti.de hæredib.instit.l.cætera de leg.j.& l.j.de regu.catoni. Idem est in electione,vt l.honores.§.is quib.cum seq. de decurio. & .§.sed neque.& .§.si quis.auth.de sanct.episc.& c. dudum.& c.venerabilem.§.hunc autem. de elect. & c.post cessionem.de probatio.& l.quod ab initio.de regu.iur. Sexto,congruo tẽpore facta obiectio,nam ante iuramentum officij, & confirmationem factam.debet fieri exceptio contra electũ, vt.§.si quis, autem. quomodo opor. episc. & .§.si quis,autem.de sanct.epis.& ipse idem potest contradicere & excipere,cum factum fuerit cõtra legem, & ipso iure nullum,vt l.iubemus.§. sane. de sacrosanct.eccle.& l.non dubium.de legi. & l. j. de liber.cau.& l. quemadmodum. de agrico. & censi.& institu.quibus alie.licet in princi. & maxime ratione publicæ vtilitatis,vt l. iurisgentiũ. .§.si paciscar.ff.de pac.Econtra pro electo faciũt infrascriptæ rationes. Primo statuti considerata inspectio. Secundo in ipso principio cessans contradictio. Tertio denegata proprij actus immutato.Quarto inutilis principij permissa cõfirmatio. Primo statuti considerata inspectio. nam per statutum & eius mentem non prohibetur electio sed ipsa administratio officij,cuius verba & mens vt iacet est seruanda l.j.§.remouet.de postulan.& l. ij.§.fin.de infami.& l.j.§.si is qui nauem, de exercit.at esse consulem,est ex officio debito municipibus,vt l.ij.§.exactis.de origi.iur. quod quis facit officio ingresso & incoato,vt l.obseruare.§.si.
40 de offi.proconsu.† quod etiã declaratur per clausulam statuti subsequentem.per quam declarãtur præcedentia, si obscura fuissent, vt l. sed vtrum. de petitione hæredita.cũ ergo prohibeat bannitũ fieri officialem,non autẽ eligi,non potest dici, cõtra statuta facta electio, nec protendenda pœna statuti.argu.l.generaliter.§.j. de decurioni. & l.
41 interpretatione.de pœnis.† nam qui esse maritus prohibetur,licite fit sponsus l.solet.§.j. de his qui notan.infami.& l.qui officij.& l.minorem. de ritu nuptia.& l.in sponsalibus.de spons.sic a simili iste potuit eligi.& si inueniatur scriptus tempore quo debet assumere officium competens illud assumet & exercebit.Secundo in ipso principio cessans contradictio,vt l.obligari.§.pen.de authori. tut.& l.quid ergo.de his qui notan.infami.& l.si maritus.§.præscriptio.de adulte.& l.fina.de excusa.tut.& viij.quæstio.j.licet l.iij.distinctio.nulli non enim fuit in ipso tempore electionis facta contradictio quod fieri debuit,vt dictis.ll. Tertio
42 denegata proprij actus immutatio† nãque audiri non debet veniens contra factum suum & si de iure non tenuerit,vt l.post mortem.de adopti. & l. per fundum.de seruitu.rustico.prædio.& l.si creditoribus.C.de seruo pigno.da.& l. filios quæ in fraud.credito.& l.cum confiteris.de reuo. donat.
43 † Nam semel a se approbatum, non debet improbare,vt l.pomponius.de nego.gest. & l. cum mulier.soluto matrimo.& l.si vxor.§. fin. de adulte. viij.quæstio.j.dilectus. recte ergo dicetur, quod cum non existat de legitimis contradictionibus honoribus fungi non est prohibendus l. rescripto. .§.si quis.de mune. & honori.& l.fin.de edi. diui adria.tollen.quantum enim ad istum liberas ędes habeo argum.l.licet competit.ff. si serui. vendi.
44 Quarto inutilis principij &c.† Nam contractus & dispositio optime conualescit deducta ad casum a quo potuit incipere, vt C.si ma. fac. & l. iij. in princip.de contra.iudi. & etiam institutio. vt in .§.generaliter.in authent.vt cũ de appella. cogn. item datio libertatis vt l. prima.C. de his qui ad liberta.perue.non possunt & l.fratres. de pœnis. Item legatum l.fin.de leg.iij.& l. nõ intelligitur. .§.quando autem.de iure fisc.& l.si cognatus.de rebus dubi.Item datio tutoris.l.furiosus.de tut. insti .qui tuto.da.poss.in fin.Item datio iudicis l.cũ furiosus.de iudi. Item electio ad honores.l.rescripto.§.debitores.de mune.& honori.& l.lege. de
45 decur.& l.quod ita.de ædili.edic.† Quinto dico ꝙ cum in quolibet officiali tria oporteat concurrere, vt sit, & vires habeat, scilicet ꝙ sumat ex ipsa electione vires,& ꝙ habeat effectum ex ipsa confirmatione,& quod agat ex ingressu officij,vt l.j.de officio præsid. & l. obseruare.§. post hæc.eo.tit.& l.publius.de conditio.& demõstra. sicut dicitur in hærede,vt in.§.extraneis. institu. de hæred.quali.& differentia.intesta.defer. & l. si alienum.§.in extraneis.de hæred. instituen. & l.caius.§.primo. de legat. ij. Nam statutum dicit ꝙ non possit esse consul,quod esset de electione vt probatur in l.j.& ij.de officio proconsul. vbi proconsul Romam egressus, & antequam aduenerit prouinciam,quam debet regere, potest exercere ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis; ex quo sequitur, ꝙ iurisdictionẽ habuit per electionem; & sic consul factus est, & sic electio quasi inhibita per statutum,fuit ipso iure nulla, nec ex post facto confirmatur,licet postea electus fiat habilis et impedimentum cesset l.fina. C.qui mili. non pos. & dictum est, & per hoc patet ꝙ non obstant postea allegata pro electo,quia quo ad actum dicitur consul qui ex officio debito consulit, verum antequam hoc faciat licet non actu, tamen nomen habet consulis, dictum est. Non obstant secundo allegata,quia procedunt quando is qui eligitur est habilis,in quo obseruatur illud, quod si vult, & potest se excusare debet illud facere ab initio, ita loquitur tertia quæstio. prima. licet. Sed si est inhabilis, potest quandocunque obijci, & reclamare, vt l. prima. C. si liber aut ser. ad decu. Non obstant tertio allegat. quia illa obtinent quando illud quod fit tenet ipso iure saltem naturali, quod hic non est, quia fuit contra statutum, ergo &cæt. l. non dubium. C.

De legib. & l. cum lex. de fideiussor. Nec obstat quarta ratio, qa casus contractuũ, legatorum, libertatum & similes sunt speciales contra regulã illã quod ab initio &c. & ideo non sunt trahendi ad consequentiam. Itẽ leges quae loquuntur in datione tutorum & iudicum loquuntur in oneribus, non aũt in honoribus, quibus non debent perfrui indigni l. eum qui. C. de decurionibus. Item illae leges quae loquuntur de electione locum habent in eo qui erat habilis, quod non est in bannito, vt dictum est. Super secunda quaestione faciunt ista, eligendi a lege data concessio. Secundo effectus cessantis inspectio. Tertio eligentis cessans inculpatio. Quarto inutilis actus vlla prepeditio. Quinto sine iniuria permissa variatio. Primo eligendi 46 data concessio &c. †Nam statutum seu consuetudo quasi est lex, & concedit habenti breue eligẽdi facultatem, quod concedi potest per talem legem efficaciter, vt l. nulla. & lege item eorũ. ff. qđ cuiusq; vniuersita. nomi. & l. non tantũ. de decu- 47 rion. †Itẽ quia lex dat ordinariã iurisdictio. l. j. C. de emãcipatio. liber. & l. & quia & ibi not. de iurisd. omn. iud. & in ordinariam iurisdictionem habentibus hoc seruatur, vt deficiente prima electione, iterũ possint eligere, vt l. si praeses. C. qũo & qñ iudex. & l. j. de senten. & l. iij. de accus. & c. cũ in cunctis. de electio. Secundo effectus cessantis inspectio, quia cũ lege cautũ sit vt habẽs breue eligat, intelligitur cũ effectu, vt ita eligat, qđ electionis fructum consequatur, & sic expiret eius potestas si electio sua valeat & non aliter, arg. l. benignius. ff. de legib. & l. fin. de cõsti. princi. & l. ij. §. haec verba. ff. quod quisq; iur. & l. iiij. §. condemnatũ. de regu. iuris & l. fi. §. fi. de vsur. rei iudica. Tertio eligantis cessans inculpatio: quia in nulla fuit culpa, quum potuerit probabiliter ignorare damnũ, arg. l. quia difficile. de contrahen. emptio. 48 & auth. qui semel. C. qũo & qñ iudex. † & sine culpa aõ debet quis suo iure priuari, vt l. tutorẽ. §. fin. de his quib. vt indig. & l. si cũ dotẽ. §. si maritus. soluto matrimonio. & l. Titia. §. qui in vita. ff. de leg. ij. & c. ij. de constitutioni. Quarto inutilis actus &c. arg. l. quid tñ. & l. labeo. de arbitra. & l. qui per salutẽ. de iureiur. & l. quod indebitũ. de condi. indeb. & l. dotis. de iure dot. & l. haec conditio. de conditio. & demonstratio. & l. sed & si pupillus. §. si institoria. de institoria. actio. & l. j. si mens. fals. mod. dixe. & l. ij. de optio. lega. Quinto sine iniuria permissa variatio, arg. l. si conuenerit. de iurisdict. omn. iudi. & l. ij. §. fi. soluto matrimo. & l. si cum dotem. §. eo aũt tẽpore. eod. tit. & l. diuus. §. licet. de iura. cal. & l. cũ hic status. §. penitus. de donatio. inter vir. & vxor. l. nemo. de reg. iur. nã qđ nulli nocet &c. l. ĩ creditore. de euictio. & l. ij. §. apud. de aqua plu. arcen. & C. de precib. Imperato. offeren. l. rescripta. Econtra ꝙ nõ possit iterũ eligere, faciunt ista. Primo alterius vice permissa electio. Secũdo eligẽtis culpę cõmisio. Tertio officij semel habita functio. Quarto per electionem semel facta praeclusa variatio. Primo vice alterius &c. quia vr̃ electus nõ ab eo sed ab ordine qui eligendi potestatẽ dedit. arg. not. in l. itẽ eorum. §. si decurionis. quod cuiusq; vniuersita. nomi. et in l. vnũ ex familia. in princi. de legat. ij. & l. apertissimi. C. de iudic. & l. ita autẽ. §. gessisse. de administra. tut. per quod patet qđ operatur iudici delegato cuius actus attribuitur deleganti 49 d. l. apertissimi. & l. fi. C. qui & apud quos. †Nã delegatus vice delegantis fungitur, & non sua l. j. de offi. eius. & l. solet. de iurisdict. omn. iud. Sed si est similis delegato, nõ potest iterum eligere sicut nec delegatus pronũciare, et vbi sententia prima fuit nulla. l. si vt proponis. & l. praeses. C. qũo & qñ iudex & l. iiij. de accus. & c. venerabilis. de electione. Secũdo eligẽtis culpae cõmisio, nam in culpa fuit male eligẽdo lege nã et seruius. de neg. gest. §. fi. & l. eum qui. §. fi. cũ seq. ff. commoda. & l. cũ mandato. de minor. & l. procuratoris. §. item parui. ff. de tributo. actio. cuius poena est, vt propter culpam perdat potestatem eligendi, cum in eo culpabili fiat. l. eum qui. C. de procurato. & l. 50 fi. de admini. tut. & l. quod quis de reg. iur. †nam quod quis sua culpa nõ habet, perinde est ac si haberet, vt auth. quod locum. C. de collatio. vnde in casu nostro ex quo per culpam efficaciter non eligit, perinde est ac si bene elegisset, arg. l. iure ciuili. de condi. & demonstra. Quod aũt fuerit in culpa, patet, quia de facili potuit scire illius conditionem. l. regula. C. de iuris & facti ignoran. Tertio post electionem praeclusa variatio arg. l. si ab arbitro. qui satisd. cog. & authen. offeratur. de lit. contesta. & l. procuratores. §. j. & l. quod in haeredem. §. eligere. de tributo. actio. & l. huiusmodi. §. stichum. de leg. j. & l. statuliber. & l. si haeres. de legi. vbi ẽt propter errorẽ non vtuntur eligendi facultate. Solutio, dic ꝙ cum in eligendo, iste alterius vice fungatur, vt dictum est, praesens & momentaneum habuit officium, arg. l. pecuniae. de alimen. & cib. lega. & ad eligendum ministrum videtur deputatus, arg. l. vnum ex familia, in princip. de leg. iij. Vnde si in personam electi non cadit electio, nec apud ministrum superest ius eligẽdi, sed apud ipsos decuriones l. si quis Titio. de leg. ij. maxime quia de prima tantum electione cogitatum videtur, non de secunda, arg. l. dotis, de iure dotium & l. cum pater §. pater. de leg. ij. & l. boues. §. hoc sermone. de verbo. signifi. cum incontinenti debuit eligere. l. cum quidam. de leg. ij. Ex his ergo dico, hunc eligentem incontinenti potuisse eligere, & post tempus non licere, arg. l. statuliberum. de lega. ij. & l. obligati. §. fina. de auctori. tuto.

Solennis Tractatus bannitorum do. Iacob. de Arena.

FINIS.



TRACTATVS INSIGNIS ac præclarissimus æditus ab excellẽtiss. Iurisconsulto do. Nello de Sancto Geminiano, ciue Florentino, ac aduocato summe practico super vtili & necessaria, quotidiana, ac practicabili materia de Bannitis.

Præludium cum diuisione operis.



IN CIVITATIBVS Italiæ communiter reperiuntur statuta ædita contra bannitos pro maleficio, crimine, vel delicto, disponentia interdum ꝙ non audiantur interdũ ꝙ possint impune offendi, interdum exprimitur ꝙ possint occidi. interdum quod possint offendi certo offensionis genere, interdum etiam offendentibus siue capientibus eos prẽmia statuũtur, interdum solum ab honoribus vel officijs repelluntur. interdum etiam contrahere prohibentur. Quandoque etiam in ipsorum fauorem aliqua statuuntur, propter quæ statuta & alia ordinamenta sæpissime vt notissimum est, ortæ fuerunt, & quotidie oriuntur variæ & diuersæ subtilitates & ponderosæ quæstiones, quarum multæ sparsim in commentis & extra commenta doctorum iuris canonici & ciuilis, interdum bene ordinate, interdum corrupte, & aliquando non perfecte, quandoque in argumentis adductæ reperiuntur, aliquando etiam occurrunt. Occurruntque a nemine aut tactæ aut examinatæ. Et quia ex sæpius agitatis frequentatisque solet maior vtilitas & publica & priuata resurgere, & tanto maior quanto facilius in occurrentibus necessaria nostris oculis apponuntur. Ego Nellus de sancto Geminiano Florentinus ciuis, & solo nomine legum doctor. Ad propriam & aliorum qui non multa viderint vtilitatem decreui ea quę sparsim noui in vnum breue volumen redigere, non per modum pleni tractatus, quia ab aliis plene recteque digesta quam breuius (vtilitate tamẽ non obiecta) fieri poterit, conclusiue concipiam, neque per modum simplicis repertorij, quia etiã aliqua addam, & in repertis ab aliisque tractatis & in his quæ occurrunt occurrentque, dũ hoc opusculum compilatione subiacebit. & aliqua inuestigando veritatis causa conabor adiungere. Illæ decisiones quæ mihi verę videbuntur addendo, non vt pertinaciter asserã ea sic esse quę scripsero, sed vt facilius ego & alij egentes possimus in occurrentibus necessaria reperire, et vt rectius subtiliusque intuentibus aperiatur materia emendandi, supplendi, interpretandi, & corrigendi.

Et vt huius materia opusculi clarius dignoscatur, præmittendum putaui plures esse species bannitorum, hoc nomine generaliter assumpto de q̃bus tangam quæ occurrunt non omnia iura & loca in quibus habentur inserendo, sed aliqua potiora, ex quibus alia inueniri poterũt applicabo.

Quidam enim non propter maleficium, crimen vel delictum, sed propter morbum ne cæteros cõtagione inficiant banniuntur. de his habetur. C. de mendican. vali. libro decimo.

Quidam de iure cõmuni pro maleficio aliquo diffinitiue condemnantur & in banno ponuntur, siue in exilium mittuntur, quandoq; perpetuum, quandoque temporale, vt habetur. C. de his qui in exi. dã. l. j. & ij. libro decimo.

Quidam etiam aliter banniuntur, vt in auth. item nulla communitas. in authen. item quęcunq; C. de episc. & cle. & ff. de pœn. l. capitalium. §. in exulibus. & l. Cicero. & de inter. & relega. l. relegati. de sica. l. j. transfugas de capi. dimi. l. amissione. & de capti. l. hostes. cum si. et per Guil. Spe. de accu. §. sequitur. per Bal. C. de hẽredi. institu. l. j. & per Bartol. in disputatione sua quæ incipit, Lucanæ ciuitatis &c. Quidam etiam pro maleficio non diffinitiue sed cõtumaces ad notatis eorum verbis ponuntur in banno, de quibus & ipsius banni virtute habetur. ff. de accus. l. absentem & l. j. de requir. reis. & ibi per Cyn. & alios in l. j. C. eo. titu. et per Guil. in præalleg. §. sequitur, in princ. Quandoq; propter inobedientiam siue moram in ciuilibus causis ponuntur in banno, & interdum traditur forma a statutis, quandoque solum proceditur de iure communi, vt habetur. ff. de ven. inspic. l. j. §. ex hoc rescripto. de admini. tut. l. j. de vsi. feud. c. j. hic finit lex Cornelia. incipit consuetudo regni. col. x. C. qui bo. ce. pos. l. j. ff. si quis ius di. non obtemp. l. j. in fi. ff. ad leg. Iul. pecu. l. cum eo autem. C. quomodo & quan. iudex l. consentaneum. per Bar. in l. j. §. et post operis. ff. de nou. ope. nun. per Guil. in Spe. de primo decreto. §. ij. ad fi. per Ioan. Andr. in addi. eiusdem operis super rub. de cessio. actio. Quandoque diffinitiue ponuntur in banno ex forma statutorum quibus cauetur ꝙ in criminalibus contra absentes contumaces possit ad diffinitiuam sententiam

peruenire, & quod citati certo modo non comparentes habeantur pro confessis, & imponatur ea poena siue in banno ponantur pro illa poena quae deberet imponi contra praesentes, & quod talia banna contra illos qui postea capti fuerunt debeant intra breue tempus executioni mandari. De primis quidem quatuor speciebus in presenti opusculo non tractabitur, nisi quatenus opus fuerit ad decisionem eorum de quibus agitur, & ad discernendam separationis rationem. Sed interpositis aliquibus de quinta specie, licet paucis vt infra patebit de his vltimis bannitis qui dicuntur banniti nostri temporis erit huius tractatus materia principalis assumpta ex dictis Iac. de Arena. qui breuem tractatum compilauit, & plures quaestiones disputauit Cy. qui super eo fundatus aliqua tractauit in d. l. j. C. de haered. insti. Bar. in lectura, & in sua disputatione, de qua supra Alber. de Gand. in opere suo de maleficiis. Alber. de Rosat. in vlti. parte sui operis super materia statutorum, & etiã aliqualiter in aliis partibus, & Ioan. An. in pluribus locis, & maxime in addi. super d. §. sequitur in tit. de accu. ver. quid si quis. & aliorum de quibus omnibus inferius, vt occurrunt mentio suis debitis locis non occultabitur, vt sic quae forte ratione viua non placerent, saltem placeant authoritate, & etiam quę sine authoritate aliorum dicentur facilius audaciusq; possint corrigi, & emendationẽ suppleri. Ad hoc aũt tractandum praemitto tale statutum de quo vltimo loco mentio facta est, scilicet quod contumax habeatur pro confesso &c. de iure valere per l. omnes populi. de iust. & iu. cum ibi no. C. de asser. tol. l. iij. & per infinita iura quae alle. per Guil. in d. §. sequitur. in princi. in quibus contumax de iure cõmuni habetur pro confesso. quod et tenet Ioan. And. in ca. veritatis. de dolo & contu. & Bal. in vsi. feu. in ti. de pace iur. fir. §. iniuria, ad quod in l. Gallus. §. & quid si tantũ. de lib. & posthu. & allega. glo. quam dicit non esse alibi. in l. locorum. C. de omni agro deser. lib. xj. vbi gl. dicit quod talis contumacia est ficta probatio. An autem alia statuta de quibus supra mẽtio facta est valeant, vel non, dicetur suis locis dum de illorũ effectu tractabitur. Et vt ex diuisione iuxta Iurisconsulti doctrinam materia clarius dignoscatur. Hic tractatus diuidit ĩ tres partes principales. q. a.

Primo tractabitur de tempore vsque quo dicatur quis bannitus. Adeo quod contra bãnum nullum restet iustitiae remedium, in quo tempore examinabuntur quaestiones illi tempori congruentes.

In secunda parte tractatus continebitur tempus post perfectum bannum, & quousque durabit cum quaestionibus circa illud.

Tertia pars principalis erit de tempore post finem banni & quaestionibus, circa illud. Et vnũquodque tempus diuidetur in plures partes. Quia primum in quatuor. Secundum in tres. Tertium in duas vt in eis patebit.

A primo igitur tempore exordium sumenti debet occurrere examen significatus huius nominis bannum siue bannitus, siue huius verbi bannire, vel nominis verbalis bannitio, & vnde dicatur secundum doctrinam. l. j. ff. de iusti. & iur. & l. j. si cer. peta. Sed quia in eius examine veniunt tangenda plura secundo tempori congruentia, & maxime dum tractabitur de his quę tales banniri perdant illi parti talis examinatio reseruatur. Et primum tempus expediam hoc modo, quia postquam in tractatu & sic in domo bannitorum versamur, in qua nemo eorum maior est. l. apud. ff. de manu. vin. sumam principium ab eis.

Diuido ergo primum vt praedixi in quatuor partes & erit prima.

De his qui possunt banniri, siue in banno poni.

Secunda de his qui bannire possunt.

Tertia de solemnitatibus in banniendo requisitis.

Quarto an tali banno liceat querelare.

Et circa dicta tempora examinabuntur statuta supra in principio relata cum suis quęstionibus quas vt facilius contingat reperiri, vnicuique particulae praemittam distinctim titulos suarum quaestionum. Sunt igitur vt ad rem veniam primae partis primi temporis scilicet de his qui possunt banniri, siue in banno poni tituli quęstionum siue rubricę infrascripti.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Primo traditur regula generalis.*

2 *Quaeritur an exceptio ex conditione personae inquisiti vel accusati resultans, possit ante liti contesta. opponi ad impediendum banni prolationem, & inseritur etiam de exceptione propter defensionem vel vindictam ex forma statuti competenti.*

3 *An semel bannitus possit iterum banniri.*

4 *An bannitus delinquens in loco à quo est bannitus possit conueniri in loco in quo moratur.*

5 *An vniuersitas possit in banno poni.*

6 *An formato processu contra filios Titii non expressis nominibus propriis possint iidem filii eodem modo in banno poni.*

7 *An vna pars expulsa de ciuitate puta Ghibellinorum, possit ex contumacia banniri ab ea quae in ciuitate remansit.*

8 *An ex banno dato contra aliquem, puta Titium possint affici filii descendentes, & si possent, qui in tali banno comprehendantur.*

9 *Quid si banniatur stirps vel latus Titii.*

10 *Qui filii & alii comprehendantur, an nati tantum, an nascituri tantum, an omnes.*

Prima pars primi temporis.

1 PRIMO igitur quaero, † qui sunt illi qui possunt virtute dicti statuti quod dixi valere ĩ bãno poni. Et quidem hoc primũ faciliter expedit omnes enim illi qui possũt ex delicto praesentes diffinitiua

diffinitiua sententia condemnari, poterunt absentes citati secundum formam statuti non comparentes tanquam confessi banniri. Et sic secũdum regulã l.j.ff.de præto.stipu.sequitur quod omnes illi qui præsentes non possent condemnari nõ poterunt banniri. Et ideo qui ex delicto non tenentur siue qui tenerentur, sed de iurisditione inquirẽtis vel aliter procedentis non existunt siue excẽpti sunt, non poterunt in banno poni, vt habetur. ff.de furt.l.infans.de fal.l.impuberẽ.ad l. Aquil. l.si putator.C.de fal.mo.l.ij. & si aduer. delic.l. j.& ij.cum si.quod sine dubio verum est, si iudici constat illos esse tales secundum no.ff.de re iudic. l.quæsitum.& l.furioso.& quod habetur per Inno.in c.præterea.de dila.& per Doct.in l.ex qua cunque.ff.si quis in ius voc. non ie. per Cyn. in l. generaliter.C.de epis.& cle.per Bart.ff.de iudi. l.non videtur.& ff.de iurisd.omn.iud.l.cum quędam puella. Si autem ei non constaret illos esse tales, procederet quandoque iudicium vt dictis iuribus.& ff.fami.ercis. l. cum putarem iunctis.ff. de pœn.l.absentem.& de iudic.l.omnem. In quo examinandum esset an minor possit in banno poni.de quo Alber.præallegatus posuit vbi supra in lxxix.q.referens opi. omnium quæ habentur in l.clarum.C.de auct.præstan.& in l.cum & minores & vos C.si aduer. rem iudic. & in l. non eo minus.C.de procur.& in l.si tutor.C.in qui. cau. inte.restit.non est ne. Nam aut habet curatorem & interuenit, aut non, vel non habet, vt ibi plene per Doc.in quo non insto.quia vt prædixi a Docto.ibi plene traditur. Vnum tamẽ nolo omittere ꝙ interlocutoriam quam facit statum vt quod contumax habeatur pro confesso patiuntur minores, vt habetur in d.l.cum & minores & est nota.dictum Bart.in l.fina. eod.titu.si aduer.rem iud.per quod tam obtinui valere iudicium vsque ad fictam litis contestationem quę inducitur ex forma statuti elapsis quinque diebus vtilibus a die primæ citationis licet pro pupillo non comparuerit tutor cum illam iuris interlocutoriam patiantur minores etiam indefensi vt dictis iuribus. Est tamen cautius ꝙ iudices scientes inquisitum vel accusatum esse minorem vt ei curatorem constituant.insti.de cura.§.item inuiti.vt sic eo comparente teneat iudicium secundum Albe.vbi supra. Sed tunc cessabit bannum, quia illud datur in contumacem. Et ideo cum vt dixi valeat citatio & processus iudice ignorante & inducatur a statuto interlocutoria per quam habetur pro cõfesso, forte verior est sententia quæ habet tale bannum valere, licet subiaceat beneficio restitutionis in integrum, secundum not. tamen in l. si minor. xxv. annis, omissam. & l. auxilium.§.in delictis.ff. de mi. & per Bart.in l.j.§.nunciatio.de no.ope.nũc. Et ad suppletionem & declarationem huius primæ generalis quæstionis, vide in addi.Spec.ĩ tit. de primo decreto.§.sequitur.ver.sed pone.& seq. & quæ dicam infra in j.quæst.ij.partis huius primi temporis.

2 Secundo quæro †Formata inquisitione, vel accusatione de crimine contra aliquem taliter ꝙ ex sui figura procedat inquisitio vel accusatio, an ille inquisitus vel accusatus possit defendi ante litem contestatam excipiendo quod etiam si vera essent contenta in processu procedi non posset, quia ille contra quem proceditur erat infans vel furiosus, vel faciet ad sui defensionem, vel ad vindictam ex forma statuti, vel quia aduersarius potuit impune offendi virtute statuti, puta quia malpagus vel bannitus? Et videtur dicẽ. ꝙ non, quia tales exceptiones tangunt merita causæ, ergo non possunt ante litem contestatam examinari. C. de proba. l.exceptionem. Sed non insistẽdo in verbis, cõtrarium credo & ita pluries seruari vidi. Vbicũque enim per exceptionem propositam in vim dilatoriæ ostenditur accusantem siue inquirentem non habere ius accusandi vel inquirendi, vel illud quod est propositum non esse delictum semper potest non ad effectum absolutionis diffinitiuæ, sed ad impediendum processum proponi & probari. Talis enim exceptio contestationem impedit.C.de his qui ad eccle. confu.l.si seruus. & ne quis vere.l.ij. & l. Item apud labeonem.§.quod ait.ff.de iniur.& de adul.l. si maritus.§.præscriptiones.secundum Iaco.de Arena. & ff. de nego. gest.l.si pupilli.§.videamus, secundum Bar. in l. eleganter.§ si quis post.de condi.indebi. & de iureiu.l.nam postea.in prin.& in l.absentem. in ff. ff.de pœn.quod etiam sequitur Bald.in d.l. exceptionem. & sic poterit per hanc viam bannum impediri, & etiam per procuratorem sine dubio in criminibus in quibus potest interuenire. In alijs autem restat disputatio de qua per Docto.in l.reos.C.de accusa.& in l.j.ad leg.fa. de plag. & in l.seruum quoque.§.publice.de procura. & plene per Bar.alios referentem in l.pen.§.ad crimẽ. de publi. iudi. quod tanquam extra propositum ad præsens non prosequor, sed dicam infra in ij. parte secundi temporis quæstione xiiij. vbi melius cadit.

Si autem de themate quæstionis plenius videre velis, vide in xxxvij.qõ. Alberici prædicti vbi post relationes opin. concludit exceptionem prædictam posse ante lit.contest.opponi. Vnum tamen nota ꝙ non semper annullatur processus, licet tali exceptione repulsa iudex procedat ad bãni dationem facta pronunciatione ꝙ talia debeãt post lit.contest.reseruari, & factis citationibus secundum formam statuti: vt habetur in d. l. exceptionem.& C.de dilatio.l. a procedente. cum si. De quo tamen in ij.q.ij.partis huius temporis aliqua vtilia tangentur in iij.parte. Si autem inquisitus compareat confitetur se occidisse Titiũ bannitum. An dicatur excipere, & sic existente vero non debeat condemnari. Vide Bal.qui tenet quod si per acta archiui publici constat de banno, talis sic confiters debeat absolui, vt in l. j. C. de confessis.in xvj.col.versi. iuxta hoc pone dicit statutum quod bannitus &c.

3 Tertio quæro †An ille qui semel positus fuit in banno possit iterũ banniri? Et videtur ꝙ non, quia semel infamatus iterum infamari non potest. l. aut damnum.§.seruos.& ibi no.ff.de pœn.& in l. secũda.

C. vt intra cer. temp. cri. quæst. iij. & ff. de his qui no. infa. l. iiij. §. ait prætor. Item quia cum sit semel ciuitate priuatus, amplius priuari non potest. ff. de verb. obl. l. decem. Item quia cum non sit in ciuitate citari non potest, & sic contumax effici non potest, & ideo non succedit dispositio statuti. ff. si quis cautio. l. sed actio. & l. seq. & extra de constitu. c. ij. Sed Doc. cõiter determinant contrarium quia excõicatus iterũ excõicari potest. xlvij. dist. c. quantumlibet. in fi. & extra de sen. excom. c. cum pro causa. & c. officij. de quo in c. ita quorundam. de iudæis. Itẽ quia non debet quis pro pœna præmium reportare. ff. de interdi. & releg. l. relegatorum. §. fi. & de neg. gest. l. siue hæreditaria. Et ita determinauit Guil. in præalleg. §. sequitur. de accu. ver. quid si quis. ita etiam vr sensisse Dy. in d. l. ij. & ita Bar. in d. §. seruus. Ita etiam Albe. prædictus in xxvj. q. dicens Dyn. ita tenuisse nisi sit bannitus taliter qui domicilium perdiderit per l. eius. §. fin. ff. ad muni. Et ad argumenta contraria non respondet. Sed nõ obstat primo quia infamatus vno genere infamiæ. s. iuris non potest iterum infamari eodem genere infamiæ, vt dictis iuribus, sed bene potest infamari diuerso genere, puta infamatus infamia facti potest iterum infamari infamia iuris. ff. de ritu nupt. l. palam quæstum. §. quæ in adulterio. & l. fin. ff. de requi. re. secundum Ray. in d. l. ij. quod etiam sequitur ibi Bal. Non ob. quod amplius priuari nõ possit ciuitate &c. quia aliquando imponitur pœna priuatiua supra quam est reperire maiorẽ priuationem, vt in sententia excõicationis quæ continet priuationem ad tempus, & potest alia priuatio adijci, ita in proposito, quia prima priuatio nõ extinxit habitum secundum Bald. in d. l. ij. Sed in hoc clarius dicendum est ꝙ aut primum bannum fuit pecuniarium, vel ad aliquod membrum, & tunc nihil nocet quin possit iterum in pecunia vel alio membro, vel ad mortem banniri. Sed si fuit bãnitus ad mortem etiam iterum banniri potest. Pluribus enim modis & causis potest mors inferri. Est tamen verum ꝙ in pœna non reiterabili, vt in morte executio facta ex vno extinguit omnia alia banna, vt insti. quib. mod. tol. oblig. in princi. & §. j. In pœna vero reiterabili non est ita, & ideo condemnatus in membri abscisione ex duabus causis, duabus vicibus passus est executionem vnius membri ex vno banno poterit peti executionem alterius ex alio, etiam si opus sit banni alterationem, vt d. l. ij. & quod ibi per Doc. facit. ff. de iniur. l. filius iniuriam. Vltima vero ratio quæ est ꝙ non videtur posse in contumacia constitui non obstat pro cuius determinatione clariori quam sit illa quæ ponitur per Ioã. And. in addi. ad dictum versi. quid si quis. & tangit Alber. vbi supra. Aduertendum ꝙ aut quæstio se habet, an possit iterum banniri in eodem loco in quo bannitus fuit, & dicendum est ꝙ non l. licet. §. pe. ff. nau. caup. sta. nisi in casu qu o nõ fuisset bannitus in pœna debita, quo casu an computetur prima pœna in secunda, vel si prima fuisset soluta repeti possit. Vide not. dictum Bald. qui dixit quod non, in l. fi. C. de fideicom. libe. per glo. ibi positam & per aliam in l. si vsufructus legatus. §. fi. ff. de vsufruc. ad quod not. etiam per eum in l. j. & ij. C. de spor. vel nisi secundum materiam l. senatus. ff. de accus. & quod habetur in l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui notan. infa. scilicet an possit iterum cognosci propter adiectionẽ nouæ qualitatis. Quo casu etiam vide an primum bannum computetur secundo. Bald. in l. ꝙ diximus. ff. quod met. causa. Aut an possit in alio loco, puta quia fuit bannitus in loco maleficij, puta Bononiæ. inquiritur nunc in loco originis, puta Florentiæ, vel econtra, & iterum banniri potest. In primo enim loco non fuit punitus effectiue, & ideo non obstat dicta regula quod semel fuerit cognitum per d. l. senatus. Faciunt no. per Bar. in l. non solum. §. si mãdato. ff. de iniur. & in l. sed si amici. de adul. Et de isto casu defectu citationis non potest obstare. Potest enim ibi citari & conueniri. l. j. & ij. C. vbi de cri. agi opor. Et ita disputando terminauit Iac. de Bel. quam posuit super d. l. j. proxime alle. & eius effectum refert & sequitur Io. And. in addi. Specu. in titu. de compe. iud. adi. §. j. ver. quid si venit. Et de verbo ad verbum posuit, & sequitur Albe. vbi supra. q. lxxvj. quam hic causa breuitatis non infero. idem tenet Bar. in l. sepulchri. ff. de sepul. vio. vbi dicit se ita pluries iudicasse & consuluisse. & ibi vide. Si vero quæritur an pro crimine possit iterum banniri. Dicendum puto ꝙ aut commiserat illud crimen de quo nunc proceditur antequam fuerit bãnitus, & idem potest etiam citari, & ibi conueniri, vt in dictis iuribus. & l. j. in fine. & ibi p Bart. ff. de requir. re. Si vero commisit postea, tunc aut illud commisit in loco a quo bannitus erat, & idem quia siue sit locus originis, siue alius ratione delcti ibi sortitur forum, & poterit conueniri, vt d. l. j. Nec prædictis obstat quod cum inde sit bannitus non citetur ad locum sibi tutum & per consequens non videatur artari a citatione, vt no. ff. ad treb. l. de ætate. Et est casus in l. ij. §. pen. in fi. ff. si quis cau. & quod not. per Iaco. de Are. qui dicit exititios terræ non arctari ad comparendum ibi citatos in l. fulcinius. §. quid sit latitare. & l. ad cognitionem. qui. ex cau. in pos. ea. & quod not. per glo. in c. statutum. de rescri. lib. vj. & in l. ij. ff. si quis in ius vo. non ie. & ne quis eum qui in ius voc. est vi eximat. l. sed eximendi in fi. sicque cum citatio sit nulla non possit parere effectus cõtumaciæ. C. ne de sta. defun. l. si pater. & quod not. per Bald. in l. j. C. ne ex deli. defun. quia aut sibi imputare debet, quia se propter delictum suum in illa necessitate posuit: & sic est non succurrendũ. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. cogan. & qui. ex cau. maio. l. qui data. cum si. Aut si hæc solutio non procedit quasi satis punitus videatur propter primum bannum, vt dixit Ioã. And. in d. ver. quid si bannitus. cum possit contra talem suspitionem prouideri non potest talis causa allegari. Aut enim causa ob quam citatus est, est talis in qua potest procurator interuenire & potest illum mittere. ff. de mino. l. papi. exul. & sic non obst. c. veniẽs. de accu. per Io. And. vbi supra proxime allegat. Aut est talis causa in qua non potest

test interuenire procurator,& potest securitatem & saluum conductum petere qui sibi a iudice dari debet,vt plene per Bar.in l.is qui reus. de publi.iudi.per illum tex.cum glo.& per Bald. in l. j.C.de hære.insti.& dicam infra in ij. tem. parte ij.q.xv.quæ fidantia & securitas regulariter tollit suspicionem.Fateor tñ ꝙ si talis securitas esset fragilis,vt ibi dicam vel propter conditionem iudicis qui solitus est tales fidantias non seruare l. non oēs.§.a barbaris.ff.de re milit. vel ex alia causa,vt tangit Ioan. And.in d. ver. quid si quis. Tunc posset habere locum dubitatio de qua ibi per c.accedens.vel lite non conte.& l.& qui ita. §.j.ad treb. Securius tamen credo tenendum fore quod talis exceptio locum non habeat cum a sua culpa perfecte non punita procedat, quicquid dicat Ioan. And.Quousque enim pœna nō sit perfecte imposita punitus non dicitur l.j. & ij. C. de spor.& d.l.j.senatus.& per Bart.in d.l.sepulchri. Communiter tamen huic dubio subuenitur per statuta quæ disponunt quid seruandum sit cum proceditur contra bannitos. Si autem fuit bannitus in loco domicilij ratione originis vel incolatus,& alibi nunc delinquit,& contra eum proceditur non in loco delicti,sed in loco originis vel incolatus maior est dubitatio, vt patet ex his quæ breuissime refert & non decidit Ioan. And. vbi supra. Dicendum tamen est ꝙ si ex primo bāno non perdit domicilium illius loci a quo bannitus est, ibi poterit conueniri vt supra dictum est, & habetur per Bartol.in l.adulter.in prin. ff. de adul. An autem perdat ex ipso banno domiciliū vel non.dicetur infra in ij.tempo.parte j.q. v. dū tractabitur quæ perdant banniti,& in q.xlv. per quæ suppleas hæc vltimo dicta.

4 Quarto quæritur †etiam circa prædicta. An bannitus delinquens in loco a quo est bannitus possit conueniri in loco in quo moratur, puta Florentinus bannitus de Luca offendit Lucanum in districtu Lucano, reperitur Senis. Quæritur nunquid ibi possit accusari, & conueniri & exinde banniri? dixit Guil. quod sic, cum non sit spes quod Lucam reuertatur vt ipse ponit in Spec. de compe.iudi.adi.§.primo ad finem.versicu. sed pone quidam. Vbi vide quod etiam tenuit Bart. in l.relegatorum.§.interdicere.ff.de inter. & rele. per illum text.

5 Quinto quæro † an vniuersitas possit poni in banno, siue collegium aliquod. Hæc quæstio fuit antiquitus multum examinata scilicet an possit delinquere & puniri & qualiter. Et finaliter concluditur quod potest & delinquere & condemnari, vt habetur in l. metum.§. animaduertendum.ff.quod metus cau. & l. sed ex dolo.§.primo.ff.de dolo.plenissime per Bartol. alias referentem in l.aut facta.§.fina.de pœn. Quæ vitandæ superfluitatis causa hic non inseruntur.

Aduertendum tamen quod vbi banniri potest nō debet seruari forma in citationibus quæ traditur per eūdem Bar.in extrauag. ad reprimendā super verbo,citati. Quibus citationibus factis vt ipse dicit, vniuersitas cōtumax constituitur,quod debet intelligi.s.postquam post citationem potuit congregari. Ante enim non potuit contumax reputari.ar.ff.de lib.vni.l.j.in fin.Et ideo caueant iudices,vt congruum terminum in citatione assignent. Potest etiam iudex talem vniuersitatē contra quam procedit cogere ad creandum syndicum qui eam defendat, & ex cuius citatione facilius possit contumacia constitui secundū Iac.de Are. in l.iij.ff.de fideicom.lib. & Inno. in c.romana. de sen.excō.quod secundum Bald. intelligitur ꝙ possit cogi ad creandum syndicum ad litem tantum,vt ipse no.in l.j.in fi.ff. ꝙ cuiusq; vni.nomi.

Et aduerte an ex contumacia talis defensor possit an banno poni ad ea quæ habentur in authen. item nulla. & in auth.iubemus. de sac.san. eccle.& in l.j.§.si procurator.ff.si quis ius di.non obtem.& ibi plene per Doct.

6 Sexto quæro †an formato processu cōtra filios Titij nō expressis nominibus possint iidem filij in banno poni. Et differentia huius quæstionis a præcedenti est manifesta,qa ibi conueniuntur plures vt vniuersi, hic vt singuli. Hæc quæstio ponitur per Albe.vbi supra scilicet in opere statutorum parte vlti.qō. xlviij.& ibi primo allegat ad negatiuam, quia quis debet nominatim exhæredari. ff.de libe. & posthu.l.ij.& nominatim debet quis excommunicari,extra de offi.ordi.c.ij.& ibi in glo.& xj.q. iij.c.excellentissimus.ergo & banniri,alias sententia banni vr̄ inualida tanquam incerta. C. de sen. quę sine cer.quan. per totum. In contrariū ꝙ immo valeat.ff.de iniu.l.iiij.§. nominatim. & de liber.& postu.l. titius.& l.nominatim. & ff.si cer.pet.l. certum. Concludit ꝙ aut in aliqua parte actorum continetur qui sint filij siue hęredes,et v; bannum, alias non.ff.de re iudic.l. in summa. & l.ait prætor.§.j.& C.de sen.quæ sine cer.quan. l.ij.& l.hac cōsultissima.C.qui te.fa.pos.& quod ibi not. Et subdit, ꝙ si bannitur quis vt hæres quod ei agenti nomine proprio obstat banni exceptio,de quo dicam infra in j.parte secundi temporis.qō.lxxj. Ad propositum autem puto ꝙ sic ex tenore accusationis vel inquisitionis apparet de quibus filiis,siue de quibus hæredibus intelligitur, & sic etiam in citatione ne reddatur incerta. l. aut qui aliter.§.j.ff. ꝙ vi aut clam. valeat processus & bannum per dicta iura. Faciunt not. in l.demonstratio.de condi.& demonstr. Et vide quæ dicam infra in iij. parte huius primi temporis quæstio.vlti.

7 Septimo quæro † an vna pars expulsa de ciuitate,puta pars Ghibellinorum possit bāniri ab alia quæ in ciuitate remansit? Hæc quæstio formato themate ꝙ pars intrinseca elegit potestatem post expulsionem alterius ponitur per Alber. vbi supra q.lxxviij.Et primo arguit ꝙ possit in banno poni, quia omnis vocatus ad iudice venire tenetur. l.j.si quis ius di.non obtem. Item quia contumax est in dolo.l.non potest.de regul.iur. ergo puniri

potest.ff.de poen.l. absentem. In cõtrarium arguit, quia iusto metu absunt,& sic restituerentur. ff.quib.ex cau.ma.l.j.ij.& iij.ergo fortius eis datur exceptio.l.inuitus.§.cui damus.de reg.iur. Itẽ qa potestas nõ est potestas extrinsecorũ, qa p eos non fuit electus ergo &c.C.de sum. Trin.& fid. cath.l.j.& si a non compe.iudi. per totum. Item quia potestas non fuit legitime electus cum non consenserint extrinseci,in auth. de defen. ciui.§. sed interim.Item quia saltem debuerant inter esse electioni duæ partes.l.nulli.& l.plane, quod cuiusque vni.no.ergo.&c.Tenet hanc secundã partem si pars extrinseca fuit expulsa dolo vel culpa intrinsecorum, alias tenet primam per iura & rationes supra alleg.& adducit quod not. in l. si quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de capti.Sed hæc quæstio aliter est inuestiganda. Nam aut potestas qui contra expulsos procedit fuit electus ante expulsionem eorum & tunc cum proponatur eũ esse iudicem illosque tempore delicti inquisitione siue accusatione narrati fuisse sibi subditos, restat ꝙ contra eos potest procedere quemadmodum contra singulos delinquentes. Sed an constituantur in contumacia propter hoc, quia ad locum sibi non tutum citati dicantur.Recurre ad ea quę dixi supra q.iij.& quæ dicam statim sequenti mẽbro.Si autem fuit electus post expulsionem dictæ partis. tunc aut fuit electus post electionarios antea factos vel virtute statuti antea facti, & eius ordine seruato,& idem, quia eadem ratione eorũ est potestas sicut extrinsecorum. Si vero fuit electus virtute noui ordinamenti facti a parte intrinseca, tunc recurrendum est ad quęstionem illam quæ habetur in l.omnes populi.de iust.& iure.videlicet an pars prędicta intrinseca possit condere statuta. In qua q.Bart.in d.l.omnes populi.in ij.q. ij.q.prin.ver.sed quæro dixi,distinxit hoc modo. quod si aliqui absunt de ciuitate voluntarie, & tunc remanet omnis potestas in præsentes.argu.ff. de tu.et cu.dat.ab his.l.vbi absunt.& C.de decur. l.nominationum.libro x.Si vero sunt expulsi,aut ad eos expulsos competebat ius condendi statuta, aut non. Si non competebat v.g.quia expulsi non erant de consilio, & tunc non ob.illorum expulsorum absentia, quia illi qui remanserunt in ciuitate potuerunt statuta facere.ff.de orig.iur.l.ij.§. deinde cum essent. vbi dicitur ꝙ ad remanenentes in ciuitate remansit potestas condendi leges. Si vero competebant, vt quia erant de consilio, & tunc aut sunt expulsi ex iusta causa, & adhuc ad remanenentes remanet potestas condendi statuta, quia cum illi non obedierint ciuitati suæ perdiderunt omnia iura propria suæ ciuitatis, de capi. dimi.l.amissione.& sic perdiderunt ius condendi statuta. & sic potestas remansit apud præsentes. Si vero fuerunt expulsi sine iusta causa forte per inuidiam,& tunc licet statuta facta per remanentes seruentur forte quantum ad eos per l.per fundum.ff.de ser.vrb.præ.tamen in præiudicium expulsorum non valent ne ex sua negligentia beneficium consequantur.ff.de fur.l. itaque fullo. Et hanc distinctionem sequitur ibi Rai.in repe.quã fecit post repetitionem Bar.inducens pro confirmatione eius quod dicitur quando expulsi fuerunt eorum culpa perdere iura ciuitatis, ꝙ censentur rebelles suæ ciuitatis vt C.de deserto.& occul.l.ij.lib.xij.& sic perdunt ius condendi statuta.l.fi.ff.de legatio. Dicit etiam vltimum dictũ esse verum, quo dicitur non valere in præiudiciũ expulsorum, etiã si pars expulsa de ciuitate erat minor pars, cum maioris partis violentia ei nocere non debet, nisi quo ad possessionem perdendam.ff.de acqui.pos.l.clam possidere.§.fi.cum l. seq. concludens illud statutum factum a parte intrinseca non tenere etiam quo ad præsentes in iure totius populi,sed in iure proprio eorum condẽtium sic vt d.l.per fundum. ar.ff.de ma. conue.l. j.§.j.& ad l.qui maior.ff.ad mu cum similib. Respondet ꝙ illa locum non habet quando minor pars impeditur facto maioris. argumen. de regu. iur.l.non debet alteri.& de dolo l.j.§.non fuit.& quod vi aut clam.l.j.§.sed Aristo.Et ex his infertur ꝙ si fuerint iuste expulsi possunt in banno poni,nec possunt allegare se citati ad locum non tutum per ea quæ dixi supra in q.iij.Si autem iniuste fuerunt expulsi, non possunt de iure banniri. Sed dubitatur qualiter possunt obuiare banno,dic ꝙ hoc casu sine dubio poterunt syndicum constituere ad eorum iustitiam consequendam l.j.§.j. quod cuiusque vni. nomi.& l. si quis a filio.§.si parti secundum Lau. de Ramp.& Bart.ff.de leg. licet Dy.ibi aliter dixerit.Et ibi habes per Bar. ꝙ pars expulsa & pars intrinseca etiam separatim possunt submittere ciuitatem, quod ibi Bald. intelligit verum, nisi quo ad superioris præiudicium per not.per Innoc.in c. cum ex iniuncto de no.oper.nun.Ad quod adde quod habetur per Hosti.in cap.ij.de maio.& obe.

8 Octauo quæro † Formatus est processus per viam accusationis vel inquisitionis contra Titiũ & Sempronium ex eo ꝙ fecerunt seditionem in populo & factis citationibus de Titio & Sempronio secundũ formam statutorum supra relati iudex posuit in banno Titium & Sempronium & eorum filios & descendentes, eosque priuauit officiis & honoribus ciuitatis. Queritur an valeat tale bannum Hæc quæstio requireret examinationem an committens seditionem in populo &c. dicatur committere crimen læsæ maie.vt sic in eo & filijs locum habeat.l. quisquis.C. ad l. Iul. maie. de qua quæstione dicam infra in suo loco parte.j.secundi tẽp.q.xvj.Et præsupposito ꝙ non,videndũ restat an dictus iudex potuerit dictos filios sic condemnare,& quia vt dixi supra q.vj.ex defectu nominorum propriorum sententia non p̃t dici nulla.

Restat videndum an ex alijs capitibus.Et certe dicendum est primo,ꝙ tale bãnum est iniquũ & contra diuinam legem, quæ se habet vt filius patris nõ portet iniquitatem.Item contra humanam quæ se habet ꝙ delicta suos authores teneant,nec vlterius progrediantur.C.de pœn.l.sancimus. & ibi concor. in glos. Ac etiam qui etiam vbi aliquis ex alterius delicto punitur,non tenetur quando contra principalem ob contumaciam fertur sententia.ff. de euict.l. si ideo. cum concor.

C.de

C.de pig.l.preses.& ibi gl.per Dy.in l.j.ff. quando ex fac.tu.& per Bar. in sua dispu.de qua in l. cum filius.in prin.de verb.obli.& ꝙ dicam infra in j.parte secundi temporis.q.xxxiij.Secundo dicendum est ꝙ est nullum ipso propter plura. Primo quia nullus est formatus processus contra tales filios & descendentes.Et sic restat ꝙ bannum & sententia essent nulla si daretur.C. de sen.l.ꝓlatam,& de pœ.l.qui sententiam.ff.de pub.iud.l. inter accusatorem.& l.absentem,de pœ.& de iudi.l.oēm.Secunda ratione esset nullum,quia non fuerunt citati explicite nec implicite l. nam ita diuus.de adop.ff.de re iudic.l.de vno quoq;,cū si. qui defectus est talis ꝙ ēt si ex forma statuti prohiberetur sententias latas pro maleficio dici nullas aliqua ratione vel causa, talis nullitas non diceretur exclusa cum enim sit de iure naturali a defensione procedens non intelligitur a statuto exclusa quantuncunque generalibus verbis nullitatem excludat.habetur in cle.pastoralis. de re iudi.& per Bar.plene in extrauag.ad reprimendū, & dicam infra in ij.temp.parte ij.qō.xxxiiij.sicut nec intelligitur exclusa nullitas a carentia iurisdictionis procedens vt not.in cle.j. de sequest. pos.& fruc.& in l. non erit.§. dato.ff.de iureiur. Et hoc quantum ad j. partem qō. ex qua patet ꝙ titulus.ij.quæstionis est superfluus.Sed si forte diceretur ex aliquo statuto talem sententiam valere videndum arbitror etiam super eo.Et primo videtur dicendum ꝙ a tali sententia omnes filij & descendentes afficiantur. Filij enim in legali dispositione etiam ad vlteriores extenduntur.ff. de verb.sig.l.filij.& plene.eo.ti.l.liberorum.Et fortius hoc verum est propter verbum descendentes, in themate positum quod vsque ad decimum gradum in lege videtur extendi.l.fi.C.de suis & legi.& quod ibi no. & quod habetur in authē.de testi.fide.§.codicillum.&.§.seq.col.ix.si in lege. ergo in sententia, quia potestas vnius ad aliam adæquatur,vt no.per gl.no.in.l.cū quasi.§.si plures.ff.de fideicom.li.Sed quia sine dubio talis dispositio est odiosa & contra naturalem & ciuilē rationem vt est dictum,sine dubio restringēda est. Et ideo non puto vltra nepotes extendi secundū ea quæ habentur per Cyn.in l. voluntas.in vlti. q.C.de fideicom.Et quia in voluminibus habentur,vt præmisi aliter non insisto.

9 Nono ergo quæro † stāte statuto ꝙ valeat tale bannum & prolatum sit contra latus & stirpem Titij qui comprehendātur in dicto banno? Ad cuius determinationem pr̄emitto, ꝙ quandoq; lex siue sentētia,vel homo,vtitur verbo,familiæ. Et tunc quos & quot comprehendat & vsq; ad quem gradum habetur in auth.de testib.§.codicillum.&.§. seq.& C.de ver.sig.& l.fi.& ff.de verb. sig.l.ꝓnuntiatio.§.familiæ. Aliquando nomine filiorū. & de hoc habetur vbi proxima quæstio.dictum est, & per Cyn. etiam in l. libertinum.C. de interdi.ma.per Barto. & alios in l.Gallus.§. instituens.de libe. & posthu. Interdum nomine sobolis.de hoc habetur in l.fi.C.de bo.dam. & ff.sol. mat.l.j. Quandoq; nominatur proles, de hoc,C. de episc.& cleri.l.officiales.& l. ne diutius.C.de agri.& censib.lib.xj. Quandoq; appellat progeniem.C.de eman.lib.l.pe. interdum prosapiā. de hoc habetur in l. si quis ex corporeo. C. de muril.li.xj. Aliquando gentem.ff.de proba.l.ij. Aliquando vtitur nomine liberorum.de quo in l.cognoscere.§.liberorum.& l.liberorum.ff.de verb. sig.interdum nomine posterorū.ff. de iure immu. l.j.& iiij.& ff.de vac.mu.l.vacatio. Quandoque nomine descendentium.de hoc in l.fi.C.de suis et le.& d.auth.de testi. fide. Quandoq; promiscue immiscentur nomina supra dicta simpliciter . de hoc habetur in l. quod his verbis.§.fin. de lega. iij. Si vero adiiciatur perpetuo vel in perpetuū, tunc nullatenus fit restrictio,vt habetur in c.felicis.de pœ.& in c.j.de schisma.lib.vj. & habetur per Iac.de Bel.in pr̄galle.auth.de testi.fidei.Quādoq; fit mentio stirpis & tunc eodem modo vr̄ de descendentibus debere intelligi,ar.iurium prædictorum,quasi idem sit stirps,et proles,prosapia, soboles , siue progenies , quod credo verum propter pronomen suam vel meam vel tuam. Collaterales enim non sunt stirps eius , sed ascendentes . licet omnes sint de stirpe illius ascendentis. Et ꝙ tunc de descendentibus intelligatur est tex.& ibi per Bal.in l.si quis in suo.in princ.C. de inoffic.testa. De genere autem & generatione vide extra de hære.c. statutum. & c.vt commissi. li.vj.& de pœ.c.vbicunq;.& Bal.in l.cum acutissimi. C. de fideicom. Et nota ꝙ si banniuntur omnes homines de tali progenie non comprehenduntur existentes in ventre,ar.l.cum inter.& ibi Bal.C.de fideicom.libe.cui etiam adde quod ipse not.C.de lib.cau.vbi dicit ꝙ bānita muliere pr̄gnante natus postea non est bannitus . licet ille tex.facit in contrarium sed dic vt ibi . Qui autem veniant in illis verbis . & totum latus Titij est dubitandum , quia fratres sunt de eodem latere, hinc est ꝙ dicuntur collaterales.ff. de gradi. l.Iurisconsultus.§.sunt ex lateribus. Sed quia frater licet sit de latere patris, non tamen est de latere fratris, immo vnusquisq; facit suum latus,sicut & suam lineam,vt patet ad oculum. Sic ergo sicut coniuncti nobis ex latere non sunt ex nostra linea.ff.de gradi.l.j.& insti.eo.in princ.licet sint ex linea aui,& proaui.vt C.de bon.mat.l.etiam, secundum Bar.in consi.quod incipit, quia factum &c.ita non sunt de nostro latere,licet sint de latere patris vel aui nostri,quia nulla est ratio diuersitatis. Et sic in dicta condemnatione nō cōprehenduntur collaterales aui ex eis nati . Quod etiam ostenditur ratione.Negari non potest si diceretur per aliquos ꝙ collaterales essent de latere Titij, ꝙ non possit intelligi duobus modis. Vno vt intelligantur condemnati omnes qui sint de eodem latere,de quo est ipse Titius,et sic omnes a patre, siue auo descendentes. Alio modo vt intelligantur solummodo condemnati illi qui sunt de suo latere possessiue,hoc est de eo ꝙ ipse facit,& sic solum de suo non autem de latere ascendentis , sed in dubio semper debet intelligi condemnatio in minori significatu. l. interpretatione . & l. præses. ff.de pœn. saltem in odiosis in quibus etiam senten-

sententia non extenditur. l. si patronus. §. si quis cum esset. de bo. liber.

10 Decimo quæritur † an in tali condemnatione scilicet filiorum lateris vel stirpis veniant solũmodo nati, an solũmodo nascituri, an oẽs tam nati ꝙ̃ nascituri. In hac. q. breuiter me expediam. Nã aut talis sententia fertur super crimine posito in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & dic vt ibi per Doct. tenet enim Cyn. post Pet. ꝙ compræhendentur solũ nati postea & non ante. Aliqui tenent ꝙ omnes propter specialitatem illius legis quod forte verius. Sed prius dicendum sapit æquitatem. si vero fertur propter aliud crimen. Tunc aut ex processu formato contra Titium & filios eo, & habenter filios de quo dixi supra vj. qõ. & tunc sine dubio solum ad tunc natos porrigitur. l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffic. testa. Processus enim nõ intelligitur formatus, nisi contra eos qui in rerũ natura sunt & illi intelliguntur citati & nõ alij. l. in summa. §. si. ff. de re iudi. & ff. quę senten. sine ap. re. l. pe. Si vero fertur ex processu solummodo formato contra Titium aut nullos tunc habebat filios, & de necessitate debet intelligi de nascituris, vt sententia aliquid operetur in casu in quo valeat talis sententia. de leg. j. l. si q̃n cum si. Si vero tunc filios habebat, dicendum est & ita pluries vna cum recolendę memoriæ iuris consului, ꝙ ad tunc natos tantum talis sententia porrigatur; quia verba sententiæ regulariter ad tempus præsens porriguntur, argu. l. si ita. ff. de au. & ar. leg. & ibi no. per Bart. facit. l. si tibi man. §. is cuius bona. ff. man. pro quo vide quod dicam infra in ij. tem. parte. j. q. xviij. An publicatio bonorum banniti porrigatur ad postea quęsita. & ad hanc decisionem faciunt quæ dixi supra qõ. viij. Nec prædictę conclusioni obstat quod no. in l. placet. ff. de lib. et posthu. quia ibi loquitur in his quę fauorem continent, scilicet fauorem testamenti conseruandi, vt ibi not. Item non obst. ff. de accu. l. ij. §. in filiis. & de pœ. l. moris. §. iste ferre. quia loquuntur in his quę a patribus in filios descendunt, quę non possunt descendere in natos post illorum priuationem, pro quo facit quod habetur in l. diuo Marco. C. de quæstio. & ff. de iure pa. l. diui fratres.

Rubrica de his qui possunt banniri.



EXPEDITA prima parte primi temporis, venio ad secũdam quę est, de his qui possunt banniri. In qua cõtinentur quæstiones infrascriptæ, quia.

SVMMARIVM.

1 *Primo ponitur doctrina generalis.*

2 *An iudex procedens possit factis citationibus bannire exemptum à sua iurisdictione, si nullus cõparet exemptionem allegans.*

3 *An potestas vel alius officialis possit delinquentem ante tempus suę cognitionis inquisitum vel accusatum bãnire si maleficium fuit occultum.*

4 *Si cauetur statuto quòd de robaria commissa per annum ante non possit cognosci, an potestas possit bãnire eum qui incepit derobare per annum ante, & postea continuauit robariam.*

5 *An potestas possit bannire forensem alibi forẽsem alibi furantem sed portantem in locum iurisditionis portantis.*

6 *An formato processu pro pluribus maleficiis quorum aliqua sunt punibilia, aliqua non, puta quia iurisdictionem non habet possit iudex aggrauare pœnam banni.*

7 *Capitaneus cognouit contra occisores, potestas vult procedere contra mandante, quæritur an illum non comparentem possit bannire stante statuto quòd de eodem maleficio siue negotio de quo vnus rector possit cognoscere, alius non possit se intromittere.*

8 *Qui iudex possit bannire existentem in territorio Florentino, & balistantem in territorio Boniensi & ibi hominem occidentem.*

9 *An officialis possit ponere quem in banno pro iniuria facta sibi vel suæ familię.*

10 *An potestas possit bannire aliquem alium officialem in officio delinquentem officio durante.*

11 *Quæritur si sunt duo officiales quorum vnus est generalis, alius specialis an generalis possit bannire illum qui fuit attributus speciali.*

Secunda pars primi temporis.



1 PRIMO ergo † generaliter quęritur qui possunt aliquem bannire. Ad hoc respondetur ꝙ de iure communi essent omnes illi qui possunt deportare seu relegare l. j. §. deportatos. ff. de legat. iij. & no. plene per gl. insti. qui. mo. ius pa. pote. sol. §. relegati. & §. cum aute. & plenius p Guil. in l. imperium. ff. de iurisdi. omn. iudic. Sed quia rectores ciuitatum licet æquiparentur præsidibus prouinciarum in aliquibus, vt habetur in l. fi. C. de pręscri. lon. tem. nullam aliam habent potestatem ꝙ̃ illam quam tribuunt eis statuta locorum vel suę electiones secundum Iac. Bu. in l. assiduis. C. qui pot. in pig. ha. & ĩ authen. statuimus, C. de epis. & cle. & Bal. ĩ auth. cassa, C. de sacrosan. eccle. & Ioã. And. in addi. Spec. super rub. de syndico. breuiter me expediẽs. Dico ꝙ oẽs illi rectores, quibus specifice p statutum concessum est, vel ex eo ꝙ sit concessum merum & mixtum imperium. poterunt illi loco subditos ratione domicilij vbique delinquentes & quoscunque etiam non subditos alias infra suos limites delinquẽtes bannire

bannire seruata forma statuti. Et istud generale sufficiat pro hac prima.

2 Sed † quero secundo statuto cauetur ꝙ potestas habeat arbitrium inquirendi &c. merum & mixtum imperium & omnem gladij potestatẽ, saluo ꝙ non possit se intromittere de maleficijs commissis contra aliquem qui sit de loco, vnde est ipse potestas talis a sua iurisdictione exemptus inquiritur a potestate & citatur secundum formã statuti disponentis generaliter de modo procedẽdi, ipse citatus vel alius proclamatus secundum formmam statuti, potestas vult eum bannire, quęritur si facit an potuerit, & sic an valeat bannũ. An vero possit per viam officij iudicis nullum declarari & cancellari, non obstante alio statuto quo cauetur ꝙ contra banna lata per potestatem non possit aliquid etiam de nullitate dici, obijci, vel opponi. Et sic non dicatur bannitus, & per consequens in eo statutum locũ non habeat iuxta l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudic. Hæc quęstio subtilis est & habet plures articulos in quibus possent multa dici, sed ne prolixior sim ꝗ̃ promiserim, dico dictum de quo quæritur non potuisse de iure banniri ex defectu potestatis bannientis, qđ sic ostendo dictum statutum dicit ꝙ potestas non possit &c. sed dictio non, iuncta cum verbo potest. denotat effectum suum importari ipso iure, non autẽ ope exceptionis. ff.de transa. l. de his & ibi per Bart. ff.de iudi.l.solemus.§.latrunculator, per Ioan. And. in c.j.de reg. iur.lib.vj. Ergo ipso iure in casu prędicto potestatem reddit iurisdictione carentem. Quod etiam alia ratione ostenditur. Statutum prædictum iurisdictionem modificans est illud idem quod iurisdictionem tribuit. Ergo etiam sine decreto id, est, sine eo ꝙ ipsum statutum annullet in contrarium gesta acta per eum contra modificationẽ nulla sunt ipso iure, de elect.c.prouida.li.vj. Ita firmat in fi.glo.no.in c.j.de iurepa. in cle.in gl.super verbo, inhibentes erat ergo ille qui fuit bannitus ipso iure a sua potestate exemptus. Sed constat ꝙ vbi iudex citat ipso iure exemptum a sua iurisdictione generali exemptus non tenetur comparere etiam in casu in quo sit dubiũ eum esse de iurisdictione, ita determinauit no. Bal. in d.l. generaliter. C.de epis. & cle. licet Cyn. ibi aliter dixerit. Præterea quando quis est exẽptus ope exceptionis non fit prorogatio, nec iudex cõpetens efficitur nisi iudex pronunciet se iudicem competentem, secundum Bar. in l. ij.ff.si quis in ius voc. non ier. immo plus dicit ibi Iaco. But. ꝙ non sufficit pronunciatio, nisi fiat post exceptionem propositam. iudex enim non potest auferre parti exceptionem non opositam & in iudicium non deductam.l.duobus.ff.de exce.rei iudi. Hęc autem decisio in dubio vera est si in processu narrantur talia ex quibus appareat potestatem iurisdictionem non habuisse, vt habetur in c.pręterea.de dilatio.per Innoc.per Doct. in d.l.ij.si quis in ius. voc. non ie. Si vero talia non narrantur, quæstio est magis dubitabilis. tamen idem est rationibus suprascriptis. Ac etiam quia cum in veritate iurisdictionem non habuerit ex contumacia, etiam si fuisset prorogari non poterat: præsertim si per viam inquisitionis processit, quibus casibus iurisdictio nunꝗ̃ prorogatur, vt colligitur recte inuenti in l.ij.ff.de indic. de quo secũdo per Inno.in c.ad petitionem.de accu. Et de vtroq; per Bal.in l.j.C.vbi de cri.agi opor. Nec ob.l.ij.si qs in ius vo.non ie. per quam Cy.in d.l.generaliter. contrarium dicere videtur, quia licet verum esse ꝙ teneatur comparere & suam exceptionem allegare. Non tamen potest in meritis causæ damnari, sed solummodo tanꝗ̃ inobediens in non veniendo multari per.l.j.si quis ius di.non obtẽ. Et ita in terminis proprie respondet & determinat Bart.in l.non videtur. quæ est.l.iij.ff.de iudi. vbi not.loquitur. Poterit ergo dictum bãnum nullum declarari non obstante statuto nullitatis propositionem excludente. tum quia non intelligitur tollere illam quæ venit ab alijs statutis l. ita nobis pudor.& ibi per Doc. C.de adul.l.j.§.denique & ibi plene per Bart.ff.quod vi aut clam, tum ẽt quia non tollit illam quæ procedit ex defectu iurisdictionis secundum glos. quæ reputatur singularis in cle.j.de seq.pos.& fruc.sed habet concor. si recte intueatur. text.cum gloss. in l. non erit.§. dato.ff.de iure iuran.

3 Tertio † quæro stantibus prædictis viget ẽt aliud statutũ quo cauetur ꝙ potestas possit cognoscere de criminibus commissis per annum retro a die introitus sui officij tantũ. Quidam commisit maleficium dudum ante, sed fuit occultum maleficium contra ipsum, procedit potestas. Quæritur nunquid eum non comparentem possit bannire, & si in banno posuit talem bannũ possit nullum declarari. Dicent multi hanc quæstionem pendere a decisione eorum quæ habentur. ff.si quis test.li.es.ius.fu.l.pe. & per ea quæ ibi dicuntur per Doct. & in. l. semper .§. hoc interdictum.ff.quod vi aut clam. vbi dicere videtur ꝙ in maleficijs occultis nõ habeat locum præscriptio. Sed id dicentes nõ recte sentiunt, quia vt dixi supra & dicam statim dictum statutum concedit iurisdictionẽ limitatam. Et sic clarum est ꝙ de illo maleficio cognitionem non habet.ff.mandati.l. diligenter. iuncta.l.& quia.ff.de iur.om.iud. Et quia necesse est in processu apponi tempus maleficij, vt l.libellorum de accus.& insti.de pub.iudi. in prin.per Dyn.& Iacob.But. Clarum est ꝙ comparere non tenetur, vt in iuribus supra proxima. q. alleg. quod autem contineat iurisdictionem limitatam, patet quia nullã habent tales rectores. nisi eis a statutis attributam, adeo ꝙ ius commune eis nihil opitulatur; vt dixi supra in.j.quæsti. Sed dictum statutum concedit iurisdictionem de commissis per annum retro tantũ. ergo &c. quinimmo sine dictione, tantum, videtur de alijs iurisdictionem excludere ff.de iudi.l.cum prætor.de leg.ij. l.statu liberum.§.stichum.C.de procu.l. maritus, etiam si alias de iure communi diceretur iurisdictionem habuisse. vt d.l.maritus. secundum verã lec.& in concor.ibi in glo.alleg. Non est ergo de præscriptione tractandum, & sic illa iura nihil faciunt. Si autem dicatur non concedi iurisdictionem limitatam, sed solummodo de præscriptione tractandum esset idem etiam est dicendum, nam

statutum

statutum introduceret annalem præscriptionem sed illa succederet in locum præscriptionis.xx. anno. per l. quære.C. de fal. ergo illius naturam assumit.l.si eum.§.qui iniur.ff.si quis cau.illa aũt currit etiam ignoranti.l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip.xxx.an.& l.si quis emptionis.in fi.iuncta.l.absentem.ff.de poe.ergo & hæc annalis curret etiam ignoranti. Et pro ista parte videtur casus in d.l.pe.quod ibi tenuit Angel. quia ab ipso initio tempore commissi maleficij ortum fuit ius & actio, licet propter ignorantiam in iudicium nõ fuerit deductum quod non nocet in initio cursus ipsius præscriptionis l. si fundum.§. si partem.ff. quemadmo.ser.amit. Et est ratio secundum eum, quia præscriptio currit absque aliquo facto ipsius præscribentis, & est præscriptio fauorabilis, sic etiam dicitur in.l.sequitur.§. si viam.ff. de vsuc. hoc idem tenere videtur Guil.in.l. si cum exceptionem.§.satis clementer.ff.quod me.causa. vbi concludit ꝙ vbicunque agitur de odio finiendo, omne tempus est continuum, vnde omnis actio ad vindictam, & omnis accusatio habet tempus continuum si aliud nõ dicatur. Et sic currit ignoranti secundum Bald.qui quidẽ hoc firmat in l.genero. ff.de his qui nota. infa.& idem tenet in l.fi.C. de dolo.per illam.l.& ad præal.§.interdictũ respondet ꝙ loquitur in actione quę datur ad rem familiarem non ad vindictam, & sic tempus est vtile non continuum. Et ita pluries obtinui et consului, & iudicari vidi, licet etiam quandoque contrariũ viderim obseruari ob imanitatem criminis et prętextu baliæ, siue auctoritatis large ipsi officiali ita seruanti concesse, licet in veritatem ad id non extenderetur. Sed prædictis opponitur, quia licet ipso iure non possit cognoscere, tamen poterit virtute restitutionis in integrum quæ conceditur ob iustam ignorantiam propter clausulam generalem.l.j.in fi.ff.quib.ex cau.maio.vt habetur in.l. cum filius.§.in hac.de verbo.obli.per gl.& Bart. in l.j.§. si quis propter.de itine. actuque priua. & in l.ab hostibus.§.sed ꝙ simpliciter.qui. ex caus. maio.& ꝙ cum fal.tu. aucto.l.si falso. de mino.l. Aemilius.C.si aduer.ven.pigno.l.ij.& per Dyn. in regula si quis in ius.lib.vj.Sed hoc non obstat, quia illud in pœnarum executoribus locum non habet.ff.de mino.l. auxilium.§.in delictis. & ita respondet Angel.in. d.l. pe. & sic concluditur ꝙ dictus potestas prædictum etiam alias sibi subditum bannire non potest.& si banniuerit per viam nullitatis ex carentia iurisditionis poterit & debebit cancellari quicquid dixerit Bar.in suo consilio c. quod incipit a domino Cyn. contra quem etiam multi alij, tunc consuluerunt. Fugimus autem has opin. si vt dictum est tenemus de præscriptione non esse tractandum.

4 Quarto † retento eodem statuto quidam dudum ante annum cœpit robariam exercere, & continuauit illam in tempus cognitionis, quæritur an potestas possit illum in banno ponere, stante etiam statuto ꝙ de robaria commissa per annum ante non possit cognosci. In hac. q. Albe. vbi supra.q.xcj.expediuit se breuiter dicens ꝙ possit talem in banno ponere, quia inspicitur finis & non initium per glos. quam dicit singularem in l.mariti.§.sex mensium in fi.glo.ff.de adul.cui tamen glo.videtur contradicere glos.in. l.vulgariter.ff.de fur. quæ dicit pro continuato adulterio vnicam debere pœnam imponi. & sic videtur concludere ꝙ vnicum si adulterium. & sic videtur debere inspici initium & non finis, vt ibi, & quod habetur in l.ei qui, & l.inficiando.§. infans.eodem titu. dicendum est tamen quantum ad propositum ꝙ dicta determinatio. Albe. vera est.& glos. d.§.sex mensum.non enim est vnicum delictum cõtinuatum, sed tot delicta quot sunt vices adulterij cõmissi, vel quot sunt robariæ, maxime si sint facte contra diuersas personas.& ideo non dicitur cognosci de eodem maleficio, sed de alio & hoc sufficiat ad propositum. Vbi autem esset vnicum delictum continuatum, & non posset cognosci inspecto initio, an possit cognosci inspecto fine vt in eo qui tenet appensum, qui tenet possessionẽ quam occupauit, & in similibus exẽplis, dic vt habetur per Bar.in l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiur. & in l.inficiando.§.infans.ff. de fur. Et vide Iacob. But in l.iij.C.si reus vel acmor. fu. Nec prædictis obstat glos.in l.vulgaris. quia verum est ꝙ pro adulterio continuato pluribus temporibus imponitur vna pœna, non quia sit vnum delictum sed quia pęna non est reiterabilis cum sit pœna mortis, vt ibi per Bar.& ideo si ex forma statuti imponeretur pœna reiterabilis, puta pecuniaria glos.illa non procederet, vt ibi per Bartol.

5 Quinto † quęritur. Potestas Florentinus habet arbitrium contra fures. Quidã non sibi subditus furatus est aliquid in ciuitate Bononię, & id portauit in teritorium.floren. Quęritur an potestas possit illum inquirere, & non cõparentem bannire. Hæc quęstio residet in veritate vel falsitate opin. Bar.quam posuit in l.si dominium.ff.de fur.ibi enim concludit ꝙ sic, quia sicut mutatione dominij noua nascitur actio furti, vt ibi, sic mutatione territorij, & iurisditionis noua nascitur actio siue accusatio furti ad vindictam publicam, ar.ff.de sta.ho.l.qui furem. Hoc idem secutus fuit ibidem Fran.de Are.dicens esse casũ in l.inficiando.§.infans.eod.tit. sumpto argumẽto de tempore ad locnm secundum not. in l. vinum. ff.si cer.peta.cum concor. ac etiam quia ex contrectatione nona in noua iurisditione facta respublica illius loci læditur ei accusatio nascitur.l. licitatio.§.quod illicite.ff.de publica.& istam partem vt plurimũ sequuntur assessores dicentes hanc opinionem sanctam. Pro qua videtur casus in.l.j. C.de noxa.hoc modo in loco in quo commisit furtum scilicet Bono. non potest puniri. Ergo debet posse puniri in loco mutatæ iurisditionis, sicut ibi cum non possit puniri vna contrectatio punitur alia.sed contra hanc opin.opponitur, quia si per mutationem territorij & contrectationem continuatam committeretur nouum furtum ex mutatione locorum, variari posset etiam furti qualitas, & sic ratione vnius loci si ibi esset depræhensus esset fur manifestus contra.l.iij.§.fi. cum seq. ff. de fu. secundum Angel.in d.l.si dominium, vbi nititur

saluare Bart. in certis casibus in quibus nihil alleg. & ideo referre non curo. Secundo ꝙ opin. Bar. de iure non procedat, sic videtur probari, ad hoc vt ex contrectatione nascatur actio furti, necesse est vt cõtrectetur inuito domino l. inter oẽs §. recte. ff. de fur. sed in nouo territorio nõ potest fieri contrectatio, nisi inuito illo cui prius furtum fecit in alio territorio, sed illi ex prima contrectatione nata fuit actio, ergo non potest nasci ex secunda. ff. de fur. l. ei qui. Item dispositio. l. si dominium, est facta contra regulam. d. l. ei qui. ergo solum in suo casu seruanda est, nec ad consequentias trahi debet, vt l. quod vero. de legi. & l. in his. & l. ius singulare. Præterea vt dictum est ex noua contrectione non datur parti actio furtij. ergo nec reipu. officium aliquod per ea quæ habentur in l. non solum. §. ꝗꝗ. ff. de iniur. & in l. cum lex. de fideiuss. & in l. j. §. ꝙ autem de aleato. & quod dicam infra in iij. parte ij. temporis. q. j. Item secundum Bal. in l. si adducta. C. de fur. dictũ Bartol. non videtur verum aliquibus rationibus. Primo quia si id esset verum quod Bar. dicit. remissio furti non deberet fieri ad locum criminis primo perpetrati cum æque & pari ratione vnus esset iudex, sicut alius, sed lex dicit delinquẽtem debere remitti ad primitiuum delicti locum, vt in authen. vt nulli iudi. §. si vero quis comprehensorum, ergo &c. Secundo si licitum est argui de dominio ad iurisdictionem, ratio Bart. retorquetur contra eum, quia sicut ex nouo dominio non oritur condictio furtiua, ut l. sed nec legatarius. ff. de condi. fur. & habetur in d. l. si adducta. Ergo ex mutatione iurisdictionis non datur noua accusatio siue noua via extra ordinem procedendi. Tertio, maleficium debet trahi ad suũ principiũ. Et illud est inspiciendum potiusꝗ continuatio, vt not. in l. eum qui. §. in popularem. de iureiur. Præterea ex dicto Bar. sequeretur ꝙ quot fierent commutationes tot oriẽtur accusationes, quia ex diuersis commutationibus insurgunt diuersa facta c. abbate. de re iudi. lib. vj. Et si per totum mũdum vagaret cum re furtiua, posset de toto mũdo bãniri, & tot locis haberet se representare si vellet se defendere, quod esset absurdum. argu. ff. de iudi. l. hæres absens. Residet tamen Bald. ibidem ꝙ prædictis non obstantibus sibi videtur æquitati satis consonum ꝙ fur puniatur vbi deprehenditur cum furto vel ad principalem locum delicti remittatur, maxime, quia sic discurrens videtur vagabundus, vt C. vbi de crimi. agi opor. l. j. & ij. Item quia secum rem exportando prorogare videtur iurisdictionem de loco ad locum, & est prorogatio iuris & de iure, vnde non habet locum pœnitentia. Ad l. qui furem. respondet ꝙ iurisdictio æquiparatur dominio vniuersali nõ singulari. C. vbi & apud quem l. fina. Sed in titu. de pace iura. firman. §. iniuria, dicit eum puniri per generalem dispositionem l. congruit. de offi. præsi. Mihi aũt licet videantur æqua prædicta, suadeo tñ contrariam sententiam de iure procedere. scilicet ꝙ non possit vigore nouę contrectationis ibi conueniri, non ea ratione quæ de remissione tractat, quia illa locum habet si petatur, & quando ex eodẽ delicto cognoscitur, vt in. §. si vero quis comprehensorum, & in authen. qua in ꝓuincia. & in l. si cui. de accu. In proposito aũt non ex primo furto, sed ex secundo cognitio emanaret, & sic remissioni locus non foret, sed ex aliis rationibus supra relatis. & maxime, quia domino non oritur actio ex noua contrectatione, sed nec reipublicæ. Ad rationes in contrarium factas respõdeo. Primo ad l. si dominiũ, quod aliud est dicere ei ad quem transit dominiũ ex nouo cõtrectatione nasci furti actionẽ. illa enim ante non habebat, & sic non obstat lex ei qui. Et aliud est dicere contra illum qui mutat iurisdictionẽ dari furti actionem ei qui ante non habebat, vnde argumentum est de acquirente ad patientem, siue de actore ad reum. & sic a disparibus. Lex qui furem, non obstat etiam alia ratione, quia loquitur in iure retinendo, & si in fauorabili dispositione, ergo non est licita argumentatio ad ius de nouo quærendum, et maxime penale quod est odiosum. Lex etiam prima C. de noxa. non aduersatur, qa ibi ex prima contrectatione nõ fuerat orta actio, hic secus. §. infans, nihil facit, quia licet teneatur ad valorem hodiernum, non tamen tenetur ex noua contrectatione, sed ex antiqua quia vnum furtum est. & sic potius facit in contrarium. Illud qđ ostenditur per Bald. de vagabundo etiam non ꝓcedit per ea quę habentur in l. eius qui. ad muni. Fateor tñ ꝙ si ille qui diceretur vagabundus secundum iura. supra alleg. subtraheret rem Bononiæ, & accederet Florẽtiam, siue cum re, siue sine re, posset Florentiæ puniri non ex noua contrectatione, sed ex antiqua, vt vagabundus per no. in dictis. ll. j. & ij. vbi de cri. agi. opor. de iudi. l. hæres absens. ad munici. l. eius qui. ff. de dam. infec. l. iiij. §. j. vbi optima glo. Cum ergo sint distinctæ iurisdictiones concludo ibi banniri non posse, & si fuerit bannitus bannum non tenere ex carentia iurisdictionis. Et sic patet ꝙ assessores contrarium facientes de iure non recte se fundant, defenduntur aũt ex varietate opi. per no. in l. cum prolatis. ff. de re iu. & forte ex consuetudine, l. nemine ff. de le. & l. si interpretatione.

6 Sed † quæritur sexto. An ex maleficiis de quibus obstante cursu temporis, vel diuersitate loci cognosci non potest, possit iudex alia maleficia de quibus cognoscere põt aggrauare et in maiori parte bannire? Communiter dr̃ ꝙ sic ꝑ Dy. & alios in l. si cui. §. si. ff. de accusa. l. iij. circa fi. C. de epi. audi. & l. seruos C. ad l. Iul. de vi. & l. j. de iure patro. Et ita cõiter seruatur per assessores quos Ioan. An. vocat iudices feroces in Spec. super rubrica de furtis. vbi non firmat aliquam opi. sed solum refert: Bal. tamen in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugit. firmat ꝙ dixi. Sed quicquid sit de iure statuto aliter non prouidente, si statutum diceret, vt in hac ciuitate, ꝙ de talibus maleficiis ante tempus vel in alio loco commissis non possit firmari processus. Et quicquid in contrarium fiat sit ipso iure nullum, tunc talia maleficia ad aggrauandum non possent allegari, quia eorum narratio et pro illis processus formatus nullum, producunt effectum l. si pater. ff. ne de sta.

de sta. defunc. & l. accusaturus. de adul. cum si. Rectores tamen communiter seruant contrarium et in eorum animarum perniciem, & contra ipsorũ iuramentum de obseruando statuta.

7 Septimo quæro † Stantibus suprascriptis statutis duo sunt rectores in ciuitate habentes eandem auctoritatem, vt potestas & capitaneus. Et est aliud statutũ quo canetur de eodem maleficio siue negotio, de quo vnus rector cœpit cognoscere mittendo copiã inquisitionis ad cameram, alius non possit se intromittere etiam cum adiectione nouę qualitatis, & quicquid in contrarium fiat sit ipso iure nullũ; stantibus istis, Titius mandauit Seio, vt interficeret Caium, qui Seius eum interfecit, propter quod potestas inquisiuit de homicidio, copiam misit ad cameram contra Seium & facto processu eũ in banno posuit. Capitaneus deinde format inquisitionem contra Titium de mandato. Titius non comparet. quæritur nunquid possit eum bannire, & si banniat an valeat bannum, an vero sit nullum? Hæc quæstio fuit hic Florentię de facto & post multa fuit determinatum ꝙ non potuerit banniri & ꝙ bannum esset nullum inter alias tribus rationibus. Prima quia quicquid dixerit Bald. in. §. iniuria. de pace iur. fir. mandans tenetur ex homicidio propter mandatum nõ ex mandato ff. de iniur. l. qui seruo. §. fi. de fur. vbi allegat iura, & per Docto. in l. non ideo. C. de accus. & sic causa inquisitionis formatæ contra Titium mandantem versatur principaliter super homicidio. l. eo tpe. in prin. ff. de pecu. l. j. C. si seruus ex. vbi patet ꝙ dictio ex, denotat causam proximã, & dictio, pp, denotat cãm remotã, & ibi concor. sicq; de eodẽ maleficio incepit cognoscere de quo iã cognoscere cœpit potestas, sicq; obstat statutum. Secunda quia delictum mãdantis & mandatarij est vnũ & idem specie & numero sufficiat allegare Cyn. & eius iura in l. j. C. si reus vel accu. mor. fu. et ibi refert ita consuluisse Dy. Idem sequitur ibi Ray. in addi. super Cy. allegans l. athletas ff. de falsis. Idem tenet Bar. ff. de accu. l. hos accusare. §. lege Iul. per iura allega. per Cy. & clarius in suo cõsi. ꝙ incipit, Bernardus de tuderto. Idem etiam tenuit Iaco. But. in l. obseruare. §. j. ff. de offi. procõ. & le. & Bal. latius in d. l. non ideo. Tertia ratio fuit sine qua etiam prædicta locum haberent, quia statutum vtitur etiam nomine negotij. Constat autem sine dubio ꝙ etiam si non esset idem delictum cuius contrarium dictum est. tamen idem esset negotium, probatur extra de verb. sign. c. forus. C. de senten. l. cum papinianus. de nego. gest. l. Pomponius. in negotiis. cum ibi not. C. ad l. Iul. de vi. l. quoniam multa. & est bonus casus. ff. de in rem ver. l. filius.

8 Octauo quæritur † Sempronius existens in confinibus territorij Florentini balistauit contra Caium qui erat in territorio Senen. & eum interfecit, quęritur quis possit eum bannire. Ista quæstio est antiqua. & quia in voluminibus habetur faciliter pertrãseam. Cõmuniter enim arguitur ꝙ vterq; iudex scilicet. Florentinus & Senensis possunt Sempronius bannire l. Iurisperitos. §. cum oriundus. ff. de excus. tuto. & quod ibi not. per gloss. & habetur in. §. quia plautianum. ff. de libe. agnoscẽ. in l. sui Contra. Pro iudice florentino facit, quia licitum est argui de tempore ad locum. l. vinum. si cer. pet. sed dies mortis refertur ad diem vulneris. ff. ad l. Aqui. l. ait lex, & ff. de damn. infect. l. damni. §. sabini. ergo & locus mortis trahitur ad locum ex quo secuta fuit. Pro iudice Senensi facit ꝙ inspiciatur locus in quo secutus fuit effectus l. j. §. item sciendum, el ij. ff. de aqua plu. arcen. & vbi per Ray. Primam opin. ꝙ vnusquisque possit bannire, tenet Alber. vbi supra. q. lxxviij. & dicit ꝙ est communis opi. remittens ad no. per Cy. in authen. qua in prouincia, & ibi nihil dixit. Et ad Ioan. An. in cap. in obscuris. lib. vj. Sed secundam opinio. videtur tenere Cyn. post Petr. in l j. C. vbi de pos. agi. opor. per rationem prædictam. Sed Ray. ibi tenet vltimam per dictum. §. item sciendum. cum si. Ad rationem Pet. respondet ꝙ diuersitas rationis inter locum et tempus tollit argumenta; quia in præcedenti ante mortem verum fuit eum fuisse mortifere vulneratum, sed in loco inchoati delicti nullum fuit vulnus illatum. Ex quo dicit ꝙ si aliquod vulnus fuisset illatum in loco territorij florentini. & finaliter fuisset mortuus ab eo in territorio senensi, posset dici veram esse opin. Pe. Pro ipsa tamen allegat. l. prætor. §. penul. ff. de eden. opin. Ray. tenet Bald. in dicta l. prima vbi de pos. agi opor. dicens ꝙ magis debet inspici locus in quo est patiens quam locus in quo est agens. l. palam questum, de rit. nup. Ad rationem Petr. effectiue respondet vt Ray. quicquid sit in proposita quæstione quæ locum habet si sagittans ratione originis domicilij, vel incolatus non est dictis locis subditus, sed solum ratione delicti de iure stricto attentis opin. Putarem ratione dubij a quocunque banniretur bannum valere per ea quæ habentur in l. secunda. ff. si quis in ius voc. non ie. & in l. si putas. C. de peti. hære. secundum vnam lect. & ita videtur tenere de iure Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de rap. vir. sed pone. licet dicat de æquitate iudicis debere inter se conuenire, vel sorti mittere de quo ibi vide si libet. Si autem loca sunt in eadem iurisdictione, sed magis punitur delinquens in vno quam in alio. tunc ad impositionem pœnæ, & sic banni inspiciuntur verba statuti. Nam aut puniunt sagittantem, & inspicietur in quo stat vulneratus secundum Bar. in l. libellorum. ff. de accusa. quod etiam sentit Bal. in d. l. j. Sed restat dubium si sunt statuta quorum vnum punit sagittantem cum balista versus hominẽ. Aliud punit vulnerãtem hominem generaliter cum quacunq; re. An tunc possit pro vtroque banniri. Et si sunt iurisdictiones distinctæ satis dici posset ꝙ vnusquisque iudex imponat pœnã pro actu facto in suo territorio. Si vero sunt eiusdem iurisdictionis loca stat dubium an sagittatio confundatur in vulnere sicut dicimus in insultu, de quo in l. nunꝙ plura, sed de his duobus vltimis dicam infra in ij. tempore parte. ij. questio. liiij. & ad quæstionem principalem

9

cipalem pro formatione processus recurre ad noper Bart. in d. l. libellorum. & habent locum prædicta quando vtrunque est illicitum scilicet initium, & finis. Si vero initium esset licitum vide per Bartol. in. l. quod ait. §. j. in fi. ff. de adul. Si aũt statutum diceret ꝙ iudex non posset cognoscere nisi de maleficijs suo tempore vel infra suam iurisdictionem perpetratis, & in vno loco est factũ vulnus in alio est mortuus. & sic de tempore dixit. Bald. ꝙ nullus poterit cognosci per. l. vrba. §. pernoctare. de verbo. significa. vt ipse scripsit in l. sed milites. §. sed ignominia. ff. de excu. tuto. quod tanquam principalem materiam aliter non prosequor.

9 Nono quæro † an potestas possit bannire aliquem iniuriantem sibi vel suæ familie. Istam quæstionem disputauit Ioc. de Are. & eam refert Cy. in l. vna. C. ne quis in sua cauf. & Bart sequitur ff. de pœnis. l. si quis forte. §. si quos comitum. Et in effectu ita concludunt, ꝙ aut delictum est notorium, & potest cognoscere; quia non restat nisi pœnę impositio. & propterea. cessat suspicio argument. l. ab. executione C. quorum appel. non reci. Si vero non est notorium, tunc aut offenditur principaliter dignitas siue officium, vt quia offenditur officium exercẽdo. Et tunc potest cognoscere & punire. l. nullum C. de testi. cum simi. Si vero offenditur principaliter persona, vt quia alias ꝗ in executione officij, & tunc non potest cognoscere. dicta. l. vna, & l. senatus. ff. de offic. præsid. vbi etiam de materia. & cum hac distinctione pertransit etiam Bald. in d. l. vna. Hæc eorum distinctio vera est in iudicibus recognoscentibus superiorem. In his autem qui non recognoscunt superiorem indistincte dicendum est posse eos cognoscere, & punire. l. & hæc Tiberius. ff. de hęredi. institu. & in cap. j. de schismat. li. vj. & est. ratio secundum Oldra. in consil. cclxix. quia ita diligunt singulos sicut fiscum. C. de ca. tol. l. vna. §. fi. & sic cessat suspitio. l. non solum. §. primo. ff. de rit. nu. Item in vniuersitate habente cognitionem delictorũ, quia in causa propria potest iudicare propter cessantem suspicionem, quia communiter negliguntur quæ a pluribus possidentur. C. quando & quibus quar. pars de. leg. ij. libro. decimo, & extra de restitu. spolia. cap. cum venisset ac etiam, quia vniuersitas non iudicat vt vniuersitas; quia est quid incorporale. & sic ei huius actus exercitium non conuenit, argumen. extra de senten. cap. si ciuitas. et quod not. per Inno. de offic. ordi. cap. irrefragabili. secundũ Oldrad. in consilio. clxxiiij. Sed Bart. in dicta. l. vna. et in. l. est receptum. ff. de iurisdictio. omnium iudi. intelligit illud in vniuersitate non recognoscente supuriorem. De quo per Innocen. in ca. ex parte. in decimo. de verbo. signi. Item illud quod dicunt quando delictum est notorium posse quemlibet officialem punire. Intelligo verum si ex forma iuris communis vel statuti est imposita certa pœna, tunc enim cessat omnis suspicio. Si vero nõ est imposita certa pœna, sed restaret in eius arbitrio, non videtur mihi ꝙ cesset ratio suspicionis. & ideo tunc non posset cognoscere, nisi tale arbitrium esset declaratum a consuetudine, quam seruare tenetur, vt habetur in l. athletas. §. calumniator. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. & l. iij. ff. de præua. & de poe. l. hodie. Generaliter autem pro materia quando quis possit in sua causa cognoscere, vide quod habetur in d. l. vna. in c. nostl. de elec. & in ca. cum venisset. de iudi. secundum Bar. Sed plenius in Spec. de acto. ver. item ꝙ in re propria authoratur, vbi enumerantur xix. casus in quibus quis in re propria cognoscit.

10 Decimo quæritur † Officialis commisit exists in officio aliquod maleficium, potestas inquirit contra illum, vel accusatur coram eo dum est in officio. Quæritur an non comparens constituatur in contumacia, vt sic possit banniri. De hac quæstio. habetur in multis iuribus, vt patebit statim. Sed ex dictis omnium quos vidi sic cõcludo, ꝙ aut habet officium sine administratione hoc est dignitatem, & conueniri & banniri potest de quibuscunq; siue ante dignitatem siue in dignitate commissis. C. vbi sena. vel cla. l. ij. Si vero habet officium cum administratione, tunc aut habet officium perpetuum. & idem arg. eorum quę habentur in l. principalibus. & l. pręses. ff. si cer. peta. & ita tenuit Azo in sum. de actio. §. regulariter. versi. quid ergo. Idem si habet officium ad beneplacitum concedentis, quia censetur perpetuus l. Iurisperitos. ff. de excu. tut. & l. sufficit. de condi. inde. Si autẽ habet officium temporale, aut conuenitur ex delicto commisso in officio, & potest quodcunque habeat officium duntamen accusetur coram eo qui sit superior. C. ad l. Iul. repe. l. iubemus. in auth. vt diffe. iudi. §. si tamen, & vt iudic. sine quoquo suffra. §. illud, & ff. de arbi. l. nam magistratus, cum si. Si vero conuenitur ex delicto commisso ante officium. & tunc aut est de iudicibus maioribus, quia habet merum & mixtum imperium, & non potest regulariter conueniri l. ij. ff. de in ius voc. l. hos accusare. de accu. de iudici. l. pars literarũ, vt habetur etiã in l. senatus. ff. de offi. præsi. Fallit in adulterio in quo potest citari, & tenetur cauere de iudicio sisti finito officio l. si adulterium cum incestu. §. fi. ff. de adul. Si vero est de minoribus. vt sunt regulariter potestates comitatus habentes solummmodo iurisdictionem, et tunc possunt de quibuscunque cõueniri. ff. de iniu. l. nec magistratus, ad l. aquiliam. l. quemadmodum. §. municipales. cum si. et no. per gl. in. l. si præsens. C. de epis. audi. & per Guil. in Spe. de accu. versi. sed quid de minore, vbi allegat concor. & ibi vide de materia. & in vers. præcedenti. vbi etiam remittit, & per Iaco. de Are. in d. l. si præsens. Sed dubitari vidi ex eo ꝙ in ciuitate est ordinamentum ꝙ non possint discedere de potestaria sub magna pœna. An tunc possit in contumacia constitui, & determinatum fuit ꝙ sic, quia aut conuenitur ex delicto cõmisso in officio & illud allegare non potest. C. de iudæ. l. iudæi. & l. nullus. Aut ex commisso ante, & idem, quia intelligitur sine causa & superioris præcepto. l. quid ergo. §. si hæres. de leg. j. l. qui seruum. de verb. obli. l. si. qui satis. cog. cum si. Si aũt est

est tale crimen I quo possit per procuratorem respondere, dicebat quidam non excusari a pœna. Sed forte id verum nisi in actibus magni præiudicij, arg. eius quod habetur in cap. querelam. de procur. de minori. l. papi. exuli. & quod habetur in. §. ad crimen.

11 Vndecimo quæritur †Potestas habet arbitrium generale contra omnes delinquentes propter aliquam causam. creatur Barigellus & datur ei arbitrium, & vt quæstio reddatur vtilior, dicitur ꝙ ipse solus vel duntaxat cognoscat. Quæritur an potestas virtute generalis arbitrij possit procedere contra Titium, qui post officium Barigelli deliquit contra statum, & si non comparet possit eum bannire. Hæc quæstio est multum vtilis, quotidie occurrens in ciuilibus etiam, & tractatur in multis iuribus quorum vt in principio tractatus dixi omnium mentionem non faciam, sed ex illis quæ infra dicentur omnia poterunt reperiri. & primo videtur ꝙ potestas non possit cognoscere, quia iurisdictio concessa vni iudici alteri denegari videtur. Casus videtur in l. dominicis colon. C. vbi de causa fis. Et videtur tenuisse in proposito Iaco. de Are. in l. quod in rerū. §. si quid post. ff. de leg. j. & ibi tangit Bart. In contrarium ꝙ immo possit quia per iurisdictionem concessam iudici speciali non intelligitur sublata in illo casu iurisdictio iudici generali. C. de offic. præfect. vrb. l. j. & ibi tangit Bar. & videtur casus cum gl. etiam si est dictio taxatiua in l. fi. iuncta l. cum aliquis. C. vbi cau. fis. & ita not. glo. in d. l. fi. Super quo multi multa dixerunt. dixit enim Bart. inter alia quæ ommitto, ꝙ vbi apponitur dictio taxatiua excluditur iurisdictio ordinaria quæ cōperit ex consuetudine, vt ipse not. in l. viros. C. de diuer. offi. lib. xij. quod dictum esset multum not. si esset verum. Sed mihi videtur ꝙ sit contra dicta duo iura supra proxi. allega. Alij vero aliter dixerunt. vt patet ex no. per Guil. in l. fi. C. de iuris. om. iudi. per Ioann. And. in c. per hoc. de hære. li. vj. per Bald. in l. pluribus. ff. de procu. & in l. præcedenti. & in auth. habita. C. ne. fil. pro pa. vbi, aliter loquitur. Circa quod ommissis superfluis sub correctione omnium mihi videtur sic dicendum. Quod aut iurisdictio siue imperium diuiditur, vt quia tempore creationis officij alicuius siue etiā tempore acquisitionis territorij in quo nouiter disponitur, dicitur de talibus causis cognoscat potestas puta prati; & sic de alijs, & de talibus cognoscat potestas ciuitatis Florentiæ. & isto casu siue sit dictio taxatiua siue non, nullus potest de iurisdictione alteri concessa se intromittere l. consulta diualia. C. de test. l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulg. & pup. et ibi per Bal. Ang. in l. cū prætor. ff. de iudic. Si vero nō diuidit iurisdictio, sed creant separatim vnus officialis, vniuersalis, alius particularis, tunc aut particularis creat, vt superior, vt puta iudex appellationū. Et tunc intelligitur derogatum iudici generali in his quę illi maiori iudici generali in his quæ illi maiori iudici conceduntur, arg. C. de accus. l. absentem, & ita not. per Bald. in l. si quis cū procuratorio. §. fi. ff. de procu. Si vero non creatur vt superior. tunc aut iudex specialis ordinatur principaliter fauore publicæ vtilitatis. & tunc regulariter alius non cognoscit. C. vbi quis de curia. vel coat. l. ij. versi. exceptis. de quo in l. magisteriæ. & l. fi. de iurisd. om. iudic. & ex hoc videtur ꝙ si Barigellus fuit creatus super eo tantum fauore reipubli. potestas de eo cognoscere non possit, quia si est fauor reipublicæ ꝙ ille solus cognoscat. sequitur ꝙ lex siue ordinatio illius officij. sic debet intelligi. ff. de hære. instit. l. fi. de iudi. l. cum prætor. ff. de legi. l. cū lex cū sim. Pone. n. ꝙ Barigello est data potestas et de facto, & sine aliqua solemnitate tales condemnandi & puniendi, vt acrius terreantur in delinquendo. Potestas habet seruare statuta & solemnitates, certe tunc videtur in casu illo iurisdictionem ademptā potestati. Si vero creatur nouus officialis priuilegio personarum contra quas attribuitur iurisdictio, tunc aut priuilegium non est clausum in corpore statutorum & non tollitur iurisdictio generalis, vt in auth. qua in prouincia. & ibi no. vbi de cri. agi opor. Aut clauditur in corpore statutorum id priuilegium, & tunc aut est facta concessio in causis publicis, aut priuatis. Primo casu non tollitur iurisdictio ordinaria potestati nisi illud ex primatur. C. in quib. cau. mil. l. j. & vbi cau. sta. lib. ij. Secundo casu tale priuilegium generale derogat iurisdictioni, vt no. in d. authen. quia in prouincia. Si autem creatur particulariter. officialis ratione causæ vel loci vel collegij siue corporis, & tunc in dubio generali iurisdictioni non derogatur nisi aliud dicatur. C. vbi cau. fi. l. fi. l. cum aliquis. & d. l. dominicis. & l. j. de offi. præfe. vrb.

Ad prædicta examinanda si hæc distinctio non placeret, videre potes. ff. de admi. tut. l. iij. §. fi. et l. si duo. de auth. tut. l. pluribus. Guil. in l. nemo. C. de iurisdi. om. iudi. Iaco. de Bel. in d. l. fi. vbi cau. & Bal. in d. auth. habita. text. in authen. de defen. ciui. §. nullam. C. de proxi. sacr. scri. l. in sacris. & quod ibi per Bar. Bal. super rub. de vsi. feu. & C. de execu. & appari. l. ij. lib. xij. Io. Mona. & Archi. in c. cum episcopus. de offi. ordi. Lap. i c. quia contingit. de reli. do. Ioan. And. in c. pastoralis, de offi. or. & in Spe. eo. ti. §. j. versi. prætermissis.

Rub. quæ solemnitates requirantur in banniendo.



EQVITVR videre de tertia parte primi temporis, quę solemnitates requirantur in banniendo. et in ea examinantur infrascripti, tituli quæstionum.

SVMMARIVM.

1 Primo generalis quæstio quæ solemnitates in genere requirantur.
2 An citatio inualida sufficiat ad dationem banni.
3 An sufficiat citatio ad domum.
4 An requiratur citatio si ex forma statuti caue-tur

tur quod notorie infamatus de crimine poßit de facto puniri, condemnari, & banniri.

5 *An debeat audiri allegans causas absentiæ, & si non audiatur an valeat bannum.*

6 *An testis qui deposuit contra magnatem & fuit accusatus de falso, de quo ex forma statuti nõ potest redargui poßit citatus non comparens in banno poni, an vero iudex à seipso nemine opponente debeat accusationem reiicere.*

7 *Ex forma statuti debet post certũ proclama quod dicitur bannum in processu requisitũ, post quod inquisitus vel accusatus in contumacia & pro confesso constituitur, solui per comparẽtem reũ certa dirictura siue gabella, alias non debet audiri. comparuit reus post dictum bannum negauit & gabellam non soluit quæritur an debeat procedi contra eum tanquam contra cõtumacem.*

8 *Quid si seruauit omnia requisita comparens post contumaciam an ei incũbat onus probandi rem aliter se habere.*

9 *Si cauetur statuto quòd nullus poßit banniri nisi fiat proclama, si quis velit defendere vel adesse causæ &c. fuit factum proclama si quis velit defendere & non fuit dictum vel adesse causæ. An poßit in banno poni.*

10 *An transacto termino citationis vel banni quod facit citatus haberi pro confesso requiratur pronunciatio vel contumaciæ accusatio.*

11 *Si iudici constat intra terminum in citatione appositum citatum absque probabili causa nõ esse venturum intra terminum poßit eum bannire tanquam habitum pro confesso.*

12 *Quid iuris si inquisitus & bannitus fuit Petrus Ioannis de populo sancti Laurentii, & in illo populo nõ erat Petrus Ioãnis, sed Petrus Martini, vel erant duo Petri Ioannis.*

Tertia pars primi temporis.



1 PRIMO ergo quæro generaliter quæ solemnitates in talibus bannis debeant obseruari. Bal. in hac q. mixtim tractauit quoruncunq; bannitorum materiam in l. j. C. de hære. insti. Sed ad propositum nostrum dico ꝙ in talibus debent seruari solemnitates traditæ a statuto vel cõsuetudine si traditę vel cõsuetę sunt seruari. ff. de leg. l. de quibus, & ff. de testi. l. iij. in fi. Si vero non est data forma a statuto aliquo, sed solum viget statutũ de quo dixi supra. f. ꝙ citatus certo modo habeatur pro confesso illa solemnitate seruata, in cæteris seruari debet iuris communis dispositio l. sancimus. C. de testa. de ap. l. præcipimus. cũ sim. & de iu. l. iudices. Nã vbi non sit ꝙ ex forma statuti generaliter per inquisitionem procedi posset, opus erit ꝙ procedatur vel per viam accusationis in omnibus & per omnia secundũ formã l. in causis. C. de accu. & ff. eo. ti. l. libellorũ, vel per viam inquisitionibus in casibus in quibus permittitur secundum no. per Docto. in l. ea quidem. C. de accu. per Bar. in l. ij. §. si publico. ff. de adult. nouissime per Angel. in l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. & seruentur solemnitates in inquisitionibus requisitæ. de quibus per Iacob. But. institu. de publi. iudi. in prin. excepto eo ꝙ contumacia facit citatum haberi pro confesso, quod ẽt est de iure cõi in casibus in quibus contra absentem ad diffinitiuam sententiã peruenitur. Illa enim contumacia litis contestationem inducit l. ij. C. vbi in rem ac. & per Bart. in extrauag. ad reprimen. super verbo, contesta. & illis seruatis poterit diffinitiue banniri. In qua sententia debent seruari solemnitates alias de iure requisitæ. C. de sen. ex breuic. reci. l. j. & ij. & quod not. per Bartol. in d. extrauag. super verbo, super dicto crimine. Et circa hanc primam generalem q. posset quæri. An quando proceditur contra forensem delinquentẽ in territorio, vel contra subditum alibi delinquẽtem. debent & in procedendo & in condemnando seruari statuta iudicis procedentis, an vero inquisiti vel accusati, & sic delinquentis vel loci delicti: in quibus quia sunt notissimæ me aliter non impedio, remittens ad not. quasi per oẽs in l. cunctos populos. de sum. Trini. & in l. fi. ff. de iurisdi. om. iud. per Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de cõpe. iudi. adi. §. j. ver. quid si conuenitur super aliquo. & per Ang. in d. l. si vacantia. Cõmuniter tamen obseruantur consuetudines locorum iudicũ procedentium, & quia statuta etiam prouidẽt regulariter huic articulo finem facio.

2 Secundo ergo quæro † an citatio inualida inducat contumaciam, & sic posset tanquam confessus banniri & sic inualide citatus. Ad hoc respondeo ꝙ non, immo inualiditas citationis reddit bannum nullum secundum Bald. in l. prima. in fi. ff. si quis ius di. non obte. vbi allegat. l. vir bonus. ff. iud. sol. Facit etiam ff. de adulte. l. accusaturus. & l. si pater. C. ne de statu. defun. & quod per ipsum Bal. generaliter dicitur in l. j. C. ne ex delic. defunc. vbi generaliter declarat actus iudiciales qui nulli sunt nullum effectum producere. Et ideo siue citatio non sit facta siue fit & non legitime, vel etiam incerta nullum erit bannum l. aut qui aliter. § primo. in princip. & l. pen. in fi. ff. quod vi aut clam, & ibi per Bart. & erit adeo nullum ꝙ non obstante statuto excludente nullitatem, nihilominus talis nullitas poterit allegari cum a iure descendat. & sic sublata non videtur, vt in clemen. pastoralis. de re iudi. cum ibi not. in cle. sæpe. de verb. signi. & per Bald. in l. j. ff. de mil. testa. in l. filiusfamilias in princ. de dona. & in extrauag. ad reprimen. super verbo, sine figura.

3 Tertio quæro †An sufficiat citatio facta ad domum? Hæc quęstio fuit Gan. et eam refert etiam Albe. vbi supra l. q. & primo arguit quod sufficiat. l. j. ff. de libe. agno. & quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. ij. In contrarium ꝙ non, quia istud bannum est pœna contumaciæ, argu. de ven. insp. l. j. §. quid ergo. & de admin. tut. l. j. & l. j. si quis ius di. non obtem. cum si. sed ignorans non potest dici contumax. lo ca. l. si ignorans. de act. & obl. l. ex maleficijs, & videtur expressum. ff. quæ sen. sine ap. re. l. j. §. itē cum ex edicto. Dicit de cōsuetudine obseruari ꝙ sufficiat citatio ad domum, intelligendo domum in qua habitat cum familia. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infec. & d. l. j. de liber. agno. & de verb. sig. l. in l. censoria. dummodo ipsius personæ præcesserit diligens inquisitio & reperta non fuerit, quia citatio ad domū est subsidiaria, vt dictis iuribus, & in c. causam quæ, de dol. & contu. & de eo qui mit. in pos. rei seruan. causa. c. fi. & ibi per Inno. Ad quod alle. C. de anna. excep. l. vt perfectius. Dyn. autem tenebat indistincte sufficere citationem ad domum per text. in l. scire oportet. §. oportet. ff. de excu. tut. quod non est verum, quia ille tex. qui loquitur alternatiue debet intelligi secundum iura prædicta scilicet non inuento citato personaliter, & ita tenet Bart. in d. §. toties. Si vero fuerit in iudicio puta quia opposuit dilalorias indistincte sufficit citatio ad domum, vt in auth. qui semel. C. quomo. & qn̄ iud. & dictum est supra domus intelligitur etiam conducta. l. lex cornelia. §. domum. de iniurijs & d. l. j. & si habitat in diuersis locis vel in diuersis parochijs. Vide glos. in cle. causam. de electio. & Dyn. & Bart. in l. quod si dubitet. ff. de acqui. hær. & d. l. iiij. §. prætor. Ad apothecam autem non potest fieri citatio vt dicatur ad domum facta, vt d. §. domum & ibi plene per Bar. Nec dicat quis prædicta iura loquuntur in ciuilibus, quia regulariter pariter proceditur in criminalibus. l. absentem. ff. de pœn. & l. inter accusatorem. ff. de pub. iud. Hæc disputatio est vtilis vbi non sunt statuta quæ sic, vel aliter prouideant. & vide Bal. in l. j. ff. de legi. vbi arguit qđ citatio ad domum non sufficiat nisi aliter disponatur a statuto. allega. C. de decu. l. decurionibus. & quod not. l. j §. aduersus. de oper. no. nuncia. Et istud ęquius licet primum de iure verius secundū iuris regulam supradictam.

4 Sed quæro quarto, † statuto cauetur ꝙ notorie īfamatus de falsitate possit de facto puniri, condemnari, & banniri nulla iuris solemnitate seruata. An tunc in datione bāniri requiratur citatio? Et videtur ꝙ non, quia vt dixi supra proxima q. in fin. in criminalibus proceditur eo modo quo in ciuilibus; sed in ciuilibus verbum de facto tollit citationem, vt habetur in l. verum. §. ex facto. ff. de minor. ergo idem in criminalibus, & videtur notari in l. ictus fustium. ff. de his qui notan. infami. & hoc videtur voluisse Bart. in quodam suo cōsilio quod incipit, punctus quæstionis. In contrarium videtur, quia per verba quantumcunque lata non videtur tolli defensio quæ est de iure naturali, immo regulariter tolli non potest. l. vt vim ff. de iusti. & iur. C. de iure fisc. l. defensionis facultas. lib. decimo. quinimmo in brutis conceditur. l. j. §. cum arietes. ff. si qua. pau. fe. dic. Sed per citationem datur parti copia defensionis, ergo illa non tollitur. Citauit enim Deus Adam, & tamen potuisset eum de facto punire. Pro solutione huius quæstionis aduertendum puto ꝙ quandoque verbum de facto regulat capturam tantum, & tunc fateor quod non requiritur citatio. Non enim tunc tollitur citatio, sed loco verbalis, fit citatio personalis, quæ in multis casibus de iure permittitur l. neque. ff. de in ius voc. Et l. ait prætor. §. si debitorem. de his quæ in frau. credi. per Bar. in l. consentaneū. C. quomo. & quando iudex. Non enim tunc tollitur defensio, sed peruertitur; quia vbi alias potuisset se defendere ante capturam, nunc cogetur captus se defendere, & sic non obstant in contrarium allegata. Quandoque verbum de facto regulat cognitionem, vt quia dicitur in statuto ꝙ possit de facto cognosci, & tunc puto ꝙ requiratur citatio per iura & rationes pro hac parte allegatas, ac etiam quia cognitio non potest fieri nisi partium assertione. l. fin. C. de fruc. & li. expen. Non ob. glo. §. ex facto. quia verum est quod tolluntur iuris solemnitates, non autem tollitur defensio vt in alijs iurib. allega. quod etiam patet, quia vbicunque potest contra absentem procedi, iudex a seipso debet defensiones partis assumere. l. j. in fi. ff. de quæst. l. si non defendātur. ff. de pœ. Quandoque dicta verba regulant executionem, vt quia dicitur ꝙ possit de facto puniri. Et tunc aut adijciuntur post omnino liquidatum crimen, & credo ꝙ tunc non requiratur citatio. constat enim quod nullas defensiones habet, & ita potest verificari gl. in d. l. ictus fustium. quæ loquitur cōtra captum in flagranti crimine. Et facit quod not. per glo. in l. ij. de furtis Bald. Si vero non est omnino liquidum, sed solum iuris præsumptione, quia statutum dictat ꝙ bannitus propter contumaciam captus de facto debeat puniri, tunc puto ꝙ et ei sit assignandus aliquis terminus, licet possit esse breuis si aliquam defensionē haberet l. iij. §. si ad diem. & quod ibi per Iaco. de Are. ff. de re mili. & facit d. l. j. in fi. de quæst. & quod habetur in l. fi. C. deposi. Et ideo in proposito puto ꝙ licet quis notorie diffametur de falsitate, nihilominus iudex debeat eum saltem semel citare antequam possit eum in banno ponere. Ad quod faciūt quæ no. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsi. Satis enim de facto fit si illud ꝙ alias fieret. in xx. diebus fit in duobus vel tribus, & sic sine solennitate & temporis dilatione, vt not. in d. §. ex facto. & ita seruari feci de iure consultus dictante statuto, ꝙ proconsul notariorum statim ꝙ sibi præsentetur condemnatio facta de falsitate alicuius notarij, debeat ipsum de facto abradere de matricula. debet enim citari antequam abradatur, vt in d. §. si ad diem. & per Iacob. de Aret. In proposita vero. q. si iudex ad probationem notorij secūdum ea quæ habentur in l. j. C. qui & aduer. quos. & in l. ciues. C. de app. & de accu. euidentia. cum concor.

concor. fecisset citari infamatum cum in termina tione deponendo in banno, & ille nõ comparuisset, forte tunc facta probatione alia citatio non requireretur per not. in l. de pupillo. §. nuntiatio. ff. de no. ope. nun. & in l. ij. C. de epis. audi. quasi tunc omnino dicatur crimen liquidatum, vt dixi supra.

5 Quinto quæro † Potestas inquirit contra Titium vel aliter procedit, facit eum citari debita formæ, Titius non comparet, sed infra terminum citationis cõparet eius amicus allegans causas absentiæ, puta legitimum impedimentum, morbum, vel quid simile, quem iudex debet audire secundum not. in l. seruum quoque. §. publice. ff. de procur. etiam sine aliqua cautione de rato, vt sentit glos. in l. exigendi. C. de procu. & apertius in l. in eo. §. nemo. de regu. iur. quæritur an teneatur eum admittere, adeo quod si eum non admittit, sed ad vlteriora procedi valeat, vel nõ valeat bannum. In hac quæst. dixit Bartol. in extra. ad repri. super verbo neglexerit, quod si ille amicus obtulit se probaturum impedimentum, & iudex eum contempsit, processus est nullus quasi per eum stet quominus certus fiat, alias dicit tenere processum allegat de appel. cap. interposita. Et idem sed non sic clare dicit. C. quomodo & quando iudex. l. cum non eo. die. dicit tamen quod parti remanet saluum ius petendi restitutionem ex causa iustæ absentiæ. C. quomo. & quan. iud. l. ab eo. & ff. de in integ. resti. l. fi. & quod ibi not. Et sic in quæstione sit conclusio quod si talis comparens non offert se paratum probare, tenet processus & admitti non debeat. Si vero se offert probaturum, tunc non possit ad vlteriora procedi, & si proceditur processus est nullus. Et sic bannum nullum quod est no. Quod est verum duobus concurrentibus, vno ꝙ alleget causas absentiæ consistentes in facto vt morbum, carcerem, vel aliam causam absentiæ facti. Si vero allegat causas consistentes in iure puta aliquod priuilegium, tunc non auditur sine mandato sufficienti, aut sine cautione de rato. Ita tenuit Inno. in c. veniens, de accu. & sequitur Bald. in d. l. exigendi. & in. §. publice. de proc. Si autem iudex vellet ꝙ satisdaret de repræsentando reum finita causa impedimenti non cogitur defensor talem satisdationem præstare secũdum not. per Ioan. And. in addi. Spe. super rubrica. de defensore. & ideo si tunc ad vlteriora procederet bannum nullum esset, sed tunc opponitur. Et videtur ꝙ non propterea bannum reddatur nullum, sed possit rescindi per beneficium restitutionis, vt videtur casus in l. ij. C. quib. ex cau. ma. & ibi per Docto. Sed potest responderi ꝙ illa lex loquitur qñ iudici non consistit citatum esse carceratum vel per eum non stetit quominus sibi constaret, tunc enim processus valet, vt ibi. Si vero sciuit vel per eum stetit quominus sciret processus nullus est vt dictum est. Ad quod. ff. de re iudica. l. quæsitum & l. furioso. cum ibi not. Requiritur secunda ꝙ defensor obtulerit se paratum probare per veras probationes. l. iij. §. si ad diem. l. qui commeatus. ff. de re mili. secundum Iac. de Are. Non autem statuto aliter non disponente sufficeret iuramentum nisi secundum conditio. & qualitatem causæ & personæ comparentis. & ita intelligo quod not. per Guil. in Spec. de appel. §. breuiter. versi. quid ergo vbi alleg. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. Et probatur per l. quoties. C. de nau. lib. xj. C. de repu. auth. hodie. & l. non omnes. §. a Barbaris. de re milit. & ita concordo Guil. & Bar. qui varie loquuntur in l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. Vnũ non omittens quod ibi scripsit Bald. ꝙ qui semel admissus fuit ad probandum per iuramentum, iterum non admittitur per iuramentum, arg. in l. fi. C. de bon. autho. iud. pos. secundum intellectum Iac. de Are. quem ibi sequitur Bart.

6 Sexto statuto † cauetur ꝙ testis qui deposuit contra magnatem non potest redargui de falso. Titius qui deposuit contra magnatem fuit de falso accusatus & citatus non comparuit, quæritur vtrum dicatur contumax & sic debeat banniri, an vero iudex habeat a seipso exceptionem opponere & eum non bannire, Hæc. q. formatur per Bar. in l. absentem. ff. de pœ. & super ipso consuluit, vt patet in consi. c. quod incipit, A domino Cyn. in ver. super quarto. Et quod communiter habetur & scripsit in l. absentem, ac etiam quia aliqua est variatio, quia in l. absentem. ponit simpliciter contra testem fuisse processum. In consilio vero dicit ꝙ iudex formauit inquisitionem, vt videmus an aliqua sit diuersitas, eius consilium miseram de verbo ad verbũ. Formata itaque inquisitione ostenditur primo ꝙ valeat processus, & sic possit condemnari, licet. n. agens omni exceptione careat tamen processu valet in se, quod patet, quia ex eo potest sequi condẽnatio licet indebite. C. de condi. inde. l. j. ff. mã. l. si fideiussor. §. in omnibus. & text. dicit expresse in c. abbate sane. versi. quoniam. de re iudi. li. vj.

Præterea licet sit præsumptio iuris & de iure ꝙ non dixerit falsum, tamen admittitur probatio in contrarium per confessionem. in auth. de æquali. do. §. aliud & ibi no. gl. super ver. sin autem. scribitur per Azo. in sum. de do. ante nup. & per Cyn. C. de do. ante nup. in authen. sed iam necesse. Testis autem patiendo se poni in banno videtur confiteri, ergo &c. Præterea quando primo tempore fuit actio licet aliquo casu sit extincta potest pati quis conueniri, & condemnari de facto. ff. de exhib. l. hoc si quis. §. quantum. & de rei ven. l. si post acceptum. Sed ipse testis non comparendo videtur pati se conueniri & condemnari &c. & per hoc tolluntur omnes rationes quæ dicunt quod lapsum est tempus inquirendi. Et contrarium videtur ꝙ non possit condemnari, quia iudex etiam parte non opponente, sed expresse consistente maleficium potest, & debet defensionem eius quærere. Casus est no. ff. de quæstio. l. j. in fi. & ff. de pœn. l. si non defendantur. in fi. ibi dum dicit, & qui cognoscit, debebit de innocentia eorum quærere. Facit. ff. de appella. l. non tantum. C. de episc. aud. l. additos. vbi inuita parte quis alle. & eam defendit. Ad idem quandocunque absente parte potest ferri diffinitiua senten-

tia iudex pro eo ex suo officio perquirit veritatem.C.quo.& quando iud.authē.semel.ibi, perquisita veritate. & C.de appell.l. ampliorem. in princ.& ibi no.per glo. licet ibi dicat ꝙ sit speciale,tamen generale est,etiam in principali non potest ferri sententia diffinitiua.l.properandū.§. & si quidem.§.seq. C. de iud. Quid ergo dicemus, dico sic, quandoque liquet iudici euidenter non esse culpabilem vel nullum delictum commisisse, & tunc licet sit contumax & habeatur pro confesso,non tamen potest condemnari per iura supra alleg. proxime. Quid enim si elapso termino banni iudex viuum videt quem contumax dicitur interfecisse.certe non poterit condēnari ne plus operetur ficta confessio ꝙ̄ vera l.inde neratius,in fi.cum l.seq. & ad l. aquil. Quandoque non constat iudicem non esse reum culpabilem, tamen constat per hanc fictam confessionem de maleficio. Sed constat ꝙ reus de crimine non potest redargui,quia habebat pro se præsumptionem iuris & de iure, tunc credo ꝙ possit & debeat eum condemnare,quia per confessionem poterat probari contra eum,& tunc constat & est probatum per illam fictam confessionem, vt supra probatum est. Et per hoc apparet,ꝙ ipse citatus debet comparere quia iudicium poterat habere effectum. Non ob. ꝙ dicatur ꝙ tempora sunt elapsa,quia etiam tunc dico talis inquisitus poterat contumacia condemnari, quia ipse accusationem non tollit ipso iure,sed parat exceptionem.l. si maritus.§.præscriptiones.ff.de adulte.& C.eo. titu.l.adulter. quam exceptionem potest simpliciter ommittere & non opponere & sequitur contumacia,vt in d.§.præscriptiones. Præterea potest pati se in banno poni de facto, vt dictum est.Hæc in consilio. In l.absentem in fi.concludit sic.Concludo ergo ex omnibus prędictis ꝙ contra absentem qui habetur pro confesso non potest procedi ad condemnationem, quando iudici liquet aliquid propter quod apparet illud non esse maleficium, secus si ei appareret aliquid propter quod ille poterat se tueri,maleficium tamen est commissum. Vides ergo omnibus suis coniunctis ꝙ ita permittat iudicem inquirere sicut partem accusare quæ videntur in se habere differentiam. Nam si iudex videt antequam formet inquisitionem ꝙ testis non potest redargui nisi præsumptione iuris,& de iure & non esse maleficium illud de quo inquirit, & sic videt sibi non competere ius inquirendi propter quod difficile videtur ꝙ dicit, possit inquisitionem tenere, licet forte secus sit in accusatione in qua iudex tantum non potest,quid tamen eius authoritas magna est,& quia a potentia accusandi iudicatur etiam potentia inquirendi, vt l. non solum.§.quanquam.ff.de iniur. Non audeo ab eius doctrina discedere pręsertim si ex tenore processus non constat ꝙ ille popularis testificatus fuit contra magnatem licet in veritate sic fuerit. Tunc enim tenet citatio, & per consequens inducitur confessio.l.ex quocunque ff. si quis in ius voc.non ier. Quod credo verum nisi statutum talem testem a iurisdictione iudicis eximeret pro testificatione prædicta.Tunc enim non teneretur comparere, & sic non induceretur ficta confessio. & idem si statutum annullaret actum qui fieret in contrarium per ea quæ dixi supra parte proxi.q.ij.& ad illud quod de præscriptione. dixit Bartol. vide quæ dicam infra tempore ij.par.ij.q.v.

7 Septimo quæritur †ex forma statuti cauetur ꝙ in criminalibus quis debeat personaliter vel ad domū bis citari, deinde si non comparuit debet citari per proclama siue bannum præconis cum termino trium dierum quo termino elapso habeatur pro confesso. Si tamen vult comparere ante bannum siue ante sentētiam diffi. possit dum tamen anteꝙ̄ compareat soluat certam quantitatem pecuniæ, puta solidos x.alias non audiatur dictante statuto hoc modo videlicet & si intra vel post terminum sibi datum in tali banno comparuerit ante condēnationem factam. & soluerit, tunc quando post terminum venerit soluerit communi gabellę nomine solidos x.pro tali banno eximatur de ipso banno nihil vlterius soluendo.Et si dictos solidos x.non soluerit, nō intelligatur esse exemptus, sed contra eum tanquam contra contumacem procedi debeat &c. Eo vero comparente dat certum modum procedendi. Titius accusatus vel inquisitus positus fuit in banno & post terminum asignatum comparuit, negauit, & satisdedit, quia sic patiebatur natura delicti, sed gabellam non soluit. Quæritur an iudex possit eum tanquam contumacem condemnare siue bannire. Et quid si post aliquot dies soluit, & solutio in iudicio producta fuit, Cum hæc quæstio esset de facto dicebam sic. Primo videtur quod non possit banniri tanquam contumax, quia sufficit ꝙ fiat solutio postea quandocunque.l. vniuersa.C.de preci. Impe.offe. Sed aduertendum ꝙ aliquando aliquid debet fieri ante actum vel ī ipso actu. & tunc si non fit, actus est nullus.l.in vniuersis.C.qui da. tut.pos.l.si quis mihi bona.§. iussum.de acquiren. hæredit.l.obligari.§.tutor.de auth.tuto. Aliquando debet fieri post actum, & tunc loquitur lex vniuersa. & ibi not. per Bartol. & Bald. videndum est ergo in proposito an requiratur solutio gabellæ ante comparationem an post. Et certe dicendum est quod requiritur ante comparationem, quod esse verum dicebam, ostendi ex pluribus verbis statuti. Primo ex natura verbi soluerit, quod licet posset adaptari ad præteritum & futurum. l. si iam facta. & l. solemus. ff. de conditio. & demonstra. Tamen quando ex aliquo adiuncto declaratur,intelligitur de præterito vel futuro secundum declarationem,vt no.per Bart.in l. omnes populi. & in l.j.de his quę poe.no.& l.non aliter. de leg.iij. Sed ex dictione,tunc,quæ denotat extremitatem, vt l.iiij.de conditione. & demon.& l.lecta.ff.si cer.pe. vbi ad initium temporis refertur.Item ex dictione venerit quæ intelligitur in futurum, patet ꝙ requiritur ꝙ soluerit antequam venerit.dicit enim si quis venerit post terminum banni, & tunc soluerit &c. & ita intelligi debent ipsa verba,ex quibus liquet ꝙ prædixi. Et probatur in simili. in authen. de nup.§.

si vero

si vero incertum,& ibi no.super verbo,quinquennium. Secundo hoc esse verum patet,quia acceptando eius comparitionem eum de banno eximit,procedit enim tanquam contra præsentem, sed non debet eximi nisi soluerit, & non intelligitur exēptus ergo loquitur de ante facta solutione; quia alias illa verba non possent verificari. Præterea vbicunque verbū quod habet significatū tēporis præsentis & futuri si intelligitur futurū inducitur absurdum,semper intelligitur in præteritum d.l.j.de his quæ pœnæ no. sed si dicamus ꝙ sufficiat postea soluendo poterit post negationē differre quousque videat dicta testium.Et si viderit non probare soluet,si viderit probare non soluet, & sic datio fideiussoris non valebit, eritque tunc iudicium elusorium, quod esse non debet.ff. de iudi.l.si prætor.Et quod habetur in.§.publice. Vt igitur hoc absurdum non contingat, & sic detur potestas reo eludendi iudicem, intelligatur in significatu præterito non in futuro.Pro ista determinatione facit quod not.per Bart. in l.j.§.fin.ff. ne quis eum qui in ius voc.est vi exi.& l.si tutor. C.in quib.cau.in integ.resti. non est necessa. vbi determinatur ꝙ quando solutio decimæ,vel alia solemnitas requiritur ante actum, quicquid fit illo ante nō obseruato,nullum est ipso iure. Et ideo in proposito debet contra ipsum procedere, tanquam contra contumacem quod est verum eo bis citato. Si aūt semel fuisset citatus,non teneret bānum cum fuerit peccatum in forma statuti secundum Iac.de Are.per l.non sunt liberi. in princ.ff. de statu homi.quod sequitur ibi Ray.& alle.l.Iulianus.§.sed & si quis.ff.ad exhi. & l. prolatam. & quod ibi no.C.de senten.

8 Octauo quæro † dictus reus post contumaciam, & sic postquā fuerat habitus pro confesso gabellam soluit, comparuit & negauit. Quæritur cui incumbit onus probandi. An sibi, an accusanti vel inquirenti? Dicendum arbitror in hac q. ꝙ si processus fiat ex statuto relato supra proxi.q.transit res sine dubio,quia facta solutione exemptus intelligitur a banno,ergo & a contumacia & confessione quæ ex illo resultat.l.fi.C.de senten.pas. cum ibi not. & in l.j.in fi.ff.de quæst.& ita semper hic practicatur. Si vero processus fiat ex vi alterius statuti ꝙ introducat ex contumacia confessionem, & de comparente post bannum ante senten. nihil dicat restat aliqualis dubitatio,si enim contumacia cōfessionem introducit,sequi videtur illam reuocanti incumbere onus probandi illam erroneam fuisse secundum not.in l.error. C. de iur. & fac. igno.per glo. & Doc.in l.non fatetur. ff. de confes.& per Guil.in Spe.de confes.§.fi.ad fi. versi. cætera.& in c.fi.de confes.Cum ficta cōfessio spōtaneæ & veræ confessioni æquiparetur per statutum,et sic idem in vna ꝙ in reliqua.de leg.j.quod etiam voluit Bar.in l.absentem.de pœ. & in alio casu,vt dixi supra q.vj.hac eadem parte.Sed prædictis non obstanti.veritas est in cōtrarium ꝙ ad præsens breuiter ostenditur sic.cōtumacia & mora iudicialis idem sunt l.& si post tres.si quis ca. sed mora iudicialis potest purgari vsque ad sententiam l. si cum exceptione.§.hæc autem actio ff.quod met.cau.ergo & talis contumacia. Purgata autē contumacia non potest obijci confessio quæ ex illa resultat,quia cessante substantia cessat qualitas.ff.de vsufr.leg.l.j. Secūdo quia nedū effectus priuationis ipsius defensionis inductus a contumacia tollatur per comparitionē ante sen. quinimmo tollitur per cōparitionē factā post sen. iudice tn̄ adhuc sedēte ꝓ tribunali.ff.de in integ. resti.l.diuus.Ibi enim qui alias non admitteretur ad appellandū obstante vera cōtumacia admittitur si comparet iudice adhuc pro tribunali sedente. Ita in proposito,quia non admitteretur ad negandum post sen.admittatur si ante illam compareret contumacia non obstan. & vide quæ dicam infra statim.q.x.& infra hoc eo.temp.parte vlt. q.ij.ex quibus roboratur decisio supradicta.

9 Nono statuto † aliquo cauetur ꝙ antequam quis banniatur,debeat per loca publica per proclama assignari terminus trium dierū intra quē quilibet qui velit defendere reum, vel adesse causę possit comparere,alias nullus possit bāniri. Iudex procedēs contra Titiū fecit fieri proclama.per loca publica ꝙ quicunque vellet defendere Titiū cōpareret intra terminū triū dierū,& nihil dixit de eo qui vellet adesse causæ. Quęritur an Titius possit banniri,hanc q. posuit Ia.Bu.in l.hi qui.ff.de postu. Concludens ꝙ non pōt bāniri,& si detur bannū ꝙ nō valeat,quia nō oīa solennia seruata sunt, nā aliud est defendere, & aliud adesse causæ,vt ibi.& sic cū vtrūque debuit exprimere si vnū omisit solēnia nō seruauit. Idem tenuit Alb.vbi supra q.xcviij.alle.l. fi. de in inte.resti.& de itine.actuq; pri.l.j.§ hoc interdictū.Facit.ff.de transf.l.cum hi.§.si prætor.& de procu.l.paulus.& qd dixerūt Host.Inno.& Ioan. And.in c.ij.de consue.v3 ꝙ solennitas siue forma data actui debet fieri & dicendo exprimi, alias actus est nullus.& ad hoc Bal.in auth. qui semel. C.quo.& qn̄ iud.alle.gl.in c.j.de mili.vas.qui cōtu.est,pro hoc qd dixi supra in fin.vij.q. & ꝑ hoc dixi in l.paulus,ꝙ si cauetur statuto ꝙ iudex non possit ꝑ inquisitionē ꝓcedere,nisi prius requisito iniuriā passo an velit accusare.denūciare vel notificare,quodcūq;.n.ommittat nō tenet ꝓcessus ꝑ iura prędicta. Aliud esset si diceretur qd debeat citari vt cōpareat ipse vel alius ꝓ eo,qa tūc licet omittat illud vel alius ꝓ eo.nihilominus poterit in bāno poni,qa illud a iure intelligitur,vt l.fi.C. de ꝓcu.& no.in l. si minor.de bon. auc. iud. pos. & ideo illa expresso nihil operatur.l.iij. de legi. secundū Iac.Bu.& Bal.in d.l.fi.de procur.Dic tn̄ ꝙ intelligitur vt legitime compareat, vt l. sed si vnus.§.si procuratorē.ff.de iniur.Ratio diuersitatis ideo est quia in primo casu statutum requirit quid diuersum,in secūdo idē. aduerte quia qn̄ aliquid exprimitur pro forma ēt si sit tacitum, illud debet seruari,& dicēdo exprimi secundum Host. Inno.& Ioan. And.in c.ij de consue.& in c.j. de bap.& ideo dixit Old.cōsulendo ꝙ licet in domino sufficiat tacita reuocatio procuratoris, vt in cap.si quem.de procu. libr. vj. Non tamen sufficit in procuratore constituto cum potentia

substituendi & reuocandi, & ideo est quia domino a lege vel ab homine nulla forma tradita est, ipsi autē procuratori forma tradita est, ergo illa & factis & verbis seruanda est, vt in c. cum dilecta. de rescrip. vt ipse rescripsit in consi. cxxxiij. Aduerte etiam ꝙ tacitum expressum ab eo qui poterat aliter ordinare operatur, vt ammodo tacitū locum non habeat, vt l. talis de lega. j. Item & si non possit tacitum tollere, tamen illud expressum operatur in fauorem eius pro quo disponitur l. Titia. ff. ad l. fal. & l. iiij. §. si quis condemnatus. ff. de re iudi. & sic concluditur quod dictum Iacob. & Bald. non procedit & ꝙ nisi illud exprimatur in proclamatione non poterit in banno per no. per Bart. in d. l. iij. de leg. j.

10 Decimo quæritur † an post lapsum termini qui facit reum contumacem haberi pro confesso, requiratur ꝙ accusetur contumacia vel fiat pronunciatio eum haberi pro confesso antequam perueniat ad bannum diffinitiuum. In primo dixit Bartol. ꝙ non, quia licet in ciuilibus talis accusatio contumaciæ requiratur l. properandum. §. j. C. de iudi. Tamen in criminalibus non est ita siue procedatur per inquisitionem siue per accusationem, quia accusatore defuncto vel desistente potest iudex ad vlteriora procedere. C. de aboli. l. ij. ff. de pub. iudi. l. penult. in princi. ita dixit in extrauag. ad repri. super verbo, neglexerit. Cautius tamen est quod contumacia accusetur, vel quod per accusatorem ab initio detur iudici potentia procedendi vsque ad fi. &c. vbi etiam sentit Bar. Super secūdo videtur dicendum quod requiratur pronunciatio quia vbicunque contumacia inducit fictam cōfessionem. requiritur iudicis pronunciatio, vt habetur in l. ij §. quod si actor. C. de iur. calum. in c. ij. de confes. lib. vj. & in l. eius qui delatorem. ff. de iur. fis. per Bald. in cap. vasallus. si de feu. fue. contro. vbi tradit ad propositum notabilem doctrinam, videlicet quod vbicunque aliquid pendet a motu iudicis semper requiritur pronunciatio. Facit quod habetur in authen. hoc amplius. C. de fideius. Posset tamen dici, vt supra quod illa iura loquantur in ciuilibus non in criminalibus. Tutius tamen est tenere quod requiratur pronunciatio per regulam l. inter accusatorem. de publi. iud. & de pœn. l. absentē. Pōt tñ hæc pronūciatio fieri vna cum diffinitiua. l. eius qui delatorē. & prealle. & ꝙ ibi per Bart. Hinc est quod cōmuniter in omnibus bannis dr̄ habita dicti accusati vel inquisiti eius contumacia pro vera & legitima confessione quæ satis includunt dictā interlocutoriam l. cum clericis, & quod ibi not. C. de epis. & cleri. Crederem tamen etiam sine vlla expressione bannum valere, quia tacite videretur pronuntiare sicut dicimus in l. j. C. de ord. iud. & l. pe. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. quod in diem. §. si rationem. de comp. cum si.

11 Vndecimo quæro † Stante statuto prædicto iudici notum est ꝙ citatus est in loco ex quo non potest in termino in citatione apposito comparere. Et vt omnis cesset dubitatio est ibi ex causa voluntaria. quæritur an iudex habeat necesse expectare lapsum termini, an vero possit statim eum bannire, & fiscus virtute statuti bona occupare. Hanc quæstionem mouit Bal. in l. ij. C. si pen. ap. mors inter. & arguit primo ꝙ possit dari bannū non expectato termino, quia de necessario contingentibus idem est ꝙ de præsentibus. ff. de verbo. oblig. l. cum stipulatus sim mihi a proculo. de noua. l. si pupillus. §. j. Determinauit tamen contrarium tribus rationibus. Prima quia verba legis requirunt tempus consumatum, vt no. in c. vbi periculum. de electio. lib. vj. Secundo quia haberi pro confesso est pœna a conditione incipiēs; quia præcedens interlocutoria de citando nō obligat: vnde non incipit a præcedenti obligatione. Et ideo expectandum est vltimum momentum. l. in illa stipulatione. §. si calendæ. de verb. oblig. Tertia quia hec pœna trahit secum executionem. & ideo requiritur factum consummatum, vt in cap. perpetuę. de elec. lib. vj. in nouel. Ista determinatio placet. vbi enim de pœna legali tractatur, qualis est ficta confesio a statuto inducta propter cōtumaciam, ibi non sufficit esse certum, nisi vltimus terminus aduenerit, & sic ante agi non potest. casus est de verbo. obliga. l. insulam. Præter ea vbi notatur condemnatio non sufficit confessio etiam vera & facta in iudicio, vt habetur ff. de his qui no. infa. l. ictus fustium. per glo. Bal. & alios, licet secus sit vbi nota. factum vt no. eo. ti. l. quoniam. quæ ita saluatur. Præterea loquitur in ciuili vbi confessus habetur pro condemnato, quod non est in criminali, vt ibi per Bar. Non ergo potest iudex ante terminum bannire, vt in rationibus tactis ante versic. præterea, nec fiscus ante bannum bona incorporare. licet alia solennitas obseruetur in banno dato de iure communi quando annotantur bona, in l. j. ij. & iij. C. si pen. ap. & in conc. ibi alleg.

12 Duodecimo quæro † Iudex formauit inquisitionem vel ex accusatione processit contra Petrum Ioannis de populo sancti Laurentij, & in illo populo non erat Petrus Ioannis, sed Petrus Martini, vel erant duo Petri Ioannis, & sic fecit citationes & bannum dedit. Quæritur an dare potuerit, & si dedit an valeat, Bart. in l. demonstratio falsa. in princ. in vj. q. ff. de cond. & demon. tenet ꝙ valeat, & executio fieri possit, si constat ꝙ ille erat homo qui de maleficio fuerat inculpatus. & propterea dicit ꝙ cauti rectores faciunt illum captum recognoscere se esse illum qui de maleficio fuit inculpatus. Et ita etiam dicit in l. inter stip. §. j. de verb. obli. & de custo. reo. l. diuus.

Credo Bar. intellexisse quando citatio fuit facta personaliter vel ad domum, & constat ꝙ captus est ille qui fuit citatus personaliter, vel qui habitauit in domo citationis. Tunc enim citatio non fuit inualida. aut ratione erroris, aut incertitudinis ꝑ ibi notata, cū de corpore citati constaret, & per cōsequens requisiti, vt in iuribus ibi alleg. & l. si qs in fundi vocabulo. de leg. j. Sed si citatio fuisset facta ꝑ loca publica, vel ad ecclesiā princi-

principalē, vel ianuā Palatij rectoris; vt interdū permittunt statuta: tunc puto bannum non tenere vno casu propter errorē, quia citatur Petrus Ioā. qui non est, & de corpore nō cōstat ex aliqua circunstantia. Alio casu qui non est ratione incertitudinis, vt in l. duo sunt Titij. de test. tut. & quod hr̄ in l. si quis seruum. §. si inter duos. de leg. ij. Cōiter tamen rectores obseruant contrarium. Faciūt enim captum confiteri se esse illum qui deliquit, vt in sententia, continetur, & qui citatus fuit & bannū exequuntur. Et ita dicit Bald. in d. §. si inter duos fuisse seruatum Florentie, quia ille qui deliquit debuit cogitasse se citari, & quia talis citatio declaratur ex adiuncto. Quod pōt de iure esse verum si incitatione exprimitur causa, scilicet delictum. Sed si simpliciter dr̄ quod compareat ad defendēdum se a quadam inquisitione &c. Tale bannimentū de iure nō procederet. Vidi tamen secundum dictum Bal. practicari, & ita seruatur per assessores, qui si non detrahunt veritati fauori publico deseruiunt ne in talibus fraudes cōmittantur. & maleficia remaneant impunita. Et adde quæ dicam infra in secundo tempore parte ij. q. xxvj. vbi tractabo an occidens illum quem putabat bannitum cum non esset excusetur a pœna.

Rub. an a tali banno posit appellari. & de concernentibus hunc articulum, & quando quis dicatur bannitus.



SVPEREST vt quarta particula huius primi temporis expediatur, quæ fuit an a tali banno posit appellari, & in alijs particulis processum est sic procedam in ista.

Primus ergo quęstionum titulus est prædictus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *An à tali banno appellari posit.*
2 *Quæritur vbi licet appellare cui incumbat onus probandi. An ipsi qui fuit habitus pro confesso. An inquirenti vel accusanti.*
3 *An pendente tempore ad appellādum intelligatur sic bannitus, taliter bannitus quòd in eo locum habeant statuta de bannitis loquentia.*
4 *An posit dici bannitus appellatione interposita pendente.*
5 *An pendente causa nullitatis dicitur bannitus.*
6 *An pendente causa restitutionis in integrum per viam iustitiæ.*
7 *An pendente causa supplicationis.*
8 *Quid iuris si nondum est bannitus, sed notorium est eum commisisse crimen.*
9 *Quid iuris si cauetur statuto quòd certo modo delinquens ipso facto bannitus intelligatur.*

Quarta pars primi temporis.



PRIMO ergo quæro, An a tali banno † liceat appellari. in hac q. in locis in quibus est statutum ꝙ in criminalibus non posit appellari, hæc quæstio. est sopita, sed restat in locis in quibus statuta nihil disponunt aliud quā supra dictum est, in qua. q. vidi quædam breuissime scripta ī quibus sic dicitur. Primo videtur ꝙ nō posit appellari, quia contumax non appellat. l. properandum. §. sinautem reus. C. de iudi. sed certe dicendum est ꝙ appellari potest vt dicitur manifeste. C. si pen. appel. mors inter. l. iij. & dic vt ibi not. & in l. properandum. §. illo. & . §. sinautē reus. Certe quisquis fuerit scribens nimis breuiter se expediuit. Dixi enim supra in prooemio qd̄ aliud erat bannum. de quo in d. l. iij. dicitur. & aliud de quo agimus, & ideo quicquid sit in banno annotationis bonorum &c. ad propositum nostrū arguo primo ꝙ non posit appellari, quia sententia banni continet pœnam criminis ergo nō appellatur, quia nec a pœna. ff. de verb. signi. l. si qua pœna.

Secundo cum ex forma statuti talis contumax habeatur pro confesso, quod non est in eo cuius bona annotantur, vt d. l. iij. & l. ij. eod. tit. ergo nō potest appellare semper ei obstante sua confessione quæ detegit appella. frustratoriam. C. quorum appel. non recip. l. ij. & argu. de fal. l. satis aperte. & C. si ex fal. instru. l. fina. cum ibi not. Tertio quia verus contumax non appellat, vt in d. titu. quorum appell. l. j. & d. l. properandum & l. ad peremptorium, cum simi. Quarto secundū Bal. in quodam suo consilio. Lex statuit certum terminū ad purgandum moram, scilicet vsque ad sententiam l. si cum exceptiones. §. hæc autem actio. ff. quod met. causa appellationis vero non videtur posse purgari. ff. de optio. lega. l. mancipiorum. de accu. l. titia cum concor. In contrarium quod posit appellari sic probatur. Bannum est multa, vt not. glo. in l. j. §. ex hoc rescripto. ff. de ven. inspi. ergo potest appellari. l. & in multis. C. de appel. Præterea a sententia diffinitiua lata in criminalibus potest appellari. l. addictos. C. de epis. aud. & l. addictos. de appella. & ff. eod. titu. l. non tantum. ergo & ab isto banno quod ex forma statuti vim habet sententiæ diffinitiuę. ff. de leg. j. cum simi. Tertio regula generalis est permissiua, in maiore enim & in minore licitum est appellari, nisi quis reperiatur prohibitus. l. & in maiori. C. de appel. & not. in l. qui restituere. ff. de rei vend. & in l. creditor. §. iussus. de appel. Sed statutū hoc non prohibet, ergo per dictam regulam poterit appellari. Quarto pro hac parte vr̄ casus in l. generaliter. §. j. C. de rebus credi. & facit l. cū apud. ff. de iudi. sol. vbi stipulatio ob rem nō defensam, & sic ob cōtumaciam pot est purgari in causa appellationis. Pro huius q. solutione distinguendum puto, ꝙ aut statutum dicit cōtumacem haberi pro confesso & conuicto, & tunc non puto posse appellari per dictam l. ij. C. quo. appe. non recip. Et non obstant in contrarium allegata, quia est ca-

sus specialis in quo appellatio est prohibita. Si vero statutum dictat tantum eum haberi pro con fesso. Tunc aut est verus contumax secundum ea quæ habentur, quæ hic non repeto in iuribus superius allegatis, scilicet in l.properandum.& l.j. quo appel. in l.ad peremptorium.ff.de iudi. & in l.ex consensu.in fi.de appel.in cle.si ante. de dol. & contu. & plene per Bart.in l.si.ff. de in integ. resti.& non potest appellari non ex vi confessionis inductæ, sed ex natura veræ contumaciæ. Fallit hoc in duobus casibus. Primus est si venerit adhuc iudice pro tribunali sedente.ff.de in integ. rest.l.diuus. Secundus si ex forma statuti reseruatur etiam post latam sententiam aliquod tempus ad purgandum moram sine contumaciam, vt d.l. ij.C.si pen.appel. mors interue. secundum vnum intellectum, & ibi tangit Bal. quod est not. pro limitatione iurium prædictorum. Si autem non est verus contumax, vt regulariter est non citatus personaliter, & tunc aut iudex etiam vltra contumaciam examinauit testes & tanquam confessus & conuictus non appellat, vt d.l.ij.C.quo.ap. Aut ex sola contumacia condemnauit & poterit appellare non ea ratione quod sit multa, quia nõ est simpliciter verum, vt dicam infra in secundo tempore.q.Quæ perdant banniti, quæ est. v. vel in q.iij.sed alijs rationibus supra tactis, & arg.d. l.iij.si pen.ap.secundum aliam lect. Non obst. ꝙ eius contumacia habeatur pro confessione, quia illam potest reuocare ratione erroris in causa appellationis, vt habetur in simili in l. creditor.§. iussus.de ap.& no.per glos. in l.ij.§.ꝙ si actor. de iur.cal.& per Bart.in l.obseruare.C.quo. appel. non reci.per Doc.in l.error.C.de iur.& fac. ign. & in l.ij.de erro.aduo.Dixit tamen Ioan. And. in c.romana.§.sinautem.de appel.lib.vj. ꝙ quando solum confessus appellat debet in appellatione exprimere causam, quia asserat se errasse, & confessionem reuocet alias non auditur, quod est not. In appellatione enim a diffinitiua regulariter causa non est inferenda de appel.l.j.in fin. Non ob.l.si qua pœna, quia hic non appellatur a pœna, sed a iudicis iniquitate, quia non debeat appellantem condemnare. Aliquando enim pœna est certa & a iure limitata, & ab illa non appellatur quando constat aliquem illam incurrisse. Est enim tunc sententia legis, & ita loquitur.l.illa.& quod no.per Guil.in Specu.de recusa.§.fin. in fi. ver.hic not.quandoq; est pœna reposita in iudicis arbitrio, & tamen potest appellari. Ita not.in c. super his.de accu.in glos.super versicu.arbitrium & in cap.quia nos.de appella.in vlti.glo.& idem si a iure imponitur certa pœna. sed si certum est aliquem nõ incurrisse vel dubitatur propter quod requiritur iudicis sententia, & potest appellari, vt l.& in maioribus. & ita not. Archi.& Io.Andr. in cap. cupientes, de elec.lib.vj. & idem Archi. in v.q.quia suspecti, habet etiam.d.l.si qua pœna. alium intellectum vt ibi not. secundum quem nihil facit ad propositum. Non obst. vltima ratio, quia non est vera, potest enim in causa appellationis mora purgari vt not.in l. j. circa prin. de act.emp. An aũt a dispositione statuti siue constitutionis possit appellari.dic vt per Bart.in l.omnes populi.et in l.si.de appel.reci.& vide Io. And.i c. cũ oẽs.de consti.qui dicit ꝙ sufficit contradicere.

2 Secundo quæro † In casibus in quibus licet appellare cui incumbat onus probandi, an ipsi iudici inquirenti, vel parti accusanti, an ipsi bannito appellanti contra quem est ficta confessio inducta ex contumacia? Respon. consultum vidisse onus probandi incumbere iudici vel accusatori, prout ante incũbebat si comparuisset primo, quia extinguitur pronuntiatum.l.j. in fi.ad Turp.cum simi. Et si non stat præsumptio sententiæ quæ onus probandi transferat. Secundo quia contumacia est purgata quę potest purgari ẽt lata sententia, vt dictum est supra. Item ex quo non denegatur appellatio, ergo nec defensio denegata videtur quæ succedit statim appellatione præmissa. Quarto per regulam generalem quæ habetur in l.hi qui ad ciuilia.C.de appel.& habetur in.§.illud.in authen.de his qui ingre.ad.appel.dixit tamen Bald.post confirmationem prædictorũ consiliorum ꝙ si contra appellantem essent alia indicia facilius conuinceretur propter bannum, quia illud fecit eum suspectum.C.de asses.l.consiliarios. quod non procederet si probaret se fuisse impeditum, siue se habuisse iustam causam in principali causa non comparendi, argu.eo.quę habent maxime per Bart.in l.si.ff.de in integ.resti. Pro decisione prædicta vide quæ dixi supra per te proxi.q.viij. Est enim necesse quod dicatur aliud in vera confessione per not. in iuribus ibi alleg. & aliud in ea quæ ex contumacia introducitur, vt patet manifeste ex his quæ ibi dixi. Licet.n. in aliquibus æquiparetur non tamen in omnibus. Statutum enim solum dicit quod possit banniri in ea pœna qua posset condemnari si cõfessus fuisset, vel dicit ꝙ habeatur pro confesso, quod cum sit facti non habet eundem effectum ꝙ esse confessum, dico quo ad omnia.ff.de verb.obli.l.mercis. & quod ibi not.quod est indubitanter verum si ante diffinitiuam non fuit pronuntiatum eum haberi pro confesso: secundum ea quæ dixi supra parte proxi.q.x.cum enim appellando a diffinitiua intelligatur etiã ab illa interlocutoria appellatum; stat regula ꝙ in eo statu est in quo erat illa interlocutoria non facta. Et sic non dici fuisse cõfessus l.ij.ff.de appel.recip.cum simi.si autem fuisset ante diffinitiuam interlocutorie pronũtiatum eum haberi pro confesso, maius esset dubium, sed putarem dicendum ꝙ aut ex forma statuti non poterat ab interlocutoria appellari, quia reseruatur in appellatione a diffinitiua. & idem. Si vero poterat appellari, & ille non appellauit transacto tempore antequam daretur diffinitiua, vel antequam a diffinitiua appellaretur, putarem secus esse, quia illa pronunciatio non est reuocata per appellationem a diffinitiua l.intra vtile.ff.de mino. cum concor. Et sic remanet ꝙ habet contra se virtutem confessionis. Et sic licet concedi possit quod illa possit tanquam erronea reuocari, tamen ei incumbit onus probandi errorem, & sic rem aliter se habere, vt in l. error. C. de iur. & fac. igno. & alijs iuribus allegatis in præallegata.

legata. q. viij. nisi per iustam causam quam probaret, cōcederetur sibi restitutio in integrum aduersus illam pronunciationem per no. in l. diuus. et l. fi. ff. de in integ. resti.

3 Tertio quæritur † viso quod aliquando potest appellari, an tunc lata sententia antequam labantur decem dies infra quos potest appellari quis dicatur bannitus taliter, ꝙ in eo locum habeant statuta de bānitis loquentia. Et primo vr̄ dicendum ꝙ non, sicut enim non potest innouari aliquid appellatione pendente. ff. nil nouari appellatione pendente. l. j. & C. de appel. l. ita nec pendente tempore ad appellandum, vt not. in d. l. j. Secundo probatur, quia idem est effectus si moritur condemnatus pendente tempore dato ad appellandum. qui pendente tempore appellationis, vt not. per glo. in l. ex iudiciorum. ff. de accus. quæ reputatur singularis, sed habet concor. in l. si quis post. ff. de testa. Sed pendente tempore appellationis quis non dicitur bannitus l. furti. in princip. ff. de his qui not. infa. & l. j. in fin. ff. ad Turp. Ergo nec pendente tempore ad appellandum. In hac questione est aduertendum quod omnis effectus iuris qui ꝓducuntur a sententia non requirentes facti executionem statim lata sententia sunt producti. l. furti. in prin. ff. de his qui no. inf. & l. si quis filio. §. qui autem omnes. ff. de iniusto. testa. & per Inn. in cap. qualiter, & quando. de accu. Illi autem effectus qui requirunt factum hominis non producuntur, nisi lapso tempore ad appellandum. & sic postq̄ sententia transiuit in rem iudicatam. vt C. de exe. rei iudi. per totum quod in ciuilibus verum est sine dubio, vt in iuribus supra allegatis et de appel. l. constitutiones. & de appel. c. non solū. lib. vj. Sed & in criminalibus per regulam. l. absentem. de pœni. & de iudi. ff. l. omnem. et propter maioritatem periculi, licet in contrarium faciāt l. non tantum. de appel. ead. l. addictos. C. eodem titu. & de episco. audi. l. addictos. Sed respondetur ꝙ ibi de facto fiebat executio, vt ibidem per Doct. Ex quo infertur ꝙ ad effectus priuatiuos iurium ipsius banniti statim lato banno intelligitur bannitus. Et sic post decem dies esset infamis, esset intestabilis, esset inhabilis ad certos actus de quibus dicetur infra in secūdo tempore, statim erit affectus ipsis qualitatis, non autem poterit interim offendi, quia illud factum hominis requirit. Ex quo patet quod male dixit Gand. qui indistincte dixit eum posse offendi in rubri. de bannitis. in ij. col. quem secutus fuit Albe. vbi supra. q. xxiiij. dicens ita tenuisse Pet. in d. l. j. si pen. ap. per iura secundo loco allegata quæ ad alium effectum loquuntur vt prædixi. Nec prędictæ conclusioni obstat glo. l. ex iudiciorum. & l. si quis post, quas sequitur Dyn. quia non procedunt quo ad priuationē bonorum. Illa enim statim ipso iure fit. ff. de iur. fis. l. j. §. an bona. Verum enim est quod est li. contest. & condemnatus. Et sic sunt producti effectus ab illis actibus resultantes secūdum Iaco. de Are. qui alle. dictam l. si quis filio. §. irritus. siue. §. ꝙ si quis. quē sequitur Cy. in l. iij. C. si pēd. ap. mors inter. & Bar. in d. l. ex iudiciorum, licet Bald. aliter dixisse videatur in d. l. iij. mortuo bannito intra dictos. x. dies de quo bāno dicetur infra in vltimo tempore parte ij. q. vij.

4 Quarto quæritur † an postquam interposita est appellatio dicatur quis bannitus adeo ꝙ interim possit offendi, habeantq; locum alia statuta de bannitis loquentia, an non. In præcedenti q5. patet non esse insistendum in hac ex ibi dictis. Constat enim ꝙ aut appellatio pronunciatum extinguit saltem ratione præsentis status, aut suspēdit ratione futuri, vt habetur in l. furti. in prin. ff. de his qui notan. infa. & l. tale pactum. §. qui prouocauit. de pact. et in d. l. j. in fi. ad Turpil. cum simi. & quicquid ex prædictis operetur appellatio sequitur quod interim nō dicitur bannitus. si enim extinguit pronunciatum clarum est si suspendit idem, quia ex conditionali dispositione interim pendente conditione ius non oritur. l. pecuniam. si cer. peta. de verb. obli. l. quoties, cum simili. maxime in sentētia quæ venit resoluenda, illa enim iudicatur potius conditionalis ab initio quam pura resoluenda, vt habetur per Barto. in l. centesimis. §. fi. de verb. oblig. & quod habetur in l. ij. ff. de in di. addi. et in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de conditio. & demon. saltem in legalibus dispositionibus quæ potius æquiparantur vltimis voluntatibus q̄ contractibus, vt not. in l. j. ff. de his quib. vt indi. & per Bartol. in l. translatio. ff. de adimen. lega. & ad illa. l. in cognitione. & plenius in l. ita stipulatus. ff. de verborum obligatio. Et vide quæ dicam in secundo tempore parte vltima quæstio. lxxix. Interim ergo non censetur bannitus. & propterea non habebunt in eo locum ordinamenta de bannitis loquentia. Et ita determinauit Dyn. & post eum Bartol. in l. qui a latronibus. §. j. ff. de testa. & probat text. secundum Dyn. & Bartol. in l. iij. §. si seruus. ff. de acquiren. possess. & in d. l. j. ff. nil noua. appella. pen. ibi. Neq; vllam aliam iniuriam &c. licet tamen bannum sit extinctum, aut suspensum, & sic cessent effectus banni, non tamen cessant effectus resultantes ex pendentia processus, de quibus habetur. ff. de solu. l. reo. & de muneri. et not. l. reus delatus. & in concor.

5 Quinto quæro † an bannitus agēs causam nullitatis banni, & sic petens se cancellari, possit pendente dicta causa virtute statuti tacti in principio procemij offendi. Dy. in hac quæstione dixit ꝙ sic in l. iij. §. si seruus. ff. de acquir. possessio. per illum text. vbi dicitur, ꝙ licet seruus sit paratus subire iudicium libertatis, nihilominus interim seruus est. pro quo facit. ff. de lib. causa. l. si cui. §. licet. & l. ordinata. & ita etiam tenuit Gandi. & Albe. sequitur vbi supra quęstio. xxiij. licet non bene se firmet. Bar. vero in d. §. si seruus, tenet contrariū. alleg. l. cum vero. ff. de fideicom. libe. vbi ille cui debetur libertas ex fideicommisso propter spem dicitur esse in quasi possessione libertatis, ita bannitus litigans hoc modo. Itē quia de hoc videtur casus in l. si quis filio. §. quod si quis. ff. de iniust. testa. vbi sententia nulla non facit damnatum intestabilem, tertio quia statutum loquitur de bannito,

bannito, ergo debet intelligi de rite bãnito. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. quod intellige verũ in eo qui scit causam nullitatis agitari. In ignorãte vero remittit ad no. per se in l. vlti. ff. de adul. Sed certe lex cum vero. non facit, quia ibi loquitur quando certum erat deberi libertatem. in casu autem nostro dubitatur. l. quod, de pecu. & ideo potius debet præsumi pro sententia, vt l. Herennius. §. Caia. ff. de eui. & voluit Bal. in l. fin. C. qui ad liber. procla. non licet, vbi reprobat dictum Iaco. de Are. qui dixit bannitum admitti ad dicẽdum de iniustitia banni præstita satisdatione in l. statu liber. rationem. ff. de statu lib. §. autẽ. quod si quis, loquitur iu effectu concernente solum personam ipsius banniti, & sic non facit ad casum in quo tractatur de iure concernente personam alterius. Et ad. §. condemnatum, respondetur ꝙ loquitur quando de nullitate cõstat propter quod Bal. in authen. quæ supplicatio. C. de preci. impera. offerend. dixit considerari veritatem, scilicet an in se bannum sit nullum, & tunc non possit offendi alias sic. Ego vero aliter dicendũ puto vt enim sæpius dicetur infra in secundo tempore quilibet videtur constitutus publicus officialis, vt l. ij. C. quando lice. sine iud. vindi. & ideo sicut pendente causa nullitatis officialis non possit exequi, vt ostendam, ergo nec alius eum repræsentans, quod autem pendente tali causa non posset fieri executio. probatur, quia vbicunq; executio est irretractabilis ibi siue cognitio nullitatis requirat altiorem indaginem siue non, semper retardatur executio. alias enim non posset dicenti nullum prouideri. ita nota. per Paul. de Leaza. & alios post eum in clemen. j. de re iudi. & per Bal. in l. si feriatis. ff. de feriis. Siue igitur ad mortem siue aliter in personam offenderetur locum haberet pœna l. si quis prouocatione. C. de appel. & est verum in scienti causa agitari, quod intellige, nisi causa nullitatis habeat calumniam euidẽtem per nota. in l. satis aperte. C. de fal. & per Bal. in l. ab executione. C. quo. appel. non reci. & in l. prima C. ne in vna eademq; causa lic. ter. prouoc. Tunc enim excusaretur occidens, & ita potest saluari dictum Dyn. & quod notauit Bald. in l. libertas. ff. de stat. homin. licet ibi aliter dixerit. Quod dictum examinabo infra tertio tempore parte prima quæstione secunda vbi tractabo omnes quęstiones in quibus occiditur ille qui apparet bannitus licet effectiue non sit, vt quia soluit, quia clericus, quia rebannitus & non cancellatus, vt ibi patebit.

6 Sexto quæritur † Titius fuit bannitus taliter ꝙ de iuris rigore bannitus dicitur, petiit ex iusta causa restitutionem in integrum aduersus dictum bannum per viam iustitiæ, quod sibi ex multis causis beneficium dari potest. l. prima in fin. ex quibus cau. maio. et l. ij. quasi per totum. si quis cau. C. ex qui. cau. maio. l. ij. Et dictum fuit supra in pluribus quæstionibus, & maxime supra hac parte quęstione ij. An pendente dicta causa restitutionis interim possit offendi. Si verum est quod dixit Guiliel. in Specu. de restitutione in integrum. §. videndum in principio. Clarum est ꝙ interim a sciente causam agitari offendi non potest, quia semper impeditur executio. Tamen quia illud non est semper verum, recurrendum est ad id quod supra proxima quæstione est dictum, scilicet quod quia executio est irretractabilis eadem ratione impediatur cum agitur per viam restitutionis qua impeditur cum agitur per viam nullitatis. extra de restitutio. in integrum. capitulo auditis. & de auctoritate tutorum. l. defendente. & quod ibi per Bartolum et C. de restitutione in integrum l. vna. quod Bald. dixit esse verum etiam si stante statuto quo cauetur quod querelæ bannitorum non audiantur. Non enim videtur bannitus qui habet integram restitutionem. ff. de in integrum restitutio. l. non videtur. Nec obstat quod non debet audiri, quia non intelligitur exclusus quin possit petere se a banno eximi. l. j. §. de qua. ff. de postulando per Cyn. & dicit esse simile in excommunicato cuius querela non auditur, nisi proponatur contra ipsam excommunicationem, vt in capitu. primo de rescriptis. libro sexto, vt ipse notat in l. ij. C. si reus vel accusa. mor. fue. De quo etiam dicam infra secundo tempore parte vltima quæstione lxvij.

7 Septimo quæritur an idem † sit si pendeat causa per viam supplicationis, videlicet quod interim non possit offendi? Ad hoc dicendum est ꝙ non idem, quia illa non retardat executionem, vt notatur in dicta l. prima. ff. nil noua. appella. penden. Quod credo verum nisi supplicatio in locum appellationis succederet, vt habetur in authenti. quæ supplicatio. C. de preci. imperato. offerend. Pro quo facit quod dixi in duabus præcedentibus quæstionibus, scilicet de executione irretractabili. argumen. ff. de arb. l. non distinguemus. §. cum quidam.

8 Octauo quæro † quis puta Titius non est bannitus, sed notorium est eum commisisse maleficium pro quo imponitur pœna, pro qua bannitus potest impune offendi. An habetur pro bannito, videtur ꝙ sic, quia notorium & sententia æquiparantur. l. emptorem. ff. de action. empti. Sed dic ꝙ non, quia quo ad hoc extraordinarium effectum notorium & sententia non æquiparantur. l. quicunq;. C. de malefi. & ita etiam videtur probari in l. ictus fustium. ff. de his qui notan. infa. & ita determinauit Bal. in l. libertas. ff. de sta. ha.

9 Nono statuto cauetur † quod percutiẽs aliquem cum certo genere armorum, puta falcione, vel quadralecto quæ arma solebant esse in vsu & multum exosa, ipso facto bannitus sit in banno. Quidam percussit cum falcione, & antequam banniretur per sententiam fuit occisus, quæritur an potuerit impune occidi tanquam bannitus. Alber. vbi supra quæstione xciiij. dicit se obtinuisse quod sic. per l. cum quasi. §. si plures. ff. de fideicommiss.

libet. vbi tantum operatur sententia facta a lege, quantum operatur lata ab homine. Item per decretales quæ loquuntur de canone latę sentētię.xvij. quæst.iiij. c. si quis suadente. Quod tamen debeat expectari sentētia siue iudicis declaratio allegat. l.j.C.vbi cau.fisc.& quod ibi dixit,& de hæreticis.ca.cum secundum.l.& plus non dicit. Pro hac secunda parte facit ꝙ statutum permittens offendi bannitum non habeat locum in eo qui bannitus representatur a lege.l.ij.C.de his qui ve.æta.impe.cum ibi no.maxime cum tanquam odium,vt l. qui excep.de condi.inde.debeat restringi non ampliari. Pro prima parte facit ꝙ illa verba ipso facto,important canonem latę sententiæ, quia ex his demonstratur ꝙ non requiritur sententia, quo casu dicitur latę sententiæ canon, vt no.in c. cum esses,de sta.& in c.relatum,de iure patro.per Io. Andr.in c.j.de sagitta.& in c.j.de eo.qui fur. or. suscepit.per Archi.lxiij.distinct.Salonitanæ. Putarem aduertendum ad statutorum verba.l. semper.§.legem de iur.immuni.Nam si statutum quod permittit occidi bānitum simpliciter sic loquitur, cum debet habere etiam in eo,quia statuto sit bannitus propter verba generalia.l.j.§.& generaliter.de leg. præstan.l.j.§. lex falci.ff.ad legē. falcum simili. Et videtur casus cum glos.quæ secundum Bald. forte de iure ciuili non est alibi in l. amissione.§.qui deficiunt.ff.de capi.diminutio.Si vero statutum diceret ꝙ bannitus descriptus & registratus posset impune offendi. Tunc non verificaretur in eo qui ipso facto intelligeretur,vel esset bannitus,quia licet efficiatur bannitus non tamen efficitur registratus. & sic non verificantur verba statuti duo requirentia lege hos accusare.§. fina. de accusat. cum similib. Facit quod habetur in cap.fina.de electio.libro sexto, vbi licet præsentia suppleat citationem, nō tamen supplet aliā solennitatem quæ requiritur.& ideo actus nō valet. Si tamen tunc statutum quod facit eum bannitum ipso facto procederet vlterius, quia diceret eum etiam intelligi registratum, maius esset dubium. Putarem tamen si statutum diceret sit ipso facto bānitus & registratus posse impune offendi? Si vero diceret sit ipso facto bannitus & pro registrato habeatur, secus esset per no.in l.mercis. de verborum significatione, & in l.si maritus.§.primo. de adulter.per Bart. & latius.in lege si is qui pro empt.Et ideo in ista ciuitate additum fuit statuto ꝙ bāniti et registrati possint impune offendi.

De occurentibus post perfectum bannum ipsi bannito.



SEQVITVR videre. de secundo tempore, scilicet de occurrentibus post perfectum bannum ipso banno durante,quod tēpus vt dixi in procemio diuiditur in tres partes. Prima enim erit de his quæ banniti in seipsis patiantur, & agant cum eorum appenditijs. Secunda erit de his quæ per alios fiunt in eorum pręiudicium. Tertia erit de his quæ fiunt in eorum fauorem, quæ ideo postponitur, quia multę quęstiones erant pręambulum ad vltimum tempus. Et cuilibet particulæ præmittuntur, vt supra in primo tempore factum fuit, rubricę suarum quæstionum.Sunt ergo rubrice ſ. partis infrascriptæ.

SVMMARIVM.

1 ☙ An *valeat statutum quod cauetur bannitum posse impunè occidi. Et in ea de statuto quòd facit dominum.*
2 An *valeat statutum aliud quo cauetur quærelas bannitorum non debere audiri.*
3 Q*uid sit bannum & vnde dicatur.*
4 Q*uibus æquiparentur banniti de quibus agimus.*
5 *Quæ perdant tales banniti.*
6 *An bannitus vulnerans aliquem animo occidendi, debeat puniri pœna statuti, an verò pœna iuris communis.*
7 *Si aliquis fuit bannitus in quinquaginta pro vno crimine, in sexaginta pro alio, & ex alio ꝓcessu, An dicatur bannitus à centum libris supra.*
8 *Quid iuris si ex eodem processu pœnis tamen distinctis fuit bannitus.*
9 *Quid ex eodem processu pro pluribus criminibus in vna summa nulla facta summarum verbali distributione bannitus.*
10 An *bannitus tantum intelligatur in statuto loquente de bannito, & condemnato.*
11 *An banniti prædicti perdant eorum bona virtute banni.*
12 S*i bannum fuit pecuniarium, an fiscus possit accipere insolutum de bonis banniti.*
13 S*i cauetur statuto quòd bona delinquentis sint obligata pro pœna, an tunc bannum pecuniariū possit mitti executioni contra fideiussorem datū antequam esset contumax & bannitus.*
14 An *bannum pecuniarium possit mitti executioni contra fideiussorem, antequam esset contumax & bannitus.*
15 An *fideiussor sit liberatus, si bannitus captus à iudice aufugit.*
16 An *bannitus ex eo quod fecit contra statutum dicatur bannitus ob crimen læsæ maiestà. & sic perdat bona.*
17 *An quando bannitus perdit bona perdat etiam ea quæ sunt sita in alterius territorio.*
18 *An perdat solum præsentia, an etiam futura siue postea quæsita.*
19 *An in casibus in quibus banniti non perdunt bona eis existentibus in banno currit præscriptio.*
20 *An bāniti perdāt potestatē quam habēt in filios.*

An

contra talem bannitum securatum tulit iniquã sententiam.

72 *An stante dicto statuto, bannitus sub nomine hæreditario possit agere nomine proprio.*

73 *An bannitus retinens bona vel postea acquirens possit agere per procuratorem, stante statuto prædicto.*

74 *An bannitus possit cedere iura sua, vt sic cessionarius possit agere pro alio vt procurator.*

75 *Quid si ante bannum cesserat.*

76 *An bannitus possit agere pro alio vt procurator.*

77 *An bannitus non banniti hæres repellatur agens iure hæreditario.*

78 *Quid si cauetur statuto quòd bannitus non possit sua bona in alium transferre, an possit facere instrumentum si ante bannum promisit illud facere.*

79 *Egit creditor banniti contra eum qui bannitus potest se defendere, & fecit citare bannitum qui comparuit, quo viso creditor vult desistere, bannitus vero vult quòd procedat. Quæritur an bannitus audiatur.*

Et est duplex.

80 *An bannitus qui perdit iura suę ciuitatis, perdat etiam illa pro contractibus iam firmatis, quando non perdit bona vt beneficium guarentigiæ vel statuti dantis laudi executionem.*

Prima pars secundi temporis.



1 RIMO ergo quæro, an valeat statutũ † quo cauetur bannitum ꝓ maleficio posse impune occidi. Hæc quæstio est multum nota & trita, & propterea in ea non instabo. Concludens ꝙ cum tale statutum fiat ad publicam vtilitatem, tum vt homines a delinquendo terreantur. scientes se postea posse impune occidi, tum vt maleficia non remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & de sen. excom. vt fame, dicendum est tale statutũ valere. Ita disputando determinauit Iaco. de Are. et tenet Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de cõsti. iuxta fi. et ibi vide. Hoc autem indistincte tenuit Albe. vbi supra q. xvij. late referens rationes disputationis hinc inde. Et Gand. q. j. in materia bannitorum & alleg. l. vnica. §. sin autem. C. de rap. vir. Item Bar. in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. & l. oẽs populi. in iij. q. prin. & alle. pro casu l. iij. ff. ad l. Cornel. de sica. iuncta l. amissione. de cap. dimi. Idem etiam dixit in l. ij. C. quando vni. lice. sine iudi. vin. quæ allegatur pro casu quod etiam ibi tenet Bal. et licet alias dixerim istud intelligi verum qñ bannitus fuerat ex causa ex qua ei capto debeat irrogari mors quod et tenuit Ray. in repeti. l. omnes populi. Tñ nunc dico indistincte valere. Non enim solum hoc statuitur propter delictũ ob quod bannitus fuit, sed et propter eius cõtumaciã & inobedientiam factam suo principi. d. l. omnes populi, & sic si ei mors irrogatur non fit contra ius vt in c. ij. de maio. & obe. cum si. Ad rationes in contrarium factas responde vbi supra, & adde quæ dicam infra in ij. parte huius temporis. q. xlix. in qua tractabitur an bannitus offensus posit se defendere et eadem parte. q. ij. Dixit etiam Bal. quod valet statutum quo cauetur quod capiens bannitum efficiatur dominus bãniti per tex. in l. dilationum. C. qui ad lib. procla. non li. vt ibi per eum. Ad quod facit l. seruitutem. de iur. iu. iunctis quæ superius dicta sunt.

2 Secundo quæro † an valeat illud statutũ quo cauetur querelas bannitorum audiri nõ debere. Hæc questio statuto ita dictante facilis est. Expeditur enim in breuibus tale statutum valere. Concordat enim cum legum dispositione, quæ multoties contumaces taliter puniunt l. sed & si per prætorem. §. ait prætor. ff. qui. ex cau. ma. & ibi Bar. & Bald. hoc dicunt. facit C. de remis. pigno. l. si eo tempore. cũ concor. & de re iudi. l. cõtumacia. & idem firmat Bar. in l. cum mulier. solu. mat. per dicta iura. facit l. sancimus. C. de iudi. & si vis ad saturitatem videre iura denegantia audientiam cõtumaci vide in Spe. de actore. versi. itẽ quod fuit cõtumax, & ibi in addi. & vide de hæreticis. c. super eo. lib. vj. ff. si quid in fraud. pa. l. j. & §. & alias, et de his quæ in frau. cre. pupillus, & de iure deliberã. l. si extraneus. Si vero statutum diceret quod non fiat ei iustitia, dixit Inno. tale statutum non valere, quia directo disponit contra ius diuinum de cõsti. c. quæ in ecclesiarum, quod etiã sequitur Ang. in l. iiij. C. pro emp. Sed si diceret ꝙ ei ius nõ reddatur puto valere statutũ, quia siue iuste siue iniuste dicitur ius reddi. & sic potius denegatur factũ quam iustitia. l. pen. ff. de iusti. & iure & l. j. de iurisd. omn. iud. Si autem diceret non audiatur etiã defendendo dicam vbi supra remisi in fin. proxime quæstio.

3 Tertio visa validitate † dictorum statutorum quæritur quid sit bannum & vnde dicatur. Istam quæstionem ponit Albe. vbi supra quæstione prima. & multa dicit. Ego autem breuiter me expediam supra enim in proœmio dixi multiplices esse species bannitorum. & ideo non de omnibus est inculcandum, vt fecerunt illi de quibus ibi dixi. Quantum ergo ad propositum attinet sto cum dicto Nicolai de Mat. de quo facit mentionem Alberic. vbi proxime dixi. Quod bannum de quo agimus est quædam iudicialis sententia pœnalis lata in absentem contumacem virtute statuti. Quod vt supra dixi in proœmio valet et fieri potest. Quantum autem ad alios effectus bannum quandoq; aliter diffinitur. Dicitur enim quandoq; multa vt dixi supra in j. q. vltimæ partis primi temporis. quandoq; dicitur bannitum, id est, proclama siue cõminaria vt quando

quando dicitur ꝙ certum quid fiat, vel nō fiat publice bānitur sub certa pœna. C.cō. vel epist. per totū. & habetur in l.iiij.ff. de cust. reo. Quandoq; dicitur sententia annotationis bonorum & banni. quod qualiter intelligatur habetur in l.absentem. de pœ. & in l.j.de requi. reis. & in concordan. quæ non sequor ne extra propositum euagari contingat. Vnum tñ nolo omittere quod dixit Alber. vbi supra, ꝙ si proclamatur aliquid nō debere fieri sub pœna banni. & alia quantitas non exprimitur in banno, si per statutum, vel consuetudinem aliter non declaratur ꝙ intelligetur pœna solidorum lx. per tex. cum gl. in lombar. in titu. de exercitalibus lib.j.l. quicunq;. quod esset no. si esset verum. Sed non credo, nisi forte in casu quo banniretur vnumquemque debere ire in exercitum, vel contra inimicos sub pœna banni vt ibi & eodem volumine lib. iij. & in tit. de his qui ad patriam defendendam ire neglexerint. l.j. & ij. In aliis proclamationibus, comminationibus, siue bannis non exprimentibus certam quantitatem puto dicendum si aliter declarari non potest intelligi secundum arbitrium proclamari facientis. ff. si quis ius dicen. nō obtem. l.j. & de pę. l.hodie. cum si. Et vide quæ dicam infra parte sequenti huius tēporis q.lxiij. & hoc de prima parte qōnis videlicet quod sit bannum. Vnde autē dicatur bannum, bannire, siue bannitio multi multa dixere. Sciendum tamen ꝙ in antiquis legibus istud vocabulum non inuenitur. Sed glosa et iura nouissima allegata in prooemio de eo faciūt mentionem. & dicitur secundum Nicolaum de Mat. Bannum a banderia, id est, paruo vexillo, quod est publicum militare signum. ex quo dicit ꝙ bannum est publica dictio, id est, interdictio ab honoribus & officiis & statutis ciuitatis. Vnde secundum eum dicitur bannio Titium id est, contra Titium publice procedo. Sed istud potest verificari in bannimentis in quibus assignantur termini ad comparendum non autem in diffinitiuis, quia illa sine vexillo & bannimento publice ꝓferuntur. & ideo dicunt alij vt colligitur ex no. per Dyn. in l. reos. C. de accusa. per Bald. in l.j. de hæredi. instituen. quod cum sit adinuentum ad similitudinem excommunicationis per quam in foro ecclesiastico quis eiicitur extra communionem ecclesiæ, & inde dicitur excommunicatus. et vocatur acrimonia, id est, a gremio ecclesię separatio, vt C. de sacrosanct. eccle. l.placet. in fi. ita per bannum in foro ciuili extra communionē secularium beneficiorum quis ponitur. Ad quam similitudinem allegauerunt in vsib. feud. hic finit lex corta. & incipiunt consuetu. re. §. primo. ex quo secundum Cy. idem est bannire, id est, extra beneficia bannientis ponere. Sed istud etiam generaliter non est verum, quia ex solo banno non semper ponitur quis extra beneficia, vt patebit ex his quæ inferius dicentur & maxime qō. sequen. & seq. Et ideo, quia disputatio nominum est pertinacibus relinquenda vt l.ij. C. de constitu. pecu. In hoc non amplius insisto, maxime quia talia ad beneplacitum fuerint adinuenta. Bannum enim quandoq; significat, proclamationem id est, citationem cum assignatione termini ad comparendum in iudicio. Quādoq; significat pœnā quę apposita est in proclamate contra aliquid facientibus vel non facientibus vt dicta l. lombardiæ. Quandoq; significat ipsam sententiam diffinitiuam siue quando fit ex forma iuris communis. Quandoq; fit ex forma statutorum vt in iuribus supra in prooemio allegatis. Quandoq; nō significat pœnā sed præmium, vt quia mittitur bannum quod quicunq; inierit exercitum habeat. xx. solidos pro die, vel quid aliud. & tunc non potest dici de bono itur ad malū, immo de bono ad bonū. in superfiuis itaq; & paruæ aut forte nullius vtilitatis non insistens cū talibus vulgi opinio. omni significatui præferatur. l. cum de lanionis. §. asinā. ff. de fundo instruc. l. librorum. §. quid ergo. versi. quod tamen cassius. de legat. iij. de suppelle. lega. l. Labeo. cum simili. Concludo ꝙ non potest in genere recte dici vnde dicatur, & quid sit bannū. Quantum autem ad propositum attinet dico vt supra dixi. Et ita se habet communis vsus loquendi. Quando enim quis petit, vel habet sententiam prædictam, dicit da mihi, vel ego habeo bannum Titij. Et sic stat vera diffinitio supra dicta quod etiam confirmabitur ex his quæ statim dicam in sequen. quæstione. Si aliter videre velis recurre ad loca superius allegata. Et quod dixit Angel. in sua disputatione, quæ incipit Duo fecerunt, &cet.

4 Quarto quæro † quibus æquiparantur banniti, de quibus agimus. Ista fuit quæstio gloss. in. §. relegati. institu. quibus modis ius pat. pot. solu. & demum per multos agitata vt habetur per Cyn. in l.j. de hæredi. instituen. per Ioan. And. in addi. Spec. titu. de cessio. actio. §.j. ver. illud etiam quæritur per Albe. vbi supra qō. xiij. per Bal. in d.l.j. per Angel. in disputatione sua de qua dixi in fine proximæ quæstionis & ante eum fuerat disputata per Bart. vt patet in vulgari eius disputatione quę incipit, Statuto Lucanæ ciuitatis &c. Quæ quia communiter habentur hic non repetam, sed succincte tangam, quæ meo iudicio sunt ad nostrum propositum necessaria. Concludit enim Bartol. post multa ꝙ non æquiparantur deportatis, non relegatis, non excommunicatis in omnibus, licet in aliquibus cuilibet æquiparentur. & sic de vno ad alium non est licita argumentatio. l. fin. ff. de calum. sed dicit eos esse hostes & transfugas suę ciuitatis, quod ostendit primo ab effectu. Illi enim sunt transfugæ qui ab his sub quorum imperio sunt desistunt & in numero hostium se conferunt. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi dimi. Sed ex bannitus ideo ponitur in banno, quia inobediens est his sub quorum iurisdictione fuit hic est, & sic confert se in numero aliorum bannitorum, id est, hostium ciuitatis suæ, ergo potest proprie dici transfuga. Sed ista prima ratio non est vera. Non enim bannitur propter inobedientiā, sed propter confessionem resultantem ex contumacia & sic propter delictum, vt ipse idem Bartol. dicit in l. omne. ff. de re mili. Et dicam infra in secunda parte huius temporis quæstione lix.

lix. Item quia necesse esset quod conferret se ad alios bannitos, vt dicitur in transfuga, quod non est verum. Secundo probat ipse etiam ab effectu licitum est impune occidi transfugam. ff. ad legē Corneli. de sicca. l. tertia. §. final. et sic bannitum, ergo &c. Ista etiam ratio non est vniformis. Ad substantiam enim & esse banniti nō requiritur ꝙ possit impune occidi, quia non sequitur quis est bannitus ergo potest occidi, nisi alio statuto disponatur vt dicetur infra in pluribus quæstionibus, & maxime in fine huius, & infra in sequenti parte quæstione lv. & habetur per Docto. in locis supradictis. vbi ergo hęc non disponit statutum, hęc ratio nihil valet. Probat ipse tertio quælibet ciuitas potest habere suos hostes si eis bellum indixit. l. si quis ingenuam. §. fin. de cap. & not. eodem titu. l. hostes. Sed talibus bannitis ciuitas bellum indixit permittendo eos occidi impune, ergo sunt hostes ciuitatis. Hæc etiam ratio non est vniformis vt prædixi. Addit ipse aliam rationem, q. quando subditus repugnat domino potest dici hostis. l. si seruus. C. de his qui ad ecclesi. confug. sed bannitus rebellat se ergo potest dici hostis. Ista ratio etiam non procedit. Nam sequeretur ꝙ omnis delinquens esset hostis. repugnat enim legibus suæ ciuitatis, et tamen non iudicatur hostis, immo quandoque acriter, quandoque leniter, quandoque mitissime punitur, & non vt hostis. l. aut facta per totum. ff. de pœnis. l. absentem. in fin. ff. eodem tit.

Sicque non concluditur ꝙ banniti de quibus agitur possint vniuersaliter hostibus æquiparari. Possunt enim quandoq; impune offendi, & quandoque non. Et tamen sunt banniti. Præterea pone ꝙ statuto caueatur offendentem bannitum puniri in medietate pœnæ, erit ne tunc hostis? certe non, etiam secundum Bart. & tamen bānitus erit. Nulli ergo prędictorum æquiparantur, quod etiā tenuit Bald. in dicta lege prima. de hered. institu. vbi multos refert. vbi vide si amplius videre cupis. & ideo restat quod sit quoddam genus de per se sub nomine bannitorum, & ita vt dixi supra quæstione proxima vulgariter appellantur. & est tale genus stricti iuris, adeo ꝙ quicquid expresse in statutis quorum virtute banniti sunt non dicitur, illud intelligatur omissum. l. quicquid astringendæ, de verb. obli. secundum Bal. de quo tamen infra in sequentibus quæstionibus aliqua tractabuntur. Vbi ergo sit solum statutum ꝙ contumax habeatur pro confesso & possit in banno poni pro ea pœna quæ imponeretur pręsenti bannitus tunc nec exulibus siue bannitis de iure communi, nec deportatis, relegatis, excommunicatis, aut hostibus poterit comparari. Si vero sint alia statuta de quibus supra maxime in proemio dictum est, satis tollerabiliter dici posset eos hostibus comparari, de quo dicam infra dum tractabo de receptatione bannitorum parte tertia huius temporis, & sic patet ꝙ d. glos. §. relegati non est vera. Dicit tamen Ang. vbi supra quędā verba quæ quia pulchra sunt hic placet inserere. Quod quidam sunt banniti imperialis culminis, vel apostolicæ sanctitatis, & quia perdunt ea quæ sunt iuris ciuilis & per consequens bona, possunt æquiparari deportatis. Et de isto genere bannitorum loquitur tex. C. de epis. & cle. auth. item nulla cōmunitas. & authen. item quecunque. & iura quæ ibi allegantur. quidam vero sunt banniti ab inferiore nō habente potestatem deportandi, nec priuandi subditos beneficio iuris ciuilis, quoniam talia non sunt imperij eorum. & tunc si bona eorum publicantur, bellum tamen eis non inducitur, equiparantur vere deportatis, quia sicut deportati perdunt ea quæ sunt iuris ciuilis, nec tamen eis bellū inducitur. ff. de re iudi. l. si victum, & de pro non scrip. l. si in metallum, & in cor, de inces. nu. circa prin. Sed banniti tales perdunt bona & beneficia ciuitatis suæ, & tamen non possunt offendi. Sed hoc non procedit ꝙ ęquiparentur deportatis quia deportatis interdicitur omnis locus excepta insula in qua deportatus est, bannitus autem talis potest stare in omni loco excepto loco a quo est bānitus. Si autem haberent potestatem deportandi, dicit tunc bannitos tales vere ęquiparari deportatis, & testari non posse & patriam perdere, vt ibi per eum. Quod est multum periculosum in terris quæ habent ex concessione iure vicariatus, vel Imperij & habent insulas, ideo non credo verum si eos in banno ponit seruata forma statuti. Et sic virtute statutorum non virtute iuris communis quod etiam patebit ex his quæ inferius dicentur in particularibus quęstionibus. Ista tamen disputatio parui est effectus, vt infra patebit. Et ideo in ea amplius non insisto.

5 Quinto quæro † quæ generaliter perdant banniti nostri temporis. In hoc multi multa dixerunt inculcando leges de alijs bannitis loquentes, vt refert Bald. in d. l. j. de hære. instituen. Bar. autem in dicta disputatione referens Iac. de Are. in l. ex facto. ff. ad Trebel. concludit eos perdere omnia iura suæ ciuitatis pro suo commodo facientia. Ea autem quæ suum incommodum concernunt, nullatenus ei relaxantur, pro quo facit quia non debent de pœna præmium reportare. Iura autem gentium & iura communia minime perdunt rationibus & iur. ibi per eum allegatis. Bal. tamen in d. l. j. dixit ꝙ si est bannitus ex tali delicto ex quo de iure communi deberet deportari tunc perdit in territorio suæ ciuitatis non solum illius ciuitatis iura, sed etiam iura ciuilia, & nihil allegat, nisi quod hoc ideo est quia, pœna adiecta in bāno succedit loco deportationis. Ego autem sto cum opi. Bar. quę est communis ꝙ in territorio suæ ciuitatis nō perdat iuris communis dispositionem, ad quod facit dictum Cyn. in l. reos. de accus. de quo dixi supra in iij. q. huius partis, quia bannire nil aliud est nisi extra beneficia bannitos ponere. Ac etiā quia non secundum ius commune punitur, sed secūdum formam statuti. Item quia non est verum ꝙ illa pœna succedat loco deportationis, vt patet ex not. in l. j. §. deportatos. de le. iij. & l. si quis filio exhæredato. §. hi autem. & §. irritum. de iniusto testamen. Ergo est per se alia pœna loco pœnæ extinctę. Et sic suum assumunt vigorem non autē antiquum. l. qui id quod. ff. de don. cau. mor. & qđ habetur in l. si eum. §. qui iniuriarū ff. si quis cau.

Dico

Dico etiam ꝙ perdit dispositionem iuris communis in sui fauorem, si illius loci statuta aduersaretur: sunt enim legibus præualentia. vt l. omnes populi, & sic in sui odium disponentia, ergo illa nõ perdit vt dictum est supra. Retinente ergo iura gentium. l. si tibi mandauero. §. is cuius bona. ff. man. Item iura ciuilia romanorum siue in sui odium, & hoc indistincte, siue in sui fauorem disponant, nisi hoc secundo casu a statuto iura communia sint correcta. Tunc enim in territorio suę ciuitatis ius illud commune in sui fauorem allegare non poterit. Item ligatur statutis suæ ciuitatis in sui odium disponentibus sicut ligaretur nõ bannitus secundum ea quæ habentur in l. cunctos populos de summa Tri. & ideo omnia statuta priuatiua porrigentia effectum suum extra territorium secundum ibi no. per Doct. locum habebunt in talibus bannitis quocunq; vadant, fauorabilia autem statuta, nec ibi, nec alibi poterant allegare, quia illa omnino perdiderunt, vt in iuribus supra alle. & vide l. amissione. §. qui deficiunt. & l. tutelas. ff. de ca. dimi. ex hoc summo multæ terminantur quæstiones, vt infra patebit.

6 Sexto quæro † de iure communi pro vulnere est pœna mortis. C. ad leg. Corne. de sicar. l. is qui cum telo. ff. eo. l. j. ex forma statuti pœna est pecuniaria. Bannitus in ciuitate, vel territorio a quo est bannitus vulnerauit aliquem animo occidendi & non occidit, quæritur qua pœna debeat puniri. & videtur ꝙ pœna corporali quia perdit iura statutorum vt supra sic quantum ad eum remanet iuris communis dispositio. Contrarium determinat Bald. ff. solut. matrimo. l. cum mulier. quia statutum recessit a pœna iuris communis, & pœna statuti est loco illius. l. qui cum vno. §. qui post. ff. de re mili. nec dicitur hoc statutum esse beneficium siue statutũ ꝙ pœnæ minorationem vel alterationem inducat arg. C. de his qui not. infa. l. & verior. cum simi. In pœnis ergo maioribus includuntur banniti secundum eum sicut alij non eorum fauore, sed natura legis quæ est generalis, & qualiter omnes ligat hoc potest esse verum si processus est simpliciter formatus. Tunc enim secundum illius tenorem debet formari sententia. l. cum fundus. ff. communi diui. de accusa. l. senatus cum sua materia. Si vero est formatus tanq contra bannitũ, forte non procedit dictum Bald. quia in veritate statutum ei non opitulatur, sed secundum ius commune tractari debet vt supra. Ipse enim ab ipso statuto exemptus est, vt. §. qui deficiunt. Sed pro Bal. facit quia & forensis secundum statutum punitur, & non secundum ius commune. Sed respondetur quod ille forẽsis nunquam perdidit statutum, sed bannitus illud perdidit. Ideo forte verum est quod dixi, quia tamen processus communiter formatur simpliciter omissa banni qualitate Bal. opi. est in vsu.

7 Septimo quæro † statuta prædicta dicunt ꝙ bannitus a cẽtum libris supra possit offendi &c. Titius pro furto fuit bannitus in quinquaginta, deinde, pro vulnere vel alio maleficio ex alio processu fuit bannitus in octuaginta, quod fieri potest, vt dixi supra in tempore. j. parte. q°. iij. An in eo habebunt locum statuta prædicta. Bar. dicit ꝙ nõ, quia quinquaginta & octuaginta non sunt centum triginta. l. vbi fideiussor. ff. de solu. & ibi per eum. & in l. ij. §. j. de con. insti. & quod habetur in l. quoties in stipulationibus. ff. de verb. obli. & sic non est bannitus a centum libris supra. Ita etiam tenuit Bal. & dicit fuisse consultum per Ioan. Pagla. in. §. hęc autem tria in proœmio ffotum.

8 Octauo quæritur † Titius fuit in eodem processu inquisitus distincte pro pluribus percussionibus, & demum fuit bannitus hoc modo in libris. cc. videlicet in quinquaginta pro percussione in brachio. In vigintiquinq; pro percussione in pectore. & in lx. pro percussione in facie. An dicetur comprehendi in statuto prædicto. Bart. in l. Lucius. §. quę habebat. ff. ad Trebel. dixit ꝙ nõ, quia perinde habetur ac si ab initio summas separatim excessisset per l. ædiles. §. fi. cum gloss. sua. ff. de ædi. edic. & d. §. quæ habebat. Et idem dicit per dicta iura in dicta l. vbi. & facit. ff. de iurisd. om. iud. l. si idem cum eodem, in princip. In contrarium tamen facit. ff. de appella. l. si qui separatim. §. j. et ibi tangit Bar. & non respondet vbi dicitur ꝙ plures summæ diuersarum specierum eadem actione petitę cumulatę considerantur. Dicunt quidam ꝙ dictum Bar. procedit, quando illę summæ imponuntur pro maleficijs quibus agitur diuersis actionibus numero, alias locum habet lex si qui separatim. Et ideo secundum eos si dictæ pœnæ imponerentur ex eodem statuto locum non habet dictũ Bart. quia fit cumulatio vt ibi, secus si imponantur per diuersa statuta. Tunc enim debentur diuersis actionibus numero, & ideo non fieret cumulatio. Sed credo simpliciter dictum Bar. verius per iura prædicta siue imponantur ex eodem statuto siue ex diuersis. Ad inducendum enim odiũ nunquam fit cumulatio, vt d. l. si idem, non obstat lex si qui separatim, quia ibi inducitur cumulatio ad fauorem, vt ibi patet. Intelligo autem verum esse quod dixi quando imponuntur pœnæ pro maleficijs separatis. Secus si imponantur pro vno maleficio habente plures qualitates. l. nunquam plura. ff. de priua. deli. l. qui de crimine. C. de accu. de quo dic vt ibi infra. q. proxima.

9 Circa idem quæro nono. † Formato processu de pluribus separatis maleficijs pro quorum quolibet est ex forma statuti pœna minor centum libris. Iudex in simul & semel nulla facta distributione condemnat in tota summa, puta in ducentis, vel trecentis. Quæritur an intelligentur plura banna, an vnum tantũ. Hæc quæstio est subtilis & pendet a notatis in l. scire debemus. ff. de verb. obli. & in l. cum eiusdẽ. & l. ædiles. aiunt. in fin. de ędil. edic. & l. quod si vno. de actio. emp. Mihi tamen sic videtur dicendum [illegible] ut maleficia sunt separata. idest diuersis temporibus facta. Et tunc cum cumulatio fiat respectu diuersorum & ad diuersos fines, scilicet

pro

pro vnoquoq; fiat solutio dicentur tot cōdēnationes & tot bāna quot sunt pcussiones. l. scire debemus. palle. & l. falsa in fi. & de cōd. & demō. maxime qn̄ in inquisitione est apposita illa clausula, sup quibus omnibus singulis &c. Quia tn̄ possunt etiam ad voluntatem agentis vnite considerari, vt not. in l. & si vno. & in l. in commodato. §. duabus. ff. commo. poterit talem bannitum offendens ad sui beneficium & excusationem allegare, & vnicum dicetur bannum vt ibi. Si vero sunt facta eodem tempore, tunc sine dubio vnica est condēnatio, vt l. quoniam multa. C. ad legem Iul. de vi. & ff. de adul. l. denunciasse. §. quid tamen. cum ibi not. & per Bartol. in l. hos accusare. §. lege Iul. de accusat. Communiter tenetur quod saltem ad excusationem offendentis qui videt vnam summam excedentem centum dicatur vnum bannum. Quo autem ad alios effectus, scilicet an debeat audiri in iudicio, vel non, & sic de similibus potest esse dubitatio supra dicta quæ nullo modo esse poterit si pro percussione pœna est arbitraria. l. j. C. si plures vna sen. cum ibi not.

10 Decimo quæro † statutum loquitur de bannito & condemnato ꝙ possit impune offendi. Habebit ne locum in bannito tantum, vel condemnato tantum. Dicit Bal. ꝙ non, quia requiritur vtrunque copulatiue. ff. de condi. insti. l. si hæredi plures, cum simi. ita no. in l. qui duos. ff. de in ius vocan. Quod credo verum, nisi probaretur ꝙ tempore statuti cōfecti communis vsus loquendi fuerit quod bannum vocaretur potius condemnatio, quia tunc illa dictio, & videtur potius adiecta ex plenitudine locutionis quam vt denotaret vtriusque concursum secū dum no. in l. eos. de condi. & demon. & quod habetur in l. prima. de iusti. & iur. Facit quod habetur in l. j. de infami. & vide quod habetur in l. legatis. de leg. iij. & per Dyn. in c. generi. de regu. iur. libr. vj.

11 Vndecimo quæro † viso in quibus bannitis locū habeant statuta. An bannitus in personam perdat bona vt sic dicantur confiscata, & loquor de bonis quæ tunc habebat. In hac qō. Guil. in Spec. de instru. edi. §. compendiose. ver. quid de bannito, videtur concludere ꝙ non si est bannitus ex leui causa, secus si ex graui. Tunc enim æquiparatur deportatio, & ideo perdit bona. Facit secundum eum. ff. de his qui notan. infa. l. quid ergo. §. fi. & alleg. not. in. §. relegati. insti. quib. mod. ius pa. pot. sol. Sed ibi glo. loquitur de eo cui expresse bona sunt adempta. Meo iudicio quæstio hæc requirit altiorem indaginem. Primo enim videndum est an de iure communi damnati ad mortem perdant eorum bona. In quo non intendo disputare, de hoc habetur in authen. bona damnatorū. C. de bon. damnato. & ibi per gl. & Cy. & per glos. & Bartol. ff. eo. titu. l. prima. Et concludstur ꝙ in casibus in quibus de iure antiquo expresse disponebatur de adēptione bonorum & per se principaliter nō in cōsequētiā alterius pœnæ. Iura antiqua nō corrigantur, sed bona etiam tūc publicentur, vbi vero tacite veniebāt in publicatione, & in consequentiā alterius pœnæ iura antiqua non corrigantur, sed bona etiam tunc publicentur. Vbi vero tacite veniebant in publicatione, & in consequentiam alterius pœnæ iura antiqua corrigantur, quia tunc bona nō publicātur excepto crimine læsæ maiesta. vt in d. authē. bona. & C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. & de crimine hęresis, vt in auth. gazaros. C. de hæreticis. Nunc ad propositū qn̄ quis bannitur ex forma statuti nō loquor de eo cuius bona fuerint adnotata de quo habetur in l. j. de requiren. re. cū cōcordā. Aut per statutū disponitur aliquid circa bona, & illud seruandū est, aut nihil disponitur. Et tūc aut bannitur ex crimine propter quod de iure cōi bona non auferebantur, & illa non perdit. Nec obstat quod superuiuat quia hoc est de facto non ex vi sentētiæ, damnatur enim ad mortē, adeo ꝙ si caperetur nō superuiueret, & propterea quantū ad bona idē est ac si mortuus esset quia illa fiscus occupare non potest dicta authen. bona. Si vero bannitur ex causa propter quam bona de iure auferebantur, & tunc illa perdit per eandem rationē & auth. Quod est verū si illud in sentētia banni exprimitur, alias non, sunt enim stricti iuris, & ideo non extenduntur banna. l. quicquid. de verb. ob. & l. si patronus testa. §. si quis cum esset. de bon. liber. Ita firmat Bald. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. & in c. j. de pace tenen. collatio. x. & ita ēt consultum fuit & obseruatum in hac ciuitate in magnis causis, propter quod ordinatū est quod rectores bannientes & condemnātes debeant sub pœna expresse confiscare bona. Perdūt ergo banniti bona si in eorum bannis fiat mentio alias non nisi in l. quisquis. & l. fina. ad l. Iul. maiesta. & vide quæ dicam infra vltimo tempore parte ij. q. ix.

12 Duodecimo antequam † veniā ad examinationē effectus talis bonorū adēptionis quæro aliqua. Titius ex maleficio fuit bānitus in mille de quo non debeat eximi, nisi in condemnationē soluerit. Titius non soluit, sed exulat & sic capi non potest, An fiscus possit de suis bonis accipere in solutum vsque ad concurrentem quantitatem. Et videtur primo ꝙ sic, quia cum sit lata sententia & valida, ergo meretur executionem, & poterit mādari executioni officio iudicis maleficiorū, quia idem iudex qui pronuntiauit debet exequi. C. de bon. dam. l. si quis intra. In contrarium videtur quia hic videtur esse debitor alternatiuus, videlicet quod aut stet in banno, aut condemnationem soluat. Et certum est quod in alternatiuis est electio debitoris. ff. de eo quod cert. loc. l. iij. Præterea cum paret banno satisfacere videtur, satisfactio enim hic in non satisfaciendo contingit, ergo si satisfacere videtur, non potest ad aliud compelli. ff. de condi. ob cau. l. dedi. in prin. ex hoc sequitur ꝙ si moreretur in banno, executio non posset fieri contra hæredes. Verba sunt Bald. in dicta authenti. bona damnatorum. Sed meo iudicio non sic leuiter est agen-

dum, quia hæc quæstio pendet ab eo. An bona delinquentis sint tacite obligata pro delicto ipsi fisco, quod videtur, licet pro illa obligatione creditoribus non præferatur. C. de pen. fisca. credi. prædi. l. j. & ibi not. & in l. rescriptum. in princi. ff. de pac. licet vt plurimum in contrarium allegetur & male. & istud tenuit Dyn. in l. quod placuit. ff. de iure fis. Sed Bar. eod. tit. in l. aufertur. §. fiscus, tenet fiscum non habere tantam hypothecã alias enim indistincte reuocarentur alienata post delictum, quod est falsum. l. si quis posthac. C. de bon. dam. & post contractum. de dona. pro hoc facit quia ante sententiam pœna non debetur iure obligationis vt ipse idem dixit in lege in fraudẽ. in princi. ff. de iure fisci. & in l. fina. de iniur. ergo bona non possunt esse obligata & istud credo verum quod sic ostendo. Obligatio realis præsupponit personalem. l. fideiussor. obliga. in princip. de fideiusso. Sed pro delicto quis non est personaliter obligatus ante sententiam de iniur. l. non solum. §. j. & probatur institu. de pu. iudi. in princi. & . §. penulti. ergo &c. Non obstat. l. prima. §. bestias. & quod ibi not. ff. de postulan. & in l. rescriptum. ff. de pact. vbi glo. videntur velle, ꝙ delinquens se obliget ex consensu ad pœnam. Quia aduertendum est quod quatenus delinquens potest ciuiliter conueniri dicitur large obligatus, non tamen ciuiliter, sed naturaliter tantum, & ideo non potest agi contra eum vt habetur in dicta l. non solum, cum similibus. Quatenus autem criminaliter agitur, id est, ad pœnam applicandam fisco, nullo modo est obligatus, & ita determinat Bartol. in extrauagan. ad reprimen. super verbo, meretur. Post sententiam autem condemnatoriã diffinitiuam, non dico banni, bene potest agi contra ipsum tanquam contra debitorẽ propter quasi contractum factum in iudicio. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. secundum Bartol. in consi. quod incipit, statuto communis Tuderit, de quo dicam hoc eodem tempore parte vltima quæstio. xvij. licet tamen sit per sententiam obligatus non tamen eius bona sunt obligata, quia iure cautum nõ reperitur. Sic itaque concluditur quod tale bannũ non potest in bonis executioni mandari. Sententiam autem condemnatoriam secundum Bald. bene poterit executioni mandari, vt ipse not. in l. cunctos populos. vlti. quæstio. C. de sum. Trin. & fi. catho. Cuius dicta sic debent intelligi alias sibi inuicem contraria videfentur.

13 Sed quæro tertiodecimo † pone ꝙ statuto cauetur ꝙ bona sint obligata pro maleficio & pro certis maleficijs imponatur pœna pecuniaria. An tunc bannum poterit mitti executioni in bonis. Dic, ꝙ aut bona detinebantur per tertium ante bannum, & non poterit mitti executioni in talibus bonis, quia sententia lata per contumaciam non præiudicat tertio, cui alias præiudicaret lata contra præsentem vt habetur. ff. de euictio. l. si ideo. & C. de pignor. l. si præses, & quod ibi not. per Bartol. in l. si superatus. ff. de pignor. vbi omnino vide, facit quod habetur in l. [illegible] ij. C. quando ex fact. tuto, & plene per Bart. in l. cum filius. in princi. de verbo. oblig. Si autẽ cœpit possidere post latum bannum, tunc poterit contra ipsum mitti bannum executioni, vt dictis iuribus. & l. præses. & l. si superatus. & l. si mater. §. fi. de excep. rei iudi. cum simi. & in simili cõsuluit Dyn. in quinto consi. quod refert & ampliat Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de teste. §. nunc tractemus in addi. magna. vbi omnino vide quia not. loquitur. & intellige secundum notata per Bart. in l. a diuo pio. §. si super rebus de re iudi. & in l. iij. C. de pigno. vbi declaratur quod tangit Cyn. in l. vna. C. de alie. iudi. mu. cau. fac. Si autem possidentur ab eo, tunc dic vt habetur in l. a diuo pio. §. primo. de re iudi. cum ibi not.

14 Quartodecimo circa idem bannum † pecuniarium etiam quæro, Inquisitus de delicto ex quo pœna pecuniaria veniebat imponenda, & sic in accusato, promisit ante lit. contest. se repræsentare potestati ad omnem eis requisitionem, & dedit fideiussorem qui promisit eum repræsentare, aut condemnationem soluere, deinde iudex principalem contumacem in banno posuit secundum formam statuti in pœna pecuniaria a statuto disposita. Quæritur an tale bannum possit contra fideiussorem executioni mandari. Dices tu hæc quæstio formatur in multis locis. Sed quia diuersimode reperitur formata omissis superfluis per viam distinctionum partim dicendo, partim remittendo, hũc articulum declarabo. Quandoque enim fideiussor promisit simpliciter de iudicio sisti. Et tunc qualiter teneatur habetur in l. græce. §. & post litem. ff. de fideiuss. & in l. sancimus. C. eod. titu. & dic vt ibi & eod. titu. l. pen. Quandoque promittit repræsentare reum, & tunc aut sub certa pœna vt habetur in l. ij. in fin. ff. qui satisda. cogan. & si non repræsentat potest ad illam pœnam extra ordinem conueniri, idest iudicis officio contra ipsum procedi vt not. in l. si quis reum. ff. de custo. reo. Si vero promittit soluere iudicatum, tunc potest executiue conueniri vt habetur per Bart. in l. fina. C. de vsu. rei iudi. & in l. j. ff. iudi. sol. per Iacob. But. & Bald. in l. ij. §. j. ff. qui satisda. cogan. & habetur in Specu. de execu. sen. §. sequitur. versic. quid si sententia. Et ideo in proposita quæstione tenetur eum præsentare, & si nõ repræsentat, cogitur soluere quod in banno continetur per iura prædicta. Idem determinat Bar. in l. si quis reum. præalleg. Et clarius in bannito determinat Guil. in Spec. de accu. §. sequitur. ver. item quæritur ecce. vbi omnino vide. si autem simpliciter promisit repræsentare ad voluntatem iudicis. Tunc tenetur etiam post sententiam non ad condemnationem; quia illam non promisit, sed ad pœnam extraordinariam quam iudex ei imponere vellet propter inobedientiam, vt d. l. si quis reum, & ita firmat Guil. in d. §. sequitur. ver. porro. An autem excusetur propter bannum vide in l. si decesserit. ff. qui satisda. cog. Et plene in dicto. §. item quæritur. Et vnum not. quod quando post condemnationem quis simpliciter fideiubet, non videtur fideiubere de repræsentando, sed soluendo.

uendo. Et ideo sine dubio tunc per causam superuenientem in personam condemnati ab obligatione non exoneratur, vt l. si vero, in princ. ff. qui satisda. cogan. quod principium sic intelligo, vt ibi plene dixi.

15 Quintodecimo quæro † Bannitus pro quo fideiussor erat obligatus peruenit in fortiam iudicis deinde aufugit. Quæritur an fideiussor amplius teneatur. Ioan. And. in versi. item quæritur allegato supra in fine proxi. quæst. concludit quod amplius non teneatur. Et ibi allegat plura iura. quod in d. l. si quis reum. ff. de custo. reo. intelligit amplius verum esse, nisi promisisset repræsentare eum toties quoties iudici placuerit. Tunc enim dicit per primam præsentationem non liberari, sed per secundam. ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. si quis decem. & ad l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. respondet quod ideo intelligitur toties quoties opus est quia per nouam editionem non inducitur nouum grauamen. At in proposito per reiteratam repræsentationem semper inducitur grauamen nouum ideo liberatur per secundam vt in. §. si quis decem. Credo quod dictum Ang. posit procedere post sententiam interueniente fideiussore de repræsentando. Sed si promisisset ante latã sententiam dicta verba importent toties quoties opus erit, quia sic est de natura iudicij, & sic debent intelligi. l. si vno. ff. loca. & l. si stipulatus. de vsu. & l. damni infecti quidam, in prin. ff. de dam. infe. cum si. & ideo vsque ad sententiam semper tenetur vt d. l. veluti. §. hæc vox. Sed post sententiam semper facta repræsentatione, vel eo semel capto fideiussor amplius non tenetur per iura per Ioan. And. allegata. Nec obstãt verba toties quoties, quia intelliguntur vt dixi. & quia verbum placuerit importat arbitrium boni viri l. thais. §. sorore. ff. de fideicom. lib. qui nunquam arbitratur ex culpa siue negligentia iudicis fideiussorẽ prægrauari. l. sancimus. C. de pecu. An autẽ talis fideiussor mortuo bannito liberetur infra in vltimo tempore parte secunda quæstio. vj. dicetur.

Visis prædictis conferẽtibus ad casum in quo banniti nõ perdunt bona, rediens ad casum in quo perdunt de quo dictum fuit supra qõ. xl. Quæro. xvj. † An 16 tunc verum si quod illa procedat si fuit bannitus ex eo quod tractauit contra partem Guelfam, vel contra statum ciuitatis, siue quia patriam oppugnauit, vt dicatur commisisse crimen læsæ maiesta. & propterea perdat ipso iure, vt l. quisquis. & l. fina. C. ad leg. Iul. maiesta. & dixi vbi supra proxime in fin. quæstionis. & primo videtur quod sic. quia oppugnans patriam, vel contra illã tractans committit crimen læsæ maiestatis, vt dicit tex. cum gloss. in l. fallaciter. C. de aboli. Secundo etiam videtur probari per text. in l. j. ff. ad leg. Iul. maiesta. Tertio conscius turbationis ciuitatis suæ, vel alterius delicti commissi in ciuitatem suam punitur vt particeps ex sola sciẽtia l. vtrum. ff. ad l. pompo. de parrici. & quod ibi no. per Doct. sicut si cõtra principem sciret quid moliri. C. ad leg. Iul. maiest. d. l. quisquis. & sicut damnati illo crimine perdunt bona ita & isto dãnati. Pro hac parte faciunt. ff. de captiuis. l. nõ dubito. & C. de epis. aud. l. iij. In contrarium tamẽ est veritas, quia illi dicuntur committere crimen læsæ maiest. qui contra principem, vel contra eos qui iuxta eius latus sunt, vel contra rem publicã Romanorum moliuntur vt d. l. quisquis. & l. iiij. in fin. ff. ad legem Iul. pecu. & non quia contra alias ciuitates moliuntur, probatur in dicta l. fallaciter, in fine vbi crimen læsæ maiesta. & crimen oppugnatæ patriæ ponuntur vt species differentes. & est gloss. ordinaria quæ hoc tenet in l. j. ff. ad leg. Iul. maiesta. præalleg. Et hoc modo intelliguntur iura in contrarium allegata quæ per modnm a speciali faciunt pro hac parte. Ciuitates enim aliæ ab vrbe iure priuatorum funguntur l. eum qui vectigal. ff. de verbo. signifi. & istud maxime verum est quando non de subuertenda patria tractatur, sed de mutuis dissentionibus & partialitatibus l. j. §. hisdem temporibus. ff. de orig. iur. & l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. & sic vidi permagnę authoritatis viros consultum qui in contrarium allegatis respondebant vt dicam infra. quod etiam tenuit tũc Bal. consulendo ex eo quia titulus talis criminis est seditionis non perduellionis, vel maiestatis quod sic probauit. Duplex est maiestas, diuina, et humana. C. de hære. authen. gazaros. Item humana est triplex, scilicet Imperatoris vt insti. in procemio scilicet imperatoriam maiestatem &c. Regis. C. vt nemo priuatus. T. regie maiest. &c. Item populi romani. vt d. l. j. ad leg. Iul. maiesta. Dicitur enim maiestas prætoris. ff. de iust. & iure. l. penul. & de iurisd. omniũ iudi. l. si familia. Partis enim Guelfæ, vel Gebellinæ, nulla dicitur esse maiestas. Hæ enim sunt duę sectæ solum approbatę pro locis in quibus sunt vt no. per Bart. in l. si quis a filio. §. si patri, de lega. j. & per Ioan. And. in c. statutum. §. j. de rescrip. lib. vj. Hæc nanq; nomina ab iniuria, inuidia, & discordiis orta non illustrãtur supremo nomine maiestatis. Ciuitates ẽt quãquam maxime non gaudent tanto nomine, cũ redigantur ad instar priuatorum: vt d. l. eũ qui vectigal. quod probatur secundum eum in d. gloss. l. j. & in. §. in ciuilibus. & hoc tenet expresse Barto. in extrauaganti Henri. qui sint rebelles super verbo. rebellando. Non obstant contraria. & primo non obstat. l. fallaciter, in fine, vbi gloss. dicit quod oppugnare patriam armis est species criminis læsæ maiestatis, quia illud non est nisi de patria principaliter, & immediate populo romano, vel principi subdita. Tunc enim contra principem arma sumuntur, qui enim auriculum tangit &c. l. vulgare. ff. de furt. vel aliter illa glo. intellexit de communi patria, scilicet Romanorũ, vel quando quis contra propriam patriam molitur vt subtrahatur de manibus seu potestate principis seu reipublicę Romanorum. & ita videtur sentire gloss. inspectis iuribus quæ alleg. Nec obstat quod propter solam scientiam puniantur, quia non propterea vt criminosi læsæ maiestatis vt dictum est, est igitur seditionis crimen, vt patet ex

titulorũ diuersitate.C.de sedi.& ad l.Iul. maiest. C.de codicillis.l.si idem.& ita intelliguntur iura superius allegata. lex enim tertia de episco.aud. loquitur de domino idest principe,& lex non dubito,licet dicat quod populus habeat maiestatem, non tamen sequitur quod committens contra illũ populum incidat in crimen legis Iuliæ maiest. & ita in hac ciuitate pluries fuit obseruatum. Non obstan.etiam alia statuta quibus cauetur populum huius ciuitatis habere in omnibus iura fisci, quia aliud est fiscus & aliud res publica romanorum vt habetur in l.j.C.de iur.fisc.libr.x.Puto tamen ꝙ si principales officiales ciuitatis puta priores, vel antiani & similes qui essent a principe constituti vicarij eius in omnibus & per omnia & tunc nõ haberent locum prædicta per dictã l.quisquis. Contra eos enim qui ad latus principis esse censentur fit molitio & arma sumuntur. & ideo non sic de facili & leuiter, sed acriter puniuntur qui contra statum sacro sanctę catholicę partis Guelfæ moliuntur, cum enim a summo pontifice nominetur. Et ideo sancta & catholica nuncupatur, eius debet gaudere præsidijs, Nec minus maiestatis habere dici debet quam ipse prætor, pro quo vide quæ habentur per. Bartol.in dicta glos. super verbo,rebellando, vbi tractat de committentibus contra ecclesiam & statum eius.

17 Decimoseptimo quæro † an quãdo banniti perdunt bona perdant solummodo ea quæ habent in territorio bannientis. An etiam ea quæ alibi extra illud territoriũ sita sunt. Hæc quæstio in condẽnato habetur tractata per multos.& quia est subtilis & magnę vtilitatis, libet in ea forte præter promissum in principio aliqualiter insistere.& primo Iaco.de Are.mouit eam in l.fina.§.j. ff.de publica.& ibi arguit per illum text. ꝙ non veniat in confiscatione existentia in alterius territorio. & ad idem allegat.l.cum vnus.§.fina. ff. de bon.auct.iudi.pos. & de inter.& rele.l.prima. §.j. & sequen. In contrarium ꝙ omnia veniant allegat, quia in loco in quo quis sortitur forum conuenitur idem pro rebus etiam alibi sitis,argu. C.de præscrip.x.vel xx.an. l. fin. & vbi in rem ac.l.vlti.& nihil amplius dicit.& sic videtur cõcludere ꝙ omnia perdant secundum doctrinã glo. in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Treb.Idem tenuit Ric.Malum.Dicens omnia queri ciuitati publicanti vt refert Ioan. Andræ. eius disputationem abbreuiando in cap.cum secundum de hæreti.lib. vj. Ad idẽ,scilicet ꝙ omnia perdant.Guil. de Cu. in l.fina. ff. de capi. dimi.&in l. procurator.§. si plures.ff.de tribu.allegat primo,quia ille qui cõdemnat habet onus, ergo debet habere emolumentum de regu.iur. l. secundum naturam. & ad hoc allegat plura iura. Secundo quia debet inspici persona & illam sequuntur bona.l.fideicommissum.§. tractatum.ff.de iudi. Ad idem allegat. l.j.§. si ex fundo. de heredi.institu. Non enim fit ibi bonorum diuisio, sed omnia habet solus nominatus, ita & locus in publicatione bonorum nominatus solus habeat omnia facit. ff. de rebus eo.l. magis puto.§. illud, Concludit tamen vtrobique quod vnaquæque ciuitas habebit bona in suo comitatu existentia:habet enim talis damnatio quasi naturam successionis abintestato, in qua omnes pares in gradu sunt admittendi in authenti.de hære.ab intesta.§.pen. fiat ergo diuisio secundum territoria.arg.ff.de tu.& cu.da.ab his. l.pupillo.Sic etiam diuiditur peculium.ff.de pec. l.hinc quæritur.§ fin.& de tribu. l. procurator.§. sed si duos.Pro hoc quod de milite dicitur, scilicet ꝙ habet diuersos successores,quia habet diuersa patrimonia.ff.de mili.test.l.j.ita & hic:quia licet quo ad condemnationem sit vnum patrimonium,tamen quantum ad confiscationem diuersa patrimonia iudicantur,ar.C.de exac. tribu. l. diuina domus.& ff.de censi.l.forma.§.si quis agrũ. Pro hoc.C.de bo. vacan.l. iij. & de inoffic. test. l.posthumus §.si quis ex his & l.si non mortis.§. fi.& in d.§.si plures.respondet ad contraria quia non debet habere bona neque personam,nisi quatenus sunt sub iurisdictione sua arg.ff. de acquir. re.do.l.inter eos. Ad regulam secundum naturam respondet quod lucrum non debet esse intentio,sed vt delinquẽtes terreantur vt in authen.bona damnatorum. Tertia fuit opi.Nico.de Mata. in sua disputatione quæ incipit. Quidam inculpatus quãponit quasi de verbo ad verbum, & sequitur Alber.in quæstionibus statutorum parte secunda.q. ccxxxiiij. & quam etiam refert Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu.de accusa.§.sequitur.versicu. quid si aliquis suarum additionum.ver.fœlicis.& ibi post multas allegationes ad partem quod non perdant bona alibi sita distinguit, quod aut ille qui iudicat habet iurisdictionem a iure communi, & secundum ipsum ius commune & eius ordinem pœnam imponit. & tunc publicatio bonorum & omnis not. quæ personam sequitur secundum iuris ordinem, extenditur etiam extra territorium. Incorporatio autem fiet per officiales illius territorij in quo sunt bona per l. a diuo pio.§.primo.ff.de re iudic.et l.cum vnus.§.penul. de bon. aucto. iu. pos. Inducit de admini. tut. l. tutores.§.hæres de bon.vacan.l. si quando, inducendo eam vt ibi declaratur propter quod Ioan. And. remittit ad notata per se in dicto cap. cum secundum.Si vero publicatio fit virtute iuris municipalis quod iurisdictionem dat vel pœnam statuit vel facit vtrumque. & tunc publicatio non extenditur extra illa bona quæ sunt de iurisdictione & potestate illius legis municipalis. per l. iij. ff. de offi. præsi. & de tuto.& cura. da ab his. l.antepe.& ibi concor.& de offi. præfe.vrb.l. si. cum si. & C.qui da. tuto. pos.l.neque. Quarta fuit opi.Bart.in l.cunctos populos.in vltima quæstio. vbi post relationem verborum dicti Nicola. de Mat. concludit primo quod ciuitas non potest sibi publicare bona de iure communi propter delictum vt l. prima C.de bon. vacan.lib.x. & ibi not. Item quod ciuitas de iure communi non habet merum imperium & cognitionem delictorum grauiorum. C. de defen.ciuita.l.defensor.Ciuitates itaque Italiæ illam iurisdictionem exercentes, & quæ bona delinquentium sibi publicant hoc faciunt vel ex priuilegio sibi concesso per

prin-

principem, vel ex consuetudine antiqua, quæ vim habet priuilegij constituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & l. j. in fi. de aqua plu. arcen. Et ita dicit glo. in authen. de defenso. ciui. §. iusiurandum in fin. magnæ glos. & sic qui habent hodie iura fiscalia possunt dici procuratores in rem suam. Nam iuribus fiscalibus vtuntur ad suam vtilitatem ex concessione tacita vel expressa, vt dictũ est. Et hoc præmisso ad quæstionem propositam concludendo dico ꝙ aut iurisdictiones sunt separatæ, sed bursa fiscalis est vna in effectu in vtroque loco & tunc aut publicatio fit de iure communi, & bona vtriusque loci erunt publicata, vt l. si quando. C. de bon. vacan. & fiet executio per officialem illius loci in quo sunt bona, vt dicta l. a diuo pio. §. j. cum alijs iuribus allegatis supra & ponit exemplum in homine damnato habente bona in Ducatu & Marchia Anconitana. Si vero publicatio fit secundũ cõstitutiones speciales, vel statuta specialia. Tũc aut illa iura specialia sunt in vtroque loco vbi sunt omnia bona, exemplum plures iudices sunt deputati ab vno rege per diuersa territoria sui regni, vnus eorum publicat bona secundum regalẽ constitutionem, & tunc omnia bona quæ essent in regno essent publicata eadem ratione & per eadem iura. Si vero dicta iura specialia sunt diuersa, & non communia ad vtrunque locum, exemplum in Marchia sunt quædam constitutiones quæ non sunt in ducatu, & tunc talis publicatio non extenditur ad bona quæ sunt extra locum ad quem extenditur constitutio. l. fi. de iurisd. omn. iudi. de constitu. cap. vt animarum lib. vj. & l. neque. C. qui da. tu. po. cum simi. si vero & iurisdictiones sunt distinctæ & etiam bursæ fiscales. & tunc aut publicatio fit de iure speciali, & non extenditur ad bona alibi sita. Si vero publicatio fit de iure communi, & tunc extenditur ad bona etiã alibi sita. Quælibet tamen ciuitas habebit bona in suo territorio sita vt dicebat Guliel. de Cug. quod sic probat. Quælibet ciuitas dicitur procuratrix fisci, vt dictum est, sed si esset procura. fisci. & ad fisci vtilitatem, & ad eius officium spectaret acceptio, & incorporatio dictorum bonorum in fiscum, ergo nunc ad eum pertinet & ad eius vtilitatẽ allegat casum. l. fina. ff. de aucto. tuto. & extra de fo. compe. c. postulasti. nec placet sibi distinctio. An iudex habeat iurisdictionem a lege municipali, quia non curat vnde iurisdictionem habeat, sed attenditur solum, an pronunciet super eo quod de iure communi dispositum est. An vero de nouo disponat remittens ad notata per se in septima. q. in ea. lege. Hæc quæstio fuit de facto tẽpore quo in ciuitate Ianuæ erat regius gubernator qui fecit decapitari dominum Gabrielẽ Mariam olim dominum ciuitatis Pisarum et eius bona publicauit. Volebat enim ꝙ in publicatione venirent certa bona dicti dñi Gabrielis, quæ dicebantur esse in hac ciuitate Florentiæ, & cum pro ea excutienda essem in ciuitate Ianuæ ad partem negatiuam plura dicebam, & vt eorum huius decisionis veritas clarius dignoscatur membra diuisionis Bart. particulariter reassumo. Et quidẽ primum membrum & secundum vsque ad versi. Si vero dicta iura specialia exclusiue. In quibus duobus concludit omnia bona in publicatione venire puto verissima sicut enim in confiscatione de iure cõi omnia quæruntur fisco generali, ita eadẽ ratione omnia posita in dominio superioris illius iudicis confiscantis quæri debent superiori, arg. de administra. tuto. l. si duo cũ simi. & ista duo membra non poterant ad propositum allegari qua omnino erant, & sunt distincta dominia & fiscales bursæ. Tertium etiam membrum positum in dicto versi. Siue dicta vsque ad illum versi. Si vero & interdictiones. & est verũ. Actus enim agentium non operantur vltra agentium intentionem. l. non omnis, si cert. peta. & sic iudex qui fundat se super constitutione suæ iurisdictionis non intendit progredi vltra quam ipsa constitutio extendatur. ff. ad municipales. l. libertus. §. pen. cum simili. & similiter hoc non faciebat pro gubernatore regio, sed contra eũ. Quartum mẽbrum quando iurisdictiones & bursæ fiscales sunt distinctæ & publicatio fit de iure speciali, etiam verum est scilicet ꝙ non extenditur ad bona alibi sita. non enim specialium fit extensio l. ius singulare. & l. quod vero contra. ff. de legi. Quod etiam tenuit Ray. quia statutum quod loquitur de publicatione bonorum non intelligitur, nisi de bonis in suo territorio sitis. C. de ædifi. priua. l. an in totum cum si. vt ipse Ray. scripsit in d. l. cunctos populos, in fi. vbi formauit solũ quæstionẽ quando ex forma statuti publicãtur bona, & hoc membrum similiter contra gubernatorem regium faciebat. Vltimũ vero mẽbrũ dũ cõcludit omnia bona publicari, sed vnamquãq; ciuitatẽ habere bona in suo territorio sita, non videtur mihi per omnia verum. Aduerte tamen, communiter in materia cõfiscationis apponi solent verba sonantia in cameram fiscalem eius qui condemnat siue illius cuius officialis est. Quomodo ergo ex hac sententia poterit se fundare ciuitas alias habens cameram diuersam, non enim poterit extendere verba sententiæ ad suam camerã. Tum quia id non dicit sentẽtia. l. quicquid astringendæ, de verb. oblig. Tum quia extendi nõ possunt l. si patronus testamento. §. si quis cũ esset. ff. de ope. liber. & si dicatur prædicta locum habent quando simpliciter confiscauit bona quo casu intelligitur secundum quod iura volunt vt d. l. libertus. §. pen. respondetur ꝙ alteri per alterũ quæri nõ potest. l. stipulatio ista. §. alteri. de ver. oblig. neque iste est casus specialis in quo possit vt de se patet. Et ideo ex his & alijs quæ infra patebunt in hoc vlt. art. sic distinguo. Quod quãdoque licet ciuitatum sint distinctæ iurisdictiones & cameræ, tamen sententia confiscationis fertur ab illo qui habet iurisdictionem a superiore vtriusq; ciuitatis non in temporalibus, quia dictum est supra, sed in spiritualibus, vt in inquisitore hæreticæ prauitatis confiscante bona hæretici, & de hoc vide Ioan. Andræ. in d. cap. cum secundum; & adde quod dicitur per Gui. in l. fi. C. de hæredi. decu. vbi ponit cui applicentur bona clerici damnati per episcopum de crimine de quo lai-

nus perderet bona. & etiam vide quod no. Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de feudo. §. pen. ad fin. in magna additione, vbi tractat. q. cui applicentur bona feudalia quæ clericus condemnatus ab episcopo tenebat a laico in diœcesi episcopi. Vide multa pulchra circa materiam confiscationis bonorum quæ habuit licet decurtauerit ab Oldra. vt patet in suis quæstionibus. q. xvij. vbi si vis satiari plene de hoc articulo omnino vide. Quãdo fertur ab illo qui habet iurisdictionem solam a ciuitate a qua est officialis constitutus vel a domino illius ciuitatis, & ponit in banno hominem habentem ibi bona, & in alijs ciuitatibus, & tũc quantum spectat ad ciuitatem condemnantem siue loquamur in condemnato, siue in bannito, nunquam ciuitas illa potest habere bona sita in alterius ciuitatis territorio, quoniam confessio iurisdictionis extra illud non extenditur vt in iur. supra allegatis pro hac parte. Quantum vero spectat ad ciuitatem aliam quæ non condemnauit Bald. in d. l. cunctos populos, in vlti. q. meo iudicio satis notabiliter loquitur, sed non plene, dicit enim ꝙ si status personæ mutatur, adeo ꝙ non potest habere proprietatem bonorum. Et tunc ciuitas quæ non condemnauit occupat bona non iure confiscationis sibi factæ, quia facta non est sed vt vacantia vt d. l. cum vnus. §. pen. & quod not. Inno. in d. c. postulasti. Si vero status non mutatur, sed remanet talis quod adhuc potest habere bona. & tunc illa retinebat damnatus. Potest enim secundum eum diuidi effectus sententiæ confiscationis l. si cum militi. §. j. qui ex ma. & ad l. fal. l. in ratione. §. cum quidam. sed non est verum ꝙ diuidatur, immo, vt dixi supra non intelligitur confiscare, nisi existentia in suo territorio & suæ cameræ, aut per expressionem, aut per tacitum intellectum, licet ipse Bald. arguendo aliter tetigerit in l. propter litem. §. licet. ff. de excu. tuto. & ideo dico latius aperiendo veritatem huius vltimi articuli ꝙ aut loquitur in condemnato facta executione, & sine dubio ciuitas quæ non condemnauit, non poterit habere bona suo territorio sita iure confiscationis, qualitercunque lata sit sententia, per ea quæ dixi supra, sed quia ille fuit effectus seruus pœnæ. vt l. qui vltimo, de pœ. & sic non poterit habere hæredem, occupare poterit vt vacantia, & sic verificatur quod dixit Bal. Si vero loquimur in bannito, tunc quia conclusum est supra ꝙ non perdat ea quæ sunt de iure ciuili & gentium, & sic potest retinere bona vt etiam infra dicetur distinguendum est, ꝙ aut talis banuitus erat oriundus ciuitatis confiscantis, & ibi deliquit, tunc ciuitas alia habens bona in suo territorio ei auferre aliquo iure non poterit, & ita verificatur secundum dictum Bald. & not. Nullo enim iure potest se fundare vt patet ex iã dictis. Si vero in ciuitate in qua fuit bannitus nullum aliud habebat domicilium, sed solum fuit sortitus forum propter delictum, sed erat oriundus vel incola alterius ciuitatis, in qua ẽt habebat bona. Et tunc ciuitas illa nõ ex vi sentẽtię alterius ciuitatis, sed iure suo poterit contra illũ procedere & bona sui territorij suæ cameræ confiscare per not. in l. j. C. vbi de cri. agi opor. & in l. ij. & ff. de inter. & rele. l. legatorum. §. interdicere. & ex his patet ꝙ dictus Regius gubernator non poterat consequi dicta bona. & sic finaliter eo de ciuitate Ianuæ expulso fuit postea per Ianuenses terminatum.

18 Decimooctauo quæritur † quando bãnitorum bona publicantur. An veniant in tali publicatione bona pręsentia tantum an etiam futura. Istam quæstionem tetigit glo. in l. j. ff. de bo. dam. in fin. glo. magnæ, & non decisit, sed eam videtur decidere in l. non ad ea. ff. de condi. & demon. scilicet ꝙ non veniãt futura. Idem tenuerunt Dy. Guil. & Old. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & idẽ tenuit disputando Nico. Mata. quem refert & sequitur Io. And. de accu. in præallega. §. sequitur. versicu. quid si aliquis. in suis addi. alias allegato ver. fœlicis. & in titu. de accu. & ibi allegat iura quæ videre potes. & præsertim allegat pro casu. l. si tibi mandauero. §. is cuius bona. ff. man. quod intellige secundum vnam lecturam. Idem etiam tenuit Alberi. vbi supra q. xiij. Tenuit etiã Bartol. in l. certa forma. C. de iure. fis. lib. x. vbi respondet ad l. arriani. C. de hære. In quo quia est commune aliter non prosequor. Sufficere. n. debet tex. §. is cuius. & glo. dictæ l. non ad ea.

19 Decimonono † Viso quod non perdũt bona immo & quando perdunt non perdunt postea quæsita. Quæritur an eis existentibus in banno currat pro retentis vel acquisitis præscriptio. Iste articulus est disputabilis, tamen ne exeam propositum videtur mihi breuiter concludendum ꝙ aut ex forma statuti nihil disponitur, ꝙ audiri non debeant. Aut disponitur vt sæpius tactum est. Primo casu, aut non potuit procuratorem dimittere et dimisit, sed mortuus est, & non currit præscriptio Aut potuit dimittere & non dimisit, & currit præscriptio, vt hæc probantur ex not. in l. prima. C. de resti. mili. in l. papinianus exuli. ff. de mino. & quod p Inno. in cap. querelam de procu. Secundo casu videtur dicendum præscriptionem non currere. C. de anna. excep. l. j. in fin. cum concor. quod forte verum est nisi sit bãnitus pecuniariter, & aliud soluere possit, sed contumax existat ff. de in integ. restitu. l. non videtur. & de regu. iur. l. qui potest, cum simi. Nec prædictis obstat quod seipsum videatur in tali casu posuisse l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satis. cog. quia illud non fuit ad hoc ordinatum, sicut dicimus in muliere pręgnante ex adulterio in l. secunda. §. si quis non propter. ff. si quis cau. & quod dicam infra parte proxima. q. xlv.

20 Vigesimo quæro † Titius habebat filios in potestate fuit bãnitus ad mortem. Quæritur an filij efficiantur sui iuris, & sic perdant patriam potestatem. Hæc quæstio facilis est. Cum enim dictum sit supra in quarta quæstio. huius partis ꝙ non perdunt ea quæ sunt iuris ciuilis per statuta sui loci non correcti patet ꝙ talem potestatem non perdũt. Est enim de iure

Romano.l.nam ciuium. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& ideo dixit Bald.in l.Gallus.§.& quid si tantum.& d.l.prima.C.de haere.insti. ꝙ filio talis banniti non datur tutor, sed datur curator ad instar eius cuius pater est in hostium potestate.l.muto.§.ei cuius.ff.de tute.licet de hoc ipse idem dubitauerit in authen.incestas. C. de incest. nup. Item eadem ratione ꝙ licet filius talis banniti sit legitimae aetatis, tamen testari non poterit impediente patria potestate. l. qui in potestate. ff. de testa.& alleg. Iac.de Are.in suo tracta.& in l. ex facto ad trebel.Nec praedictis obstat authen. de incest.nup.§.si vero contigerit, vbi filij exeũt potestatem patris banniti, quia loquitur de exulibus siue bannitis de iure communi qui perdunt ea quae sunt iuris ciuilis,de quibus in hoc tractatu non dicitur vt dixi supra in prooe.licet ibi Angel. a communi opin. discedens aliter dixerit & bene.

21 Vigesimoprimo quaero† an tales banniti perdant potestatem conficiendi statuta vna cum alijs ciuibus. Aduertendũ tñ quod Bart. in l. omnes populi. in vij.q.primae qõnis principalis ad propositũ loquitur hoc modo.Septimo quero.nunquid excõicati & interdicti possint facere statuta,& dico ꝙ non vt extra de immu.eccl. c. aduersus.§.quia vero, nec facta reconualescunt impedimento cessante sine noua confirmatione,vt eod.titu.c.j.& argu. ff. de lega.iij.l.prima.§.si filius.& de bono. posses. secundum tabu.l.qui ex liberis.§.restitutio.Idem credo de bannitis imperij,vt x. collatio.de statu. contra liberta.eccle.§.primo, cum enim nõ obediunt principi perdunt ea quae iuris ciuilis sunt de capi.dimi.l.amissione. Sed statutum condere est iuris ciuilis vt in l.omnes populi.ergo ex his verbis patet ꝙ Bartol.sensit eos non perdere potentiam conficiendi statuta, maxime quia in sua disputatione dixit eos non aequiparari excommunicatis,sed Ray.ibi dixit idem esse de bannitis de propria patria,aequiparans eos excommunicatis,remittens ad plene notata per se in l. j. C. de haeredi.instituen. Quod communiter non tenetur, & ego non tenui supra hac parte quaestione quarta.Et ideo dicendum puto quod in hac quaestione debeat considerari, an desinat esse ciuis, an non. Primo casu non possit facere statuta. Secundo casu vero sic per ea quae dicta sunt supra. An autem desinat esse ciuis dicam hac eadẽ parte.quaest.xliiij.

22 Vigesimosecundo quaeritur† an bãnito domino vasallus liberetur a seruitio feudi.Haec quaestio mouetur per glo. in c.j.in princi.in vsib.feud. hic finit lex cor.& incip.cõsue. regni. & ibi etiã per Bal.& determinat ibi glos. post plures allegationes quod vasallus non liberetur, & ꝙ non sit extincta fidelitas, sed suspensa inter quae longa est differentia,vt not.ff.de verb.oblig.l.ij.§. ex his. & l. inter stipu.§.sacram. Bald.autem ibi dicit quod glos. non est vera quia bannum habet vim diffinitiuę.& ideo nõ attenditur quod possit restitui quin illud a solo principe potest fieri. l. apud Iul.§.fi.de lega.primo & de fideicom.liber.l.ergo.§.si is.Pro hoc.C.de senten.pas.l.fi. Credo ꝙ aut bannum est pecuniarium,et quia quousque differat soluere durat & non vltra. & solutio potest separari.l. cura.§.deficientium.ff.de mune.& ho. & C.arbi.tut.l.si defunctus dicatur potius suspensa fidelitas quam extincta.& ideo non possit alienare interim licet tunc non teneatur ei praestare seruitium cum hostis reputetur. Si vero bannum est personale tunc aut est bannitus de loco vel ex causa,in quo vel ex qua solitum est rebanniri bãnitos in integrumque restitui.& tunc idem quia illud quod solitum est fieri, licet a solo principe bene potest considerari vt colligitur ex not. in l. fi.C.de sent.pas.& est text. in dictae l.apud Iul.§. j.si vero non est solitum aliquem rebanniri tunc verum credo quod dixit Bal. quia censetur esse perpetuum & non attenditur quod a solo principe fieri potest,& non est solitum fieri,vt l.seruus. C.de poe.& d.§.fin.

23 Vigesimotertio quaeritur † vasallus fuit bannitus taliter ꝙ eius bona veniunt confiscanda. An feudum veniat in confiscatione. An vero ad dominũ reuertatur.Guil.in Spec. de feu.§.qm̃. ver. quadragesimo,multum late examinauit hunc articulum. & finaliter conclusit feudum confiscari, non ad dominum reuerti per iura ibi per eum alleg. & ita tenuit Gand.& etiam Alberi.vt patet in suis quęstionibus statutorum parte ij.q.ccl.Sed Bar.in l. si finita.§.si de vectigalibus.de dam.infec. tenuit contrarium,videlicet quod ad dominum reuertatur, vel ad agnatos.alleg. x.colla.si vas.feu.c.j.et si de feu.fue.contro.c.si vasallus culpam,& de eo qui inter.fra.domini sui. c.j. & de prohib. feud. alie.c.imperialẽ.§. illud, Ad l.si quis in tantam. C.vnde vi.& quod ibi per Ray. & Cyn.respondet ꝙ verum est feudatarium priuari non tamen applicari offenso, sed ad dominum reuertitur, & ibi per eum plene vide. Idem etiam sed in alio casu, scilicet quando episcopus publicauit bona clerici qui tenebat feudum a laico de quo tetigi supra xvij. q.tenuit Oldr.vt patet in suis quaestionibus.q.xvij.quę omnia refert Io. And.in dicto ver.qm̃ & habentur per Albe.vbi supra proxime.q.cclj.Sed quia ibi fiunt multae rationes huic quaestioni generali non congruentes non insisto. Sed omissis multis quae in praedictis locis videre potes concludo aliter q̃ praedicti cõcluserint qui simpliciter formauerunt quaestionem in vasallo condemnato & bonis publicatis. Non autem loquimur in feudo de sui natura in hęredem extraneum non transmissibili & sine dubio quaestio nõ procedit.Ea enim quę non transeunt in haeredem extraneũ in publicatione nõ veniunt.l.j.& quod ibi not.per gl. & Doct.C.de bo.lib.Bal.indistincte dixit feudũ non venire in publicatione bonorum.& idem dixit in praealleg. c. imperialem in suis conclusionibus.Item ad hoc vt procedat quęstio est necesse poni ꝙ vasallus superuiuat condemnatus. Si enim esset mortuus cum tale ius morte extingueretur non fiscus.vt l.vxor patrui.

C. de leg. cum simi. sed agnatus non iure successionis, sed sanguinis admitteretur sufficiat allegari not. per Doctor. in l. liberti libertæque. C. de ope. lib. & per Bartol. ff. eo. titu. l. iur. iu. §. si liberi. vbi ergo feudum vel ex consuetudine vel ex ipsius constitutione est transitorum in hæredē extraneum posset quæstio procedere, & tunc putarem non admitti fiscum per iura in locis prędictis allegatis. Sed aut admitti dominum aut illos qui admitti debent tali feudatario excluso de quibus in l. eum. ff. de inter. & releg. Puto tamen aduertendum ꝙ si feudum erat extra locum a quo bannitus est illud in publicatione certe nō veniat vt dictum est supra. qō. xvij. Si tamen seruitium sit præstandum in loco a quo est bannitus, tunc non virtute confiscationis, sed propter non præstitum seruitium vasallus admitteret, vt in ti. quib. mod. feu. amit. Si vero feudum est in loco a quo est bannitus seruitium autem alibi est præstandum, tunc vasallus bannitus non perdit feudum quia seruitium prestare potest. & si præstat seruitium, fiscus non ius feudi, sed commoditatem, quę inde percipitur durante feudo forte poterit occupare argum. ff. de peri. & commo. rei. vendi. l. necessario. §. fi. & solu. mat. l. vsufructua. cum simi.

24 Vigesimoquarto quæritur † bannitus cuius bona sunt cōfiscata, habebat fundum in emphyteusim. An tale ius emphyteu. perdat, & veniat in confiscatione. Guil. vbi supra proxi. q. scilicet in tit. de feud. §. quoniam. versic. xl. dixit idem quod in feudo. Sed Bartol. in d. §. si de vectigalibus, concludit aliter videlicet ꝙ aut talis tenebat emphyteusim ab ecclesia, & ecclesia potest a fisco indubitanter repetere in authen. de alie. & emphy. §. j. colla. ix. Si vero tenebat a priuato, & tunc si erat talis emphyteusis siue forte ex natura conuentionis transiret in extraneum hæredem. et tunc transiret in fiscum qui habetur vt hæres. l. iij. C. ad. l. Iul. de vi. Si vero ad extraneum heredem non transiret, tunc non transiret in fiscum, vt ff. de bo. dam. l. j. vbi dicit esse glos. not. de hoc. Dominus autem illam repetet tanquam indebite alienatam. & hanc differentiam emphy. ecclesie et priuati ponit Cyn. in l. fi. C. de iure emphy. & est glos. in l. j. C. de fun. pa. lib. xj. Mihi autem videtur hæc verba Bartol. in vltimo membro contrarietatem implicare. Si enim non transit in fiscum, ergo dominus non habet fundamentum propter quod possit vt indebite alienatam reuocare, & ideo forte dici potest ꝙ postquam bannnitus viuit, & emphyteusis non transit in fiscum dominus nullatenus possit ad se iure directi dominij tanquam alienatam indebite reducere, quia nullo modo alienata est, possit tamen fiscus quousq; bannitus viuit cōmoditatem talis vtilis dominij percipere & habere facta solutione debiti canonis, quia abinde supra commoditas, & fructus dicitur. ff. fami. ercisci. l. fundus, solu. matrimo. l. fructus, per dicta l. vsufructu, & alia allegata supra proxi. quæstio. Mortuo autem deinde bannito ad dominum reuertitur. l. lex vectigal. ff. de pigno. & ita potest intelligi quod nota. Bald. in l. prima. C. de bo. lib. vbi dixit solummodo de emphyteusi ecclesiæ non confiscanda.

25 Vigesimoquinto quæritur, † an bannito filio familias & bonis publicatis veniat in publicatione peculium quod habebat. In hac quæstione dixit Bart. quod non, in l. si finita. §. si de vectigalibus. de damno infec. siue sit profectitium siue castrense siue aduentitium lege si filius. C. de bonis proscrip. & not. per gloss. in l. prima. ff. eod. titu. Et ad rationes ibi factas in contrarium respondet. Sed meo iudicio eius decisio vera est in peculio profectitio. Illud enim non est filij sed patris. l. certum. C. fami. erciscun. & ideo non venit in confiscatione bonorum filij. Item est vera in peculio aduentitio. Illud enim non est proprie & vere filij cum illius non habeat administrationē l. fina. §. filijs autem. C. de bonis quæ libe. & ideo sicut non potest alienare contrahendo, minus potest delinquendo. & ad dictum Cyn. post Iacob. de Aret. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & ad iura. & ad rationes factas in contrarium. Responde vt per Bartolum vbi supra nec obst. quod not. per Guiliel. in Specula. de statu. monaco. versicu. quinto quęritur, quia si illud dictum verum est, loquitur in eo qui intrauit religionem non autem in condemnato. Pro quo etiam vide quod not. Bald. in l. iij. C. qui bon. ced. pos. Sed in peculio castrensi meo iudicio eius decisio nō procedit. Est enim illud filij & in eo habet plenam administrationem & paterfamil. reputatur. ff. ad maced. l. ij. ergo nihil obst. quin in publicatione bonorum suorum contineatur. non obst. l. si filius, quia loquitur secundum sua tempora secundum quæ peculium illud non transibat in hæredem. sed pater occupabat iure peculij, & ideo in publicatione non veniebat. l. j. C. de bo. lib. Hodie vero in illo filius habet patrem hæredem, & sic iure hæreditario potest in alium transire, vt habetur in l. si infanti. C. de iur. delib. & in authē. de hære. quæ ab intest. defe. & sic sublata est ratio propter quam non veniebat in confiscatione. & sic non ob. ratio Bart. nec etiam obst. quod propter delictum filiæ pater non perdat dotem. C. de repu. authen. contra si filij. Et not. eod. titul. l. consensu. & per Dyn. in l. ij. §. quod si in patris. ff. solut. mat. quia licet in ea habet hæredem vt l. auus. de pac. dot. & plene per eundem in l. post dotem. & l. nupta. ff. solut. matrimo. non tamen est filię sicut filij est castrense peculium. Est enim dotis actio communis patri, & filiæ, quæ potest etiam in patre consolidari, vt eod. titu. l. ij. §. j. & §. voluntate & ibi plene. Præterea in auth. contra si filij. non tractatur de publicatione dotis. Sed an illam perdat propter eius adulterium vt sic remaneat pœnes virum, & sic non facit ad propositum. Sit ergo conclusio quod castrense peculium veniat in publicatione bonorum filij. & ita reperio tenuisse Ang. in l. si filius. ff. de damn. infect. & addit rationem quod alias confiscatio bonorum filij nihil operaretur, quod esse non debet. l. si quando. ff. de leg. j.

Econuerso.

26 E conuerso. xxvj. quæritur † an bannito patre & bonis eius publicatis veniat in publicatione peculium quod habebat filius: circa hoc vide Bar. in præalleg. §. si de vectigalibus, qui expedit se vnico verbo videlicet loquendo in condẽnato ꝙ non publicetur peculiũ, alleg. ff. de mino. l. iij. §. sed vtrũ. Certe peculium castrense nullatenus debet intelligi publicatum siue loquamur in patre condẽnato siue in bannito, quia illud filij est, & a se habet non a patre vt dictum est supra proxi. q. & ideo delictum patris ei nocere non debet. C. ne fil. pro pat. per totũ. & ff. de iure patro. l. diui fratres. cum simi. Peculium vero profectitium. licet sit paternũ, tamen ex benignitate constitutionis diui pij non publicatur. vt in. §. sed vtrum, Ad l. j. §. merito. ff. quan. ac. de pecu. est anna. Respondeo. vt per Bar. in d. §. si de vectigalibus. Quæ responsio est clara, videlicet ꝙ licet fiscus teneatur vt successor patris, tñ recuperat id quod soluit a filio pœnes quẽ remanet peculium. sed Bal. intelligit ꝙ ibi loquitur quando ex condemnatione siue banno filius efficitur sui iuris, quia tunc desinit esse peculium, & ideo publicatur vt ipse not. in l. diximus. §. si pater. ff. de excu. tut. Sed primum verius per d. §. sed vtrum. Fortius ergo non debet publicari aduentitium licet pater in illo habeat vsumfructum quia filij est ipsum peculium. l. dum oportet. C. de bo. quæ lib. Et si loquimur in patre condemnato, taliter ꝙ vsufructus extinguatur, certum est. Si vero non extinguitur vt in bannito, qui vt dixi supra, non perdit patriam potestatem, maius est dubium per d. l. vsufructu. solut. mat. cum concor. de quo dicam stat m in seq. q.

27 Quæro ergo xxvij. † Titius inter alia habebat vsumfructũ in fundo, fuit bannitus, & eius bona fuerunt confiscata. An dictus vsusfructus veniat in bonorum publicatione. Istam quæstio. mouet Barto. in l. si postulauerit. §. iubet. ff. de adul. & se non firmat, sed remittit ad no. per se in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. vbi in eo nihil dicit de vsufructu in l. si quis in tãtam. C. vnde vi, videtur in simili dicere ꝙ publicetur cõmoditas per l. vsufructu. ff. solut. mat. Vidi in quodam Barto. in l. si quis posthac. C. de bo. dam. ꝙ ipse dicit se vidisse seruari vt publicetur per dictum §. iubet. versic. sed si vsusfructus. alleg. etiam l. statius. §. final. de iure fisc. cui concordat. l. cum pater. §. hæreditatem, de lega. ij. Ang. in l. eorum. ff. de dam. infect. tenet commoditatem publicari & ipsam durare viuente patre. l. lex vectigali. de pig. Bald. in l. j. C. de bo. libe. dixit vsumfructum non venire in publicatione bonorum sed perire. vt l. corruptionem. C. de vsu. Bartholomeus de Salyc. in d. l. si quis post hac. versic. si quid etiam in vsufru. peculij aduentitij dicit ꝙ aut publicatio bonorum facta est ex causa propter quam patria potestas est deperdita, & tunc vsusfructus redit ad proprietatem, quia cessat causa propter quam patri conceditur scilicet patria potestas & administratio legitima, vt C. de bon. quæ libe. l. cum oportet. §. cum autem, & per hoc quod nota. gloss. quarta in fin. in l. final. C. de senten. pas. & ibi per Cyn. in vj. quæstione, aut patria potestas & administratio legitima durat, & tunc videtur ꝙ publicetur, quasi nondum venerit tempus consolidandi. Per prædicta iura dicit ipse in contrarium facit ꝙ consolidetur, & ad filium reuertatur quia si filio conceditur peculium profectitium vt est dictum quod est plus, quia dominium erat penes patrem quanto magis vsufructus rei cuius proprietas est filij. argu. de sacr. sanct. eccle. auc. multo magis. Item quia hunc vsumfructum siue eius proprietatem pater habet a lege vsque ad tempus, sed commoditates concessæ ad tempus ex legali dispositione ei cuius bona publicantur non vult lex ad fiscum spectare. vt in dicta l. si quis post hac. in versicu. dos etiam. Non ob. contraria quia in eis delatio & commoditas processit ab homine non a lege, & sic alia est differentia inter dilationem datam ab homine vel a lege. ff. de compensa. l. si cum militi, subdit tamen ibi cogitandum esse. Et ad prædicta responderi posse ꝙ peculium profectitium non erat in administratione patris, & quod lex si quis post hac, loquitur in ciuiliter mortuo, & sic filij sunt a potestate liberati. Videtur ergo etiã ipse concludere vsumfruc. publicari eo modo quod dictum est supra.

Sed mihi videtur dicendum ꝙ in mortuo locũ habet quod dixit Bald. in d. l. j. de bo. lib. In bannito autem aut loquimur in fructuario regulari, & publicatus intelligatur vsusfructus, id est, commoditas per dicta iura. Aut in patre qui habet vsumfructum a lege propter patriam potestatem. & tunc aut ei remiserat vsumfructum secundum formam legis cum oportet. §. finautem. de bo. quę lib. & fiscus nihil possit petere, sicut nec possunt hæredes quorum locum fiscus tenet. vt l. iij. ad l. Iul. de vi. Si vero ei non remisit tunc aut bannitur taliter ꝙ non perdit patriam potestatem, & tunc omnis commoditas transeat in fiscum per iura prædicta. Aut perdit patriam potestatem, quod quando fit dixi supra in xx. q. & tunc eatenus transeat ad fiscum quatenus remaneret penes patrem filio patriam potestatem exeunt, scilicet medietas. vt in d. l. cum oportet. §. cum autem, ex quibus omnia prædicta ad consonantiam reducuntur.

Vigesimooctauo quæritur, 28 † vxor Titij fuit bannita, & eius bona confiscata fuerunt. An intelligetur dos quam dederãt Titio publicata. Quæstio hæc habetur in l. quinque legibus. ff. de bon. dam. & ibi est contentio inter gl. & Dy. dixit enim Dy. Quod aut maritus fecit pactum de lucranda dote, aut non. Primo casu nõ publicatur dos damnatæ mulieris nisi in quinq; casibus ibi positis, scilicet qñ damnatur pro crimine læsæ maiestatis. vel per l. Iul. de vi pub. vel propter patricidium, vel propter veneficium, uel ꝑ l. corne. de sica. Secũdo casu dixit indistincte publicari. ff. sol. mat. l. si constante. §. fi. gl. autem tenuit dotem indistincte nõ publicari nisi in dictis quinque casibus. Et hoc tenet Iac. de Are. in d. l. quinque legibus.

legibus. Quod est verum quando damnatur constantie matrimonio tunc vbicunq; publicatur bona, et dos eius intelligitur publicata, vt d.l.si constante.§.fi.& ita communiter tenetur.

Sed quæro vigesimonono.

29 †An si vxor Titij banniatur ob adulterium maritus siue eius hæredes eo post bannum præmortuo vxori possent per illam ad dotem conueniri. Hęc qõ est valde dubitabilis, cum tñ fuerim de facto consultus cõsideraui hãc q. pẽdere a duobus.

Primo an vxor ꝓpter adulteriũ perdat dotem.

Secundo si perdit hæres viri posśit obiicere de adulterio. Et quidem circa primum dicendum est ꝙ sic vt probatur in authenti. vt lic. mat. & auiæ.§.quia vero.& no.C.de rei vxo.ac.§.taceat licet gl.notet contrarium,& non bene in l.rei iudicatæ.§.j.ff.sol.matri. & hoc indubitanter verũ est quando non solum committit adulterium, sed ẽt a viro discedit fornicationis causa, vt extra de do.inter vir.& vxo.c.plerunq;. Sed circa secundum maius est dubium. Videtur enim communis opi.ꝙ licet vir posśit obiicere de adulterio, non tñ posśit hoc facere hæres eius l.fi.C. de adul.& per Bar.& Bald.in d.§.j. & per Guil.in Spec.de excep.supra d.vers.Itẽ queritur,& de dona.inter vi.& vxo.§.j.ver.quid si mulier & vtrobiq; Ioã. An.vr̃ firmare opi.in gl.in.§.taceat.quam sequũtur alij vt iam dixi.& pro hac opi. vr̃ casus in l. fi.C.de re.don.in ratione sui.& ff.qui & a qui.l. sed & si maritus.in fi.secundum Ray.in l.j.§.fi.ff. ad silla. Dixi tamen tunc in casu de quo querebatur contrariam sententiam veram fore, sic distinguens. Quod aut adulterium est incognitum viro, & tunc sicut vir potuisset obiicere vxori, quando sciisset, ita & posśit hæres.ff.de reg.iur. l.hæredem.et l.hæreditas.Pro hoc quod habetur in l.sororem.C.de his qui.vt indig. & de fideicõ. l.fideicommissum. Necesse tamen est ꝙ accuset & probet vt in d.§. quia vero præalleg. secundũ Bartol.in l.miles.§.socer.ff. de adul. Bal. tamen dicit non esse necesse accusari, sed potest excipiẽdo, vel ciuiliter agendo consequi lucrum dotis, vt scripsit in l.cum mulier solut. matri.vbi vide.

Si vero adulterium vxoris est notum viro, tũc aut vir eum accusauit, & hæres prosequi potest causam saltem quo ad effectum perdendæ dotis. C.si reus vel accu.mor.fu. per totum. Idem si non accusauit sed accusare instituit vel non fuit tantum tempus inter scientiam adulterij, & mortem ꝙ accusare potuerit. Cum enim hæres repellatur ex eo quod vir videatur remisisse iniuriam vt in iuribus prædictis maxime in l. fin.de adulte. In casibus prædictis cessat talis ratio. Ergo stat regula, ꝙ ius competens viro transit in hæredem. Si vero nec accusauit nec accusare potuit, tunc aut retinuit vxorem post scientiã sicut prius. & tunc vera sit opin.glo.& Doctor.de quibus supra. Cum enim ipse mores approbauerit, hæres reprobare non potest, sicut nec ipse.quod intellexit Io.esse verum si agere velit contra vxorem, secus si velit excipere, vt ipse not. xxxij.q.vj.c. j.& tenuit Bal. vbi supra quod ego non firmo ꝑ nunc. Si vero ipsam in domo non tenuit, tunc aut eiecit eam propria authoritate.& dic vt habetur in l.cõsensu.C.de repu.& plene per Host.in sum. de adul.§.qua pœna.versi.sed nunquid hoc fieri.

Si autem eam non expulit sed ipsa a viro discesit fornicationis causa. Tunc aut crimen notorium, & idem quod supra, aut crimen est notorium, & tunc cum nulla requiratur sententia ipso iure virtute notorij dotem amisit, vt firmat gl.in c.fi.extra de adul.& Io.xxx.q.v. nosse in gl.vlti.xxviij.q.j.idolatria. Quod alibi intelligit esse verum in casu quo cũ adultero publice moretur. xxix.q.ij.c.cuius rei cau. & xxij.qõ.j.c.j.& ex his patet quando vxor bannita propter adulterium perdat dotem. In casibus autẽ in quibus non perderet, an obstante alio statuto ꝙ banniti non audiantur posśit per se vel per alium recuperare, dicam infra in q.lxxiij.dum tractabo an posśit iura cedere.

30 **Trigesimo quæro** † bannito cuius bona confiscãtur erat tempore banni delata hæreditas quam nondum adiuerat. Quid erit de hęreditate illa veniat ne in confiscatione. Istam quæstionem vidi de facto in qua fuit determinatum ꝙ non veniret in cõfiscatione, & inter alias rationibus infrascriptis. Primo, quia licet ex confiscatione, omnia bona & iura quęsita in fiscum transeant ipso iure vt in successorem per l.iij.C.ad leg.Iul.de vi.ff.de iur. fis.l.j.§.an bona. Non tamen reperitur ꝙ transeant iura quærendi, immo potius debet dici non queri sicut dicimus in patre et domino.C.de here. insti.l.cum proponas.& de acqui.hære.l.his qui hæres. Secundo per ea quæ scribit Bart. in l.is potest.ff.eo. tit.in vlti.oppo. ante ver. expediti. vbi sic loquitur. & per hoc dico quod istud ius adeundi non quæritur alteri, vt supra dixi de filio, seruo,& monacho.& ideo dicunt iura ꝙ regulariter hæreditas non adita non transmittitur l. vna.§.in nouissimo.C.de cad.tol.hæc Bart. Si igitur in hæredem saltem extraneum tale ius nõ transit, ergo nec in fiscum bonis publicatis, vt no. per glo.& Docto.in l.j.C.de bo. libe. Tertio sic probatur, ius adendi non est proprie ius sed quædam facultas.ff.ad leg.falci.l.pretia rerum,& habetur in l.licet.de iur.delib.ergo non venit in publicatione bonorum, maxime quia si esset ius nõ censetur ius in bonis sed extra bona, vt d.l.pretia rerum, ergo in generali suorum bonorũ translatione non venit, & ita in simili determinauit Bal.in l.j.C.qui admi. ad bo. pos.po. in ver. quo ad vltimum. Vbi etiam assignat plures alias rationes quæ faciunt ad propositum, & istud puto verius quã id quod scripsit Cyn.in l.si quis mihi, bona.§.si quis plene.ff.de acqui.hęre. Vbi distinguit an bannitus sit intra tempus iuris deliberandi, an post, quod ẽt ibi tenuerant Petr. & Iaco.de Rauen. Illa enim distinctio non põt cadere in fisco qui est simplex bonorum successor, nõ hęres, tam quia bannitus viuens hæredem habere non potest.l.ij.de hęre.vel ac.ven.tum quia nec mortuus, quia fuerat effectus seruus pœnæ.l. qui vltimo, de pœ.licet in quibusdã specialiter dispositis

talis

talis succesio ad instar hæredis tractetur.l.ij. ad l.Iul.de vi.& no.per glo.& Bart.in l.inter eos.§. fi.de fideiuss.Item illa distinctio non caderet in bãnito qui etiam post annum adire potest. Item nec in suo in quo cessant.l.quoniã.& l. si auia.de iur. delib. & ideo vera est conclusio prædicta ꝙ talis hæreditas nullo casu fisco quæratur,quod in d.§.si quis plane.tenuit gl.& ea sequitur ibi Ray.repro bans Ia.de Ra. & id tenuit ibi Nic. de Nea. nec prędictis ob.quod postea adeundo fingitur hęres a die mortis defuncti,& sic tempore confiscationis, vt l.hæres.quandoque.ff.de acqui.hære.quia talis fictio hoc casu non attenditur vt patet ex his quæ ibi no.per glo.& Bar.Cautela tamen datur ꝙ talis bannitus repudiet in concordia cum illo ad quem eo repudiante deuoluitur de quo fiscus conqueri non potest,vt l.qui autem in prin.de his quę in fraud.credi.

31 Trigesimo primo † Bannito debebatur aliquid ex contractu vel ex vltima voluntate sub cõditione quę post bannum, & publicationem bonorum purificata est, quæritur an illud ius transeat in fiscum. Ista q.meo iudicio non reperitur bene determinata.text.enim in l.si constante.§.fi.ff.solu.mat. secundum vnum intellectum facit quod sic. Ad id fortius de pac.dot.l.inter socerum.§.fi. In contrarium facit l. quoties.in fi.ff. de noua. Et istam partem ꝙ non veniat in confiscatione, tenet Alb. in materia statutorum q.cclxv.loquẽs in substitutione.& alleg.l.substitutio.ff.de acqui.re.do.Bar. in d.l.si constante.in fi.arguit pro & contra. in l. quoties.de noua. videtur tenere ꝙ in confiscatione non veniat.& ibi Ang. clarius idem tenet dicens ibi esse casum ꝙ in confiscatione bonorum non veniant iura conditionalia,& idem firmat in l.tutoris.C.ad l.Iul.de vi. & allegat glo.quæ hoc dicit in l. non ad ea.ff.de condit. & demon.Bald. in l.j.C.de bo.liber.se non firmat sed alleg.pro et contra dicta iura. Mihi autem videtur ꝙ dicta iura loquuntur in diuersis casibus. Nam l. quoties,loquitur in damnato qui veniebat sub conditione obligandus,& ideo cum tempore obligationis non reperietur persona habilis ad obligandũ se, saltem ex contractu iuris ciuilis non fuit purificata obligatio, & sic fiscus ex persona damnati teneri non potuit. Et vide iura quæ allegabo infra in vlti.tempore parte ij.quæstio.vj.lex autem inter socerum.§.fi.loquitur econtrario quãdo persona fuit damnata cui debebat quæri & ideo ibi videtur casus ꝙ iura conditionalia veniãt in publicatione bonorum. Sed puto contrarium per glos.in d.l.non ad ea,& per ea quæ dixi supra q. proxi.& q.xviij.ad l.inter socerum.§.fi. respon. quod ibi ius fuit natum passiue contra virum, & sic illa actio erat in rerum natura. Aut ergo ille pater fuerat deportatus,& licet ei quæsita fuisset, tamen fiscus eo postea naturaliter mortuo ageret, vt l.ij.C.de bo.dam. Aut statim fuit mortuus & fiscus aget non iure confiscationis sed iure occupationis bonorum vacantium quicquid ibi dicat glos.& istud non potest habere locum in bannito, qui vt infra dicetur hac eadem parte q.j. potest habere hæredem in postea quæsitis.

32 Trigesimosecundo quæro † an banniti predicti quorum bona publicantur perdant iura patronatus. hæc quęstio. bimembris est, & ideo dico aut loquimur in iure patronatus libertorum de quo ff.de iur.patron.per totũ.et tunc serua quod dicitur in l.j. C. de bo. lib. In his enim quæ transeunt in hæredem extraneum priuatur bãnitus & transeunt in fiscum. In alijs autem remanet patronus, vt ibi, Si vero loquimur in iure patronatus ecclesiarum sciendum quod glo.mouet & nõ determinat.xj.q.vij.filius.Sed glo.in clemen.pastoralis. de re iudi.super verbo subiecte, videtur tenere ꝙ tale ius in fiscum non transeat.& hoc tenet Archi.in d. c. filijs.& est verum. Nam licet transeat in hæredem extraneum, vt not. in cle. si plures de iure pa.& xvj.q.vij.considerandum tamen quia illud ius laicus habet ab ecclesia statutũ sine sententia confiscantis ille non potest auferre de iure patro. c. j. & iij. & istud indistincte tenet Bal.in d.l.j.de bo.liber.& hæc pars placuit Ant. de But.in d. cle.pastoralis reprobata opi. Bartol. Brixien.in d.cap.filijs.vt in d.cle.plene per eum quod intelligit verũ siue principaliter veniat publicatio bonorum siue accessorie ad delictũ, quia super spiritualibus nec principaliter nec secundario iudicat laicus extra de ordi.cogni.c.tuam. Dixit tamen ibi no.ꝙ hoc est verum quando publicatio fit virtute statuti. Tunc enim hoc nõ potest facere statutum de constitu.c.ecclesia sanctæ Mariæ, sed si publicatio fieret de iure communi dicit ꝙ licet ex confiscatione facta per iudicem secularem non perderet ius patronatus, posset tamen episcopus declarare delictum & illud ius cõfiscare fisco ecclesiæ. Et erit effectus ꝙ ius patronatus extinguetur, & illa ecclesia remanebit libera sub episcopi potestate. Allegat quod not. Archi.in d.c.considerandum. Quod vltimum videtur mihi non tolerabile. Non enim habet episcopus cognitionem criminum ciuilium in laicũ. Item cum semel in illo loco sit cognitum amplius cognosci non potest.l.licet.§.pe.ff.nau. cau. stab. & ideo hoc vltimum maxime canonistis relinquatur.

3 Trigesimotertio quæritur † an bannito filiosfamilias.& bonis eius publicatus pater teneatur tradere fisco legitimam. Respondeo ꝙ non, quia viuo patre filius vere nullum ius habet in legitima vt habetur.ff.de lib.leg. l. post emancipationem, & per Bart. in l.fi.ff.de lib.agno.& in l.fi.C.de pac.& habetur in auth.si qua mulier. C.de sac.san.eccl.Et si diceretur illa iura loquuntur in alijs quibus non debetur de necessitate legitima,sed legitima est debita, vt l.cum ratio de bonis damna.& quod no.in l.secunda.C.de iuris & fact.ignoran.Respondetur ꝙ etiam non obstaret quia deberetur sub conditione si præmoriatur pater. & ideo in publicatione non venit, vt dixi supra quæstione xxix.& xxx. Pro hoc videtur casus in lege & si condemnatus.ff.de noxali. quæ ad hoc allegatur, Facit etiam l. si qua pœna. de his

his qui sunt sui vel alie. iur. & ita determinat Guil. vbi refet opi. in Spe. de sen. execu. §. sequitur versic. si filiusfa. vbi vide per Ray. in d. l. si qua. licet tamen ita sit de iure, sunt in aliquibus partibus Italię statuta contra hoc disponentia quę suis locis seruanda sun, vt l. omnes populi. de iusti. & iur.

34 Trigesimoquarto quæro † Stante statuto ꝙ pater teneatur assignare fisco legitimam pro filio delinquente, filius fuit ex contumacia bannitus, & eius bona fuerunt publicata, quæritur an pater teneatur fisco legitimam dicti filij assignare, Dyn. & Ray. dixerunt ꝙ non. l. j. ff. quando ex fac. tu. per illum tex. ad idem. l. j. C. de iur. fis. secundum secundam lecturam. & idem tenuit Alber. in quæstio. statutor. q. cclvij. & alleg. l. j. de in lit. iur. cum concor. Idem tenuit Bar. disputando & effectum disputationis posuit in lec. in l. cum filius. in prin. de ver. obli. & allegat vltra prædicta primo. l. eius qui delatorem. ff. de iur. fis. vbi ficta confessio ex contumacia introducta non egreditur personam contumacis. Allegat etiam. l. qui repudiantis in fi. de inoffic. testamē. l. de euict. l. si ideo. C. de pigno. l. præses. In quibus habetur ꝙ vbi alias sententia lata contra vnum prężiudicat alteri non habet locum quando fertur ex contumacia etiam illo sciente. Allegat etiam not. per Cy. in simili in l. si quando. C. vnde vi. de qua ibi plene vide vbi examinat quando statutum aliter loqueretur, quæ cum per eum plene declarentur aliter non prosequor. Vnum no. ꝙ dictum statutum loquens in patre non habet locum in auo secundum Dy. & Ray. in l. lege Iulia. §. hoc capite per illum tex. ff. de rit. nup.

35 Trigesimoquinto quęritur † pone ꝙ statutum taliter loquatur ꝙ pater etiam pro filio bannito nedū aliter conuicto & condemnato teneatur assignare fisco legitimam, Contingit ꝙ filius deliquit in chalen. Ianuar. Accusatur in chalen. Martij bannitur in chal. Augusti, interim augetur & minuitur legitima quęritur quod tempus debeat inspici. An delicti. An accusationis. An sententiæ, quæstio est subtilis, & fuit ab olim disputata per Ia. Vicetinum vt refert Albe. in quęstionibus statutorum cclix. q. & ibi arguit ad vtranque partem multum diffuse, sed tangam aliqua, & breuiter. Primo arguit ꝙ inspiciatur tempus delicti. l. j. in fi. ff. de pœ. Secundo quia executio debetur iure obligationis ergo inspicitur tempus delicti quo insurgit obligatio. l. fundum cor. de noua. iuncta. l. omnem. de iudi. Tertio quia patrimonium habebat certam formam a tempore delicti, ergo illud tempus inspicitur. l. ij. in fin. ad l. Aquil. C. de impo. lucr. descri. l. j. in fi. cum simi. Ad idem adducit. l. iniuriarum æstimatio, de iniur. de ser. cor. l. doli. §. fi. de iudi. l. si filius. Secundo arguit ꝙ inspiciatur tempus accusationis. Primo ad obligandum patrem requiritur scriptura, quia ante non tenetur quam sit conuictus filius. l. libertus. §. j. ad munici. C. de decur. l. j. lib. x. sed in ea requiritur scriptura. C. de accusa. l. in causis. & ff. eo. ti. l. libellorū. ergo illud tempus inspicitur. C. de fi. instr. l. contractus. Secudo ad idem pater tenetur vt fideiussor filij. l. cum filius. in prin. de verb. obli. con cōcor. sed mora principalis nocet fideiussori, & tempus moræ inspicitur. l. mora. de verb. obli. si cer. pe. l. vinum quæ mora contrahitur per interpellationem. ff. de vsu. mora. ergo, &c. Tertio quia administrationem bonorum perdit ille qui propter delictum tenetur accusatione porrecta nō ante. l. aufertur. §. in reatu. ff. de iur. fis. & ff. de bono. dam. l. cum ratio. et sic patet ꝙ ante accusationem non debet inspici æstimatio sed accusationis tempore & ita videtur tenuisse glos. secundum eum in l. chyrographis. in fi. ff. de admi. tu. licet videatur tenere contrarium in l. ex iudiciorum de accus. Tertio principaliter arguit ꝙ inspiciatur tempus sententiæ. Probat primo. ff. de rei ven. l. si hominem. §. Iulianus. de eden. l. vbi, de triti. l. pen. & l. iij. §. in hac. ff. commo. Secundo probat a natura contrarium. l. fi. in fi. de leg. iij. Sed si bona tempore sententiæ reperiantur sine culpa diminuta illorum nō fiet æstimatio, quia pater tenetur respectu certorum bonorū. l. si ex legati causa de verb. obli. C. de iur. emphy. l. j. & de leg. j. l. titiæ texto. res cum si. Tertio quia obligatio alicuius ex mora alterius non crescit de in lit. iur. l. j. cum cōcor. licet ergo æstimatio fuerit maior ante sententiam illud non attenditur in patris præiudicium qui in nulla fuit mora ante sententiam. l. lecta si cer. pe. & pro hac parte allegat casum. in l. post contractum. ff. de dona. & C. de bo. dam. l. si quis post hac. Finaliter soluendo determinat quod aut bona patris tempore sententiæ reperiuntur aucta aut diminuta primo casu sententię tempus est inspiciendum quasi illud augmentum non bonis patris sed filij aduenerit. l. in suis. de lib. & posth. & quasi a filio in fiscū deueniant occultato vno actu de dona. inter vir. & vxo. l. iij. in fi. & quia tempore sententiæ censetur mortuus quo casu succedit fiscus in omne ius suum. C. ad l. Iul. de vi. l. iij. pro so. l. verum. §. fi. cum si. Pro ista parte allegat casum. ff. de test. l. eius qui. §. j. ad argumenta in cōtrarinm facta respondet. Primo ad primum, ꝙ inspiciatur tempus delicti respondet, illud verum in re certa & speciali non in patrimonio quod est vniuersitas. allegat de peti hære. l. iiii. & l. si quo casu. de pecu. l. quæsitum. & l. quoties. non ob. secūdum quod a primordio &c. quia quædam est forma naturalis, & in illa loquuntur iura in contrarium allegata. Quędam est forma accidentalis, et in illa inspicitur tempus sententiæ, vt d. l. quęsitum. Non ob. tertium argumentum quia omnia illa iura loquuntur quando tractatur de æstimatione rei in qua delictum est commissum, & sic non faciunt ad propositum. Non ob. quartum quia non ex scriptura pater obligatur, immo ex delicto filij quod declaratur per sententiam vnde sententia non de nouo obligat sed absolutionem declarat. l. adeo. §. cum quis. de acqui. re. do. cum si. Pręterea argumētum non concludit quia vbi obligatio ex scriptura oritur, non oritur antequam illa sit perfecta & consummata, vt d. l. contractus, ergo in proposito

proposito requiritur sententia antequã res non dicitur perfecta, vt l.j.de re iudi. Non ob.quintum quia hic nullã est dare morã ante sententiã quo ad bona,quia ante illam a nullo petuntur. Non ob.vltimum ꝙ sit interdicta administratio, quia illud non impedit augmentum. Secundo casu qñ bona sunt diminuta concludit ꝙ aut præter factũ patris, aut propter factum eius. Primo casu puta quia casu fortuito mortua sunt animalia, & tunc saltem ope exceptionis liberatur, ar.d.l.j. C.de iu.emphy.& in authen.de æqua.do.§. quia vero. Secundo casu concludit patrem nõ teneri nisi ad bona quæ erant tempore sententię, quia cum sit dominus rerum suarum, administrationem non perdit,nec ab ea culpa est exigenda licet propter delictum filius ad certam pœnam teneatur.l.etiã §.j.solut.mat.& qui & a qui.l. quæsitum. Quod dicit verũ nisi fuerit in lata culpa,quia illa æquiparatur dolo.ff. deposi.l. quod nerua, non autem fuit in lata culpa si scienter alienauit & in causam necessariam puta in alimentis &c. ff. famil. er.l.alienationes . de in rem ver. l.j.§.j. de sol.l. reo. In dubio autem aut alienauit tempore quo potuit suspicari de fisco. Et tunc videtur dolo facere alias non.ff.de pecu.l. summa cum ratione, qui & a qui.l.si maritus. in fin. cum si. Ad l.post contractum respondet vt ibi per Iaco. de Are. & alios. Credo decisionem veram maxima qñ statutum obligat patrem pro filio condẽnato, quia expresse ad illud se refert.l.si ita.ff.de aur.& ar. leg.Et ex prędictis patet ꝙ si tempore delicti pater habebat quatuor filios, tempore sententiæ habet quinq; legitima erit semis. Et e contra si habebat quinq; et tempore sententiæ vnus erat mortuus, legitima erit tertia secundum not. in l.cum quæritur,& auth.nouissima.C.de inoffi.test.

36 Vidi supra quæstione. xxxiiij.ꝙ † patet nullo existente statuto non tenetur dare fisco legitimam filij banniti. Quæro xxxvj. An saltem teneatur ei dare illud quod tenetur dare filio pro alimentis. Ista quæstio videtur magis dubitabilis,quia istud est filio debitũ. l.si quis a liberis,per totum.ff.de libe.agno.Sed dic ꝙ non secundum Guiliel.in Specu.de execu. sen.§.sequitur ver.quid si filius [illegible] bi plene vide. Probatur etiam ex his quæ dixi supra in quęst. xviij.vbi etiam vide.

Trigesimoseptimo quæritur

37 † an bannitus perdat ius succedẽdi ab intestato. In hoc cõiter dicitur, ꝙ aut vult succedere de iure cõi, & potest,quia iura ciuilia non perdit vt dictum est supra in v.qõ. Aut vult succedere de speciali iure statutorum ciuitatis a qua est bannitus, puta quia statutum dicit ꝙ agnati preferantur cognatis vel masculus fœminæ & non potest, quia perdit iura suæ ciuitatis vt ibidem dictum est.Et in hoc concordant oẽs vno excepto ex his quos viderã.s.Batho. de Saly. in sua disputatione vbi non probat id quod dicit,& ideo sequor communem opi.Bar.in d.disputatio. Guil.Dy.& Cy.& aliorum in l.si qua pœna.ff. de his qui sunt sui vel ali.iur.& Bal. in l.j.C.de hære.insti.Primum autem mẽbrum verum est qñ ius cõe secundũ quod vellet succedere non est correctum a statutis suæ ciuitatis a qua bannitus est, puta,quia est cognatus proximior vult excludere agnatum vlteriorem ex forma iuris communis, dico ꝙ nõ potest, quia vt dictum est in q. præallegata statuta in sui odium disponentia non tolluntur per bannũ sed solum disponentia in sui fauorem, & ideo si ipse est agnatus, & ex forma statuti vult excludere proximiorem cognatum vel sororem a successione fratris vel patris non potest per prædicta. De quo etiã per Bar.in l.iij.§.filium.ff.de contratab. & in l.j.§. si pater.ff.de coniun. cum eman. lib. eius.& in l.ij.in fi.ad Tertul.

38 Trigesimooctauo quæro † an possit succedere ex testamento omissis superfluis. Hæc qõ pendet a præmissis, & maxime in dicta q.v. tractatur.per Cy.in l.j.de hære.instit.& habetur in l.j.C.de requi.re.Sed conclusio Bar.in d.disputa.quem sequuntur oẽs, quod aut testamentum est validum de iure ciuili nullo statutorum auxilio requisito,& potest hæres institui, & hereditatem adibit,& fisco non quæretur, quia non perdit ea quę sunt de iure ciuili vt dictum est.Si vero testamentum non tenet de iure ciuili sed solum ex forma statuti vt puta quia factum coram duobus testibus vt Venetiis,vel per filiumfa. ex forma statuti, tunc ipso iure capere non poterit,sed remanebit venientibus ab intestato coniunctis vel substitutis.C.de cadu. tollen.l.j.§.j. & ij.& habetur in d.l.j. C.de hæredi.institu.

39 Postquam vidimus † ꝙ bannitus etiam cuius bona publicantur potest acquirere bona, & quod in publicatione non veniunt.xxxix.quęro. An saltem possit fiscus ei talia bona auferre vt ab indigno per regulam.l.Lucius.ff.de iur.fis.Bar. sub dubio forte in l.j.de hæredi.insti.dixit ꝙ sic, sed ibi dicit Bal.ꝙ non, quia nemo est indignus nisi in casibus expressis a iure.Et ꝙ quis sit in tali casu debet probari per allegãtem. ff. de proba.l.ab ea parte,quod est verum,nisi a statuto aliud disponatur. Potest enim aggrauare pœnas & contumaciam.l.sed si per prætorem.§. sed si dũ.ff.qui. ex cau.ma.& ff.de pœ.l.relegati.cum simi.

40 Vlterius & sic xl.quæritur † bãnitus erat tutor cuiusdam pupilli,aut legitimus, aut datiuus,aut testamentarius, quæritur an perdat tutelam. Bar.in l.si sine hærede.§.fin.ff.de admi.tuto. videtur dicere ꝙ aut perdit bona, & tunc perdat tutelam,alias non per no.in d.§.relegati. Alb.autem vbi supra.s.in parte vlti.q.xiiij. dixit ꝙ aut perdit ciuitatem, & tunc desinat esse tutor. Aut non,& tunc tutor remaneat. Ad primum allegat, instit. qui. mo.tu.fin.§.sed & capitis.C.qui.pe.tut.l.in locum quando tu.ha.l.licet. & quod ibi not. & quod not.per Azo.in sum.eo. ti.§.quid si decesserit,& quia talis bannitus videtur reputari pro mortuo. l. si necem.§.si deportata. ff. de bon. lib. & de tutel.l. si quis author. & quod

quod ibi no. Ad secundum allegat de condit.& demon.l.interdicit.& quod ibi no. Puto dicendum ꝙ si ei nõ erat decreta administratio ad modo ei decernenda non sit,etiam si esset testamentarius.ff.de confir.tut.l.in confirmando. cum ibi no. Si autem erat ei decreta cũ ad sui odium remaneat tutor, vt dicam infra xliiij.q.non finitur tutela quin teneatur actione tutelæ etiam pro contingentibus post bannum per ea quæ ibi dicam. Poterit tñ a tutela remoueri,arg.ff.de solu.l.si cũ corne.& l.cum quis.ff.de tut.& rat. distra.l.si tutor repu.Quę intelligo si est bãnitus a loco in quo habet tutelam gerere. Si autem banniatur ab alio loco tunc putarem posse sustineri distinctionem Bart.an perdat bona , an non & an habeat bona aliqua in loco in quo tutelam gerat quæ in confiscatione non veniant de quo dixi supra qõ. xvij. Vbi autem dixi tutelam non perdere non obstat quod efficiatur infamis interdum ex banno vt dicam infra in q.xlviij.quia propter infamiam nõ repellitur a tutela l.j.§. sed est æquissimum.&.§. fi.ff.de postu.& per Azo.in sum.de infa.ex prędictis patet ꝙ vbi tutela finitur deuenitur ad legitimum, vbi non finitur sed remouetur vt suspectus peruenitur ad datiuum . Et idem si esset bannitus ad tempus vt hæc probantur in d. l.licet , in l.j. & ij.ff.de legi. tut.& in l. si quis sub conditione. cum ibi not.ff.de testa.tut.

Quadragesimo primo quæro

41 †an desinat esse executor testamenti.dixit Ray. ꝙ non,quia illud est merum factum, vt ipse no.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebe. quod intelligit Bal. verum quantum ad actus nudi ministerij.s.ad electionem vel declarationem aliquã faciẽdam,vt ipse no. in l.id quod pauperibus.C. de epis.& cle.& id quod Ray. dicit Alber.vbi supra.s.in parte bannitorum q.cj.& allegat no.in l.si victum. ff. de re iudic. Hoc ẽt videtur sentire Bar.in l.cum pater.§.hæreditatem. de leg.ij.vbi dicitur ꝙ excõicatus potest eligere. Aduertendũ tamen puto ꝙ si in executione deberent aliqui citari secundum ea quæ habẽtur in l.si quis arbitratu.de verb.oblig.& in l.Theopompus.de do.prę lega. & ille non moraretur in loco in quo debet fieri citatio,& executio, non posset executionem facere l.si dies.§.si cum arbiter,cum ibi no.ff. de arbi. & sic licet de iure executor esse non desinat , tamen si ad locum non accederet effectiue executione priuaretur. Si autem nulla citatio requiritur credo vera esse quæ dicta sunt supra per Rayn.& Bal.

Quadragesimosecũdo quæro

42 † an desinat esse arbitrator . Bar. ꝙ non in d.§. hæreditatem.& l.cum pater. de leg.ij.per eadem iura. Idem Alber. vbi supra remisi proxima q. allegat l.iudæi.C.de iudæ. licet in contrarium allegat l.verba.& l.quod attinet.de reg.iur.& nõ respondet,sed dic ꝙ non obst.vt patet ex his quæ dicta sunt supra q.v.

Quadragesimotertio quæro,

43 † an possit esse arbiter Guil. in Spec.de arb.§. differt.versi.quid de bannito dixit ꝙ sic , si bona eius publicata non sunt ar.ff. de testi. l.j.alias secus per no.in.§.relegati. & in l. sine hærede.§.fi. ff.de admi.tut.& idem Guid. de Suza.in l.pedius ff.de arbi. Tu dic ꝙ quia nunquam æquiparatur deportato siue perdat bona siue non vt dixi supra qõ.iiij.semper poterit eligi in arbitrium etiam si sit infamis,vt d.l.pedius.Quod Ang.in sua disputatione de qua ibi in v.qõ.mentionem feci. dixit esse verum nisi qñ compromissum fieret in eum secundum formam statuti suæ ciuitatis per ea quæ dixi vbi plene vide in dicta v.quæstio.

Quadragesimoquarto quęro

44 † Titius satis diues sumpsit vxorem & ab ea recepit dotem cum promissionibus consuetis, deinde bannitus est . Quæritur an vxor possit petere sibi dotem consignari per l.si constante.vel per l. vbi ad hæc.ff.solu.mat.& C.de iur.do.vel per.§. illud.in authẽ.de æqua.do. col.vij.in hac qõ.post aliquas alle. circa id cui æquiparetur bannitus Bar.in l.si constante, in v.q.j.qõnis concludit ꝙ si omnia bona publicantur ,nulla est dubitatio. Potest enim tunc petere per remedium l.si constãte. Idem etiam dicit si pars bonorum est publicata l.si marito.eodem titu. Si vero retinet omnia bona sed exulare cogitur,tunc quia cepit vti male substãtia sua potest petere consignationem per dictum.§.illud , quod etiam videtur tenere Guil. in Spec.de dona.inter vir. & vxo.§.vlti. versic. quid si vir.& gl.& Bal.in l.ij.ff.sol.mat.in prin. Sed hoc vltimum intelligo in bannito personaliter vel in tanta quantitate quod dici possit eum male cepisse.l.propter litem.de excu.tut.Si vero sit bannitus in parua quãtitate,puta in cc.libris, & habet magnam substantiam,tunc licet non soluat vel quia nõ vult,vel quia est absens ignorat, non puto tale quid considerandum, argumẽ.ff.de in integ.resti.l.scio. cum ibi no.In his enim quæ sunt contra regularem dispositionem de minimis non curamus, vt ibi plene habetur. Dic tamen ꝙ vbi petat cõsig[illegible]ionem tenetur virum alere ex fructibus dotalibus vt habetur vbi supra. Sed tunc dubitatur an ipsa vxor cogatur eum sequi si vult ꝙ ipsa vadat cum eo quo vadit. In quo Albe.cum Odof.disputando tenuit ꝙ non,argumen. ff.de annu.leg.l.Meuia.§.fina.& sequitur Bal.in l.si cum dotem.§.si maritus.ff.solu. matri. Quod intelligo verum nisi possit ita honeste viuere cũ eo quo vult eam ducere sicut in priori loco, per ea quæ habentur in.§.transgrediamur.in l.si cum dotem.de oper.liber.l.sicut.& in l.secunda. ff.de rit.nupti.

Quadragesimoquinto quæritur

45 † an bãnitus talis desinat esse ciuis suę ciuitatis a qua bannitus est.Bar.in l.si.ff.de leg.per illũ tex.dicit ꝙ sic , si est talis ex bãnitus ꝙ possit offendi impune,et dr̃ hostis suę ciuitatis,vt l.amissione.

sione.§.qui deficiunt.ff.de capi. dimi. & idē dicit si est talis qui sit prohibitus receptari argumen. eius quod dicitur de eo cui est interdictū aquę & igni.& Et ideo dixit Bald.in l. sed & milites.§. sed ignominia.ff.de excusatio.tuto. ꝙ si sit proclama ꝙ quilibet teneatur ire ad exercitum sub certa pœna, non comprehenditur bannitus, quia non est ciuis; quæ non est bona ratio, vt infra dicetur. Dictum tamen in se verum est, quia non intelligitur de hostibus. Sed pro declaratione huius quæstionis est sciendum ꝙ Vgolinus de Fōtana Parmensis disputauit quęstionem in his terminis. Quidam Mediolanensis fuit bannitus de Mediolano, iuit ad habitandum in ciuitate Vercellis vbi erat statutum ꝙ offendens Mediolanensem puniretur in centum. Quidam combussit domum huius banniti de Mediolano quam habebat Vercellis. quæsiuit an talis offendens dicatur offendisse Mediolanensem, vt sic non pœna incendiarij de iure communi de qua in l.data opera.C. qui accu.non pos.sed centum librarum virtute dicti statuti tantum veniat puniendus,& eam retulit Alb.vbi supra q.lxvj.Et quia instat plurimum in eo cui ęquiparetur bannitus de quo fuit supra q. iiij. Non instabo in suis allegationibus, & concludit ꝙ offendens non possit vti beneficio dicti statuti, quia ad hoc vt dicatur Mediolanensis non sufficit sola origo,sed requiritur ꝙ sibi non sit interdictum domicilium alleg.de ver. sig.l.prouinciales & reprobat glos. ibi positam quæ incipit duntaxat,quia secundum eam nulla fuisset dubitatio illius l. per l.ij.& l. incola. ff.ad muni.quam dicit determinare quæstionem intelligendo ipsam prout iacet. Pro hoc allegat.eo.tit.l.municeps.& l.mutius.in fi. ff.de ver.sig.de adop.l.in adptionē. & de inco.l.ciues.lib.x. & sic in effectu concor. cum Bar.in aliquo,in alio autem tenet contrariū. Sufficit enim ad effectum perdendi ciuilitatem ꝙ ibi stare non possit. Putto in hac q. generali an perdat ciuilitatem dicendum vt dictum est supra in q.v.maxime videlicet,ꝙ quantum pertinet ad sui fauorem perdat ciuilitatem, quantum vero ad sui odium illā non perdit, maxime si est ciuis origine, sunt enim de iure gentium distinctę gentes & sic ciuilitates ordinatę. ff. de iureiur.l.ex hoc iure, quod ius supra conclusum est talis bannitus non perdere. Et ideo puto in proposita speciali quæstione tenendum ꝙ si talis Mediolanensis bannitus erat effectus incola Vercellis, vera sit decisio supradicta, quia statutum odiosum non habet locum in casu mixto.per no.in l.ij.de verb. obli. Si autem nō erat incola Vercellis,puto talem offendentem potuisse vti beneficio dicti statuti,quia ille sui odio remansit Mediolanensis, licet nō sui fauore vt in iuribus in cōtrariū allegatis. Et vide quæ dicam in duabus proximis quæstionibus.

Viso quod ad sui odium bānitus remanet ciuis. Quæro quadragesimo sexto. 46 † An possit in loco a quo est bannitus collectari,vt sic ad munera teneatur. Videtur enim ꝙ sic, postquam subditus remanet.l.rescripto.§.fi. ff. de mu.& ho.cum si. Sed dic secundum Bar. & alios in l.inter quos.§.damni.ff.de dam.infe.ꝙ aut perdit bona, quia in fiscum transierunt, & tunc non potest collectari.Habet enim fiscus res pro quibus imponebatur collecta, ergo soluere non tenetur, sicut nec emphyteuta cogitur soluere canonem si res emphytheutica ad dominum peruenit l. ij. C. de iur.emphy.Si vero in fiscum bona non peruenerunt cum sit capax obligationis passiue l.tutelas.circa fi.ff.de capi.dimi.potest collectari,licet fructus ex suis rebus sua culpa non percipiat, ar. eius quod habetur in l.j.C.de natu.lib.& l. damnum quod quis.de reg.iur.facit.ff.ad munic.l.incola. Iam primum membrum debet intelligi, & ita credendum est doctores intellexisse pro bonis quæ habebat tempore banni. Pro bonis autem quæ postea quæsisset sine dubio collectari posset, quia vt dictum est supra proxi.q.ciuis siue incola remanet, ergo &c. vt d.l.rescripto.in fi. Et hoc est verum si illa bona nouiter acquisita sunt in territorio suæ ciuitatis a qua bannitus est.Si autē alibi sita sunt dubium est ꝙ generaliter in aliis non bannitis examinatur, videlicet an in loco domicilij possit quis collectari pro bonis alibi sitis,de quo per Bar.in l.j.C.de mulie.& in quo loco.& in d.l.rescripto.in fi.in quo communiter dicitur ꝙ sic etiam si alibi domicilium acquisierit, vt habetur in addi. Spec.in ti. de censi.§.nunc dicendum.ver.sed pone regimen.vbi Ioan.And.refert decisionem quam habuit ab Old.licet eū non nominet, vt patet in eius consiliis.consi.clxxj.licet autem teneatur ad onera patrimonialia,ad personalia non tenetur,vt in.§.qui deficiunt secundū Bal.in l.sed & milites.§.sed ignominia.ff.de excu.tu.ꝙ etiam eadem ratione verum erit in muneribus mixtis, vt si dicatur ꝙ quilibet vadat cū equo. Vide supra in prin.j.q.

47 Quadragesimo septimo quæro † an talis bannitus possit capi pro represaliis concessis contra ciuitatem suam & eī ciues. Ista q.multa requireret que huic tractatui non conueniunt. Et ideo ac etiam,quia habetur tractatus Bar.qui cōmuniter habetur,breuiter me expediens,& addēs aliqua his quæ in hac questio.dixit Bar.in l.prouinciales.ff.de verb.sig.vbi conclusit capi nō posse rationibus & iuribus allegatis.Concludo ꝙ aut erat bannitus tempore quo iustitia fuit denegata. Et sic tempore quo fuit commissa causa concedendi represalias & capi non potest,vt ibi per Barto. quod intelligo si bona perdidit & munera non subibat. Si autem munera subibat,tunc puto idem ꝙ in sequenti membro per ea quæ no.Bar.in tracta. represaliarum. in vj.q.principali.q.ij. Si autem tunc non erat bānitus contra ipsum poterunt exerceri,quia ciuis est ad sui odium,vt dictum fuit supra proximis quæstionibus,& quia non debet ex pœna pręmium reportare.l.siue hæreditaria.ff. de nego. gest.Cætera vide vbi supra & per Ioan. And.in c.j.de iniur.& dam.da.li.vj.& in mercurialibus,in c.non debet.de regu.iur.eod.lib.

48 Quadragesimo octauo quero.† an bannitus possit petere alimenta

menta ab illis a quibus ante bānum ali debebat, & an illi alere teneantur. tex. videntur quod sic, in l. mutus. §. manente. ff. de iur. do. Et ita tenet Bar. in vxcre ꝙ debeat alere virum bannitum in leg e si constante. in princ. ff. sol. ma. & in filio qđ debeat alere patrem bannitum in l. si quis a liberis. §. j. ff. de lib. agno. alle. in auth. de incest. nup. §. si vero contigerit. & ibi not. in glo. quæ dicit ꝙ alet eum mittendo sibi necessaria, in auth. vt cum de appel. cog. §. si vero vnum de prædictis, et idem tenet Ray. in patre ꝙ teneatur alere filium bannitum per d. §. si vero, & vt ipse not. in l. si quis a liberis. versi. vtrum. In contrarium facit, quia cum sit hostis ciuitatis licitum est cuiq; etiam filio eum occidere. ff. de relig. l. minime, ergo potest ei alimenta denegare. ff. de lib. agno. l. necare. & ad l. Cor. de sica. l. nihil. Præterea contra prædicta, & pro hac parte, videtur hodie casus in x. colla. de pac. tenen. & eius viola. c. j. vbi Bald. dicit filium nō debere alere patrem bannitum, & hoc ibi esse introductum de nono. & idem dicit Ange. in bannito qui sit effectus hostis ciuitatis suæ. alias dicit primam partem veram in præalle. §. si vero. de incest. nup. vnde sumitur authen. incestas. C. de ince. nup. Sed ego sto in prima opi. licet enim bannitus sit, nihilominus pater est, vt dicit text. in d. §. si vero, pro hoc. ff. de cap. dimi. l. eas oblationes. & l. legatum, & de his quę pro non scrip. ha. l. si in metallum. cum si. Non obst. l. minime. quia lex illa loquitur in patre contra patriam veniente, & sic in faciendo contra ipsam delinquente, licet ergo alias deliquerit & venire neglexerit, propter qđ patria eum hostem iudicauerit, non tamen licet filio eum interficere si contra patriam non venit, de quo dicam infra parte proxi. huius temporis. q. x. Non ob. c. j. de pace tenen. quia ibi ponitur casus specialis qui ad consequentias trahi non debet. l. ius singulare. & l. quod vero contra. ff. de legi. Pro hoc quia filius tenetur alere patrem excommunicatum, vt habetur in capitu. sacris. de sen. excom. imo etiam hæreticum. vt not. lxxxvj. distinctio, non satis, & ibi firmat Archidia. & Hostien. in sum. de tempo. ord. & pro hoc facit quod habetur in l. qui cum vno. §. fina. ff. de re mili. & ibi Ray. dixit per illum text. quod filio existente in religione licet illam exire pro alendo patrem, ad quod etiam allegat Thomam de Aqui. vt ipse dicit in d. ver. vtrum.

49 Quadragesimonono quæritur. † An tales banniti perdant famam, & sic an efficiantur infames. Et hæc quæstio in genere sic formata consistit in pluribus. Primo in causa. s. ex qua causa sit damnatus. Si enim est damnatus extra causas famosas, de quibus habetur in l. j. de infa. sine dubio non erit infamis, & ideo si damnatur propter delictum a statuto introductum qualitercunque sit processum siue per accusationem siue per inquisitionem non erit infamis. Et est ratio quia condemnatus est per conditionem ex statuto, vt l. j. de condi. ex lege ergo non est infamis. ff. de act. & obli. l. cessat. & ita refert Bar. consuluisse Dyn. in consi. quod incipit. Set Ioannes de castro de rute. Quod est verum si delictum a statuto introductum non efficitur publicum. Si autem fieret publicum secundum not. per eum in l. j. ff. de publi. iudi. cum tunc esset damnatus publico iudicio per viam accusationis infamis erit, vt d. l. j. ff. de his qui no. in fa. secundum eundem Barto. in l. infamē. de publi. iud. Secundo si consistit in modo procedendi. s. an processum fuerit contra eum pro crimine de iure communi infamiam irrogante per viam accusationis, an per viam inquisitionis, & quia si verum esset quod bannitus per viam accusationis non esset infamis non esset necesse an per viam inquisitionis bānitus sit infamis examinari, & ideo incipiam ab hoc, an bannitus pro crimine de iure communi famoso ex processu facto per viam accusationis sit infamis, et primo videtur ꝙ nō, quia damnatus per contumaciam non est infamis, vt not. glo. in l. j. C. de mo. multan. per quam quidem Doctores antiqui sic dixerunt, vt refert Guilel. in Spe. de sen. & his quę ipsam se. §. j. versic. quid de istis. & Bartol. in l. ictus fustium. ff. de his qui not. infa. & adducit quod grauantur vltra legem, cum ex sola contumacia habeantur pro confessis, dicatur cum infamia dispensatum, vt in. §. pœna grauior. Iacob. autem Butri. vt refert. Bart. in d. l. ictus. disputando tenuit contrarium, quia cum ex forma statuti habeatur pro confesso. Ergo omnes leges loquenetes de confessione vera trahuntur ad hanc fictam, argu. l. primæ. C. de rei vxo. ac. & ff. ad l. falci. l. prima. §. lex falcidia. sed vere confessus esset infamis, vt not. glos. in d. l. ictus. Ergo & ficte confessus. sed Bar. ibi tenet contrariū Primo quia ex sola confessione quis non infamatur, quia verba edicti non loquuntur de confessione, sed de condemnato, vt l. j. eo. titu. & nō habent locum in confesso in criminalibus, & confessus non habeatur pro condemnato. ff. de custo. reo. l. si cōfessus. Secundo quia ille qui damnatur per mediā personam procuratoris non est infamis, vt l. furti. §. qui alieno. eo. ti. & tamen confessio procuratoris fingitur confessio domini. Pro hoc quia grauatur vltra legem, vt supradictum est nec huic ratio ni obstat, si dicatur ipse grauatur solum in processu, ergo intelligitur cum infamia dispensatum. vt habetur in l. ictus fustium. quia immo secūdum eum grauatur circa probationes. ergo in cōdemnatione. Quod intelligit esse verum nisi sit facta executio, & talis que ex genere pœnæ irroget infamiam, vt in d. l. ictus fustium, & ita etiam consuluit. Addens quod talis bannitus dicatur potius damnatus ex contumacia ꝙ̄ ex eo ꝙ deliquerit. l. qui repudiantis. in fi. & l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. & sic non sit infamis, vt patet in eius consilio quod incipit. Quæritur & in dubium reuocatur an franchinus &c. Et hanc partem tenuit Bal. in l. j. C. de hære. insti. & assignat debilem rationem, de qua non curo, maxime cum aliquid in contrarium faciens non respondeat, & quia alibi, vt dicam infra tenet contrarium. Aduertendum ꝙ super eodem facto super quo Bar. consuluit, consuluerunt contrarium magnę scientiæ viri Io. Cal. de Bononia, & Nico. de Neapo. Primo premmittentes quod vbi quis condemnatus

demnatus est ex contumacia pro crimine famoso sine dubio infamis est infamia facti, vt not. in l.fina.C.de requi.re.& per Azo.in summa eo.ti. quæ infamia repellit a dignitatibus officijs & honoribus.C.de digni.l. ij.lib.xij.ff. de sena.l. cassius.xxxiij. distin. laici. lxxxj. dist. tantis Daniel.de accu.c.omnipotens.de testi.cap.præterea. cum si.quæ loquuntur de infamia facti & quod not.Dyn.in regula pe.lib.vj.omiserunt allegare glo.ff.de infa.l.j.& C.eo.ti.l.nulla. Quod autem etiam sit infamis infamia iuris sic ostendunt. Statutum prædictum quod facit contumacem haberi pro confesso alterat formam procedendi contra contumacem,& nouam formam probationis contra delinquentem inducit,quia vult contumacem haberi pro confesso,nullo ergo alio statuto cauetur quod condemnatus modo & forma prædictis sit infamis,ergo restat ꝙ damnatus est de crimine famoso,& sic infamis,quia sic verba prætoris loquuntur in d.l.j.nec obst.quod contra contumacem noua forma iudicatur cum de iure bona deberent annotari l.prima.ff.de requi. re. quia respondetur quod nouus modus procedendi effectũ insurgentem ex condemnatione non alterat.ff. de publi.iudi.l.ordo, quod esse verum probauerunt etiam per deductionem ad absurdum. Cum enim quasi omnes modi procedendi sint alterati, vt patet per l.j.& ij.C.vt intra cer.tem.& per l. fina.C.de accu.& C. qui accu.non pos.l. qui crimen.si diceretur propter alterationem processus & ordinis cessare infamiam,nunquam aliquo publico iudicio damnatus esset infamis quod esset absardum.Nõ obst.ꝙ grauetur in probationibus quia grauatur in processu non in sententia. Hanc etiã partẽ tenet Alb.Pap.vt refert Guil. in præalleg.ver.quid de istis.vbi allegat rõnem absurditatis prædictam.& ad l.j.C.de mo.mult.respondet ꝙ loquitur in illis qui damnatur ex crimine non famoso.& non ordinarie,sed extra ordinem imponitur multa applicanda fisco:hanc etiã partem tenet Bald. referens disputationem Iaco. de But.in repe.l.cum mulier.ff.solu.ma. & ibi vltra prædicta alle.l.fin.vbi pu.edu.de. vbi secundum eum dicitur ꝙ sententia lata contra absentẽ infamat.Et hanc partem veram credo non ex vi confessionis,quia confessus non est infamis,nisi confiteatur transigendo,vt l.qm̃.de infa.& nisi fuerit cõfessus in iudicio aliquid quod a seipso sine sententia infamat,vt hr̃ in d.l.j.de his qui not. infa. quod non dixit Bart.in d.l.infamẽ de publi.iudi. facit l.furti.§.j.ff.de his qui notan.infa.quæ intelligo de infamia iuris.Infamiam.n.facti incurrit quis ex sola confessione secundum Inno.in c.per inquisitionem.de elec.sed ex vi sententiæ, est.n. damnatus famoso crimine ergo &c. vt d.l. j. & est casus in d.l.ordo. Hoc esse verum sic ostendo de iure cõi ẽt vbi pœna imponitur vltra relegationem,sunt certi casus in quibus damnatur absentes, & in eos contumaces fertur sentẽtia l. in lege corn.ver.& quid de hoc,ad leg.Corn.de sic. C.de pœnis l.ne diu & in extraua.qui sint rebelles.Dicemus ne illis in casibus absentes damnatos nõ esse infames,Certe nõ per generalẽ regulã, dictæ l.j.de his qui not.infa.ad rõnes Bar.ex prædictis patet responsum præterquã ad rõnem factam per.§.qui alieno,quę nihil facit,nam l.j.eo. tit.in speciebus de quibus loquitur.§ qui alieno. loquitur in eo ꝙ condemnatur suo nomine, sed procurator est ille qui condemnatur. & non est dominus,ergo dominus non est infamis.Procurator ẽt non infamatur,quia non suo nomine damnatur. Ibi ergo licet confessio procuratoris dicatur confessio domini, non tamen damnatur dñs, vt l.j.de senten.In proposita autẽ quæstione damnatur ipse accusatus,ergo verificatis in eo verbis legis idest infamis est vt d.l.j.§.lex falci. cum simi. Bannitus ergo per viã accusationis infamis est etiam infamia iuris, si bannitus est ex causa de iure famosa. Et si aliud diceretur facilior esset via fugiendi infamiã non comparendo, & postea condemnatus siue bannum soluendo quã illa via quæ datur in l.si reus.de procu. Ad l.primam. C.de modo mulc.& ad suam gl.respõdẽt vt supra. Vel responde quod ibi loquitur de bannitis secũdum l.j.de requi.re.qui nõ habentur pro confessis & non sunt diffinitiue damnati, sed interlocutorie,& sic non infamantur.l. quid ergo.§.quantum.ff.de infa.& ita intelligebat illam Oldra.vt refert Ray.C.de suspe.tu.l.si.in addi.super Cyn. ad rationem vltimam Bartol.per l.qui repudiantis responde quod illud est verum quantũ ad præiudicium tertij.Quantum vero ad suum idẽ operatur ficta confessio per contumaciam introducta quod operetur vera.sed Bartol.met qui in suo consi.c.quod incipit,a domino Cyn. de Bononia, dixit ꝙ talis ficta confessio ita validat inordinatum processum sicut vera per l.si confessus.ff. de custo.reo.& adde quæ dicam infra in q.liij.

50 Sed iuxta prædicta quinquagesimo quæritur.† An idem sit si bannitur per viam inquisitionis. In hoc primo glos.in l. iij.§. præterea.ff.de suspe.tut. tenet quod damnatus ex inquisitione non est infamis, quod etiam tenuit ibi Dyn. & ita etiam consuluit per l. prima.C. si tut.non ges.idem etiam not.per glo.in l.fin. C.de suspe.tut.& Cyn.ibi,idem tenet Guil.in prædicto versicu. quid de istis allega. supra proxi. quæstio. refert opinio. & licet non videatur eligere tamen ex ordine referendi videtur tenere contrarium. Nam si diceremus non infamari, sequeretur quod nullus hodie esset infamis. Cum ordo sit mutatus, vt ff. de pœn. l. hodie. & dicta l. ordo. de publi. iudi. quæ fuit opin. Alberi. Papien. Idem etiam tenuerunt Oldra. & An. de pisis. Primo eadem ratione. Secundo, quia debet attendi causa propter quam fit remotio. & ideo sequitur quod aliquando infamatur. ff. de suspe. tuto. l. hæc enim. Item & tertio per l. ictus. de his qui notan.infam.vbi proceditur extra ordinem, & tamen infamatur. Quarto quia mitius agitur cum homine non ministro legis, quam cum ministro legis, vt l.Celsus.ff.de arbi. sed accusator non est minister. Et tamen quis infamatur per accusationem, damnatus ergo fortius si damnatur per inquisitionem, & sic per causam agitatam cum legis ministro. Et sic tene-

bat gloss. prædictum esse veram quando remotio sit ex causa non infamatoria. Ad l.j.C.si tutor nõ gess. Respondet quod ibi non fuerat remotus, sed alius adiũctus. Ray. autem in d.§. præterea in suis reportationibus tenet glo. & idem in l.fi. & in.§. præterea. dicit se consuluisse notarium damnatũ de falso ex inquisitione non esse infamem sequẽdo Dyn. in l. cessat. ff. de actio. & obliga. Sed ad contraria non respondet. In additionibus autem super Cyn. in d.l. vlti. primo refert rationem Oldra. & deinde respondet. Ad l. hæc enim respondet ꝙ ibi non infamat sententia, sed genus pœnę. Ad l. ordo, respondet quod ibi non mutatur substantia, quia remanet accusatio, sed mutantur certæ qualitates, quod secus est quando per inquisitionem proceditur. Ad rationem respondet, ꝙ vtrobique inspicitur sentẽtia ex quo debet infamia irrogari. l. athletas. §. fina. de his qui notan. infa. Et concludit glos. prædictam saluari posse, dixit tamen se consuluisse secundum opin. Oldra. cuius contrarium dixit in dicto. §. præterea. vbi in vltimis reportationibus dixit expresse nõ esse infamem ex inquisitione damnatum, fundamentũ faciens, quia iudex qui inquirit fundat se ex statuto, & sic conditione ex lege, ergo non est infamis, vt d.l. cessat, quæ ratio etiam si vera esset nõ est vniuersalis per not. in l. secunda. §. si publico. ff. de adulte. Bald. in dicta l. fina. de suspec. tuto. simpliciter refert glo. Bartol. not. in l. infamem. & concludit quod vbi iudex inquirit virtute arbitrij sibi concessi aliter ꝙ̃ ex vi publici iudicij. Exemplum in l. nullum. C. de testi. & tunc damnatus non sit infamis. Damnauit enim quia aures iudicis offendit non lege cornelia, de falsis. Non ergo damnatur publico iudicio nec aliquo crimine de contentis in l.j. ergo non est infamia, vt dicta lege infamem. Si vero inquirit directo super publico iudicio, & sic inquisitio succedit in locum directæ accusationis & tunc damnatus est infamis alleg. l. athletas. §. calumniator. vbi est speciale in parte quod non infamatur, ergo in alijs inducitur infamia. Item quia ei conueniunt verba dictæ legis. Est enim damnatus famoso iudicio, ergo &c. maxime quia inquisitio succedit in locum accusationis. l. ij. §. si publico. de adult. & idem sequitur ibi Ang. hanc partem credo de iure veriorem, tum quia cum statutum deferat potentiam inquirendi per verba ad iudicem relata non oritur conditio ex statuto, sed iudicis officiũ nobile per not. in l. soror. C. de colla. & per Doc. maxime Bart. in l.j. de condi. ex lege. At etiam quia in omnibus præterquam inscriptione inquisitio succedit in locum accusationis, hinc est quod dicitur postquam inquisitio est effecta remedium ordinarium non tollitur per superuenientem accusatio. vt habetur per Bart. in. §. si publico. & in l. si maritus. §. j. eod. titu. Sit ergo conclusio quod damnatus ex crimine famoso siue per viam accusationis etiam ex contumacia quæ habetur pro confessione bannitus efficitur infamis infamia iuris, quod etiam tenuerunt Ioan. Calde. & Nico. de Neapo. de quibus dixi supra prima quæstione respondentes ad l.j. si tutor nõ ges. duobus modis. Vno quod speciale est in patrono. Alio quod loquatur quando iudex inquirit ex eo quod tutor coram eo deliquit. Et sic aures suas offendit, arg. d.l. nullum. & sic effectiue in hoc concordaue. runt cum Bartol.

51 Quinquagesimoprimo queritur. † Titius notarius fuit bannitus pro famoso crimine an possit instrumenta conficere. Si teneretur opin. Bartol. quod bannitus nõ esset infamis hæc quæstio esset sopita. Nulla enim ratione videretur dicendum ꝙ non posset, cum viuens notarius ex officio non ex authoritate remaneret. Sed quia supra dixi eum esse infamen, restat quæstio quam in condemnato format Bartol. in l. eadem. §. hac l. ff. ad leg. Iul. repetun. In quo etiam consuluit, vt patet in consi. clxxiiij. quod incipit, Ser Ioannes de Castro, de Rute. Cuius verba quia sunt latiora quam ea quæ posuit in l. eadem hic inserere curaui. Dicit enim quod tali infamia iure officium notarij non est interdictum. immo potest instrumenta conficere. Probatur primo per l. si aliquid. C. de suscep. & Archidia. lib. x. vbi expresse dicitur ꝙ non potest exercere officium illud in quo deliquit. Aliud autem officium exercere non reperitur prohibitum. Secundo probatur per l. si quis ex argen. §. primo. de eden. vbi ille qui est alias humilis et deploratus edit rationes & fidem faciunt. Et glo. quæ est ibi, quæ non dicit notario non credi &c. loquitur quando deliquit in officio quod fuit in proposito, ergo &c. Tertio probatur. Certum est ꝙ hæretici sunt infames ipso iure vt C. de hæreti. authen. gazaros, & not. C. de sum. Trinita. l.j. in fin. Sed constat ꝙ officium tabellionatus interdicitur hæretico, demum cum per annum steterit in excommunicatione, vt C. de hæreti. authen. credentes. Ex quo colligitur quod infamis potest conficere instrumenta, vt in hæretico ante annum. Item speciale est in hæretico post annum, ergo &c. Et illud ideo quia licet sit infamis non tamen deliquit in officio. Quarto probatur per similitudinem iudicis ordinarij. Nam licet sit infamis, tamen gesta coram eo valent, nec contra eum potest opponi talis exceptio, nisi forte in officio deliquerit, & propterea fuit eo priuatus. ff. de senato. l. ij. de iudi. l. cum prætor. ad leg. Iul. repetun. l. eadem. §. hac lege. Et hoc not. expresse per Innoc. in c. cum super abbatia, in glo. magna. in versi. in ordinarijs vero, de offic. ordi. ita in proposito licet sit infamis non tamen est ex delicto commisso in officio, & ab officio non est remotus. Et sic valent gesta per eum. Plus etiam tenet Specu. quod etiam si falsum instrumentum fecerit non vitiantur alia instrumenta per eum facta nisi per sententiam ab officio sit remotus de instrumen. edic. §. restat. versicu. quid si tabellio. Quinto restat vt respõdeatur quibusdam oppositionibus ex quibus ista decisio apparebit clarior. Primo, infamis non potest esse testis, ergo nec instrumenta facere l. domitius. de testamen. Respõdeo quod hoc argumentum non procedit. Nam quidam repelluntur a testimonio qui non repellunt a confectione

fectione instrumenti, vt in patre & filio emancipato qui non possunt inuicem testificari. C. de testi. l. parentes. Tamen pater pro eo filio & econuerso potest publicum instrumentum conficere. l. impuberem. ff. de fal. & not. per Dyn. in l. quod dicimus. de autho. tuto. Et est ratio, quia instrumentum non nititur sola authoritate notarij, sed ibi sunt etiam testes. Testimonium autem nititur sola authoritate testis. Facit quod not. in dicta l. parentes Præterea hic notarius iurauit primo officium ꝙ esset infamis & postea fuit rogatus, sed si testis prius iurauit, & postea efficitur infamis deinde deponit forte valet eius dictum, quia tempus iuramenti debet inspici vt l. si quādo. C. de testib. Facit quod not. in spec. de teste. §. j. ver. quid si testis. ergo in proposito debet valere instrumentum. Item posset obijci quod infamia repellit a dignitate. C. de dignita. l. ij. & l. quoties, & ibi not. quod ipso iure repellit, ergo hic ab officio notariæ. Sed respondeo quod hoc officium notariæ non est dignitas, sed munus quoddam ita nota. C. qui milita. non pos. l. fina. in prima gloss. lib. x. Facit eodem lib. de decurio. l. vniuersis. & quod ibi not. & eodem lib. si seruus aut liber ad decurio. offi. aspi. l. ij. fateor tamen quod sunt quidam notarij qui habent dignitatem, vt notarius sacri palatij. C. de manda. princip. l. prima. Si non est dignitas ergo infamia non repellit institu. de exceptio. §. fina. & sic partes sua sponte possunt eum assumere in notarium, sicut in arbitrum. ff. de arbi. l. pedius. præterea non est verum quod infamia repellat a dignitate ipso iure nisi in quibusdam grauibus delictis, vt not. per Innocen. de exces. prælato. cap. inter dilectos. & de illis debet intelligi glos. in dicta l. quoties. Hæc in d. consi. Bart. Sed in dicta l. eadem dicit hoc esse verum, maxime quando officium notariæ publice exercuit per tempora posito quod esset infamis per l. Barbarius. & per id quod not. in Specu. de iudi. deleg. §. excipitur. versicu. item quod est periurus & infamis, quod in dicto consi. dixit not. per glo. in authen. de tabel. §. penulti. in glo. quæ incipit, hic est argu. in fin. glo. & per Guil. in præallega. ver. quid si tabellio. in. §. restat. de instru. edi. dicit etiam in dicta l. eadē, idē esse siue deliquerit in officio tabellionatus siue extra per dictas rationes, licet Inno. dixerit cōtrarium in cap. fraternitatis de hære. secundum eum. Est ergo conclusio sua quod notarius infamis non perdat officium notariæ nisi illud officium habeat dignitatem, vel nisi sit publicū officium, puta notarij ad bancum iuris, ipse addidit in l. eadem. per not. in l. iij. §. miles. de his qui notan. infa. Hæc quæstio est mihi valde dubia. paris enim potentiæ sunt instrumentum & testes. l. in exercendis. de fide instru. Sed testimonio testis infamis non creditur, ergo instrumento quod est testimonium notarij infamis credi non debet. Nec valet responsio quod testis testificetur altera parte inuita. & notarius vero a partibus assumatur, quia illud verum quando aliter constaret eū fuisse a partibus assumptum. Si autem non cōstat aliunde nisi ex ipsius instrumenti inspectione, vt quia dixit publicaui, vel rogatus fui, secundum Bartol. in l. sciendum. de verbor. obligatio. vbi allegat iura. Non est alia ratio quam sit in teste. Præterea negari non potest tabellionatum esse officium publicum, vt l. generali. C. de tabel. ergo a tali officio debet remoueri, quia infamibus publica officia interdicuntur, vt d. l. miles. Huic tamen rationi supra responsum est, licet tamen sit dubitabilis adeo ꝙ tutius sit alium adhibere ad confectionem instrumentorum, tamen authoritatibus prædictorum, & aliorum de quibus infra dicetur inhærens concludo ꝙ aut notarius est damnatus siue bannitus ex crimine extra officium notariæ commisso, & valent ab eo instrumenta confecta tam vetera quam noua per rationes supra tactas Officia autem notarius extra publicationem instrumentorum pertinentia si sunt habentia dignitatem, vel sunt publica exercere non potest. Si vero est damnatus vel bannitus ex delicto commisso in officio notariæ, puta quia fecit instrumentum falsum. Tunc quicquid dixerit Barto. in dicta l. si aliquid. & Bald. in l. si quis ex argentariis. §. j. aut est simpliciter damnatus & valent instrumenta per eum postea confecta, argu. l. iij. §. quæsitum. ff. de suspec. tuto. donec exautoratus siue priuatus non fuerit, vt dicta l. si aliquid. Et ita loquitur dictum Innocen. in capit. fraternitatis. & tenet Odofr. in d. l. si quis ex argentariis. §. j. & ita reperitur alia vice Bart. consuluisse. Intelligitur autem exautorari si illud expresse dicitur in sententia. Si autem pronuntiatur ꝙ debeat abradi de matricula, tunc non dicitur exautoratus donec abradatur secundū Bar. in dicto. §. miles, quod intelligo nisi in sententia dictum fuerit ꝙ ex tunc habeatur pro raso secundum no. per eundem in l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. Duo tamen notanda sunt, ꝙ etiam rasus de matricula & priuatus pro instrumentis antea cōfectis subditus est ei cui ante rasuram subditus erat. ff. de eden. l. prætor. §. is etiam, & ibi per Bald. qui allegat no. in l. hæ demum. ff. de ope. libe. Secundum quod si talis priuatio est incognita valent eius instrumenta postea confecta per dictam gloss. notabil. in authenti. de tabel. §. penulti. & ex prædictis patet ꝙ vbicunque infamia eum repellit vbicunque sit talis bannitus, talis infamia suum operatur effectum, licet quo ad alia non semper priuatus virtute banni in omni loco priuatus intelligatur, de quo dic vt habetur in additio. Specu. in sæpius. alleg. §. sequitur. versicul. quid si quis de accusatio. in suarum additio. præalleg. versicul. felicis. & aliqua dicta fuerunt supra hac eadem parte quæstione xvij. & adde quod not. Bald. in l. secunda. C. de manumis. vin.

Viso an posit instrumenta

52 conficere. Quæritur quinquagesimosecundo † an bannitus posit facere testamentum. & sic an ex banno perdat testamenti factionem quam ante habebat. In hac quæstione Alber. Galioti in titul. de testamen. versicul. pone quod bannitus dixit ꝙ aut erat bannitus ex causa ob quam debebat

bat deportari, aut ob aliam. Primo casu non possit testari. Secundo sic, argu.ff.de his qui notan. infa.l.quid ergo.§.fina.iuncta gloss. l.j.C.de crimi. stel. Et idẽ tenet Guil.in Spec.de instru.edi. .§.compendiose. versicul. quid de bannito. Dyn. vero vt refert Bartol.in l.eius qui.ff.de testa. dixit ꝙ aut perdebat bona, aut non, vt primo casu non posset testari, secundo sic per not. in sæpissime alleg.§.relegati. ipse autem Barto. ibi & in disputatione sua sæpius allegata, conclusit, ꝙ aut vult testari, secundum statuta suę ciuitatis a qua bannitus est, & non potest, quia illa iura perdidit, vt supra dictum est.aut secundum ius commune, & testari potest, quia ius illud non perdidit. Allegat etiam Iaco.de Are.in l.ex facto.§.ex facto,ad Trebel.& ita communiter tenetur, & vide etiam Bald. in l. prima de hæredi. instit. & adde quæ dicam in duabus sequentibus quæstionibus.

Sed circa idem quæro quinquagesimotertio loco. † Statuto cauetur ꝙ contumax habeatur pro confesso,& possit condemnari ac si esset præsens & confessus, & sententia in eo lata habeatur perinde ac si lata esset in pręsentẽ. An tunc talis bannitus poterit testari. & videtur quod non, quando bannitur ad mortem. Si enim esset lata in pręsentem statim efficeretur seruus pœnæ. l. qui vltimo.ff. de pœnis.& l. si quis filio exheredato.§.irritum.&.§.sequen.ff.de iniust. testamen.Et sic non posset testari vt ibi etiam si aufugeret,vt habetur per Bart.in l.cunctos populos. C.de summa Trini.& per Bald.in l.j.de hæredi. instituen. Ergo nec nunc tali ęquiparatione facta a statuto l.j.de lega.j. Sed Bald. in dicta l. prima de hęre.instituen.iuxta finem in versic.sed quid si statutum,determinat contrarium,quia talis dispositio non operatur nisi respectu eorum quæ continentur in condemnatione siue banno. Nam cum contumacia sit causa confessionis, & sic ex vno supposito inferatur aliud valde diuersum ab ipso. ergo hęc est fictio quæ non operatur nisi effectus expressos a lege introducente fictionem, vt C. de fide instrumen.l.iij.& l. fin.& ff.de iur.fis. l. ij.§. diuus. & l. eius qui delatorem. restringitur ergo confessio ficta solum quo ad effectum contumacię de cuius natura est non pertinere nisi quatenus lex perimit vel iudex disponit, vt not.ff. si quis ius dicen.non obtemp.l.prima.§.fi. sed eius salua pace dicta iura nihil faciunt. Loquuntur enim quando lex specialiter disponit contumaciam puniendo, tunc enim vltra pœnam in l. expressam contumacia grauari non potest, at in proposito statutum prædictum disponit vlterius,scilicet generaliter statuendo quod sententia habeatur perinde ac si lata esset contra præsentem. ergo perinde est ac si particulariter omnes effectus sententiæ latæ in præsentem exprimeret. l.omnes.C.de pręscriptio.triginta anno. l. si duo de administra.tuto.cum similibus. & d. l. prima de lega. primo. Erit ergo tunc bannitus seruus pœnæ, quia sic esset præsentialiter condemnatus. Regulariter enim dictio perinde, ad omnes qualitates refertur l. a filio.§. pater. de alimen. lega.nisi esset aliud statutum quod talem generalitatem restringeret,vt l.sacrilegij.§.is autem.& ibi concordat.ff.ad legem.Iul.pecul. & ita in simili concludit Bart.in l.j.in princi. ff. de recep. quod maxime verum est quia in his quæ sunt iuris,vt quem esse ciuem quem esse seruum, & similibus, verbum habeatur, a statuto introductum inducit veritatem non fictionem secundum notat.in l.maritus.§.legis.ff.de adulter. & latius in l. si is qui pro emptore. Intelligitur ergo tunc seruus pœnæ,& sic testari non poterit. Aut ergo statutum simpliciter disponit quod possit cõdemnari & in banno poni ac si per confessionem de maleficio constaret & non efficitur seruus pœnę. Nec obstat si dicatur lex qui vltimo loquitur in damnato ad mortem. Ergo & bannitus qui ad mortem damnatus est erit seruus pœnæ, quia in eo verificantur verba legis sicut dixi supra in quæstione xlviij. circa verificationem verborum.l.primæ de his qui notan. infami. quia non est ita. Bannitus enim non est damnatus ad mortem nisi peruenerit in fortiam communis. & ideo ex solo banno non verificatur dispositio legis qui vltimo. Si vero statutum æquiparat sententiam banni sententiæ latæ in præsentem dicendum est vt supra effici seruum pœnæ. Pro qua decisione facit quod etiam secundum Bal. dicam statim in sequenti quæstione.

Quinquagesimoquarto circa idẽ quæro. 54 † An in casu ꝙ bannitus potest testari quod si moritur antequam capiatur a iudice & fiat executio habet effectum testamentum. Si capiatur & bannum mittitur executioni quia interficitur,an tunc testamentum irritetur. Si dicimus ex sententia non effici seruum,sine dubio ipsa executio seruum non faciat,cum enim ipsa executio non dicatur facta, nisi eo mortuo, ergo liber mortuus est per not. in l.fina. C. de conditio. instit. & de manumiss.testamen.l.qui duos.Non enim scio iure cautum quod ipsa executio effectum seruitutis inducat, sed ipsa condemnatio, vt dicta l. qui vltimo, cum concordantijs. & l. si quis filio exhæredato.§. pen. ibi non cum assumptus est &c. ff.de iniusto testamen. Contrarium tamen determinat Bald.in l.eius qui. ff. de testamen.per not. in lege prima.§.exigit.ff. de bono. possessio. secundum tabul.& latius in l.prima. C. de hæredi. instituen.in versicu. sed nunquid isti exbanniti, quia eo ipso quod capiuntur serui efficiuntur, & efficientur serui pœnæ non capientium.ff.de cap. l.mulier inops. Quod credo verum. & est ratio. quia tunc verificantur verba conditionis appositæ in sententia, quia in fortiam peruenit, & sic tunc dicitur damnatus ad mortem. & per consequens verificantur verba.l.qui vltimo, pręallegata.& facit clementina pastoralis. de re iudica. vbi ponitur talis forma, & quod not. per Iacob. de Belui.in disputatione quam posuit in l. prima. C.vbi de crimi.agi oportet.

Quinqua-

Quinquagesimoquinto quęro.† Statuto etiam vltra prædicta cauetur, quod bannitus in persona non possit capere hæreditatem ex testamento vel abintestato. Titius fuit bannitus in mille. Et sic quo tempore in fortiam communis peruenerit, & dicta mille intra decem dies tunc proxime sequentes non soluerit, extunc debeat decapitari, fuit dictus Titius interim institutus & hæreditatem adiuit. Quæritur in genere an tenuerit dicta additio an nõ, & sic deueniat ad coniunctos substitutos vel ab intestato venientes testatori. In hac quæstione Bald. in l. prima. de hæred. instituen. sic dicit, & videtur quod non tenuerit aditio cum ei sit implicitus status condemnationis personalis. ff. si ex noxali caus. agatur l. fina. In contrarium videtur, quia in his quę ex tempore initium sumunt secundum illud tempus iudicamus. ff. de testamen. mili. l. titius. & pe. l. prima. & de noxa. l. in delictis. §. si extraneus. Solu. videtur dicendum, quod ex euentu pendeat. Nam aut non venit fortiam communis, vel venit & soluit, & tunc cum effectu residebat hæres. Aut venit, & non soluit, sic decapitatus est, & tũc retro fingatur non successisse, quia conditiones quæ implentur per negationem esse finguntur retro, argumen. ff. de manu. testamen. l. neratius, sed verius videtur quod valeat medio tempore factum inspecta eius conditione, tunc vigenti, argumen. not. ff. de his qui notan. infam. l. furti. §. primo. & de statu libe. l. statu liberi a cæteris. in princi. Hanc decisio. credo veram. Non enim erat damnatus in persona ante capturam, vt dictum est, ergo non vendicauit sibi locum statutum tempore delatæ hæreditatis: pro hoc, quia conditio conditionem non recipit. l. cum qui. §. fina. ff. de acquiren. hæredi. Facit. ff. de stip. seruo. l. vsufru. & l. si minor. de ser. expor. & quod pro illarum solutione habetur in l. si filius. in princi. ff. de verbo. obliga.

Quinquagesimosexto quæritur† Sempronius fuit bannitus de ciuitate Florentiæ, & eius comitatu. Et eo tempore ciuitas Pisarum non erat florentinorum, & ideo ibi habitabat, ciuitas illa fuit effecta de comitatu Florentiæ. Quæritur an ibi possit habitare. An vero dicatur etiam ab illa ciuitate bannitus. Et quod possit ibi habitare facit quod dictũ est supra quæstio. xviij. scilicet an in confiscatione bonorum veniant futura, vbi dictum fuit quod non. Item facit, quia sententia intelligitur lata de eo comitatu præsenti non de futuro. l. si ita. ff. de auro & argen. legat. Verba enim sententiæ non extendũtur l. si patronus testamento. §. si quis cum esset. ff. de bonis liber. In contrarium facit, quia augmentum assumit naturam eius quod adiungitur, & illius iuris sit, lege etiam. C. de iure dotium, & ita referente Cyn. in dicta l. etiam determinauit Ricar. Malum. pro quo adducit. l. pupillus. §. territorium. de verbo. significatio. & l. quoties. §. fina. de administra. tuto. cum multis simi. Finaliter distinguit remittens ad Guil. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pigno. act. quod aut locus adiũctus est ita vnitus vt sub vna consuetudine sit, & tunc non possit ibi stare. Aut non est ita adiunctus, vt vna consuetudine viuat. Et tunc possit ibi habitare. l. Seio. §. tyrannæ. ff. de fun. instru. Et quia res transit cum sua causa, vt d. §. si nuda. Certe si recte intueatur quęstio Cyn. se habet, an statuto dictante quod bannitus non possit stare postea in loco post bannum effecto de districtu. Quæ quæstio meo iudicio parum habet dubitationis, quia supponitur locum esse effectum de districtu, & ideo cum statutum semper loquatur ibi habitare non poterit. l. arriani. C. de hæret. Est enim bannitus, & ille locus est de districtu, & sic conueniunt verba, ergo eius dispositio locum habet, cum mens in nullo discrepet. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exerc. cum si. Sed difficultas est in dignoscendo quando locus sit factus de districtu, vt sic sub statuto comprehendatur. In quo sciendum est ꝙ territoria diuersimode iudicantur & nominantur. Quandoque enim appellantur prouincia, vt Tuscia Lombardia & si C. de offic. rec. prouin. per totum. & ff. de offi. præsi. l. iij. & l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præsi. Et iste possunt vniri & diuidi. Quo casu videndum esset, an bannitus in vna facta vnione esset bannitus ex alia. Et tunc crederem inspicienda esse vnionis verba. Et de his vnione & separatione habetur in l. si ea. ff. de assesso. & extra in c. j. ne sede vacan. & C. de metropo. beri. l. j. & ibi per Bartol. Quandoque vero non dicitur prouincia, sed territorium alicuius. Et istud nomen potest plures prouincias continere, vbicunque enim potest terrere, territorium eius dicitur l. pupillus. §. territorium. ff. de verbo. signi. & tunc si statutum loquitur ꝙ non possit stare in territorio, licet non sit locus eiusdem prouinciæ si tamen ibi dominus vel ciuitas statuens hãbet ius terrendi, ibi stare non poterit, vt supra. Quãdoque territoriũ vnius non distinguitur simpliciter per nomen territorij, sed per alia nomina significatur in statuto. Interdum enim dicitur ꝙ non possit stare intra terminos de hoc dic. vt l. curiales. C. de decu. lib. x. Interdum quod non possit stare intra pertinentias, & tunc quæ contineantur, vide extra de restit. spolia. cap. cum ad sedem. & de fide instrumen. c. inter dilectos. Quandoque appellatur curia, & tunc multis modis sumitur. Aliquãdo enim sumitur pro loco in quo ius redditur. l. penulti. ff. de iusti. & iur. Quandoque pro parte ciuitatis, vt l. ij. in princi. ff. de orig. iur. Quandoque sumitur pro personis, vt in curia romana. Est enim secundum Oldra. consi. ccxij. corpus repræsentatũ & multorum maiorum congregatione collectum. ff. de fideiuss. l. mortuo, ibi sicut municipalis curia. qui. ex cau. maio. l. ergo. in fin. de quo corpore loquitur. l. rerum mixtura. ff. de vsuca. & de iudic. l. proponebatur, secundum eum. Quandoque pro territorio siue comitatu alicuius ciuitatis vel castri, vt in c. j. de capi. qui cur. vendi. collatio. x. & tunc similiter inspici debet dispositio super qua tale verbum profertur. Bannitus enim de

curia iudicis non intelligeretur bannitus nisi de loco in quo ius redditur. & eodem modo si ciuitas esset distincta per curias, vt dicta l.ij. de orig. iur. bānitus ab vnius curiæ iudicæ, vt non posset stare in curia sua non intelligeretur bannitus ab alijs curijs. Aliquando vero appellatur diœcesis, & de hoc in c. significante. & c. rodulphus. de rescrip. Quandoque nominatur comitatus. & hoc habetur. C. quando imper. inter pu. & vi. l. j. in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. & xxiij. q. viij. c. si vobis. Interdum dicitur districtus. x. colla. quib. mo. feu. amit. c. j. in clemne romani. de elect. insti. de actio. §. rursus. & not. per glo. xciiij. dist. cap. prouinciæ. & in cap. vt animarum. de cōstit. lib. vj. & C. vbi de pos. agi oportet. l. j. & differunt hæc duo vltima nomina secundum Bald. quia comitatus dicitur quando non habet separatum iudicatum, districtus quando habet separatum iudicatum: sicut dicimus in colonijs quæ non erant sub præside, licet essent de prouincia, sed habebant diuersum iudicem, ita dicit ipse in l. j. §. cum vrbem. ff. de offic. præfe. vrb. Cuius contrarium videtur tenere glo. in l. prima. ff. de censi. vbi dicitur Coloniam & comitatū idē esse. & allegat. l. eius. §. si quis. ff. ad municipa. Sed male dicit illa glo. Nam secundum quod ibi not. Iaco. de Aret. & bene Colonia erat indicata per se non subiacens præsidi vel proconsuli in cuius prouincia erat, sed habebat proprium iudicē, vt correctorem vel comitem de quibus fit mentio in l. ex omnibus. ff. de offic. præsid. & in authen. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. hæc autem. colum. ij. est ergo diuersi significatus districtus a comitatu, lege si idē. C. de codicil. & magis subiacet comitatus quam districtus secundum Bald. licet gloss. aliter dixerit in d. cap. prouinciæ, & ideo qui ex forma statuti siue banni non poterit stare in comitatu poterit stare in districtu, sed nō econuerso, arg. ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. §. fin. cum simi. Sed aduertendum est quod ista nomina apposita territorio ponuntur ad bene placitum. Interdum namque efficitur territorium certum de comitatu, & tamen regitur diuersis legibus & iudicibus, interdum regitur eisdem legibus, sed diuersis iudicibus. Quandoque etiam eisdem legibus & iudicibus, & propterea in proposita quæstione debemus inspicere cōem vsum loquendi in loco statuētium. l. Labeo. de supellecti. lega. l. librorum. §. quid ergo. de lega. iij. l. tugurij. de verbo. signifi. cum simi. Si igitur statutum loquitur quod bannitus non possit stare in comitatu, & ciuitas Pisarum sit effecta de comitatu ex forma statutorum florentinorum licet reseruata sint sua statuta, banniti de ciuitate Florentiæ & eius comitatu ibi habitare non poterunt per d. l. arriani. Ad quod faciunt not. per Ioan. And. in additio. Spe. de treg. & pace super rub. Non obstant in contrarium allegata, quia illa iura loquūtur in verbis sententiæ quæ non trahuntur ad futura. Sed questio nostra loquitur in statuto quod semper loquitur, vt ibi, & habetur in l. j. ff. de conditio. & leg. per Doct. Si vero statutū nihil diceret, sed bannum tantum banniret eum a ciuitate & comitatu, crederem non intelligi nisi de comitatu qui tūc erat prædicta iura. & l. iij. de offi. pręsi. & l. fi. de iurisdi. omn. iudi. Et quod notatur per Bar. in l. certa forma. C. de iure fis. lib. x. & per id ꝙ dictum fuit supra hac eadem parte. xviij. q. Et ex his patet ꝙ non expedit examinari articulum illum an locus acquisitus in dubio regatur legibus loci acquirentis an suis proprijs. Sed de eo vide in d. §. si nuda. per Guil. & Bar. & per Guil. & Cyn. in l. de quibus. ff. de legib. Quibus adde quæ dixit Bar. ī tract. tiberiadis in ij. lib. dū exponit verbum nullius.

57 Quinquagesimoseptimo quęrit. † An bannitus in vna ex ciuitatibus regni siue ciuitatis intelligatur bannitus a toto comitatu siue regno. Istam quæstionem mouet glos. in x. colla. hic finit lex cornelia, & incipit cōsuetudo regni. in princip. in glo. j. in fine. Et videtur inclinare in opi. ꝙ non, quia inferior non potest dicere legē superiori. Sed Alber. vbi supra q. lxxxv. allegat eam ad partem contrariam. & ibi dicit per illam glo. quod bannitus intelligitur a toto comitatu. sed Bal. ibi illud intelligit si qualitas delicti illud patitur secundum glo. in. §. relegati. institu. qui. modis ius patriæ potest. solui. Sed tu dic & melius secundum And. de Iser. ibidem, quod aut ille qui banniuit habebat imperium a superiore, & tunc dicatur bannitus a superiore. l. j. §. omnia. C. de vete. iur. enuclean. & ff. de offic. præsi. l. j. in fin. An habebat imperium aliunde, & tunc secus. l. nam magistratus. ff. de arbi. ad trebellia. l. ille a quo. §. tempestiuum. Exemplum pone, Si locus a quo est bannitus in submissione reseruauit sibi sua statuta secundum not. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignorati. actio. quod est verū nisi vel ex forma submissionis vel ex ordinatione superioris aliud actum sit, vt l. omnes populi. Ad quod facit quod dicam in ciuitatibus confederatis infra parte proxima q. xxxvj.

58 Quinquagesimooctauo quęritur. † Pacto vel statuto cauetur ꝙ bannitus nō possit habitare vel stare in certo loco, alias possit ibi capi & decapitari & ꝙ puniantur vicini qui eum ibi stare vel habitare permiserint, quidā postea bannitus transiens per prædictum locum volens ad alium locum non prohibitum accedere bibens & comedens in quadam caupona captus fuit a familia. Quæritur an possit decapitari. & an vicini veniant puniendi? Hæc q. habet duas dubitationes. Vna est quantum ad id ꝙ tangitur de pacto, an in eo comprehendatur prædictus qui fuit postea bannitus. Circa quod possent multa dici. maxima per not. per Bart. in l. si ita. ff. de auro & argen. leg. per Cyn. in l. non modus. C. de serui. & aqua. & per not. in l. si seruitus. ff. de serui. vrb. prædi. Omissa tamen superfluitate, attenta opinio. Pet. & Cyn. in d. l. si ita. Concludo conuentionem prædictam si non est vicissitudinaria non habere locum in postea bannitis. Non enim potuit ab initio cogitari numerus bānitorum

nitorum in futurum, ergo de illis non intelligitur, vt d.l.non modus. & l.damni.§.si is qui.ff. de dam.infec.& sic non obstat. d. l. si seruitus. quæ facit in contrarium, quia aut ibi poterat cogitari de quantitate futurarum fenestrarum. aut postea factæ subrogãtur loco priorum secundũ Iac. de Are. quorum nullum locum habet in proposito. Nec obstat quod not. per Ioan. Andræ. in additio. Spe. super rubri. de treuga & pace. vbi dicit ꝙ facta pax pro se & subditis intelligitur etiam pro postea effectis per dictam l.si seruitus. & l. si quis filiabus.ff.de testamen. tuto. & de priuileg. c.quia circa.& cap.cum capella. tum quia loquitur in fauorabilibus & sic extendendis, quæstio nostra in odiosis & munientibus libertatem loci conuentionati, & sic restringendis, vt in regula odia, de reg.iur.lib.vj. tum etiam quia ibi conuẽtio erat vicissitudinaria & reciproca. Hic autem vt prædixi erat ex vna parte tantum. Si autem talis conuentio erat reciproca, puto etiam ad futuros bannitos. trahi. argu. not.in l.j.C.de pact.& de transactio.l. fideicommisso. & quod habetur per Bar.in procæ.codicis. & in l.ambitiosa.ff. de decret.ab ordi.facien. In quæstione illa de statuto cogente partes ad cõpromissum. Sint ergo cauti talia paciscentes vt aut per nomina vniuersalia contrahant, quo casu etiam de futuris videtur intelligi.ff.de fun.instru.l.penulti. & de lega. ij. l.peculium.cum si. Aut expresse de futuris dispo nant si eorum intentionis est velle ꝙ ad futuros conuentio extendatur. Alia dubitatio est, an cõprehensus in conuentione dicatur ibi stare vel habitare ad effectus de quibus quæritur. In qua etiã possent multa dici vt patet in quęstionibus Guil. de Suza. quem etiam refert Gan. in opere. suo in parte qua tractat de bannitis. Sed concludendum est ꝙ non, quia sic transiens non dicitur habitare. l. hæres absens.§.primo.cũ ibi not.ff. de iudi. C.vbi de crimi.agi opor.l.ij.ff.ad municip.l.eius qui.§.j.cum ibi not. Item non dicitur ibi stare. C. de verbo.signi.l.j.& ij.de lega.iij.l. quæsitum.§. j.de hæredi.instituen.l.ex facto.§.rerum. Faciunt not.per Pet.& Bar. C.vbi in rem actio.l.fin. Facit etiam.ff.de re milit.l.iij.§.emansor.& l. fina. & quod not.in cap.si postquam. de elec. in gloss. & ita punitur. Et vide casus.in l.si quis post hac. cum glo.sua.C. de ædifi.priua.& ita sentit Odof. in l.penulti.ff.de serui.exportan.& dictum Guil. vbi supra sub litera.S.& allegat.l.titius. de serui.exportan. Ita etiam tenuit Albe. vbi supra de bannitis.quæstio.viij. vbi allegat iura. & ita iam de facto seruare vidi. Non ergo poterit decapitari, sed debet relaxari, & sic vicini puniri non possunt.

59 Quinquagesimonono sequens † materiã eorũ quæ banniti de quibus agimus perdant & quæ non, stantibus statutis de quibus supra & maxime statuto ꝙ banniti non audiantur in ciuili vel criminali Quæro Titius accusauit Sempronium de quodam maleficio, & eum fecit citari, pendente hoc processu. Titius fuit bannitus ob maleficium, & ideo Sempronius ab eo ante accusatus opponit exceptionem quod obstante banno non debet audiri. quæritur an obstet exceptio vt sic perdat potentiam prosequendi iudicium quod iam inchoauerat? Hęc quidem quæstio tangitur per Dyn.& Barto.qui eum non bene refert in l. vrannius.ff. de fideiuss. sed melius eum refert Ioan. Andræ.in addi. Spe. super rub. de accusa.in vlti.q.& quia opi. sunt contrariæ & antiquorum & modernorum. vt patet etiam ex no.per Bald.in l.j.& l.neganda.C.qui accusa.nõ pos. & in l.cum mulier.ff. solut. matri. vbi dicit Cyn. consuluisse non obstare exceptionem per l. is qui reus. de publi.iudic.sine repetitione omniũ quæ scripta sunt vidi, concludo ꝙ aliquando statutum dicit ꝙ bannitus non admittatur ad accusandum. Et tunc potest prosequi accusationem datam ante bannum. Damnati enim non prohibentur inchoatas prosequi accusationes.ff.de publi.iudi. pręallega.l.is qui reus. & d.l. neganda, & ita tenuit Dyn. in dicta l. vrannius. & Barto. ibidem latius qui respondet ad contraria licet referat statutum in alia forma. & ibi vide.& Ioan. Andr.vbi supra est enim certum ꝙ hodie non accusat, sed prosequitur accusationem.et ideo in eo verba dicti statuti non verificantur. l. hos accusare.§.fina.ff.de accusat.& ideo dicit Dyn.in dicta l.vrannius, & post eum Ioan. Andrę.vbi supra ꝙ debet sibi dari securitas vt possit accusationem prosequi.

Quandoque statutum dictat ꝙ querelæ bannitorum non recipiantur, & ideo meo iudicio, quia statutum nota. receptionem querelæ. Querela autem recepta erat ante, ergo statutum sibi locũ non vendicat. Prosequitur ergo iudex ad petitionem eius ꝙ querimoniam iam receptam non autem nouam recipit. l. in delictis.§.si extraneus.ff. de noxal.cum similibus & per iura superius allegata tenet Dyn. licet in hoc contrarium dixerit & non bene in l.post finitam.de suspect.tutor. per l.illam.& per l. vrannius. & per l.iij.§. quia plautianum.de libe.agno. quibus respõde.vt per Barto.in dicta l.vrannius. Loquuntur enim quando superuenit defectus in causa fin. quo casu locum habet regula.l.quia in eum.ff.ad leg. Aquil. non autem quando superuenit in persona defectus de nouo faciendi, & his duobus casibus loquitur Dyn. qui vt dixi contrarius reperitur. Quandoque dictat statutum ꝙ querelæ bannitorum non audiantur. Et idem secundum Barto. in dicta l.vrannius. per dicta iura. quod credo verum, quia querela siue querimonia sumitur pro accusatione.l.querela. C. de fal. Et ideo licet postea a iudice petat procedi contra accusatum non tamen de eo conqueritur cum iam conquestus sit. Et sic nouam querimoniam siue querelam non facit. & ideo verba statuti non conueniunt. Aliquando autem dictat statutum ꝙ bannitus non audiatur vel ꝙ non fiat ei ius. & hoc casu decisiones prædictæ non procedunt. Certum est enim ꝙ in quacunque parte iudicij dicitur accusator audiri & eius fieri.ff.si quis ius dicen.non obtempe.l.prima.§.primo. cum similibus, & ideo cum reperiatur bannitus quando petit citari reum,

vel quando vult inducere testes vel alios actus facere, debet ei audientia denegari, & ius nõ fieri, quia qualitas impeditiua, tunc adest. ff. de statu homi. l. et seruorum. §. primo. de pecu. l. quoties. §. penultimo quod iussu. l. secunda in fin. de mili. testam. l. titius. & d. §. si extraneus. Hæc enim exceptio tu non debes audiri, tibi non debet ius fieri, potest etiam post litem contestatam opponi secundum Iacob. Butr. in l. adulteram. C. de adulte. & dicam infra parte tertia huius temporis. quæstio. iiij. Non obstat l. is qui reus. & l. neganda, quia ibi verba non sunt concepta ad impediendum audientiam aut iuris redditionem, sed ipsam accusationem, vt patet in dicta l. is qui reus, & quia hoc est satis clarum & commune aliter non insisto. Concludens ꝙ hoc casu etiam iudex ex officio procedere non poterit. l. si seruus. C. de his qui ad ecclesi. confu. l. prima. §. quod autem. ff. de alea. per Iaco. de Are. in l. prima ad trebellia. & alijs iuribus de quo dicam infra in tertia parte huius temporis. q. j. & ibi etiam vide aliqua circa quæstionem præmissam. & ex his habes an & quando obstet exceptio banni superuenientis, & quando non. & adde quæ dicam statim quæstione lxj.

Sexagesimo quæro prædicta

60 locum habent † quando superuenit bannum in persona accusatoris. Sed pone, pater accusabat de iniuria facta filio, pendente processu filius fuit ex aliquo maleficio bannitus. An in his casibus in quibus exceptio banni obstaret filio accusanti secundum dicta supra obstet etiam patri. Alber. vbi supra quæstio. xlij. refert Iacob. Butr. tenuisse filio ante accusationem bannito patrem non excludi per l. iij. §. si filius. ff. quod quisque iur. sed ipse Alber. tenet contrarium eo casu per l. lex Cornelia. de iniu. de quo dicetur infra hoc eodem tempore. parte secunda quæstio. xlvij. & tangam statim in proposita quæstione, fuit determinatum ꝙ patri obstet exceptio banni superuenientis in persona filij pluribus rationibus. Prima quia quod filius per se non potest, non potest etiam per alium. l. si deportati seruo. de leg. iij. & quod no. in l. antistius. ff. de acqui. hære. Secunda quia pater prosequitur principaliter iniuriam filij secundario suam. Sicut ergo repelleretur filius, & sic debet repelli pater. l. Labeo. de vsu. l. si is qui duos. de libe. legat. Tertia quia inspicitur quod principaliter agitur non quod per cõsequentiam. ff. de authori. tuto. l. prima. de donatio. inter virũ & vxor. l. iij. Facit. ff. de his quib. vt indig. l. post legatum §. filius, cum sua glos. ad idem per rationem econuerso lex diui fratres. cum ibi not. ff. de iure patro. Quinto inducebatur lex procu. ad exhiben. §. primo. ff. rem rat. habe. iuncto. ff. de iniu. l. sed si vnius. §. prætor ait, quia pœnæ impositio est iniuriæ satisfactio, ergo pater agens pro satisfactione iniuriæ filij repellitur ne filio satisfaciat. Allegabatur. Sexto filium esse hostem ciuitatis, vt in. §. qui deficiunt. & quod supra dictum est hac parte quæstione quarta, & ideo sicut christianus non potest interuenire in iudicio pro hæretico vel Iudæo contra Christianum, vt in authenti. credentes. C. de hæreti. Item nec ciuis pro hoste contra ciuem. Ad quod allegabatur pro singulari text. l. postliminium. §. filius. ff. de cap. vbi dicitur quod sicut hostis perdit patriam, ita perdit patrem, de hoc tamen dicetur infra parte secunda huius temporis quęstio. x. Pro hac parte facit, quia illi dicitur ius reddi ad cuius commodum redditur. l. prima. §. in propria. ff. quando appe. Sed pater agit ad commodum filij ergo &c. Hanc decisionem credo veram si pater accusauit de iniuria facta filio. Si autem ex forma accusationis appareret eum accusasse de iniuria facta sibi patri per personam filij. per legem primam. §. vsque adeo. ff. de iniuri. & per not. per Bartol. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fa. tunc non procederet decisio prædicta. ex libello enim qui attenditur, vt l. cum quædam puella, de iurisdictio. omnium iudicum. apparet ꝙ de sua non de filij iniuria satisfactionem quærit; cuius iniuriæ actio fuit sibi orta tali tempore ꝙ agere poterat, quia filius bannitus non erat. & sic ei postea filius auferre non potuit. ff. de iniur. l. si quis seruum. l. contrarium. §. si filius. ff. de pact. & d. §. si filius, quod quisque iur. Quod declara per ea quę dicam infra tertia parte huius tem. q. xlvij. dum tractabo an bannito ob iniuriam factam filio sufficiat pax habita a parte vbi declarabuntur hic dicta. vide etiam quod dicam in sequen. particula, vbi supra remisi.

Sexagesimoprimo circa idem

61 quero. † Statuto cauetur ꝙ etiam de publico crimine nullus possit accusare sine consensu eius contra quem delictum commissum est, vel eius proximioris consanguinei. Contingit ꝙ Titius vulnerauit Seium, Sempronius de consensu Seij accusauit Titium, deinde ante lit. contesta. Seius fuit ob maleficium bannitus. Quæritur an Sempronio obstet exceptio banni? Hæc quæstio fuit olim disputata per Lamber. de Rap. cuius verba omnia refert Alber. vbi supra quæst. lxxxij. & eius effectum ponit Ioan. Andr. in addi. Spe. super rubri. de accusa. & omnes concludunt ꝙ non obstet exceptio rationibus ibi per eos allegatis, præsertim per l. is qui reus. de publi. iud. & quia de iure communi cum maleficium esset publicum, & sic quilibet suo iure remansit legitimus accusator, & ideo postea per factum Seij, tale ius sibi tolli non potuit, vt in regula quod nostrum, & in l. sed & si in conditione. §. solemus. ff. de hæred. institu. Ad l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matrimo. quæ ibi in contrarium fortiter allegabatur, respondet quod non, ideo ibi excluditur pater, quia filia patiatur capitis diminutionem, sed ideo, quia in eam ius consolidatur, & a parte remouetur quod non est in proposito. Considera quod istud ius accusandi non diceretur auferri per factum Seij banniti, sed propter dispositionem statuti, quod potest generaliter statuendo sine dubio auferre alteri ius quæsitum, vt habetur in l. antiochensium

chensium. ff. de priui. cred. & plene in l. toties ff. de polli. & sic cessat potissima ratio decisionis prædictæ q. Lex is qui reus, non aliter facit quam supra dictum fuerit in lix. qõ. & ideo forte dicendum est, vt ibi dixi. Licet enim de iure cõmuni tale maleficium sit publicum, tamen a statuto est qualificatum. & ideo puto in terminis Lamber. qui proposuit statuto caueri, quod querimoniæ bannitorum non audiantur, & damna eis illata non emendentur veram esse decisionem prędictam. Tempore enim quo fuit illata iniuria nõ erat bannitus. Et sic non verificantur verba statuti, vt l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. cũ simi. vbi supra alle. Præterea tempore quo fuit audita querimonia similiter bannitus non erat. Sed si statutum diceret simpliciter ꝙ bannitus nõ audiatur. forte secus esset per ea quæ dixi supra, maxime si statutũ aliud diceret. nullus accusans audiatur sine consensu offensi. Tunc enim cum offensus per se non posset, ergo non posset alteri consentire. vt dixi supra quæstio. proxi. saltem quia non repellitur offensus ex eo quod de iure non habeat perfectum ius, sed sui odio, quia bannitus ab illius iuris exercitio excluditur. & sic stat regula l. si fundus. ff. de pig. & quod no. per Barto. ibi. & in l. fina. C. de pact. Finaliter licet passus sit dubius. Cum lex excludens bannitum sit facta in fauorem reipubli. vt l. ij. C. quando lice. sine iu. vin. & sic sit extendenda, vt l. hoc modo. ff. de conditio. & demon. puto sub correctione cuiusq; dicendum ꝙ vbi ipse bannitus admittere tur non obstante exceptione banni superuenientis, admittatur eius consensu accusans alias non. Pro quo vide quod dixi in dicta lix. qõ. Vnum subdo ꝙ in dicta q. non tangitur, ꝙ si accusasset cum consensu proximioris consanguinei superueniente bãno in persona vulnerati non obstaret l. exceptio. l. si pater. in fin. de manu. vin.

Sexagesimosecũdo quæritur.

62 † An stante statuto prædicto quo cauetur querelas bannitorum audiri non debere, bannitus in iudicio vocatus vt reus possit se defendere, quidã cuius nomen ignoratur, arguit primo ꝙ non possit se defendere, quia in exceptionibus & defensionibus quis est actor. ff. de excep. l. prima. C. eo. titu. l. si quidem. ff. de proba. l. quoties. §. qui dolum. Sed certum est exbannitum non posse agere, ergo nec excipere & se tueri. Ad idem Albe. vbi supra quæstio. lj. allegat ꝙ statutum indistincte loquitur, ergo indistincte seruandum etiam quanuis durum sit. ff. de publi. l. de pretio. ff. qui et a quib. l. prospexit. de testa. mili. l. quod constitutus, & quia iudex non debet esse maior lege, in authenti. de iudi. §. oportet. C. ne sanc. bap. rei. l. fin. ad l. Iuli. de vi. l. seruus vterq; tamen prædictorum determinat contrarium. Primus quia qui non potest agere ergo nec excipere, quia multa consequuntur aliqui excipiendo quæ agendo cõsequi non possunt. C. . etiam ob chy. pe. l. j. ff. de pig. l. j. in princip. ad l. falci. l. j. §. id quod. Adducit etiam simile in minore qui non potest agere communi diui. tamen si conuenitur potest se defendere, & prædiorum fit diuisio. C. de prædi. mi. l. inter omnes. Et hoc ideo, quia iudicium redditur in inuitum. ff. de verbo. oblig. l. inter. §. j. Et adducit pro hac opin. casum in authenti. credentes. C. de hæret. Secundus alle. etiam l. si non defendantur. ff. de pœn. & ff. de noxa. l. quoties. ff. de in ius vocan. l. libertas. & extra de iudi. c. intelleximus. & de excep. cap. cum inter. vbi excommunicato non denegatur defensio. Hinc est secundum eum ꝙ dicitur diabolo non denegari defensionem. & sic concludit potius inspici mentem statuti quam verba. ff. de iure patro. l. adigere. §. quamuis. Dixit tamen primus quod licet possit se defendere, non tamen poterit suum actorem reconuenire per no. in d. cap. cum inter. Prædicta quæstio procedit statuto simpliciter dicente, vt supra & est vera decisio prædicta, excipiens enim non proprie, sed improprie actor est, vt not. in l. in exceptionibus. ff. de proba. Licet igitur ex tali statuto intelligatur prohibitus ab agendo. de quo dictum fuit supra in ij. qõ. huius partis. non tamen intelligetur prohibitus ab excipiendo & se defendendo. & ita refert Bald. in l. j. C. de hæred. insti. tenuisse Iaco. de Are. in l. ex facto. §. ex facto. ad Treb. & alleg. Bal. vltra prædicta. ff. qui. ex cau. ma. l. si cum militi. & cle. pastoralis. de re iudi. vbi videtur casus. Primus tamen de quo supra dicebat tutius esse ꝙ per procuratorem se defenderet per d. c. intelleximus. Sed Bal. in d. l. j. dicit id verum et necessarium si est causa in qua procurator admittitur, alias sibi dabitur securitas, vt l. papinianus exuli. ff. de mino. & ff. de iudi. l. is qui reus. Et aduertendum ꝙ prædicta ꝓcedunt quando fundat suam defensionem a iure communi. Si autem fundat ipsam a statuto, dicunt quidam eum non admitti, quia illius statuti perdidit beneficium, vt refert Bald. in l. si libertus a patrono. ff. de in ius voc. Quod puto verum si conuenitur pro gestis post bannum per ea quæ dicta sunt supra hac eadem parte quęstione. v. Si autem conueniatur pro antea gestis dic vt dicam in vltimo tempore parte vlti. quæstio. xv. & plenius infra hac parte. quæstio. penulti. Quando autem statutum vlterius procederet etiam tollendo defen. sionem quid iuris sit, dicam in sequenti parte huius temporis quæstio. ij.

Sexagesimotertio

63 † Stante dicto statuto simpliciter loquente, vt supra bannitus agit contra bannitũ, bannitus conuentus excipit ꝙ non debet audiri. Quęstio hęc non est multum dubia. bannitus enim excipiens se defendit. Igitur eum non comprehendit statutũ, vt dictũ est supra proxi. q. Nec ob. si dicatur nil potest obiicere iudęus iudęo &c. vt in l. arena. C. de inof. testa. & quod no. in l. iij. §. idẽ diuus. ff. de testi. ergo nec bannitus bannito, quia illud procedere posset qñ ex solo banno qualitas allegata induceretur. Nullus enim tunc posset alteri impingere, puta infamiã, sed hęc qualitas ꝙ bannitus non audiatur non ex vi banni, sed ex vi statuti, quod comprehendit agentem tantum non excipientem vt dictum est supra, & hæc tenuit per alias rationes Iaco. de Are. vt refert Barto.

in l.

in l.cum mulier.ff.solut.matri.& Alb.vbi supra q.v.dixit enim ꝙ bannito datur defensio non autem alterius impugnatio.ff.de accusa.l.seruos.ꝑ quo Bar.dicit uideri casum in c.dilecti.de excep. & licet excipiens certet de lucro, quo casu exceptio doli tolli solet replicatione doli. l. apud Celsum.§.Marcellus.ff. de do. excep. & l.viro. sol.mat. & d.l.cum mulier. Tñ id non procedit qñ exceptio non opponitur ad merita causæ, sed ad personam ea ratione saltem,quia eo ipso ꝙ bãnitus citat bannitum ad iudicium facit eum habilem, sed ipse citatus non habilitat actorem secũdum Inno. in c.cum inter.de excep.& vide plenius per Bar.in d.l.cum mulier.dixerunt tñ quidam vt refert Bald. in l.libertus a patrono.de in ius vocan.prædicta procedere vbi bannitus excipiens fundat exceptionem de iure cõi, secus si de iure municipali,quia illud perdidit.Ipse tñ ibi tenet no.per Iaco.de Are.in d.l.cum mulier.& seruos,& in l.quoniam Alexandrum. C.de adul.& sic tenent ꝙ posſit excipere quod est verum,vt dictum est. Quia statutum intelligitur reseruare defensionem a quocunq; iure procedat, dum tamen ante non sit sublatum beneficium, vt sic non obstet quod dixi supra proxi.qõ. Pro hoc etiam facit,quia in pari causa potior est conditio excipiẽtis.ff.de condi.ob tur.cau.l.j. & de reg. iur.l.fauorabiliores. Id autem quod dictum est supra ex citatione ab actore facta legitimari persona rei procedit quando citatur nominatim & simpliciter. Si autem citaretur limitate vt veniret ad contradicendum quicquid de iure posset,non intelligeretur in omnibus legitimata persona,vt dicam vbi statim remittam.Item si citaretur vt veniret ad contradicendum si sua putauerit interesse vel fuerit facta citatio generalis de omnibus qui sua putauerint interesse non videtur tunc legitimata persona. argu.capitu.veniens. de testi. secundum Bal. vbi supra qui pro his citandi formis remittit ad no.per Inno.in d.cap.dilecti.Hoc vltimum de citatione generali puto verisſimum, sed aliud dictum si sua putauerit &c. est mihi dubitabile. Et potius inclino in partem Inno. quia illa conditio si sua putauerit interesse non ad qualitatem personæ refertur, sed ad causæ qualitatem secundum no. in cap.super his. de accus. & in l.nisi.ff. de pact.& ideo personæ legitimitatem non qualificat.l.in delictis.§.si extraneus. ff. de noxa.cum si.Redditur autem quæstio magis dubia qñ statutum tolleret defensionem de qua dicam in seq. parte huius temporis.q.vj.

64 Sexagesimoquarto quæritur † an data tenuta alicui in bonis banniti,stante dicto statuto, quod vt dictum est supra proximis quæstionibus,defensionem non tollit,dictus bannitus posſit petere dictę tenutæ reuocationem. Pro huius quæstionis expeditione præmittendum est,ꝙ quandoq; cõceditur tenuta de iure communi parte citata secundum not.in l. properandum.§.sinautem reus. C.de iudi.in l. si quis emp.§.ij.C. de præscri.xxx.ann. l.consentaneum.C.quomo.& quando iud.& plene in l.cum proponas. & in auth. ibi posita.C.de bo. autho.iudi.pos. & in l.si finita.§. Iulianus.ff. de dam.infec.& isto casu sine dubio intra tempora sibi data ad reuocationem positionis dicitur reus,sicut primo, vt dictis iuribus. & propterea dicitur se defendere sicq; sibi non ob. statutum prædictum,sed ad reuocationem admittitur.quandoque conceditur tenuta ex forma statuti parte non citata,vt quia ipsi instrumento aut sententiæ traditur virtus executionis de facto sine citatione,de cuius statuti virtute generaliter dictum fuit supra primo tempore parte.iij.q.iiij. & isto casu remanet dubitatio an talem tenutam petens reuocari dicatur actor vel reus quod examinatur in excommunicato in cap. cum inter. de excep. & etiam in eo & bannito per Docto. in l. de pupillo.§. qui remissionem. &.§. si procur.ff. de noui oper. nun. In quo multi plura dixerunt quæ in voluminibus reperiuntur, sed omisſis superfluis sciendum ꝙ quandoque etiam ex forma statuti proceditur vlterius virtute dictæ tenutæ, quia fit præceptum tenentibus quod euacuent & disgomberent bona iuxta tenorem statuti Florẽtini, vel etiam si de iure communi sine statuto peteretur secundum decretum siue insolutum datio de quo dicam in seq.q. Quandoque vlterius non proceditur,sed immissus in tenutam illa vtitur.& quandoq; lucratur fructus & habet alia beneficia quæ habentur vel in statutis, vel simpliciter de iure communi per not. in l.iij.§. verba. &.§. si quis omissum. ne ius fiat ei. & in l. prætor.§.quod de fructibus. de bo. autho.iudi. pos. & ideo ad propositum dicendum est, ꝙ aut comparet ad reuocationem tenutæ postquam nihil factum est, & maxime quando incipit ab eius nullitate, & dicitur actor non reus.l.de pupillo.§.qui opus.ff.de no.oper.nun.per Bar. in.§.si procurator. per Innocen.licet confuse loquatur in c. sane. de offic. deleg. & firmat Bald.in cap.j. de rescri.lib.vj.si alias bene percepi illum transcurrens. Non obstat huic. d.l.non cogendum.§.fina.ff. de procur. quia ibi solummodo quo ad vnum effectum dicitur reus, quo ad omnia alia dicitur actor & ibi not.in gloſſ.& ideo hoc casu cum veniat non prouocatus,et sic actor non audietur statuto ei obstante. Si vero post tenutam aliud actum est, Puta pręceptum de euacuando, & tunc cum veniat prouocatus, & principaliter occasione præcepti, dicitur reus. & sic se defendere & audiri debet non obstante statuto, vt habetur in d.§.qui pro remiſ. &.§.si procurator ex notabili doctrina Barto.& quod not.per Bald. in l.diffamari.C. de inge.& ma.Debent ergo illi qui ex aliqua causa non admittuntur agentes,caute comparere vt non principaliter compareant occasione tenutę, aut principaliter illam nullam dicant, vel reuocari petant,sed principaliter cõpareãt occasione citationis vel pręcepti,& sic comprehendantur esse rei non actores. Sunt tñ quædam iudicia in quibus quilibet est actor & reus, vt l.in his tribus.ff. de iudi.& in illis inspicietur ẽt qui fuerit prouocator,vt ibi, & l. inter omnes.C.de præd. mino. Prouocator enim principaliter actor est, & ideo non admittetur, licet secundario sit reus,& conuerso,

uerso, prouocatus est reus, principaliter, licet secũdario sit actor, & sic inspecto ꝙ principaliter agitur non repellitur.

Sexagesimoquinto quaeritur

65 † an contra bannitum possit perueniri ad secundum decretum? Ista quaestio tangitur per glo. quę videtur velle ꝙ non, in l. ad cognitionem. ff. qui. ex cau. in pos. ea. & ibi idem concludit Bar. scilicet ꝙ non possit, nisi finito banno. Nec ob. quod pœna non solet tribuere immunitatem. ff. de neg. gest. l. siue hæreditaria, quia illud verum directo, sed per quandam consequentiam sic. ff. de suspe. tut. l. decreto. Sed Iaco. de Are. dixit immo ꝙ possit perueniri ad secundum decretum quia cum possit se defendere per procuratorem, si non facit dicitur esse in contumacia, vt l. Papinianus exuli. de mino. Aduerte ꝙ de iure communi, secundum veram opi. vt possit ad secundum decretum perueniri requiritur latitatio. l. Fulcinius. §. ij. ff. qui. ex cau. in pos. ea. & quod habetur per ipsum Iac. de Are. in l. ignorare. C. de resti. mi. & ideo videtur verior opin. Bart. quia licet possit procuratorem mittere, nõ tamen dicitur latitare si non facit, nisi dicas ꝙ quia non speratur rebanniri sit iusta causa propter quam ex sola contumacia detur secundum decretum, vt l. si minor. de bo. autho. iudi. pos. secundum Iaco. de Are. Sed dic ꝙ aut iam ante bannum latitauerat, & sic fundatum erat iudiciũ, licet postea banniatur nihilominus poterit contra eum dari secundum decretum per ea quæ no. in l. pluribus. §. & si placeat, de verbo. obli. & l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alie. iur. Si vero fuit ante bannitus, tunc aut statutum est in loco ꝙ secundum decretum dari possit ex sola contumacia, & clarum est quod tunc poterit ad illud perueniri contra bannitum per prædicta, & istud est quod sensit Bart. in d. l. ad cognitionem. vbi dicit ꝙ in talibus hodie prouisum est per statuta. Si vero statutum nihil disponit, tunc satis dici potest verum esse dictum Iaco. de Are. per d. l. si minor. nisi ex qualitate banni & conditione personæ, aliud præsumeretur, puta si quantitas esset parua & bãnitus absens esset diues. arg. ff. de iudi. l. si longus. Tutius tamen est eo casu quo non speratur exire de banno ꝙ detur curator bonis per l. ab hostibus, & quod ibi no. quib. ex cau. ma. Et perueniatur ad diffinitiuam & ad eius executionem secundum doctrinam. l. a diuo pio. ff. de re iudi. quasi per totum.

Sexagesimosexto quaeritur

66 † Titius bannitus conuenitur a suo creditore, opponit ei exceptionem compensationis, an possit. hanc quæstionem disputauit Iaco. de Are. s. stante dicto statuto de quo proximis quæstionibus dictũ est, & eam de verbo ad verbum refert Albet. vbi supra q. xcij. & primo arguit ad negatiuam, compensatio est eius quod inuicem debetur contributio. l. j. de compen. sed si bannito aliquid deberetur, si ageret obstaret exceptio. extra de iudi. c. intelleximus, & in vsi. feu. hic finit lex Cor. & incipit consue. re. c. j. & arg. ff. qui. ex cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. sed & si dum. ergo & nunc cum vult sibi debitum allegare & per consequens contribuere repelli debet exceptione quæ cum possit esse temporalis & perpetua cẽsenda est perpetua. ff. de condi. inde. l. sufficit. Secundo ille qui potest exceptione submoueri non dicitur creditor. ff. de verbo. sig. l. creditores. & de regu. iur. l. nihil interest. Cum igitur possit banni exceptione repelli, ergo creditor dici non debet. ff. de compen. l. quicunq; . sol. mat. l. insulam. §. pe. Tertio licet bannitus respondere teneatur, tamen eius petitioni nullus tenetur respondere. C. de hær. auth. credentes, de iudi. c. intelleximus. de exce. c. cum inter. sed in compensatione versatur petitio. ff. rem ra. hab. ergo &c. Quarto quia illud ꝙ directo prohibetur, per obliquum concedi non debet. ff. de transa. & l. cum hi. §. si cum lis. & de tut. & cur. da. ab his. l. scire oportet. in contrarium arguit ꝙ possit compensare. Primo quia sibi cõceditur esse in iudicio per modum rei, vt in iuribus supra alle. ergo omnia que reis permissa sunt sibi concessa videntur. de iuris. om. iud. l. ij. & sic se defendendo potest cõpensare quod facere potest quicunq; reus. de compen. per totum. Princeps. n. ei concedendo ꝙ tanquam reus possit esse in iudicio, omnia quæ reo competunt permisisse videtur. l. quidam consulebat. de re iud. iuncta l. defensionis facultas. C. de iur. fis. lib. x. Secundo quia compensatio ab homine opposita ipso iure fit per legem. C. de compens. l. fi. & l. si constat. & insti. de act. §. in bonæ fidei. ergo compensando non petit, sed per l. facta compensatione parata vtitur defensione, arg. ff. de acquir. re. do. l. adeo. §. cum quis. Tertio licet bannitus petere non possit, tamen naturaliter saltem sibi debetur. ff. de condi. inde. l. si pœnæ causa. licet ergo debitum non naturale peti non possit. ff. de pac. l. j. & l. iurisgen. §. sed cum nulla. tamen potest compẽsari. ff. de compen. l. etiam. & de don. l. hoc iure. §. pe. cum si. Sepe. n. quis consequitur compensando, quod non consequeretur agendo. ff. so. ma. l. si filio. & de compen. l. si cum filio. Quarto ille qui compensat soluit. ff. qui po. in pig. ha. l. si debitor. & ff. de sta. lib. l. si peculiũ. §. de illo. Si ergo vult soluere compensando audiri debet. Quinto prouocato permittitur id quod alias non permitteretur. ff. de bon. lib. l. qui cum maior. §. si libertus. de in ius vocan. l. libertus. de iudi. l. qui non coguntur. & l. ij. §. sed si agant. & C. de senten. l. cum papinianus. Finaliter soluendo tenuit primam partem scilicet bannitum compensare non posse per supra allegata, & per no. in c. cum inter. Subdens duplicẽ esse defensionem. Vna est quæ habet metam solius defensionis siue exclusionis. Et hæc conceditur bannito, vt l. seruos. ff. de accu. cum si. alia quæ habet naturam actionis & impugnationis, vt compensatio, & hæc ei denegatur, vt in d. c. cum inter. Et idem effectiue in excommunicato concludit Bar. in d. l. amplius. Credo hanc decisionem veram nisi bannitus probaret se ante bannum etiam extra iudicium compensasse. tunc enim cum ipso iure debitum fuerit sublatum secundum not. in d. l. si constat. & ff. eod. tit. l. si quid a fideiussore, per Bar.

Bart. & gl. non dicitur impugnare, sed ostendere agenti ius non competere quod ei non est interdictum, vt supra & dicam infra parte seq. q. ij. Aut ergo de nouo compensationem opponitur. Et non admittitur, quia dicitur petere vel agere. Aut alias oppositam allegat, & tunc admittitur, quia dicitur exclusiue. Aduerte tamen quia, si alias opposuisset i iudicio haberet necesse probare, quod iudex illam approbauerit. l. quod in diem. §. si rationem. ff. eo. ti. secundum Iac. de But. in d. l. si quid, quod non habet necesse docere si allegabat oppositum extra iudicium secundum Bart. eo. tit. super rubri. & probatur. eod. tit. l. verum. & ibi dixi.

Iuxta prædicta quæritur sexagesimoseptimo † si conuenitur fideiussor banniti an possit opponere exceptionem compensationis eius quod agens debet ipsi bannito, sicut alias posset si non esset bannitus vt d. l. si quid a fideiussore. de compen. Iac. de Are. disputauit hanc q. et eius verba refert Albe. vbi supra proxi. q. dictum est. s. in q. xcij. secunda parte. Et primo arguit ꝙ non possit pluribus rationibus. Primo ꝙ repræsentat personam principalis. insti. de publi. §. fin. ergo. iisdem rationibus repellitur quibus principalis, vt in regula, si quis i ius. lib. vj. & l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. Secundo quia fideiussor dicitur rei defensor, de pac. l. heredi. §. nos autẽ. & l. cum filius. de verbo. obli. ergo vicẽ eius subire dicitur & sic quod obstat reo obstabat sibi de procu. l. sed & hę. §. defendere. Tertio quia id ꝙ noceret reo nocet fideius. vt est in patre & filio qui sunt reus & fide ius vt. l. j. de decu. & l. cum filius de verbo. oblig. Quarto quia ratio quare fideiussor opponit compensationem ex persona rei est quia qđ a fideiussore petitur a reo petitur. & ideo sicut male petitur a reo, ergo & male petitur a fideiussore. l. verum. ff. de compen. Sed ista ratio cessat in proposito, quia reus non opponeret. & sic bene peteretur, ergo &c. l. quod dictum. ff. de pac. Quinto quia iam reus consequeretur per fideius. quod per se non potest quod lex non vult. ff. de contrahen. emp. l. non licet. & C. de hæred. insti. l. neque per se. Sexto quia non potest prouideri per compensationem fideiussori quin prouideatur reo. & ideo ratione medietatis prohibetur. ff. si quis cau. l. si duo. de dam. infec. l. si finita. §. ex hoc edicto cũ si. Septimo quia pars vitiosa trahit ad se non vitiosam. l. pedius. ff. de arb. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. item quæritur. Octauo quia vbi est quod prodest, & quod nocet inspicitur, quod nocet. ff. ad Sylla. l. iij. §. fi. Nono quia mora rei nocet fideiussori. ff. de verb. obli. l. mora. In contrarium quod immo compensare possit, arguit primo per iura inducta pro parte principalis supra proxi. q. Secundo per regulam. l. eius. C. de compẽ. et ff. eo. tit. l. si quis fideius. Tertio quia illud quod fideiussor habet apud se de bonis debitoris, id soluere potest & liberatur, de peti. hæredit. l. si quid sponsor. §. j. de pecu. hinc quæritur. §. fina. & l. quoties. §. vlt. Quarto quia quæcunque defensio cõpetit fideiussori ex quocunque facto rei etiam ex quo reo non competit. ff. de pac. l. fi. si quis cau. l. sed & si quis. vbi licet reus remiserit exceptionẽ pacti. & sic ipse opponere nõ possit, tamen poterit opponere fideiussor. de ędil. ædi. l. quęritur. §. si vẽditor. & de pac. l. cum in eo. Quinto quia quod vni est in vtile alteri prodest. ff. de fideiuss. lege cũ is. cum similib. Sexto quia ratio quare fideiussoria durat principali non existente, vt l. ij. de lui. pigno. est quia principalis ipso iure non est extincta, sed ratio quare bannitus compensationem non opponit, non perimit ipso iure debitum, sed quia ei banni replicatio opponitur. & ideo cum facultas opponendi compensationem non sit extincta durabit in persona fideiussoris sibi personali principalis exceptione non obstante. Septimo quia quandoque quis per alium consequitur quod per se non potest. l. & per insiur. §. si fideiussori. ff. de accept. & C. de tempo, in integ. resti. l. petendæ. Octauo quia ratione conexitatis vtile trahit ad se inutile. ff. de sta. homi. l. Imperator. ff. de pęn. l. pręgnantis & de libe. lega. l. quis duos. cum simi Nono quia pœna rei non debet ad fideiussorem transire. C. de pœnis l. sancimus. & solu. mat. l. si maritus. nec obst. ff. quod quisque iur. l. iij. §. si is. vt ibi not. Vel quia ibi est speciale, vt fideiussori adimatur facultas excipiendi in pęnã illius edicti quod alias non posset effectum sortiri. Cum reus in sua persona non posset de facili conueniri. Et ideo saltem per medium fideiussorem conuenitur sed in casu nostro pœnis alijs subiacent banniti quæ possent eis irrogari, vel quia illud edictum afficit ius agendi & excipiẽdi, ideo omnibus nocet l. ea lege. §. hoc autem. sed bannum afficit solam bãniti personam. Vltimo quia fideiussor certat de damno vitando, ideo ei fauendum est. C. de codicil. l. fi. cum simi. Soluit primo dici posse ꝙ aut principalis est soluendo, & non possit opponere compensationem alias sic. arg. ff. si mens. fal. mo. dixe. l. iij. §. j. de admi. tuto. l. fi. C. ad velleia. authen. siue tunc. & de leg. j. l. si cui. in fi. Finaliter concludit indistincte dictum fideiussorem posse opponere exceptionẽ cõpensationis debiti cõpẽsabilis nõ obstãte bãno ipsius principalis, quia ipsi fideiussori est ꝑmissũ a iure qđ possit soluere de bonis principalis. ff. man. l. si procurator. §. si ignorãtes. sed qui cõpensat soluit, vt dictũ est supra ergo &c. Exceptio autem banni non obstat fideiussori onerosam causam habenti. de do. excep. l. apud Celsum. §. si cum legitima. Nec obstat ꝙ videatur ad principalem reuerti, ea. l. §. apud. Iul. quia vt dictũ est supra magis fideiussori quam reo succurritur & apud eum remanere intelligitur. Pro qua materia finaliter Alberi. remittit ad no. per Dyn. in regula, si quis in ius. lib. vj. Hæc decisio vera est. Cui adde quæ dixi supra proxi. quæstio. in fi.

68 Sexagesimooctauo stante dicto statuto, ꝙ querele bannitorum non audiantur. quæritur de quibus querelis intelligatur. & si est lata sententia cõtra bannitum, an audiatur appellans. Albe. vbi supra q. xxj. & q. cxiij. refert quosdam tenuisse, ꝙ intelligatur de querelis extraordinarijs & quæ per iudicis officium explicantur. de iure patro. l. j. & ibi sic videtur tenere Ray. & l. diui. §. mandatis. & de

his

his qui sunt sui vel alie. iur.l.ij. & de offic.præfec.vrb.l.j.§. cum patronus. & ibi etiam tangit Ray. Sed ipse Albe.determinat ꝙ immo intelligitur de omnibus etiam si expediantur per libellum.C.vt omnes tam ciui.quam cri.accu.l.j.circa princ.de anna.excep.l.vt perfectius.C.de fal.l.querela.extra de elec.c. quorundam.& de institu. c.ex frequentibus. & verum dicit. Libellus enim appellatur etiam querela, vt colligitur ex glo.c.quia præsulatus.j.q.iiij. Ad secundā partem quæstionis, an possit appellare.arguit primo ꝙ non, quia appellatio est querela, ergo non debet audiri, ꝙ sit querela probatur ex text.cum glo.in l.si ab arbitro.ff.qui satisda.cog.determinat contrarium, quia appellatio est species defensionis, & defensio non denegatur bannito. vt in c.cum inter. de excep. & dicit esse expressum.in c.j.de rescrip.libr.vj.Fateor hanc decisionem veram si in causa in qua fuit contra eum lata sententia erat reus se defendens. Tunc enim cum sit reus in causa appellationis sicut in causa principali secundum veram opin.de qua in l.hi qui ad ciuilia.C.de appella. Iisdem rationibus auditur in causa appellationis quibus in prima,de quibus dixi supra lxij.questio. Si autem erat actor in prima cum nunc sit actor sicut prius residet quæstio in hoc an possit talis exceptio ex banno resultans opponi in causa appellationis. De qua quęstione vide quæ dicam infra parte tertia huius temporis. quæstio. iij. & quæstio. iiij.vbi concludam ꝙ possit opponi. & sic tunc appellans non deberet audiri. Si tamen interim eximeretur a banno audiri deberet secundum Bal.in l.per hāc C.de tempo.appella.in viij.col.& pro primo mēbro huius solutionis vide quę dicam in seq.& se. quæstionibus.

Nono & sexagesimo quæro

69 † stante dicto statuto,an bannitus petens restitutionem in integrum audiatur. Albe.vbi supra q. xlj.se in breuibus expedit dicens videri primo quod audiatur, quasi restitutio sit species defensionis. & quasi remissionem petere videatur, & sic dicatur fungi partibus defensoris & non actoris.ff.de no.oper.nuntia.l.de pupillo.§.qui remissionem.Sed dicit tenendum contrarium,quia petens restitutionem sequitur forum aduersarij. C. vbi & apud quem l.ij. & remittit ad ibi not. per se. Aduertendum puto ꝙ aliquando restitutio petitur aduersus bannum. & de hac dic vt dixi supra tempore primo.parte vlti.qō.vj.Aliquando petitur principaliter per viam officij iudicis, & quia agere dicitur puto veram esse decisionē prædictam l.j.in princ.ff.de eden. cum ibi not. Si vero petitur incidenter per viam exceptionis,tunc cum reus sit audiri debet sicut in suis aliis defensionibus audiretur quod examina vt habetur in l.nam & postea.§.si minor.ff.de iureiur. Aliquando vero petitur restitutio aduersus sententiam, & tunc aut erat actor, & habuit sententiam contra se & non debet audiri. Aut erat reus, & tunc aut petit se restitui ad appellandum secundum quod habetur in l.diuus. & l.fi.ff.de in integ. resti. & puto eum debere audiri.l.ad rem mobilem. & l. delegatum.ff.de procura. iunctis quæ dixi supra proxi.q. si vero petit restitutionē aduersus totam causam non puto audiri debere, quia in veritate actor est non reus. Nec mihi placet ratio Albe. quia ēt petens restitutionem pōt illam petere coram suo iudice,puta si esset ille qui sententiā quę petitur rescindi executioni demandaret. & probatur in d.l.ij. per quā iudicari viri ꝙ si laudum fuit latū inter clericū & laicū & contra laicū laicus volens dicere laudū nullum,debet adire iudicem secularē,tum quia est superior eius qui tulit, tum quia esset iudex executionis.C. de arbi.l.cū antea. Ad quod faciunt not.per Guil.in l.cū hi.§. vult igitur omnino.de transac.& per Bar.ea.l.§. eam transactionem.& in.§.arbitrorum.

70 Septuagesimo † viso ꝙ non obstante dicto statuto potest se defendere,vt maxime dictum fuit supra quæst. lxij. Quæro bannitus fuit accusatus,fuit a iudice securatus,comparuit & negauit maleficium,testes fuerunt examinati contra eum & probauerunt,accusat testes de falso,an ei obstet bāni exceptio.Hanc quæstionem refert Ioan.And.in additio.Spec.in tit.de accusa.§.sequitur in sua additione magna.iuxta fi.in ver.gradum septimū.dicens fuisse disputatum per Francis. de Mata. & ibi post allegat ad vtranque partem.cōcludit soluendo,ꝙ aut accusat aduersarium. ꝙ corrupit & produxit testes falsos,& admittetur ad talem accusationem, quia hoc proprie est defendere.ff.de excep.rei iudi.l. diuus.C.si ex fal.instr. per totū. & C.qui accus.nō pos.l.j.Si autem accusat testes vel alios testium corruptores dicit non admitti, quia iste non defendit,sed accusat.Ergo stant verba statuti prohibentis l.quicquid astringendę.de verb.obli.Item quia accusatus pendente sua accusatione non accusat.l.neganda.C.qui accusa.non pos.& l.is qui reus.de publi.iudi. Subdit tñ ipse Ioan.And.quod prædictę.ll.secundū eū non probant ad id quod allegantur, non enim loquuntur de illo qui impune potest offendi.& cuius querelę non audiuntur, dicens ꝙ canon se expediret per decre.cum inter.de except. videlicet ꝙ excipiēs de falso audiretur & hoc est proprie defendere accusans non, quia illud est querelari vel agere, nec perit iustitia. quia intentum suum cōsequitur per exceptionem & sine onere. de proba.c.licet, de excep. cap.cum venerabilis. Et remittit ad not.per se eodem opere in titu.de iudi. delega.§. restat.versicu.quid si in statuto. & ibi tractat,an accusatio falsorum testium tantum prosit sibi in causa suæ accusationis, quasi dicere velit si prodesset accusatio diceretur defensio alias non, de quo articulo ibi vide,& in l.j.qui accusa.nō pos. Albe.aūt vbi supra q.lxxxviij.refert quæstionē prędictam fuisse disputatam per quēdam docto.de Mezabatibus,quem dicit conclusisse talem bānitum admitti siue per viam exceptionis opponat de falso, siue per viam accusationis dicēs statutū prædictum permittens offendi nō intelligi in tali offensione quę fiat in forma iudicij,argu.ff.de trāsac.l.qui cum tutore, & etiam tanquam odiosum

debere

debere restringi & quod non debet excludere viam accusandi falsarios cõtra quos omnia iura clamant. de appella. c. cordi. in fi. lib. vj. subdit ꝙ origo causæ inspici deberet. ff. de donatio. l. qui id quod. & quod cum eo. l. si filius. Origo autem in proposito est, ꝙ bannitus est reus ergo &c. vt in l. de pupillo. §. qui remissionem. de ope. no. nun tia. & sic concludit etiam ipse Alberi. ꝙ etiam per viam accusationis contra testes audiatur. Credo ꝙ vbi possit sibi prouidere, alias quã per accusationem testium vera sit prima opin. dicitur enim tunc potius impugnator. facit. ff. de proba- tio. l. circa. & quod ibi not. Si autem sibi alias prouidere non posset, quia ex forma statuti non posset de falso cognosci, nisi per viam accusatio- nis, puto eum admitti etiam ad accusandum ipsos testes. Videtur enim sibi permissum esse illud sine quo ad sui defensionem peruenire non posset l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. de procu. & hoc puto verum si non potest accusare in doctorem, vt quia est talis qui accusari non potest, vel quia est iudex qui inquirit. Satis enim aperte patet ꝙ suã defensionem prosequitur, non autem principaliter alterius offensionem. Ad quod bene facit quod ha betur per Bald. in l. diffamari. C. de inge. manu. vbi concludit quod ille diffamatus dicitur reus, licet prius veniat ad iudicium. Si autem statutum diceret ꝙ non audiatur etiam defendendo dicam vbi remisi supra lxij. quęstio. in fi.

Retento themate in proxima quæ- stio. formato iu- dex contra talem bannitum tulit iniquam senten tiam. Queritur Septuagesimoprimo. † an durãte banno bannitus possit contra dictum iudicẽ age- re in syndicatu. Quęstio hæc etiam tractatur in d. versi. gradum septimum. allegato supra proxi. q. in prin. & ibi pro parte negatiua allegatur, vt sententia conueniat verbis statu. de flumi. l. j. §. nõ aũt. l. ita aũt. in prin. ff. de admi. tut. cum enim ta- lis offendi potuerit & ei ius siue ratio reddi non debuerit legis authoritate factum damnum siue iniuria dici non potest C. q̃n lic. sine iud. vindi. l. j. & ij. & de adul. l. Gracchus. et fortius ꝙ licebat in personam, licet in rem. cum quælibet minima pœna personalis sit maior quacunq; reali l. in ser uorum. ff. de pœn. Nec data securitas respicit hũc casum, sed illũ solum propter quem erat bãnitus. Et id tm̃ habetur pro expresso. ff. si cer. pe. l. cum quid. & l. seruitutes. de serui. & generalitas securi tatis restringitur ad cogitata. ff. de transa. l. cum aquil. & l. qui cum tutoribus. facit l. non est verisi mile. ff. quod met. cauf. & de præscrip. c. quia ve- risimile, & imputet sibi qui non appellauit, quia sententię consensisse videtur. de re iudi. c. quod ad consultationem. & C. de appell. l. hi qui ad ciui. His non obstantibus soluit contrarium, securitas enim suspendit effectum banni, & si hoc est quo ad sententiam datam fortius ad dandam sed non bannitus iuste ageret. ff. de iudi. l. si filius. & l. Iul. ergo & iste securatus, vt sic fauorabile securita- tis, verbum non restringatur. & quod sit fauorabi le. facit ff. de statu homi. l. ij. §. j. & institu. eo. §. fi. & quod sit extendendum patet. ff. de consti. prin. l. ij. & C. de bon. vacan. l. ij. et generalis securitas generaliter intelligenda. ff. de publi. l. de pretio. & extra de priuil. c. quia circa. Item si contra eũ posset ferri iniqua sentẽtia ad quid citaretur vel securaretur, certe superuacue contra l. si prætor. ff. de iudi. contra l. j. ad munici. et l. j. C. de thesau. & ad quid grauaretur in expensis veniendi, & li tis, & aduocatorum, & in aliis contingentibus ꝑ pter quæ expediebat potius non securari. ff. de leg. ij. & l. qui solidum. §. etiam, iudica. sol. l. iam tamen. §. in hac. & quia beneficio iuuari debuit non decipi. extra de commo. c. j. ff. eodem. l. in cõ modato. §. sicut. in fi. Nec obstabit tempus securi- tatis esse decursum, cum beneficium debeat esse perpetuum & nulli diminutioni subiectum. in au- then. constit. quæ de dig. §. illud. ad quod facit lex necessarios. §. primo. ad Syllania. C. de his qui- bus vt indig. l. minoribus. Finaliter pro aliis ra- tionibus & pro responsionibus ad contraria re- mittit ad authorem qui fuit do. Nicolaus Capoc- cij de vrbe, qui sic soluebat cõtraria. Primo quod verba statuti locum habent securitate non data, alias non, vt patet in l. conuentionum. ff. de pac. de lega. l. fina. ff. de dolo. l. prima. §. non fuit. quæ leges volunt hosti securitatem dari, & datam ser uari, & non seruantem puniri. & per hoc respon- det aliis rationibus. Ad rationem ꝙ videatur consensisse non appellando respondet, ꝙ ibi non est verus consensus, sed fictus argumen. de ver- bor. obligatio. l. inter stipulantem. §. primo. Præ- terea etiam dato ꝙ esset verus, esset cum par- te, ergo sibi non præiudicat cum iudice. l. si vnus §. ante omnia. ff. de pactis. Nec obstet ꝙ negli- gentia in vno præiudicat sibi in alio quando agi- tur de eo. C. de his qui a non domi. ma. l. final. ff. de pec. l. quæsitum. §. si annua. & de solu. l. stichũ. & sic cum propter negligentiam commissam con tra partem repelleretur ab agendo contra par- tem, vt C. de appella. authen. hodie. ergo & con- tra iudicem agendo repellatur, quia illa regula secundum eum vera est, cum sunt duo remedia, quorum vnum est principale aliud accessorium. Tunc enim negligentia circa principale exten- ditur ad accessorium, sed in proposito erant duo remedia principaliter competentia, quo casu ne- gligentia in vno non præiudicat in alio. l. idem si res. ff. de aliena. iudi. mutan. causa fac. & l. si emã cipata. C. qui admit. ad bono. possessio. po. iuncta l. prima. C. de suis et legit. & pro ista parte iuncta præcedenti ratione. facit optime dictus. §. si an- nua. vult enim ꝙ exceptio competens contra vnum non obstet contra alium si exceptionis ra- tio ad alium non extenditur. Hæc decisio sapit æquitatem & habet iuris rationem, quia cum iu- dex teneatur eum conseruare indemnem, vt di- cam infra, patet ꝙ non dicitur effectiue agere, sed se defendere, & sic non debet repelli, vt supra proxima quæstione dictum est. & est etiam not. maxime propter tria. Primo propter id quod di citur securitatem datam durare etiam tempore syndicatus.

In hoc tamen aduertendum quod potest esse ve rum si fuerit data pro eo tempore quo durabit

quæstio

quæstio siue causa. Tunc enim non intelligetur finita donec syndicatus duraret, tenetur enim iudex ad omne interesse &c. l. si iudex. de var. & extraor.cogni. & sic ad soluendum condemnationem pro eo,& propterea quousque hoc sit expeditum causa durare dicitur. Si autem concessio fuisset temporalis nõ haberet locum quod dictum est. Posset tamen tunc procuratorem mittere si causa pateretur, alias nouam securitatem petere, vt dictum fuit in primo tempore parte.j.q.iij. Secundo notanda est propter id quod dixit Hostien. esse securitatem dandam,& datam seruari debere. De hoc dicam in seq.parte huius temporis.q.xv. Tertio propter id quod voluit exclusum ab appellando excludi a potentia agendi contra iudicem in syndicatu. facit quod habetur in l.j.§.j.ff.qd quisque iur.de quo aliquid ibi per Bar.& in d.l. item si reus. & plenius in disputatione sua quæ incipit, iudex propter imprudentiam, vbi etiam tractat, an iudex posit conueniri appellatione pendente, & ibi determinat ꝙ non cum certis limitationibus ibi positis per eum. Bald.tamen in l. si filius. ff.de iudi.eo. casu dixit ꝙ licet non posit agi ad totale interesse,tamen potest agi, vt condemnetur ad conseruationem indennitatis. argu.ff. de statu liber. l. statu libero rationem.& l.athenis.§.j.de aqua plu.arcen. Pro quo.etiam vide quod ipse no. in l.nouissime.ff.quod fal. tut. auto. est etiam no. pro so.dictarum.ll.C.de his qui a non do.ma.l. fi. & l. item si res. vbi tractatur an negligentia in vno præiudicet in alio, de quo dic vt ibi. & in l. iij.ff.vi bo.rap. per Bartol. & vide C. quod met. cau.l.iij.

72 Septuagesimosecundo quæritur

† Dictum fuit supra parte prima.j.temporis q.vj.ꝙ quis potest banniri sub nomine hæreditario, an tunc stante dicto statuto ꝙ querellæ bannitorum nõ audiatur. si bannitus sub nomine hæreditario agat nomine proprio repellatur ab agendo dicti statuti virtute. In hac q. Albe.vbi supra q.xlviij. primo arguit ꝙ non.ff.de adop.l. si pater.§.qui duos. & C.de dol.l.j. In contrarium dixit esse casum in c.aduersus.§.fi.de immu.eccl.sed certe.c.illud nõ multum facit.dicit enim sententia excommunicationis lata contra iudicem ligat etiam in officio successorem. At in proposito agens nomine proprio censetur alius ab herede. igitur non videtur ꝙ sibi præiudicet.argu.ff. de his quib. vt indi. l. tutorem.ibi discreta sunt enim iura,quamuis plura in eandem personã deuenerint. Puto tamen decisionem veram per not. in l.fi. C. de euict. licet enim quis teneatur de euictione vt hæres principalis venditoris, tamen agens nomine proprio repellitur, licet secus sit quando teneretur vt hæres fideiussoris,vt ibi, quæ lex non est alibi. Et ideo ad propositum subtilius considerando Aut quis est bannitus sub nomine hæreditario,ex delicto tamẽ vel causa per eum commisso, vel commissa, sed forte ex ignorantia proprij nominis, ita latum est bannum,& tunc sine dubio agens nomine proprio repellitur, argu. l. si quis in fundi vocabulo. de lega.j.cum alijs allega. vbi supra. Aut forte ex forma statuti fuit bannitus ob causam defuncti, puta ob debitum non solutum, & taliter quod in statuto prædicto comprehendatur, & tunc potest habere locum distinctio.d.l.fi.quia aut erat hæres fideiussoris, aut principalis vt ibi. Quid autem ecõuerso, vide quæ dicam infra q.lxxvij. in hac eadem parte. Ad l.tutorem.patet responsio, quia loquitur qñ nulla representatio cadit in seipsum, vt ibi.& l.polla.C.de his quib.vt indig.

Septuagesimotertio quæritur

73 † An bannitus qui vigore dicti statuti repellitur ab agendo, posit saltem per procuratorem agere & videtur ꝙ sic, quia quod per me non possum per alium possum,arg.ff.de in ius voc.l.quæsitum. de priui.cre.l.j.§.si quis.de transac.l. & post rem .§.fi.& melius in l. Antistius.in fi.ff.de acqui. hæ. contrarium vidi determinatum, quia licet posit procuratorem relinquere.l.Papinianus.de mino. non tamen poterit per illum agere,quia ipse idem ex bannitus agere videtur l.ita autem.§. gessisse. ff.de admi.tu. Item quia fraus fieret legi de persona ad personam.ff. de leg. l. contra legem. & ad Mace.l.sed Iulia,& ita etiam refert Albe.vbi supra q.lxij. tenuisse Iaco.de Are.ad quod alleg.ẽt de admi.re.ad ci.perti.l.j.§.ij.de spon.l.oratio.& de tu.& cur.da, ab his l. scire.oportet. cum si Et hoc est clarum alias frustratoria esset denegatio iuris vel audientiæ.l.j.§.vsus.de procura.nõ ergo potest per se vel alium agere stante statuto prædicto, & ita verificatur ꝙ dixit Guil. in Spec. de procu.§.ratione quoque constituentis.versic.j.vbi autem esset solummodo bannitus bonis non confiscatis,& dictis statutis non vrgentibus non prohiberetur procuratorem cõstituere, vt in iure supra in contrarium alleg. secundum Ioann. Andr. in addi.Specu. in titu.de cessio.actio.§.j. versicu. illud etiam.

Viso quod bannitus non potest agere per procuratorem, quæro septuagesimoquarto,

74 † an posit iura sua alteri cedere, & sic cessionarius non repellatur. Hæc quæstio a multis tractata reperitur, & quia quotidiana est libet aliquantulum insistere. Primo enim Iacob. de Are.ff.de noua.in l.doli mali.tenuit indistincte ꝙ non.& sic exceptio banni cessionario obstare l.in his.§.nõ debeo.& l.quod ipsis.de reg.iur. Ad dictam l.doli.respondet quod loquitur in delegatione. Ad contrarium allegabat Dyn.l.si cum dotem.§.si patri.ff.solu.mat.vbi pro patre deportato agit filia, sed ille text.nihil facit, quia ibi agit filia,iure suo & nomine suo, non iure vel nomine patris,vt eo.tit.l.ij.§.j.& l. voluntate. Ipse tamen Dyn.in d.l.doli.& in regula si quis in ius, distinxit. An fiat cessio ex causa lucratiua et obstet exceptio, an ex causa onerosa & non obstet.l.apud Celsum.§.de authoris.&.§.si quis autem.§.si cum legitima.ff. de doli excep. Alberi.de Gand.dicebat ꝙ aut retinet bona & valet cessio. Aut publicantur & non valet cessio.ff. de cap.di.l.ij. & l. actione.§.publicatione.ff. pro soc.cũ simi. Aliqui vt refert Guil.in Spec.de cess.actio.§.j.ver. illud etiam

etiã quæritur. dicebant indistincte obstare excep. ff. ad velleia. l. fin. Alij vt ibidem refert dicebant ꝙ aut fit cessio ex causa necessaria, & non obstet exceptio. aut ex causa voluntaria & obstat. Hæc enim non ambulant paribus passibus. ff. de dam. infec. l. cum postulassem. de re. eorum qui sub tu. vel cu. l. iij. §. j. de re iudic. l. fi. & refert Ioã. And. ibi, in addi. magna. Fede. de Scal. disputando tenuisse cessionem indistincte valere & cessionariũ etiam ex causa voluntaria & lucratiua agere posse. Ipse autem Ioan. And. ibi remittit ad notata per se in c. j. de iure patro. lib. vj. & super gl. pen. & ibi relatis opi. tactis. in Specu. vbi supra tenet indistincte agenti non obstare exceptionem si cessionarius banniti cum bona publicata non erant agi suo nomine per iura ibi alleg. in glos. quę probant ꝙ vitium personale ad successorem non trãsit. ff. de diuer. & temp. pręscrip. l. an vitium. & C. de acqu. posses. l. vitia. & extra qui mat. accu. poss. c. cum in tua. dicens considerandum esse, an vitium insit personæ & rei, & in re furtiua quando possideretur a fure. An rei tantum vt quando possideretur a bonæfidei possessore. & tunc transit vitium in singularẽ successorem. instit. de vsuc. §. furtiuæ. An tangit actionem & personam, vt quando dolus interuenit in contractu. & tunc dicit procedere distinctionem causæ lucratiuæ, & non lucratiuę, vt in. §. de auc. &. §. si cum legitima. Vbi autem tangit personam tantum vt in casu nostro tunc ad successorem non transit, vt supra Ad l. iij. §. quod autem. ff. quod quisque iur. & de colla. bo. l. cum emancipati. Respondet ꝙ ibi elisio erat inflicta actioni, non autem personę tantũ, vt in casu nostro subdens etiam de successore vniuersali, vt dicam infra in vlti. temp. Bartol. autem in d. §. si cum legitima. tenet opi. Dyn. per illa iura. & idem videtur dicere in d. l. doli. tangens aliqua de narratis supra in distinct. Io. And. Sed Bald. in l. iij. §. si filius. ff. ꝙ quisque iur. dicit ꝙ aut bannum sequitur cessionem. & nõ obst. exceptio de quo dicam statim in q. sequen. aut præcedit cessionem, & tunc aut ex persona statuti potest opponi exceptio actioni, aut personæ. Primo casu excluditur cessionarius. Secundo casu distinguitur an habeat causam lucratiuam, & repellitur, an onerosam & non repellitur. Et sic ibi effectiue loquitur opi. Dyn. Sed in l. per diuersas. C. man. dicit ꝙ aut est bannito interdictus forus, & valet cessio. Aut est sibi interdictum agere idest interdictus, ipse actus agendi, & tunc aut cedit ex causa lucratiua & non v; , aut ex onerosa, & valet cessio, dum tamen cessionarius agat vtili. Si vero bona essent confiscata, ideo non valeret cessio, qa cederet iura fisci non sua. ff. de cap. diminu. l. tutelas. Item si poneres ꝙ esset ei sola mansio interdicta, tunc non est dubium ꝙ potest cedere, vt l. Papinia. exuli. & ideo ibi dicit quod exititij de terris suis possũt iura cedere & aliena re, quia est eis interdicta mansio, sed secus esset si expresse eis interdicta esset alienatio. allegat pro singulari tex. in l. de pollicitationibus. ff. de polli. Idem tamen Bald. altius hanc materiam tractans in quadam sua disputatione quæ incipit. Statuto cauetur ꝙ fęnerator, dicit ꝙ aliquando iniquitas inest actioni & agenti, aliquando agenti & non actioni, aliquando neutri. De primo ponit exemplum in eo qui inducit aliquem per dolum, vt sibi promitteret, & deinde actionem cessit. Et isto casu dicit repelli cessionarium nulla facta distinctione, quia actio elisa cessa est. Nec potest tunc dici. ꝙ vitium purgetur per cessionem. Exceptio enim reo competens sibi inuito auferri nõ potest, vt not. in d. §. si cum legitima. et arg. ff. de pac. l. fi. & mand. l. si mandauero tibi. in prin. Exceptio ergo doli commissi circa actionem cessam ob. cessionario ex quacunq; cau. d. l. in his. §. non debeo. & l. ꝙ ipsis. ꝙ intelligit verum quando actio est infecta propter dolum proximum & immediatũ, secus si esset vitium in quodam præambulo. exẽplum dolo induxi scriptum hæredem ad recipiendum hęreditatem quam ego ab intestato adiui & cessi actionem hæreditariam in qua nullum erat vitium. Et ideo non ob. cessionario exceptio, vt d. §. sed cum legitima. &. §. seq. Secundo casu quando inest vitium agenti & non actioni, vt in excõmunicato & bannito. Primo videtur tenere opi. Ioan. prædictam ꝙ vbi cessio non sit simulata indistincte non ob. exceptio cessionario nõ sequens distinctionem. Dyn. & Bar. quia statutum videtur suspendere actionem ad tempus, id est, donec duret bannum vel excommunicatio. & idem debet operari temporalis suspensio pendente tempore, quod operatur exclusio perpetua. de condi. inde. l. sufficit. & d. l. si tibi manda. in prin. & hęc ratio ita cõcluderet contra agentem ex causa onerosa, sicut contra agentem ex causa lucratiua. Finaliter tamen videtur tenere opi. Dyn. & Bart. quia causa onerosa est fauorabilior lucratiua. ff. de his quę in frau. cre. l. fin. §. j. & no. instit. de actio. §. si quis in fraudem quod dicit esse verum, nisi illa cessio ex causa lucratiua fiat ex necessitate, vt qa hęres excõmunicatus vel bãnitus cessit legatario actionẽ legati nominis. Sed isto casu nõ est dubiũ, qa legatarius & sine cessione ageret. l. ex legato nominis. C. de leg. Sit ergo in hac materia conclusio ꝙ aut bona sunt publicata, & non valet cessio iurium antiquorum. Aut non sunt publicata vel sunt sed ce[illegible]untur iura postea quæsita. & tunc aut bannitus cesserat ante bannum & dicam in se. q. Aut cedi post bannum. Tunc aut cedit ex necessitate, vt quia cedit fide[illegible]ssori. quia ei soluit vel ex alia causa necessaria, & tunc similiter non obstat exceptio per ea quæ allegata sunt supra in prin. q. si autem fit cessio voluntaria, aut fit ex causa lucratiua. & ob exceptio aut ex causa onerosa, & nõ obst. agendo vtili actione nomine suo, nisi probetur in fraudem factam C. man. l. pe. cũ si. Si autem ageret directa nomine cedentis obstaret exceptio per ea quæ hic dicta sunt, & supra proxi. q. Prædicta autem locum habent in cessione iurium. In cessione vero siue in trãslatione dominij dicit Bald. d. l. si cum dotem. §. si pater. ꝙ non repellitur, quia immediata causa agendi. s. dominum est sine vitio. glos. est ordinaria secundum eum in d. l. si cum legitima, non intelligas quando simpliciter ceditur rei vendicatio, quia tunc erit idem ꝙ supra

supra secundum not. in tit. de cessio. ac. §. ex præmissis. ver. Item quid si mihi. vbi videtur maxime in addi. Io. An. quid operetur cessio rei venditæ quibus adde. l. si eius. & quod ibi not. ff. ad Trebel.

75 Successiue septuagesimoquinto q̄ro† quid iuris q̄n cessio præcessit bannū, an tūc cessionario agenti post bannum obstet exceptio. Bald. in l. iij. §. si filius. ff. quod quisque iur. dicit ꝙ non ob. exceptio, quod quidam dicunt procedere, scd̄m dist. quæ hr̄ in l. post contractū. ff. de dona. quod esset verū in casu in quo ex forma statuti alienatio & cessio redderetur nulla ipso iure, quia tūc cessionarius repelleretur quasi agens sine actione. l. si pupilli. §. videamus. de nego. gest. & l. non putauit. §. nō queuis. ff. de cōtrabu. & idē si ex alia causa esset cessio nulla secūdum not. in l. ab Anastasio. & l. per diuersas. C. manda. & l. fin. C. ne li. po. Si aūt cessio habet sua substantialia & statutum non annulat eam cū necessaria sit reuocatoria q̄n facta esset in fraudē cessionarius nō posset repelli a debitore opponēte de iure fisci. l. his consequenter. §. j. famil. ercisc. & l. ij. si ager vectig. & quod ibi not. & l. si cum seruum. per Cy. C. de ser. fugi. per Bar. in l. j. ff. de excep. rei iudi. non ergo obstat exceptio banni superuenientis quod est certum si agat vtili. Sed dubium esset an sibi obstaret agenti directe ratione cedentis, per l. qui stipendia. cum ibi not. de procura. & per ea quæ dicta sunt supra lxxiij. q. Puto tñ quod ēt tunc non ob. exceptio, talis quia directe exercitium transit sine aliquo vitio, arg. ff. de ser. expor. l. si minor. & quod no. in l. pluribus. §. & si placeat. per Dyn. & Bar. de verb. obliga. & hoc ideo quia agit in rem suam cessionarius. Facit. C. de dona. l. illam. & quod habetur in l. si quidem. per Doct. C. de act. & oblig.

76 Septuagesimosexto quæritur† Viso ꝙ per aliū aliquando agere potest & aliquando non, an possit pro alio procuratorio nomine agere. Puta Titius fuit factus procurator Sempronio non bannito, an repellatur virtute dicti statuti ꝙ banniti nō audiantur. hæc quæstio examinatur per Alberi. vbi supra q. lxij. Cuius verba libet hic inserere propter quæstionis vtilitatem & aliqua pulchra dicta. Dicit enim primo videtur ꝙ audiatur & non obstet exceptio. ar. institu. de excep. §. fi. Item quia non dicitur hic audientia dari vel ius fieri, sed ei cuius est procurator, quia dicitur dominus agere per procuratorem. ff. quod vi aut clam. l. denique. §. fin. & l. seq. & ff. de procur. l. j. & secūdum hanc determinationem intelligitur. l. non solum. §. pe. ff. de iniur. & ad hoc. arg. ff. de do. excep. l. si procurator. in princ. nisi occasione ipsius litis datum foret sibi bannum quod fieri potest de iure, vt ff. si quis ius di. non ob. l. iij. §. ij. tunc enim non audiretur nisi primo exiret de banno, vt ff. de dol. excep. l. apud Celsum §. quæsitū. & l. si procurator. ij. respon. Et quod alias admitti debeat, & statutū restringi debeat solū ad eos qui suo nomine agūt. Facit quia statutū est odiosum, & ideo restringendum, vt ff. de lib. & posth. l. cum quidā. & ita in hac q. quidam sentiunt. & pro hoc. ff. de in ius voc. l. quæsitum. Alij dicunt bannitum etiā pro alio non admitti ad instar excōicati, vt extra de proba. c. post cessionem. Item quia statutū indistincte dicit non dari audientiam bannito, nec distinguitur an agat proprio nomine vel alieno, ergo indistincte intelligi debet. ff. de seru. vrb. l. si seruitus. cum concor. Item quia ꝙ ei nō detur audientia inductum est in honorem prætoris sicut et edictum de postulando quod prohibet certas personas postulare. ff. de post. l. j. qui. ex cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. sed & si dum. ideo sicut nullo modo conceditur postulare ei cui ab edicto denegatur, ita & hic. Item bannitus qui pro se non admittitur multominus admittitur pro alio. nec obst. similitudo. ff. de postu. l. j. §. j. & ij. & C. eo. ti. l. nemo. nec obst. ꝙ arguitur de patrono ad bannitū, quia ꝙ bannitus non audiatur est de iure municipali quod est commune ius ipsius ciuitatis, ꝙ autem libertus non vocet in ius patronum sine venia est priuilegium ipsius patroni. in auth. de non alie. §. si vero de testa. mili. l. eius. & pro ista parte bene facit. ff. de pœ. l. mors. circa prin. De facto obtinuit ꝙ pro alio audiatur, maxime per l. quæsitum. de in ius vocan. & quia alterius odio alius grauari non debet. C. de inoffi. test. l. si quis in suo, & quia bannitus non videtur agere vel audire, sed dominus qui per alium agere videtur, vt in dicta l. mors. not. Iaco. de Are. & istam partem puto veram. Ad quod facit vltra prædicta, quia filiusfam. in iudicio esse nō pōt & intelligitur suo noīe. vt l. fi. §. necessitate. ff. de bon. quę lib. potest. n. esse procurator. de procura. c. q̄a generaliter. lib. vj. licet glo. aliter dixerit in d. §. necessitate. Non obst. c. post cessionē. de proba. quia loquitur in excōicato qui perdit perceptionē sacramentorum & communionem fidelium. de excep. c. ij. de senten. excommunica. c. pe. quæ bannitus non perdit, vt certum est. & sic de vno ad alium non arguitur secundum Bart. in sua disputatione, in versi. v. est videndum, & dictum fuit supra hac eadem parte. q. iiij. Aduertendum tamen quod hoc est verum quando agit nomine alieno & ad alterius vtilitatem. Si autem ageret nomine alieno & ad sui vtilitatem, secus esset, vt puta, quia esset procurator in rem suam. l. j. §. in propria. ff. quando appel. non sit. & C. de procu. l. qui stipendia. Si autem statutum diceret ꝙ non audiatur in aliquo suo iure non haberet quæstio dubitationem l. j. §. vsus. C. de procu. l. nihil. & l. neque & l. ꝙ quis. Prædicta vera si fuit factus procurator post bannum, si aūt fuisset antea cōstitutus repelleretur nō virtute statuti, sed quia præsumeretur reuocatus pp mutationem status, vt l. si cum Cornelius. & l. cum quis. ff. de solu. cum ibi not. & per Bar. in l. post litem. ff. de procu.

Dictum fuit supra hac eadem parte. q. xxxvij. ꝙ bannitus potest ab intestato succedere de iure communi. Modo 77 septuagesimoseptimo quęrit,† bannitus succedit Titio non bannito stante dicto statuto quod banniti non audiantur. dictus bannitus adit hæreditatem,

tatem, & vt hæres Titij agit contra Semproniũ an ei obstet exceptio banni. Alb. vbi supra quæst. xlix. arguit primo ꝙ non ob. exceptio, vt consequatur ex persona alterius quod per se habere nõ posset. ff. quæ res pig. ob. l. Aristo. & de fal. l. j. §. j. & determinat contrarium, & ita dicit fuisse obtentum, vt sic sibi obstet exceptio in iure postea quæsito. ff. de condi. inde. l. si non sortem. §. si filius. ad Maced. l. sed Iulia. §. j. re. amo. l. & ideo. & C. de bon. ma. l. j. in contrarium facit. ff. de excep. l. Modestinus. vbi habetur ꝙ agenti iure hæreditario non opponitur exceptio ex persona propria & idem probatur in l. quidam cum filium. versi. quare. ff. de verbo. obliga. Puto tamen dictum Alb. verum: quia exceptio banni est exceptio, quæ respicit personam & in illa tantum verificatur si pro suo iure agit, vt supra q. proxi. qualitercunque ergo ius suum sit, & ex quacunq; causa verificantur verba statuti. Et ideo etiam ex iure hæreditario agens repellitur cum vnicum sit effectum patrimonium. ff. de priui. cre. l. pater. & de vulga. & pupil. l. sed & si plures. §. si filio. l. Modestinus. & l. quidam cum filium. loquũtur in exceptione reali. s. rei iudicatæ in qua inspicitur non solum persona, sed causa l. cum quæritur. & l. si mater. §. eandem. & l. & an eandem. ff. de excep. rei iudi. Et ideo licet ille qui nomine proprio succubuit, postea vt hæres alterius agat, & sic ex diuersa causa, cessat regula illius excep. quia licet dici possit eadem persona, in authen. de iureiur. a mo. præsti. §. j. non tamen concurrit identitas causæ. Et sic sibi non obst. exceptio. Quod est verum nisi veniendo iure hæreditario veniret ad impugnationẽ sui facti proprij & a se facti. Tunc enim si agat iure hæreditario obstat sibi exceptio ex persona propria, vt d. §. si filius. & d. l. sed Iul. §. j. de quo tamen articulo scilicet in genere an agenti iure hæreditario obst. exceptio ex persona propria, vide in d. l. Modestinus. per Bart. & quod ibi not. in l. post legatum. §. si is. de his quib. vt indig. & vide quod not. in Specu. de sen. & his quæ ipsam se. § fina. versi. quid si procurator, vide etiam quod habetur in l. fina. C. de euic. Econuerso vero agenti iure proprio ob. exceptio ex persona eius cuius est hæres etiam banni examinabitur infra in vltimo tempore parte secunda. quæstio. iiij.

78 **Septuagesimooctauo** q̃ritur † Bãnitus ex forma statuti non potest sua bona in alium transferre. Quidam vendidit vel aliter alienauit quædam sua bona & promisit exinde ad voluntatẽ emptoris facere instrumentum cum clausulis consuetis, deinde antequam faceret instrumentum bannitus fuit & taliter quod in statuto continetur. Quæritur an possit facere instrumentum prædictum & valeat, non obstantibus banno & statuto: pro huius quæstionis decisione sciendum est ꝙ Richar. de Saly. disputauit quæstionem in terminis infrascriptis, Lege prohibetur partialitatis causa relegatũ aliquid trãsferre vel alienare de suo. Relegatus dicta causa ante relegationem dederat & locauerat pro decẽ annis rem ad francandum in quinquennio pro quingentis, hoc acto ꝙ sub pœna teneatur locator & dator in termino prædicto francanti facere instrumentum venditionis. Quæritur quid iuris de perfectione contractus & pœna, & post multas prolixas rationes primo ad affirmatiuam, secundo ad negatiuam, soluit hoc modo. Pro parte affirmatiua ꝙ possit facere instrumentum, & si non facit pœna comittatur. Primo propter verbum dederat, de cuius natura, & significatione est dominium transferre. ff. de condi. ob cau. l. fi. de verb. obli. l. vbi autem. §. fin. insti. de actio. §. sic itaque. Secundo propter copulã, & dum subijcit thema & locauerat, de cuius copulæ natura & significatu est ponere diuersa & augere præcedentia. ff. de leg. iij. l. ea tamen adiectio. & not. super rub. ff. de iur. & fac. igno. Tertio per l. sub conditione. ff. de solu. vbi rei vel pecuniæ date transit dominium immediate. Quarto per propriam significationem huius dictionis, ad quæ est vt inducat modum, sed rei datę sub modo ab initio transit dominium. l. necessario. §. quod si pendente. de pericu. & commo. rei vendi. & not. C. eo. tit. l. j. Quinto per l. sicut. §. interdum. & l. cũ venderem. ff. loca. Sexto quia res fuit æstimata, ergo vr̃ tunc transisse dñium. ff. loca. l. in naue. & locatio suos notissimos terminos excedere arg. ff. depositi. l. lucius. Nec obstat quod rei suæ non teneat conductio. ff. locati. l. qui rem. & l. ad probationem. & ff. deposi. l. qui rem. & de regu. iur. l. neque pignus in fin. cum si. quia illud verum est ab ignorante vel ẽt sciente respectu dominij. Sed a sciente respectu positionis quæ non est sua sic, vt patet expresse. ff. de acquiren. possessio. l. si rẽ aliquam, sed possessio rei sic locatæ non transierat. C. de præscrip. xxx. anno. l. male agitur, ergo a sciente eius respectu conductio tenebat, dominium autem sine positione bene potuit trãsire per l. si fundum. de fund. vel potest dici ꝙ conductio rei pleno iure proprie non tenet, sed hic non est pleno iure propria conducentis, argu. a simili. ff. quod metus causa l. metum. §. volenti. C. de donatio. quæ sub modo. l. j. C. quod metus cau. l. iij. cũ simi. Septimo per verbum ad francandum, de cuius significatione oportet esse francare, idest liberare, quasi dicat ꝙ transtulit dominium, sed non francum. Pro parte autem negatiua etiam pro solutione adducitur ne videatur laicis quædã iniquitas, vt in fi. not. glo. C. de transactio. l. si maior. Secundo quia hoc esset duplex improprietas. scilicet quod rei locatæ transierit dominium contra naturam locationis. ff. loca. l. non solet. & quod eodem momento rei propriæ teneret locatio contra l. neque pignus. cum similibus supra allegatis. sed duplex improprietas in eo admitti non debet. C. de dotis promiss. l. j. cum simi. ff. manda. l. si vero non re. secundo vel tertio responso. ff. de condi. & demonstra. l. si mulieri & titio. Tertio quia vnum de copulatis transit ad naturam alterius. ff. de fun. instr. l. Seiæ. §. Caio. Sed hæc copula, &, copulat dederat & locauerat, ergo datio trahitur ad naturã locationis, vt sic dominium non transeat, vt est clarum. ff. loca. l. iiij. vbi vr̃ casus ibi dedisset locassetve, & arg. eo. titu. l. si vno. in prin.

prin. Quarto quia si aliud sumeretur, esset contrarietas & incōpassibilitas cōtra. l. titij. ff. de condi. instit. Quinto quia quod duplici iure pōt sumi in dubio debet intelligi, prout caret vitio. ff. de legib. l. in ambiguo. & pro socio. l. merito. vbi prę sumitur quis facere iure licito & non illico, sed vbi ex tēpore locationis transisset dominium nō posset dari pensio proprie a modo nisi de pretio quod ad terminū est soluēdum, & sic induceretur in contractum vsurarum illicitū & reprobatum, vt habetur. C. de vsur. auth. ad hoc. & in auth. de eccle. tit. §. j. & solet not. C. de sum. Trini. l. j. nisi diceres ꝙ venirent ratione fructuum & interesse, sed certe hoc non posset, cum ille sit in mora ratione dilationis sibi datæ, vt l. lecta. si certum pet. & fructus inde percipiat quia dominium non trāsiuit. Sexto per l. quæro. §. si. ff. loca. vbi rei æstimatæ locatę non transit dominium si est species, sed periculum transit & non est emptio, sed quasi emptio. Nec obst. l. in naue. quia ibi loquitur de conductore operarum qui potest transferre dominium rei in qua opera debēt præstari si detur ad pondus vel numerum vt reddatur nō idem in specie, sed in genere, quod cum datio recipiat functionem vel aliter, vt ibi no. quod non est in proposito, & videtur æquior & verior per d. §. si. Finaliter soluendo decisiue dicit ego vtor tali distin. ꝙ aut constat ꝙ ab initio transferre voluit, aut ꝙ noluit, quia in contractibus inspicitur magis voluntas ꝙ̄ verba. l. ēt. C. de iure do. cum si. Aut est dubium, & tunc aut vendebat, sed pactum apponitur, vt donec pretiū soluat certa mercede conductum habeat, & obtineat prima pars scilicet affirmatiua per d. l. sicut. & l. cum venderem. Aut ab initio locabat, sed cum pacto ꝙ francari deberet, vt in casu nostro, & tunc obtinet alia pars scilicet negatiua quasi translatio vel alienatio facta non fuerit ab initio, sed debeat fieri demum cum erit facta francatio. sed tunc venit ad inhabilitatem ergo si recte videtur fuisse in casu nostro. Non ob. l. sub conditione, quia ibi solutio fiebat pure, sed effectui & cessioni in solutū adijciebatur conditio. hic autem locatio fuit pura, & eius natura non erat translatabilis dominij, vt supra ibi ergo transit dominium, hic non, sed ius locationis, vt ibi. Vides ergo ꝙ vbi ab initio ex vi contractus transijt dominium non obstante statuto poterit instrumentum facere, & si non facit in pœnam incidit. Vbi autem non transijt dominium, secus est, obstante statuto. Nec ob. ꝙ illa videatur alienatio necessaria & sic statuto nō cōprehendatur. de contrahen. empt. l. fistulas. §. j. de re. eo. l. magis puto. §. sed si tempore. & C. quando decr. op. non est l. j. quia hic res ex forma statuti est reducta ad impossibilitatem. ff. ad l. rhod. de iact. l. si vehenda. §. idem iur. & loca. l. insulam. Secundum ergo distin. prædictam in terminis in princi. q. propositis. Aut fuerat translatum dominium, vt quia vendens receperat pretium vel fidem de eo. ff. de contrahen. emp. l. ꝙ vendidi. C. de re. ven. l. in ciuile. & ꝙ vtrobique habetur, & in l. procurator. §. sed si mercem. ff. de trib. & l. quidam fundum. ff. de in rem ver. & sine dubio non obstante statuto poterit instrumentum facere, quia tunc non alienat, & sic non habent locum verba statuti. si vero dominium non fuit translatum, secus esset. Sed hæc pars secunda est mihi dubia cum sit alienatio necessaria per dicta iura, & l. alienationis. ff. fam. er. nisi dicas ꝙ illa promissio præsumatur in fraudem statuti facta ꝙ est verum concurrentibus his quæ habentur in l. post contractum. ff. de do. in l. si ventri. §. fin. de pri. cre. & C. de bo. dam. l. si quis post hac. Tenet autem hæc decisio conferat ad materiam, tamen magis placet per ea quæ dicta sunt supra circa cognitionem contractus. an sit venditio an locatio, & quid importent illa verba ad francandum. Pro qua tamen materia recurrēdum est ad latius & clarius no. per Barto. in dispu. sua quæ incipit, publicanus. quæ saltem in effectum habetur in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publ. Sunt & not. supra dicta pro materia. l. qui rem. C. loca. & l. si rem aliquam. ff. de acquirend. posses. de quo ibi per Bartol.

79 Septuagesimonono † Stante dicto statuto ꝙ bannitus non audiatur in aliquo suo iure quod ostensum est non tollere defensionem vt hac ea. parte q. lxij. Queritur Titius agit contra Sempronium bannitum, dat libellum, & facit eum citari. Sempronius bannitus comparuit et suas exceptiones opposuit, quibus visis Titius agens vult a lite tantum desistere. sed Sempronius vult ꝙ procedat per authen. qui semel. C. quo. & quan. iud. & per not. in l. edita. C. de eden. An audiatur bannitus quasi videatur defendere. An vero non audiatur quasi videatur impugnare & agere. Dixit Iacob. de Ra. in l. si libertus. ff. de in ius vocan. ꝙ bannitus auditur. quia dicitur se defendere. Albe. vbi supra qō. lx. idem sequitur dicens melius probari. eod. titu. de in ius voc. l. libertus a patrono. & extra de rescrip. c. j. lib. vj. Certe meo iudicio hæc q. paruam habet dubitationem. secundū enim no. ex d. ll. edita. & auth. qui semel. semper conuentus actore negligente reus est. & ideo siue differat aduersarius vt l. properandum. §. & si quidem. de iudic. siue renuntiet taliter ꝙ sibi non noceat secundū no. in dictis iuribus & in l. post ꝙ̄ liti. C. de pact. semper bannitus vt reus audiendus est. Faciunt ea quę dicta sunt supra hac parte qō. lxviij. lxix. & lxx. Si autem bannitus illo non agente vellet ꝙ iudex pronuntiaret exceptionē sibi competere per no. in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infec. ff. de fideius. l. contendat. de lib. lega. l. Aurelius. §. centum. & C. qui bo. ce. pos. l. iij. forte non audiretur. tum quia prouocatus est non prouocatus, vt dictum fuit supra q. lxiiij. tum quia implorando officium iudicis interuenit in iudicio, vt dictis iuribus, non autem excipiendo, & sic tenetur libellum offerre, & per consequens actor est. habetur in l. j. ff. de eden. & per Bar. ff. de iuris. om. iud. l...

80 Circa eandem materiam lxxx. quæritur † stāte statuto ꝙ laudum habeat executionem paratam, & simili-

ter instrumentum guarentigiæ habens certũ terminum. Titius habens instrumentũ guarentigiæ vel laudum contra Semproniũ habẽtis executionem ante illam factam bannitus est, bonis eius nõ publicatis. dictum fuit q. v. ꝙ perdit beneficia statutorum suæ ciuitatis. An nullo modo disponẽte bannitum audiri non debere poterit, pone per ꝓcuratorẽ virtute dictorum iuriũ incipere ab executione secundũ formam dictorũ statutorum. Hæc qõ est disputabilis, sed omissa disputatione ne pro lixior sim ꝙ promiserim succincte me expediã. Præmittens primo ꝙ de iure cõi talia non habẽt paratam executionẽ. C. de execu. rei iu. l. j. ff. de suspec. tu. l. iij. §. tutores. sed a iure statutorum tale traditur beneficium, vt habetur in laudo. in l. j. C. de arbit. et quod ibi per Doc. in guarẽtigia habetur per Iac. de Are. in l. cũ quasi. §. si plures. ff. de fideic. lib. vbi glo. fi. secundum eum dicit ꝙ illud ꝙ facit sententia facit legis potestas, ex quo ipse ibi dicit ꝙ sicut sententia habet executionẽ, ita instrm guarẽtigię hoc ẽt sequitur Cy. in l. vna. de confes. Bartol. tangit in l. proinde. in fi. ad l. aquil. in l. j. de edẽ. in l. j. iu. sol. & in l. ij. C. de sen. quæ sine cer. quanti. beneficium ergo executionis traditum guarentigiæ non est de iure communi, sed de iure statuario. Item præmitte ꝙ non est beneficiũ ꝙ de necessitate tradatur illi instrumento ex quo natum est, sed potest ẽt sine illo beneficio in exercitium alias iudicium deduci. l. intra dies. cum ibi not. ff. de re iudi. & in c. fi. de iudi. Res. n. iudicata habens executionem a re communi per no. in l. a diuo pio. per totũ. & C. de exec. rei. iudi. potest per viam actionis ẽt in iudicium deduci, lꝫ possit per officium iudicis etiam intentari. C. de arbi. l. cum antea. C. de reb. credi. l. actori. l. miles §. iudicati. ff. de re iudi. cum not. per Bart. in d. l. intra dies. Sic ergo est in instro guarẽtigiæ & laudo: vt ẽt patet ex no. in l. plane. per Bart. ff. quod cum fal. tut. auth. vbi patet per præscriptionem remanere ipsum ius ordinarie agẽdi. Pręmitto ẽt ꝙ donec illud instrm fuerit executioni mandatũ nõ dicitur facta executio, vt habetur plene & no. per Bar. in l. is qui. ff. qui. ex cau. ma. Ex his infertur ꝙ cũ res reducta sit ad casum a quo non põt incipere, & simus in re non perfecta vitiatur ipse contractus, vt l. quia in eũ. ff. ad l. aquil. et de fideius. l. vranius. & per Dy. & Bart. in l. pluribus. §. si placeat. de verb. obli. Pro qua decisione facit quod in his quæ respiciunt ordinẽ iudicij inspicitur iudicij locus, vt habetur in l. ij. C. quẽ. test. ap. & plene per Doc. in l. cunctos populos. de sum. Tri. ergo & tempus iudicij. arg. l. vinum. si certum pe. et ff. de trit. l. in hac. Ex hoc satis colligitur ex not. per Bar. in extraua. qui sint rebelles. super verbo, rebellando. Si aũt executio fuisset ante bannũ facta ẽt secundum ꝙ Bar. intelligit factã esse in d. l. is qui nullatenus. propter bannũ vitiaretur, vt d. §. & si placeat. Item si instrm esset factum taliter qđ valeret de iure statutario, & nõ de iure cõi nõ vitiaretur ex bãno superuenienti, quia iam perfectũ erat, & quia quo ad solemnitatem actus inspicitur tempus ipsius actus confecti sicut locus, vt in iuribus prædictis, sicut etiam in fi. no. per Bal. in d. l. cunctos populos. iuxta fi. dum tractat de solennitate probatoria ipsius actus. licet autem in prædictis ipse bannitus perdat beneficium statutorum, non tamen idem debet esse in hærede. de quo dicam infra in vlti. tempore parte ij. q. xv.

Rubrica de his quę per alios fiunt in præiudicium bannitorum.



SVPEREST expedita prima parte huius secundi temporis, vt ad secundam perueniatur, quæ vt ex diuisione in prin. huius temporis posita patet, tractare debet de his quæ per alios fiunt in præiudicium bannitorum, & vt ordine præmisso procedatur. Præmitto primo rubricas siue titulos quæstionum quæ in hac parte examinare continget.

SVMMARIVM.

1 *An subripiens rem bannito possit ab eo ad restitutionem rei conueniri.*

2 *An valeat statutum quod excludit bannitum etiam à defensione.*

3 *Si bannitus non potest opponere exceptionẽ præscriptionis, an illã possit eius fideiussor opponere.*

4 *An conreus debendi conuentus à creditore post terminum præscriptio. repellatur ab excipiendo de præscriptione ex eo quod intra terminũ præscriptionis bannitus fuit eius conreus. Et sic sit interrupta præscriptio etiam contra non bannitum. Et sic in hac examinatur an valeat statutum minuens tempus præscriptionis & materiam. l. fi. C. de duo. reis.*

5 *An si agatur contra bannitum qui non potest se defendere & taliter quòd ex narratis apparet præscriptionem esse decursam iudex à seipso possit de præscriptione obiicere & agentem repellere, & in hac latissime examinatur virtus præscriptionis.*

6 *An stante dicto statuto bannitus agens contra bãnitum possit cõtra exceptionem ꝙ nõ debeat audiri replicare quòd ille non potest excipere.*

7 *An stante statuto quod bannitus possit impunè offendi, possit impunè occidi.*

8 *An bannitus nondum registratus dum registrabatur potuerit offendi dictante statuto bannitum & registratum posse impunè offendi.*

9 *Si fuit registratus & fuit sumptum bannum legitime deinde casualiter registrum fuit combustum, an possit impune offendi ostenso sumpto.*

10 *An bannitus qui potest impunè occidi possit occidi*

impune

Secunda pars secundi temporis.



1 PRIMO igitur quæro † Titius abstulit rem aliquam bannito stāte statuto ꝙ bannitus non audiatur, an possit a bannito ad restitutionem illius rei conueniri. & videtur ꝙ sic, nam & relegatus bona sua retinet. ff. de interdi. & relega. l. j. de bo. eo. qui mor. sibi consci. l. ij. in fi. sic & bannitus quando non publicātur, ergo videtur ꝙ agere possit. Facit ad hoc. ff. de bon poss. l. edicto. §. rei capitalis. C. si pen. ap. mors inter. l. ij. pro hoc quia appellatione bonorum continentur iura. l. bonorum. & l. subsignatum. §. bona. de ver. sig. Si ergo retinet bona, ergo & iura. & sic actiones, & per consequens earum exercitij, alias frustratoria esset iuris illius reseruatio siue retentio. Sed contrarium est verum ad instar excommunicati qui agere non potest. de offic. ordi. c. ij. de iudi. c. intelleximus. Quod quidam dixerunt esse verum ēt de iure communi circunscripto statuto prędicto, de quo tangam infra hac eadem parte. q. lv. quod ego non credo per rationes prędictas. & per text. in l. si tibi. §. is cuius. ff. man. Statutum ergo est illud quod licet non tollat actionem, tamen tollit illius exercitium, & si dicit ꝙ non audiatur quousque fuerit in banno clarum est quid iuris. Si vero dicit indistincte, dicam infra in iij. temp. parte ij. q. viij. Sed & si sit aliud statutū quod dicet bannitum prædictum posse a quocūque offendi impune, res clara est, quo casu quid iuris sit dicam infra in iij. parte huius temporis dum tractabo an de tali subtractione iudex possit inquirere. quæstio. j.

2 Secundo quia dictum † est supra parte proxi. q. lxij. ꝙ statutum simpliciter denegans audiētiam non excludit defensionem. Quæro si in statuto dicatur ꝙ non audiatur in aliquo suo iure etiā defendendo, an valeat tale statutum, & videtur ꝙ non, quia leges debent esse iustæ. l. iij. ff. de leg. sed

sed iniustum est, quod quis non possit se defendere. l. vt vim. de iusti. & iur. Praeterea defensio est de iure naturali. l. prima. §. cum arietes. ff. si qua. paup. fe. dic. quod ius tolli non potest. dicta l. vt vim. & not. in l. pactum. ff. de pac. in glo. ma. & est tex. in clem. pastoralis. de re iudica. In contrarium ꝙ immo valeat & tolli possit videtur probari, primo quia contumaci potest audientia denegari. l. sed & si per pretorem. §. sed & si dum. ff. qui. ex cau. ma. & ratione contumaciæ clauditur reo iudicij aditus. C. de iudi. l. sancimus, C. de iure fisci. l. defensionis facultas. lib. x. hinc est quod ille qui fuit contumax in se defendendo non auditur post terminum. in l. vlti. ff. de fer. & ita tenet Dyn. in l. fina. ff. de custo. reo. & ideo cum bānum detur propter contumaciam videtur valere statutum, & sic aliud est in bannito ꝙ in excommunicato. Nec mirum quia deteriori loco sunt banniti qui possunt impune offendi. Bart. in hoc arg. in l. cum mulier. sol. matri. tenuit primam partem distinguendo ꝙ quædam est defensio voluntaria, vt quando quis vult comparere ad defendendum aliquem, & illa potest tolli per statutum. Quædam est defensio necessaria, vt quando quis ad iudicium citatur, ista non potest tolli allegat not. per Inno. in cap. cum inter. de except. & idē dicit in l. facultas. ibi tamen limitat prædicta vera in defensione iuris. In defensione vero facti dicit valere statutum, de qua facti defensione dicam infra hac eadem parte. q. xlix. dum tractabo an bannitus offensus possit se defendere. Sed Bald. in d. l. cum mulier. concludit ꝙ quædam est defensio in qua bannitus nihil ponit sed simpliciter negat, & illa non potest auferri. C. de eden. l. qui accusare. Quinimmo nec de iure intelligitur quia non est proprie defensio. l. si quidem. C. de excep. & ibi per eum quædam est in qua aliquid ponit ad meram defensionem, et tunc aut talis exceptio est, de iure gentium vt si excipiat se fecisse ad suam defensionem, & talis exceptio non potest respui. l. vt vim. de iusti. & iur. Si vero exceptio oritur de iure ciuili, vt exceptio præscrip. rei iu. & si. Et tunc stante tali statuto bannitus non debet audiri. quia ciuilis ratio ciuilia iura tollere potest, naturalia non. vt in. §. sed naturalia iura. instit. de iure nat. gen. & ciui. & in l. eas. ff. de cap. dimi. Quandoque id ꝙ ponit non tendit ad meram defensionem, sed ad impugnationem. & ista potest tolli per statutum. l. quoniam Alexandrum. C. de adulte. & l. seruos. C. de accu. Simile in doloso cui non datur beneficium cessionis, sed bene datur beneficium diuisionis, quia tendit mere ad defensionem. l. j. §. nunc tractemus. ff. de tute. & ratio. distra. equidem hæc verba pulchra sunt, sed credo indistincte valere tale statutum per l. omnes populi. non obst. ꝙ defensio sit de iure naturali, quia verum est, & licet sine iusta causa tolli non possit, vt in iuribus supra alle. tñ ex causa tolli potest. C. de bo. dam. per totum, & ita firmat Inno. in c. quę in ecclesiarū. de cōsti. & sentit gl. in l. j. ff. de cōsti. princ. nec video rationē diuersitatis inter defensionem facti & iuris, cum defensio iuris sit minoris præiudicij quam facti, vt l. in seruorum. de pœn. & tamen defensio facti tolli potest ex casu secundum Bart. in l. facultas. per l. j. & ij. C. quando lic. sine iudi. vin. ex quo sequitur ꝙ non procedat illud quod Bal. dicit per l. vt vim. dicam tamen vbi supra remisi. Siue ergo sit defensio iuris, siue facti quæ tollitur per statutum cum ex causa iusta fiat scilicet in pœnā mulieri & inobedientiæ per talem statutum sublata est ipsi bannito. Illud autem quod dixit Bald. defensionem consistentem in mera negatione non tolli verum puto. quia cum proceditur contra eū & citatur vt litem contestetur, illa autem fit negādo aut confitendo, vt l. ij. C. de iur. calum. immo regulariter negando, & sic cum habilis fiat ex tenore ipsius citationis, quæ est vt veniat ad se excusandum præsertim in criminalibus, a dictæ citationis authoritate decipi non debet. l. ij. C. de his qui ve. æta. & idem quod Bal. tenuerat Iacob. Butri. in l. vbi pactum. C. de transaction. & Albe. vbi supra quæst. xl. repetam aliqua circa hoc infra in quæstione v.

3 Tertio quæro bannitus † erat debitor Titij et fideiussorem dederat, creditor differt petere tanto tempore ꝙ lapsa est præscriptio, si agit contra bannitum stāte supradicto statuto bannitus non poterit excipere per not. supra proxi. q. & in d. l. vbi pactū agit contra fideiussorem. poterit ne fideiussor de præscriptione opponere? hanc quæstionem disputauit Iaco. de Are. vt refert Bald. in l. cum mulier. solut. matrimo. & ibi sic loquitur. Primo videtur ꝙ fideiussor non possit opponere. l. iij. §. si is pro quo. ff. quod quisque iur. vbi principali exclu so a potentia excipiendi propter impetra. iniqui iuris a se factam, excluditur etiam fideiussor, dicit contrarium fuisse determinatum per Iacob. de Are. prædictum. In hac enim exceptione, & omni alia quam non potest opponere reus opponit fideiussor etiam nascentem ex persona rei, quia fideiussor non habet causam detractiuam. & ideo dolus principalis ei non ob. l. apud Celsum. §. de auctoris. de do. excepti. Item sicut exceptio personalis quæ iuuat non transit ad fideiussorem. vt l. nisi de pact. ita contra odium personale transire non debet l. prima de constitu. princip. & sic non capit per capacem l. si is qui duos de libe. lega. Ad. §. si is pro quo. respondet ꝙ ibi dolus nascentem exceptionem reddebat inualidam, hic vero reddebat inhabilem personam excipientis, & sic concludebat ꝙ interdum est vitium in materia propter personam. primo casu vitium est reale, secundo personale. Interdum est vitium personale propter personam & locum quod dictum est supra. In hac quæstio. considerandum arbitror quod si ante bannum decursa erat præscriptio, decisio prædicta vera sit. Non enim potuit principalis ex facto suo auferre fideiussori exceptionem iam quæsitam. l. fina. ff. de pact. quod forte verum est nisi probaretur fideiussorem delicto consensisse vel fuisse participem ibi, & in dicto. §. si is pro quo, quod intelligo si fundaret suam exceptionem ex persona rei, vt ibi,

alias non, vt statim dicam. Si vero præscriptio est decursa post bannum consideranda sunt plura. Primum an præscriptio dicatur decursa ex forma statuti quod abbreuiet iuris communis præscriptionem, puto quia reducit trigennalem ad decennalem vel quinquennalem. de quo dicam statim in seq. qō. Et hoc casu quia vt dictum est supra parte proxima quæstio. v. Banniti perdunt beneficia statutorum suæ ciuitatis. considerari oportet ꝙ contra eum est interrupta sicut contra fideiussorem. Quam q. formauit Ioan. Andr. in addi. Specul. super rubrica de fideiuss. in fin. & ibi videtur concludere ꝙ sic, dum dicit tenendū ꝙ habetur in l. fina. C. de duo. re. quæ vult ꝙ interruptio facta cōtra vnum ex duobus reis prosit contra alium. Sed id non est verum, quia præscriptio interrupta contra principalem non interrumpitur contra fideiussorem. Tex. est secundum vnam lectu. in l. cum quis. §. si quis pro reo. ff. de solu. & ibi per Barto. & per Cyn. in dicta l. fin. licet glo. contrarium dixerit & non bene in l. j. §. fina. ff. de eo per quem fa. erit. & in l. fideiussor. §. si. ff. man. Isto ergo casu licet principalis sit bannitus & per eum non sit actioni pręscriptum, tamen erit præscriptum per fideiussorem. In eo enim remanet illesa dispositio statuti loquentis de debitore, quia eius appellatione continentur secū dum no. per Barto. in l. j. si cer. peta. Nec prodesse potest hic cursus præscriptionis ipsi principali etiam si ei audientia de defensione restitueretur, puta quia solueret, si dicimus, vt supra quo ad eū fuisse interruptam præscriptionem. de quo dicetur in seq. q. vel etiam si rebanniretur. ff. de pact. l. fideiussores. & d. §. si quis pro reo. Si vero præscriptio est decursa post bannum de iure communi tunc potest habere locum opin. Iac. de qua dictum est. Cum enim ille bannitus notorie si absens exceptio ordinis a fideiussore non potest opponi. l. fi. si cer. peta. & in l. decem. de verb. obli. & C. de fideiuss. auth. præsente. & sic necesse est deuenire ad exceptionem præscriptionis, & sic vera est decisio, prædicta. Opponit enim fideiussor exceptionem præsciptionis ex persona sua non ex persona principalis banniti. & ideo non potest contra ipsum ex illius persona aliquid replicari, quod secus est in d. §. si is pro quo. Ibi enim opponebat fideiussor exceptionem ex persona ipsius principalis. Et ideo si post bānum fuisset quæsita exceptio ipsi bannito puta pacti de non petendo. & ex eius persona transisset in fideiussorem secundū ea quæ habentur in l. ij. de excep. forte non posset illam opponere fideiussor, quia nata fuit cum illo obstaculo replicationis audientię denegate etiam in defendendo. & sic cum illa qualitate transiuit in fideiussorem, vt d. §. si is pro quo. sicut dicimus in exceptione compensationis quę opponitur cōtra procuratorē in rem suam secundū veram decisionē Doc. in l. eius. C. de cōpē. & i l. si qs in rem. ff. de procu. & Dy. in regula, si quis in ius. lib. vj.

Sed iuxta prædicta, quarto 4 quæritur † quod in conreo banniti. Statuto pone caueē ꝙ cuilibet debito pręscribaē spatio quinq; annorum. pēdente quinquennio vnus ex conreis debendi propter suum delictum est bannitus. lapso quinquennio agit creditor contra alium non bannitum, opponit reus conuictionem de præscriptione statutaria, replicat creditor quod propter bannum illa fuit interrupta in conreo. quia perdidit beneficium statuti, ergo intelligitur interrupta contra alium conreum per l. fina. C. de duo. reis. Hæc quæstio habet duos articulos. Vnus est an valeat tale statutum. Alius est posito ꝙ valeat, de qua interruptione loquatur. l. fina. prælleg. Circa primum quia parum habetur in voluminibus libet sub breuitate referri sententiam Bald. qui hunc articulum disputauit & incipit quæstio. Statuto cauetur ꝙ fenerator &c. & ibi primo arguit ꝙ non valeat statutum, dicitur quædam sententia siue decretum. C. de legi. l. fina. ff. quod cuiusque vni. no. l. item eorum. §. si decuriones. & de decre. ab or. fa. l. ambitiosa. Sed sententia cōtinens ne quis soluat quod debet non valet, quia in se habet vitium intollerabile. ff. de excu. tut. l. qui testamento, ergo idem in statuto. Secundo statutum non potest facere ꝙ malefidei possessor præscribat in malæfidei possessore. de regu. iur. lib. vj. Sed qui recipit mutuum vel aliter se fecit debitorem scit se debere, ergo est malæfidei, sicut ille qui tenet reliqua ex administratione. ff. de nego. gest. l. Pomponius. la ij. antepe. responso. & ff. man. l. dolus. ergo non præscribit. Tertio ꝓbatur ex mutuo naturali, naturalis oritur obligatio, sed naturalis obligatio non potest tolli per statutum cum sit de iure ciui. & illa de iure naturali. institu. de iur. natura. gen. & ciui. §. sed naturalia. ff. quod quisque iur. l. iij. §. penulti. de neg. gesto. l. at qui natura. in princi. & idem in omni contractu qui fit ex consensu. l. prima de pac. & de regul. iur. l. cum amplius. §. is natura debet. Si ergo est naturalis obligatio, ergo non soluens peccat, ergo non debet valere statutum cum inducat peccatum perfidiam & malam fidem, quod patet per suum contrarium. ff. man. l. si fideiussor. §. fina. & depo. l. bonafides. Quarto dispositio præscriptionis ideo valet quia continet iustitiam positiuam vt no. ff. de postulan. l. j. §. pueritiam. Sed istud statutum videtur continere apertam iniquitatem, & nullam habet causam. ergo non valet. de constitu. cap. quæ in ecclesiarum. l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. & ibi per Cyn. per Hostien. & Ioan. An. in c. cum p. tabellio. de fide instru. & ideo contra excipientem ex tali statuto debet obstare replicatio doli. ff. de doli exceptio. l. j. in fine. Quinto statuta auferentia ius & actionē alteri. ex nulla iuxta causa non valent, quia sunt contra iustitiam naturalem. Certum enim est illā iustitiam naturalem debere seruari. ff. de excu. tuto. l. scire oportet. §. sufficit. & ad eam tanquam ad legem naturæ recurri debet vt ibi patet & confirmatur quia non tenet scriptum principalis. C. de pre. impe. offe. l. quoties. ergo nec statutum inferioris, & ita videtur tenere Bartol. in l. omnes. populi. in iij. q. prin. circa prin. Ad partem vero contrariam arguit lex ratione moræ potest moroso audientiam denegare. C. de iudic. l. sancimus.

cimus. Item potest confingere tempus ad agendum. et sine dubio valet, quia si id potest iudex. C. qui accu. non pos. l. si ea. ff. de accu. l. cum in tua. ff. qui sa. co. l. de die, secundum Iaco. Bu. ibi. ergo multofortius ipsa lex. nam assignatio termini ad agendum mouet creditorem vt agat intra terminum, sicut terminus assignatus ad soluendum mouet debitorem, vt soluat intra terminum. C. de contra. & com. stipu. l. magnam. Per lapsum ergo termini peremptorij, quia omnis terminus a lege præfixus est peremptorius, præclusa est agēdi copia. ff. de excu. tuto. l. scire. oportet. §. consequens. Vnde si statutum diceret, monemus omnes creditores ꝙ agant intra quinquennium scientes ꝙ de cætero non audirentur, valeret statutum. Ita ergo valeat si simpliciter dicit ꝙ post quinquennium non audiantur, quia terminus includit monitionem. Facit quod no. Innoc. extra de præben. c. extirpandæ. Nec potest ob hoc ecclesia audiri, cum debeat seruare inter laicos eorum statuta no. ff. de post. l. ex ea. Præterea qui contra se præscribi patitur renuntiare videtur. ff. de nego. gest. l. si ego. de dam. infec. l. prætor. in prin. C. de præscrip. long. tempo. auth. malæfidei. Secundo idem sic probatur. Sicut ius commune se habet generaliter, ita se habet ius municipale localiter, vt l. omnes populi. & l. de quibus. Sed ius commune inuenit præscrip. & valet etiam si ratio reddi non possit. vt in l. non omnium. ff. de legi. Immo adeo valet vt secundum quosdam actionem tollit ipso iure, vel saltem tollere possit si velit. C. de præscrip. tri. anno. l. omnes. & l. sicut. & etiā possit tollere naturalem obligationem si velit sicut & dominium. ff. rem rat. habe. l. fi. Tertio statutum habet vim pacti. vt not. ff. de legi. l. sed in ea. & C. de decre. decur. super rubr. ff. de pac. l. non impossibile. & de regu. iur. l. nec ex prætorio, sed per actum potest præfigi meta agendi, ergo &c. Accedit. ff. de verb. obli. l. obligationum. fere. §. placet. de solu. l. cum mihi decem. & quod not. de leg. j. l. nemo potest. Quarto statutum disponit respectu iudicij quod patet dum dicit, non audiatur. ff. de procu. l. mutus. §. pœna. Omnia autem iudicia sunt de iure ciui. vt no. insti. de obli. in princip. ergo &c. Ex prędictis tenet hanc partem ꝙ valet statutum, & ibi tractat multa notabilia in materia. c. nouit. de iudi. circa debitum præscriptum quæ si libet ibi vide, hic vero non infero quia non faciunt ad materiam nostram. In fine autem respondet ad argumenta facta in contrarium hoc modo quia primo non ob. prima ratio, quia plus potest statutum ꝙ̄ sentētia simplex. vt not. in l. j. §. pen. ff. de fer. Non ob. secundum argumentum, quia debitor non dicitur in dolo cū possideat quod suum est. l. ij. §. appellata. si cert. peta. & no. de immu. ecclesi. c. quia pleriq;. Item quia præscriptio fingit retro & omnia purgat. C. de vsu. l. eos. in princ. & dicit Bart. dixisse ꝙ non requiritur bona fides, nisi vbi requiritur possessio præscribentis de vsuc. l. sequitur. §. si viam. ꝙ sibi dicit non placere, in quo nō insto quia extra propositum, & quia etiam ipse Bal. sibiipsi contradicit. Non ob. tertium quia fatendum est ꝙ nō tollitur naturalis, sed effectus eius eliditur. ff. de compensa. l. quęcunq;. Non ob. quartum, quia statutum hoc non debet dici iniquum cum in se habeat causam motiuā quę solet probari ex prooemio. ff. ad Mace. l. j. §. fi. de hęred. insti. per Bart. in l. ambitiosa. Non ob. quintum arg. quia non est contra iustitiam naturalem. Et ideo certum est ꝙ statutum in suis beneficiis quę adinuenit potest præscriptionem præfingere etiam pupillis & ecclesiis, extra de testib. c. constitutus. Valet ergo statutum prędictum, quod etiam tenuit idem Bal. in d. §. pueritiam. & in d. c. si quis per triginta. si de feu. fue. contro. & pręscriptionem inducit etiā si per alia verba loqueretur, puta quia diceret. lapso quinquennio creditor non auditur, vt ibidē scilicet in prędicta q. concludit. alleg. l. properandum. C. de iudi. iuncta l. mariti lenociniū. §. quinquennium. & l. miles. §. sexaginta. & l. si maritus. §. pręscriptio. ff. de adul. C. de inoffic. testa. l. si quis filium. §. fi. cum si. & istud est verius ꝙ̄ id quod dixit Bar. in l. omnes populi. vt patet ex prędictis.

Et ideo restat secūdum dubium in quo videtur dicendum ꝙ conreus illam exceptionem nō possit opponere. Interruptio enim facta est in persona conrei banniti ergo iuuat creditorem contra alium conreum. vt d. l. fi. C. de duo. reis. quę generaliter loquitur in omni modo interruptionis. Mihi tamen videtur durum quod lex illa locum habeat hoc casu. nam loquitur de interruptione ꝑ l. illam cogitatis. vt patet in fin. illius l. ergo ad istum non extenditur. vt l. iubemus. in fi. ad Trebel. Intelligo igitur l. illam interruptione pręscriptionis pręcedente per modos inductos a iure ciui. & in qua factum creditoris vel debitoris ad id principaliter ordinatum interuenerit super ipso credito, vel debito. non aūt intelligam illam habere locum in interruptione a statuto introducta simpliciter aliquo prędictorū nō interueniēte, ne in exorbitantibus a iure cōi fiat extensio. ff. de legi. l. quod non contra. Possum etiam dicere ꝙ hoc casu non sit pręscriptio interrupta, licet decursa sit, quia in debitore qui non est bannitus locum habet statutum. l. j. §. si is qui naue. ff. de exceptio. ac etiam virtute alterius conrei qui non est bannitus in totum decursa dicatur, vt sic incapax capiat per capacam l. si is qui duos. ff. de libe. lega. facit l. qui cōem. ff. quemadmodum ser. amit. Licet aūt sit decursa præscriptio, & possit per conreum non bannitum opponi, non tamen opponi per bannitum non ex defectu pręscriptionis cursus, sed ex vitio suæ personę quæ ad eam proponendam audiri non debet ex forma statuti l. qui ex libe. §. testamento. ff. de secun. tab.

Quinto circa idem statutum

5 quæro. † Agit creditor contra bannitum, & proponit in libello tempus contracti debiti & taliter ꝙ iudex videt pręscriptionem esse decursam. An possit a seipso agentem repellere. Dicet quis, hæc questio est sopita per Iaco. de Bur. & Barto. qui tenuerunt ꝙ vbi parti non competit ius agendi, iudex ex officio non possit cognoscere l. nō solū. §. quanquam. ff. de iniur. & in aliis iuribus dē

quibus

quibus infra parte iij. huius tēp. q. j. ergo e conuerso vbi pars non pōt excipere, nō possit iudex ex officio repellere. ff. de excepti. l. j. sed certe illa decisio de qua dicam, supra non adaptatur ad propositum, loquitur enim in criminali, ac etiam qñ iudex vult assumere locū actoris, & sic impugnatoris, hic autem vult assumere locum rei & defensoris. cui magis fauetur l. Arrianus. de actio. & obligatio. & ideo pro huius articuli decisione. Primo videndum est an præscriptio tollat ipso iure actionem, & ex eo peruenitur ad propositam quæstionem. Circa quod sciendum est ꝙ gl. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. dicit ꝙ præscriptio inducit liberationem ope exceptionis. vt ea. l. si eum, in princip. non autem ipso iure. ex qua videtur ꝙ non tollatur actio sed paretur exceptio. Item gloss. vbiq; dicit ꝙ præscriptio non tollit naturalem obligationem, vt l. at qui natura. in princip. de nego. gest. l. si quis postquam. ff. de fideiusso. & eodem titu. l. vbicunque, de solu. l. cum quis. §. si quis pro eo. C. de præscri. xxx. anno. l. cum notissimi, in princ. & ff. rem ra. habe. l. fina. Dyn. vero in d. l. fina. dixit ꝙ licet non tollatur naturalis, tamen tollitur omnis effectus, quod sequitur Cyn. in l. cum quis. de iur. & fac. igno. in vij. quæstio. sed Guiliel. de Cun. in l. iij. §. fina. ff. quod quisq; iu. dicit ꝙ immo remanet naturalis cum suis effectibus, & sic solutum repeti non possit, vbi per illum tex. principaliter mouetur. Guil. autem in Spe. de præscrip. §. j. ver. j. refert opiniones & nihil firmat. At Bar. in d. l. fi. rem ra. ha. concludit ꝙ quando quis liberatur tempore ex conuentione, vt quia voluit esse obligatus vsque ad certum tempus & non vltra, & tunc tollitur naturalis ex vi pacti. l. eum qui ita. §. qui ita, de verb. ob. sed remanet ciuilis, sicut remanet quādo per pactum expressum tollitur naturalis. l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. Quandoque quis liberatur tempore quia tenetur actione temporali, & tollitur tunc ciuilis tantum & remanet naturalis d. l. at qui natura, in princ. & quod ibi not. Quandoq; vero quis tenetur actione personali perpetua licet liberatur præscriptione. xxx. vel xl. anno. tunc dicit liberari a ciuili & remanere naturalem quam ius ciuile tollere nō potest, vt in. §. sed naturalia, tollitur tamen omnis effectus ipsius obligationis. l. sicut. l. omnes. & l. cum notissimi. de præscrip. xxx. anno. Ad l. si quis postquam, respondet vt ibi per eum. quod et tenuerunt vltramonta. vt refert Cyn. in l. fina. C. quib. ex cau. maio. Cuius membra per ordinem videamus. & primum eius dictum communiter tenent omnes scilicet ꝙ ex conuentione obligatus ad tēpus, post tempus liberatur a naturali non ciuili, quod est verum nisi mora præcesserit, vt per Bal. in d. l. at qui natura, nullo enim modo liberatur ille, ergo qui non est in mora post tempus conuentione appositum tenetur ciuiliter tantum non naturaliter, quod Ange. in d. l. fi. sub dubio forte limitabat dicens non habere locum in stipulationibus prætoriis per l. si fideiussor. C. de fideiuss. sumpto argu. a tex. ibi qui dicit, liberari quod nō habet rationem. Non ob. ille text. quia intelligitur secūdum l. obligationum fere. §. placet de act. & obli. scilicet vt liberetur ope exceptionis & probari videtur tex. in d. l. si eum, in princ. & per glo. in. §. qui iniuriarum. Puto tamen hoc primum membrum non habere locum in obligato per sententiam, puta quia iudex condemnauit Titium ad soluendum certum quid vsque ad certum tempus, hoc enim casu post illud tempus ex sententia nulla remanet obligatio. Cum enim sententia sit actus ciuilis tacite concludens post tempus non teneri. ff. de postulan. l. imperator, tolli debet omnis obligatio, quia per illum actum fuerat introducta. vt in. §. pactus ne peteret. & quod habetur in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condi. indebi. & si dicatur hoc nihil releuat, quia remanet obligatio primitiua. l. nepoti. ff. de fun. instru. l. j. C. de iudi. & ibi not. Respondetur ꝙ immo vtile esse potest quando primitiua obligatio, aut non ꝓbatur, aut non probari potest, vt quia testes mortui sunt & perditæ sunt depositiones antiquæ. Cōcluditur ergo circa hoc ꝙ præscriptio conuentionalis non præcedente mora tollit naturalem obligationem remanente ciuili, secus si ꝓcedat mora, puta quia promisit tibi dare Stichum volens teneri vsque ad pascha. si enim ante pascha fui in mora sine dubio adueniente pascha non liberor iure aliquo sicut nec liberaret morte l. si ex legati causa. & l. quod te, si certum peta. obligatus autem ex sententia vsque ad tempus finito tempore penitus liberatur, & ideo in primo casu nō tollitur actio ipso iure quia potest cum ciuili remanere, vt habetur in d. §. pactus ne peteret, in secundo sic, vt habetur in d. l. Iulianus. Circa secūdum quando quis tenetur actione de sui natura temporali quod est vbicunque lex adueniens actionem illi actioni tempus ponit communiter tenetur qđ dixit Bar. s. ꝙ remaneat naturalis et tollatur ciuilis. vt d. l. at qui natura. licet Bal. in l. omnes. de præscrip. xxx. anno. tenuerit idem quod in seq. membro quod lege non probat. & respōsio quam ibi facit ad l. at qui natura nihil valet vt ibi patet, & ideo referre non curo. Credo tamen in hoc secundo dicendum, ꝙ aut illa actio inuenitur a lege propter contractum vt redhibitoria & quanto minoris, & vera sit decisio prædicta ꝙ remaneat naturalis, inest enim tunc ipsa naturalis procedens a consensu partium, quia cōtrahendo partes videntur velle se subiicere illius contractus dispositioni etiam extra id quod expresse agunt l. si is qui. ff. cōmo. & de eo quod cer. loc. l. in bonæfidei. & institu. de oblig. quæ ex con. §. j. quam naturalem ius ciuile non tollit. & isto casu verū sit remanere actionem sed obstare exceptionem per d. l. si eum. in princ. & quod not. gl. in d. §. qui iniuriarum. Aut datur a lege propter delictum, & tunc finito tempore quo illa actio durat ipso iure liberatur & actio tollitur, probatur in actione iniuriarum in l. si non conuitij. in fi. de iniur. vbi tex. dicit finito anno conueniri non potes, quæ verba secundum omnes important effectum suum ipso iure l. de his. & ibi per Bartol. ff. de transa. per Ioan. Andræ. in regu. j. libr. vj. & ita intelligo quod dixit Bald. in d. l. at qui natura, scilicet

odiosam

odiosam actionem temporalem tolli ipso iure. & allegat text. in l. vnus. §. sed si ante. ff. de iniur. licet ibi Ang. dicat ꝙ tollatur ope exceptionis per §. placet quid debet intelligi. vt dixi supra & adde quæ dixi supra parte j. huius temporis q. xj. & hoc de secundo. Quo autem ad tertium, scilicet quando actio est sui natura perpetua. vt l. ij. de cō sti. pec. & præscribitur ei per spatium xxx. vel xl. anno. per. ll. sicut cum notissimi. & omnes. Credo verum esse quod dixit Bart. scilicet ꝙ tollatur omnis effectus illius naturalis quæ remanet, licet Angel. in dicta l. si. tenuerit opi. Guil. improprias tex. in dictis iuribus. s. vt dum dicunt sit plenissima munitione securus, intelligatur scilicet ope exceptionis, quod non est bene dictum, illa enim est plena securitas non plenissima. sicut in simili dicimus in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & C. si aduer. solu. l. j. sicut ergo solutione cui similis est præscriptio tollitur actio, vt institu. quib. mod. tol. obliga. §. j. ita & hac præscriptione tollatur. Nec obst. d. l. si eum. in prin. & alia iura digestorum, quæ videntur velle ꝙ nunquam tempore tollatur actio ipso iure, quia in hac præscriptione non loquuntur. Talis enim præscriptio illis temporibus fuit incognita vt ff. quib. ex cau. maio. l. Iul. ad l. aquil. l. ita vulneratus. Et in cor. auc. vt ecclesia Roma. in prin. & licet hoc sit verum in præscriptione legali. xxx. vel xl. anno. quod etiã tenuit Bald. in l. omnes, tamen in præscriptione statutaria illam abbreuiante aduertendum est ad verba statuti qualiter sint concepta. Nam si sunt concepta ꝙ actioni præscribatur certo tempore, vel ꝙ lapso tẽpore creditor sit priuatus iure suo. & tunc locum habet quod supra dictum est. Si autem statutum diceret elapso decennio vel alio tẽpore creditor non audiatur, tunc nulla tolleretur obligatio, sed præcluderetur via agendi. & hoc casu licet non audiretur in foro ciuili, tamen audiretur in foro ecclesiastico per viam denuntiationis ecclesiasticæ secũdum Inno. in c. noluit. de iudi. & Bar. in l. sequitur. §. si viam de vsu. & Bald. in c. si qs per triginta. si de feu. fue. cõtro. vbi dicit ꝙ illud verum nisi in statuto allegaretur aliqua causa propter quam audientiam denegaret per c. quod clericis de foro compe. dicit etiam ibi ꝙ si statutum diceret ꝙ elapso certo tempore creditor intelligatur fecisse pactum de non petendo vel per acceptilationem liberasse, tunc tolletur naturalis saltem in effectu. Si vero statutum diceret ꝙ elapso certo tempore omnis obligatio & actio sit extincta, dixit idem Bald. tolli actionem ipso iure per l. bene a zenone. C. de præscripti. & ibi vide, quod an sit verum examino, nisi a reo petatur declaratio temporis. & procedat libellus & iudicium adeo ꝙ etiam si non probetur de tempore debiti, si tamen probatur debitum actor obtineret secundum nota. in l. si ex multis. C. de annal. excep. l. ob carmen. in fin. de testi. extra de fide instru. cap. cum Ioannes. de pig. l. cum tabernam. dum tamen probetur ante lit. conte. debitum sub fuisse quod debet intelligi secundum not. in l. non potest. ff. de iudi. & ff. de pig. actio. l. si rem. §. fina. Si autẽ reus petet declarationem vt sciat an velit cedere vel contendere, tunc erit necesse exprimere, argumẽ. eius quod not. in l. si in rem. in fin. ff. de rei vendi. & d. l. fi. de anna. exceptio. Vbi igitur non est expressum tempus obligationis in libello, vera est opin. Bart. sine dubio statur enim libellanti quo ad iudicij processum cum quædam puella. ff. de iurisdi. om. iudic. Sed si est expressum tempus. aut actor est in casu in quo præscriptio tollit ei ipso iure actionem, & tunc iudex nedum possit immo debet ipsum a iure repellere, sicut in simi. dicitur per glo. in §. pactus ne peteret. & in l. vbi pactum. C. de transact. & vtrobiq; per Bar. & alios, & per ipsum in l. eũ qui ita. §. q ita. de verb. ob. Facit quod no. in l. j. de asses. Et isto casu sit vera opi. Bald. Si vero tollit ipso iure actionem sed parat exceptionem quod quando sit, dictum est supra, & tunc non possit iudex a seipso illam opponere. Non enim potest regulariter de facto supplere. ff. de damno infec. l. iiij. §. hoc autem. & de offic. præsid. l. illicitas. §. veritas. cum similib. ex prædictis igitur liquido ad expeditionem in principio propositæ quæstionis infertur. quod aut in libello agentis contra bannitum non narratur eũ esse bannitum, locum habeat sine dubio distinctio supradicta. Si vero narratur illum esse bannitũ, tunc est magis dubium per ea quę dicta sunt supra, in principio quæstionis. Vbi enim parti ius non competit, iudex a seipso non impartitur officium etiam in excipiendo. l. Pomponius. §. rati. & l. ita demum. C. de procur. Puto tamen iudicem posse talem libellum reiicere, & lacerare siue ipsum nõ admittere per iura supra allegat. & ff. de bon. lib. l. qui cũ maior. §. si patris. & quod scripsit Rayne. proprie in bannito in. l. si extraneus. ff. de iur. domi. & in d. l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confug. per illum text. Nec tunc dicitur partes rei assumere, sed suum, officium facere. Tunc enim dicitur assumere partem rei quando ius actoris est fundatum sed elidi potest ab exceptione fundata in persona rei. l. militis codicillis. §. j. de mi. te. l. qui ex liberis. §. testamento. de secũdum tabulas. Quando autem ius actoris non est fundatum, vt qa apparet illi ipso iure actionem non competere, nõ dicitur partes rei assumere illum a iudicij limine repellendo. l. j. §. j. ff. si pars hæredita. peta. & l. si pupilli. §. videamus. de nego. gest. Nec prædictis obst. quod dicitur etiam in præscriptione triginta annorum obstare exceptionem præscriptionis, quia non est proprie exceptio, immo dicitur facti vel intentionis sicut alibi dicitur in l. si vnus. §. & generaliter. ff. de pac. & ita dixit Bal. in l. omnes. Puto autem prædictam decisionem procedere quando ex libello apparet ex præscriptione iuris communis actionem non competere. Si autem illud apparet ex præscriptione statutaria, tunc aut apparet illam fuisse decursam ante bannum, & idem quia iam ius fuerat fundatum & actio fuerat extincta. & sic præscriptio suum operata fuerat effectum, sicque non reuiuiscit ex banno. l. qui res. §. aream. ff. de sol. & l. inter stipulantem. §. sacram. de verbo. obli. & quod habetur eo. tit. l. pluribus. §. & si placeat. & qđ dixi supra parte proxi. q. vlt. Sed si apparet decursam esse post bannum

num tunc non possit illam opponere, quia aut ex banno fuit interrupta præscriptio vt in quæstionibus præcedentibus tactum est & clarum, aut non fuit interrupta, & illud beneficium bannitus non habet vt superius dictũ est & maxime parte proxima quæstione quinta. Et sic non constat iudici agentem non habere actionem.

Tertia etiam circa idem statutum † quod bannitus non audiatur agendo vel defendendo, bannitus agit contra bannitum. excipitur reus bannitus ꝙ actor est bannitus & agere non potest, replicat actor ꝙ ille non potest excipere, quia bannitus. Quæritur quid iuris &c. hanc quæstio. disputauit Iacob. But. & finaliter determinauit ꝙ reus bannitus non potest excipere, & iudex de facto non potest suppellere & sic procedat iudicium, & ita refert Bart. in l. cum mulier. ff. sol. mat. & etiam Alberi. vbi supra q. v. instat tamen Bart. in l. cum mulier, contra decisionem prędictã hoc modo loquit͛ qa sicut denegatũ est reo excipere, ita denegatũ ẽ actori replicare. vnde sicut videtur denegatũ reo ne excludat actionem, ergo ea ratione qua dicis ꝙ procedit actio, quia denegatur exceptio, dici debet ꝙ procedat exceptio, quia denegatur replicatio. Sed respondet ꝙ non valet replicatio, quia non venit ad excludendum sed ad detegnedum ꝙ exceptio sit nulla vel persona excipiẽs inhabilis, sed certe idem dicit reus. Nam exceptio venit ad declarandum inhabilitatem actoris, vnde videtur ꝙ iudex semel reperiat ꝙ nec reus possit excipere nec actor agere, cũ non debeat concedere plus actori ꝙ̃ reo, vt in regula non debet. & sic non procedit iudicium. hæc Bar. qui vt vides leuiter pertransit. Qua propter Bal. ibidem latius examinauit & finaliter tenuit opi. Iaco. de But. quia actio est ius. instit. de actio. in princip. & istud ius non est sublatum agenti lꝫ ergo ex forma statuti impediatur iuris exercitium, non tamen impeditur ipsa actionis existentia. Habet ergo suum ius fundatum quod non est in excipiente. facit de excu. tuto. l. cum ostendimus. secundum eum. & sic concludit ꝙ sicut interdum vincit actor solum, quia non habet actum legitimum contradictorem. de manu. te. l. qui habebat. §. fi. & extra de exceptio. c. cum ecclesiæ. ita hic bãnitus actor vincat, quia excipiens non est legitimus excipiens. Pro ista opinione facit ꝙ actor tractat de damno, reus de lucro. & sic potius fauetur actori quam reo. l. apud Celsum. §. Marcellus. de doli exceptio. & quod habetur in d. l. cum mulier. & in l. viro. eo. tit. hoc esse verum sic subtiliter ostenditur, dictum statutum ꝙ dictat bannitum non debere audiri, nullam tollit obligationem, vt dictũ est supra proxima. q. sed exceptionẽ parat aduersario, vnde quousque illa non opponitur procedit iudicium. de quo dicam infra in iij. parte huius temporis. q. iij. dum tractabo an valeat sententia lata pro bannito. Bannitus ergo postea veniens reperit ius actoris fundatum, & sic reperit se inhabilem ad excipiendum ex forma statuti, ergo repellitur. Nec obstat quod ex eius citatione dicatur eius p̃sona legitimata, vt dixi supra parte proxima. quæstio. lxiij. per not. per Iaco. de Are. in dicta l. cum mulier. & per Innocen. in cap. cum inter, de excep. quia forte id verũ est quo ad alias exceptiones si simpliciter ad opponendum citaretur, non autem quo ad exceptionem banni, quia legitimatio rei non debet intelligi facta ex citatione actoris vt eius personam illegitimet. facit. C. de sol. l. inquisitio. cũ si. Stemus ergo & sic multum sic indubitabilis hæc decisio cum determinatione Iacob. But. ꝙ procedit iudicium. Pro quo facit. ff. de verb. obliga. l. si Titius in ratione sui. Clarius autem procederet decisio si citare ur ad contradicendum quicquid posset vt dixi in quæstione prędicta. Intelligit tamen Bald. decisionem prædictam in dicta l. cum mulier. fore veram nisi statutum vlterius procederet, puta quia denegaret iudici iurisdictionem in causis bannitorum. Tunc enim ex defectu iurisdictionis iudicis non posset iudicium subiri. l. filius. §. si quis ex his. ff. de inofficio. testamen. cum simili. secundum eum ibi. sed in l. si creditoribus. C. de seruo pign. da. ma. tenet partem rei. Sed tene quod dictum est supra licet sine dubio non pertranseat. Pro qua decisione facit quod in principio fauetur actori. vt not. in ca. cum ad sedem. de resti. spo.

Examinatis quæstionibus † concernẽtibus statutum quod bãnitus non audiatur &c. descendo ad examen quæstionum cõcernentiũ hanc secundam partem huius temporis quo ad aliud statutum quod permittit bannitos offendi. Et quæro ex ordine statuto. Stante statuto quod bãnitus pro maleficio a centum libris supra possit impune offendi. Titius. B. taliter bannitum interficit. quæritur an excuset, an vero veniat puniẽdus. Aeg. d. de Foscara. antiquitus disputando tenuit quod veniat puniendus, quia illa verba, ꝙ possit offendi ad modicã offensam referuntur. arg. ff de seruitu. rusti. prædi. l. duas. &. C. de inoffi. testa. l. cum te ex filia in orbitate. Sed Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de constitu. ad finem, dicit Mar. de Fran. disputasse hanc. q. & soluisse ꝙ de æquitate bannitum ex delicto ex quo veniebat imponenda minor pena ꝙ̃ mortis. non posse impune occidi, alias sic. ff. de bo. dam. l. j. & ij. &. lv. dif. c. j. & ij. De rigore autem quia communis interpretatio a qua discedere debemus vt. l. si de interpretatione. est in contrarium. Dicit indistincte tenendum. B. impune occidi potuisse. verbum enim offendi. etiam occisionem includit. & sic propter contumaciam non capitale sit capitale, & venit plus in executionem quam in sententia principali. l. capitaliũ. §. in exulibus. ff. de capt. & facit secundum eum extra de excel. præla. c. ex literis, in fi. & idem tenet Gan. in fi. sui operis. Sed Ray. in. l. iij. §. fi. de ali. lega. tenet ꝙ si erat bannitus ad mortem potuerit impune offendi. l. fi. de bo. eorum qui mor. Alberi. vbi supra refert Odo. indistincte tenuisse impune occidi potuisse, & ita fuisse seruatum Bononiæ & Erixię in curia domini Fride. de Scal. & in xviij. q. refert opinionem & fundatur super iuribus prædictis, & quia auctoritate publica sit id quod publice creditur posse fieri, ergo excusatur.

fatur.l.ij.C.de his qui veni.ætа. impe. Bartol.in d.§.fin.dicit indistincte.B. occidi potuisse per illũ tex.& per c.fi.de homi.lib.vj.& per l.testamento centurio.ff.de manu.testa. Et idem tenet consulendo vt patet in eius consilio quod incipit. Statuto Castriplebis cauetur &c. & addit.l.filia in orbitate. quæ fuerat vt supra in contrarium allegata.C.de inoffic.test. & eod.titu.l.si maritus. hæc questio est ponderosa.& ideo aliqualiter instabo, & arguo primo ꝙ non potuerit impune occidi, patiens offendi, ita se habet ad offendere volentẽ sicut creditor generis ad creditorem, sed tunc nõ durissimum sed leuissimum est in obligatione de pig.l.obligatione generali. & man.l. fideiussorẽ, & sic non ad mortẽ, sed leuiter offendi poterit.

Secundo potestas gladij ademptiua vitæ non venit in generali concessione.l.fi.C.de male.& mate.& ff.de offi.eius cui mand. est iurisdi.l.j. Tertio quia non debet esse maior pœna ꝙ̃ culpa. insti.de iniur.§.pœna. & notatur in.§.pœna grauior.Quarto quia qui occiditur non dicitur offendi, sed extingui. Aliud enim est luminibus nocere,aliud totum obscurare siue excecare.ff. de ferui. vrba. præd.l.binas. Quinto posse offendi est pœna sine dubio,Sed cum ista pœna sit generalis & indeterminata relinquitur arbitrio boni viri l.j.§.effractores. ff. de effracto. & ibi habetur ꝙ non debet arbitrari ad mortem. In contrarium statutum permittit offensionem cum vulnere, & hoc non debet negari, sed vulnus non potest sic temperari vt mortem non inferat. c. vltimo. de homi.lib.vj.ergo &c. Secundo permisso antecedenti permittitur consequens.l.ij. de iurisdi.omnium iudi. Hinc est quod patri cui permittebatur filium vulnerare permittebatur occidere. l.in suis,de liber.& posthumis. Tertio impeditus ad mortem potest alium morti tradere lege permittente l.j.§.si appetitus.ff.ad sylle.& ad leg.aquil. l.sed si quemcunq; de verb. obligatio.l. qui seruũ l.quid ergo.§. heres de legat.primo. Et hoc ideo est quia offenso licitum est offendere. l. vt vim. de iustitia & iur. & sic talis regula trahitur etiã ad mortem. Quarto tale statutum est factum ob publicam vtilitatem. C. quando licet sine iudic. vendi.l.prima,ergo large interpretandum de cõdit.& demonstratio.l.hoc modo, facit.C.ad leg. Iul.repetun.l.prima, & de aleato. l.j.§.quod autem. Et ista pars communiter tenetur,& ita seruatur. Contraria autem loquuntur in his quibus proceditur ordine iuris non autem in his quæ extra ordinem fiunt in quibus licet augere pœnã l.decurionum.C. de pœnis. Nec est verum quod mortuus non dicatur offensus, immo dicitur grauissima iniuria affectus l.prima.C. de eunuch.& ibi not.& in l.j. C. de seditiosis. & ita consuluit Bal.& ita seruatur.

8 Octauo quæritur dictat statutum † quod bannitus & registratus in certo libro possit impune offendi. Titius fuit bannitus & dum registrabatur in dicto libro fuit ab aliquo interfectus, an interficiens veniat puniendus. Alb.vbi supra, quæstio.cj. dicit sic & videtur ꝙ dictus bannitus patiatur pœnas bannitorum per legem.ff.de iurisdi. om.iudic.l.si quis id quod.§. quod si dum præponitur. Sed recte intuenti potest adduci in contrarium. Ibi enim dicitur hoc non esse ex verbis edicti sed ex mente. In statutis autem non est recedendum a verbis,ergo &c.Dicit pendere a quæstione illa,an in statutis habeat locum interpretatio, quæ quæstio est notissima & tractata in l.omnes populi. Mihi autem videtur ꝙ dictus occidens veniat puniendus. Illud enim verbale registratus denotat rem perfectam. Quousque ergo non fuerit perfecte registratus non habet locum statutum per illum text. & per l.j. in fi.ff.quod quisque iuris.& quod habetur in l.verbum erit.ff.de verbo.signific.facit. C.ad sylla.l. cum syllanianum. vbi dicitur ꝙ nihil videtur actum donec aliquid restat agendum. Et hanc partem tenuit Iac. But.in d.l.si quis id quod.Pro hoc etiam quia de contractibus ad delicta licita est argumentatio.leg.omnem de iudiciis, sed qui contrahit cum alio debet se de conditionibus illius informare.l.qui cum alio, de regu. iuris. ergo & qui in alium delinquit.nec dicta l.si id quod facit in contrarium, quia paria sunt tollere factũ & impedire quod id non fiat l. in iure ciui. de reg.iur.Et ergo verum quod cum non esset registratus non habet locum statutum.

9 Nono pone quòd † fuit registratus in dicto libro & ex eodem libro fuit extractum exemplũ & sumptum bannum,deinde ex casu registrum fuit consumptum, puta quia archiuus est. combustus. Titius habens sumptum interfecit talem bannitum. Quæritur an veniat puniendus. In hac questione quæ meo tempore de facto occurrit ex eo quia combusta fuit camera actorum ciuitatis Pisarum tempore expulsionis Gabrielismariæ,multa allegata fuerunt maxime circa materiam auten. si quis in aliquo documento. C. de eden. si quis vellet posset totã sumpti tractare materiam. Sed conclusiue procedam,dicens ꝙ aut sumptum fuit factum cum solennitatibus requisitis, & taliter ꝙ probet in ea contenta secundum not. in dicta authen.si quis in aliquo.& in l.sicut.& l.emãcipatione. C.de fid.instru.& tunc potuerit impune offendi. Habetur enim tunc plena fides ꝙ ille fuerit registratus & sic ꝙ in eo verificabantur verba statuti. Item dictum sumptum habetur loco ipsius primi registri, vt in dictis iuribus & leg.si donatæ.§.j.ff.de dona.inter virum & vxorem.cum concor.facit.ff.de leg.ij.l. cum filius.§. heres.& C. quando & qui.iiij. pars deb.l.ij. Si vero sumptum non habebat solennitates tales ex quibus ei daretur fides in iudicio. Tunc aut ille qui offendit faciebat archiuum & registrum esse combustum, & tunc non excusatur nisi aliter probet veritatem secundum not.in dictis.ll.sicut. & l.emancipatione. Si vero ignorabat excusatur. vt dicetur infra in vltimo tempore, parte prima quæstio.secunda vbi tractabitur, an occidens bannitum rebannitum & non cancellatum excusetur.

Decimo

Decimo viso quod bannitus

10 † vt supra poterit impune occidi. Quæritur an pater bannitus possit occidi a filio. dominus a seruo, vasallo vel liberto. Dy. in filio dicebat ꝙ non in l. si adulterium cũ incestu. §. liberto. ff. de adul. & ad idem alleg. in auth. de incestis nupt. §. j. de obsequiis. l. penul. ad quam partem etiam allegabat Bar. ff. de iur. do. l. mutus. §. manente. Et hanc partem tenuit Albe. in vj. q. vbi supra etiam in liberto & seruo dicit Bar. in d. §. liberto. fuisse determinatum contrarium. & dicit esse verum, quia pater taliter bannitus efficitur hostis, & sic etiã perdit filiationem l. postliminium. §. filius. ff. de capti. & dicit esse casum in l. minime. ff. de religio. sed Albe. ad illam respondet quod est speciale in patre veniẽte contra patriam, Iacob. autem de Are. in d. §. liberto. dixit quod decisio Bartoli fuit potius humana quam iuridica, ex eo quia filius captus erat. Non enim perdit pater ea quæ sunt de iure communi vt dictum fuit supra parte precedenti. qõ. v. & ideo non perdit filiationem. Pro hac parte facit quod dicam infra parte seq. q. liij. vbi dicitur ꝙ hec indefinita ꝙ possit offendi non comprehendit fratrem. Faciunt etiam ea que dixi supra parte proxima. q. xlvij. An filius cogatur alere patrem bãnitum. Puto tamen in patre dicendum ꝙ aut veniebat contra bannum in territorio, & sic contra patriam, & tunc possit occidi per d. l. minime, aut non, & tunc non potuerit occidi per alia iura. In seruo et liberto forte alia decisio vera est quia non habent locum rationes de quibus in aliis questionibus allegatis continetur, que questio locum habet in seruo quando non fuerit publicatus. In vasallo autem vide que dixi supra parte proxi. q. xxij.

Vndecimo quæro An occi-

11 dens † bannitum impune ex forma statuti peccet in foro conscientiæ. Alberi. vbi supra questio. xix. dicit sic. Ioan. tenet ꝙ sic. xxxij. quæstio. c. inter hæc. Dicit tamen se audiuisse dici a religiosis, communiter teneri contrarium quia talis occidens facit authoritate legis, & sicut legis minister, & executor. vnde sicut iudex puniendo & occidendo malefactorem secundum formam legis non peccat, immo meretur. vt xxiij. quæstio. v. quasi per totam. & maxime capi. reos. ita & iste qui facit authoritate legis & ob vindictam & vtilitatem publicam. & subdit quod credit hanc opinio. veriorem si solus zelus vindictæ & publicæ vtilitatis eum mouisset. Secus id faceret liuore & delectatione effundendi sanguinem humanũ tunc enim peccaret mortaliter. Pro quo remittit ad summam Ray. di. vltra principio. & versic. sequen. & dicit ꝙ quatuor modis potest intelligi dicta causa. xxiij. quæstio. capitu. vltimo. facit quod dicetur infra hoc eodem tempore & hac parte. quæstio. xlviij. Hoc tamen relinquo dominis Theologis.

12 Duodecimo quæritur † aliqui occiderũt B. bannitum fuerunt capti, & contra eos probatum fuit ꝙ occiderunt eum ad instantiam inimicorum ipsius volẽtium facere priuatam vindictam, & ꝙ ex hoc ab ipsis inimicis banniti habuerunt florenos centum vt eum occiderent, nunquid erũt impuniti. & videtur ꝙ non nam sicut legis minister occidendo malefactorem licite facit si facit non odiose nec malo zelo, sed cum compassione vigesimatertia quæstio. iiij. cap. vindictam, & per totam ipsam quæstionem. Cum ergo isti nõ fecerint zelo iustitiæ sed priuate vindicte, non possunt dici legis ministri, sed vltores alienæ vindictæ. & per consequens non sunt excusati per statutum. Item per leges quæ delicta puniunt non debet delictis via aperiri. C. de indi. vid. l. secunda, ne vnde iura nascuntur, inde nascantur iniuriæ. C. vnde vi. l. meminerint. Sed si intelligeremus statutum in casu proposito nonne ex statuto aperietur via quod est contra iura. C. de iudæ. l. nullus. & xxiij. quæstio. quarta per totam. Item aperiretur via ad trucidandum homines per pecuniam quod est detestabile crimen, vt extra de homi. capitul. j. libr. vj. ergo tales non excusantur per statutum, nec est verisimile statutarios sic intellexisse. Item videtur probari tali ratione, illud quod fit licite si fit gratis, efficitur illicitum & videtur esse delictum si fiat recepta pecunia. ff. de recepta. l. j. in fin. & ad legem Iul. repetun. per totum, & maxime in l. final. §. fina. ibi. Qui enim ob hominem &c. Sic erit in proposito. & pro hoc facit illud generale, ꝙ multa gratis licent, quæ non licent pecunia accepta. l. j. cum simili. pro hoc. ff. de bo. liber. si necem. §. si quis, & ꝙ not. de nego. gest. l. si pupilli. §. si titij. & de conditio. ob turpem causam. l. iiij. §. si tibi iudicium, licet forte ista opinio. non sit mala de stricto iure, tamen quia verba statuti sunt indistincta & generalia, & generaliter concedẽtia bannitum quomodocunq; interfici. Vidi seruari & statutum intelligi & interpretari, ꝙ qualitercunq; sit interfectus bannitus etiam per pecuniam excusentur occisores virtute statuti, licet non excusentur a peccato, vt dixi supra proxi. questio. verba sunt Albe. vbi supra qõ. xx. Credo decisionem veram, licet enim ille qui tenetur facere gratis, accipiendo pecuniam pro illo turpiter faciat, vt in iuribus predictis, non tamen punitur pro eo ꝙ facit illud quod facere tenebatur, sed solum ex eo ꝙ pecuniam recipit vt patet in iudice, non enim punitur ex eo quod iuste iudicauit, sed quia pecuniam accepit, vt habetur C. de pena iu. qui ma. iu. per totum. Itẽ aliud est ꝙ quis teneatur aliquid facere gratis, & tunc accipiendo pecuniam turpiter facit vt dictis iuribus. Et aliud quod quis possit facere si vult, non tamen teneatur, vt in proposito, tunc enim non turpiter accipit pro faciendo illud quod gratis facere poterat, vt patet in dicto. §. si tibi iudicium. Et ideo credo etiam de stricto iure decisionem predictam veram esse. ff. qui & a qui. ma. lib. non si. l. prospexit. cum similibus. Puto tamen hoc verũ si illi qui mandauerint, poterant illud per seipsos licite facere. Si autem ipsi non potuissent tunc puto

puto illos non excusari cum non iure suo, sed man dato aliorum fecerint l. multum, cum ibi not. C. si quis ali. vel sibi, & in materiam l. non ideo. C. de accusa. Exemplum, quidam erat bannitus de Florentia. Florentinus vbicunq; eum occidat Florentiæ excusatur a statuto, de mandato Bononiensis interficit Florentinum illum bannitum Bononiæ. Dico ꝙ forte poterit Florentiæ conueniri per ea quæ dicta sunt, quia non fecit iure licito sed illicito, facit. ff. de fur. l. si quis in seruitute. ad quod possent multa iura allegari. Pro quo vltimo dicto vide quod dicam infra hac eadem parte. quæstio. lv. & lvj.

Sed circa idem decimotertio

13 † quæro. Quidam volens interficere bannitum existentem in castro non intrauit per portam sed per muros & illum occidit. An veniat puniendus. Et si venit puniendus de quo puniatur. Et primo videtur ꝙ puniatur ex eo ꝙ per muros intrauit propter præcisam dispositionem. l. vlti. ff. de re. diui. & maxime quia licet ei liceret interficere bannitum, non tamen illud erat necessarium præambulum propter quod id videatur fuisse permissum. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu. cum sim. Poterat enim per portas ingredi, & sic licito modo eum offendere. & sic non videtur facere ad propositum decisio do. Tho. de Azo. de qua dicam infra hac eadem parte. q. xlvij. In contrarium tamen facere videtur quia fortasse per portas ingrediendo id facere non potuisset vt quia illæ præsensisset, & sibi cauisset. Item quia interest reipubl. vt malefici vulnerentur l. ita vulneratus. ad l. aqui. Et sic per omnem modum videtur fuisse permissum. Facit. ff. de aur. & arg. leg. l. & si non sit. §. perueniamus, cum si. facit etiã quia consideratur illud propter quod aliquid fit, non illud quod fit. ff. ad l. aquil. l. illud. ff. de fur. l. verum. cum sim. & ad l. vlti. de rerum diui. respondeatur eam loqui nisi ex aliqua alia licita causa id permissum esse videatur qua si omnis lex quanquam præcisa sit ab alia distinguatur. l. vtrum. ff. de peti. hære. & l. non est nouum. de legi. cum ibi nota. & quod habetur. ff. de in ius vocan. l. quanuis, maxime quando illius occisio intrando per portas fieri non potuisset. l. j. C. de oper. libe. ff. de offic. consu. l. j. facit C. de pœ. l. decurionum & q̃ ibi no. Hæc quæstio est mihi dubitabilis multum quia introitus per muros non est necessarium argumentum ad inferendum mortem bannito. Et ideo puto dicendum ꝙ non de occisione banniti sed de ascensione per muros veniat puniendus, nõ tamen de maleficio doloso. Cum enim daret operam rei licitę, non debet de dolo sed culpa puniri, sicut dicimus in l. si adulterium cum incestu. §. j. de adulte. de iniur. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines, & eod. titu. l. si cum seruo. faciunt not. per Cy. in l. j. ff. quod quisque iur. per Bal. & alios in l. diuus. ff. de sica. & quæ dicam infra hac eadem parte quęstio. xlviij. & sic remaneat in arbitrio iudicis, sicut etiam alias dicit Cyn. in d. l. fi. de rer. diui. pœnam illius. l. esse arbitrariam quæ ad mortem non debebit arbitrari vt habetur in l. prima. §. effractores. ff. de effracto.

Decimoquarto viso quod bannitus virtute dicti

14 † statuti potest impune occidi. Accusatur occidens. Quæro an exceptio ꝙ interfectus erat bannitus possit per procuratorem allegari. Quæstio hæc habetur in voluminibus in c. veniens. de accusa. C. eod. titu. l. reos. ff. de pu. iudi. in l. pe. §. ad crimen. Et ideo in ea parum instabo. Sciendum tamen ꝙ Iaco. But. disputando tenuit ꝙ vbicunq; exceptio venit examinanda seorsum a crimine semper admittitur procurator ad illius propositionem. l. j. & l. præses. C. ad l. falci. de plagia. & per multa alia iura. Sed Iaco. de Bel. disputando determinat contrarium ratione præiudicij quod fieret ipsi causæ criminali in qua procurator non interuenit, vt in. §. ad crimen. Ad iura Iaco. de Bu. respondit ꝙ ibi vnum iudicium non parabat alteri præiudicium. Cyn. autem in dicta l. res, sequens. Iacob. de Are. concludit ꝙ aut bannum est notorium, adeo ꝙ non requirit extrinsecas probationes sed solum producto banno apparet talem exceptionem obstare, & tunc admittitur procurator. arg. l. j. C. qui & aduer. quos. Si autem non est notorium obstare exceptionem prædictam sed est dubium, tunc non admittitur procurator. & hanc conclusionem per diuersa verba sequitur Bart. in d. §. ad crimen. Bald. in l. reos post longam examinationem & relationom omnium opi. concludit ꝙ aut statutum loquitur taliter ꝙ exceptio põt opponi iurisdictioni. & tunc admittitur procurator, alias non per d. §. ad crimen. & per l. j. an per alium cau. ap. Communiter tenemus ꝙ talis exceptio notoria possit opponi per procuratorem, per iura supra allegata, & quod apposita litis contestationem impediat, de quo per Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de accusa. §. sequitur. versicu. quid si bannitus. vbi refert disputationem Iaco. de Are. de qua per Cyn. & Bald. in d. l. reos. Immo plus dicimus ꝙ sine aliquo mandato tertius admittitur ad producendum bannũ. Quo producto iudex vlterius non potest procedere. est enim hoc fauor publicus contra bannitos. & iudici constat illud de quo procedebat non esse delictum. Ita firmant Bar. in l. vbi pactum. C. de transact. & Bald. ibi et allegat. l. j. §. j. ne quis eum qui in ius vocan. &c. vbi etiam tangit. Si vero bannum non sit notorium, puta quia non cõcordant qualitates siue demonstrationes mortui in processu nominati cum demonstrationibus banni, & sic est necesse fieri probationes de identitate, tunc procurator non admittitur secundum Iacob. de Bel. sepissime seruari viderim contrarium per rationes Iacob. de Butr. quod puto verius producto enim banno habente aliquam concordantiam cum demonstrationibus mortui non disputatur de delicto, sed de liquidatione notorij. & ideo admitti debet argumẽto C. qui & aduer. quos. l. j. & l. ad rem mobilem. & ad lega. ff. de procurat. pro hoc facit quia iudex qui ex inspectione banni iam producti in suspitione innocentiæ adducitur, debet a seipso ipsã innocentiam liquidare. l. si non defendantur. ff. de pœn. cum concordan. Fateor tamen ꝙ si demonstrationes

strationes essent multum variæ quod tunc non adductus in dubitationem, sed potius in oppositum procuratorem posset repellere & quemcunq; cōparentem excepto ipso occisore, argumen. l. scias aperte. C. de fal. cum sim. Et hæc puto veriora ꝙ ea quæ dixit Bald. in l. j. C. quomo. & quan. iud. vbi vide si libet.

Decimoquinto quæritur an

15 † bannitus cui erat concessa licentia libere veniendi &c. Quæ vulgariter appellatur bulletinus siue saluus conductus, possit durante tali securitate interim occidi impune. In hac questione primo videndum est in genere de huius securitatis materia. & primo an dari possit. Secundo a quo. Tertio an data sit seruanda. & in his quia non est huius tractatus materia principalis breuiter et conclusiue procedam. & circa primū dico ꝙ dari potest vt patet in omnibus iuribus in quibus de tali securitate tractatur, in authen. de man. princ §. sed neque homi. vbi glo. aliter dixit, sed infra respondebo. l. in conuentionum. ff. de pact. in l. papinianus exuli, de mino. in l. is qui reus. de publica. iudi. ad l. Iul. maiesta. l. j. de sepul. vio. l. vtimur, cum alijs iuribus quę infra allegabuntur. Ad secundum respondeo ꝙ aut loquimur de securitate perpetua, & illa non potest dari nisi a principe, vel habente in loco ius principis. l. relegati. ff. de pœnis. Si vero loquimur de temporali, & illa dari potest non solum a principe vel lege, vt l. fi. ff. de leg. sed etiam a duce belli, vt d. l. mentionū. de pac. & ibi no. Item potest dari a iudice sed causa cognita, alias non; vt dictis iuribus habetur. Itē ab alijs quibus ex forma statuti tacite vel expresse conceditur per Bar. ff. de decre. ab or. fa. l. fi. Quo ad tertium est aduertendum ꝙ aut securitas fuit data hosti priuato & illam seruare non cogitur l. prima. §. non fuit. ff. de dolo. aut fuit data a persona publica. & tunc secundum Guili. in dicto §. non fuit debet seruari fides, & securitas, nisi sit data homicidis & alijs qui de ecclesia & loco exempto retrahi possunt vt d. §. sed neque & quod ibi not. Cyn. vero post Pet. in l. præsenti. C. de his qui ad eccles. confu. tenet indistincte tales securitates seruari debere. sed Bald. in dicto. §. non fuit concludit securitatem datam a superiore seruandam esse indistincte. Si vero est data a iudice, aut causa cognita, & idem per no. in l. is qui reus. de publi. iudi. Si vero sine causæ cognitione tunc dicit etiam non valere per l. relegati. & sic seruari non debere. & ita apparet debere intelligi quod dicitur per Ioan. And. in tit. de accusa. §. sequitur, in sepissime allegato versic. quid si quis bānitos, in suarum addit. ij. questio. Nec prædictis ob. §. sed neque, quia non loquitur de securitate differente, sed de securitate immunitatē præstante vt ibi patet. Si quis autem plenius de hac securitate videre velit, recurrat ad nota. per scribentes in d. §. sed neque & per Bartol. in l. j. ad l. Iul. ma. & latissime per Albe. vbi supra quæstio. xlviij. vbi refert ad literam verba Old. in disputatione quæ incipit, Potestas Pauduæ. Secundo principaliter ad propositam questio. videndum est quid talis securitas contineat. Aut enim continet ꝙ libere & secure omni & quocunq; impedimento cessante possit venire &c. Aut simpliciter ꝙ possit venire & stare omni officialium publicorum impedimento cessante. Primo enim modo non potest concedi nisi a principe, vel eum representante. Secundo modo potest concedi etiam ab inferioribus vt patet ex prædictis. Nunc ad propositam q. Aut securitas fuit concessa secundo modo & sine dubio occidens bannitum taliter securatum non tenetur. securatio enim non comprehendit licet publica authoritate faciat, vt dicetur infra quæstionibus xlv. & lxviij. Non enim facit vt persona publica licet securatus authoritate sed vt priuatus & sic in securitate non comprehenditur. Item quia talis publica intelligitur secundum communem vsum loquendi l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. l. librorum. §. ꝙ tamen. de leg. iij. cum si. Constat autem secundum communem opi. ꝙ etiam si faceret, vt publica persona, non tamen officialis publicus appellatur. non ergo pro eo intelligitur concessa securitas. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & de verbo. obliga. l. stipulatio ista. in prin. & l. quicquid astringendæ. cum si. Si vero fuit cōcessa primo modo, & sic a principe vel eum repræsentante. Et tunc aut interficiens ignorabat securitatem prædictam. Et dic vt dicam in tertio tempore parte j. q. ij. vbi tractabitur de occidente rebannito non cancellato. Si vero sciebat securitatem prædictam, tunc puto cum puniri posse. Talis enim suspensio ad tempus idem debet operari ꝙ liberatio in perpetuum. Dico quo ad illud tempus. l. sufficit. de conditio. indeb. & l. si tibi mandauero, in prin. ff. mand. Item idem debet operari ꝙ appellatio. argu. l. non possunt. ff. de legi. & quod no. Inno. in cap. ad hoc. de appel. Non ob. l. j. §. merito. & . §. si quis a principe. ff. ne quid in loc. pub. vbi concessio facta a principe non tollit ius priuato quæsitum, quia illud verum in dubio vbi verba ad illud se expresse non extēdunt, vbi autem verba sunt ita prægnantia ꝙ ad illud ius extendantur. illud etiam tollunt saltem quando non est ex facto illius priuati quęsitum vt habetur in c. in nostra. de iniu. & dam. da. Pro quo vide quæ dicam in iij. parte huius temporis quæstio. lxxvj. Communiter tamen cum quia tales securitates non dantur a principe sed ab inferioribus. Item quia sunt limitatæ et referuntur ad personas officialium dicimus ꝙ talis securatus etiam sciēs securitatem possit impune occidi. & ita pluries seruari vidi.

16 Decimosexto quæro

† ꝙ talis bannitus taliter securatus ꝙ impune occidi non potest, & eum capiens præmium aliquod non consequitur, vt dicā in seq. q. commisit pendente securitate aliquod graue maleficium, puta aliquem vulnerauit vel interfecit, an perdat beneficium securitatis. Ista quæstio est disputabilis, tamen in breuibus me expediam, & videtur ꝙ non, quia delinquens punitur in eo in quo deliquit & non vltra ff. ad l. Falci. l. Paulus. & l. beneficio. & ff. de his qui. vt indi. l. rescriptum. vbi circa rem subtractā tantū

perditur falcidia non quo ad alia. Præterea securitas nullam habet conditionem sed est temporalis & pura. ergo nullo casu potest effici conditionalis l. quicquid astringendæ. de verbo. oblig. Pro hoc ff. com. l. in commodato. §. sicut. Sed puto de iure cõtrarium verum esse. Certum est ꝙ sine securitate in loco in quo deliquit licite esse non potuisset. Ergo ibidem delinquendo suo abutitur priuilegio, ergo illo priuatus est. C. de iudæ. l. iudæos. & l. nullus. & lxiiij. distin. vbi cum concordan. Nec verum est ꝙ saluus conductus siue securitas sit pura, immo habet tacitam conditionẽ scilicet si concedenti illam non inferatur offensio. l. qui seruum. de verbo. oblig. l. quid ergo. §. si hæres. de leg. j. Et est casus in l. quæro. §. inter locatorem. ff. de loc. Intelligitur ergo quod nõ possit offendi nisi ipse offensionis causam præbeat. facit. ff. de verbo. obligatio. l. quidam cum filiũ. & quod ibi per Docto. Constat autem rempublicã & ipsum concedentem lædi offendique si aliquis offendatur l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de captiuis. & l. ita vulneratus. ad l. aquil. Et sic intelligitur reuocata securitas. facit ff. de solu. l. si cum Cornelius. & l. cum quis. cum simi. Nec obstat prædictis. l. Paulus. l. beneficio. & l. rescriptũ. quia hic qui deliquit non solum deliquit in illum quem offendit sed ẽt in ipsum concedentem securitatem, & sic non punitur vltra ꝙ̃ deliquerit. Præterea hodie illa iura sunt correcta vt in auth. de hæredi. & fal. §. sancimus. secundum Ray. & Bar. in d. l. rescriptum. Concludendo ergo ꝙ poterit impune offendi, & illum capiens habebit præmium a statuto ordinatum, ꝙ maxime verum est si nulla causa interueniente de nouo tale maleficium parũ post securitatẽ concessam cõmisit, præsumitur enim dolose illam securitatem impetrasse. l. si ventri. §. fi. ff. de priuileg. credi. & sic ei iuuare non debet. ff. ad macedo. l. sed Iul. §. proinde. cum simi. Prædicta vera nisi ad sui defensionem fecerit. tunc enim siue facere potuerit siue non, de quo dicam infra q. xlviij. non intelligitur saluum conductum rupisse. ff. de fur. l. verum. Et licet tũc non excusetur quin puniatur pœna ordinata ex delicto per eum commisso, non tamen poterit ex primo banno detineri quia contra securitatẽ cum fuerit prouocatus fecisse non intelligitur. Facit quod habetur. C. de calumniato. l. ij. cum concor.

[17] Decimoseptimo †etiam circa bannitum securatũ statuto cauetur ꝙ capiens bannitum debeat habere centum a communi. Quidam cœpit bannitum habentem securitatem temporalem, quæritur an debeat habere centum. Hanc q. disputauit antiquitus do. Tho. de Azogui. & incipit. q. præsupposito ꝙ banniti, & vt questio subtilior redderetur addidit themati, alio statuto caueri ꝙ verba statuti debeant intelligi secundum propriam significationem absq; aliquo extrinseco intellectu. Ad affirmatiuam arguit ꝙ bannum non tollitur per affidationem per regulã l. prout quisque. de solu. Secundo a iusto errore capientis. l. fin. ff. pro soc. cum simi. Tertio quia temporalis mutatio rei naturam non alterat l. ex facto. §. rerum. ff. de hæredi. instituen. cum concordan. Quarto a certitudine temporalis in securatione adiecti. Tale enim obligationem non suspendit l. cedere diem. de verbo. signifi. cum simi. ergo nec bannum. & sic nec extinctio nec suspensio præmium denegant. Quinto arguit a fidantia nun effectiua vel plena, sed temporali, & sic non perfecta securatione, & propterea nullum debet effectum parere l. quinta. §. fin. de verbo. obliga. cum simi. Soluit pro parte negatiua primo æquiparando fidantiã appellationi per l. non possunt. ff. de leg. Secundo quia non est bannitus cum effectu secundum ꝙ debent verba intelligi l. j. in fin. ff. quod quisque iur. cum concordan. Tertio per regulam, cũ principalis, & regulam accessoriorum. Securitas enim operatur circa personam affidati. ergo intelligitur operari circa præmium capientis quod est accessorium. Quarto ratione cessante quæ fuit vt malefactores puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. sed iste captus propter fidantiam puniri nõ poterit, igitur cessat præmium l. adigere. §. quamuis. de iure patro. C. de episco. & cler. l. generaliter. Quinto ab incompassibili, quia non potest eodem tempore & loco dici bannitus & non bannitus. C. de fur. & l. prima cum simili. Sed si daretur centum huic capienti iudicaretur vt de bannito quod nõ est verum, quia affidatus igitur &c. sed ista ratio non concludit, quia per bannitus est licet bannitus affidatus. Non enim ex hoc intelligitur ad tempus rebannitus per not. in l. fina. C. de senten. pas. Subdit quod quia debitor est ille a quo inuito potest extorqueri de verbo. significa. l. debitor. & ille proprie dicitur debitor. & ideo bannitus securatus quia interim inuitus non potest exigi non proprie dicitur bannitus, ergo statutum sibi non locum vendicat, quia verba debent proprie intelligi. licet autem prædictæ rationes sint persuasiuæ illi tamen quæ facta est a ratione cessante inhæret. Et ad contraria respondet quod verum est eum interim esse bannitum sed non cum effectu. Ac etiam propter cessantem rationem dicit non esse illum de quo loquitur statutum, & verum dicit etiam ignorante vt dicam infra hoc eodem tempore & parte quæstio. xxiij. & duabus seq. & in tertio tempo. parte j. quest. iij. poterit tamen tunc repetere expensas quas fecisset in capiendo l. mulier inops. de cap. & quod dicam infra hac eadem parte q. xix.

[18] Decimooctauo quæritur† vtrum præmium quod datur capienti bannitum debeat diuidi inter eum & fiscum, & videtur quod sic, & videtur probari. ff. ad Sylle. lege cornelia. in fin. ibi tangit Rayn. post Dynum. In contrarium est veritas vt not. in l. si quis id quod in princip. ff. de iurisdict. om. iudi. & ad l. corne. in fin. respondet quod ibi est speciale quod etiam tenuit Iaco. de Are. insti. de ac. §. pœnales. & idem breuissime referrendo tantũmodo Dy. dixit Alber. vbi supra q. xlvij. Hęc decisio debet intelligi quando statuto cauetur ꝙ præmiũ detur capienti de bonis banniti. Si enim diceret statutũ ꝙ detur de bonis cõis frustatoria

esset quæstio, an fisco debeatur dimidia. ff. de sol. l. qui sic. esset enim potius nugatio quædam vt l. si quis a filio. & quod ibi not. delegat. j. Si ergo statutum dicat ꝙ capiens bannitum debet habere centum de bonis bãniti, nihil debebit dare fisco, quia intelligitur quod totum applicetur. Ita enim dictat statutum a quo decipi non debet. l. ij. C. de his qui ve. æta. imp. Nec illa iura aliquid faciunt. Loquuntur enim de pœna quæ debetur a contrafaciente, & dubitatur an debeatur agenti, an fisco de quo dic vt dictis iur. & plenius in l. agraria. ff. de termi. mo. quæ limita nisi pœna imponatur ꝓ interesse læsi. Tunc enim ei in totum applicatur quocunque iure agatur l. in eum iuncta. l. quique. ff. de in ius voc. Facit. C. de leg. l. pen. Quæstio autem prædicta loquitur de præmio quod datur facienti id ꝙ a statuto permittitur, & ideo tanquã a separatis non est licita argumentatio. l. fina. de calum. cum simi.

19 Decimonono quæritur † Titius in capiẽdo Caium bannitum fecit expensas, An debet illas repetere a cõi. Dixit Bald. ꝙ sic per l. mulier inops. ff. de captiuis, vt ipse not. in c. j. in prin. hic finit lex cornelia & incipit consue. re. ꝙ sine dubio verum est qñ ex forma statuti nihil datur capienti. Si autem aliquid datur tunc dubium est, an illud in expensis imputetur. In quo puto dicendũ ꝙ aut datur pro præmio aut simpliciter. Si pro præmio potest ẽt petere expensas arg. ff. de cõdi. & demon. l. quibus diebus. §. dominus. Si simpliciter tunc non posset expensas petere nisi excederent quantitatem datam a statuto. Tunc. n. posset id residuum petere. facit quod habetur. ff. vi bon. rap. l. j. cum ibi notatis de cõdi. inde. l. elegãter. §. si quis post. de transact. l. & post rem cum simi.

20 Vigesimo † pone statuto cauetur qđ qui cœperit & præsentauerit bannitum potestati debeat habere centum a communi, plures cœperunt bannitum, & illum captum communi præsentauerunt, quæritur an debeat habere quilibet centum, an omnes vnica centum, & videtur ꝙ quilibet debeat habere centum per l. qui filiabus. §. si quis ita. de le. j. & insti. de libe. agno. succes. §. si plures. Dicit Albe. vbi supra q. ciiij. quod hæc quæst. potest decidi sicut deciditur quæstio de pluribus intrantibus simul castrum, & remittit ad not. ad. § discipuli, in procemio. ff. Illa quæstio ponitur per Bart. in l. hoc articulo. ff. de hære. insti. Et determinat ꝙ inspicienda sunt verba statuti an loquatur per verbum vniuersale siue collectiuum an per distributiuum. Primo casu omnes habeant vna centum. Secundo quilibet habeat centum per d. l. qui filiabus. in fin. Credo ꝙ hoc sit verum. si tamen appareret factam fuisse fraudem vt quia multi cœperunt vnum ad quem capiendum sufficiebant pauci, non puto omnibus deberi, sed solum illis principalibus in capiendo. Nec enim verisimile est ꝙ fiscus voluerit iactare pecunias. l. cum de indebito. §. j. de proba. & se in infinitum obligasse. l. qui bona. §. vlti. de dam. infe. Et ita in pluribus ponentibus vexillum &c. terminauit Pet. & post eum Rayn. in d. §. discipuli. Pro qua determinatione facit text. in dicta l. qui filiabus. §. j. in fin. Quæ autem sint dictiones collectiuæ & quæ distributiuæ. vide in dicta l. hoc articulo.

21 Vigesimoprimo quæritur † Statuto cauetur ꝙ qui cœperit bannitum, in pecunia debeat habere quinquaginta. Qui autem cœperit bannitum in persona debeat habere centum. Titius bannitur in mille, & si non soluerit intra mensem, intelligeretur bannitus in persona, fuit intra mensem captus & præsentatus, & deinde elapsus est mensis & non soluit. Quæritur quod præmium debeatur capienti. Quæstionẽ istam sub terminis ꝙ bannitus erat in centum & si caperetur & intra mensem a die quo in fortiam communis venerit nõ soluerit deberet decapitari. disputauit Odofre. vt refert Albe. vt supra q. lxxvj. & multum copiose allegat. Primo ꝙ debeat habere centum a communi publica vtilitate ad l. aquil. ita vulneratus. de male. & ma. l. si. quæ fortius insurgit quanto ad maius pretium inuitabuntur homines ad capiendum de leg. ij. l. cum pater. §. j. ad fin. de annu. leg. l. seio. in fi. j. responso. Secundo a consideratione effectus consecuti qui in iure attenditur. l. j. in fin. quod quisque iuris. sed effectus est secutus quia condẽnatio pecuniaria conuersa est in personalem. ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. Ergo iste effectus debet considerari. ff. de actio. emp. l. j. & C. eo. l. si traditio. Tertio a duplicitate rationum. duæ enim rationes scilicet transfusio sententiæ pecuniariæ in corporalem & ipsa executio vincunt vnam scilicet verbalem conditionalem in pecunia. C. de edic. diui Adri. tol. l. fi. & extra de treu. & pac. c. licet. Quarto a purificatione conditionis quæ retro trahitur. l. potior. in princ. qui pot. in pig. hab. Et sic purificata condemnatione personali retro dicetur captus bannitus in ꝑsona. ff. de vsufruc. l. sed & si aliquid. §. interdum. de solu. l. j. cum simi. Quinto a parificatione præsentationis capti ad iudicem. de fur. l. interdum. §. qui si. de conditio. ob cau. l. pen. sed ipsi iudici sufficeret in quacunque parte. iudicij ius superueniret. l. non potest de iud. & l. si rem. §. fi. de pig. actio. de pecu. l. quæsitum, cum simi. ergo & ipsi præsentatori sufficere debet. Sexto a natura trãsfusionis quæ est ab initio facta postea trãsfusione vnicus actus censeatur. ff. quando dies leg. ce. l. si cum præfinitione. l. si pœnam. & l. j. ff. qñ di. le. ce. l. j. §. item si ita. ad l. falci. ad l. aquil. l. si vulnerato seruo, cum si. Arguit secundo ꝙ vtrũq; præmium consequi debeat. Primo quia tale præmium cum sit beneficium debet latissime interpretari de consti. prin. l. fi. Secundo a similitudine periculorũ quæ versantur in capiẽdo. l. si seruus. de his qui ad eccl. confu. C. ad l. Iul. de vi. l. quoniam. ad legem acqui. l. quemadmodum in fin. Et sic debet esse multitudo præmiorum. de iureiur. l. semper. §. negotiatores. Tertio quia cũ sit dubiũ quod præmium debeatur, debet fieri interpretatio contra fiscum. ff. de iur. fis. l. non puto. Quarto a pluralitate condemnationũ. pendente enim conditione

ditione vtroq; modo condemnatus erat. l. j.§.bi-duum.ff.quando ap.sit ergo etiam debet esse pluralitas præmiorum de ap.cum in vna, ad turpil. l.j.§.si plura.de ope.no.nun.l.de pupillo.§.si pluribus. Tertio principaliter arguit ꝙ debeat habere solūmodo quinquaginta. Prima quia vbi obligatio pendet ex pluribus conditionibus a prima purificatur & amplius non committitur iudi. sol.l.cum querebatur.de verb.oblig.l. si ita quis stipulatus. Sed obligatio ad primum pendet a pręsentatione banniti pecuniariter vel personaliter, ergo purificatur a prima pręsentatione quæ erat pecuniaria. Secundo quia præmium debetur ipsi actui pręsentationis,ergo illud tempus attenditur non inspecto ꝙ postea aliunde deueniat vt d. l.si penum.de rei ven.l.non ideo.& l.si quis hac lege.ad Syll.l.j.§.j.cum multis si. Tertio quando facto alicuius aliquid consequendum est non sufficit id fieri facto stultitia vel negligentia.l.ij.ff.de condi. & demon.de bo.pos.l.j.§. semel. cum multis concor. Quod autem pręsentatus puniatur personaliter contingit sua culpa & negligentia,quia non soluit.ff.de fideicom.lib.l.si quis in sua.ad fi. de rei vendi.l.ex diuerso.§.petitor.cum simi. Et sic fisci obligationem non auget de fideicom.l. fi. cum si. Quarto quia sicut ꝙ semel meum est amplius meum fieri non potest. l. iij §.ex plurimis. de acqui.pos.insti.de le.§.si cui,cum si. Ita semel pręsentatus amplius pręsentari non intelligitur, sicut nec ex assidua contrectatione non nascitur nouum furtum.de fur.l.ei qui. Et sic attenta pręsentatione prima qua fuit condemnatus pecuniariter non attenditur alia,nec id quod postea occasionaliter venit.de pecu.l.eo tempore. Quinto cōmune cui fit pręsentatio vnicum bannum recipit de pac.l.rescriptum.§.si pacto.cū si.Ergo vnicum pręmium debet de condi.& demon.l.plautius.sed in dubijs debetur minimum de reg.iur. semper in obscuris,& l.semper.ff.de verbo.oblig.ergo &c. Sexto qa ab initio pecuniaria obligatio ex quasi contractu orta est.l.iij.§.idem scripsit.ff.de pecu. & de tute.& ra.dis.l.defensor. Item deinde nō solum pecunia etiam ex quasi cōtractu orta est obligatio ad personam ijsdem iur.ergo prima non est nouata.l.fi.C.de noua.secundum veram opin. Et sic est in electione fisci pro qua obligatione soluere velit.l.si quis a socio pro socio cum si. Vltimo quia a primordio tituli fit denominatio.C. de testa.manu.l. fin. Et ideo a prima condemnatione debet ipsa pręsentatio considerari. Et sic debet habere pro pręmio quinquaginta tantum. Finaliter dixit soluendo quosdam tenuisse & ita fuisse quādoque iudicatum ꝙ pręsentans debeat consequi maius pręmium per allegata supra pro illa parte. Dixit tamen verius esse quinquaginta tantū deberi per iura pro ista parte allegata, pro qua decisione adducit de leg.ij.l. Sempronius proculo,de le.j.plane.§.sed si non corpus,de probatio.l.quinquaginta. Vbi in dubio detur vnum & minus. Ad contraria respondet. Ad primum ꝙ etiam alias quam pręmijs quis debet inuitari ad fauorem patrię de ventre in posses. mitten.l.j.§. si ea. cum si. Ad secundum ꝙ in ipsa pręsentatione dicitur factum consummatum. Ad tertium quod duæ rationes hic non currunt circa idem. vt secunda ratione pro hac parte facta. Ad quartum respondet ꝙ quia soluere & non soluere est conditio potestatiua retro non trahitur vt l.j.qui potio. in pign.habeā.licet secus sit in casualibus vt l.potior.eo.ti. Ad quintū respondet ꝙ præsentatio debet vnico iure censeri.l.cum qui ædes, de vsucapio. Ad sextum respondet quod illa iura loquuntur in legato quod pendet a mera voluntate testatoris. Et ideo quomodocunq; appareat deberi secūdū habetur perinde ac si illud tm̄ fuisset legatū quia sic de eius voluntate apparet. Sed in casu nostro iudex post sententiam habet potestatem.ff.de regul.iur.l.iudex. & sic vna non transfunditur in aliam. sed in vtraque perseuerat licet vtriusq; commodum consequi non possit. Si hæc videre extense velis, vide vbi supra vbi scribit hoc per sex columnas. Pro ista parte faciunt duo. Primum ꝙ condemnatio pecuniaria nō transfunditur in personalem, nec illius fit nouatio secundum notata per Bart.in l.ij.ff.de publi. iudic.per Bald.in l.magnam,in fi.C.de contrahenda & cōmit.stipulatio.licet ipse Barto.aliter tetigerit arguendo in l.cū duobus.§.idem respondet.ff.pro socio. Secundo quia qualitas adiecta verbo,semper intelligitur secundum tempus verbi.l.in delictis. §.si extraneus.ff.de noxa. Et si cum tempore pręsentationis in vtroq; themate reperitur bannitus in pecunia non in persona verbum bannitum intelligitur secundum tempus verbi ceperit siue præsentauerit. Et sic debetur solummodo quinquaginta. Faciunt not.per Bar. in l.ex facto, in prin.de vul.& pupil. Et ideo vt subditur vbi supra in fi. Si bannum conuerteretur quia bannitus esset in persona saluo ꝙ si intra mensem a die capturæ solueret mille illum capiens deberet habere centum,quia tempore præsentationis bannitus erat in personam. Ad quod alle.idem Odofr. de verb.obl.l.ita stipulatus.de reg.iur.l.miles.§. decem.& d.l.si pec.ij.respon. & l.j.§. item si ita ad l.fal. Et ista decisio videtur facilior prima. qa cum solutio pecuniæ sit in hoc casu in conditione non est in obligatione vt l.si quis sub conditione ff.si quis omis.cau.test. Et ideo tanquam conditio potestatiue voluntaria retro non trahitur. Sed in præcedenti videbatur necessaria, quia erat in cōditione,& ideo retro trahi videbatur conditio licet esset potestatiua.vt l.j.qui pot.in pig.habe.& l.titius,quæ res pig.ob. pos.sed responde quod solummodo solutio esset illa quæ retrotrahitur quæ in obligatione non erat. & sic non obstat decisioni suprascriptę. Et nota bene titulum quæstionis quia hic terminus non currebat a lata sententia sed captura. Et sic patet ꝙ iudex volebat eum intelligi interim bannitum & sic non sunt hæc contraria his quæ dicam hoc eodem tempore parte vlt.q.lxxix.vbi vide.

22 Vigesimosecundo † stante statuto ꝙ qui cœperit bannitum debeat habere certum pręmium, potestas illius loci cœpit quendam vt malefactorem quē ignorabat esse bannitum,cum post capturam reperiat

periat eum esse bannitum. vult præmium a communi, quæritur an debeat illud habere. Hanc quęstionem formauit Bar. in l.iij.§.vtrum.ff.ad Syll. et determinauit quod non debeat habere. & idem Bald. tenuit ibi, et in l.genero.ff.de his qui no.infa. Et mouentur pluribus rationibus. Prima quia potestas suo salario debet esse contentus, quia illud habet pro exercitio sui officij in authen. iusiu. ꝙ præ. ab his & in authen. scriptũ exẽplar.§. sicut. Secundo quia ipse potestas non cępit sponte sed ex necessitate sui officij, quod est purgare prouinciam malis hominibus.l.congruit.ff.de offic.præsi. ergo præmium consequi non debet, vt d.§.vtrum.& de acqui.re.do.l.iij.§.si seruus. Tertio, quia illud gratis facere tenetur ergo pręmiũ capiendo turpiter faceret.l.j.de cõdi.ob tur.cau. bene facit tex.in l.qui sine.ff.de nego.gest. Quarto, quia cœpit eum non vt exbannitum & sic statuti conditionem nõ adimpleuit, ignorabat enim eum bannitum, ergo &c. l.ij.de conditio. & demonstra.& d.§.vtrum. Adde quæ dicam in duabus qõ.post sequentem.

23 Vigesimotertio † Stante dicto statuto viget aliud statutum quo cauetur quod homines de villa teneantur trahere ad rumorem & capere malefactores, & exbannitos. Quidam iuit ad capiendum exbannitum, & cum exbannitus fugeret, eleuauit rumorem propter quod homines de villa insecuti sunt eum, & illum cæperunt. Quæritur an alicui præmium debeatur Bar. in l. iij.§.vtrum.ad Syll. dicit ꝙ non. Primo non homines de villa, quia incitati non sponte sed coacti illum cæperunt vt ibi. Ille etiam qui insecutus fuit habere nõ debet, quia ipsum non cæpit. facit quod habetur in l. si barsatoram.C.de fideiu. cum concor. facit. ff. de acqui.re.do.l.laqueum.

24 Vigesimoquarto † Stante eodem statuto Seius sciens Titium bannitum. ignorans autem statutum prędictum præmians capientem cæpit Titium & potestati eum præsentauit. quæritur an possit petere præmium. Dices tu ex dictis supra proximis. q.hæc.q.est decisa ꝙ non, quia ad impediendum lucrum sua ignorantia potest contra eum allegari, vt dict.l. si is.§. si seruus.de acqui.re. do. sed non est sic. aliud enim est ignorare illum esse bannitum, & aliud est ignorare statutum præmians capientem. Primo casu locum habent quæ dicta sunt supra secundo casu talis ignorantia non nocet. Commodum enim a statuto datum quæritur etiam ignoranti statutum argu. C. de decur.l. penul.libro decimo & ita determinauit Bar.in l. omnes populi. de iustit. & iur. in quęstio.v. principali in principio.

25 Vigesimoquinto † dictum est supra ꝙ occidens bannitum qui potest impune offendi pœnam non meretur. Quæritur an sit necesse quod probetur occidentem sciuisse illum fuisse bannitum. Bartol. in l.genero.ff.de his qui. not. infa. & in l. inter omnes.§.recte.de fur. dicit ꝙ non, quia quantum ad incommodum ignorantis talis ignorantia alteri non prodest, sed stare debeat veritati vt d.l.genero.& d.§.recte.de cri.expil.hęredi.l.fi.insti.de oblig. quę ex delic.na.§.placuit & ita communiter tenetur.

26 Vigesimosexto † Caius sciebat Titium Ioannis esse bannitum, videns alium quem putabat esse Titium Ioannis & in veritate non erat occidit illum. Quęritur an statuto permittente occidi bannitũ excusetur. Istam quęstionem formauit Francis. de Aret. in l.si cum seruo.ff.de iniur. & arguit qd excusetur & in nullo puniatur arg.d.l. si cum seruo.& eo.titu.l.illud.§.fi. Non enim cogitauit delinquere, sed putauit se licite agere. dicit enim nõ teneri de dolo, sed puniri potest secundum modũ culpę. argu.l.scientiam.§.qui cum aliter. ad leg. aquil. Aduertendum ꝙ aut habuit iustam causam sic credendi, puta quia sic publice tenebatur ꝙ ille esset Titius Io. & tunc in nullo punitur arg. ff. ad Macedo.l.iij.& C.eo.l. zenodorus. cum si. si autem non tenebatur publice, sed ex aliqua causa motus fuit ad sic credendum, & tunc non fit in dolo non potest cornelia de sicarijs conueniri. l. in lege.ff.ad l. Cor. de sica. Sed vt dictum est pro modo culpæ aut latę aut leuius poterit puniri vt supra. Quę autem sint tales culpæ habetur in l. qd nerua. ff. deposi. An autem hoc casu plenissima culpa puniri possit cum dabat operam ex aspectu rei licitę recurre ad no. ad l.aut facta.§.delinquũt ff.de pœn.& in l.j.ff.de legi.per Docto.

27 Vigesimoseptimo † quæro super dicto statuto ꝙ bannitus possit impune offendi. Quædam vniuersitas fuit bannita de quo dixi supra in primo tempore parte.j.q.v. An quilibet de illa vniuersitate poterit impune offendi. non insistendo in verbis dicendum est ꝙ non, quia nullus siugulariter vt ipse est bannitus vt habetur in l. in tantum.§.qui in vniuersitatis.ff.de re.di.& de in ius voc. l. sed si hac. §. qui manumittitur.& quod habetur per Bar. in l.iiij.ff.de re iudi.

28 Vigesimooctauo † Bannitus captus erat a familia potestatis. Titius illum videns in manibus familiæ interfecit. Quæritur an potuerit impune facere. Istam q.formauit Dy. in l.laqueum.ff.de acqu.re do.& ibi etiam ponit Bar. sed latius ponit in l.iij. §. transfugas.ff.ad l.Corn. de sica.& refert Iac. de Are. etiam disputasse quod etiam dicit Ioann. Andræ. eius determinationem effectiue referens in addi.Spe.in ti.de accu.§.sequitur versi.quid si quis bãnitus circa princi.magne additio. Et ideo posset cum sola decisione transire remittendo etiã ad not. per Alberi. vbi supra q. lxvj. quia tamen aliqua pulchra dicuntur per Iacob. de Are. & alias eius disputatione latius quam referat Ioan. Andræ. Tamen quam breuius potero his subijciam etiam cum aliorum dictis. Arguit enim primo ad affirmatiuam ꝙ poterit impune occidere. Primo a verbis legis, quæ et si dura sint seruanda sunt l.prospexit.ff.qui & a qui.& l. quod constitutum.

tutum.de mili.testa. Secundo quia lex non distinguit bannitum captum a non capto, ergo &c.ff. de publi.l.de pretio. Tertio quia cum adhuc duret bannū debet durare effectus.C.de infe. pe.ce.li.l.j.de ferri.l.a nullo.addebat Dyn.quia captio non facit desinere eum esse bannitum,ar.ad hoc. C.de decu. l. ij. Quarto propter incertitudinem, quia licet captus esset non tamen certum erat ꝙ pœnam pateretur.poterat enim fugere. l. si apparitor.C.de appari.lib.xij. & de ac.re. do.l. iij.§. illud.& de incendi.rui.nau. lege pedius. Quinto deprehensum in facinore licet occidere ei, cui alias non liceret.C.de sicar.lege is qui.ff.de verbo.oblig.l. qui seruum. de legat. j. quid ergo.§.si hæres.ergo fortius istum deprehensum quem ante licebat occidere,sic ꝙ cum sit factum lege permittente pœnam non meretur l.Grachus. C. de adul. Adduxi etiam Dyn.ad hanc partem.l.in laqueum,de acquir.re.do.vbi dicitur ꝙ feram illaqueatam possum apprehendere, quia multa possunt accidere propter quæ a laqueo euadat. Ad hanc partem etiam adducit Bald.in l.libertas.ff. de stat.ho.ꝙ non interest reipublicæ a quo occidatur duntamen occidatur.l.cū seruus.ff.de verb. oblig. Item quia cum quilibet a statuto habeat potestatem occidendi, non habet necesse a iudice impetrare.l.quæ sub conditione.§.si. de condi. insti. In contrarium alleg.Dyn.l. carceri. & l. si.in.§.fina.de custo.reo.vbi dicitur ꝙ capite punitur qui carceratum interficit, captus autem dicitur carceratus vt l.qui neque.ff.de verbo.signi. Dicebat tamen illis.ll.responderi posse, quia hic erat certum bannitum illum debere mori,ibi nō. sed subdebat ꝙ alia ratione dici potest talem interficientem puniri,quia non licet alicui prouincialium aliquem e manibus officialium eripere in authen. vt omnes obe. iu. prouin.§. eripiant. Iaco. vero ad hanc partem adducebat statutum intelligi debere in eo cui per iudicem pœna imponi non potest arg. C.de iudi.l.nullus.sed hic captus erat in potestate iudicis argu. ff. de do.l. qui saxum.& sic puniri poterat.Item quia alias licet authoritate legis occidere resistentē,cui non resistentem a contrario non licet occidere. C. de his qui ad eccle.confug.l.si seruus. ita & hic non licet bannitū non resistentem, immo iudici obedientem interficere. Præterea hic erat in custodia reipub. ergo debet reseruari vt torqueatur.C. de episco.audien. l. raptores. & vt saluus sit debito supplicio.ff.de quæstio. l. quæstionis. & de cust. reo.l.j.de male.& ma.l.fi.alle.Bald.pro hac parte l.addictos.C.de episco. audien. vbi dicitur ꝙ priuatus non potest impedire iudicis executionē. Item addebat rationem,iudex est executor ordinarius, iste priuatus extraordinarius executor. Sed vbi locum habet remedium ordinariū cessat extraordinarium.ff.de mino.l.in causæ. Soluit Iac.quæstionem pro hac parte per iura prædicta ac etiam quia lex permittit hostem occidi.l. iij.§.fina.ff.de sica.Et tamen postquam captus est occidi non potest vt instit. de iure perso.§.j. de statu homi.l.iij.§.serui.Et facit.ff.ad l.aquil.l.sed & si quæcunque, Item quia causa propter quam poterat a quolibet occidi,scilicet defectus publicæ vindictæ cessat in proposito ergo &c. l. quod dictum.ff.de pac. Ad contraria respondet. Primo ad verba statuti, quia intelliguntur alio non interueniente quod impediat. Similiter tutor & legatarius possunt esse testes hoc intelligitur nisi aliud impediat.ff.de testamen. l. qui testamento, in prin.& de obsequijs.l. titius. sic & alias in l. non erit §.dato.de iureiuran.& l.tutor.Item quia vbi vna lex non distinguit.l.vna.C. de inof. donat.Facit lex vt gradatim.§.sed & si lege,de mune.& hono.Non ergo factum est lege permittēte, immo vetante,& sic quasi omnia argumenta tolluntur. Addit etiam si quis dixerit hoc ius occidēdi competere reipubli.& cuilibet alij insolidum, sicut alias dicitur in lege si cui.§.ijsdem. de accusa.locum habuit præoccupatio. ff. de procurato. l.pluribus. Plus dicit & notabiliter. quod si eodē tempore concurreret respublica & priuatus deberet respublica præferri.aut tanquam ille cuius directo cōpetit.C.de nouati.l.iij. Aut quia eius voluntas æquior est,quia continet viam iuris & iustitiæ ordinariam ar.ff.de re iudi. l. inter pares. & C.qui bo.ce.pos.l.fina. Addit rationem ꝙ potentia offensionis procedit propter contumaciam quæ eius pœnam aggrauat vt l.relegati.ff.de pœ. illa autem contumacia est finita postquam est in manibus familiæ.s.quo ad hunc effectū vt a quocunque possit occidi. Remanet ergo solum pœna primi delicti ob quod bannitus est. Adducit simile de feris bestijs, quæ licet a quocūque capi possint,non tamen possunt capi cum sunt in manibus alicuius.ff.de acqui.re.do.l.iij.in fi. Et hāc partē tenet Cy.in d.l.libertas.& Bar.in d.§.trāsfugas, addens ꝙ illi qui veniunt de necessitate ad ciuitatem dicuntur habere securitatem a lege. l.ij.§. legatis.ff.de iudi.& ff.de leg.l.fi. Sic etiam dicimus in testibus vt ea.l.ij.§.si quis. & sic cōcludit ꝙ ille qui ducitur a familia de necessitate venit. & sic dicitur habere securitatem a lege. Ideo illū occidens incidit in l.Iul.ma.ar.ff.ad l.Iul.ma. l.j.& ibi ēt hoc sequitur Ang.Credo quod verum est eū non potuisse occidi in manibus familiæ. & quod illū occidens teneatur pœna legis Corneliæ de sica.per d.§.trāsfugas.Sed nō puto quod teneatur pœna legis iulie maie.tum quia iure nō caueatur de securitate legis nisi in certis casibus inter quos iste non reperitur. Tum etiā quia pœnę non debent extendi.ff.de pœ.l.interpretatione.& l.si præses,ac etiam quia in ciuitatibus alijs ab vrbe tali pœnæ locus non est vt dictum fuit supra parte prima huius temporis.q.xv.& hæc locum habent quando iuste captus erat,si vero iniuste,vide infra quæst.xxxj.

29 Vigesimo nono † Statuto cauetur ꝙ capiēs bannitum debeat habere centum a cōmuni,altero punitur vadens in alterius territorium ad aliquem capiendum. Titius bannitus de Florentia vbi est statutū erat in territorio Florentino. Semptonius voluit eum ibi capere.ille vero aufugit in territorium Bononiense & ibi a dicto Semptonio eū insequentem captus fuit.Quæritur an potuerit capi. & sic

Sempronius debeat puniri virtute alterius statuti Ioan. And. in d. titu. de accu. §. sequitur. versicu. quid si quis in suarum additi. versi. elegans Old. qō refert Old. disputando terminasse Titiū capi nō potuisse. & sic Sēproniū puniendū. Allegat primo pro casu. l. qs sit fugitiuus. §. idē Cecilius. ff. de ædil. edi. Et ibi declarat qualiter inducatur ponendo ibi casum, sed nimis prolixe, quia in gloss. satis apparet. & confirmat hoc dictū quod ex iure loci non debebat alium locum ingredi. Allegat. ff. ad Mace. l. si filius. § fina. Adducit etiā l. qui cum maior, primo responso de bonis lib. Item quia conditio existentis in fuga potest ad eius commodum variari. l. si quis in seruiture, de fur. Sic ergo cum intrauit territorium Boñ. factus est liber. deducit etiam not. in l. talis scriptura de leg. j. in vlti. glo. & ꝙ verba secundi statuti sunt clara ergo seruanda l. non aliter, de leg. iij. & quia limitatio locorum est certa & sic nulla restat iuris. q. l. ancillę. C. de fur. Et dicit non prodesse licitum principium, quia propter mixturam inspicitur id quod nocet vt no. de reg. cato. l. j. & ibi concor. Ac etiam quia effectus secutus est in loco prohibito. Et ideo a prin. licito legem non assumit. Allegat. ff. si serui. ven. l. sicuti. §. Aristo. et ad l. aquil. l. quemadmodum. in prin. Et sic cessat perceptio rei altero prius illam apprehendēte. ff. de acqui. re. do. l. in laqueum. & l. naturalē. §. illud. Item quia pacificantur excessus in loco & excessus in modo. insti. de act. §. huic autem. sed excessus in modo punitur vt l. j. C. vnde vi, ergo & excessus in loco facit. ff. de adul. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatore, vbi punitur qui plus fecit quam debuerit. Et sic concludit talē capientem puniri. Quod etiam sentit Bartol. in d. §. idem Cecilius. Hanc disputationem si integram videre velis recurre ad Alb. vbi supra q. lxxvij. Vnum nolo omittere quod ipse Old. dixit ꝙ cū alicui conceditur facultas limitata, ille qui excedit limites, non facit sibi concessum, sed aliud. ff. ad Trebel. l. sed si ante. quemadmodum serui. amit. si communem. §. j. manda. l. diligenter. de re. eorum qui sub tut. vel cur. l. si pupillorum. §. si prętor. Sed ad capiendum bannitum sunt limites limitati per statutum. s. intra territorium. Qui ergo excedit, aliud facit, & sic prohibitum. & ideo quantumcunque bonus effectus secutus sit nihilominus punitur. C. de nego. gest. l. fi. Et ideo venit a premio repellendus: quia eadem non potest esse causa pœnæ & præmij de nego. gest. l. siue hæreditaria. ex hoc vltimo colligo ꝙ quo ad præmium assignatum capienti bānitum generale statutum restringitur ad hoc locum statuentis licet quo ad euitationem pœnæ talis restrictio non fiat vt dicam infra quæstio. xlvj. & ratio potest esse diuersitas lucri & damni argumen. l. fina. C. de codicil.

30 **Trigesimo** †Pone supra proxime dictum est de priuato capiente extra territoriū. Officialis florētinus puta vicarius alpium cępit bannitū de Florentia in territorio Bononiensi. Quæro an possit contra illum executionem facere an vero teneatur eum relaxare & pristinæ libertati restituere. Hæc quæstio videtur fortior præcedēti; quia nullum præsupponitur statutum disponens contrarium, sed eadem nihilominus debet esse decisio. Et si ponis ꝙ bannitus a principio non esset in territorio Florentino sed in Bononiensi, & inde extractus fuerit, res est clarior, non enim fregit fines banni, & per consequens capi non potuit, ita dicit Iaco. But. in auth. iudex. C. de epis. audi. Et ita etiam determinauit Fran. de Aret. in l. quis sit fugitiuus. §. idem cecilius. per illum tex. & per not. in l. a diuo Pio. §. j. de re iud. & in l. addictos. C. de epis. aud. per l. extra territorium. de iur. om. iud. Est enim tunc officialis existens in alterius territorio ad instar priuati. l. ij. ff. de offic. proc. & le. secundum Bald. in d. l. addictos. & ex his patet ꝙ tanquam spoliatus sua libertate ante omnia restituendus est l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. si per vim vel alio modo. l. ij. Et videtur expresse casus in l. si quis liberum. ff. de proba. & facit de liber. cau. l. liberis. §. fin. & de acqui. re. do. l. nemo. probatur etiam per l. plerique. ff. de in ius vocan. probatur etiam ex vi verborum sententiæ banni quæ regulariter se habent si venerit in fortiam &c. Ille autem qui in fortiam hoc est in locum subditum violenter ducitur non dicitur venire vt l. qui neque. ff. de verb. sign. secundum iij. lec. debet igitur relaxari & pristinæ libertati restitui, etiā si fuerit ab initio in loco Florentinorum, & deinde fugiens captus fuerit in territorio Bononiensi vt in themate dictum est per iura & rationes supra in proxima q.

31 **Trigesimoprimo** †quæritur. Visum est supra proximis qō. ꝙ nec a priuato nec ab officiali publico bannitus potest capi extra territorium. An talis sic indebite captus in manibus detinentis possit impune occidi. Dices tu ꝙ hęc qō est superflua. quia supra xxviij. q. determinatum est captum nō posse occidi. & inter alias rationes fuit allegata ratio præuentionis per l. pluribus, de procu. quę videtur habere locum in omni casu. Item cum sit in manibus familiæ, siue iuste, siue, iniuste, eripi non debet. in authen. vt omnes obed. iu. prouin. §. eripiāt. Qui tex. generaliter loquitur. Sed pro clariori decisione separādi sunt termini quæstionis. & ideo primo quęro an captus indebite a familia possit impune eripi de manibus eius. Bar. in l. sed eximendi. §. j. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. non determinat sed arguit ꝙ semper eximēs puniatur. C. de male. l. fi. de his qui latro. l. j. & d. §. eripiant Ang. vero eo. titu. l. j. not. dicit ꝙ aut captura non tenet ex defectu iurisdictionis, vel quia nullam habet iurisdictionem, vel quia suæ iurisdictionis terminos excessit, & tunc licite eximitur de manibus familiæ. Alle. l. prohibitū. C. de iur. fis. lib. x. Si aūt iurisdictionem habebat licet iniuste eum ceperit, tunc restitutio non est fienda de facto sed iuris ordine per remedium appellationis secundum Inno. de offi. dele. c. si quando. Ad quod etiam alleg. d. l. fina. de male. & l. quoties. de exacto. tribu. lib. x. Item vbi captura esset iniusta respectu ritus & ordinis eximens etiā

debet puniri vt d.l. sed eximendi.§.j. & l. si per alium.§.j.eo.ti. Ex hac decisione infertur ꝙ in casu proposito tolluntur omnes rationes factæ in dicta xxviij.q.pro ea parte quæ occidi non potuerit. Et restant factæ in contrarium ꝙ occidi potuerit.non.n.habet locũ ꝙ sit in carcere, vel ꝙ sit facta præuentio, vel ꝙ debeat res publica præferri, quia omnia iura ibi allegata intelliguntur in actu qui de iure valeat. Alij enim actus.s.de iure nulli quantum ad effectus prædictos nullum possunt effectum inducere.l.si pater. C. ne de sta. defun.l.accusaturus.ff.de adul.de re iud. l. iiij.§. condemnatũ.Facit quod habetur in l.si pecuniã.§. pe.ff.de condi.ob causam.vbi ille qui est in actu relaxationis nõ reputatur carceratus. Ex his patet ꝙ minus deberet puniri qui interfecit bannitũ in manibus eius qui cœpit eum extra territoriũ contra formam & tenorem statuti. Fortius enim est actus factus contra legem quam ille qui est factus præter legem.l.si non sortem.in princi.ff. de condi.inde.& l.cũ lex.de fideiuf.& ibi per Bart. & per Doct.in l.non dubium.C.de legi.Intelligo aũt decisionẽ prędictã fore veram si ille qui interfecit occidisset eum impune ẽt in loco a quo extractus est.Si autem ibi non occidisset impune secundum ea quæ dicam infra lv.& lvj.q.non dicetur cũ licite occidisse quia præsumitur mortuus in loco a quo inuitus iniuste extractus est vt l. qui neque.de verb.sig.supra q.proxi. alleg. Et ideo licet tunc non puniatur in loco in quo occidit tamen puniretur in loco a quo contractus fuit si ibi ratione domicilij conueniri posset vt l.j. & ij.C. vbi de cri.agi.opor.

[32] Trigesimosecundo † quæro. quidã i loco licito virtute statuti præmiantis capientem bannitum cœperat Titium bannitum,& ad potestatem ducebat. Sempronium eum in suis manibus interemit,quæritur an impune facere potuerit. Dicet quis hæc quæstio est terminata per not. supra q. xxviij.scilicet ꝙ non est enim minister legis vt l.ij.C.quando lic.sine iud. vin. & sic locum habet præuentio licet aliquæ rationes ibi factæ non adaptentur. Sed in contrarium arguitur & videtur quod immo potuerit occidi per iura & rationes ibi pro hac parte allegata, ac etiam quia vnumquodque remedium est extraordinarium scilicet captura & occisio de facto facta, nullus enim iure ordinariẽ iurisdictionis facit sed extra ordinẽ,ergo vnũ nõ excludit aliũ l.si cũ exceptione.§.eũ qui.ff.qđ me.cau.no.l.fi.C.si mi.se maiorẽ dixerit.& in l.j.C.de alie.iudi. quinimo cũ remediũ occisionis plenius subueniet rei publicæ quã captura illud præferri debet vt hr in l.fi.C. si aduer.rem iud. & in l. in causæ.ff. de mino. & plene.in l.in prouinciali.ff.de no.ope.nunc.Nec obstat præuentionis ratio per l.pluribus. de procu.cum simi.quia illud verum quãdo circa idem fit præuentio.Operatur enim circa idẽ non circa diuersa vt l.si pluribus de leg.j.capiens.n.prędiudicauit ius capiẽdi, & ducendi,& sic præmium consequendi. Ergo non intelligitur abstulisse viam alteri illum occidendi sine præmio quia sunt diuersa. Et sic de vno ad aliud non infertur ff.de calum.l.fi.Si quis teneret istam partẽ per l. naturalem.§.illud & in l.laqueum.ff. de acqui.re.do. Respondet ad id quod diceretur eum non potuisse auferre ius quæsitum, vel quærendum illi capienti in casu quo repręsentasset per l.stichum.§.si de nouo cum si. ꝙ licet teneretur ei cui exemit ad suum interesse scilicet ad quantitatem quam consequi debebat per l.sed eximendi.§.j.ne quis eum qui in ius voc.per l.iij.C.de exac. trib. & quod dixit Bal.in l.abditos.C.de epis.aud.Non tamen lege cornelia teneretur. Et ista pars est æquior. Certum enim est eum occidisse bannitum qui non erat captus a familia, vel in publico carcere. Nec certum erat de manibus eius qui cœperat nõ euasurum.Et sic fauorabilius fit reipu. esse in casu certi quam in casu dubij. Sufficit enim reipu. ꝙ ille moriatur.l.Gallus.§. si eius de libe. & posthu.Si autem non erat bannitus ad mortem, vel ad membrum sed in pecunia,non solum teneretur capienti, sed etiam rei pub. vt d. l. iij. de exac. trib. & aliis iur. superius alle. prædicta quidem non procederent quo ad obligationem occidentis.si ille bannitus erat in manibus eius qui cœperat euasurus si ille nõ occidisset. Tunc enim in nullo tenetur quia captus dici non potest.ff. de in integ.resti.l.non videtur cum si.

[33] Trigesimotertio † Circa prædicta instãs quęro. Quidam cœpit bannitum in confinibus duarum ciuitatum, adeo ꝙ est dubium an cœperit in confinio ciuitatis a qua bannitus erat, quod multis modis potest contingere, quæritur an fuerit iuste captus siue a priuato siue a familia.Credo ꝙ hęc quęstio debeat terminari sicut terminatur quo ad cognitionem. Dicitur enim ꝙ si in tali loco committitur maleficium vtraque ciuitas habet cognitionem ergo executionem l. a diuo Pio cum ibi notatis.ff.de re iud.Quod autem vtraq; ciuitas habeat cognitionem probatur per tex. in l.iuris peritos.§.cum oriundus.ff.de excu.tut. & l.siue contra.§.quia plaucianum de libe.agno. & quod dictum fuit supra parte ij.primo tempo. q. viij. Pro hoc quia cum sint duo quorum vnum prodest & aliud nocet,nec apparet ꝙ id ꝙ prodest sit potentius altero.inspicitur id quod nocet.ff.ad Syll.l.si quis in graui.§.si.cum cõcor. Et idem puto si certum esset in quo loco captus fuisset.puta quia vnũ pedem tenebat in vno territorio, alium in alio, vel sedebat super lapide posito pro confinio. Est enim locus cõis.Et sic intelligitur captus in proprio territorio ad Syll.l.j.§.domini.cum si. quod maxime verũ est qñ pars capitis,id est ipsum caput existeret in parte capiẽtis l. cũ in diuersis.ff. de reli.et de fur.l.vulgare.cum si.Si aũt dormiendo totius esset in territorio a quo non est ex bãnitus.& sic dormiẽdo caderet vel perueniret in territorium a quo bannitus est,non vr ꝙ capi potuerit.nisi experrectus ibi permanserit argu.ff.ad l. aqui.l.si seruus seruum.§.si fornicatius,ꝙ intellige vt ibi nisi potuerit verisimiliter casum illum cogitare. Facit.ff.locati.l.si quis domum.§.j. & ad l.aquil.l.item mela.in prin.

34 Trigesimoquarto † officialis licite quocunque respectu cœpit bannitum de quo agimus. Vult facere executionem sine nouo processu, quæritur an possit. Istã q. ponit Guil. in Spe. in sæpissime alle. §. sequitur. versi. sed pone in tit. de accu. Et ibi dicit ꝙ non potest de iure communi. Et idem ibi sequitur Io. An. referens disputationẽ Guido de Suza. qui idem de iure tenuit licet cõsuetudine dixerit seruari contrarium. Idem dixit Dy. de iure & dixit esse casum qui alibi non reperitur in l. diuus. ff. de custo. reo. Idem dicit Cyn. in l. impuberibus. §. item si quis. ff. de suspe. tut. per eãdem l. diuus. vbi Bar. idem dicit in bannitis secundum formã l. j. de requi. re. Sed in bannitis de quibus agimus qui condemnatur ex eo ꝙ habentur pro confessis dicit statim ꝙ capiuntur sine nouo processu posse fieri executionem secundum formam banni. pro quo est glo. in l. pe. eo. ti. quæ vult, ꝙ ficta confessio æquiparetur veræ. Hoc idem tenuit Odof. secundum Albe. vbi supra qõ. liij. vbi refert alias opiniones. Et quia loquuntur in bannitis alijs ꝗ de quibus agimus nõ refero, si libet ibi vide quia plene refert. Est ergo verum ꝙ bannum prædictũ potest sine nouo processu executioni mandari, qđ est verum, siue capiatur ab illo officiali qui tulit sententiam vel eius successore qui idem censetur. siue ab alio ęqualem iurisdictionem habente, puta quia capitaneus capit bãnitũ a potestate, vel econuerso secundum Bart. in l. a diuo Pio. §. j. ff. de re iudi. vbi vide. Et vide quæ dicã statim in xxxvj. q. Dicit tamen idem Bart. ꝙ iudices anteꝗ exequantur, faciunt ꝙ talis bannitus recognoscit se esse illum, qui fuit bannitus, de quo supra in primo tempore parte iij. q. vlti. Prouidetur tamen cõmuniter per statuta circa talem executionẽ. Et ideo id seruandum vt l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Vbi vero non essent statuta permittentia eum condemnari vt confessum, & bãnitus fuisset tanꝗ habitus a iudice propter eius fugã & contumaciam pro confesso, posset captus suam innocentiam probare. Et ẽt aduersarius suus crimen per l. petende. C. de tem. in integrum resti. Etiã si tempus cognitionis esset elapsũ vt not. dicit Io. And. in pręalle. ver. Sed pone ꝙ ex causa prædicta nõ prosequor. Intelligo tamen id verum ꝙ possit probare innocentiam in omni casu in quo fuga non haberetur pro plena probatione. Tunc autem quando haberetur pro plena probatione secus esset. Et ita intelligo quod not. p Ray. in d. l. diuus. de quo ẽt dixit Odof. secundum Albe. vbi supra. Quãdo aũt fuga faciat. probationem vide per Doc. in l. impuberibus. ff de suspec. tut. per Bart. in l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. & in leg. admonendi, de iureiurando.

35 Trigesimoquinto † pone statuto cauet ꝙ licet habeatur pro confesso, tamen anteꝗ bannũ detur debeat accusatus, vel inquisitus certo modo citari. Alio statuto, vel eodem simili cauetur ꝙ banniti pro homicidio capti statim fiat executio etiam si solẽnitas non sit seruata, quæritur an non facta citatione dicto modo debeat bannum executioni mandari. Ista quæstio fuit antiquitus disputata vt refert Alb. vbi supra q. lxxj. vbi latissime arguit sed succincte referam. Et primo ꝙ debeat fieri executio. Statutum quod de executione dicit allegat casum vt maleficia non remaneant impunita, ergo videtur derogari principio statuti. ff. de test. tut. l. si hereditas. §. j. & l. testamento, & quia vltima derogant prioribus in vltimis voluntatibus de leg. j. l. si mihi & tibi. §. in lega. cũ si. Et in pactis vt l. pacta nouissima. C. de pac. ergo idem in statutis. Item quia pro solennitate banni pręsumitur de verb. obli. l. sciendum, de proba. cap. in præsentia. & ideo sententia non est ventilanda, sed exequenda. C. de execu. rei iudi. per totum. Item quia si tollitur a statuto solẽnitas ipsius bãni quod est maius ergo tollitur solennitas citationis quæ est minus arg. ff. de publi. l. si ergo. §. idem agit. In contrarium allegat quia finis statuti directo videtur contradicere, vnde ergo neutrum seruandum de reg. iur. l. vbi repugnantia. et C. de fide instru. l. scripturæ. Et sic debet stari iuri communi secundum quod bãnum est nullum. C. & ff. de requi. re. quo. & quando iu. l. ij. & l. tres denuntiationes. de senten. l. prolatam. Item quia prima pars statuti continet iustitiam & concordat cum iure communi. ff. de in ius vo. per totum. C. de anna. excep. l. vt perfectius. & de dam. infec. ff. l. iiij. §. toties. Vltima vero pars quę loquitur de executione est cõtra ius, & ideo principium debet seruari & non finis argu. ff. de libe. & posthu. l. cum quidam. nec potest dici ꝙ finis corrigat principium, quia hoc non est in statutis, cum eodem tẽpore vires sumãt secundum opi. multorum. C. de testa. tute. l. ij. magis ergo finis iniquus restringitur ab æquo principio. Item recte intellecto statuto finis non contradicit principio, quia principiũ loquitur de solennitate seruanda in modo citandi bannum & sententiam, & sic principium statuti seruandum. Et ita determinat bannum non tenuisse & executioni mandari non debere obstante nullitate, maxime per vltimam rationem supra factam & per fauorem qui in dubio debetur reo vt in regula fauorabiliores. Vt vides disputator locutus est in casu quo idem sit statutum qui est minus dubitabilis. non enim est verisimile quod statuentes voluerint statim se corrigere l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstra. Item cum possit ad diuersam solennitatem referri finis vt supra, non debet intelligi referri finis ad supra dictam solennitatem illam corrigendo l. talis scriptura. in fin. ff. de leg. j. & quod ibi not. Item quia clausula præcedens est fortioris naturæ ad determinationem sequentium ꝗ sit sequens ad determinationẽ præcedentium l. filium. ff. quando di. le. ce. Et not. in l. quisquis. de lega. iij. sic itaque licet si in probatione banni non fuerit seruata solennitas, puta quia non fuit lectũ, vel quia non sedendo fuit prolatum vt l. ij. C. de sen. ex breui. reci. Si tamen citatio de qua supra fuerit secundũ modum a statuto traditum facta tale bannum executioni mittetur secundum finem statuti. Si autem omnia solennia fuerint obseruata in probatione banni, sed non fuit

fuit facta illa citatio secundum modum statuti, minime mittetur executioni secundum ipsius statuti principium. Si autem tempora cognitionum largiantur poterit de nouo cognosci. l. si vt proponis C. quomodo & quando iu. ff. de accu. l. libellorum. §. sed si aliud. Si vero tempora nō largiantur debebit libere relaxari. l. accusaturus. ff. de adul. Si autem diuersis statutis talia disponantur res videtur habere maiorem dubitationem. Si tamē sunt diuersa statuta in eodem volumine et eodem tempore approbata, quasi omnia praeallegata locum habent. Et idem est quod supra dictum est per no. in d. l. ij. de testa. tut. per Cyn. & plene per Barto. in l. omnes populi, dum tractat de statutis contrariis. Sed & si post primum statutum fit noua reformatio idem erit, tum quia legum correctio est vitanda si sine correctione lex noua potest aliquid operari. l. si quando. C. de inof. test. & de appel. l. praecipimus. cum si. & vnius cum alia concordatio facta. C. de inof. do. l. vna de petitio. haere. l. vtrum. cum simi. tum quia noua generalis & trunca restringitur & declaratur ab antiqua, lege non est nouum. & l. nam & posteriores. ff. de legi. & quod habetur in l. sciendum. ff. qui satis. cog. & in authen. offeratur. C. de litis contesta. et vtrobique per gl. & Doct. tum etiam quia solennitas illius citationis intelligitur in secunda l. repetita. ff. de coniun. cum emanci. libe. eius l. nihil. & plene per Roffre. in xlv. q. j. Barto. in l. praetor. §. eritq; differentia. ff. vi bo. rap. & per Ioan. And. antiquā praedictā disputationē referētem in addi. Spe. in ti. de sen. exec. §. postremo. versi. xvj. Quę quia in voluminibus habentur hic non infero.

36 Sexto & trigesimo † Duę ciuitates erant confoederatae, puta Florentina ciuitas cum ciuitate Senarum, Titius fuit bannitus de Florentia. dum habitaret Senis fuit ibi captus per potestatem qui volebat eum decapitare secundum Banni tenorem. Quaeritur an posset. Dicebant quidam ꝙ sic, per tex. l. non dubito. ff. de cap. Bar. autem ibi determinat legem illam hoc non dicere. Sed ꝙ potest ita statutum fieri in vna ciuitate ex confederatis, ꝙ delinquens in alia posset ibi puniri. s. in altera quae statuit. Et ideo in proposito si ex forma confęderationis quae potest fieri cum pactis paribus & maioribus, & minoribus cum libertate tamen populorum vt in d. l. non dubito, quod quando sit habetur per Bar. in l. fi. ff. de colle. illicitis. Illud diceretur vel in ciuitate Senarum esset statutum, vel etiam in ciuitate Florentiae, forte eadem ratione per generalitatem illius legis posset ibi talis capti fieri executio. de quo etiam per eum & Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & ita debet intelligi quod sensit in l. a diuo. §. j. de re iudi. alleg. l. non dubito. Pro quo etiam vide dictum Bar. in extraua. qui sint trebel. super ver. rebellādo. in ver. sed an sint rebel. vsque ad ver. de poena autem. Vbi dicit ꝙ in dubio talis confoederatio videtur fieri aequali foedere per d. l. non dubito. Et ideo si actum est ꝙ inuicem se tractent vt ciues in ciuilibus & criminalibus intelligitur vt vna contra aliam leges grauiores non imponat ꝙ̄ tunc essent quia in societate inspicitur tempus sociorum tempore initae societatis. ff. pro socio. l. socius socio. & fami. ercis. l. haeredes. §. non tm̄.

37 Trigesimoseptimo † pone ꝙ episcopus secundū formam suae constitutionis pro crimine spirituali in quo habet iurisdictionem inter alia contra laicū vt in c. fi. de foro compe. lib. vj. & de iudi. c. decernimus, posuit Titium in banno. Quaeritur an iudex secularis debeat illum tanꝙ̄ bannitum tractare & eius sententiā executioni mandare. Bar. in l. diuus. ff. de custo. reo. in condemnato ab inquisitore tenet ꝙ non, sed ꝙ potest de nouo processum facere & de delicto cognoscere. Alle. in auth. de san. epis. §. si vero crimē. col. ix. & Guil. in l. magistratibus ff. de iur. om. iudi. Quia ista q. est de materia canonica, eis est relinquenda. l. consulta diualia. C. de test. Quantum tamen attinet ad qō. propositam de bannito ab episcopo, videtur casus in contrarium in c. j. de offic. ordi. de quo dic vt ibi maxime per Inno. Quantum vero ad sentētiam latam ab inquisitore videtur etiam esse contrarium eius quod ipse Bar. dicit vt habetur in cap. vt inquisitionis officium, de haeretic. lib. vj. Lex vero diuus non facit quia loquitur in damnatis ab illis qui iurisdictionem non habebant. Si autem habuissent iurisdictionem aliud esset vt l. non dubium eo. tit. Secundum ergo praedicta apparet regulariter tenēdum ꝙ bānitus ab ecclesia debeat tractari vt bannitus etiam a priuatis siue laicis de quo in d. c. j. Et ideo forte verum est ꝙ stante simpliciter statuto in vtilitatem interficientis, bannitus occidens talem bannitum non debet puniri. Consideranda tamen essent & constitutio episcopi, verba banni, & etiam ipsius statuti. ff. de iur. immu. l. semper.

38 Iuxta praedicta trigesimooctauo † quęritur. Quidam coepit bannitum et eum ad iudicem non duxit sed in priuato carcere tenuit, quia in sua domo reclusit, an veniat puniendus. de pręmio nō est dubium, quia illud non consequitur nisi iudici repręsentet etiā si statutum simpliciter praemiat capientem l. iij. iiij. & l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & C. de rap. vir. l. vna, sed dubium est, an incidat in poenā priuati carceris. ad cuius q. determinationem aduertēdum puto ꝙ scdm Bar. in l. capite quinto. ff. de adul. quidā priuati sunt qui habent ius capiendi & detinendi vt dn̄s seruum & pater filium. l. j. & ij. de pa. pote. ff. de lib. ho. ex hi. l. iij. §. j. & ij. Et isti sine dubio poenam priuati carceris carcerando filios, vel seruos. non incurrunt, tangitur in d. l. j. de priua. car. Quidam sunt qui nullum habēt ius capiendi neq; detinēdi. Et in istis est aduertēdum ob quam causam aliquem capiunt. Si enim capiunt, vulnerant, & occidunt, in continēti inspici debet solum illud delictum propter quod capiebant. ff. ad l. aquil. l. illud. Sed si ex interuallo occiderent. tunc tenerentur de vtroq; & de priuato carcere & de occiso. l. nunꝙ̄ plura. ff. de priua. delic. Et iste non est casus noster. Quidam sunt qui habent

habent ius capiendi. & isti ita demum videntur committere in pœnā priuati carceris si vltra xx. horas captum detineant vt d.l. capite quinto. Et ideo dixit ibi Bar. ꝙ si quis capit falsatorem monetæ per l.j.C.de fal.mon.vel furem secundū formam l.itaq;.ff.ad l.aquil. & l.si quis in seruitute, circa finem.ff.de fur. vel debitorem suum fugientē per l.ait prætor.§.si debitorem.ff. de his q̄ in frau.credi. Et idem in quolibet qui pōt capi ꝓpria authoritate de quibus vide Spec. de accusatore.§.j.circa prin. & detinerent vltra.xx.horas incideret in pœnam priuati carceris. Ex quibus videretur concludi ꝙ postq̄ est data licentia capiendi bannitum, si eum captum detinuerit vltra xx.horas incidat in pœnam priuati carceris per d.l.capite quinto. Pater enim potest adulterum occidere sicut quilibet bannitum l.patri.eo.ti.Et tamē si eum detinet per.xx.horas punitur. Ergo & capiens bannitum et sic detinens. Sed aduertendum est ꝙ marito, vel patri non licet indistincte occidere adulterum sed cum distinctione & incontinenti vt eo.ti.l.quod ait.& l.marito. Et ideo succedit dispositio.d.l. capite quinto. Bannitum aūt quis pōt indistincte offendere & occidere. ergo lex illa nihil facit. Et sic in nullam pœnam videtur incidere is de quo quæritur. maxime quia quē potest occidere fortius potest contumeliis afficere l.nec in eam eo.ti.quod etiam ostendi videtur, quia talis detentio est offensio etiam in personam secundum Inno.in c.nuper.de senten.excom.Ergo est licita ex forma statuti permittentis eum impune offendi. Et ita tenuit Albe.vbi supra qō. xcv. Id aūt quod dicitur in d. l. capite quinto de xx. horis debet intelligi ibi & vbicunq; illa dispositio locum haberet nisi ex aliqua causa iudicialiter videatur arg. ff. si quis cau.l.ij.quasi per totum. Si autem eum postea dimittit vide quę dicam infra parte proxi.qō.xxviij.in fi.

39 Trigesimonono † stante statuto prædicto ꝙ bānitus possit impune offendi. Titius occidit Bertam bannitam. quæritur an excusetur a pœna virtute statuti. Guido de Su.in quæstionibus statutorum sub litera.P.format quæstionem. Et arguit pro & contra finaliter determinat ꝙ sic, quia in dispositionibus legalibus siue odiosis siue fauorabilibus prolatio masculini comprehendit fœmininum. ff.de verbo.sig.l.j. & in concor.ibi positis, & ad iura in cōtrarium facientia respondet ꝙ loquuntur in dispositione hominis siue testatoris. Et satis bene loquitur in materia. Hæc decisio vera est per notata per Cyn.in l.quicunque. C. de ser. fu.& l. si quis in tantam, C.vnde vi. Illi enim nomini bannitus conuenit terminus communis mari & fœminæ, scilicet homo. Et ita si in plurali loquitur statutum & ideo locum habet etiam in fœmina maxime existente eadem ratione secundum ibi not. Et per Dy.in l.j.ff.de verb.sig.& ibi ēt per Bar. sed latius in l.j.§.verba.ff.de pecu.

40 Quadragesimo quæritur † Alio statuto cauetur ꝙ viri bannitarū debēt expelli de ciuitate. An e cōuerso vxor banniti erit expellēda. Hanc q.formauit Bal.in l.quicunque. C.de ser.fugi.& determinauit ꝙ non, quia odiū irrationabile non debet extendi.C.de secun.nup.l.fi.ff. de cōtratabu.l.iij.§. si emancipatus. Aduerte quia decisio præsentis quęstionis non habet cum ista communicationē, hic enim non aptatur terminus cōis, sed homo. Itē fœmininum non dominatur ab eodem nomine, sed diuerso, quia masculinum dicitur vir, fœmininum dicitur vxor. Sed contra prædictam decisionem vr̄, quia dispositio in vno ex correlatiuis sicut sunt vir & vxor traditur ad alium, vt l.fi.ff. de acceptila.cum concord. & C.de cupres.ex lu. damascen.l.j.lib.x.& C.de indi.vidui.l.j. & ibi per Bar. Sed respondeo ꝙ illud verum ex eodem actu non ex diuerso. & ideo licet ex banno vxoris expellatur vir, non tamen ex banno viri debet expelli vxor saltem quia diuersa ratio est. Non enim potest vxor detinere virum a delinquendo sicut vir vxorem l.j.§. quæ onerandę. ff. qua rerum actio non da. & quod not. in l.si vxorem.de condi.inser.cum simi.

41 Circa idem cauetur statuto latius † ꝙ familia banniti debeat expelli de ciuitate. Quęritur c.xlj. An per hoc erit expellēda vxor. Albe. vbi supra cx.q.dicit Old. tenuisse ꝙ non, quia nulla lege cauetur ꝙ vxor sit de familia viri, & remittit ad not. per se in l. pronuntiatio.§.familiæ.de verbo.sign. Sed est in hac.q.aliter considerandum. Dictum enim statutum posset duobus modis intelligi. Vno modo ꝙ familia viri sumatur pro tota eius agnatione sicut dicimus in l.j.ad sylla.& d.l.pronuntiatio. Alio modo vt intelligatur pro simplici familia ipsius viri, cuius ipse est caput, vt eadem l. & in l.fi.C. de verbo.sig. Et quia statutum est odiosum & cōtra naturalem rationem quod vnus prematur delictis alterius, debet sine dubio intelligi in mitiorem & sic in secundam partem. ff. de pœnis. l. si præses. Et quod dictum fuit supra in primo tempore parte j.viij.& ix.qō. Et ideo videndum est an dicatur de talis viri familia.& videtur ꝙ sic per tex.in d.l.pronuntiatio.§.familiæ.vbi Dy.dixit ad literam contrarium eius quod dicit Albe. dixit enim ꝙ si banniatur vir et familia sua intelligatur bannita vxor. Pro hoc quia qualitatem conditionis viri vxor trahit ab eo.ff.de senato.l. fœminæ. hinc est ꝙ dicitur popularis nupta magnati efficitur magnas. & econuerso magnas nupta populari dicitur popularis secundum Bal. in d.l.fœminæ. & Franci.de Are.in d.l.fin.C.de verb.sig. Pro hoc videtur tex.in d.l.j.ad fin.iuncto.§.si vir qualitercunque. in princi. exponatur nomen domus. ibi enim dicitur ꝙ viri & vxoris vna est domus. Pro hoc l.fi. C. de incolis.& l. mulieres.C. de dig. & ꝙ vir & vxor dicūtur vna caro, & sit inter eos communicatio diuini & humani iuris.ff. de ritu nuptia.l.ij. Et hoc videtur velle Bald.in d.l.fœminæ.vbi concludit ꝙ vxor dicitur proprie de familia viri. In contrarium facit quod scripsit Barto.in d.l.fin.C.de verb.sign. vbi dixit ꝙ vxor non dicitur proprie de familia viri sed improprie & largo modo. & ideo

ideo non continetur in statuto licet prima pars pro qua allegaui de iure sit verior, quia non solũ vxor quæ astringitur tot vinculis ipsi viro, quinimmo & serui de eius familia sunt. Tamen ex benigna interpretatione debet intelligi ꝙ vxor non intelligitur quantum ad hoc eius familia. In pœnis enim semper fit benigna interpretatio, vt l. interpretatione & d.l. si præses. de pœnis. Quod intelligo verum, nisi ex communi vulgi opinione vigenti statuti confecti tempore vel ex interpretatione postea debite facta aliud probaretur l. Labeo. ff. de suppel. & l. cũ de lanionis. §. asinam. de fun. instru. cum simi. & ff. de legi. de quibus. & l. si de interpretatione. Et ita in simili determinauit Cy. in l. qui in adoptionem. ff. de adop.

Quadragesimosecũdo quæritur.

42 † An statuto dictante quod filij bannitorum expellantur de ciuitate comprehendantur filiæ. Albe. vbi supra q. lxv. refert Iaco. de Aret. tenuisse ꝙ non in l. j. §. j. ff. de ven. in pos. mitten. voluit allegare. §. toties. vbi patet ꝙ exhæredato filio qui nascetur, quia potest nasci filia mittitur venter in posesionem. Ex quo infertur ꝙ filia nõ intelligitur exhæredata. alias enim venter in possessione non mitteretur per illum titulum vt ibi. & ibi proprie Ia. inducit propositum & hoc ideo quia sicut ibi odium est irrationabile, vt l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. testamen. ideo non comprehenditur filia. Ita & in filijs bannitorum, quia irrationabile est ꝙ ex delicto patris præmantur filij, vt l. sancimus. C. de pœnis. cum concor. & ita sequitur ipse Albe. sed per alia verba. Bartol. ibi aliter videtur dicere per not. in l. si quis in tantã. C. vnde vi sed ibi post nomen siquis cadit terminus communis. vt dixi supra. xxxix. & xl. quæst. Notandum ergo est ꝙ vbi de odio irrationabili tractatur dispositio facta de filijs non comprehendit filias, in quo non insto, quia est fauorabilis decisio. Pro quo vide in remissionibus quas dedi, vbi supra. Subdit etiam ibi Alb. ꝙ si tempore statuti pater bannitus erat mortuus, ꝙ etiam masculi eius filij non expellantur, quia non sunt filij banniti allegat ff. de senato. l. emancipatum. §. item Labeo. qui tex. facit in contrariũ. vide quæ dicã infra in vltimo tempore, parte secunda quæstione decimatertia & decimaquarta.

Quadragesimotertio quæritur.

43 † Stante dicto statuto de expellendis filijs bannitorum, an comprehendantur filij non legitimi. Hæc quæstio potest in se habere duo capita. Primum an contineantur filij naturales qui nati sunt ex concubina legitima, quibus proprie conuenit nuncupatio bastardorũ vt not. ff. de cõcubi. super rub. de regu. iur. l. quoties idem sermo. & in l. fin. C. de natu. li. in authen. incestas. C. de ince. nup. Secũdum an contineantur alij illegitimi nati qui diuersis nominibus nuncupantur, vt habetur in c. nisi cum pridem. de renun. sed cõmuniter dicuntur spurij. s. ex quocunque damnato coitu nati, in authen. qui. mo. na. effi. sui. §. fin. Quo ad primũ videtur primo dicendum ꝙ sic. ff. de in ius voc. l. parentes. & quod nota. in cle. j. de baptis. In contrarium C. de adulter. l. iij. & l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Dixit. Gui. quod aut statutum fundatur super ratione naturali, & continentur naturales, vt in primis iuribus, aut super ciuili & non continentur, ita soluit contrarium in d. l. parentes. Sed Bar. ibi soluit aliter. Quod aut tractatur de fauore & habet locum lex parentes, aut de odio, & habet locum contrarium. Cyn. vero soluit secundum Guil. sed addit in ij. mẽbro ꝙ aut statutum continet odium, & verum dicit Guil. aut fauorem, & continetur in statuo quantumcunque subdetur super ciuili ratione, vt ipse no. in l. quisquis. C. ad l. Iul. ma. & in l. libertinum. C. interma. Secundum hęc videretur dicendum ꝙ naturales filij in tali statuto non comprehendantur, tum propter so. Bar. tum propter dictum Cy. Sed considera ꝙ dispositio legis parentes, videtur odiosa saltem quo ad filios. ff. de in ius voc. l. quinque. §. prętor ait. Ergo videtur quod saltẽ pro illa parte deberet restringi, vt not. in l. ij. C. de in ius voc. & ibi per Bal. etiam in statutis. Sed responde quod cum sit in materia correlatiuorum non posset restringi ex parte filiorum quin restringeretur ex parte parentum. Et ideo fauor eorum pro quo illa dispositio fuit facta præualet vt extendatur l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. Remaneat ergo conclusio, ꝙ vbi lex mouetur naturali ratione, contineantur naturales. Vbi ciuili aut tractatur de odio & non comprehendantur, aut de fauore & cõprehendantur. Et ideo in proposito cum contra rationem naturalem, immo et diuinam sit ꝙ filius propter patris iniquitatem prędmatur, non potest dici statutum naturali ratione confectum. Et ideo restat quod tanquam odiosum naturales non contineat, quod etiam post disputationem tenuit Bald. in d. l. quisquis, vbi vide. Et ex ista decisione patet ꝙ examinatio secundi est superflua. s. an veniant spurij qui filiorum appellatione non continentur in auth. qui. mo. natu. effi. sui. §. fin. Et est text. expressus. ff. de ritu nup. l. lege Iul. §. nec distinguitur. & ibi etiam per Cyn. in fi. in addit. Et ideo non insisto. licet glo. quæ inquantum hoc dicat non tenetur, videatur dixisse, ꝙ licet non cõtineantur appellatione filiorum in sui fauorem, tamen cõtinentur in sui odium in cle. j. de baptis. Non ergo in tali statuto comprehenduntur nisi legitimi filij & naturales. Nisi ex communi vsu loquendi aliud diceretur, vt in l. Labeo. de suppel. le. cum concor. Et propterea communiter prouident statuta ꝙ etiam tales interdum comprehendantur. An aũt comprehendantur legitimi tantum non examino, maxime quia illi non sunt in vsu vide ad materiam quod habetur per Bart. in l. si ita quis. §. j. de leg. j. & per Doc. in l. generaliter. §. cum autem. de insti. & substi. & in d. l. filiũ. de his qui sunt sui vel alie iur.

Quadragesimoquarto quæritur.

44 † dictum fuit supra quæstio. xxxix. quod in tali statuto pręmente bannitos continetur etiam bannita. Sed quæritur an stante dicto statuto ꝙ filij bannitorum expellantur

pellantur debeant expelli filij mulieris bannitæ, dicitur ꝙ glo. in l. quisquis ad l. Iul. maiesta. determinat quod sic. Et ita post reprobationem eorum qui repræhendunt glos. tenet ibi. Pet. & sequitur Bald. licet dicat ꝙ in statutis odiosis appellatione patris comprehendatur mater. Ibi enim dicitur quisquis &c. Et sic ponitur terminus communis. Et idoe in proposito cum dictum sit in d. qō. xxxix. ꝙ istud nomen bannitorum adiungitur cum termino communi. & sic comprehendit fœminam. Sequitur consequutiue ꝙ in tali statuto contineantur etiam earum filij. Et istud apud me supposito prius est satis clarum. Si aliter videre cupis ibi vide.

Viso quòd in statutis editis contra bannitos continentur fœminæ. quæritur 45 quadragesimoquinto, †an bannita prægnans possit virtute statuti impune occidi. Ista quæstio est subtilis. & ideo arguo. Et primo ad negatiuam. Et sic ꝙ occidens debeat puniri. Statuta patiũtur interpretationem passiue restrictiuã a iure communi. l. si serui vestri. C. de noxa. l. fi. §. in computatione. de iure deli. in gl. Modo sic ex forma statuti permittentis bannitum posse impune occidi, quilibet videtur quodammodo constitutus officialis publicus. l. j. & ij. C. quando li. sine iudi. vin. Bart. in l. a diuo Pio. §. j. de re iudi. Bal. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. Frã. de Are. in l. quis sit fugitiuus. §. idem Cecilius. de ædili. edic. Colligitur etiam ex no. per glos. & Bald. in l. accusationis. C. quod me. cau. sed publicus officialis in mulierem prægnantem non potest facere executionem. ff. de pœnis. l. prægnantis. & in l. Imperator Adrianus. ff. de statu homi. Ergo nec priuatus qui authoritate publica facit. Secundo hoc probatur licet mulier sit bannita, tamen partus qui est in vtero non est bannitus l. & seruorum. §. j. de sta. homi. & ibi per Bald. Sed occidendo matrem occiditur etiam partus, vt plurimum & regulariter. Ergo occidens non debet esse immunis a pœna, quia quando de permisso necessario peruenitur ad prohibitum non potest fieri id quod alias permissum erat, ne per vnam viam concedatur quod per aliã prohibetur l. scire oportet. §. oportet de legi. tuto. l. j. in ff. de autho. tut. Tertio si quis occidit duos. quorum vnus erat bannitus alter non. licet pro morte banniti non puniatur, tamen debet puniri pro morte nõ banniti. Et istud est clarum per l. j. ad l. Corne. de sica. Sed quãtum ad fauorem sui partus habetur pro nato, vt l. qui in vtero. ff. de sta. homi. Suus autem fauor est vt mater viuat, vt sic educari possit. Ergo censebitur occidisse natum & sic bannitum & non bannitum. Ergo punitur Quarto quando duo sunt quorum vnus est capax alius incapax. Incapax capit propter capacem. l. si is qui duos. ff. de libe. lega. Ergo hic mater incapax securitatis est capax propter partum capacem. facit ff. quemad. ser. amit. l. si communem. In contrarium quod immo occidens puniri non debeat. probatur primo sic. Quando permissum & prohibitum non possunt separari. permissum trahit ad se prohibitum, vt d. l. si is qui duos. Ergo & hic hoc permissum scilicet occisio matris tanquam potentius trahere debet ad se prohibitum. Secundo pater potest occidere filiam in adulterio deprehēsam. ff. de adulte. l. ꝙ ait. & si facit non punitur, nec distinguitur an sit prægnans vel non. Ergo ita in proposito. Sicut enim ibi pater facit de facto iuris authoritate, ita & hic priuatus. Statutum enim non distinguit sicut nec lex, ergo nec nos distinguimus. de publi. l. de pretio. Nec ob. l. si serui vestri. iuncta. l. prægnantis, quia illa loquitur in iudice qui cum deliberate debet iudicare, & iuris ordine seruato ad differentiam astringitur, hic autem de facto facere potest, ergo iuris ordo non attenditur. ff. de conditi. & demonstra. l. Meuius. & de his qui not. infa. l. quid ergo. §. sicut autem. & ita in patre determinauerunt Guil. & Cyn. post eum, in dicta l. Imperator. ergo eodem modo idem dicimus in eo cui licet bannitum occidere. Hanc etiam partem tenuit ibi Bal. sed dixit ibi cogita, an sit verum. Si consideramus vnam rationem Guili. ꝙ ideo pater possit, quia irrato animo parci debet. vt in l. quod ait. hoc cessaret in proposito, nisi diceres occidentem fuisse primo offensum vel eius patrē vel filium, & quod dictæ mulieri obuiasset, & sic ex proposito non fecisset, sed dolore, & ita motus ad talem actum deuenisset. Hæc decisio Bald. non est mihi tuta, licet pro eo faciat ꝙ prægnans capta seruatur in carceribus. & sic est verisimile ꝙ pęnam debito tempore luet. In casu autem nostro non est sic cum vagari possit. Puto tamen in hac q. sic posse distingui ꝙ aut dicta mulier erat manifeste prægnans, & tunc aut occisor qui occidit eã erit talis ad quem secundum mundum spectabat vindicta offensionis propter quam bãnita fuerat, licet alias sibi a statuto permissa non esset. aut non erit talis. Primo casu aut occidit eam, non ex proposito, sed quia ei fortuito obuiauit, & locum habeat decisio prædicta per iura & rationes Guili. non enim potuit iustum temperare dolorem, & sic virtute banni & statuti veniat excusandus. Secundo casu non possit ipsam occidere per rationes supra factas. Non obst. ꝙ de facto fiat & non iuris ordine, quia etiam in his in quibus extraordinarie proceditur aliqualis ordinis dispositio seruãda est, vt habetur in cle. sæpe. de verbo. signi. & per Bart. in extrauagan. ad reprimendam. Scit enim vel scire debet ꝙ non solum bannitam, sed etiam non bannitam creaturam interficit, & sic puniri debet per iura prædicta. Si vero manifeste prægnans non apparebat, tunc aut probatur occidentem sciuisse prægnantem & punitur alias non. l. penul. ff. de adule. & quod no. plenę per Io. And. in regula quod quisq; lib. vj. & dicã infra in vlti. tempore. parte j. q. ij. Quæ aũt dicta sunt in fauorē prægnantis, intellige locum habere siue sit nupta vel prægnans ex viro, vt habetur in l. miles. §. quapropter. ff. de adul. siue sit prægnans ex adulterio vel alio illicito coitu, vt habetur in sim. per Guil. Iaco. de Bel. Cy. Bar. & Bald. in l. ij. §. si non propter. ff. si quis cau.

Postquam de muliere bãnita aliqua diximus prosequendo mate

riam

46 riam eandem. Quadragesimosexto quæro. † Titius Bertam bannitam non prægnantem non occidit, sed cum ea adulterium vel stuprum inuita vel volente cōmisit, an veniat puniendus. Si dicimus eā fuisse libere volentē, nulla ei violentia siue offensio facta est, vt C. de transa. l. cum donationis. ff. de iniur. l. iij. & l. j. §. vsque adeo. quod qualiter intelligatur examinant ibi Dy. & Barto. & Dy. in regula scienti. lib. vj. Si violenter ei iniuria & offensio facta est. & sic in primo casu debet posse puniri de adulterio, quia in bannitam licita est offensio. Alia autem quæ in offensione non cadunt suæ determinationi relinquuntur l. si cum dotem. ff. solu. mat. cum si. Iuris autem determinatio est ꝙ adulterium etiam consentiente marito commissum punitur. l. ij. §. j. & l. fin. §. si publico. ff. de adul. Secundo casu non videtur posse puniri, quia quem licet occidere, licet contumeliis afficere l. nec in ea. ff. de adulte. Et ideo si ipsa accusaret nō audiretur virtute dicti statuti. Nec mirum ꝙ magis puniatur qui minus delinquit contra l. quod seruus. ff. quod vi aut clam, quia vno casu offendi bannitum & sic habet beneficium statuti alio non, & sic verba statuti non verificantur l. si quis in seruitute. ff. de furt. & de lega. iij. l. non aliter. cum simi. Prædicta quidem vera si habeatur consideratio solummodo ad iniuriam siue ad offensam factam marito vel patri, propter quā cuilibet iure suo licitum est accusare. ff. de iniur. l. j. §. vsque adeo, de adulte. l. ij. §. marito. &. §. si si mul. cum se. & C. de adul. l. iure mariti. maius esset dubium. Puto tamen ꝙ postquam in eo qui principaliter offenditur ipsum statutum non reputat offensam, quinimmo nec delictum vt dicam infra proxima parte. q. j. & sic nō reperitur principalis offensio, nō reperiatur etiam secundaria. Requiritur enim subiectum scilicet ipsa iniuria quæ hic virtute statuti esse non dicitur ergo agi non potest, aut p̄ patrem, aut p̄ maritum. Nec ob. dictus. §. vsque adeo. &. §. fina. vbi dicitur, quod licet filia agere non posit tamen egit pater vel maritus, quia ibi loquitur quando filia vel vxor voluntate sua exclusit se a suo iure quæ non potest patri vel marito præiudicare, nec vlterius extenditur exclusio l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & l. si quis seruum. de iureiur. & ibi concor. hic autem non ipsa filia vel vxor a tali iure se exclusit, sed ipsum statutum quod fortius operatur. Multa enim per legem fieri possunt, quæ non possunt fieri per pactum siue per partes, vt habetur in l. ius publicum. ff. de pactis. Nec obstat, quod dicitur ꝙ potest per legem fieri potest etiam per pactum, vt no. in rubr. C. de decre. dec. lib. x. quia illud verum quando pactum fit ab illis qui poterant legem facere, tunc enim talia conuertuntur, vt ibi, & habetur in l. ciuitas. ff. si cer. pet. Non autem habet locum in illis qui non possunt legem facere, vt d. l. ius publicum. & not. in l. non impossibile. eo. titu. per Doct. Et ꝙ hæc decisio procedat, probatur ex quocunque maleficio facto contra vnum læditur tota cognatio. l. lex Cornelia. ff. de iniur. Et tamen pro morte banniti vel alia offensione facta sibi qui iura cognationis non perdidit, vt l. iura sanguinis. de regu. iur. Et dictum fuit supra in parte præcedenti. qō. iiij. nullus agit vt dicā, vbi supra ergo nec nunc. Concludatur itaq; quod si bannita voluntarie carnali cognitioni cōsentit, poterit pater & maritus de adulterio vel stupro accusare. Statutum enim hoc casu sibi locum non vendicat. Si autem per vim cognita est, nullus agere potest, quia sibi locum vendicat statutum quod permittit impune offendi posse, Nec ob. ꝙ dixi supra in parte præcedenti huius temporis. q. lx. quia ibi loquitur quādo ab initio tempore offensionis filius non erat bannitus, & ibi tetigi. Nec ob. l. iij. §. si filius. ff. quod quisque iur. quia loquitur quādo oritur ius, sed ob. excep. vt ea. l. fi. hic autem nullum ius oritur, vt dicam in d. qō. j. Et sic non est vera decisio Iaco. But. quam refert Albe. vbi supra q. xlij. Et ista decisio de stricto iure verior est meo visu quā decisio Bal. qui in l. fin. C. si contra ius vel vtili. pu. tenuit contrarium per c. & si Christus. de iureiuran. quia illud c. potius facit contra eum cum pariter disponat de homicidio furto & adulterio. Duo autem proprie secundum ipsum ibidem permittuntur contra bannitum talem ergo & tertiū, quia si permittitur homicidium quod est maius delictum adulterio. xxxiij. q. ij. si quod verius. ergo & ipsum adulterium quod est minus. C. de sacrosan. eccl. auth. multomagis. cum si. Non obstat ratio sua videlicet ꝙ homicidium & furtum quādoq; permittuntur in cle. j. de homic. & de fur. c. iij. Adulterium vero nūquam, quia aliud est a statuto fieri actum licitum, quo casu militaret dictū suum, & aliud est pœnam remitti actu remanente illicito, vt patet ex no. in hac eadem parte. qō. xlix. secundum Ioan. de Lign. quo casu locū habet quod dixi. Statutum enim pœnam remittit & agit & agere intelligitur quantum potest & vt potest etiā diuersimode, vt no. in l. si quis maior. C. de transac. Pœna autem adulterij quo ad huius fori legibus subdita est. l. si adulterium cum incestu. §. j. ff. ad l. Iul. de adulte. facit quod habetur in l. j. ff. de iusti. & iur. ergo et statutis, vt l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Nec mirum quia etiam aliquando iure canonum adulterium non punitur licet remaneat illicitum iure poli, vt d. c. si quod verius. & ibi no. Facit xxiij. qō. ij. c. tolerandi. Et hoc casu non habet locum. q. xj. hac eadem parte quia sopita est in d. canone, ꝙ peccat iure poli. facit lex si quis in seruitute. de fur. Tu autem lector tene ꝙ placet. An autem ex tali violenta cognitione resultet regulariter accusatio adulterij vel non examino, quia non conuenit ad propositum remittens ad l. si vxor. §. si quis plane. & l. vim passam. in princ. ff. de adul. & l. j. §. remanet. ff. de postul.

47 Quadragesimoseptimo † pone e cōuerso vir erat bannitus vxor non bannita, ipsa commisit adulterium. Quæritur an de tali adulterio posit fieri accusatio vel inquisitio, quia vbi supra proxima quæstio. remisi ad primam questio. partis sequentis, tractabitur. plene quādo iudex posit vel non posit inquirere, vbi pars nō potest

potest accusare. hic breuiter de hac qõ. me expediam. Et dico aduertendum ꝙ aut maritus accusat iure mariti, vel iudex respectu illius iuris inquirit. Puta eo tẽpore quo nullus accusare potest præter maritum, vt l. iure mariti. C. de adult. cum concor. Et tunc non posſit per ea quæ dicam vbi supra. Si autẽ accusat alius puta pater vel extraneus iure communi. Et tunc posſit cognosci. Adulterium enim lege humana est prohibitum. ff. de adulte. l. j. immo & diuina iuxta illud Leui. cap. xviij. Non mechaberis &c. Adeo quod licet maritus consentiat, & sibi nulla fiat iniuria. tamẽ cognitio adulterij competit. l. ij. §. lenocinij. &. §. si publico. ff. de adult. Licet igitur maritus repellatur, non tamen repelluntur alij vt ibi, ergo nec iudex qui iure aliorum inquirit. De separatis enim habentibus diuersam rationem non fit illatio. l. fi. ff. de calumnia. & l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulte. cum si. Et ideo in hac ciuitate in qua est statutum ꝙ iudex non posſit inquirere, nisi inquisito prius iniuriam passo an velit accusare denuntiare vel notificare. Et si requisitus dixerit ꝙ nõ, tunc posſit inquirere. debet iudex bene aduertere. Si enim inquirit bannitum maritum. Et eo respondente ꝙ non vult accusare &c. iudex inquirit non procedit inquisitio. iure enim mariti cognoscit quod non potest. facit regula si quis in ius. lib. vj. cum no. instit. de publ. iudi. in prin. Requirat ergo patrem vel alios sibi proximos. & tunc poterit inquirere. Exclusus enim iure vno non intelligitur exclusus ab alio. l. filius. de inoffi. testa. l. si filius. de ope. lib. l. j. §. nunc videndum. de success. edic. cum simi. quæ decisio vtilis est ad multa. Ad quam vide Io. And. in mercu. super regula frustra. in iij. quæstio.

48 Quadragesimooctauo † pone statute statuto cauetur ꝙ bannitus posſit impune offendi. extat aliud statutum quo cauetur ꝙ nullus posſit portare arma offendibilia. Et repertus cum illis puniatur certa pœna. Quidam cum armis portari prohibitis interfecit bannitum, & rediens domum fuit inuentus cum armis prædictis. Quæritur de duobus, primo an puniatur pœna homicidij, secundo an saltem incidat in pœnam portantis arma prohibita. Sed quia ex decisione secundi clare infertur ad decisionem primi, circa illud primum non instabo. Et est sciendum ꝙ do. Thomas de azoguidis de Bono. disputauit hanc q. multum prolixe. Sed ꝗ breuius potero decurtabo suam referens intentionem. Et primo ad affirmatiuam quod puniatur arguit multis modis. Primo a ratione separatorum, quia de vno ad reliquum non arguit l. Papinianus exuli. de mino. delatio autem armorum est separata ab homicidio. Ergo licet homicidium sit licitum, non est licita armorum delatio. Secundo in his quæ facti sunt, vno posito non sequitur aliud. l. non hoc. C. vnde cogna. Sed occidere & arma deferre sunt diuersa & facti. ergo licet permittatur occisio, nõ infertur ad permisſionem alterius. Tertio quia facile fuisset concedenti vtrunque statutum illud imprimere in statuto de inuento cum armis. Ergo si non expresſit, intelligitur vt iacet, vt in l. vnica. §. ne autem. C. de caduc. tollen. Quarto vbi eadem ratio idem ius. l. a Titio. de verbo. obliga. sed causa & ratio statuti prohibentis arma portari est ne committantur maleficia. Ergo locum habet in proposito, quia cum ipsis poterat maleficia committere. Quinto a verbis & mente statuti quibus stari conuenit. l. non aliter. de lega. iij. & l. j. §. si is qui nauem. de exerci. Sed verba & mens statuti sunt vt occidens bannitũ excusetur, portare arma prohibita inuentus condemnetur, ergo &c. Sexto quia in generali concesſione non veniunt ea, quæ quis non esset specialiter concessurus. l. generali. ff. de pig. Sed quia ex delatione armorum oriuntur lites. C. vt vsus armorum inscio &c. non est verisimile quod princeps vel statuens in specie cõcesſisset portationem armorum, l. æquisſimum, de vsufruc. Ergo non venit in generali permisſione bannitum offendi posse. Septimo contrariorum eadem est disciplina. l. & si contra. de vul. & pup. l. de his qui sunt sui vel alie. iu. sed si de prædictis fuisset inuentus ante occisionem banniti cum armis prohibitis veniret puniendus, vt patet ex statuto, ergo & in eius contrario casu cum redit ab occidendo. Octauo concesſio larga intelligitur, dum tamen aliis statutis quam minus potest offendatur. C. de inoffi. testa. l. si quando. ergo concesſio offensionis siue occisionis banniti, debet intelligi saluo alio statuto de inuento prohibita arma portare. Nono in his quæ sunt de genere permissorum vt in matrimoniis habet locum limitatio dum tamen fiat secundum ordinem aliorum iurium, vt patet in matrimonio quod generaliter est permissum. l. j. de iusti. & iur. & tamen intelligitur modo alias non prohibito. C. de inter. ma. per totum. Permisſio ergo huius homicidij debet intelligi alias ꝗ cum armis portari prohibitis. Decimo arguitur a defectu seruatæ formæ, & alle. multa iura & inter alia. l. quod ait. de adult. ad l. aquil. l. Itaq. ad l. Cornel. de sica. l. furem. Vndecimo probat quia statutum non punit portantem arma, sed inuentum cum illis. Sed iste est inuẽtus cum armis, ergo licet esse permissum illa portare vt banni tum occideret, non tamen eximeret se a pœna inuentionis, quæ omnino sunt diuersa. Arguit etiam aliter a generalibus, sed non curo, determinat contrarium scilicet ꝙ veniat puniendus pro delatione armorum. Ex quo etiam determinat ꝙ nec propter occasionem, & allegat multas rationes. Ego autem assumam illas quæ mihi videtur ad causam facere & alias omittam & succincte concludam. Primo ergo probat suam decisionem vno permisso omnia videntur permissa ex quibus facilius perueniatur ad permissum, ar. ff. de acqui. hęre. l. nec his. & l. illud. sed cum armis potest occidi bannitus facilius, quod est permissum, ergo videtur permissum illa ob id posse portari. Secundo ad remotionem generis remouetur, quælibet eius species. de fun. instru. l. fundi. & C. ne fi. rem quam ven. l. j. & ij. Sed occidens bannitũ remouetur generaliter a pœna ergo & a quocunq; speciali. Si ergo puniretur pœna delationis

armorum

armorum non esset a pœna remotus. Tertio propter naturam cõtrariorum. vno prohibito prohibetur omne illud quod venit ex eo vel ob id.l.nõ dubium.C.de legi.ergo econuerso vno permisso, permittitur omne illud quod venit ex eo, vel ob id,sed occiso bannito sequitur reportatio armorũ, ergo id videtur esse permissum. Quarto a maiori, quia permittitur occisio quod est maius,ergo delatio armorum ob illam causam, quod est minus.lege nec in ea.ff.de adulte. Quinta quia beneficium principis debet late interpretari.l.fi.de cõsti.princip. Et sic cum reddatur immunis ab homicidio. ergo & a quolibet eius parte, & sic a delatione armorum.Sexto quia sicut vna lex declarat aliã. l.non est nouum & l.nã & posteriores.ff. de legi. & quod no.in l.sciendum.ff.qui satisda.cogan.ita vnum statutum debet aliud declarare.l.omnes populi.& l.ius ciuile.ff.de iusti.& iur.& ideo statutum quod non permittit arma portari determinatur per aliud quod permittit bannitũ occidi ,scilicet vt intelligatur nisi portarentur causa occidẽdi bannitum. Septimo a natura accessorij ad principale, quia permissa est occisio quod est principale, ergo & delatio armorum quod est accessorium, maxime quia interest reipulicę vt malefactores puniantur, & sic per omnem modum l. ita vulneratus.ff.ad l.aquili.inducit.l.et si non sint.§. perueniamus.ff.de auro & argen.lega.cum si. Vltimo inducit.l.illud.§.fi. cum si.ff.ad l. aquil.s.vt consideretur ipsum propter quod fit aliquid nõ ipsum quod,fit.Et ista est melior ratio ꝙ fecerit vna cum illa ꝙ vnum statutum declaratur ab alio. Si enim quis caperet arma,& occideret hominem & caperetur nõ puniretur nisi de occiso,quia in illo confunditur omne præambulum,vt l.nunquã plura.ita & in proposito, quia homicidium quod est permissum trahit ad se delationem armorum.Sit ergo conclusio ꝙ quia statutũ de inuento cum armis generale restringitur & declaratur ab alio, vt dictis iuribus.& authen. offeratur. C. de litis contesta.vnum confunditur in alio,vt dictus inuẽtus cum armis puniri non debeat. faciunt pro hoc no.per Bar.in l.quęsitum.§.pe.ff.de fun.instru. Et hanc decisionem intelligo verã si non esset magnũ interuallum inter occisionem banniti & inuentionem cum armis, argu.l.cõtractus.C.de fide instr. cum si. Hoc autem an sit longum interuallum vel non secundum locorum distantiam & facti qualitatem iudicis arbitrio relinquatur, ar.l.j.in fi.de iure deli.cum si.Ex quibus etiam patet ꝙ id quod dicitur de inuento in reditu haberet locum etiam in eo qui repertus esset in eundo ad illum occidẽdum si iudici de eo constaret.per easdem rationes. Vnum tamen nota ꝙ dictante statuto vt supra nõ sufficeret ad pœnam exigendã sola inuentio nisi fuisset etiam apprehensus, vt l.si barsatoram.C. de fideiuss.& ibi per Bar.& in l.j.ff.de acqui.poss. per Cyn.C.eo.titu.l.licet.

49 **Nono & quadragesimo.** † Sempronius volens interficere Titium bannitum eum fuit insultatus,Titius aliter mortem vitare non valens occidit Sempronium, Quæritur an illud licite facere potuerit cũ fecerit se defendendo per l.vt vim. ff.de iusti.& iur. & ad l.aquil. l. scientiam.§. qui cum aliter.& C.vnde vi.l.j.Quia hæc q.tangitur per Doct.in d.l.vt vim.possem cum eorum determinatione sentire. Sed vt determinatio reddatur vtiliore arguam breuibus rationibus ad partes, deinde decidam.Primo ergo ad affirmatiuam arguo.banniti de quibus agimus non perdunt naturalia siue gentium iura,vt dictum fuit supra parte proxi.q. v. Sed de iure naturali est talis defensio permissa vt dictis iuribus.et l.j.§. cum arietes.ff. si qua.pau.fe.di.ergo id facere licuit. Secundo licet statuto dicatur ꝙ non audiatur agendo vel defendendo illud intelligitur in iudicio,ꝙ autem de facto non possit se defendere illud statutum non dicit,nec etiam aliud dictans quod possit impune offendi. ergo vltra id quod in eis contineatur nõ deberet extendi.ff.ad munici.l. constitutionibus. & l.quicquid astringendæ.de verbo.obliga. Tertio dicta defensio est naturalis, & cum præsupponatur eum aliter mortem vitiare non potuisse est necessaria,ergo tolli non potuit.immo non intelligitur tolli per statutum , vt in cle.pastoral. de re iudi.& quod non.Inno.in ca.cum inter. de exec. Quarto pater & maritus possunt occidere adulterum,vt l.patri.& l.quod air.ff.de adulte.& l.nec timorẽ.quod met.cau. tamen adulter propter metum talis mortis aliquid promittendo potest agere actione quod met.cau.vt d.l.nec timorem.ergo patet quod poterat se defendere, si enim non potuisset se defendere omnis promissio deberet esse licita, quia non posset dici iniustus metus illatus.eod.titu.l.similiter.in prin.iuncta.l.qui in carcerem. Quinto lex generaliter dicit,ꝙ quicunq; licitum est redimere sanguinẽ suum.l.j.ff. de bo. eo.qui mor. & not.in l.transigere.de transact.C. & qualitercunq; .& si generaliter loquitur in personis et in modo,ergo etiam istum comprehendit. l.j.§.& generaliter.ff.de leg.pręstan. Pro hac parte possent multa dici, sed pro nunc hæc sufficiant. In contrarium ꝙ immo veniat puniendus & sic ad negatiuam arguitur. Primo quando alicui infertur iusta iniuria,tunc non licet illam propulsare,vt not.in l.vt vim.pręall. tunc enim non dicitur iniuria.institu.de iniurijs in prin. Sed volens occidere bannitum licite faciebat virtute statuti, ergo non fuit licita offensio contra eum. Et pro ista ratione alle.Bar.ff.ad l.aqui.l. iiij. Secundo videtur casus in l.ij.C.quando lic. sine iu. vin. & ibi sentit glo.secundum Bar.qui determinat.in d. l.vt vim. Tertio allegatur etiam pro casu l.si seruus.C.de his qui ad eccle.confu.Quarto probatur ratione, sic, virtute dicti statuti priuatus agit authoritate publica, & videtur constitutus publicus officialis, vt dixi supra in hac parte.q.xlv.ergo ei non potest fieri resistentia.C.de iur.fisci.l. prohibitum.lib.x.& l.deuotum.de metha. eo.lib.& ff.de rei ven.l. qui restituere.cum enim succedat loco iudicis, sequitur ꝙ talis resistentia non est iusta.xxiiij.q.v.c.non est nostrum. Pro hac parte facit decisio domini Thome de azogui. in publica disputatione in qua per multas rationes,& maxime ne offendens vel volens offendere,siue occidere

dere legis authoritate decipiatur.l.ij.C.de his qui ve.ætа. impe. & per iura prædicta determinauit patrem volentem occidere adulterum inuentum cum filia non potuisse impune occidi ab adultero aliter mortem vitare non valente. ad quod vltra prædicta alle.j.C.de exac trib.& C.de deser.l.ij. lib.xij.& l.quoniam.C.ad l.Iul.de vi. & incipit eius disputatio. Pater adulterum inuentum cum filia. vt tamen ipse ibi dicit, ille casus est magis dubitabilis, quia patri non permittitur indistincte occidere adulterum, sed tunc demum si etiam filiam occidit.l.quod ait.& l.patri.& ideo cum nõ constet, an iure licite faciat magis est dubitandũ. ad quod facit.d.l.nec timorem, licet tamen ipse non dicat si iam pater filiam occidisset minus esset quæstio dubitabilis, quia amplius de licito iure dubitari non posset. Sit ergo conclusio ꝙ talis bannitus non potuit impune facere, & sic debeat puniri. Qualiter autem puniri debeat dicã infra postquam responsum fuerit rationibus supra scriptis in contrarium factis. Quibus sic respondetur: nõ ob.prima ratio, quia illud quod dicitur bannitum non perdere iura gentium vel naturalia est verum nisi a statuto aliud expresse vel tacite disponatur, vt d.l.ij.quando lic. sine iu. vin. iuncta.l.omnes populi. & dixi supra hac eadem parte.q.ij.vbi.dixi defensionem facti tolli posse, & iuris causa subsistente. Non obstat quod statutum non extendatur, quia ipsum extendit lex virtute necessariæ consequentiæ.l.si ita stipulatus fuero per test. de verbo. obligatio.l. lex Iul. de fun. dot.& plene per Doct.in l.omnes populi. Si enim offensio fit per statuta licita, ergo sequitur necessario ꝙ defensio est illicita,& sic illud statutum disponere intelligitur. Et sic responsum est ad tria priora. Ad quartum argumentum respondetur tribus modis. Primo ꝙ intelligitur illa quando illicite poterat occidi, vt quia non incontinenti vel sine filia, alias secus vt l. accusationis. C. quod met.cau. Secundo ꝙ licet posset occidere non tamen potuit propter id aliquid recipere, de condi. ob tur.cau.l.ij. Tertio quia ibi loquitur in eo qui non est effectus hostis reipublicæ, & ideo non vt ministro legis erat permissum, sed vt priuato vbi nota. Priores tamen sunt generaliores, & melius faciunt ad propositum propter determinationem domini Thomæ præfati. Sed illa iura non multũ faciunt ad nostrum propositum, quia hic indistincte permittitur occidi, & sic semper constat quod est iusta offensio ibi non sic, & sic non proceditur a pari. Vltimum ar.non ob.quia licitum est redimere sanguinem, non tamen alium offendendo, aut enim eius sanguis iniuste effundi volebat, & tunc omnimodo lꝫ redimere, vt in l. vt vim. Aut iuste & sine alterius sanguinis effusione redimere volebat,& idem vt in iuribus in contrarium alle. aut cum alterius effusione, & dicendum.est ꝙ nõ, vt d.c.non est nostrum facit tex. in ratione sui in l.assiduis.C.qui po. in pig. ha. cum enim in hoc conflictu de conseruatione sanguinum agatur, magis fauetur sanguini iuste agentis ꝙ̄ eius qui iniuste egit. Ioan.autem de Lig.in tract. de bello in iiij.art.versi.viij.concludit ꝙ aliquando lex permittit aliquid, quia nullo iure prohibetur.xxxj. q.j.hac ratione, aliquando permittit aliquid contra constitutiones humanas vt contrahere olim in quinto gradu.xxxv.q.iij. c. quodam. Aliquando & sic tertio modo permittit actum tolerando, non quia alias illicitum faciat licitum, sed actum non punit, vt dicit tex.iiij.di.c.denique.& xxxiij.q. j. si quid verius. Ex quibus infert ꝙ si statutum permitteret tolerando & pœnam remittendo actu remanẽte illicito, tunc liceat bannito se defendere. Si vero permittit positiue faciendo de actu illicito licitum, tunc non possit se defendere; quia legis ministerio offenditur quę iurisdictionem tribuit.l.& quia.de iuris. om. iud. & sic cum effectu concludit eum in proposito puniendum. Licet aũt dictus bannitus aggressorem occidens veniat puniẽdus ex tali homicidio propter quod posset iterum banniri vt dixi in primo tempore parte.j. q. iij.Non tamen ẽt secundum prædictum do. Tho. debebit puniri de homicidio doloso, sed culposo tantum.ar.C.ad l.Cor.de sicar.l.j. cum ibi no.ff. ad l.aquil.l.si putator.& insti.eo.titu.§.item si putator.et ita etiam in eo qui excessit modum defensionis.tenuit Ioan, Andr. in addi.Spe.in rubri. de homi.per legem.l.Corne.de sicar.& d.l.j.alle. ẽt c.olim.de resti.spo.& ita dicit fuisse seruatum.ita etiam dicit Bald.in c.si quis sua.x.col.de pa.iur. firman.& alle. Ioan. And.in c.significauit.de pę. & remis. & ita in hac ciuitate iudicatum fuit in eo qui vt defenderet siue vindicaret fratrem secũdum formam statuti iam percussum cum lapide illum qui percussit interfecit. Fuit enim punitus de excessu non de homicidio non enim incontinenti expirauit, sed ex postfacto.& sic non contradicit ei quod dicam in fi. proxi.q. Sed aduertendum quia illo casu ꝙ in casu Ioan. And.licita erat defensio vel offensio ad vindictam, vt dixi, sed cum moderamine. & sic dabat operam rei licitæ. In casu autem nostro dabat operam rei illicite, quia verberatio aliqua causa defensionis, non erat licita.& sic videtur fuisse in dolo per no. Cy. in l. j.ff.quod quisque iur. & per Bartol. & alios in l. diuus .ff. ad l. Corne.de sicar. Et ideo forte hoc casu non habebit locum decisio vltimo dicta, sed puniri debebit lege Cornelia cum sciret se impune offendi posse. Pro quo videtur casus in d.l.ij.C. quando lic.sine iudi.vindica. Pro quo vide quod habetur in c.sicut dignum.de homicidio.

50 Quinquagesimo loco † quia vt supra dictum fuit in proemio in hac materia statuta diuersimode loquuntur mutatis in aliquibus terminis statutorum. Ponitur statuto caueri ꝙ bannitus pro eo quod fecit contra statutum ciuitatis possit impune occidi, bannitus vero pro membri abscissione vel procicatrice vel pro percussione sanguinolenta possit excepta morte qualitercunq; offendi in duplum. Bannitus autem pro insultu non possit, nisi manibus vacuis offendi. Ex hoc statuto oriuntur varij & diuersi tituli quæstionum & ideo incipiendo a prima parte. Quæro Titius fuit bannitus ad mortem ex eo, & pro eo ꝙ super platea communis interfecit hominem propter quod insurrex-

surrexit rumor, quæ omnia fuerunt contra honorem & statum communis Florentiæ, vt in banno dicebatur, demum fuit a Sempronio interfectus, an impune occidi potuerit. Hæc q. subtilis est, & habet duos passus. Primus est an dicatur bannitus ex eo ꝙ fecerat contra statum. Et videtur ꝙ sic, quia verba inquisitionis siue processus ita se habent, & illud continent, ergo eis stari oportet l. cum quædam puella. de iurisd. omn. iudi. præsertim quia omnia in inquisitione contenta intelligitur fuisse confessus, & sic confessioni standum l. in eos. & l. fi. ff. de custo. reo. Sed non insistendo in superfluitate verborum veritas est in cõtrariũ. debet enim verba dicti statuti intelligi de eo qui principaliter fecerit contra statum, non autem de eo qui secundario. proprius enim significatus est in his quæ per prius significantur non in his quæ per posterius l. quid liberis. §. hæc verba. ff. de vul. & pup. substi. Et sic debet intelligi in statutis hoc esse verum, patet ex regula generali quæ est, vt statuta recipiant passiuam interpretationem iuris communis l. ij. C. de noxa. & no. in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. fin. ff. de iureiur. & C. de iur. deli. l. fi. §. in computatione. Sed dispositio iuris cõis super aliquo simpliciter facta intelligitur quando illud principaliter fit, non quando secundario vt ostendam, ergo & ita in statutis qđ debeat intelligi principaliter probatur in multis iuribus in l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iu. & ibi tangit Iac. Bu. ff. de in integ. resti. l. non solum in fi. & quod ibi no. per glo. & Guil. si cert. pet. l. si quis nec causam. & quod ibi per Iac. Bu. De quo dicam infra parte proxi. qõ. vj. Et pro hac decisione est tex. optimus in l. j. §. merito. ff. deposi. & ibi per Bal. deciditur hæc qõ per illum tex. probatur etiam in l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. & optime facit text. in l. famosi. ff. ad l. Iul. maie. in. §. hoc tamen crimẽ. Ex quibus ita sepissime extitit iudicatum. Non ob. narratio facta in accusatione siue inquisitione, quia aut intelligitur non principaliter, sed secundario, vt sic cõformet se cum iuris communis dispositione l. Lucius §. pe. ff. ad muni. cum sim. & non habet obstare. Aut aliter intelligitur, & illud nihil releuat, aut accusatorem, aut iudicem. l. j. §. accusationem. ff. ad turp. & C. de sen. l. si ex stipulatione, quinimmo nec confessio. l. confessionibus. ff. de inter. act. & l. ornamentorum. ff. de aur. & ar. leg. Sed contra prædicta videntur facere no. per Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fa. vbi dicit ꝙ secundum ordinem intellectus vterque læditur principaliter. s. priuatus & respublica. Sed non ob. quia aut illud loquitur in fauorabilibus dispositionibus & non in odiosis, vt in regula odia. lib. vj. Aut si verum est ꝙ lædatur, vt dicit non tamẽ læditur circa statum alias diceremus esse omne maleficium circa statũ reipubli. Offenditur enim illa, & ideo eius interest, vt maleficia puniantur l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. & tñ certissimum est ꝙ regulariter non dicuntur committere cõtra statum ciuitatis regularia maleficia committentes, vt furta, homicidia, & similia, & est tex. i d. §. hoc tñ crimẽ. Non ergo defenditur Sempronius a prima parte statuti. Et ideo restat secũdus passus siue articulus. s. an defendatur ex interpretatione siue ex ensione. Et primo vr̃ dicẽdum ꝙ sic, quia tale statutũ quod banniti possint impune offendi est factũ fauore reipub. ergo debet extendi. l. ij. §. exercitium. & ibi gl. ff. de his qui no. infa. Idem si non sit mere fauorabile reipublicæ, sed partim odiosum ipsi bannito, iuxta no. in l. ij. C. de in ius vocan. Idem si sit penitus odiosum, quia etiam in pœnalibus proceditur de similibus ad similia vt no. in l. si pignore §. si post distractã. ff. de pig. act. & in l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. & eo. titu. l. quid ergo. §. pœna grauior. In contrarium ꝙ immo non eximantur a pœna homicidij per dictũ statutũ. Nam aut ipsum statutũ dr̃ in totũ odiosum & pœnale, & nõ debet extendi, vt not. glo. in l. pe. ff. de in ius voc. & l. furti. §. fi. de his qui not. infa. & in regula odia. Aut dr̃ partim fauorabile & partim odiosum; & quatenus continet odiũ. s. respectu bãnitorum nõ extenditur, sed restringetur, vt habetur in d. l. ij. C. de in ius voc. & ff. eod. ti. l. sed si hac. §. patronũ. & quod hr̃ in l. cũ hi. §. qui transigit. de trãsa. & in l. iij. C. quod me. cau. Circa hunc articulũ multa dici possent. Sed quia essent extra propositũ me in breuibus expediam. Concludens dictũ statutum exorbitans a iure cõi non extendi, nisi quatenus absurditatẽ contineret si non extenderetur. ff. de pe. hær. l. si a domino. §. si prædo. de excu. tut. l. scire oportet. §. oportet. cũ si. & hoc per regulam generalem, quæ habetur in auth. quas actiones. C. de sa. san. eccle. & plene in l. oẽs populi. Statutũ ergo præmissum eximit a pœna offendentem etiã ad mortem bannitum pro eo qđ fecerit contra statum. Iste non erat de illis, ergo non continetur in statuto. Ei enim non conueniunt verba ergo nec dispositio legis hos accusare. §. fi. ff. de accu. cum si. Item eximit offendentẽ bannitos pro cicatrice &c. & certo modo. De bãnitis aũt pro homicidio nihil dicit, ergo remanẽt in iuris communis dispositione l. commodissime. ff. de lib. & posthu. l. si cum dotem. ff. solu. matri. Sicque impune occidi non possunt. Quia tñ absurdum esset ꝙ banniti pro minori delicto possent offendi, & banniti pro maiori non. contra l. non solũ. ff. de noxa. Puto dicendum ꝙ tales banniti possent offendi, prout possunt banniti pro cicatrice & debilitatione &c. argu. eorum quæ not. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pac. & quod not. in auth. de colla. §. vt prohibemus. vbi perditio membri æquiparatur perditioni vitæ. habetur etiam in l. imperium de iurif. om. iu. per Bart. in l. ij. de pub. iud. per Bal. in l. reos. C. de accu. Et erit vtile in proposito, quia cum ipsum posset excepta morte qualitercunque offendere non punietur de homicidio simpliciter sed de excessu, vt dictum fuit supra proxi. q. quod intelligo verum si ex verberationibus vel vulneribus non statim expirasset. Tunc enim non præsumitur illum voluisse occidere, sed quatenus sibi permittebatur offendere. Si autem animose ei tot vulnera intulisset quod eum statim fecerat expirari, volens de eius morte certificari, tunc non puto eum modo aliquo defendi ab homicidij pœna, apparet enim quod

aliud ꝙ quod sibi permittebatur facere voluit, extra de homi.c.significasti.ad l.Cor.de sica.l.j. & ideo non tanꝙ modum excedens, sed tanquam omnino aliud permisso faciens punietur l. diligẽter.ff.mand. In incertis enim non certis locus est coniecturis l.continuus.§.cum ita.de verb.obl.

Circa idem statutum alia insurgit quaestio. Et ideo quinquagesimo-51 primo quaero. † An bannitus pro amputatione membri vt sicut ille possit offendi. ita bannitus pro amputatione digiti. Haec.q.est vulgaris, & in multis iuribus tractatur. Primo enim text.cum glo.& ibi Docto.communiter in l. non sunt liberi.ff.de sta.ho. tenet ꝙ digitus non sit membrum, sed officium membri, & ita dicit ibi Bar. se consuluisse.alle.l.idem Ofilius.ff.de aedi. edic.ad idẽ alle. Rich.de Saly.eo.tit.l.quaeritur.§.si quis igitur.ad l.aquil.l.inde Neratius.§. idem Iul.& de leg.ij.l.peculium.§.quadrigae.& C.de ser.fug.authen.sed nouo iure. Nec ob.quod videatur abscindere partem membri. & sic sit idem ius quod in toto membro, vt l.quae de tota.ff.de rei ven.quia illud verbum vbi est eadem ratio. arg.in d.l.imperium. & quod ibi habetur, sed hic non est eadẽ ratio, quia statutum ponderat facti atrocitatem, vt ex se patet, ita dicit Bald.in d.l.non sunt liberi.Barto.vero in l.ij.ff.de pub.iu. multum no.dicit ꝙ proprie loquendo digitus non est membrũ, proprie enim est corporis pars. Membrum enim dicitur a metior metiris.largo autem modo dicitur membrum quaelibet particula corporis, sicut in domo quilibet lapis dicitur pars domus, vt not. in l.eum qui aedes.ff.de vsucap. licet habeat proprie suas partes per distinctionem officiorum seu ministeriorũ, vt salam, camerã, coquinã &c. l.si finita.§. ex hoc edicto.ff. de damn. infect. & ideo cum statutum debeat proprie intelligi, talis non dicitur bannitus pro membri abscissione seu amputatione, & sic non continetur in statuto quod dicit esse verum, nisi ex verbis statuti aliud colligatur. Puta si dicit si quis absciderit alicui membrum ei simile membrum abscindatur. Si enim absciderit alicui digitum similis digitus ei abscindetur per relationem qualitatis ar. l. nonnunquã. ff. ad Tre.& idem refert & sequitur Bald. in d. authen.sed nouo iure. Et addit ꝙ si extrahet dẽtem.dabit alium dentem, sicut dicimus in poena talionis. & alleg. quod not. insti. de iniur.§.poena. Subdens quod ea quae non proprie dicuntur membra possunt diminuto vocabulo appellari membrula; quia non est aliquis digitus in manu qui officium proprium non habeat, vt docet experientia. Ipse tamen Bald.in l.reos.C. de accu. in ij.colum.dicit quod omne id quod habet in corpore nostro propriam & distinctam operationem est membrum, vnde oculus cuius proprium est videre, auris cuius proprium est audire, nasus cuius proprium est odorare, lingua cuius propria est operatio gustare, manus cuius propria operatio est tangere, pes cuius propria operatio est ambulare, sine dubio membra sunt per se potentia habentia proprias & distinctas operationes. & alle. partem iuriũ superius alle. extra de corpo. viti. per totum. & ex praedictis patere dicit ꝙ membra generationis sunt membra quae habent proprias, & distinctas operationes, immo secundum eum dicuntur esse membra valde nobilia, & per quae saluatur species humana dicens ꝙ mutilans illa punitur tanquam inimicus naturae eo modo quae puniretur si occiderit l.iij.ff. ad l. Corne. de sica.& subdit ibi, ꝙ quia barba est pars formalis corporis amputans barbam dicitur amputare membrum.argu.l.in rem.§.primo.ff.de rei vẽ. quod not. & adde quae ipse not. in l. data opera. C.qui accu.non pos. vbi dicit ꝙ mammillae mulierum sunt membra, sed non mamillae hominis, & nihil allega. Praedicta quidem intelligenda sunt in membro habente suam virtutem siue operationem, si autem esset aridum dubitatur an veniat appellatione membri. Guil. & Ray.in l.sed & si pupillus.§.proscribere. ff. de instito. tenent per illum text. ꝙ sic, & alleg.l.iij.§.ij.ff.ar. fur. ce. Bald.in d.l.non sunt liberi. dicit contrarium, alleg.not. in l.vitem.ff.arbo. fur. ce. vbi tangit Iacob.de Aret.& hoc verius puto si statutum dicit.si quis debilitauerit membrum siue manũ &c. Ea enim quae non habent sensum siue vigorem debilitari non possunt l.decem, de verbo. obliga. cum simi. Si autem statutum non referret se ad sensum aut officium ipsius membri & tunc credo veram decisionem Guil.& Ray. vt puta quia statutum dicit si quis offenderit alicui oculum, licet enim obscuratus sit siue obcecatus, sit tamen ita cecatus cum corpore est vnitus & ideo patitur effoditionem, & idem si statutum diceret si quis amputauerit alicui manum, & ita videtur tex. in d.l.vitem.quae est lex iij.§.j. versicu. ideo facit l. amissae nauis. cum ibi not.ff. ad l. rhod. de iac. Quod forte potest dici esse verum si manus vel oculus a casu aridi facti sunt. Si autem a natura sic producti fuissent tunc secus esse videtur. Cum non habuerint primordium veritatis, vt d. l. vitem.§.si quis ex seminario. facit l. cum filius.§. haeres.de leg.ij. & fateor praedicta procedere in statutis quae intelliguntur, vt iacent, si autem in sententia contineretur quod alicui deberet amputari manus, tunc non videtur satisfieri sententiae, nisi amputetur virens & non arida. Illa enim intelligitur vt poenam afferat.ff. de poen. & C. per totum, quae non esset si verificaretur in manu arida, & ita intelligatur ꝙ dici solet in d.authen.sed nouo iure.C.de ser.fug. Contrarium tamen fuisse determinatum refert, & sequitur Ioan. And. in regula in poenis lib. vj. in mercu. dicit enim illud esse verum membrum & valere ad decorem j.q. j.c.sicut vrgeri.& sic poenã continet pro quo facit l.si de interpretatione.& l.praeses.ff.de poen.Quę decisio potius fundatur in ęquitate ꝙ iuris rigore vt ibi patet. Quę ęquitas cessaret si pp delictũ cũ manu valida commissum sic damnatus existeret. tunc enim ex collatione processus declaretur sententiam debere intelligi de manuquę delinquit, & sic valida.ar.ff.ad Treb.l.nonnunquam.& qđ dictum fuit supra circa princi.q.Bald.vero in l.j. C.qui accu.nõ pos.in fin.tenet simpliciter ꝙ manus non habens aliquod officium nõ dicatur membrum.

brum.alle. Aristotelem in j.de anima. & in iiij. Metha. ad fi. Ex his colligitur ad propositam q. An bannitus pro amputatione digiti dicatur bānitus pro amputatione membri. & dicitur ꝙ non. quod intellige nisi ex vulgi opinione aliud diceretur l. Labeo. de suppel.le. de verbo.sign.l. Alfenus.cum si. Item colligitur quando quis dicatur bannitus pro amputatione membri. Sed incidēter quæritur an saltem dicatur membrum debilitare ille qui amputat digitum, Bal.in d.l.nō sunt liberi, dixit ꝙ sic, & patere dixit in effectu, læsa enim est membri operatio. Et idem videtur velle Bar.in d.l.ij. de publi.iud. dicens ꝙ tunc videtur debilitatum mēbrum qñ eius officium aliqualiter impeditur, alle.d.l.idem Ofilius. & idem Ia.Bu. dicens considerandum esse quis digitus sit amputatus, vt ipse scripsit in d.l.non sunt liberi. quod Franc.de Are.in l.et quantum.de ædil.edic.intelligit verum dumtamen ad minima officia non trahatur per l.j.§.sed sciendum, eo.titu. Probatur decisio prædicta, quia illud quod est debilitatum non est sanum, vt ibi, & eo.tit.l. Idem Ofilius. & ideo vbicunq; dicitur ꝙ propter id quo quis caret non est infirmus, & sic remanet sanus, sequitur ꝙ non est debilitatus per locum a consequenti destructo. Et ideo dicitur ꝙ qui caret dente vel testiculo non dicitur debilitatus nec membro mutilatus l. Pomponius. & l.cui dens. eo.ti. debet etiam intelligi hoc in debilitatione perpetuo remansura, vt dicā infra proxi.q. Et ex his prædictis puto quod hoc an sit debilitatum membrū vel non remaneat in arbitrio iudicantis, qui debet cōmittere iudicio peritorum, vt in iuribus infra proxi. q.alle. nisi ex facti euidentia appareat notoria debilitatio l.si irruptione.fini.reg. Quid enim si vni scriptori, vni pictori, vni presbytero, videt in totum amputatum policem qui reponi non potest. certe videt illius manus officium fore priuatum nedum debilitatum. Et ideo tunc re existente clara medicis commissionem non faciet. Facit de cle.egro.c.presbyterum. & de cor. viti.c.j.ij. & iij. & d.l. & quantum. & quod not.l. inde Neratius.§.idem Iul.ff.ad l. aquil. si autem digitus non est penitus remotus, sed os est fractum vel inclusum, sed non taliter ꝙ secundum peritiam medicorum curari non possit, recurrendum erit tunc ad commissionem secundum quod dicam infra proxi.q. Sed si videt modicam scissuram factam esse, tunc a seipso iudicabit imponendam esse pœnam simplicis vulneris, vt d.§.sed sciendum, vt l. vulneris.ff.de iniur.

Stante eodem statuto supra quinquagesima q.descripto. Sequitur quinquagesimosecundo † videre quando quis dicatur bannitus pro cicatrice, vt sic excepta morte qualitercunque offendi possit. Iste articulus est subtilis & pulcher, & quotidie versatur in practica. & propterea deberet late examinari, vt tamen non aliter ꝙ̄ promiserim euagari contingat quam breuius potero quæ per alios & per me inuestigari vidi his subiiciam, vt habeatur notitia veritatis. Aut saltem ad illa inuestigā da detur materia iuxta posse. Ad cuius articuli doctrinam sciendum est, ꝙ quibuscunque statutis exaggregantibus siue aggrauantibus pœnas, vt in proposito punientibus, actius facientes, vulnera cum cicatricibus ꝙ̄ sine non intelligitur hoc nomen, ita ruditer vt iacere videtur. Cicatrix.n. est corporis deformatio, ita dicit tex.in l. locū.§. j.ff.de vsufru.ibi. Nec corpus cicatricibus deformetur. Sed intelligitur de tali deformatione quæ sit in apparenti parte corporis, sitque ibi perpetuo remansura, sic enim in exaggeratiuis talia cōsiderantur, vt probatur. ff. de iniur. l. prætor.§. atrox. & l.vulneris magnitudo.ff. de pœ.l. aut facta. per totam probatur apertius in l.fi §.quoties. ff.de ædil.edic. & extra de cor. viti. c.ij. vbi in his quæ non sunt leuis effectus perpetuitatis morbi consideratur. eius enim morbi quod est in via salutis nō habetur consideratio l. quæritur.§.idē ait.eo.ti. & dicitur esse in via salutis quando propter diligentem curam Casus enim eueniens ex defectu curationis morbi malitiæ non ascribitur, sed egri culpæ vel ignauiæ l. qui occidit.§.fin.ff. ad l.aquil. & quod habetur.C.de emen. propin.l. j. & per Bart.in l.fin.ff.de sica. Et ad sic intelligendum statutum astringit nos viua ratio. Ante namque perfectam curam ex quolibet vulnere in facie illato vituperatur facies & deformatur. Item in consolidato vulnere semper certo tempore remanet quoddam vestigium siue quædam effigies quæ demonstrat fuisse vulnus de illa enim non intelligitur statutum alias superfluum foret, cum vt dixi ex quolibet vulnere id sequatur. Intelligitur ergo statutum de cicatrice perpetuo remansura. Pro qua determinatione facit ꝙ verba legis sine temporis determinatione prolata ad tempus perpetuum intelliguntur.ff. de condi. inde.l.sufficit.l. Iurisperitos.ff.de excusa. tut.C. de pœ.l.seruus.ff.de bo.aut.iud.pos.l.in venditione. .§.j. Item de ea deformatione intelligitur per quā corpus deformatur in apparenti loco corporis qđ etiam probatur, quia potest esse effigies deformās corpus & tamen non diceretur cicatrix. probatur in d.l.quæritur, §.fi.de ædi.edic. & in l.fin. ff. de his qui deiec. vel eff. vbi ponitur disiunctiua inter cicatricem & deformationem. & sic patet ꝙ non omnis deformitas dicitur cicatrix. per illas enim interdum dignoscitur homo.l.stigmata, C.de fabri.lib.xj. vbi vide not. dictum Bartol.l. j.in fin.ff. de ser.fugi. vbi tex.not. facit differentiam inter notam & cicatricem. Licet enim appellatione notę contineatur cicatrix. non tamen econuerso appellatione cicatricis continetur nota, vt ibi patet. intetelligi etiam debet statutum de ea cicatrice, quæ ex vulnere perpetuo remansura sit habita diligenti cura, quia semper verba maxime statuti debent intelligi vt inspiciatur causa proxima & non remota.ff.quod met.cau.l. metum.§.sed licet verum, quia talis cognitio non pertinet ad iudicem iuristarum quando casus occurrit, debet fieri cōmissio medicis qui iurati referant an ex vulnere sit perpetuo remansura cicatrix.l.semel.C.de re mili.l.xij.l. j.§.j.ff. de ven. inspi. & in proœmio fforū.§.j.de stat. ho. l. septimo mense. extra de homi.c.significasti.cum simi.

Si ergo facta commissione seruata forma medici iurati referunt ex vulnere remansuram perpetuo cicatricem, & sequitur condemnatio, tunc dicetur quis pro cicatrice damnatus. Si autem inquisitus vel accusatus non comparuit, & propterea seruata forma statuti nulla facta commissione contumax fuit habitus pro confesso, & deinde damnatus siue in banno positus est aduertendum. Nam aut accusatio siue inquisitio simpliciter dixit vulnus fuisse factum cum cicatrice. Aut adiecit verba perpetuo remansura. Primo casu non dicetur bannitus pro cicatrice, prout requirit statutum, quia cum possit intelligi de temporali & perpetua in dubio intelligitur de temporali. ff. de pœn. l. si præses. Vide tamen quod dicam infra ad fin. quæstio. vbi declarabitur hoc dictum. Secundo casu aut narratur vulnus fuisse in apparenti parte corporis, & intelligetur condemnatus siue bannitus pro cicatrice. nullus enim apparet error, & ideo confessioni statur l. in eos. & l. fin. de custo. reo. Aut in parte occulta, & non habebit locum statatum, vt patet ex præmissis. Puto tamen ꝙ cum hæc subtilis inuestigatio non cadat in mente siue discretione idiotarum, sicut dicitur in simili in l. quid si nepotes. ff. de testa. tut. ꝙ offendens bannitum pro vulnere cum cicatrice, aut est immunis, vt supra aut mitius propter talem errorem puniri debet l. si adulterium cum incestu. §. j. ff. de adul.

Vnum etiam circa prædicta notandum est ꝙ non semper statur relationi medicorum, sed potest per facti euidentiam probari contrarium secundum quod dixit Gui. de Suza. in d. prooemio ffo rum. & refert & sequitur Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de homi. ver. j. vbi de tali commissione aliqua dicuntur. Et quia hæc materia vt dixi supra pertinet magis ad iudicium medicorum ꝙ legistarum. Hic inseram Tractatellum quendam quem super materia occurrente composuit eximius artium & medicine doctor magister Christoforus Georgij de Florentia mihi pater reuerendus, cuius tenor hic sequitur. Quia iudicium de cicatricibus & vestigijs penes inexpertos in sciẽtia medicinæ a recto tramite veritatis multum est dissonans. Idcirco me ipsum cupiens ac etiam eos aliqualiter declarare hanc breuem summulam connotatam ex authoritatibus Hypocratis, Galleni, & Auicennæ, sic superficie tenus compilaui. Resecans igitur verba superflua. Sciendũ est ꝙ præfati authores per cicatricem intelligunt concauam superficiem & callosam ex consolidatis vulceribus vel vulneribus derelictam, a quibus alicuius sensibilis partis spermatici membri deperditio facta fuit, cuius concauitatis causa est deperditio sola maxime autem cutis grossæ vel ossis. Sunt autem spermatica membra, quibus in principio generationis pro materia semen subijcitur & sibi in colore simulantur, sicut sunt ossa, nerui, venæ, paniculi, chartilagines, & cutis grossa. Hæc autem membra si ab eis aliquid sensibile deperdatur per viam primæ intentionis consolidari non possunt sicut carniformia membra, quæ vera vnione possunt absque vlla concauitate coniungi. Supradictorum verborum sententia maxime contrahitur ex dictis Hypocratis ac commentatoris eiusdem sexta particula amphorismorum dicit. Vulnera quæcunque annua fiunt aut longum tempus habent est necesse os emitti, & cicatricem concauam remanere. Idem expresse ponunt eadem particula illo amphorismo. Quando incisum fuerit os, aut cartilago, aut neruus, nec crescit nec conglutinatur subaudi sicut primo erat. Enucleatur etiam similis intellectus pluribus authoritatibus Galieni in tertio de ingenio sanitatis ij. c. sic dicentis. Vnde quædam aliquando harum intentionum monstrat aliquid incurabile fore sicut concauum vulnus quod non solum carnem amisit sed etiam ossa. Impossibile enim est hanc concauitatem oportune repleri, vulnus tamen poterit consolidari &c. & in eo. lib. c. iiij. sic dicit. Concaua enim carne vice eius quod amiserunt replenda sunt, Carnis autem materia sanguis est. Ea vero quibus nihil carnis de est necesse est consolidari & sanari cutis tamen eius causa extitit. Carne quidẽ & pinguedine amissa, possumus ea restaurare sicut ea quæ amputata fuerant, cutim autem reddere non possumus, vnde ingeniandum est ꝙ vice cutis faciendum sit quod carnis tegmen existat. cutim enim restaurare impossibile est. Supple & similiter alia spermatica membra restaurari est impossibile, cum aliquid sensibile deperditur, maxime in ætate perfecta, sed loco partis deperditæ aliquid reapponitur incomplete quod a præexistentibus diuersificatur in genere. Non autem sic euenit carniformibus membris. supradictæ igitur impossibilitatis restaurationis in spermaticis membris triplex est causa. Prima ipsorum durities, vnde extendi non possunt. Secunda humiditatis & roris paucitas quæ loco partis deperditæ debet subito reapponi seu partes disiunctiuas coniungere. Tertia virtutis generatiuæ sed assimulatiuæ debilitas quæ multum in eis deficit per respectum ad carniformia membra ossa difficilius solidantur cum inter ea sint duriora debiliora ac etiam minus de humiditate participent. Supradictis sententijs etiam est conforme quod ponitur ab Auicenna lib. j. fen. iiij. cap. de medicationibus solutionis continuatis cum dicit. Impossibile enim est vt restauretur os & proprie in corporibus consistentium nisi secundum hunc modum, quoniam nullo modo redibit ad continuitatem &c. & statim in eo. cap. subdit. Si vero illud quod perditum est tantum fuerit cutis necesse erit vt cicatricem inducat &c. Consonat etiam quod ipsemet Auicenna ponit lib. iiij. fen. x. tract. primo & cap. primo cum dicit. Dico ergo ꝙ nos conamur in quibusdam membris quorum continuitas est soluta, vt redeat eorum continuitas sicut fuit & illud sicut in carne, & conamur in quibusdam eorum, vt remanet contractus eorum cum conseruatione, licet non redeat ipsorum continuitas, & illud in ossibus &c. supple & in aliis membris spermaticis. Ex quibus clare patet ꝙ tunc remanet vera cicatrix cum aliqua pars sensibilis spermatici membri deperditur, maxime cutis vel ossis.

Potest

Potest autem tam parua quantitas ipsorum deperdi ꝙ non sequetur exinde cicatrix. Nunc autē de vestigio aduertendum ꝙ nihil aliud est vestigium, nisi signum ex carniformibus consolidatis vulneribus derelictum a quibus nihil sensibile spermatici membri fuit amissum. dicuntur autem talia vulnera per viam primæ intentionis vniri etiam si sint magna. sicuti clare ponit Auicenna. lib. iiij. fen. iiij. tracta. j. c. de cura vniuersali carniformium vulnerum, cum dicit, & si fuerit. s. solutio continuitatis, ita vt ne concurrant extremitates eius quoniam sunt rotundæ elogatæ, aut diuersæ figuræ, aut iam destructa est ex eo caro pauca non plurima, tunc eius cura est futura, & ꝓhibitio aggregationis humiditatis in ea. & statim post subdit. Et si fuerit profunda, scilicet solutio contiguitatis & magna, tunc strictura etiam facit eam adhærere multoties post quā adhærentiam siue consolidationem completam non remanet cicatrix, sed supradictum vestigium de quo vestigio maxime mentionem facit Auic. lib. iiij. fen. iiij. trac. j. c. de medicinis consolidantiū & sigillatiuis dum dicit. Quod si non auferatur illud scilicet quod de carne superfluit proculdubio sit vestigium vlceris superius cute. Potest autem esse vestigium si in apparenti membro fuerit ipsum manifeste vituperans sicut quamplurimum euenit post consolidata vulnera quæ solum in carne fuerunt, quibus vt coniungerentur necessaria fuit futura, ac etiam ligatura. De istis autem vestigijs facit Auic. capitulum. lib. iiij. fen. iiij. vlti. trac. & c. & sic dicit rub. capituli. Eradicatio. i. modus curationis vestigium vlcerum & vulnerū. Simili modo etiam ipsemet Auic. fen. vij. quarti. Cum de decoratione loquitur seu vituperatarum partium correptione facit appropriatum capitulum vestigijs vlcerum & variolarū. & dicit eius capituli. rubri. de vesti. vlce. & vario. Ex quibus satis patet ꝙ vestigium potest esse vituperans, ac etiam quomodo aliquod magnum vestigium existens in mēbro patenti plus ipsum vituperabit q̄ aliqua parua cicatrix in eodem existens, sicut de facto euenit in vulnere magno in facie facto a quo nulla fit deperditio spermatici membri, tamen propter eius magnitudinem & labiorum distantiam indiguit futura & ligatura, vt labia cōiungerentur, vnde remanet apparens vestigium ipsam faciem manifeste vituperans, quæ vituperatio non sequetur in aliquo paruo vulnere etiam in facie facto a quo facta erit abscisio cutis, vel alterius partis spermatici membri. Ex quibus cōcludendo colligitur ꝙ quandoque verū est dicere facies est vituperata per apparens vestigium, & tamen vituperata non est per cicatricem, & quāplurimum etiam euenit econuerso. Similimodo ēt esse pōt ꝙ nec erit vituperata ex vno paruo vestigio nec ēt ex vna parua cicatrice. vnde ad hoc vt facies, seu aliquod membrum apparens vituperatum existat requiritur, vt tanta sit facta læsio in superficie dictorum mēbrorum seu diminutio in ipsorum quantitate qnod oculo corporali videatur a longo talis concauitas seu vestigium derelictum. Ac etiam est necesse ꝙ in illismet partibus sit vera ægritudo difformans faciem in superficie seu in quantitate vel etiam in figura secundū iudicium peritorum in scientia medicinæ. Quando autem vituperatio sit ex vestigio aut cicatrice non bene potest a longe discerni, sed ex propinquo perito medico derelinquo. Vnum est vltimo vlterius aduertendum quod quanto vera vestigia plus elongantur in tempore & veterascunt tanto plus corriguntur solum ex operatione naturæ, nec ita possunt discerni sicut in eorum principio. Oppositum autem euenit in cicatricibus veris cuius causam speculare volentibus pro nūc dimitto, licet ex supradictis satis leuiter possint haberi. Sic igitur hic finem dictis impono subijciens me correctioni &c. Christoforus. Ex his itaque colligitur ꝙ cicatrix vera non potest esse quin sit perpetuo remansura, & quia vt ex iuribus supra alle. apparet ꝙ etiam interdum intelligitur cicatrix aliter quam intelligunt medici plurimum in statutis adijcitur perpetuo remansura, & ideo id quod supra dixi processu formato simpliciter cicatrice non intelligi bannitum pro ea quæ sit perpetuo remansura. debet intelligi verum si in statuto illa verba perpetuo remansura persistunt per not. in l. iij. §. docere. ff. vi bon. rap. & in cap. pro humani. de ho. lib. vj. Et idem si statutum diceret per apparentem cicatricem, quia tunc intelligitur bannitus pro non apparent quod esse potest, vt supra & ideo verba statuti sunt ponderanda. In hac enim ciuitate statutum disponit de vulnerante cum vituperatione in facie per apparentem cicatricem vel per vestigium vel alio vocabulo medicinę quod tamen vt patet ex prædictis intelligitur de vituperatione perpetuo remansura, & ideo multoties ignorantes admirantur de relationibus medicorum referentium non esse cicatricem aut non esse vestigium seu notam cum vituperatione faciei perpetuo remansura, vt sæpius in magnis iuxta vulgarē sermonem marginibus iudicatum vidi quia sic præcessit relatio medicorum. Sed vt ex prædictis liquet nulla est admiratio facienda.

Ex eodem constituto offert

53 se Quinquagesimatertia † quæstio formanda ad percussionem sanguinolentæ percussionis, vt sic comprehendatur quando pro illa quis bannitus intelligatur. & ideo pro ipsius declaratione quæro. Quidam fuit inquisitus ex eo ꝙ cum cultello acuto apto ad frangendum panem percussit Caium in personam vna percussione ex qua sanguis exiuit, an ex forma dicti statuti supra quinquagesima q. relati possit impune offendi. In quæstione ista consuluit Bartol. Sed in statuto super quo consuluit erant etiam alia verba, videlicet quod percussor vulnus fecerit. & in eo consilio sic dixit. Et videtur quod non potuerit offendi, quia statutum requirit quod fuerit bannitus pro percussione sanguinolenta, & ꝙ percussor vulnus fecerit, ergo &c. Econuerso dicitur quod possit impune offendi quia ad positionem percussionis sanguinolentæ cum cultello, necessario sequitur vulnus, cum vulnus sit scissio continuitatis.

In q. præmissa facit dubium, quia vulnus dicitur si cutis scindatur. l. si seruus seruum. §. rupisse. ff. ad l. aquil. sed sanguis potest exire de corpore absque eo ꝙ cutis scindatur. s. per poros, maxime vbi cutis est tenuis, vt de naso & parte interiori vel gingiuis. Item dicitur quod Christus sudauit sudore sanguineo, Lu. xxij. Credo tamen quod in proposita q. ex verbis condemnationis satis colligatur ꝙ vulnus fuerit factum. Quod apparet ex tribus. Primo quia cum cultello acuto. Secundo quia ex percussione sanguis exiuit. Tertio quia in personam. Primum est clarum quia si percussio fit cum cultello acuto intelligitur factum vulnus. Cultellus enim est res apta ad scindendũ. ff. de fur. l. si pignore. §. ij. ad l. iul. de vi pub l. pe. §. telorum. & de verb. sig. l. armorum & apparet expresse de cultello seu gladio, cum quo Petrus abscidit auriculam seruo principis sacerdotum. Matt. xxvj. c. & Mar. xiiij. & tex. in l. aut damnum. in princ. de pœ. dicit gladium esse aptum ad scindendum. Aliud quia dicitur in personam etiã probatur, quia non significat in superficie vel in pannis, sed inter personam secundum significatũ huius dictionis in l. j. §. in corpus. ff. de his qui deie. vel eff. & de flu. l. j. §. in flumine. Sed si cultellus in personam mittatur necessario sequitur scissio cutis, vt probatur in l. fina. ff. de his qui deie. vel eff. si bene inspiciatur. hoc etiam probatur ratione. sicut enim ignis appositus stipulæ de necessitate comburit. ff. ad l. aquil. l. si seruus seruum. §. hæc autem actio. & . §. seq. ita gladius percussus in personam de necessitate scindit, quia vtrunq; est instrumentum agens si appropinquetur materiæ. Ex alio quod fuit secundum dum dicitur ꝙ ex percussione sanguis exiuit ẽt colligitur. Not. enim ꝙ dixit ex percussione & sic significat locum ex quo l. non dubium. C. de legi. l. eodẽ tempore. ff. de pec. l. j. §. ex incendio. ff. de incen. rui. nauf. sed si quis dixerit sanguinem exisse per poros absque cutis scissione, tunc non exiuisset ex percussione, sed ex alio loco ꝑpter percussionẽ. Et sic verba sententiæ non verificarentur. hoc vr expresse probari extra de sen. excom. c. cum illorum. ver. nos aũt, vbi percussio cum sanguinis effusione dr̃ difficilis & enormis, quod non esset, nisi esset ex vulnere ff. de iniu. l. vulneris magnitudo. Et sic concluditur ꝙ prædictus bãnitus fuit, quia percussit, & vulnus fecit, & sanguis exiuit. & sic potuit impune offendi, hæc Bar. Ex quibus verbis patet ꝙ in proposita quæstione quãdo statutum non exprimit de vulnere, restat minor dubitatio. Proponitur enim ex tali percussione sanguinem exiuisse. & licet possit exisse ita paruus sanguis, ꝙ a iure non æstimaretur l. j. §. deinde. ff. de ædi. edic. tamen quia in inquisitione dr̃ contra formã iuris, nõ intelligitur de parua effusione sed de magna. iuxta not. per Cyn. in l. si non conuitij. C. de iniur. & l. nec exemplum. C. de fal. Nec ob. l. si præses. ff. de pœn. quia ibi vtraque vis erat punibilis, sed vna plus altera. hic autẽ vno modo esset punibilis alio non, & ideo intelligitur secundum modum punibilem, vt procedat libellus & processus. Nec ob. not. in l. non solũ. §. sed vt probari. ff. de no. ope. nun. quia aut procedente libello & processu, quia procedit, vt ibi ẽt not. & colligitur in l. eum actum. ff. de nego. ge. & in l. matrem. C. de proba. per l. si quis intentione ambigua. de iudi. sequitur probatio per testes, & locum habet absolutio, nisi probatio clare concludat, vt in c. in præsentia. de proba. & ita intelligitur qđ not. in d. §. sed vt probari. Aut sequitur per confessionem veram vel fictam. & tunc sequi debet condemnatio, quia illa intelligitur secundum libellata, vt l. si confessus. ff. de cust. reo. & l. ij. §. ꝙ si actor. C. de iur. cal. cum si. Item patet ex prædictis ꝙ si fuisset condemnatus ex eo ꝙ manu vacua percusserit Titium in facie, & ꝙ sanguis exiuit de naso vel de gingiuis, non diceretur condẽnatus ex percussione sanguinolenta secũdũ Bart. Sed in hoc non sto cum eo. Verba enim denotant causam proximã vel non secundum naturam rei cui adiunguntur, vt in iuribus supra alleg. adeo ꝙ interdum vna dictio ponitur pro alia, vt l. eas causas. de condi. & demõ. quinimmo & dictio ex, ponitur pro propter l. prętor. §. quod de fructibus. ff. de bo. aut. iud. pos. Impossibile autem est nisi quis haberet sanguinem in manu ꝙ ex ipsa percussione sanguis exeat. Intelligitur ergo dictum statutum simpliciter loquens de condemnato, ex, vel pro percussione sanguinolenta quando propter percussionem sanguis exijt ex persona, intelligo aũt ꝙ incontinenti sanguis exiuit. tunc. n. intelligitur ex percussione. Si autem ipsa percussio fecerit rumorem propter quod postea fuerit necesse ad illius curam ꝙ medicus pungeret vel incideret, & tunc sanguis exiuerit non dicetur tunc condemnatus ex vel pro percussione sanguinolenta. Exiuit enim proprie & improprie sanguis propter percussionem, & sic non habet locũ statutum, vt in iuribus supra alleg. Et idem erit in spintura propter quam spintus cecidit & percussit, & sanguis exiuit secundum Bal. in l. de pecoribus. C. ad l. aquil. & in l. si familia. ff. de iuris. om. iudi. Vbi ergo tales dictiones possunt proprie intelligi, proprie intelliguntur, alias improprie etiam in statutis, vt habetur in l. Labeo de suppel. leg. & in l. omnes populi. de iusti. & iur. per Docto. vt tamen tollantur tales dubitationes communiter in accusationibus & inquisitionibus ponuntur illa verba cum maxima sanguinis effusione per ea quæ habentur in d. c. cum illorum & in d. l. vulneris magnitudo. & in d. §. deinde. vbi glo. facit mentionem de vulnusculo.

54 Quinquagesimo quarto. † Titius fuit bannitus pro eo ꝙ insultauit, & percussit Gaium cum vno bastone lignj quo erat armatus. duabus percussionibus in renibus sine sanguinis effusione. & demum cũ lignum fractum fuerit vel ceciderit in terram, percussit ipsum pluribus percussionibus vacuis. Quæritur an viso dicto statuto de quo dictum est supra. q. l. veniat in aliquo puniendus. Et primo videtur ꝙ non. nam prædictum statutum dictat ꝙ bannitus pro percussione sine sanguine possit offendi in duplum. Constat autem ꝙ dictum statutum licet loquatur in singulari verificatur etiam in plurali,

in plurali, vt sic. Bannitus pro vna percussione potest offendi cum quatuor,& sic de singulis.ff. de libe.ho.exhi.l.iij.& ff.quod.fal.tut. aut. l. j.§.itē hoc edictum.& quod habetur in l. agraria. ff. de termi.mo. Sed Titius fuit bannitus pro duabus percussionibus,ergo potest offendi cum quatuor. Item vt patet ex themate inquisitionis fuit bannitus pro insultu,& sic potuit offendi manibus vacuis,& quia sic dictat statutū ꝙ cum inquisitione & banno concordat l.non aliter.ff.de leg.iij.cum simi. Pro huius autem quæstionis decisione aduertendum est ad plura. Primo enim videri oportet quid sit insultus Secundo an confundatur in alijs delictis illum secutis. Tertio vbi confundatur an valeat sententia quæ pœnam insultus cum pœna alterius delicti non confundit; vt quando ex forma statuti pro insultu imponitur certa pœna,puta librarum quinquaginta,& pro percussione imponitur pœna centum vel maior, secundum qualitatem ipsius percussionis. Et his visis patebit quæstionis præmissæ decisio. Quo ad primum sciendum ꝙ circa materiam istam iura varie loquuntur,& etiam glo. Interdum enim quē cōtra alium irruentem ius vocat insultantem. C. de iude.l.fi.q̄nq; aggressorem l.is qui aggressorem.C. ad l.Cor.de sica.& sic dicitur in l.qui de crimine. C.de accu. Quandoque vocat appetentem, & sic patientem vocat appetitum l. & si percussor.§.si appetitus.ff.ad Sylla.quod ibi glo.exponit id est inuasus,& sic quandoque dicitur inuasor.C.vnde vi.l. inuasor. Quandoque etiam patiens dr insultatus l.itē apud Labeonē.§ pen.ff.de iniur. Et hinc descendit nomen verbale quod vocatur insultus, & in hoc dixit Bart. in l. respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœ.ꝙ insultus est in aliū saltus alleg. d.l. is qui aggressorem. & i.j.§.cum arietes.ff. si quadru.pau.fec. dica. sed in.§.cum arietes. dicit quod insultus est motio de loco ad locum,& in.§. delinquunt. concludit ꝙ si existens tecum in itinere vel mensa aut in alio loco deuenit tecum ad rixam, non dicitur insultum facere sed potius proditorie fecisse, ar. C. de dilati. l.j.libr.xj. Ex prædictis videtur aliqualis contrarietas insurgere. Si enim insultus est in alium saltus,non verificatur in eo qui sine saltu in alium siue contra alium se mouet de loco ad locum, cuius contrarium dixit Bartol.in dicto.§.cum arietes. Sed aduertendum quia primo modo dicitur secundum allusionem vocabuli. Secundo modo secundum diffinitionem. & ideo si quis insultando aliquem facit in eum saltum. facit insultum secundum allusionem & etiam secundum diffinitionem,quia mouet se de loco ad locum, & facit in alium saltum,facit.ff.ad l.aquil.quemadmodū. §.si nauis. Si vero sine saltu mouendo se de loco ad locum vadit versus alium tunc dicitur insultum facere secundum diffinitionem tantum, & tamen puniri potest de insultu,quia diffinitio prę ualet allusioni quando sunt contrariæ alias ab vtraq; argui licet,vt hr. ff.si cer.pe.l.ij.§.appellata.de tut.l.j.de testa.l.j.& in l.j.de acquirē.pos. per Docto.maxime per Bar. dicitur etiā interdū facere impetum, vt dicto.§.delinquunt, sed tunc aliter punitur, vt ibi habetur. & hoc de insultu contra personam. Quandoque etiam dicitur fieri insultus siue assaltus ad domum siue ad castrum, vt x.colla.qui.mo.feu.ami.§.similiter. & ibi dicit Bal.ꝙ tunc dicitur factus assaltus quando appropinquat se tantum domui vel castro ꝙ potest proiicere iaculum & expugnare. Vt tamē omnis cesset dubietas consueuerūt communiter accusantes & inquirentes ponere in accusatione & inquisitione omnia dicta verba, quia dicunt B.deliberate & appensate mouendo se de loco ad locum fecit insultum impetum & aggressuram contra C. &c. quæ ex abundanti ponuntur, vt patet ex prædictis,ex quibus expeditum est primum quādo quis dicatur insultum facere. & tunc sine dubio si aliud non sequitur vltra insultum,pœna insultus imponi potest. Si vero sequitur aliud, vt quia percutit, vulnerat, vel occidit. dicit glo. quod de insultu non fit ponitio, sed cum delicto confunditur secuto, vt no.in l. qui de crimine.C. de accu.per l.illud.ff.ad l.aquil. & idem ibi Bar. Et ita determinarunt primo Dyn. sic consulendo,secundo Fran. Acc.disputando. & Gui.etiā de Su.vt patet in suis quæstio. ver.sed pone de facto q.statutum est quod si quis pugno & se. & idem tenuit Alb. Gan. in margarita. in ver. Sed pone statutum est Mutine.in ti.de acc.& idem Guil.in Spec.de sen.§.ij. versi. sed pone licet enim sint cum sunt separata diuersa delicta.ff.ad l.aquil.l. ij.& l. si seruus seruum.§. tertio capite. tamen si contingantur dicuntur vnum esse delictum, scilicet vulneris vel mortis l.illud.præal.§.fi. alleg. etiam de act.& obli.l.qui seruum. in princ.& C. ad l.Iul.de vi.l.quoniam multa Bart. autem in l. nunquam plura.ff.de priua.delic. limitat hoc dictum nisi ex insultu imponeretur maior pœna ꝙ̄ ex percussione. Tunc enim quatenus excedit nō confunditur.ar.l. generaliter. & l.hęres a debitore.§. quod si hic seruus.ff.de fidei. quod ibi reprehendit Ang.tenens indistincte glo.sed non bene reprehendit,quia siue vnum sit principale, & alterum accessorium,siue vtrunque principale,siue vnū præparatorium ad aliud, quod est verius, non potest dici ꝙ pœna vnius tollatur a pœna alterius, nisi ex vi confusionis,natura autem confusionis est vt eatenus confundatur, & compensetur quatenus concurrunt et non vltra l.j.C.si cer. pet. ad l.fal.l.licet.cum simi. & ideo si ex insultu cum armis quis veniret puniendus in centum ex percussione manu vacua in quinquaginta. Insultans cum armis,& percutiens manu vacua punitur in centum facta confusione solum de quinquaginta in percussione, alias sequeretur quod intantum puniretur insultans cum armis, & percutiens manu vacua inquantum insultans sine armis, & sic percutiens, quod esset absurdum l.non solum.ff.de nox. Dico ergo ꝙ insultus ad castrū siue ad domum ponitur vt supra. Insultus in personam aut est solus, & solus punitur. Aut secutum fuit aliud. Et tunc aut est maior pœna insultus ꝙ̄ delicti secuti, non confunditur in totum sed quatenus concurrunt. Aut est eadem pœna delicti cum pœna insultus vel maior, & pœna

insultus confunditur, & de delicto damnatur, nō de insultu. Fallit in vasallo insultante dominum, vt dicto. §. similiter. & ibi per Bald. Prædicta intellige si inter insultum & percussionem non fuit medius actus extraneus. si autem fuisset actus extraneus, puta quia insultasset. & cum ille retro cessisset vel arma extraxisset insultans redit domum, & arma sumpsit, deinde reuersus est & vulnerauit. Tunc enim de primo insultu & de vulnere punitur secundum Io. An. in addi. Spec. super rub. de homi. vbi vide. Et hæc de secundo. Ad tertium breuiter dicendum est, ꝙ cum sententia tunc sit contra ius partis valere debet l. ij. §. j. ff. quæ sen. si. ap. rescin. si ex tenore sententiæ non apparet quid pro insultu, & quid pro vulnere siue percussione imposuerit. si autem condemnauit distinctim in tantum pro insultu & in tantum pro percussione dici potest sententiam non tenere, quia non intelligitur cognouisse de insultu per dicta iura. Et sic nō valet sententia l. de qua re. ff. de iud. & C. de sen. l. prolatam, nisi in processu siue inquisitione vel accusatione essent illa verba super quibus omnibus & singulis &c. de quibus per Bald. in l. ij. C. de proba. Tunc enim valeret licet esset iniqua, & ex prædictis infertur ad decisionem supra formatæ quæstionis ꝙ vbi bannito non fuit imposita pœna insultus sed percussionum. offendens eum modo prædicto punietur de offensionibus factis manibus vacuis, quia in illis excessit modum. & sic puniri debet de excessu. vt dictum fuit supra qō. xlix. & etiam l. Si vero fuit ei imposita pœna etiam pro insultu, & taliter ꝙ valeat condemnatio. & in nullo puniri debet, quia potuit vtroq; modo offendere. Si autem bannum fuisset nullum, dixi supra in primo tempore parte iij. q. ix.

55 Quinquagesimoquinto stāte statuto † generali ꝙ bannitus a centum libris supra possint impune offendi. Titius immisit ignē in domum Sempronij banniti & eam combussit, vel in rebus suis aliter damnū dedit vel ei abstulit. Quæritur an veniat puniendus. in hac qōne me breuiter expediam. Nam licet gl. dixerit quod bona bannitorum sint extra custodiam & a quocunque possint destrui & deuastari in tit. hic finit lex Cor. & incipit consuetudo regni. in prin. & tangitur in c. j. §. si quis alium. de pace tenē. & de mili. vasal. c. j. Tamen illud est verū de iure cōi, nec cautum reperitur. Est ergo potentia offendendi bannitum a statuto proueniens. Dominia enim rerum & eorum tuitio & defensio de iure gentium est, vt l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. ergo illam banniti de quibus agimus non perdunt, vt dictum fuit supra in hoc secundo tempore parte. j. qō. iiij. Et ideo inspicienda sunt verba statuti l. semper. §. legem. ff. de iu. immu. quæ cum stricti iuris sint l. constitutionibus. ff. ad municipa. extendi non debent, vt in authen. quas actio. in l. quicquid astringendæ. Aut ergo statutum dicit quod possint offendi qualitercunque, vel simpliciter, quod idem est, quia indefinita æquipollet vniuersali. l. si seruitus ff. de serui. vrba. & poterunt offendi in persona & rebus l. prima. §. & generaliter. ff. de lega. pręstan. cum simi. Aut dicit ꝙ possint in personam offendi. Et tunc non poterit offendi in rebus a persona separatis. Et idem si statutum respectiuaret offensionem ad offensam factam per bannitum, tunc enim talis permitteretur. qualis fuit illa ob quam bannitus est l. nonnunquam. ff. ad Treb. & quod dictum fuit supra hac eadem parte quæstio. lj. & hæc satis sunt de mente Bartol. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. Et ibi vide quando dicatur fieri offensio in personam. Sed dicet quis tu dixisti ꝙ si quis potest offendi ex forma statuti in personam, non potest offendi in rebus a persona separatis. Istud videtur falsum, quia cui permittitur quod est maius videtur permitti quod est minus, vt patet in ar. a maiori. C. de sacrosanct. eccle. authen. multo magis. & extra de elec. c. cum in cunctis. Qualibet autem minima pœna corporalis est maior quacunque magna pecuniaria vt l. in seruorum. ff. de pœ. Ergo tuum dictū non procedit. Sed resp. ꝙ hoc procedit vi verborum statuti quæ aliquid debent operari. si enim simpliciter dicerent posse offendi, comprehenderent offensionem in personis & rebus. Si ergo dicunt in personam operantur restrictionem, quia aliud operari non possunt l. si quando. C. de inoffi. testa. cum simili. Præterea statutum odiosum non extenditur etiam per maioritatem rationis, vt habetur in authen. quas actiones. de sac. sanc. eccle. Et vide quæ dicam infra in vl. tem. parte. j. q. xij. vide etiam quæ dicam infra parte proxi. q. lx.

56 Nunc ex prædictis † statutis particularibus quæram de aliquibus pur circa hanc partē generaliter ad materiā facientibus. Et ideo quinquagesimosexto quęro dictum est sæpissime ꝙ bānitus de vna ciuitate, puta in Florentia, nō perdit ea quę sunt iuris ciuilis. Item nec ea quę sunt iurisgentiū nisi aliud dicatur. Et etiam si diceretur illud non intelligitur extra territorium l. fi. ff. de iur. om. iud. quo ad personas non subditas. pone ꝙ Bononien. in ciuitate vel comitatu Florentino occidit bannitum de Florentia. Quem si Bononiæ occideret puniretur, quia illuc statutum se non extenditur. Quæritur an possit Bononiæ, & sic in loco sue originis conueniri per l. j. & ij. C. vbi de crimi. agi. opor. aut Romæ per l. roma. ad muni. Hęc quęstio residet in hoc an occidens bannitum qui potest impune offendi dicatur delinquere. nam si ibi delinquere dicitur, licet aliqua dilatoria exceptione de tali delicto cognosci non possit tamen non tolleretur quin alibi cognosci non posset. l. decurionum. & ibi not. C. de his qui not. infa. Sed veritas est ꝙ non dicitur delinquere, facit enim lege permittente, ergo & c. l. Gracchus. C. de adulte. facit. C. de his qui ad ec. confu. l. si seruus. & l. ij. ne qui vela. re. & quod non sit delictum firmat Bald. post glo. in l. j. §. j. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. Et idem in simili tenet in l. cunctos populos, prope fin. in ver. viso. & Barto. in l. vbi pactum. Et dixi supra hac eadem parte q. xiiij. & dicam latius infra in seq. parte huius temporis.

temporis.q.j. Cum ergo in loco actus facit ex eo actu non tenetur,ergo nec in loco originis. Inspicitur enim in contractibus quantũ ad ipsius actus solennia.et validitatem & obligationem inde insurgentem locus in quo fit.l. si fundus.§.primo.ff. de euictio.ergo idẽ in delictis.l.omnẽ.ff.de iudic. Faciunt no.per Bar.in l.ij.ff.de eo quod cer.loc. dum reprobat illã glo.& quod no. per eũ & alios in l. cunctos populos.& in d.l.ff.de iuris.om.iudi. Si autem aut Bononiæ,aut alibi extra territoriũ Florentinum occideret,vbi occideret,& ẽt Bononiæ posset conuenire per iura prædicta.

57 Sed tunc e conuerso. † Quinquagesimoseptimo quæritur an florentinus occidens bannitum de Florentia Bononiæ vel alibi extra territorium florentinum possit virtute dictarum ll.j. & ij. vbi de cri. agi opor. conueniri Florentiæ. Et videtur ꝙ sic, quia in loco in quo occidit posset tanquam delinquens conueniri, & sic ibi delictum commisit,vt supra proxi.q.dictũ est.ergo succedit regula dictorum iurium.Sed dic contrarium,quia quantum ad municipium florentinum illa pœna personalis comitatur eum quocunque vadat secundum Doct. in d.l.cunctos populos. & ibi in specie. ita determinauit Bald. in Aretino occidente Aretinum bannitum in territorio florentino, nõ enim attenditur secundum eum territorium, sed solum an secundum locum conuentionis sit licitum vel permissum.l. non solũ.§. & qui & l.propter litem.ff.de excu.tuto.Et dicit esse casum in l.iij.§.transfugas. ff. de sicar. & ita seruatur.

Quinquagesimooctauo circa

58 idem quero. † Bononien. occidi florentinum bãnitum de Florentia in quadam ecclesia posita in comitatu florentino, an poterit Bononiæ conueniri ac si eum in territoriũ florentinum occidisset. Et videtur ꝙ sic, quia ecclesiæ non subiacent seculari potestati,ergo &c.in authẽ.quo.opor.epis. in prin.& insti. de re.di.§.nullius. & ff. ne in lo. sacr.l.ij. Sed contrarium est verum, est enim ecclesia in territorio florentino.in authẽ.de mand. princ.§.sed neq;.in fi.§.Non obst.ꝙ non sit sub ꝓtectione iudicis secularis, quia verũ est specialiter, sed bene est sub quadam generalitate ꝓpter hoc,quia adhæret territorio iudicis secularis.ar. ff.de contrahen.emp.l.in modicis.& l.si id quod. in fi.de peri.& com.rei ven.& C.de epis.& cle. in l.si quis in hoc genus. & sic non dicitur extra territorium fieri secundum Guil. in l.plerisq;.de in ius voc.& sequitur Bal. & tenet Bar. in l.cunctos populos alleg.eo.ti.l.ij.& C.de adul.auth.si quis. Si non sit extra territoriũ ergo locũ habet quod dixi supra proxima q.Et istud verius ꝙ̃ id ꝙ ipse Bal. dixisse videtur in d.l. cunctos populos.in versi.viso.allega.supra proxi.qõ.

Quinquagesimonono quæ-

59 ritur.† An citatus in causa ciuili non cõparẽs,& propter inobedientiã condẽnatus & bannitus fisco dicatur bannitus pro maleficio,vt sic in eũ locũ habeant statuta prædicta. & possit offendi. Et videtur ꝙ sic,quia contumacia est delictũ.l.omne delictum.ff.de re mili. Item quia vbicunq; negligentia ordinatur ad contemptum illa facta dicitur quando ad contemptum partis patet in l.sed et si alia & ibi no.ff.de const. pe. quando ad contẽptum iudicis probatur in l.de ætate.§.qui tacuit. cum glo.sua.ff.de interro.act.Facit quod habetur in c.quanto.de sent.excom. & in cap.dilecto. & quod not.per Guil.in l.metũ.§. sed licet.ff. quod met.cau.in q.illa. An puniar tanꝙ̃ occidens si potui iuuare hominem, qui ab alio necabatur, & non feci.quando enim dicitur eum teneri non dicitur teneri ex negligentia, sed ex facto, vt ibi patet,& in l. necare.ff.de lib.agno. de quo etiam in l.culpa caret.ff.de reg.iu.per Guil.in Spec.de leg.§.iuxta.ver.quid si potuit.& per Doct.in l.vt vim.ff.de iusti.& iu.Si ergo talis negligentia reputatur factum,ergo pro maleficio damnatus est, quia pro malefacto. In hac materia aduertendũ est ꝙ Barto. in l.aut facta.in princ.ff.de pœn.distinguit malefactum a maledicto secundum propriam significationem.Et ideo dicit ibi ꝙ damnatus pro verbis iniuriosis non dicitur damnatus pro maleficio, cum verba debeant proprie intelligi,maxime in istis odiosis.l. interpretatione.ff. de pœ.& in d.l.omne, dicit ꝙ talis non est damnatus pro maleficio sic dicens. Omnis ex bannitus exbannitur propter contumaciam.l.j.ff. de re qui.re. Statuta ergo quæ dicunt ꝙ bannitus pro maleficio possit impune offendi, volunt requirere ꝙ causa illa propter quam citabatur sit maleficium. Et ideo si quis fuit citatus in causa pecuniaria, vel pro testimonio ferendo, & fuit contumax & bannitus,non dicetur bannitus pro maleficio. Sed si quis fuerit citatus pro aliquo maleficio, & fuerit ob contumaciam bannitus dicetur bannitus pro maleficio,licet fuerit cõtumax. Ex cuius dictis ibi,& in l.aut facta.cõcluditur,ꝙ aut statutũ loquitur per nomẽ criminis siue delicti & habet locũ in quocunq; siue sit crimẽ in faciendo, siue in negligendo,siue in dicendo per not.in l.j. & ij.C.si aduer.delic.& d.l.omne.Si vero loquatur per nomen maleficij,vt quia dicit de bannito pro maleficio, vt in themate quæstionis dictum est,tunc non verificentur in bannito pro negligẽtia, aliàs pro verbis iniuriosis vel pro malo consilio. Sed aduertendum ꝙ vt sepius dictum est, statuta intelliguntur secundum communem vsum loquendi. Sed communis vsus loquendi est, vt condemnatus pro verbis iniuriosis sit condemnatus pro maleficio. & hoc puto verius vbi de communi vsu appareret,aliasverũ puto ꝙ dixit Bar. Nec prædictæ conclusioni obstant iura supra in contrarium alleg. quia verum est quod ibi dicitur secundum largam & propriam significationem,quę non verificatur in statutis nisi vsus communis loquẽdi aliud inducat,vt l.Labeo.de supp. leg.cum concor. & si plene hanc quæstionem cũ iuribus ad eam allegatis videre velis, scias ꝙ ipsam d sputauit Mar.de Fano.de qua habetur per Cyn.super rubr.C.de cri.stel.& in Alb.de Gan. in iiij.& v.col.& in Alb.xxij.q. in materia bãnitorum

nitorum vbi concluditur pro maleficio non intelligi bannitum. & ibi etiam ponunt quid iuris si in sententia banni iudex apposuit ꝙ possit impune offendi. & dicunt ꝙ tunc quasi iudex declarauerit illum esse bannitum pro maleficio & iusserit offendi, offendens excusatur per l.furti.§.qui iussu.de his qui no.infa.& l.non videtur.§.qui iussu.de reg.iur. Sed hæc decisio non est vera, quia ad iudicem non pertinet, & quia de hoc nulla facta fuit cognitio.ff.de iudi.l.de qua re.& l.prolatam.C.de sent. De hoc habetur.ff.de cust.reo.l.si quis reum.nec excusatur offendens quasi iussu iudicis fecerit, quia verbum, potest, iussum non importat.l.sæpe.ff.de offi. præsi.& l.j.C.quomodo. & quan.iu.nisi forte fuisset descriptus in libro bānitorum pro maleficio in quo seruata solennitate tradita a statuto describitur solum nomen banniti cum eius pœna. De quo dic vt dicam infra in vltimo tempore parte prima.q.ij.

60 Sexagesimo quæritur † supra in rub. quęritur. An bannitus pro crimine in contumaciam dicatur bannitus pro maleficio. et quia decisa est supra proxi.q.per no.per Bar.in l.omne delictū.de re mili.aliter non prosequor, sed dic vt supra.

Sexagesimoprimo quæritur.

61 † Titius pro maleficio fuit bannitus in ære & persona, deinde fuit captus à iudice qui vult eum decapitare, quæritur an possit. dicit Bal.in l.data opera. C. qui accu.non pos. sic videtur ꝙ pœna personæ intelligatur in suo potiori significatu, id est de pœna mortis, vt no.in auc.de armis.§.oportet.& hoc si causa meretur tantam pœnam. nam ex genere causæ metiendum est genus pœnæ ar. ff.ad Turp. l.j.§.j. Vel dic ꝙ iudex qui profert verba illa poterit interpretari, & declarare cum illa verba sint generalia.ar.ff.de ap.l.ab executore. Et ideo iudices qui dant bannum in hauere & persona. Item qui recommendant pro hauere & persona possunt postea declarare anteꝗ̄ sunt functi officio, ar.ff.de excu.tut.l.si duas. Diffinitiua vero sententia debet intelligi in mitiorem partem.ff.de pœ.l.si præses. & not.in l.ij.C.quæ res vend.non pos. Credo verum quod dicit de recommendatione. Quod autem dicit de sententia, puto esse verum si ex forma statuti appareat quæ pœna personæ imponi debeat pro maleficio pro quo fuit talis captus bannitus, tunc enim illa intelligitur imposita per nota.in.§.pœna grauior. Si vero poterat imponi maior & minor, intelligitur tunc imposita minor pœna per dictam l. si pręses. Si vero erat in eius arbitrio, puto inhærendum verbis, quæ sic de consuetudine interpretantur, vt importent mortem per no. in d.§.pœna grauior.& l.athletas.§.calumniator.eo.ti.& in l.hodie.ff.de pœnis.

62 Sexagesimosecundo † Titius fuit bannitus in amputatione membri alio non expresso, fuit deinde ad tempus captus a iudice qui vult contra eū facere executionem, quęritur in quo membro possit executionem facere. & præsupposita declaratione quæ dicantur membra, vt dictum fuit supra hac eadem parte q.lj. videretur primo dicendum ꝙ intelligatur de eo quod minus diminuit, quia semper defertur ad minus, vt in l.si præses.de pœ. Sed Bald.in l.data opera.C. qui accus. non pos. dixit ꝙ intelligitur bannitus in amputatione manus.allie.auth.vt nul.iud.§.pe.cum glo. sua. quod indubie credo verum nisi ex relatione delicti cōmissi & alicuius statuti, aliud colligatur, puta qui amputauit alicui pedem vel auriculam. & caueatur statuto ꝙ amputanti membrum simile membrum amputetur. Tunc enim secundum naturam inquisitionis vel accusationis regulabitur ipsa sententia banni, ar.l.nonnunquam.ff.ad Treb.et quod no.per Bar.in l.ij.de publi.iudi.& quod dixi supra in d.lj.qō.

63 Sed pone Sexagesimotertio † ꝙ in sententia banni nihil fuit expressum, sed simpliciter fuit in banno positus, in quo intelligetur bannitus, an in persona, an in membro, an in pecunia. Istam q.tetigi supra in j. parte huius temporis q.iij.in ver.vnū tamen.& ideo hic non multū instabo concludens ꝙ aut loquimur in banno, id est, comminatione aliqua quæ fit puta per præconem aliquod facientibus, vel non facientibus. & dic vt ibi dixi. Aut in banno lato contra contumacem ex forma statuti. Et tunc in hac ciuitate in qua antequam feratur sententia banni diffinitiui per pręconem fit bannum comminatorium in quo exprimitur pœna quæ ei imponetur si non venerit, parua est dubitatio, quia ex tali comminatione declaratur postea ipsa simplex sententia banni.l.Titia.§.idem respondit.de verbo.oblig. l.pacta nouissima.C.de pac.proprie in l.ait prætor.§.i.de re iudic.& habetur in l.hæc sententia. C.de senten.quæ sine cer.quan. cum concord. Ex actis enim incertitudo sententiæ declaratur. Nec illa verba nec plus & minus arbitrio rectoris quæ in banni proclamate ponuntur aliquid operantur.l.pe.C.de con.instit.& in l.j.§.j.ff. de hære.insti.& quod habetur in l.admonendi.ff.de iureiuran. Si vero talis solennitas siue expressio non præcedit, sed simpliciter formato processu fiunt citationes post quas citatus habetur pro cōfesso.aut ex delicto est ex forma statuti imposita certa pœna, & tunc illa in banno videtur expressa.l.iiij.§.si ex conuentione cum ibi no.ff. de re iudi.& quod habetur in iuribus supradictis. Et idem si est arbitraria pœna, & ex cōsuetudine est declaratum arbitrium secundum quod habetur in l.quid ergo.§.pœna grauior.& in l.athletas.§. calumniator. de his qui not.infa. Sicut enim lex tale bannum declarat, vt dixi supra, & etiam in d.q.iij. vbi allegaui iura, ita & consuetudo.l. de quibus.ff.de legi.& quod habetur in l.si finita.in prin.ff.de dam.infe. & in l.dedit. qui satis.cog. & in l.ita stipulatus.de verbo.obli. Si vero nulla esset ex consuetudine facta declaratio, putarem tale bannum non valere tanꝗ̄ incertum, et ꝙ nulla ratione certificari posset, vt in.§.curare. instit. de act.iuncta l.omnem.ff.de iudi. quod forte non pcederet si inquisitio esset formata sup crimine.

Ex quo secundum formam iuris communis deberet in exilium poni. Tunc enim ita importaret ipsa sententia & exul esset effectus, & ita intelligo quod habetur per glos.& Bald. in c.j.hic finit lex cornelia, & incipiunt consue.regni. Et quid importet talis pœna habetur in iuribus allegatis supra in proemio circa ipsam diuisionē bānitorū.

64 Sexagesimoquarto quæritur. † Titius fuit bannitus secundum quod communiter fertur bānum in persona vel membro, stetit a die lati bāni vel per annos xxx. quibus ad locum ex quo erat bannitus non accessit.& elapsis annis xxx. illuc accedens captus est. An iudex potest facere executionem. Videtur enim ꝙ non, quia sicut cuicunque actioni etiam ex sententia præscribitur spacio xxx.anno.vt l.omnes.& l.sicut.C.de pscri.xxx.anno.ita & in proposito etiam si dicatur solum iudicis officium ortum fuisse, vt d.l. sicut. iuncta l. omnem. de iudi. quinimmo & minori tempore præscribi videtur,vt l.querela.C.de fal.Dic contrarium secundum Bald. in l. data opera. C. qui accus.non pos.quia cum esset bannitus si quo tempore peruenerit in fortiam &c.non cucurrit præscriptio antequam in fortiam venerit l.j.in fi. C. de anna.exce. & in l. cum notissimi.§. in his.C. de præscri.xxx.anno.quod etiam dicit esse verū si pure & simpliciter bannitus esset in pecunia,qa cum sit malæfidei non præscribit,vt no.xvj.q.iij. c.per singulas. Vide ibi eum in repetitione sua, vbi etiam dicit,quod sicut post.xxx.ann.bannum habet effectum ita si est ab initio nullum etiam post xxx.ann. potest nullum dici. de quibus omnibus ibi vide.

65 Sexagesimoquinto † Pone statuto cauetur ꝙ si bānitus damnum dederit debeat capi per vicinos,et si non fuerit captus damnū datum emendetur per communitatem siue villam propinquiorem. Ex hoc statuto insurgit triplex dubitatio. Prima qui dicantur vicini. Secunda quæ communitas siue villa dicatur propinquior, siue qualiter debeat mensurari an a territorio an ab ædificijs. Tertia quid iuris sit quādo ambæ cōmunitates siue villæ pariter sunt propinquæ. Quo ad primum quia in voluminibus habetur, parum istabo. Ille enim quantum ad propositum dicitur vicinus qui exaudire vocem clamantis potest l. j.§.eodem autem tecto. ff. ad Sylla. nisi ex communi vsu loquendi aliud appareret.ff.de verb.sig. l. vt alphenus.intelligendo de voce communi non altiore vel depressiore.ff.de hær.insti. l. suus quoque.§.puto. & l.continuus.§,cum ita.de verb.obli.Et secundum communem naturalem cursum temporum l.j.§.ripa.ff.de flumi.secundum Bart.in l.si tertius. ff. de aqua plu.arcen. Vbi vide de vicinitate personarum. & etiam Bald.in l.si vicinis.C.de nu.de vicinitate autem castrorum & ciuitatum dicitur ēt per eundem Bart.in l.iiij.§. Si tam vicinum.ff.de dam.infect.qualiter autem intelligatur ꝙ bannitus delinquens capi debeat per vicinos. Vide in consilio Bart.c.ij.quod incipit,Charissime domine isti nostri nucerini quod effectiue posuit in l. j. .§.occisorum.ff. ad Sylla. debet enim intelligi si possunt. Quid enim si aliquis bannitus venit in villam cum tanta gente cui villa non potuisset resistere,certe nō tenentur.Facit C.de epis. audien. l.abditos. Item quid si deliquit clam,certe tenentur vicini.ad Sylla.l.iij.§.si maritus.Item quid si fuit factum maleficium in loco ex quo statim transijt in locum ad quem accedere non poterant, certe non tenentur,vt in d.§.occisorum. & de acqui. re.do.l.naturalem.cū aliis iuribus vbi supra per eum alle. Vnum circa hoc no.ꝙ si statuto cauetur ꝙ bannum debeat notificari coram duobus vicinis banniti, intelligi debet de vicinis prædio vrbano non rustico, arg.ff.fini.reg.l.sed si riuus. & ibi per Ray. ad secundum aduertendum ꝙ vera ratio statuti inducentis emendam fieri a communitate siue villa propinquiore sumitur a negligentia hominum non curantium ne damna fiant, & si fiant non capientium.ex hoc sequitur ꝙ non territorio sed hominibus talis culpa impingi potest,et sic illa communitas siue villa cuius domus sunt magis propinquæ loco commissi delicti dicetur propinquior l.adigere.§.quanuis. de iurepa. cum si. Quod etiam probatur; quia statutum astringit communitatem magis propinquam.ergo intelligitur de hominibus qui communitatem repræsentāt. de colleg.illi.l.sodales.& l.j.ff.quod cuiusq; vninomi. Tertio secundum no.in d.§.si tam vicinum. Ciuitas.castrum, vel villa dicitur magis propinqua vel magis vicina secundum arbitrium iudicis, nisi in casibus a iure expressis. Certum autē est quod iudex non arbitrabitur vicinitatem nisi a potentia succurrendi vel aliter prouidendi, vt in d.§.occisorum.& eo.tit.l.iij.§.ignoscitur.& C. eo.l.fi.Et ꝙ ita sit colligitur ex no.per Barto.in d.l.si tertius.Sed viso ꝙ consideratur propinquitas ab ædificijs non a territorio, dubitatur qualiter fieri debeat mensuratio.& in hoc Bart.in tracta.de insula.figura.xiiij.quæ incipit,ista figura. versi.his quo ad finem &c. sic loquitur ꝙ mensurator debet incipere ab illa parte loci quę propinquior est loco mensurando.vnde in castro erit clarum, in villa potest dubitari, quia domus sunt sparsæ,sed puto ꝙ si esset aliqua domus quæ distaret multum ab aliis, illa non dicetur de vicinia, maxime si inde vox exaudiri non pōt vt in d.§. eodem autem tecto.& dixi in l.si tertius.de aqua plu.arcen. Et subdit ibi aduertendum esse ꝙ licet lex dicat mille passus debere mensurari a continentibus ędificiis,vt l.mille passus.de verbo.sig. hoc tamen casu debeat inchoari ab ipso muro ciuitatis,vel castri,vel ab ipso loco vbi terminatur villa. Tu aduerte ꝙ ibi loquitur in alio statuto non faciente ad propositum. & etiam puto ꝙ debeat fieri mensuratio ab ipsis ædificijs in quibus homines habitant non autem a muro. Quid enim si vnum castrum ex vna parte totum est inhabitatum,ex alia habet ædificia certe ab illis ratione prædict fieri debet mensuratio. Puto etiam eadem ratione ꝙ licet vbi alias ad alios effectus debeat fieri mensuratio per viam rectam, & non per tortuosam l.eos in fi.ff.de fal.& nō per aera, quandoque

quandoque secundum tecta per Bart. in l. j. ff. si quis cau. Tamen hoc casu fiet mensuratio potius per aera quam per viam, cum exauditio vocis sit illa quæ inducit hoc, vel per viam tortam, si est proximior per illam loco cōmissi maleficij. Vndecunque enim succurri potest mensuratio fieri debet. Sic enim dictat ratio cconiecturata ipsius statuti quæ regulat dispositionem, vt in d. l. quod dictum. cum si. Et hoc de secundo. Quo autem ad tertium recurrendum est ad ea quæ tanguntur in Spe. de rapto. ver. sed pone. vbi finaliter in simili concluditur ꝙ pro quantitate patrimonij locorū fiet diuisio. ff. de censi. l. cū possessor. C. de naufra. lib. xj. l. fin. ff. de incen. rui. & naufr. l. pedius. Et dicit ibi Io. And. ꝙ idem tenet Dy. in l. ne quid. de incen. rui. & nau. & ita etiam ibi refert Bart. & nō decidit remittens ad no. per se. in l. iiij. §. actor. de reg. iur. vbi quærit quid in delictis vniuersitatis. & remittit ad not. per se in l. nequid. & sic vt vides non videtur decidere hunc articulum, sed puto ꝙ cum inspiciatur causa propter quam imponitur collecta, vt ipse idem dicit. & causa sit propter personarum negligentiam, debeat imponi per capita, sicut quando ponitur vt mittatur homines in exercitum per eadem iura. Et videtur casus in l. ij. & l. nauis. §. cum autem. ff. ad l. rhod. de iac.

66 Sexagesimosexto quæro † Statuto cauetur ꝙ officialis communis Florentię qui cæperit bannitum in persona vel membro, debeat incontinenti lapsis tribus diebus post capturam facere executionem secundum tenorem bāni sub certa pœna, puta librarum mille. Potestas ciuitatis Pistorij quæ est de comitatu Florentię, & recepit potestatem a ciuitate Florentię cępit Titium bannitum ab officiali communis Florentiæ in hac forma, videlicet in mille florenis, quos si soluere non poterit amputetur sibi caput, quæritur an debeat incontinenti lapsis tribus diebus nulla facta solutione facere ipsum decapitari, & si non facit incidat in pœnā. Hęc quæstio subtilis est et habet plura dubia. Primū an potestas ciuitatis Pistorij comprehendatur in dict. statuto. Secundo posito ꝙ cōprendatur quando dicatur Titium soluere non posse, & sic possit fieri executio in personam. Tertium quando incipiant currere tres dies, an ab ipsa captura, & sic de momento ad momentum, an vero post diem ipsius capturæ. Quartum an posito ꝙ non faciat executionem, nisi post mensem incidit in pęnam statuti etiam si ex qualitate officij a dicto statuto imtelligatur astrictus. At ad primum rediens respondeo ꝙ si in ciuitate Pistorij esset statutum quod traderet formam executioni fiendæ de bannitis, & esset conditum vel approbatum authoritate superioris secundum ea quę habentur in l. omnes populi. statutum de quo agitur eum non comprehendit. Non enim potestas ciuitatis Pistorij a populo florentino transmissus est officialis communis florentię, sed ibi pro communi Florentiæ cōstitutus, vt probat text. ff. de interro. act. l. voluit. §. j. vbi præsides prouinciarum nō vocantur magistratus populi Romani, licet ab eo essent constituti, sed ponuntur vt species differentes. Pro quo etiam facit quod habetur in l. prima. §. quibus. ff. quod cuiusque vni. no. & quod not. per Cyn. post Iac. de Are. C. etiam per procu. l. j. & ita in hac ciuitate extit in similibus iudicatū. Ex quo patet quod dictum statutum quod loquitur de officiali communis non verificatur ex vi verborum vel sententiæ in officiali prędicto qui est officialis pro communi. ff. solu. ma. l. si vero. §. de viro. cum si. Si vero nullum statutum haberetur Pistorij aliter disponens. tunc licet non comprehenderetur ex vi interpretationis & dispositionis quæ est vt loca subdita regantur legibus superioris, vt habetur in l. omnes populi. per Barto. & sic tunc teneretur illud statutum obseruare. & vide quæ dixi supra eodem tempore parte lj. q. lvj. Posito ergo ꝙ simus in casu in quo teneatur obseruare statutum videndum est secundum scilicet qū dicatur verificata conditio banni. s. ꝙ Titius soluere non possit. Et in hoc videri oportet significatum, & importantia verbi potest. Pro quo sciendum quod dictum verbum quandoque ponitur in oratione principaliter & per se. Quandoque ponitur incidenter, & conditionaliter, vt in proposito themate. Primo casu aut ponitur negatiue, & tunc importat necessitatem pręcisam & ipso iure eradicat potentiam. ff. de leg. j. l. nemo potest. ff. de fur. l. non potest. & in cap. j. de regu. iur. lib. vj. ibi per Ioan. And. probatur etiam in l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. & in l. de his. & ibi etiam per Bar. ff. de transa. Per quod multæ quæstiones quotidie terminantur & in hoc tractatu, pluries mentio facta erit. Si autem ponitur affirmatiue, tunc aut in vltima voluntate. Et quandoque inducit necessitatem. & quandoque non habita distinctione an referatur ad grauatum an ad honoratū. vt habetur in l. peto. in prin. ff. de le. ij. & no. ff. de offi. pręsi. l. sæpe. Aut in contractibus, legibus, vel rescriptis. & tunc non importat necessitatem pręcisam sed causatiuam, vt habetur de primo in l. si tibi mandauero. §. si. ff. man. De secundo in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & posthu. & ibi per Bar. Et de eisdem & de tertio in d. l. sępe. Quæ omnia intelligit Bal. esse vera nisi verbum potest aut possit, ponatur pro forma. Dat exemplum, vt si statutum dicit ꝙ potestas possit inquirere de certis maleficiis. Tunc enim dicit importari necessitatem, vt sic teneatur inquirere, quod si non facit de negligentia puniatur, vt ipse no. in d. l. Gallus. in prin. alle. in ar. ea quæ no. in l. j. C. de ser. lib. xij. Sed videtur etiam quod tunc sit necessitas causatiua si non vult in pœnam incurrere. Secundo casu principali, quando verbū potest ponitur incidenter & conditionaliter. Aduertendum est primo quod triplex est potentia hominis, vt habetur in l. j. ff. de iniust. testa. & de verb. sig. l. nepos proculo. Pro quo vide Innocen. in c. scilscitatus extra de rescrip. Item ꝙ aliud est potentia. aliud est deductio potentiæ in actum. l. inter illam. de verbo. sig. & infra patebit. Quibus præmissis sciendū est ꝙ Bar. & post eum Bal. in d. l. j. sic distinguūt. ꝙ aut verbum potest ponitur absolute in oratione; vt quia non refertur ad actum certæ personæ, & tunc intelligitur, vt denotet potentiam naturę. vt d. l.

vt d.l.j. & l.cum in secundo, eo.titu. & quod habetur in l.continuus.§.illud.de verb. obli. cũ ibi no. Aut positum in oratione refertur ad actũ certę personę. Et tunc aut ille actus cũ explicatur cõtinet commodũ certę personę aut non. Primo casu aut ille ad quem refertur ex hac potentia vult agere, & requiritur potentia cũ actu. l.iij.§. si qs sic acceperit.ff.de statu libe. vbi est notabilis casus. Aut vult ab alio cõueniri, & sufficit quod habeat potentiam deducendi in actũ, vt l.nepos ꝓculo.de verb.sig. Secundo casu.s.qñ actus explicandus non continet commodum certę personæ. Et tunc sufficit potentia deducendi in actum illius specialis personæ ad quam refertur, adeo ꝙ non sufficeret possibilitas naturæ, vt l.inter illam.de verb.sig. Quod est verum nisi addatur actio postquam.quia tunc requiritur potentia cum actu, vt d.l.inter illam, secundum aliam lec. Et ex prædictis videretur dicendum ad propositum cum potentia solutionis referatur ad actum certæ personæ, scilicet fisci cui solui debet & nollit agere, sed velit ab alio conueniri sufficiat quod soluere possit id est habeat potẽtiã soluẽdi, licet ad actum non deducat, vt d.l.nepos. Sed nõ sic est nã si recte consideras prędicta loquuntur quando verbum potest ponitur in oratione incidẽter affirmatiue. Sed in themate quęstionis nostrę ponitur negatiue, ergo non est eadem dispositio, vt habetur in l. quod seruius.ff.de cond.ob cau. Sed tunc recurrẽdũ est ad doctrinam Bar. no. quam ponit in l. suus quoque.ff.de hære.instituen. in.§.sed & si filio, dicitur enim quis desinere posse, & sic nõ posse multis modis Quandoque ex persona eius qui debet aliquid facere. Quandoque ex tempore ex quo fieri debet. Quandoque ex materia de qua fieri debet. Quandoque ex persona eius in quem fieri debet. Primo casu habet locum distin.d. l.suus quoque. Aut est cõditio potestatiua quæ potest impleri vltimo vitę spiritu & non desinit posse nisi cum est in articulo mortis, vt ibi & quod habetur in l.fi. ff.de condi.institu. Secundo casu quando ex tempore dicit quod desinit posse fieri quando lapsum est tempus illi actui limitatum siue ab homine siue a lege.ff.de here.insti.l.sed si in conditione, & de ver.obli.l.in illa, cum si. Sed an tempus intelligatur adiectum saltem a lege. Dicit ibi Barto.ꝙ quandoque adijcitur talis dispositio in vltima voluntate. Et tunc aut adijcitur institutioni hæredis & nullum tempus intelligitur limitatum, & ideo expectat tempus mortis nisi per iudicem aliud instituatur, vt ibi, & l.si quis.instituatur. eo.ti. Aut adijcitur legato, & tunc habet tempus limitatum scilicet ꝙ impleatur cũ primũ põt.l. hæc cõditio. ff.de condi.& demon.& no.in d.l.si quis instituatur. Quãdoq; adijcitur in dispositione inter viuos & tunc aut incipit a præcedenti dispositione, & tunc intelligitur tempus limitatum, scilicet quo ad quis fuerit constitutus in mora. Si vero incipit a pręcedẽti cõditione, & tunc requiritur ꝙ desinat posse fieri, vt hęc probãtur in l.ita stipulatus de ver.obl. Ex quibus Bar.infert ad propositam quęstionem dicens cogitandum an sententia ęquiparetur vltimæ voluntati an contractibus & sic insolutum dimisit. Ex predictis tñ colligitur ꝙ si sententiam ęquiparas vltimę voluntati cũ nõ sit vniuersalis dispositio, sed particularis, & sic ęquiparetur lagato dicatur non potuisse soluere si cũ sciuit se sic bannitum valens soluere non soluit, vt d.l.hæc conditio. Si ęquiparas contractui cum ceperit a præcedenti dispositione non intelligitur soluere non posse, nisi cum fuerit desoluendo requisitus & sic necesse sit sibi terminum aliquem assignari, arg.ff.de sol.l. tantum & l. quod dicimus. Quid ergo dicendum. Bald.in d.l. suus quoque, dicit ꝙ iudex poterit assignare terminum suo arbitrio, arg.ff.de iur. delibe. in l.j. in fi. Et sic secundum hac determinationem non haberet seruare dictum statutum officialis de quo supra. Sed deberet assignare dicto bannito terminum ad soluendum. Cæterum hoc non videtur expeditum, quia in casu thematis propositi nullus terminus fuit appositus in banno. & sic potius videtur cadere in tertio casu qñ ex materia ex qua fieri debet. in quo membro Bart. vbi supra sic dixit, quod aliquando materia ex qua sumitur stricte. Exemplum in l.quod seruius.de condi.ob cau.& tunc ista materia dissoluta desinit posse fieri, vt ibi, & in authen.cui relictum.C.de indi.vidui. Si vero materia ex qua est generalissima, vt si dicatur. Si decem dederit in genere &c. Tunc ex parte materiæ non dicitur desinere posse, quia genus perire non potest, vt l.incendium.si cer.peta.& l. in ratione.§.incertæ.ad leg.fal. Ex quibus videtur dicendum in proposito quod condemnatio capite nunquam ante mortis articulum posset habere locum quia respectu pecuniæ nunquam desineret posse soluere. Quartum vero membrum scilicet quando pendet potentia a persona eius in qua debet impleri non facit ad propositum, sed dic. vt per Barto.in d.l.suus quoque. Per hoc igitur nondum expeditus est casus noster, tum quia omnia debent redigi ad suum intellectum, vt sic res potius sortiatur effectum quam non.l.j.in fi.ff.quod quisque iuris, & quia sententia æquiparatur aut contractui, aut vltimæ voluntati secundum benigniorem intellectum, secundum Bart.in l.centesimis.in fi.de verbo.obl.& dicam infra parte proxima hoc eo.tempore quæstio.lxxix. Dico quod aut in sententia banni fuit adiectum tempus, & tunc lapso tempore intelligitur soluere nõ potuisse, & ex tunc purificata fuit condemnatio personalis. Si autem nullum fuit adiectum tempus, tunc non habet locum dictum statutum; sed debebit officialis & assignare terminum ad soluendum ad similitudinem contractuum vt sic constituatur in mora; quia non debet esse minor dierum x.arg. eorum quæ habentur in l.debitori.ff.de iud. iunctis.quæ habentur in l.j. in fi.ff. de iur. delib. & per hoc sit expeditum secũdum. Intelligitur ergo statutum prædictum in eo qui tempore capturæ erat bannitus in persona vel membro l. in delictis.§.si extraneus.ff.de noxal. Si tamen aliud statutum non est lapso tempore sibi assignatio adsoluendum.& nulla facta solutione succedet dispositio statuti, vt incontinenti post tres dies debeat facere executionem.l. non possunt.ff. de legib.

cum

cum si. Sed restat tertia dubitatio qn̄ currat dictus terminus,& in hoc examinari oportet. An in dubio terminus currat de momento ad momentum, an vero a die actus, vt sic dies termini non computetur in termino. Circa quod Docto. varie loquuntur in iuribus quæ infra allegantur. Sed aduertendū puto quod qn̄q; terminus assignatur sine aliqua præpositione, puta quia dicitur habeat pro termino ad executionem sententiæ siue banni tres dies. Quandoq; assignatur cum aliqua prępositione, a, vel, ex, vt quia dicitur a tali vel ex tali actu, vel a tali siue ex tali die habeat terminum trium dierum. Aliquando cum præpositione infra, vel intra, vel ante tres dies. Aliquando assignatur cum dictione, post, vt in themate nostro dictū est. Primo casu quando simpliciter assignantur certi dies pro termino. Sciendum est triplicē esse diem. quidam enim dicitur dies naturalis, scilicet xxiiij. horarum, et iste incipit, quandoq; ab ortu solis, quandoq; ab occasu, quandoq; a meridie, secundum diuersitatem gentium, more autem romano incipit a media nocte, & alia media nocte finit, vt hęc habentur in l. more. ff. de fer. Quidam est dies artificialis, & iste incipit in mane, vt ibi not. quod intelligitur, id est ab ortu solis et durat vsq; ad occasum, vt habetur in l. j. C. de custo. reo. per Bar. in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœ. per Ioan. And. in c. j. de homi. Est & alius dies q vocatur dies emergens qui est quando computatur de momento ad momentum vt habetur in d. l. more. & ibi per Iacob. But. & alios. Et cum hæc vltima appellatio non sit communis, vt de se patet, intelligam statutum prædictū intelligi de tribus diebus, aut naturalibus, aut artificialibus, qd effectiue in idem recidit. & sic non computabitur de momento ad momentum. & sic dies capturæ non computabitur in termino, vt sic tunc nullo verbo ad alium significatum inducente intelligatur secundum communem vsum loquendi. l. anniculus. de verbo. signifi. cum simil. & habetur per Iaco. Bu. & Bar. in l. j. ff. si quis cau. qui allegant l. eum qui cal. in prin. de verb. obli. per Iacob. de Are. in l. j. §. dies. ff. de liber. agnoscen. & etiam alibi habetur, vt infra patebit. & hoc credo verius ratione prædicta ꝙ̄ id quod dixit Ioā. And. in capit. super eo. ij. de appella. vbi dixit in dubio tempus computandum de momento ad momē tum, quod etiam voluerunt alij. vt infra dicam, sed debet intelligi, vt infra dicetur. Sed tunc dubitatur an dicti dies sint vtiles, an continui. Et tex. in d. §. dies. facit ꝙ sint continui. In contrarium facit tex. in l. ij. §. dies. ff. si quis ord. in bon. pos. ser. & in l. j. §. dies. ff. quando appella. sit. per quæ iura credo ꝙ intelligatur de vtilibus saltem quo ad actum de quo agitur. Cum enim debeat expediri in forma iudici saltem quo ad initium debent esse vtiles, vt in iuribus secundo loco allegatis. Vtiles intelligo secundum naturam criminalium & actus executionis. l. si vno. ff. loca. cum si. & ideo si quis esset bannitus ex tali causa ex qua etiam quacunq; die fieri posset executio secundum quod habetur in l. præsides. C. de fer. nulla esset ratio quare differri posset. Et pro materia temporis vtilis continui & partim continui. vide quod habetur in l. j. ff. de diuer. & tempo. præscriptio. & extra de conces. præbē. c. ij. & c. quia diuersitatem, & de resti. in integ. c. j. in clemen.

Secundo casu quando assignatur tempus cum propositione, a, vel, ex, vel, ab. Et isto casu dicūt communiter Docto. quod dies termini non computatur in termino. Et sic ēt hoc casu dies capturæ non computabitur in termino trium dierum. l. ratio. §. fina. ff. de action. emp. & ita no. in Spec. de dila. §. j. ver. sed pone. & per Ioan. An. in c. statutum. de præben. lib. vj. per Iaco. & Barto. in d. l. j. si quis cau. Nec ob. l. j. §. dies. de libe. agnos. & de adul. l. pater. §. fina. vbi text. dicunt quod dies computantur ex die diuortij, quia ibi contingit, ex eo, quia in alia parte dictum fuerat tempus currere post diuortium, & sic vna particula restringitur & declaratur ab alia l. si seruus plurium. §. fina. de lega. primo, & C. famil. ercifcun. l. quoties. cum si. Prædicta quidem vera si tales dictiones apponuntur tempori. Si vero apponuntur actui, vt quia dicatur a captura vel ex captura, & sic de similibus, tunc computabitur in termino dies capturæ, & procedet de momento ad momentum. l. j. §. biduum. & §. dies, quando appel. sit & C. de tempo. app. authen. hodie. & idem si apponitur dictio demonstratiua extremitatis temporis vel initij, vt si dicatur habeas terminū inde vel hic ad sex dies. Tunc enim similiter computantur de momento ad momentum. l. iij. §. minorem. ff. de minor. & per Docto. in dicta l. j. si quis cau. & istud puto verius quam id quod dixit Iacob. But. ibidem qui generaliter dixit computari tempus de momento ad momentum, siue dilatio statuatur ab homine, siue a lege, siue detur dilatio dierum, siue in dies, siue ad dies, siue intra dies. Ex prædictis enim & ex his quæ inferius dicentur patet quod illud non est simpliciter verum nec. ll. per eum allegatæ de quibus supra mē tio facta fuit aliter probant quam supra dictum sit. & vt dixi supra sic debet intelligi & saluari dictum Ioan. Andr. in d. c. super eo. ij. de appella. licet Bald. aliter dixerit in aliquibus in l. eos. §. finautem. C. de appel. vbi alle. prædicta & alia in ra, vbi vide si libet. Et quia natura dictarum dictionum separatiuarum qn̄q; est diuersa, & pro prædictorum declaratione necessarium est id sciri. pro dictione, a, recurre ad no. in l. a caligato, C. de nup. & in d. l. ratio. §. fi. de act. emp. ff. de flumi. l. pe. xxxj. dist. ante triennium. xvj. q. iij. placuit. ff. de excus. tuto. l. j. §. qui autem de rescrip. c. dilectus. l. j. & ij. ff. de sena. l. fi. §. fi. C. de aduo. diuer. iud. l. post duos. & C. de ero. mil. an. l. iubemus. Ex quibus patet ꝙ quandoq; ponitur exclusiue, qn̄que inclusiue, vt etiam habetur in multis alijs iuribus. Ponitur etiam aliquando causatiue xxiij. q. vij. coniuges. Interdum assumit naturam aliarum dictionum, quandoq; enim ponitur pro, ex xv. q. iij. inter cætera. & cap. item si de rebus. Quādoq; pro, per. ff. de leg. j. l. seruo legato. §. j. & sol. ma. l. si socer. §. j. & vide ēt quod habetur in c. abbate. de re iudi. li. vj. De dictione, ab, simplr posita quæ separationem denotat, habes. ff. de duo. reb.

reb.l.si ex duobus.in prin.ff.de euic.l. si re.§.fin. de hære.instit.l.seruum.§.hæreditas.ff.ad l.fal.l. hæreditatem & not.extra de app.c. super eo.iiij. q.vj.c.quisquis.xxxv. dis. ab isto.ff.de minor.l. Aemilius.C.de sepul.viola.auth. sed nec. vbi ponitur exclusiue. Quandoque etiam ponitur inclusiue in auth.vt ab illu.& qui super eos sunt in rubro & nigro. Si vero iungitur cum alijs dictionibus, vt quia dicatur abhinc qualiter intelligatur vt C.de sa.san.eccle.placet. Intelligitur enim ab hoc tempore in antea. Si autem adijcitur ante intelligitur.id est ab hinc retro.ff.de iudic.l.proponebatur. Si autem dicitur ab hoc vide de origi. iur.l.ij.§.post hunc. Tertio principali casu quando dicitur infra vel intra tres dies.dixit Iac.de Bel. in d.l.j. quod terminus computatur de momento ad momentum,& sic dies prima.s.termini & vltima computantur in termino, vt d.l.ij.§.quod in sententijs.ff. quando appel. sit. Sed hoc non videtur verum per ea quæ dixi supra in primo casu.Non ob l.j.§.quod in sententijs.ff.quando appel.sit.quia ibi ideo est, quia dicitur a sententiæ recitatione intra x.dies de quo ibi.et de re iudi.c.quo ad consulta. Dies tamen tertius vel decimus qualitercunque fiat computatio erit in termino, & illa die actus fieri poterit,vt no.in c. frequens. de restitu. spo.lib.vj.in glo.quia dies, quæ allegat iura, vbi tamen computatur de momēto ad momentum necesse est cōstare de hora quando sit in vltima die, vt sic appareat factum esse intra tempus secundum Ioan.And.no.id refferentem in addi.Spe.in titu. de instru.edi.§.ij.versi. post indictionem. De natura autem harum dictionum.s.intra & infra.vide de intra in l.pomponius, in neg. de nego. gest. vbi ponitur quod interdum vel interim, quia dicitur intra moras. Item denotat extremitatem.ff. si cert. peta.l.non omnis. & non dicitur quis esse in mora, nisi lapso illo die, vt cum dicitur intra decē dies dabo.ff.de verbo.obli.l.quicquid astringendæ.§.si ita stipulatus.Quandoque tamen ponitur pro circa.ff.de iur.fis.l.vltima,& ad propositum nostrum dictio, intra ponitur inclusiue.ff.de verb. significa.l.si quis sic dixerit. de contrahen. emp.l.ęde sacra.§.si quis intra,de offic.præf.vrb. l.j.in initio.& de actio.emp.l. fundus.& l.quæro. Dictio vero infra eodem modo denotat extremitatem, vt d.l.non omnis. licet quandoque id non faciat.ff.de succes.edic.l.j.Item ponitur inclusiue insti.de gradi.in princip.& ff. de actio. emp.l. in venditione.& vide extra de authori. & vsupal. c.j.& c. ex tuarum. & idem in dictione, ante de quo.ff.de verbo.obligatio.l.qui ita.§.qui ita.& l. si stipulatus fuero.& l.qui ante.licet aliter videatur poni in l.anniculus.de verbo.signi. Sed respon de per not.per Bartol.in l.ij. si cer. peta. & alijs pluribus locis. Quarto autem principali casu quando assignatur terminus cum dictione, post. Dixit Guil.in Spe.de citatio.§.viso.versicu.pen. quod dies dati termini non computatur in termino etiam si dicatur post citationem,& similia. Sed verius dicendum est quod aut dictio,post,adijcitur diei vel tempori. Et tunc non computatur de momento ad momentum, licet dies dati termini non computetur in termino.ponitur enim exclusiue.ff. de minori.l. Aemilius.& de verborum significa. l.anniculus.& l.si quis sic.facit.ff.de leg.iij.l.post diem.ponitur tamen causa necessitatis inclusiue, vt quia alias non essent decem dies, nisi ille dies computaretur, vt dicit glos. xxiij.quæstio.iiij.ea vindicta & allegat.lxxvj.distin.scire, sed cap.ea vindicta.illud non probat, vt statim dicam. Si vero adiicitur actui, vt quia dicat post citationem, vel post publicationem testium.& simi.tunc computatur de momento ad momētum l.j.§.dies.ff.de liber.agnos.& dicta l. pater.§.fin.de adulte. cum simi.& ideo ad propositū dum dicitur post capturam intelliguntur tres dies de momento ad momentum, dum tamen intelligatur post capturā perfectam.id est, postquā ad ipsum officialem ductus fuerit & sciuerit ductum esse l.laqueū.ff.de acquiren.rerū domi.l.si barsatoram.C.de fideiussorib. per Cy.in l.licet.C.de acqui.possessio.& per Bar. in l.j.ff.eod.ti.Non enim currit terminus ei antequam sciuerit.l.genere.de his qui notan.infa.cum similibus. quinimmo nec antequam executionem facere possit, argumē.ff.de statu.lib.l.iij.§.si quis hęredi.& l. si in diem. de conditio. & demonstra. cum sibi. Vltima dubitatio fuit, an elapsis tribus diebus si non facit executionem incidat in pœnā statuti,& dicendum est quod non, quia licet teneatur illum terminum seruare ad similitudinem eius qui capit simpliciter bannitum ad mortem l.in testamento.ff.de condi.& demonstra.non tn̄ incidit in pœnam statuti.vt ibi & l.multa.in eod. tit. Sed si differt vltra debitum teneatur per tit.vt diff. iud. Not. tamen quod licet non faciat sic repente lapso triduo non propterea punitur. ex causa.n. dictio, incontinenti,& sic similes recipiunt temporis interualla, vt probatur in iuribus infrascriptis. primo in verbo, confestim in l.ita stipulatus, de ver. obli.l.j.C.de compen.depo.l.pe.C.vnde vi.l.momentaneę.iuncta.l.j.ff.de penu.leg.l.qui procuratorem dat.ff.de procu.in verbo, cōtinuo.de verb. obli.l.si stipulatus sum damā cum gl.sua.de arbi. l.licet.& l.iij.§.in admittenda.vbi gl.ff.de acqui. posses.In dictione mox.in l.p interualla.de iudi. ff.solu.matri.l.fructus. In dictione, statim.solut. matri.l.diuortio.§.ex cōtrario.In dictione, incontinenti,& mixtim.in prædictis.l.j.§.item si ita.ff. ad leg.fal.in cap.quia propter de electi.de nō nu. pecu.c.j.glo.in cle.j.de offi.delega. Inno.in capi. fin.de præsumptio.Bart.in l.cum pecuniam.ff.de nouatio.C.quo.bo. pos.l.fin.& ff. si certum peta. l.prima. Et vide in Specu. de dispu. aduo.§.post hæc versicu.item clausula.

Rubricę quęstionum tertiæ partis secundi temporis videlicet de his quæ fiunt in fauorem bannitorum.



POST EXPEDITIOnem secundæ partis secundi temporis, restat, vt ad tertiam eiusdē temporis, particulam veniamus; & ideo aliarum partium ordinem sequens præmittam rubricas siue titulos

titulos quęstionum quę in ea versabuntur. Deinde ad illarum examinationem particulariter descendetur. Sunt ergo huius partis rubri. quæ sequuntur.

SVMMARIVM.

1 An iudex possit inquirere de offensione facta bannito de qua ipse accusare non potest.
2 An formato processu de offensa facta bãnito prosit ad utilitatem processus, si postea bannitus soluit vel à banno eximitur.
3 An valeat sententia lata pro bannito contra debitorem qui banni exceptionem non opposuit.
4 Incidẽter quãdo talis bãni exceptio possit opponi.
5 Si cauetur statuto quòd bannitus non possit ad sui utilitatem contrahere, An valeat pactum de inquilino non expellendo.
6 An valeat ordinamentum factum in fauorem banniti, stante statuto quòd nihil possit proponi in consilio in fauorem bannitorum.
7 An bannitus pluribus bannis præsentans bannitum virtute statuti disponentis eum ex banniri debere, debeat ab omnibus bannis rebanniri.
8 An stante statuto quòd bannitus præsentans bannitum rebanniatur si est bannitus de pari vel minori crimine. An præsentans bannitum pro homicidio facto cum armis debeat rebanniri à banno sibi dato pro homicidio facto cũ veneno.
9 An statutum factum in fauorem bannitorum certum quid soluentium porrigatur ad bannitos carceratos.
10 An tale statutum trahatur ad postea bannitos.
11 Stante statuto quòd banniti rebanniantur soluendo. v. solidos pro libra fit aliud quo cauetur quòd banniti rebanniantur soluendo medietatem banni, An bannitus ante confectionem secundi statuti habeat beneficium primi statuti an non.
12 An generale statutum in fauorem bannitorum comprehendat bannitos pro falsitate.
13 An petens se rebanniri virtute statuti soluendo certum quid, habeat beneficium secundi statuti facti post venditionem talis introitus, & est prolixus titulus quæstionis.
14 Si statuto cauetur quòd falsatores monetæ & robatores stratarum non possint rebanniri etiã habita pace. Et fit aliud generale statutũ quòd omnes banniti habita pace debeant rebanniri, an comprehendat falsarios & robatores.
15 An in securitate data venientibus ad nundinas comprehendantur banniti.
16 An data generali securitate quòd nullus possit capi pro debito, bannitus pro maleficio possit uti dicta securitate.
17 An securitas valida concessa bannito intelligatur concessa etiam pro redeundo.
18 An intelligatur pro una vice tantum.
19 An ille qui non potest rebanniri, possit dari securitas ad annos centum.
20 An receptans bannitum ignorans eum bannitum puniatur pœna receptantis.
21 An consanguineus receptans bannitum scienter puniatur pœna statuti.
22 An uxor receptans virum bannitum incidat in pœnam receptantium bannitos.
23 An receptans in domo extra villam posita incidat in pœnam statuti punientis receptantem in castris vel villis.
24 An ille qui scienter pluribus diebus receptauit bannitum, postea eum prodidit & curiæ præsentauit debeat puniri vel præmiari.
25 Si vicina est condemnata ex eo quòd in illa unus recuperauit bannitum. An possit agere contra receptantem.
26 Stante statuto quòd nullus possit dare bannito auxilium, consilium, vel fauorem. An aduocans pro eo incidat in pœnam statuti.
27 An incidat in pœnam allegans pro eo causas absentiæ.
28 An incidat in pœnã si pro eo testimonium dicit. & quid si eum capit deinde relaxat.
29 Aliquis eximit captum de manibus familiæ. An teneatur ut eximens & an etiam ut præstans auxilium vel fauorem.
30 Posito statuto quòd pacis beneficium aperiat bannito viam ad eum rebanniendum. An bannitus p crimine adulterii possit habere tale beneficiũ.
31 A quo debeat haberi pax de adulterio ut ei prosit statutum.
32 An minor possit facere pacem de morte patris, ut ex ea bannitus talis statuti beneficium consequatur. & in hac inferuntur duæ sequentes.
33 Si non potest. An possit tutor vel curator. & an possit peti restitutio.
34 An talis pax requirat iudicis decretum, ut bannito prosit.
35 An si requiritur pacem fieri ab hærede occisi sufficiat bannito quòd illam habeat a filio non expresso nomine hæreditario & in hac subditur.
36 An ex tali pace videaĩ adire ẽt si aliqd recipiat.

An bannitus

apostolicæ. Facto postea contrario statuto, bannitus qui vult rebanniri teneatur illam quantitatem soluere.

79 *An bannitus sit liberatus à banno eo ipso quòd fecit illud propter quod ex forma statuti intelligitur rebannitus, An vero requiratur declaratio, & est bimembris, quia primo tractatur quando in banno dicitur saluo quòd si sic fecerit &c.*

80 *An debeat cancellari à banno de mille integris, si soluit intra decem dies cum beneficio quarti ex forma statuti.*

81 *An potestas qui vltimis. xv. diebus non potest quem eximere de banno poßit pronuntiare eũ eximendum esse. & quid de officialibus qui prohibentur rebannire ex bannitos, An saltem poßint ordinare qualiter debeant rebanniri etiam aliquid detrahendo solennitatibus in rebanniendo antea requisitis.*

82 *An stantibus certis statutis capitaneus qui proposuit aliquem rebanniendum, & fuit ordinatum vt proposuit, intelligatur priuatus officio capitaneatus, Et sic non valeat ordinamentum, an vero valeat.*

83 Si *cauetur statuto ꝙ bannitus in certa quantitate incidat in pœnam capitis si petierit se ab aliquo in officium admitti, An ignorans se esse bãnitum excusetur, vel an perdat in eius rebannitione generaliter ordinatum.*

84 *An bannitus receptus in ciuitate & tractatus longo tempore vt ciuis etiam in officiis, intelligatur rebannitus, & an sententia lata contra offendentem illum poßit retractari.*

85 *An bannitus Vicentiæ & registratus Paduæ virtute vnius statuti Paduani, præsentans bannitũ Paduæ debuerit rebãniri virtute alterius statuti Paduani, de præsentante bannitũ loquẽtis. Et in ea tractatur plene de virtute succeßionis & acceßionis vnius rei ad aliam.*

Tertia pars secundi temporis.



POSITIS ergo tertiæ partis quæstionum titulis. Capio primã quæ fuit talis† Bãnitus qui ex forma statuti non debet audiri in ciuili, vel criminali fuit offensus a Titio. Iudex non ad alicuius instantiam sed ex suo officio inquirit cõtra Titiũ, queritur an poßit, Hęc qõ est antiqua & in multis locis tractatur. Fuitq; per Iaco. de Are. et Iac. But. disputata, quod effectiue refert Bar. in l. cum lex. ff. de fideius. & in l. non solũ. §. quanquã. ff. de iniur. & l. j. ff. ad Treb. & nouissime posuit Ang. in l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. x. Ad finem eius quod ibi scripsit faciens mẽtionẽ de opi. aliorum & suam ponit notabilẽ conclusionẽ quã ego hic inserã additis & mutatis aliquibus in multiloquio non istando. Sciendũ ergo est vt patet ex multis qõnibus supra formatis ꝙ circa hunc effectũ statuta varie loquuntur. Aliquando enim dicunt ꝙ bannitus posit impune offendi. Quãdoque ꝙ bannitorũ querelæ non audiantur. Interdum ꝙ audiantur agendo, vel defendendo. & quandoq; ꝙ non fiat eis ius vel non reddatur. Aliqñ non simpliciter excluduntur, sed ad tẽpus denegatur audientia, puta quousque in banno fuerint, vel soluere distulerint, de quorum virtute verborum, scilicet an ipso iure actionem tollant, an non tangetur inferius, & ideo vt hęc quęstio omnia cõplectatur dicendũ puto ꝙ aut statutum simpliciter dicit ꝙ posit impune offendi. & tunc iudex minime posit inquirere, quia id non est maleficium vt dixi supra per te proxi. q. lvj. & sic vnicuique præcluditur via l. si seruus. C. de his qui ad ec. confu. & l. ij. ne quis vela. oc. & ista pars est satis clara. Excluditur enim tunc iudex ex eo, quia id de quo agitur non est delictum. Si tamen in inquisitione nõ narratur offensum fuisse bãnitum, tenet inquisitio & processus l. cum putarem. ff. fami. ercisc. l. cum quædam. de iur. omn. iud. & necesse est ꝙ opponatur & iudici probetur exceptio banni quæ est litis finitæ. & ad processum potest opponi & per alium quam inquisitum vt dixi supra parte proxi. q. xiiij. Omnis enim exceptio per quam ostenditur accusantem non habere ius accusandi. inquirentem non haberet ius inquirendi ante lit. conte. opponi potest secundũ not. doctrinam Bar. in l. nam postea. ff. de iureiu. & in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. inde. & dixi supra in proximo tempore parte j. q. ij. Si vero statutum dicit aliter, vt ꝙ non audiatur, vel non fiat eis ius. & similiter, quæstio est magis dubitabilis, quia licet pars non posit accusare tamẽ iudex ex officio potest inquirere. ff. si tu. non gesl. l. j. C. de cal. l. j. & ibi not. & in l. querela. C. de fal. & ita tenuit Iacob. de Aret. & secutus fuit Ray. s. quod posit cognoscere ad vtilitatem fisci non banniti, arg. l. licitatio. §. ꝙ illicite. ff. de publi. vt ipse scribit in l. j. §. quod autem, de alea. & in l. falsi. C. de fal. vbi etiam Cy. tangit. In contrarium tamen est veritas quia vbi præclusa est via parti ibi est iudici. l. non solum §. quanquam. ff. de iniur. & ibi bonus tex. & in l. j. §. quod autẽ. ff. de alea. vbi melior. l. prætor. §. præterea. ff. de iniur. & ibi per Iaco. de Are. & per Bart. in iuribus supradictis, & Iac. & Bald. in l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Nec huic & præcedenti mẽbro ob. l. decuriones. C. de infa. vbi Iaco. But. & Bald. aliter vñr velle, quia ibi a lege non fuerat offensio reddita impunita, vel simpliciter audientia denegata sed fuit exclusum certum genus pœnę, & ideo alia potuit imponi & maleficium factum pronuntiari fuisse, & propterea si statutũ diceret ꝙ offendens bannitũ nõ posset personaliter puniri, vel non posset puniri maiori pœna librarum

rum mille, non excluderetur cognitio pro minori pœna. Casus est ibi & de se patet l. cum prætor. ff. de iudi. & de legi. l. cum lex. cum si. Diuersa. n. sunt tollere delictũ & tollere certam pœnã quod latius prosequitur Bal. in l. cum mulier. in fi. repetitionis. ff. solu. mat. Nec prædictis ob. l. querela, quia illa gl. non est vera per l. Pomponius. §. tali. ff. de procu. & l. ita demum. C. eo. & ita dicit Angel. quod eo audiente reprobabat Bar. illam glo. Bal. ẽt in d. l. j. de his qui sunt sui vel ali. iur. Respondet ꝙ illud procederet quando ex postfacto nõ ab initio tollitur ius accusandi, vt per præscriptionẽ, secus si ab initio. Sed prima responsio est communior. Si vero statutũ dicit ꝙ non audiatur donec fuerit in banno, vel ꝙ qui nõ soluerit collectas non audiatur in ciuili, vel criminali donec distulerit soluere. Dicit idẽ Ang. vbi supra ꝙ tũc iudex a seipso poterit inquirere p d. l. j. C. de cal. & l. j. ff. si tut. non ges. Hic tñ aduertendũ puto ꝙ si iudici ex forma statuti datur potentia inquirendi, requisito tñ prius iniuriã passo an velit accusare. Quo respõdente quod non, iudex posit inquirere & aliter non. Tunc decisio prædicta non procedit. Cũ. n. succedat in locum partis, eo iure quod pars habet vti põt & nõ alio, vt in regula si quis in ius. lib. vj. præsertim quia lex siue statutũ volens requiri iniuriã passum debet intelligi de habili ad accusandum l. j. C. de sac. sanc. eccle. & l. vt gradatim. §. sed si lege. de mu. & hono. cum simi. aliter. n. termini statuti verificari nõ possunt, & sic non potest succedere inquirendi potentia l. ita autem. in prin. ff. de admi. tuto. cum simi. disputando tenuit Ray. qñ statutũ dat potentiam iudici inquirendi prius tñ accusatione recepta. & ibi allegat multa iura. & inter alia quod not. in l. plane. ff. quod cum fal. tut. aut. & ff. de acquir. pos. l. Pomponius. §. cũ quis. & incipit eius disputatio. Lege municipali cauetur. Accedant quæ dixi supra parte. j. huius tẽporis. lix. & lx. quæstioni. Si aũt simpliciter datur potẽtia inquirẽdi, forte eius dictũ verum est. Non. n. redditur quod fit in eum impunitum. Nec in totũ denegatur audientia pp quod iuris natiuitas sit impedita, sed qualificate denegatur ad tẽpus. Cũ ergo illud sit maleficium ex eo oritur ab initio duplex ius. Vnum parti ad accusandum, & ab isto pars ipsa excluditur donec distulerit soluere, vel donec fuerit in banno. Aliud iudici ad inquirendum. & ab isto non reperitur iudex exclusus, ergo remanet sibi saluum ius suum l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & satis ostendunt dicta l. prima. de calum. & l. prima. si cu. non ges. & facit quod not. in l. prima. C. qui accu. non pos. & dicta l. decuriones. in ratione sui. Prædicta quidem intelligo in offensa facta tempore quo quis erat malpagus. Si autem ei fiat offensio ante cessationem solutionis, sed antequam iudex inquirat labitur tempus & efficitur malpagus. Dixit tunc Bald. in dicta l. cum mulier. quod tunc iudex potest inquirere, quia iam erat fisco ius quæsitum, quod negligentia illius tollere non potest, alleg. not. in l. querela. C. de fal. & l. fina. ff. de pact. quod habetur in l. secunda. §. quod si in patris, ff. solu. matrimo. & sic licet tunc ipse excludatur exceptione personali, vt l. penul. C. accu. non pos. tamen non excluditur iudex secundum eum, quod intelligo nisi ad potentiam inquirendi requiratur requisitio iniuriã passi secundum ea quæ supra dixi. Quo casu etiã sufficiet si requisitio esset facta ante cessationem solutionis, & sic eo tempore quo non erat malpagus vt in iuribus per Bal. alleg.

2 Sed tunc secundo circa idem quæro † stante statuto ꝙ bannitus non audiatur etiam in criminali quousque distulerit soluere condemnationem, vel quousque steterit in banno, & idem disponente in non soluente collectas, bannitus, vel malpagus fuit offensus, accusauit de offensione sibi facta, vel iudex eo requisito an vellet accusare, respondente ꝙ non, formauit inquisitionem fuit, apposita exceptio & probata secundum no. in l. hoc iure. ff. de verbo. oblig. per Barto. post quod bannitus fuit rebannitus, vel ipse aut malpagus soluit, & iudici ꝓductio facta fuit. Quæritur an ex eodem processu posit ad vlteriora procedi. An vero requiratur nouus processus. Hæc quæstio est magni effectus. Pone enim ꝙ tempore solutionis, vel exemptionis a bãno, tempora cognitionis sunt decursa, quæ non erant tempore accusationis, vel inquisitionis, & sic dicatur locum esse l. accusaturus. ff. de adult. & in ea varie consuli & iudicari vidi. Meo tamen paruo iudicio huius quæstionis virtus stat in eo an acta facta cum bannito in eius fauorem valeant, vel non. De quo dicam statim in seq. q. Si enim non valerẽt per solutionem, vel exemptionem, a banno superuenientem non validarentur vt in regula quod ab initio. de reg. iur. & C. qui da. tu. pos. l. in vniuersis. & ff. de ser. expor. l. si minor. cũ si. præsertim qñ lapsum esset tempus cognitionis, quia tunc fictio attractiua operari non posset l. bonorũ ff. rem ra. habe. Si vero acta valent videtur contrarium verum esse. Quando enim tenet iudicium licet agens ius nõ habeat agendi. l. cum putarem ff. fa. ercis. Si postea superuenit ius sequi debet cõdemnatoria l. si rem. §. fi. ff. de pig. act. & secũdum hanc secundam partem pluries iudicari vidi per ibi not. & l. si mandauero tibi. ff. manda. Illa tamen iura prima facie non videntur adaptari ad propositum, quia loquuntur quando ius superuenit ex causa de præterito, & sic retrotrahitur, qđ hic non videtur esse, ergo &c. l. non potest. ff. de iudi. Aduertendum tamen puto ꝙ etiam si acta teneant debeat cõsiderari qualiter a banno eximatur. Nam aut eximitur ꝙ soluit, & puto veram esse conclusionem prædictam. superuenit enim pendente iudicio replicatio contra exceptionem. exceptio excluditur l. his oneribus. §. auctis. ff. de vaca. mu. & quod ple. no. per Bart. in l. j. ff. de excep. facit. ff. de pecul. l. quæsitum. in princ. vbi bonus tex. ad propositum. Si vero fuit exemptus a banno per viam gratiæ vt quia fuit rebannitus, non puto procedere conclusionem prædictam. Cum enim opposita exceptione esset opponenti ius quæsitum vt pronunciaretur procedendũ non esse, vel absolueretur ab obseruatione iudicij, quod regulariter idem est in effectu per nota. in. §. fin.

fin.institu.de diuer.& tempo.præscrip.per illam rebannitionem tolli nõ intelligitur vt in c. quamuis.de rescrip.lib.vj. & quod not.in l. Gallus.§. & quid si tantum.de lib.& posthu.& in l.fi.C.de sen. paſ. Nec habet locum hæc ratio in casu quo eximitur;quia soluit,tum quia illa exceptio cum hac qualitate opponebatur , & sic per illam non poterat tolli soluendi facultas quæ considerari debebat,vt l.si quis domum.§.j.ff.loc.nũ si. quod non erat in absolutione per viam gratie.l. apud Iul.in fin.de leg.j.tum quia vna exemptio sit per viam iustitiæ alia per viam gratiæ , & sic prima pinguius succurrit quam secunda vt no.in l. antiquæ.C.ad velle.cum si. Facit quod not.per Inno. in c.veniens.de fil.presby. cum simi.& vide quę dicam infra in vlt.tempore parte.j.q.iiij.& v.

3 Pro declaratione pręcedentis q. Tertio quęro † bannitus non debet audiri ex forma statuti egit in iudicio contra suum debitorem, nõ fuit sibi opposita exceptio banni.& ideo pro bannito fuit lata sententia. Quæritur an valeat. In hoc articulo Iaco. de Are. dixit primo videri ꝙ acta valeant & sic sententia arg. l. extat.ff.quod met.cau.& quod ibi not.& C.de iurisſ. om.iudi.l. in criminali. debet enim intelligi tale statutum quo cauetur ius non reddi, vel non debere audiri exceptione, scilicet opposita, alleg.ff.ad Treb.l. j.§.sublata . Ipse terminauit contrarium,scilicet ꝙ ipso iure non valeant acta pro bannito,quia in suis fauoribus habetur tanquam mortuus . Item quia omnis iurisdictio & omnia iudicia sunt de iure ciuili vt no.insti. de oblig.in princi. Constat autem tale ius non competere deportato,ergo nec bannito, quod Bal.in l.scire oportet.§.consequẽs, de excu.tuto.dixit enndem tenuisse argu.illius.§. & in l.j.C.de hæredi.insti.dixit esse verum, quia a quo remouetur genus remouetur quęlibet eius species l. si causa cognita.C.de transac.sed ei nõ debet reddi ius in genere, ergo nec sententia quæ est in specie.Io. autem And.in addi.Specu.in tit. de senten. & his quæ ipsam se.§. iuxta. versicu. Item est nulla ratione litigatorum refert Iacob. aliter tenuisse , videlicet ꝙ aut fuit expressus error, vt si dixerit condemno Titium Caio bannito aut non. Primo casu dixit sententiam nullam l.j.§.item cum contra sacras.ff.quæ sen.sine appre.C.quando prouo.non est ne.l.ij.& ij.q.vj.§.diffinitiua. Secundo dixit ꝙ aut fuit opposita exceptio aut non. si fuit opposita, aut iudex iudicauit ex contemptu iuris quasi illa exceptio nulla esset, & tunc idem arg. ff. de fer.l.j.§.ij. Aut quia exceptionem nõ habuit pro probata,vel bannum existimauit non rite datum. ff. de re iudi. l.iiij.§. condemnatum,vel illum reputauit de banno exẽptum , dixit valere sententiam.ff. de re iudic. l. cum prolatis. C. de fide instru. l. fin. ff. de compen.l.quod in diem.§.si ratione.dixitque hoc sciri posse ex qualitate disceptationis factę super exceptione. ff. de iureiuran.l. fin. Secundo casu quando exceptio non fuit opposita , dixit sententiam nullam , quia contra formam statuti , & sic contra legem.ff.de leg.l.contra legem.& l.nõ dubium.C.eo.Item quia in casu isto defecit persona actoris,ergo iudicium nullum de verbo.sig.c. forum.§.in omni.Paria enim sunt non esse vel esse sed inhabilem.ff.quod cuiuſ.vni.no.l.j.§.fi. ff.ad velle.l.ꝗuis.§.si cum esset.Allegat ẽt quia paria sunt denegari alicui potentiam agendi fauore suę personæ vt in minore siue tutore,& curatore &c. & denegari odio suæ personæ vt in bannito , vt contrariorum eadem sit disciplina. ff. de leg. iij. l.fi. sed in primo casu iudicium est nullum.C. qui le.per l.j. & ij. & si aduer.rem iudi.l. cum & minores vos. Ergo & isto casu & fortius vt in regula odia.lib.vj. & in hoc residet ibi Ioan. Andrę. Iacob. autem But. in l. adulteram. C. de adulte. videtur velle quod quousque non opponatur exceptio valeant acta, & abinde in antea non. & idem sentit Bart. in l. eleganter.§. si quis post. de condi.inde. per cap.pia de excep. lib. vj. Idem etiam Ioan.And. in cap.statutum.de rescrip. lib. vj.in glo.super versicu. nec audiantur simpliciter dixit quando alicui denegatur audientia valere iudicium si non opponatur exceptio . Et idem dixit Angel. eum allegans.in l.iiij.C. pro emptore. Mihi ex prædictis non videtur ꝙ hæc quæstio sit bene sopita. Aliud enim est habere legitimam personam standi in iudicio , sed non habere ius agendi.quo casu tenet iudicium,vt ff. fami.erciscun.l.cum putarem iuncta l. si pupilli.§.videamus.ff.de nego. gest. Et aliud est habere ius agendi sed non habere legitimam personam standi in iudicio. de hoc. C. qui le. perſ. per not. Aliud etiam similiter esse debet quando vtrunque concurrit scilicet quod quis non habeat legitimam personam nec ius agendi sumpto argumento a coniunctione quæ fortius operatur quam in separatis l.qui fundum.§.si tu ex parte.ff.ad legem fal.l.qui patri.ff.de acquiren. hæredi. cum simi. & etiam a maiori.de electio.cap. cum in cunctis cum simi . Ad propositum itaque rediens dico ꝙ banniti de iure communi de quibus non agimus sunt illi qui quandoque perdunt iura ciuilia, vt patet ex his quæ tacta fuerunt in procemio. Banniti vero nostri temporis de quibus est quæstio illi non perdunt vt dictum fuit supra parte prima huius temporis quæstio.v.sed perdunt iura statutorum suæ ciuitatis a qua banniti sunt. Aut igitur valerent acta solũmodo de iure statutario,vt puta quia ex forma statuti citatus contumax habetur elapso tempore pro contestante litem.& quod propterea potest actor suam intentionẽ probare & peruenire ad diffinitiuã quod de iure ciuili non est permissum l.properandum.C.de iudi. & isto casu indistincte puto non tenere sententiã. Cum enim perdiderit talis bannitus ius suorum statutorum. nõ dicitur habuisse ius agendi eo modo quo egit. Item nec legitimam personam standi in iudicio propter statutum, quia audiri nõ debet,& sic omnino iudicium nullum vt in iuſ.ante dictis.Facit.ff.qui sa.cog.l.ij.§.j. & l.quoties cum simi. Facit ẽt ratio.Iaco.de Are. facta per argu.a contrarijs hoc modo , quia sicut in eo qui fauore sui remouetur a iudicio tenet sentẽtia lata pro eo & nõ contra eum,vt l.non ideo minus.C.de procura. Ita econtrario quando quis remouetur sui odio

odio tenet sententia lata contra eū & nō pro eo. & potest adduci argumentum similitudinis per contrarium vt not.glo.C.de pig.l.sicut. & ff.quibus mo.vsuf.amit.l.sicut. Si vero sententia potest sustentari de iure communi, vt quia reus comparuit & fuit litē contestatus,& seruata fuerūt alia quæ facerēt valere sententiā in quocunque vt l. prolatam.C.de sentē. & l.ij.de sen. ex peri.reci. Aduertendū puto ad distinctionem Iac.de qua supra. Ad cuius primū mēbrū faciūt not. per Inno. in c.præterea.de dila.& per Bar. in l.ij.ff.si quis in ius voc.non ie. Addens ꝙ idē esset si per relationē ad acta expressus error diceretur in sententia cōtineri secundum distinctionem quę habetur in l.j.C.de erro.cal.per Doctores & maxime per Bar.& quod tangit Bal.in l.libertorū.C.de testi. Ad aliud mēbrū quando iudex contempsit exceptionem,adde not.per Bald. in d.l.ij.ff. si quis in ius voc.non ie.vbi dicit ꝙ quando iudex opposita exceptione ad processum ex arrupto ad vlteriora procedit non tenet iudicium. Alleg.de iudi. c.exhibita. Tertium membrum quādo exceptionem non habuit pro probata, verū puto nisi pars obtulisse se paratam probare, & iudex non admisisset per ea quæ habentur extra de app.c. interposita.& c.ex parte. Vltimum vero membrū quo dixit sententiam nullam quando exceptio non fuit opposita est mihi valde dubium quando scilicet potest de iure communi valere pro non bannito,videtur enim potius lata contra ius litigatoris ꝗ̄ legis vt d.l.ij.§.j.quæ sen.sine ap. re. Si enim intelligamus quod requiratur oppositio exceptionis vt satis colligitur ex no. in iuribus supra allega.illa non opposita deberet tenere iudicium l. si accusatoribus.C.qui accu.non pos.cum ibi no.& per Bar.in l.hos accusare.§.leg.Iul. de accu. Ad hoc quod no.Inno.in c. post cessionem. de proba. & habetur in c.pia.de excep.lib.vj. Dicam ergo sententiam quæ de iure cōi valere potest hoc casu validam esse etiam in sui fauorem latam. Nec verū puto quod illa verba non audiantur reddāt extra ius statutorum eius personam inhabilē penitus ad iudicium. Potest enim etiam vbi prohibeatur defensio in iudicio interesse, negando vt dictum est supra in parte præcedentis huius temporis quæstio.secunda quod non potest facere minor sine curatore vt in iuribus supradictis. Non ergo est bona comparatio eius cuius persona est inhabilitata ad iudicium et eius cui ex forma statuti audientia denegatur, & hanc partem tenuit Alb.vbi supra quæstio.lvj.vbi post multarū opi. relationes concludit tenere sententiam, vbi vide si libet. Hoc etiam sentit Bal.in l.per hanc.C.de temp.ap.in vj.col.ver. Item pone exēplum, vbi dixit ꝙ talis exceptio banni non potest opponi in causa appellationis quod est mirandum. Sed aduerte quia illud verum quando statutum specialiter loquitur in potestate. Si autem simpliciter dicit quod bannitus non audiatur. Credo illud dictum non procedere per ea quæ dicam in sequen.q. Facit tamen etiam contra dictum Bal. quod not.per Bartol.in l.secunda.ff.ad Ter.Sed respondet quod ibi loquitur quando iudices sunt pares. Dictum Bald. quando vnus est superior, scilicet iudex appellationis quo casu dictum in minore non extenditur ad superiorem sed non transit sine dubio. Posset tamen & forte non male dici sententiam talem esse nullam eo casu quo iudex sciret illum esse bannitum. & sic scienter faceret contra statutum arg. eorum quæ habentur in l. quæsitum.& l.furioso.ff. de re iudica. per locum a contrarijs. De quo dictum est supra.

Quia in casibus in quibus teneret sententia posset disputari an in illius executione posset ante non oppositam banni exceptio allegari. Quæritur quarto loco 4 †quando hæc exceptio. Tu non debes audiri, debeat opponi. In quo aduertēdum ꝙ vbi talis exceptio redderet iudicium retro nullum, sine dubio potest opponi quandocunque. C. de iudi. l. licet. Semper enim dicitur opponi in initio cum acta non teneant per Inno. in fin. extra de rescr. c.super literis. Si vero non redderet iudicium retro nullum. Dicendum etiam est ꝙ semper potest opponi id est in quacunque parte iudicij. Semper enim infertur nouum grauamen si ille auditur, ergo licet non tollat acta præterita tollit tamen futura: vt in c.pia.de exce.lib.vj.ita tenet Bart. in l.eleganter.§.si quis post.ff.de condi.inde. Idem Iacob.But. in l.adulteram.C.de adul. proprie in bānito. Sic etiam dicimus in exceptione citationis ad locum non tutum vt not. Archid. iij. q. ix. hortamur.& Vinc. extra de rescri. c. dilectus.el ij.& Compost.eo.ti.c.nonnulli. Pro quo vide q̄d habetur in Spec.de cita.§.primo. versicu. quid si reus.& est adeo hoc verum, ꝙ etiam post conclusionem in causa opponi potest. dum enim actor petit sententiam, petit sibi ius reddi, & sic audiri l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe. & q̄d not.in l.ad peremptorium.ff.de iudi. & in l.properandum.§.sinautem reus.C.de iudi.& sic ad illum actum opponi potest. Nec obstat si dicatur iudex etiam nemine petente tempore ferendæ sententiæ potest a seipso sententiam ferre: vt habetur in l.properandum, quia quando pars non potest petere, ipse ferre non potest vt dictum fuit in hac parte. quæstio.j. Nec obst.prædictis quod not. per Cyn.in l.alia.C.de his qui.vt indi.vbi dixit post conclusionem non posse fieri illud, quod posset fieri post sententiam, quia illud verum nisi iuris siue statuti verba contrarium patiantur.l.non aliter.de leg.iij.cum si. Poterit ēt opponi dicta exceptio post sententiā, nō vt sniam quæ alias valeret reddat nullam sed vt executionem impediat, vt habetur in simili post Doct.in l.j.C. de iur. & fac.igno. & ita determinauit Guil. de Suza. in suis quæstionibus statutorum sub litera S. Cum talis exceptio sit anormala.alleg.glo. l. ordo. & l.si vt proponis.C.de exceptio.rei iudi.in quibus probatur quod in executione sententiæ ius redditur quod a statuto denegatur, & ita refert & sequitur Ioan.And. in additio. Specu. in titu. de sen.excom.§.fina.ver. xvij.& etiam ita tenuisse videtur Alb.vbi supra q.lvj.vbi multa alia dicit vt dixi supra proxima qō. Nec prædictis opponi potest ꝙ patiendo litem contestari videatur

renuntiasse, vt in l. ita demum. C. de procu. & l. Pomponius. §. rati. ff. eo. quia dato ꝙ verum esse videretur renuntiasse illi exceptioni quæ tunc sibi ad illum actum competebat, & ideo postea cū alius actus fieri petitur potest tunc opponi quasi sit alia exceptio tunc orta non autem quasi sit illa cui renuntiasse dicitur secundum not. per Iacob. But. in d. l. adulteram. Ad quod facit. l. ij. C. de cō sor. eiusdem lit. cum ibi not. & vide quæ dixi supra proxi. q.

5 Quinto quæritur † viso an valeat sententia pro bannito, an valeat pactū. Pone enim ꝙ statuto cauetur ꝙ bannitus nō possit ad vtilitatē contrahere. Titius locauit Seio domū ad certum tempus, deinde fuit bannitus, & demū vendidit illā domum Caio eo pacto ꝙ emptor pateretur Seium habitare domū vsque ad finem termini. Quæritur an istud pactū valeat. Hanc. q. format Io. And. in addi. Specu. in tit. de sen. & his quę ipsam sequuntur. §. iusta. ver. Itē est nulla ratione litigatorū. suarum additionū, versi. viso. & quod valeat arguit a differentia nominis & pacti de pac. l. conuentione a dispositione statutorū stricti iuris. l. quicquid astringendæ. de verb. obl. ab absurdo quod esset si puniretur inquilinus qui non deliquit. C. de pœ. l. sancimus. & quod statutū ponderat vtilitatem banniti de qua hic non agitur, sed de dam. vitando. l. fin. C. de codi. determinat contrarium distinguendo ꝙ si bona sunt confiscata pactū nō tenet vt superfluum siue superuacuum. l. fi. ff. de iur. fi. Si nil fuit confiscatum dixit non tenere pactū quia bannito proueniret vtilitas si nō posset inquilinus expelli qui expulsus haberet regressum contra ipsum cui bona remanserunt. l. si merces. §. j. ff. loc. Si vero certa quota bonorū fuit publicata & certa non C. ad l. Iul. de vi. l. ij. tunc idē iuris in parte quo ad partē, ꝙ in toto quo ad totum. de re. ven. l. quæ de tota. & ibi vide. et si plenius videre cupis, vide in Alb. vbi supra q. xliij. Secundū membrum est mihi dubium qū ex illo pacto quæreretur actio inquilino puta ex forma statuti vel per l. pe. C. ad exhi. tunc enim esset principaliter factum in vtilitatem inquili. & sic nō haberet locum statutum vt dicam in quæst. seq.

Ex quo de statutis impedientibus fauorē bannitorum

6 mentio facta est. Quæro sexto. † Statuto cauetur ꝙ nihil possit proponi in consilio in fauorē bannitorum, & si proponatur & fiat, non valeat. factum est statutum ꝙ bannitus capiens alium bannitum rebanniatur, quæritur an valeat dictū statutum. Quæstio hæc habet duo puncta. Vnū an tale statutum dicatur continere fauorē bannitorū, & hoc dixit Iaco. But. ꝙ non, quia tale statutum est factū in fauorē reipublicę vt malefactores puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. & l. ij. C. quando lic. sine iudi. vin. Nec ob. quod redundet ēt in fauorē banniti capientis, quia illud non attenditur. l. qui exceptionem, de condi. indeb. & quod not. in l. rogasti. ff. si cer. pet. & l. si quis nec causam. cod. ti. & ita ibi terminatur per Iacob. & Bart. quod ēt sequitur Bald. Faciunt omnia intra quæ alle. supra parte proxima. l. q. Secundus articulus est an regimina habentia arbitriū in negotijs ciuitatis potuerint illud statutū facere. & dixit Bar. ꝙ sic. l. non omnes. §. fin. ff. de re mili. per illum text. & ibi dixit ꝙ tale statutum fieri non potest per potestatem & capitaneum ad quos non spectat parcere condemnatis. l. j. in fi. ff. de quæst. & vide quod dicam infra hac eadem parte. lxiiij. & sequen.

7 Septimo quæro † circa dictum statutum. Titius bannitus pluribus bannis, quod fieri potest vt dixi supra in j. tempore parte. j. q. iij. cepit aliū bannitum & curiæ præsentauit, quęritur an rebanniri debeat ab omnibus aut ex diuersis factis, & tunc ab vno tm̄ argu. ff. ad Tur. l. j. §. si plura. & l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de noui oper. nunc. Et idem sequitur ibi Bal. & subdit ꝙ electio a quo velit cancellari erit fisci, quia debitor est l. plerunque. in fin. ff. de iure do. remittens circa id vltimum. de electi. ad no. per se in l. quicunque. C. de ser. fugi. Alb. autē vbi supra q. xcviij. refert simpliciter dictum Iac. de Aret. quod etiam dicit tenuisse. Old. & alleg. vltra prædicta. ff. ad Tur. l. in senatus. & de adul. l. vim passam. §. qui duos. Puto ꝙ aliter sic considerandum videlicet quia dictum statutum fit ob fauorem publicum, & ideo ab illo debet regulari tanquam a sua causa l. ꝙ dictum. ff. de pa. & ideo puto si bannitus captus & præsentatus erat bannitus pluribus bannis ex diuersis factis, ꝙ tunc bannitus eum capiens debeat rebanniri ex pluribus bannis, ex diuersis factis impositis, vt supra. Si vero captus erat bānitus ex vno, tunc ex qualitate illius cognoscetur a quo capiens eum debeat rebanniri argumento. ff. de compen. l. si ambo, cum simili.

8 Octauo quæro † stante statuto prædicto ꝙ præsentans bannitum rebanniatur si est bannitus de pari, vel minori crimine. Titius bannitus pro homicidio facto cum veneno & sic pro veneficio præsentauit captum Caium bannitum pro simplici homicidio cum armis facto, quęritur an debeat rebanniri, Alberi. supra q. xcix. in terminis dicit ꝙ nō, quia plus est hominē veneno extinguere quam occidere gladio. C. de male. & ma. l. j. Ad quod etiam alleg. in lombard. de homicidijs. l. fin. vult allegare de ho. liberorum homi. li. j. Sicque cum sit bannitus de maiori crimine rebanniri non debet. Idem dixit in alijs terminis Iaco. Bu. in d. l. j. videlicet si statuto cauetur ꝙ de homicidio possit cognosci intra tres menses quod post intra annos xx. poterit cognosci de veneficio vt ibi per eum. Fateor ꝙ est diuersum crimen vt dicit Iaco. sed hoc nostro casu non nocet, quia sufficit ꝙ sit par, vel minus licet diuersum. Item fateor ꝙ regulariter maius est delictum veneficium ꝗ̄ simplex homicidium, sed casualiter potest esse contrarium, & ideo puto dicendum ꝙ secundum qualitates talibus criminibus inhærentes iudicabitur vnū aut minus, aut par, aut maius altero. ff. de pœn. l. aut facta, per totam legem.

9 Nono pone ꝙ factũ est † statutũ validum ꝙ omnes banniti debeant cancellari de banno soluendo certã quantitatẽ taxatã a statuto sc͞dm banni quantitatẽ. Quidam erant banniti & carcerati quęritur an tale statutũ porrigatur ad eos. Hanc q. format Bartol. in l. domitianus. ff. ad Tur. per quã. l. Dyn. dixit ꝙ non, quod ẽt tetigit Bar. arguẽdo in l. ij. de cust. reo. per illum tex. sed in d. l. domitianus. concludit ꝙ aut dispositio est taliter facta ꝙ in totũ eximat bannitum a banno vt in prędicto statuto & tũc cõprehẽdit ẽt carceratos propter eius generalitatẽ, & quia sic est in speciali abolitione quæ delictũ extinguit vt l. mulier. ad Tur. & C. de abo. l. j. & probatur. eo. tit. l. fi. circa prin. Si vero non eximit totaliter a banno, sed illud differt vt si est facta reformatio ꝙ banniti habeant securitatem durante guerra, & tunc porrigitur ad carceratos, sicut dr̃ in generali abolitione, quę in totũ non tollit crimẽ cum ab eodẽ intra certum tẽpus repeti possit vt l. si quis repetere, & l. aut priuatim. §. fi. ff. ad Tur. & ideo carceratus non relaxatur, vt d. l. domitianus. Fortius thema disputauit Fran. Acc. Videlicet statuto cauetur ꝙ oẽs condemnati pro maleficio possint redire soluẽdo certã quãtita. & cõclusit illud ad tũc carceratos extẽdi, alle. ff. de li. leg. l. non solũ. §. liberatio vbi liberatio debitori legata valet antequã debitũ sit exactũ. p qđ patet ꝙ captio, vel detentio personæ non impedit legatũ liberationis durante debito, id est solutione non facta. Adduxit ẽt ꝙ liberatio est fauorabilis & sic ampliãda. l. Arrianus. de act. & obli. Itẽ quia est beneficiũ, & sic large sumendũ de consti. prin. l. beneficiũ. Itẽ quia ● dubijs fit interpretatio contra fiscũ. l. nõ puto. ff. de iur. fis. Itẽ quia carcer non est ad pœnã. de pœnis. c. ꝗuis. li. vj. Ita refert Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de ob. & sol. super rub. in pe. q. suarum addi. ver. disputauit. & ibi cõtra decisionem Fran. Acc. inducit detenti præsumuntur soluere, ꝙ non sic de nõ detentis speratur, & ideo ab illis recipitur totum, a non detentis modicum. Itẽ quia illud verbũ redire, positum in themate, vr̃ notare bannitos non detentos. In illis. n. non speratur reditus. Item quia de condemnationibus maleficiorũ loquitur quę puniri publice interest. vt in cap. famæ. de sen. excom. & ibi concor. Et subdit ꝙ quia pia est solutio supra dicta tenenda sit. & dicit ad contraria responderi posse ꝙ illa vltima ratio est cõis omnibus cõdemnatis, & sic non restringit generalitatẽ. Ad secũdam rationem de verbo redire, dicit dare reditum ad libertatem eundi cum familijs suis &c. & ad libertatem mansionis. Nam etiã in non carceratis se occultãtibus in certis locis ciuitatis talis est redditus. Ad primã dicit ex multis apparere posse longe minus posse contribuere carceratos ꝙ̃ fugitiuos. Ex his patet ꝙ illa decisio non fuit sibi visa multum tuta. Credo tamen illam veram per ea quæ dicta sunt supra maxime per Bar. & ꝗa ęqua est & fauorabilis. Illud enim verbnm, redire, sic absolute positum nihil obuiat, quia põt intelligi ad pristinam conditiouem & libertatem. Dubium autem faceret si diceret statutum possint redire ad ciuitatem. Videtur enim tunc ad carceratos non extendi, quia videtur loqui de his quibus talis qualitas potest inhærere. l. fi. §. cui dulcia. de vino leg. & l. hos accusare. §. omnibus. de accu. & l. nam quod liquide. §. fi. de pœn. leg. cum si. Ad iura & rationes in contrarium facientes respondetur tunc ꝙ verba statuti illam dispositionem restringunt l. j. §. si is qui nauem. ff. de exerc. cũ sim.

Circa idem statutum decimo 10 † quæritur, an locum habeat in bannitis post statutum, an verificetur tantum in illis qui tempore statuti banniti erant. Formatur quęstio in hac materia diuersimode in l. cum lex. ff. de legi. & dixit ibi Bart. ꝙ si statuto cauetur ꝙ quilibet bannitus in pecunia, soluendo quinque pro centenario debeat rebanniri. Et arguit quod postea delinquens & bannitus habeat illud beneficium, quia de natura legis est dare formam futuris. C. de legi. l. leges. determinat contrarium per d. l. cum lex. & l. ij. C. de abol. gene. Et est ratio ne detur materia delinquendi. & sic non ob. d. l. leges. Odof. vero ibidem format q. statuto cauetur quod si quis commiserit homicidium, si pacem habuerit cum hærede occisi possit exire de banno. Prima die Ianuarij potestas iurat seruare statuta intra quæ est dictum statutum. Intra octo dies aliquis commisit homicidium, & tempore dicti potestatis habet pacem cum hæredibus occisi & dicit quod non potest extrahi de banno, quia potestas iurauit prima die Ianuarij sic quicunq; cõmisit maleficium, & ideo cum concedit de præteritis in futurum negat, vt d. l. cum lex. & d. l. ij. de gene. abo. declarat hoc Cy. ꝙ Odof. dixit, ꝙ si sequens potestas illud statutum iuret poterit tunc extrahi de banno, quia verificantur verba statuti quod Odo. non dixit ibi nec in l. ij. de gen. abo. Sed puto Cy. ex eo tacite collegisse. Dicit tamen idem Cyn. ꝙ hoc vltimum non est expeditum, quia statutum nouas vires non reassumit per nouum iuramentum per no. per Dy. in l. neq; C. de testa. tut. Sed debet attendi quibus verbis statutum loquatur. An sint verba de futuro. An implicita quibus casibus statutum trahitur ad futura. l. cum tale. §. pe. cum sua glo. de condi. & demon. Si de pręterito dicit etiã videri dicendum ꝙ futura delicta contineantur, quia verba legis siue statuti præterita respiciunt & futura. l. j. de condi. ex le. ibi no. Bald. in d. l. cũ lex. dicit ꝙ aut statutum est prolatum cum determinatione certi temporis, vel certi casus, & ad illud nõ extenditur. Si vero est omnino indefinitũ trahitur etiam ad futura. Sed in l. leges. vbi male refert Cy. dicit ꝙ opi. Cy. haberet locum in dispositione indifferẽti. l. illicitas. in prin. de offi. præsi. Secus quando ratio præteriti & futuri discrepant quia tunc interpretamur legem in sensu æquo & benigno, nõ vt det causam delinquendi. Iudicio aũt meo ipsi non declarant hunc articulum qui nõ est parue importantiæ, & ideo aliter dico, quia quandoq; ratione vel causa aliqua fit vna reformatio in statutorum corpore non clausa. & ista secundum causam, vel rationem declaratur vt contineat, vel non contineat bannitos in futurum.

rum. Ab illa.n.dispositio restringitur, ampliatur, & declaratur.l.fi.de hæredi.insti.l. hæc actio. de cal.per Bar.plene in l.ambitiosa.de decre.ab or. fa. Si vero nulla est causa ex qua colligi possit in tentio statuentium tunc idem ꝙ in simplici statuto in quo sic dicendum, ꝙ aut statutũ loquitur expresse in futurum, vt quia dicit quicunque bannietur, & tunc non est dubium, quia ad futuros tantum etiam si esset lex dura.l. prospexit.ff. qui & a qui. Aut in præteritis vt quia dicit statutum, quicunque bannitus fuit, & tunc solum de præteritis intelligitur, vt d.l.cum lex, aut statutum loquitur dubie vt quia dicit quicunque bannitus fuerit ꝙ potest intelligi in præteritis & futuris vt l. si iam facta.& l.solemus. de condi. & demon. & in l.j.de his quæ pro non scrip. hab. & tunc puto dicendum, ꝙ aut statutum est talis naturæ ꝙ maleficium reddat penitus impunitum, vt in exemplo Odof. dum dixit de statuto disponente ꝙ bannitus habita pace cancelletur, & tunc non trahatur ad futuros bannitos scilicet ex maleficio commisso post statutum, quia talia verba quæ possunt habere vtrunque significatum restringuntur a ratione prædicta vt habetur in d.l.j.& per Barto.in l. omnes populi. Bannitos autem postea ex maleficio iam commisso bene comprehenderet, quia in illis non est aliqua ratio quæ restringere debeat regulare significatum verborum statuti.& eadem ratione comprehendit etiam eos ante bannitos qui tamen tempore statuti pacem non habuerant sed habuerunt postea secundum Bald. in l. cum in secundo, de iniu.test.argu.gl.ibi positæ. Si vero statutum non reddit maleficium penitus impunitum, sed condemnationem mitigat, tunc cessante illa ratione locum habebit etiam in futurum vt d.l.j.de condi.ex leg.& l. Arriani.C.de hære. & ideo in exemplo Bar.eius decisio non procedit vt patet ex prædictis.

11 Vndecimo † Stante statuto ꝙ banniti rebanniantur soluendo.v. solidos pro libra, fit aliud statutum quo cauetur quod banniti rebanniantur soluendo medietatem banni, quæritur quid soluere debeat ille qui tempore cõfectionis secundi statuti erat bannitus in mille. An secundum primum solidos quinque pro libra. An vero quingentas libras secundum tenorem secundi statuti. Cum hæc quæstio esset Paduæ determinatum fuit quod soluere debeat medietatem secundum tenorem vltimi statuti; quia illud nõ dat formam futuris bannitis, sed futuris exemptionibus bannitorum & sic futuris liberationibus vbi debet seruari lex noua.C.de vsur.l.eos.& l. seq. vt refert Cyn.in l.leges.C.de leg. Sed Alber.vbi supra q.iiij.addit idem referendo latius ꝙ Cyn. rationem quia sicut lex noua loquens siue dans formam probationibus locum habet etiam in præteritis obligationibus C. de testi.l. testium. ita & hoc statutum locum habeat cum loquitur de dissolutione præteritæ obligationis siue præteriti banni. Nec ob.in auth.hæc constitutio interpretatur &c. vbi dicitur ꝙ non habet locum nisi in futuris ingredientibus monasterium per quẽ tex. dicit quosdam contrarium tenuisse, quia ibi expresse dicitur ꝙ habeat tantum in futuris. & ita dicit intelligi per Azo. in sum. illius titu. hæc constitutio &c. Idem etiam tenet Bald. in d. l. leges. Nec ob. ꝙ ex primo statuto esset ius quæsitum illi bannito tempore secundi.& sic non videatur ei auferre debere.l.ij.§.merito, & .§.si quis a princi. ne quid.in loc.publ.propter quod quidam contrarium dicebant quia illud ius erat quæsitũ ex mero beneficio statuti, & ideo potuit reuocari.l.quod semel de decre.ab or.fa. Ista ratio Bal. non multum vrget quia aliud est dicere, an potuerit tolli tale ius. & certum est ꝙ sic nisi transisset in contractum vt habetur in dicta l. quod semel. & in cap.in nostra.de iniu.& dam.da.& aliud est dicere an tollere voluerit, quo casu succedat q.supra dicta. Dico igitur ꝙ aut ante confectionem statuti secundi quis bannitus venerat ad soluendum, & aliquid fecit propter quod dici posset statutum transisse secum in contractum secundũ not. ibi & in l.iij.§.emancipatus.ff.de col. bo. & tunc a secundo statuto non comprehendatur sed posset soluere secundum tenorem primi, si vero nihil fecerat vera sit decisio ante dicta. In qua aduerte quia quæstio formatur in bannitis de præterito, & sic in nullo est superflua. Aut contradicit his quæ supra proxi.q.dicta sunt.

12 Duodecimo † circa idem statutum quo cauetur bãnitos debere eximi de banno certam q̃titatem soluendo. Quæritur an bannitus pro falsitate habeat beneficium dicti statuti. Vel pone ꝙ statutum dicebat ꝙ banniti carcerati deberent relaxari certa q̃titate soluta. Communiter dicitur ꝙ nõ per l.fallaciter.§.j.C.de abol.& l.Lucius.ff.ad T[illegible]r.& ibi Bar.nisi appareat statuentes aliud sensisse.l.si docueris.C. de fal. Decisio prędicta vera est, potest autem ex pluribus de voluntate statuentium apparere, puta si alij non erant carcerati vel erant tres, quorum duo erant banniti pro falsitate. tunc.n.cum aliter rectus sermo pluralis numeri verificari nõ possit, ad illos porrigitur arg.ff.ad Tre.l. fin.Gui. tñ in Spe.de abo.& purg.§.j.i ver.itẽ no. Intelligit illã l. Lucius.ꝙ ibi nõ erat nomẽ accusati receptũ inter reos.et ideo cũ accusatori nõ esset necessaria abolitio ad illũ non refert subdens ꝙ ẽt ad crimẽ falsi alias extenditur per d.l.si docueris. Sed primum dictum est communius, & ita tenetur. Sed pro hoc sciendum est quod non intelligetur bannitus pro falsitate nisi qui bannitus fuerit pro falso punito aliquo ex capitibus legis corneliæ de fals vt habetur per Bart.in l.quid sit falsum.ff.de fal. & C.eod. titu. l. nec exemplum. Adeo ꝙ etiam bannitus per constitutiones principum tantum positas in ti.de fal. non intelligitur bannitus de falso.& ideo vt illos comprehenderet, statutum Florentinum disposuit excipiendo a beneficijs nõ solum cõdemnatos pro falsitate sed etiam pro falsamento ꝙ est interpretatum in punitis per principum constitutiones.& ita põtetiam responderi ad d.l. si docueris.

13 Decimotertio † sciendum est ꝙ Ia.But. disputauit talẽ q.statuto caue-

cauebatur qui intelligerentur bannitis pro graui crimine & qui pro leui & inter bannitos pro graui maleficio ponebat bannitos pro insultu cum armis animo occidendi. Huius statuti tempore commune vendit Titio ius percipiēdi a quolibet bannito vel banniendo pro graui maleficio qui voluerit cancellari solidos.xx.& solidos.x.a. bannito pro leui maleficio. Facta tali venditione factum est nouum statutum declarans qui dicantur banniti pro graui maleficio & qui pro leui,& inter bannitos pro leui crimine siue maleficio ponit bannitos pro insultu cum armis animo occidendi. cuius statuti tempore venditione durante quidam fuit bannitus pro insultu cum armis animo occidendi, & petit se cancellari de banno soluendo condemnationem. Quæritur quid soluere debeat dicto emptori. An secundum tempus primi. An secūdum tempus secundi statuti & sic an.xx. an vero.x.& in d. disputa. effusiue allegauit pro vtraque parte,quas allegationes hic nō inseram, sed ponam substantiam decisionis quæ fuit ꝙ solnere teneretur secundum primum statutum. Et antequam veniam ad rationes suas aduertendum est ꝙ q.xj.non habet communionem cū ista,quia in illa nullus contractus factus fuit cum aliquo. Item hec fuit facta mentio de futuris bānitis non ad impunitatem maleficij, sed potius ad grauamen. Probauit suam decisionem inter alias his rationibus. Prima quia attento tempore contractus. dictum maleficiū ex forma statuti erat inter grauia numeratum propter quod in d.contractu facta relatione ad statutum intelligitur nominatū. Vbicunq; enim in vna scriptura subindeterminatum aliquid prolatum refertur ad aliam quæ continet determinatum & certum. Illud determinatum & certum intelligitur expresse & omni certitudine positum in scriptura quæ se ad illam refert.ff. de re iudi.l.ait prætor de ver.obli.l.vbi autē.§.quod vere.C.de sen.quæ sine cer.quan.l.ij.ff.ad Treb. l.si quis priore.insti.qui. mo. test. infir.§. sed & si quis.Sed cum scriptura statuti veteris contineret & numeraret grauia crimina ad ipsum statutum venditionis scriptura se referat. habetur perinde ac si omnia grauia crimina in ipso contractu venditionis nominatim numerata fuissent,vt dictis iuribus. Secundo ex eo ꝙ non obstante secundo statuto crimen de quo tractatum est manet sicut erat graue vere simpliciter & naturaliter,Cum hec.s. esse grauem procedat causa immutabili.Cum iure diuino & huma.delicta distinguntur ex animo delinquentis & secundum illum aggrauātur. Vnde dicitur in iure diuino ꝙ qui venerit ad concupiscentiam iam mechatus est in corde suo. Item & ius humanum insultum cum armis animo occidendi punit vt homicidium consumatum.C.ad l. Corne.de sica.l.j.Cum ergo ex iure diuino & humano tale delictum est graue, non potuit a lege municipali superueniente in sui veritate mutari vt in.§.sed naturalia.insti.de iu.natura.& ciui.licet ex statuto potuerit pœnæ impositio alterari. Hinc est qđ dicitur pro leui crimine magna pœna.& pro graui parua,quasi mutatio pœnæ nō faciat crimen esse leue,vel graue.C.de lib.& eo.li. l.si manumissus.& de hære.l.omnes. Licet ergo statutum respectiue ad ius municipale sit immutatum. Tamen in veritate illud maleficium remanet graue,& sic in ipso venditionis contractu continetur,quia emens & vendens intelliguntur se retulisse ad veram & naturalem grauitatem non ad fictam & ciuilem.l.pe.C.de his qui ve.æta.impe. & l.si ita quis.§.is cui.& l.cum pater.§.hæreditatem de leg.ij. Tertio quia factum non potest a lege tolli.sed ipsa venditio facta fuit & ius quæsitum emptori secundum primum statutum, ergo non potuit illud ius a statuto ledi. de contrahen. empt.l.sæpe.§.fi.de cond.ob cau.l.iij.§.fi.& qui. mo. vsuf.amit.l.sicut.§.fin. & de aqua plu.ar.l.in concedendo.cum simi. Addunt vltimo ꝙ regulariter leges nouæ ad præterita non trahuntur.s. ad regulandum contractum præteritum & ius qđ vltimum in aliquo aduersatur.xj.decisio.Sed responsio patet quia hoc erat ius quæsitum ex contractu maxime oneroso ibi ex simplici dispositione statuti. præterea statutum nouum hic nihil dicit de cancellatione ibi secus, & ideo vera est decisio supra dicta quasi statutum secundum factum videatur sine diminutione iuris tertij.id est ipsius emptoris.ff.de priu.cre.l.anthiocensium.& l.ij.§. merito.&.§.si quis a principe. ne quid in loco publi.& ista est melior ratio quam secunda, quam tamen not. & vide pro ipsius declaratione, quæ habentur in l.leuia.ff.de accusa.

14 Decimoquarto quæro † statuto cauet ꝙ falsarij & robatores stratarum banniti non possint cancellari de banno, posito etiam ꝙ habeant pacem ab offensis. Postea factum est aliud statutum quo cauetur ꝙ omnes banniti possint cancellari de banno habita pace ab offensis soluendo vnum solidum pro libra condemnationis.Quæritur nunquid falsarij & robatores possint cancellari virtute secundi statuti,& videtur ꝙ sic, quia primum statutum tollitur per secundum insti.qui. mo.tes.infir.§.posteriore. Dy. determinauit contrarium, quia etiam noua statuta distinguntur & limitantur p priora argumen.de leg.j.l. talis scriptura. Item quia statutum specialiter præcedens derogat generi de ali.& ci.leg.l.libertis. de ver. obliga.l.doli clausula.de pœ.l.sanctio legum. & de le.iij.l.vxorem.§.felicissimo. & ita scribit in d.l.talis scriptura. & eum ibi sequitur Ray. Pro qua decisione facit.l.non est nouum,& l.sed & posteriores.ff.de leg.& ꝙ ibi per Guil. & alios & in l.sciendum.ff.qui satisd.cog.& de lit.contesta. authen.offeratur. Ad quod facit quod no.per glo. super verbo quinquennium in auth.de nup.§.si vero incertum. & ita etiam tenet solummodo referens Dy. Albe.vbi supra q.lvij.Hanc decisio.tenet Bal.quando in secundo statuto nihil esset additum de solutione vnius solidi pro libra. Sed propter illam additionem dicit se dubitare, quia primum statutum disponit solummodo respectu pacis habitæ.sed secundum disponit mixtim respectu pacis & solutionis. Vnde non est ista cancellatio gratuita sicut erat prima.Statutum ergo secundū loquitur generaliter in vno casu, & antiquum specia-

specialiter in alio. ergo speciale non derogat generaliter ad Sylla. l. si quis in graui. §. hi quoque. de annu. legat. l. titia. §. qui Marco. Quantum ad falsarios retenta determinatione præcedentis xij. q. non est dubium secundum statutum non extendi per d. l. Lucius. nisi aliud appareat. Quantum ad robatores stratarum veram credo opi. Bal. & propterea dicam non obstante primo statuto dictum bānitum pro robaria habita pace ab offenso soluendo solidum vnum pro libra posse cancellari virtute secundi statuti. Non enim semper speciale derogat generali vel qualificat siue restringit vt habetur plene per Bar. in l. quæsitum . §. pen. ff. de fun. instr. Additio enim, vel detractio inducit rei diuersitatem l. ius ciuile. & l. ius autem. ff. de iusti. & iu. & sic sequitur rerum diuersitas & cessat regu. d. l. doli. cum simil. Facit etiam ꝙ prima dispositio simplex est odiosa ergo de simplici loquens non verificatur in mixto. l. mariti lenocinium. §. hoc quinquennium. & l. vim passam §. præscriptione. de adulte. & quod no. per Bar. in l. ij. in prin. ff. de verb. oblig.

15 Decimoquinto quæritur. † data est securitas omnibus venientibus ad nundinas siue ad festum Sancti Ioannis Baptistæ duratura per octo dies. Quæritur an banniti libere & secure venire possint. Dixit Bar. quod non in l. j. ff. ad l. Iul. maie. per l. j. C. de nun. quæ dicit ꝙ quicunque vadit ad nundinas non debet inquietari. & tamen non habet locum in hostibus ciuitatis. l. mercatores. C. de commer. & merca. Banniti autem qui possunt impune offendi sunt hostes, vt l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. & dictum fuit supra in prima parte huius temporis quæstio. iiij. Habes ergo ꝙ in generali securitate, non continetur nisi aliter appareat. Potest enim securitas veniendi concedi vt dixi supra in secunda parte huius temporis q. xv. & ex hac decisione Bart. patet quod banniti qui non possent de dicta securitate generaliter data venire, quia illi non essent hostes, & sic cessare d. l. j. C. de nund. cum d. l. mercatores.

Ex dictis supra proxima quæ-

16 stione insurgit decimasexta quæstio. † In qua consuluit Bar. Statuto cauetur ꝙ si quis fuerit citatus ad se excusandum ab accusatione, vel inquisitione, & cōparuerit illa die, vel sequenti, nō possit capi ꝓ aliquo debito. & si captus fuerit debeat relaxari. Contingit quod Petrus qui in certa quantitate erat pro maleficio bannitus fuit citatus ad se excusandum a noua accusatione, vel inquisitione qui comparuit & post excusatione eadem die fuit captus pro banno, fuit in q. an de iure capi potuerit. & in d. consil. arguit primo quod sic, quia illa securitas debet intelligi præterquam pro maleficio. C. de his qui ad eccle. confu. l. ij. cum glo. sua in authen. de ma. princ. §. neque autem. Secundo securitas data a lege in domo sua, vt l. plerique. ff. de in ius vocan. & de regul. iur. l. nemo de domo, non intelligitur pro maleficio vt ibi. Tertio quia talis securitas non extenditur ad debita publica in authen. de man. princ. §. publicorum. & sic dictum statutum debeat limitari l. vt gradatim. §. sed si lege. de mune. & hon. Quarto quia statutum debet intelligi secundum propriam consiscationem. l. non aliter. de leg. iij. l. j. . §. si is qui nauem. ff. de exerc. sed debitor & creditor proprie est quando quis alienam fidem sequitur. ff. si cert. peta. l. j. sed in maleficio ex eo nullum est debitum quod quis sit alterius fidem secutus ergo &c. Determinauit contrarium quia post sententiam non dicitur quis conueniri ex maleficio sed ex quasi contractu. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. hinc est ꝙ dicit lex quando agitur de crimine ad aliquēm condemnandum debet agi coram præside, quia dicitur causa criminalis, sed facta condemnatione tunc ageretur corā procuratore Cæsaris, qui est iudex inter fiscum & priuatum, & sic est causa ciuilis non criminalis. C. vbi cau. fis. l. j. & ij. & per hoc patet responsum ad primam & secundam rationes, quia loquuntur, quando quis capitur pro maleficio inuestigando & puniendo. & sic quando maleficium est proxima causa capturæ. Sed hic proxima causa capturæ est ipse priuatus contractus qui sententia celebratur. Vnde sicut sententia lata per iudicem pro priuato non potest exequi capiendo. ita nec lata pro fisco. Præterea ciuitas vtitur iure priuati. l. simile. ff. ad muni. C. de iu. reipubl. l. ij. libr. xij. sed ad petitionem priuati capi non posset pro sibi debito. ergo nec ad petitionem communis. Tertio appellatio debiti refertur ad omne debitum siue sit ex contractu, siue ex delicto l. græce . §. sed si ex delicto. ff. de fideiuss. de verbo. signifi. l. si cui. sed statutum dicit simpliciter ꝙ non possit capi pro debito ergo &c. Et per hoc patet responsum ad rationem quartam quia ibi loquitur secundum allusionem vocabuli, argum. not. in l. j. ff. de tuto. Adduxit vlti. l. ij. §. legatus. ff. de iu. & de accu. l. hos accusare, circa princ. Non obstan. alia in contrarium alleg. quia illa erat securitas voluntaria. hæc vero necessaria. Credo Bartol. consuluisse in casu in quo non habeatur statutum quod banniti possint impune offendi, vel si est statutum in illo non comprehendatur talis bannitus, alias cum tunc esset hostis reipubl. talis securitas eum non comprehenderet, vt dictum est supra proxi. q. Nec potest fieri differentia inter voluntariam & necessariam, tum quia itio ad nundinas etiam quandoque potest esse necessaria vt patet ex seq. & tamen generaliter dixit bannitum non contineri. item quia per expressam concessionem securitatis poterat & debebat sibi prouideri vt pluries dictum est per no. plene per Bar. in l. is qui reus. de pub. iudi. & per id quod dixi supra in parte secunda huius temporis. q. xv. Vbi ergo talis bannitus non reputatur hostis potest procedere dictum Barto. pro quo allego casum in l. j. C. ad l. Iul. ambi. ex prædictis etiam patet ꝙ vbi aliquo casu de maleficio possit iterum cognosci per no. in l. senatus. C. de accusa. & in l. ij. C. de spor. & in simi. non haberet locum prædicta decisio. Tunc enim posset detineri pro maleficio puniendo non pro quantitate banni. & cessarent

farent rationes Bartol. de quiqus supra & propterea talis banniti debent esse multum cauti.

17 Quæritur xvii. & xviii. † in casu in quo securi-18 tas † videlicet & securatum defendet. an concessa pro veniendo intelligantur concessa pro redeundo. glo. facit ꝙ sic in l. vltima. ff. de sepul. vio. & ibi Bar. idem dicit. Non enim intelligitur secure venire, qui secure discedere non posset. l. sciẽdum §. j. ff. de legi. ad Treb. l. de ætate. Et idem tenet in l. iiij. ff. de poen. Communiter tamen causa tollendi dubitationem apponitur etiam standi & recedendi, immo etiam apponitur tempus. Sed circa hoc quæritur an talis securitas intelligitur pro vna vice tantum. De hoc dic vt per Bar. in l. j. ff. ad l. Iul. ma. & ibi scripta intelligo quando securitas non habet tempus, tunc enim illud verum quod intelligitur pro vna vice tantum. si vero habet tempus, quo concedens durare voluit illam nõ finitur licet bannitus reuertatur ad locũ extra dominium concedentis, quia ex temporis appositione colligitur contraria voluntas concedentis. l. non aliter. de leg. iij. cum simil.

Factum est statutũ quòd banniti pro vitio sodomitico, pro robaria & homicidio in perpetuum non possint rebanniri. & ꝙ non possint receptari sub graui poena. Nullusque eis dare possit auxilium, vel fauorem. Banniti vero pro alijs maleficijs possint rebanniri elapsis duobus annis a die lati banni si habuerint pacem ab offenso vel eius hærede, quo casu soluendo certam quantitatem eximantur de banno. Et hoc statuto varie oriuntur quæstiones. Primo ergo & sic ex 19 ordine. xix. quæritur. † An bannito pro vitio sodomitico, pro robaria, vel homicidio qui non potest in perpetuum rebanniri, possit dari securitas pro annis centum, dicto statuto non obstante. Facit ad hanc quæstionem quod sic. glo. in l. codicillis. §. instituta. ff. de le. ij. sed illa gl. nõ est vera. Et ideo dicitur ꝙ talis securitas nõ potest concedi ne dum ad annos centum per l. si. C. de sac. san. eccle. sed nec longeuo tempore. l. cũ hæres. in prin. ff. de sta. lib. ibi habetur in quibusdam lect. per Bart. & est veritas quia per indirectum esset bannum viribus euacuare l. j. §. quæ onerandæ. ff. quare. act. non da. faciunt not. per Bart. in l. ambitiosa, circa regulã negatiuã de decre. ab ordi. facien.

20 Vigesimo † loco circa idem statutum ad partem prohibitæ receptationis. Quæritur. Titius receptauit Caium bannitũ pro homicidio ignorans eum esse bannitũ an incidat in poenam receptantis? Dic breuiter ꝙ dictum statutum sic generaliter loquens intelligitur secundum ius commune. l. ij. C. de noxa. & not. in l. fin. §. in computatione. C. de iu. deli. Ius autem commune non punit ignorantem sed solummodo scientem, vel scire debentem, vt habetur in l. ij. §. non enim. ff. de incen. rui. & nau. & in l. metrodorum. ff. de poen. & no. per glo. & Bart. in l. j. ff. de recep. vbi gl. dicit ꝙ sciens præsumitur si in con uicinia notorium erat illum esse bannitum, quod est no. & idem no. in simili in l. si tutor. C. de peri. tut. & idem si eius bannum publice præscriptum erat vt not. in l. fi. ff. de decre. ab ordi. fac. & si latius videre velis vide Albe. de Gan. in parte bannitorum quæstione quæ incipit, Alia est quæstio dixerunt tamen quidam prædicta vera si bannitus erat persona nota licet bãnum ignoraretur. Si autem erat persona incognita receptanti, dicebant ꝙ tenebatur cum debuerit explorare suam conditionem vt l. seruos. C. de agri. & cen. nisi esset hospitator qui explorare non tenetur conditionem hospitum. l. j. in fi. ff. fur. aduer. nau. quod non tenuit Bart. sed dicit indistincte non teneri receptantem ignoranter, adeo ꝙ nisi scientia in accusatione apponatur semper veniat absoluendus. de quo per eum in l. ij. C. in quib. cau. coloni do. &c. lib. xj. scientes ergo, vel scire debentes illum bannitum si receptant puniuntur, nec est necesse ꝙ sciant causam banni, vel eius qualitatem. Postquam enim sciunt bãnitum inuestigare debent an sit de prohibitis receptari. & ita intelligitur quod not. per Bar. in l. prima. C. de colo. illi. eo. lib.

21 Vigesimoprimo † quæritur An cõsanguineus bãniti scienter eum receptans incidat in poenam statuti. Bart. in l. ij. de recep. quæ videtur dicere ꝙ non dicit ꝙ aut est talis bãnitus qui potest occidi ex forma statuti. Et tunc quia dicitur hostis ciuitatis, sicut eum perdit ciuitas ita eum perdunt agnati & cognati l. postliminium. §. filius. ff. de capti. Et quod ipse dixit in l. si adulterium cũ incestu. §. liberto. ff. de adul. Si vero non potest impune occidi & sic non est hostis, tunc aut statutum imponit certam & determinatam poenam, & illa poena esset imponenda propter generalitatem statuti. Non ob. d. l. ij. quia loquitur de iure communi secundum ꝙ est limitata certa poena. posset tamen iudex si vellet vti arbitrio per legẽ sibi concesso. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui no. infa. et sic causa cognita posset minuere poenã. & sic secundum Bar. impositio poenę limitaræ facit vt dictum statutum a iure communi non restringatur, quod est mirandum, maxime quando sunt tales coniuncti quibus non solum ciuilia nomina sed naturalia cõueniunt vt in patre, matre, & econuerso, quæ nomina propter bannum non perduntur. Et vide quod dixi supra in prima parte huius temporis. questio. xx. & ideo credo potius iudicis arbitrio relinquendũ vt etiam cum sit certa pęna locum habeat ex causa. d. l. ij. per no. in l. hodie. de poen. & in. §. poena grauior. & in l. athletas. §. calumniator. eo. ti. licet enim de iure non esset poena determinata vt l. hodie. tamen a consuetudine determinata dicitur vt ibi no. & sic vtroque casu statutum determinetur a d. l. ij. Dixit ex causa quia si sine aliqua iusta causa receptaret locum haberet opinio Bar. l. aut facta. per totam. ff. de poenis. & l. respiciendum. §. delinquunt eo. titu.

22 Vigesimosecundo † quæritur quid in vxore. an incidat in poenam statuti si receptat virum bannitum, Guil. in Spe. de dona. inter vi. & vxo. §. si. versic. quid

quid si vir est in banno. dicit ꝙ vxor banniti & etiam excommunicati communicabit cum eo non obstante banno, vel excommunicatione alle. xj. quæstio. iij. capitu. quoniam. de senten. excom. c. inter alia. & sic videtur cõcludere ꝙ sine pœna possit eũ receptare. facit ff. de adul. l. vim passam. §. muliere. Nec ob. ꝙ vir sit hostis ciuitatis, quia statutum vires matrimonij soluere non potest cũ sit de iure diuino secundum Fran. de Are. in d. l. ij. & idem etiam tenuit Albe. vbi supra q. vij. al. l. j. C. de repu. & quia vxor debet sequi infortuniũ viri. l. si cum dotem. §. finautem. solu. ma.

23 Vigesimotertio †pone ꝙ statuto caue tur ꝙ banniti nõ possint receptari in castris, vel villis sub certa pœna. Titius de villa sancti Martini quę habet domos contiguas excepta vna domo quæ distat per militare a Burgo villæ est tamen in agris siue in confinibus villæ prædicte receptauit quendam bãnitum scienter in dicta domo. Quęritur an incidat in pœnam statuti. Dicit enim Titius se non teneri, quia non receptauit in castro, vel villa, sed in agro inter quæ est differentia, vt l. j. ff. ad l. Iul. de vi publi. & cum statutũ sit stricti iuris & pœnale debet restringi. ff. de pœnis. l. interpretatione. Cõtrarium tenuit Albe. vbi supra q. cij. per identitatem rationis & rei publicæ fauorem. Ad quod alleg. l. j. §. j. C. de fal. mo. & de hære. l. quicunq;. §. quod si fecerit. quod est verum, quia villa secundũ nostrum vsum non constituitur ex vallo vel fossa, sed ex ipsis domibus & agris. Et ideo licet non sint domus coniunctæ nihilominus villam constituũt. Pro quo vide plene per Bar. in cõsilio quod incipit. Quæritur vtrum iurisdictio. & in l. j. ff. de dam. infe. & plenius in extrauagan. qui sint rebelles. super verbo Lombardiæ. In quibus declarat quod sit villa, castrum, ciuitas, prouincia &c. Et ad propositum melius in tractatu de insula. xv. figura quæ incipit. His quo ad finem &c. vbi sic loquitur. Villa dicitur secundum propriam significationem a vallo. hoc est ciuitas quæ non cingitur muro, sed vallo secundum Hugutionem. Sed in vsu nostro villa appellatur quædam vicinia plurium habitantium siue aliquod municipium siue aliqua municeps quæ proprie loquendo appellatur vicinia. & ita accipit gl. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Et sic quia secundum communem vsum debet intelligi statutum de quo dixi patet ꝙ receptator tenetur. An autem pro eo teneretur vicinia recurrendum est ad no. per Bart. in. l. j. §. eodem autem tecto ad Sylla. & in. l. si tertius, de aqua plu. ar. & in d. l. fin. vbi ponit qualiter villa debeat mensurari. de quo dixi supra eodem tempore par. ij. quæstio. pe.

24 Vigesimoquarto †Titius receptauit in loco prohibito Caium bannitum pluribus diebus, Deinde eum prodijt. cœpit. enim eum, & potestati siue eius curiæ præsentauit, quæritur an debeat puniri vt receptator, an pręmiari vt capiens & præsentans. Hæc quæstio fuit Albe. vbi supra q. lxviij. & ꝙ puniatur arguit, quia semel delinquit quod sufficit ad legem Iul. maiesta. l. fin. de arbi. l. si duo. §. fin. quibus ex cau. in pos. eatur l. hæc autem. j. respon. quia inspicitur tempus quo eum recepit variatione non admissa. l. dispensatorem in fin. ff. de solu. Et quia in delictis nõ est locus pœnitentiæ de fur. l. ꝗ ea mente. et de ędil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. j. & quia inconstantia reprobatur, de procurator. l. in causę. Et quia maleficium non debet remanere impunitum ad l. aquil. ita vulneratus. In contrarium arguit ꝙ excusari debet ex quo pęnituit obediens fuit & prodijt argu. de in integ. resti. l. pen. quia satisfactione se liberauit a delicto. C. ne tut. vel cu. l. j. & de crimi. stel. l. j. & quia regulariter pœnitentia prodest in criminibus. C. de apostа. l. hi qui. de hæreti. l. manicheos. dixit finaliter, ꝙ vt audiuit Bononiæ fuit determinatum eum puniri debere pœna statuti contra quod fecit receptando per iura supra inducta. ipse tamen dixit pœnam mitigari debere. arg. auct. de man. prin. §. sed quia delinquentes & plu. §. illius tit. pro quo. C. de his qui se defe. lib. x & ff. de iure fis. l. deferre. Nec prædictis ob. ꝙ per pœnitentiam tollatur delictum. vt extra de testi. cap. testimonium. & de pęni. & re. in decre. per totum: quia illud verum iure poli non iure fori & in hoc residet. Sed tu dic ꝙ aut cõstat ꝙ ab initio retinuit eũ animo receptãdi & postea mutato ꝓposito deliberauit eũ iudici pręsentare. Et verã credo decisionẽ ꝑdictã scilicet ꝙ puniatur ex receptione. in delictis. n. consumatis non habet locum pœnitentia vt in iuri supra allegatis. Licet autem puniatur ex receptatione nihilominus præmiari debebit ex præsentatione, sunt enim actus diuersi. Vnus enim est receptatio de qua punitur, & alius pręsentatio de qua præmiatur. Et sic non ob. ꝙ ex eodem actu consequatur pœnam & pręmium. vt. l. siue hæreditaria. ff. de neg. gest. quia immo ex diuersis sicut dicimus in si. in l. j. ff. de his qui. vt indi. & per Dyn. in regula ꝙ ob gratiam lib. vj. & ꝙ not. per eum, & Ray. in l. decreto. ff. de suspe. tu. Si vero hoc non constat tunc non puto eum puniri, sed solummodo præmiari. pręsumitur eum receptasse et tenuisse vt eum curię præsentaret, ar. ff. ad Mace. l. sed Iul. §. proinde, & quod ibi per Doct. & in l. Macedoniani. C. eo. nisi probetur aliquid propter quod talis præsumptio excludatur, quia vna pręsumptio tollit aliam l. diuus. ff. de integ. resti. Puta ꝙ tunc pręsentauit eum curiæ ꝙ ei aliquis minatus fuerat ꝙ eum accusaret vel aliquid simile arg. no. in l. fulcinius. §. quid sit latitare. ff. quib. ex cau. in pos. ea. & quod habetur plene per Dy. & Bar. in l. post contractum. ff. de donatio.

25 Vigesimoquinto quæritur †Quidam in villa receptauit bannitum propter quod ex forma statuti tota vniuersitas villæ fuit condemnata. An agere possit contra illum receptantem. Albe. vbi supra quæst. lxix. dicit ꝙ sic & allegat quod non reperitur. Tu autem dic ꝙ aut villa fuit condemnata ex eo ꝙ non cępit illum bannitum, & tunc contra illum receptantem agere non possit. Condemnatur. n. ex suo facto. id est non facto scilicet vniuersitatis quo casu contra alium non agitur l. etiam. §.

pe,

pen. si de peti. hære. & quod no. in l. si quis dolo. §. j. in vlt. gl. in fi. ff. de re. iu. et ar. ff. man. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ver. si hi qui. aget tamẽ ad ratam condemnationis secundum not. in l. iiij. §. actor. ff. eo. ti. vbi per Bar. Si vero fuit condemnata ex eo ꝙ ille receptauit, & sic ex facto receptãtis. Et tunc potest agere contra illum. ar. ff. de verbo. obli. l. ij. §. fi. & quod ibi per Iaco. de Aret. l. nam & seruus in prin. ff. de ne. ge. nau. cau. sta. l. licet. §. fi. de his qui deie. vel effu. l. si vero. §. cũ autem & de euic. l. si plus. §. j. & C. de exacto. tribu. l. missi opinatores. lib. x.

26 Vigesimosexto † Stante statuto prædicto quod nullus possit dare bannitis auxilium, vel fauorem sub certa pœna. quæro an in causa ciuili vel criminali talis banniti quis possit aduocare pro bãnito, an non quasi dicatur ei dare auxilium vel fauorem. Antiqua quæstio est, vt patet in Alberi. vbi supra q. xxxiij. Bart. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. videtur velle ꝙ talis aduocatio vel etiam procuratio facit eum incidere in pœnam per illum text. & ad participationem quæ fit cum excommunicato. Respondet ꝙ illa est medicinalis. Istud bãnum est mortale. Sed in l. in fur. §. ope. ff. de fur. notabilius loquitur præmittens ꝙ quando prohibetur auxilium simpliciter non habito respectu ad actum intelligitur multum late pro quolibet adiutorio siue mutuetur pecunia, siue per iter associetur l. j. C. de his qui latro. quod etiam tenuit Alb. q. xxxv. siue quid aliud fiat quod ad eius vtilitatẽ pertineat allega. ff. ad l. Iul. ma. l. iiij. post prin. hoc præmisso ad propositum concludit ꝙ qñque auxilium præbetur sciente superiore per viam iustitiæ, vt quia petitur pronunciari bannum nullum, vel petitur cassari allegando aliquam iustitiæ causam puta per l. j. in fine ff. de qõ. & pone ꝙ succumbit. Et non videtur aduocatus præstare auxilium vel fauorem secundum Inno. in c. solet de senten. excommuni. in glo. mag. Quandoq; per viam gratiæ vt implorando simplicem misericordiam, vt sic procuro ꝙ aliquis rebanniantur. Et hoc est licitum regulariter & non fit contra statutũ l. si fuerit. ff. de re. dub. l. in metallum. ff. de pœ. Fallit in eo qui esset damnatus siue bannitus pro crimine læsæ maiestatis pro quo non licet supplicare, vt d. l. quisquis. Quandoque præstatur auxilium in iudicio superiore ignorãte, vt mutuando pœcuniam vel quid aliud vt supra, & tunc punitur aduocans vel procurans, vt d. l. iiij. Sed ex his verbis Bart. non deciditur quæstio supra posita, quando in alia causa fuit aduocatus vel procurator bãniti in aliqua causa separata banno, & tũc aut illam causam potest agere, vt quia se defendit non exclusa defensione a statuto, vel qui agit bonis non publicatis non prohibita audientia a statuto l. si tibi mãdauero. §. is cuius bona. ff. mãd. & tunc non habent locum statutum, quia dat ei auxilium & fauorem in relicta arg. ff. de iurisdi. om. iudi. l. ij. & de proc. l. j. §. vsus. & l. ad rem mobilem & l. ad legatum. eo. tit. Si. n. permittitur ei iudicium ergo cum suis qualitatibus, vt d. §. vsus in procuratore & in aduocato in l. j. §. ait prætor, de postu. Et quod dicam statim q. xxviij. Si vero nõ permittitur ei agitatio talis causæ puto talem procuratorem vel aduocatum, si sciunt eum bannitum teneri de auxilio per d. l. quisquis. Si vero agit causam banni aut obtinuit. & clarum est ꝙ non debet puniri vt supra. Aut succubuit, & tunc aut causa erat dubitabilis, & nõ punitur. Aut erat manifeste friuola siue iniusta, & debet puniri. ar. eius quod dicimus de eo qui recurrit aduersus laudum & succumbit, quia si habebat iustam causam credẽdi se iuste petere, & excusatur a pœna, alias non vt hæc habentur in l. tres fratres. ff. de pact. & per Io. An. in addi. Spe. in ti. de arb. §. sequitur. versi. quid si compromissum.

27 Vigesimoseptimo † pone. Inquiritur vel ex accusatione proceditur contra Titium bannitum cui non potest ex forma præmissi statuti præstari auxilium vel fauor. quidam comparet coram iudice, & allegat illum esse absentem ex aliqua causa. Quæritur an incidat in pœnam statuti? Guido de Suz. in qõnibus statutorum sub litera. S. in statuto dicente quod nullus possit bannitum defendere tenet ꝙ in pœnam incidat, quia talis allegatio est defensio vt in oibus legibus dicẽtibus absentẽ defendi. In contrariũ alleg. Albe. vbi supra q. xxxiij. ꝙ dictum statutum videatur loqui de auxilio extra iudiciali. C. de his qui latro. l. ij. extra de homi. c. sicut dignum. §. fin. & ibi per Inno. de schisma. c. j. lib. vj. Item quia speciale videtur in l. quisquis. ergo in alijs contrarium debet seruari. ff. ad mun. l. j. Sed pro decisione Guil. allega. quia ita occidit quis lingua sicut facto. l. distinc. si quis viduam. Et quia clamore & ploratu dicitur quis auxilium pręstare. ff. ad Sylla. l. ij. §. potuisse. & §. seq. Finaliter concludit ꝙ in pœnam non incidat. Sed si recte aduertatur loquitur in aduocato allegantæ causas causæ. de quo dixi supra proxima q. Puto tamen ꝙ dictum eius verum sit per l. seruum quoque. §. publicæ. de procu. vbi patet ꝙ talis allegans nõ dicitur agere causam propriam siue absentis sed publicam. Præterea facit in iudicio sciente iudice. ergo &c. vt dictum est supra proxima q. & facit quod no. in l. in eo. §. nemo. de reg. iu. Et intelligo hoc verum in themate quod proposui. in casu autem Gui. de Suz. forte procedit dictum suum, quia statutum prohibet defensionem iudicialem quod patet, quia eius thema dicit ꝙ bannito non fiat ius, ꝙ nulli permittatur & ꝙ possit ipsum defendere. l. fi. ff. de iust. & iur. & intellige de allegante causas absentiæ in facto consistẽtes. Pro quo vide quæ dixit in primo tempore iij. par. q. v.

28 Vigesimooctauo † circa idem statutum quero, an ille qui tulit testimonium pro tali bannito, dicatur ei contra statutum præstasse auxilium & fauorem? Bar. in l. post legatum. §. his vero. ff. de his qui. vt indig. dicit ꝙ sic si præstitit testimonium sponte, secus si coactus per illum tex. cum gl. Hoc intelligo, vt dixi supra proxime, scilicet in q. xxvj. qñ causa per bannitum agitata non erat ei permissa, sed

sed forte admissus fuerat non opposita exceptione, vel quia non comparuit aduersarius. Si autem ei fuisset permissa locũ habet quod ibi dixi, prohibitio enim generaliter auxilij intelligitur, nisi in casu licito arg. l. j. §. denique. ff. quod vi aut clam. & C. de adul. l. ita pudor. Si autẽ qui cœpit bannitum volens ducere ad curiam, & deinde eum relaxauit. Dicit Ray. in l. j §. vnusquisque. de ser. fug. ꝙ aut relaxauit eum gratis, & non punitur vt opem præstans vt ibi. Aut per pecuniam, & tunc punitur argu. l. ij. de receptato. quod forte verum est non existente statuto ꝙ possit impune offendi alias forte non procedit per ea quæ dixi supra parte proxima q. j. & q. xxxviij.

29 Vigesimonono quæritur † an ille qui eximit bannitum captum de manibus familiæ, qui vt dictum fuit supra parte proxima huius temporis q. xxxij. tenetur fisco ad soluendum condemnationem per l. ad commentariensem. & per l. quisquis, ibi allega. teneatur etiam vt præstans auxilium vel fauorem. In hac quæstione possent multa dici. conclusiue tamen tenendo ꝙ vtraque pœna teneatur cum ex diuersis factis oriãtur, vna quia eximit, alia quia auxilium dedit. itẽ quia vna ciuilis, vt. ff. si quis eum qui in ius vo. est vi exi. per totum. alia criminalis. l. fi. de fur. Pro quo vide. ff. de fur. l. nũquam plura. & in l. quoniam. C. ad l. Iul. de vi. ff. de pœn. l. sanctio legum. & ꝙ habetur in l. ij. §. qui aduersus. ff. de postu. & C. qñ ciui. ac. præiud. crim. l. j.

Ex prædicto statuto de quo dictum est in q. xix. vbi de pacis beneficio ponitur, insurgunt multæ quæstiones. Et ideo. 30 xxx. quæro. † An tale beneficium competat bannito pro adulterio. Et dubium facit quia super crimine adulterij nõ licet transigi nec pacisci. C. de transac. l. transigere, immo regulariter non licet transigi a contumace secundum Bart. in disputatione sua quæ incipit Lucanæ ciuitatis, in fin. sed hic fuit contumax ergo &c. Sed in simili articulo Bar. consuluit contrarium dicens. ꝙ quædã est transactio quæ fit de re dubia & lite incerta. & illa fit ad impediendum processum ne amplius super tali crimine procedatur. Et istud nõ potest fieri super crimine adulterij, nec etiam pacto. Quædam est pax & cõcordia per quam rancor qui est in animo iniuriati reijcitur. nec per hoc processus impeditur, licet pœna minuatur ex forma statuti. Et ista pax est permissa in omni maleficio vt insti. de iniu. §. fi. & de pact. l. j. & l. si tibi. §. quædã. Et ꝙ de adulterio possit fieri pax est tex. expressus. C. de adulte. auc. sed hodie, & in corpore vnde sumitur, vbi dicitur maritum per adulterium iuxta posse reconciliare eam sibi, quod nil est aliud, nisi pacem facere. Aduertendum est ꝙ ille text. loquitur de remissione quæ fit vxori non de illa quæ fit adultero quæ videtur prohibita l. secũda. §. lenocinij. ff. de adul. paria enim videtur ab initio consentire & postea adulterium committere. Pariter. n. punitur retinens vxorem in adulterio depræhensam & ipsam alij adulterans, vt ibi. & l. mariti lenociniũ in prin. Retinendo tamen opi. Bart. dic ꝙ lex transigere, & iura supra allegata loquuntur ante sententiam latam contra adulterum, post autem sententiam latam in causa adulterij licitum est transigi super pœna. ff. de pac. l. iure gentium. §. si paciscar. &. §. item si experiar secundum Bar. in d. l. trãsigere. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui not. infa. Et sic non ob. contraria. Et sic concluditur ꝙ statutum prædictum locum habet etiam in bãnito pro adulterio.

31 Sed circa idem. xxxj. dubitatur † a quo pax de adulterio haberi debeat vt locum habeat beneficium statuti. Dicit Bar. in præalleg. consi. clxxv. quod incipit Potestati terræ rochæ. quod sufficit habere pacem a marito tãtum ipse. n. est ille cui principaliter infertur iniuria & qui omnibus præfertur iniuria vindicanda ff. de adul. l. ij. §. fi. & C. de adul. l. quamuis adulterij cum muliere autem non cadit pax cum nõ possit dici ei illata iniuria, quia in volentem factum est. Præterea ipsa de hac iniuria non potest conqueri accusando, quia socia criminis. C. de li. cau. l. si filium xv. q. iiij. Nemini, ergo ab ea nõ requiritur remissio, quia non est iniuriæ persecutio. de iure deli. l. ait prætor. Præterea probationes factę contra adulterum non præiudicant mulieri. l. denunciasse. §. fi. ff. de adulte. Et sic cum mulier non confitetur se adulteram vel non dicit se iniuriam passam, non est ab ea requirenda pax, quia videretur confiteri se adulteram l. quoniam. ff. de his qui not. infa. Sed in contrarium facit. C. de rapt. vir. l. j. & in authen. de rap. muli. & quod not. Dy. in regula scienti, in primo contrario lib. vj. sed illud verũ in muliere rapta, secus in simplici adulterio. hæc Bart. non intelligas per hoc vltimum ꝙ statutum non habeat locum in raptore, sed intellige ꝙ tunc requireretur pax etiã a rapta, quia ei principaliter iniuria facta est.

32 Trigesimosecundo † in quo examinabo xxxiij. & 33 † xxxiiij. quæstiones. † Quæro bannitus in sta- 34 tuto prędicto comprehensus habuit pacem a filio eius quem offendit, postea mortui, minore tamen, & sine iudicis decreto. Quæritur an habeat beneficium statuti. Hæc quæstio multas habet partes. Prima est. an ipse minor etiam pupillus possit de morte patris pacem facere, Secunda si potest an requiratur authoritas tutoris. Tertia si non requiritur, an possit petere restitutionem in integrum. Et erit alia quæstio circa quæ dicit Bal. in l. j. C. de in inte. restit. mi. ꝙ sic. Et si habet tutorem pupillus cum eius autho. si non habet cum authoritate iudicis supplentis tutoris defectum. Et si adulter habet curatorem cum eius authoritate. & idem dicit in prodigo subdens ꝙ non potest petere restitutionem in integrum, quia nõ intelligitur lædi qui pacem facit. Ad primum & secundum allegat no. l. creditor. §. j. ff. man. Sed aduerte quia prædicta latius examinantur in Specu. & suis additionibus in ti. de homi. versic. illud autem. & ibi refert prius opi. Alber. Galeoti. in titu. de accu. §. penul. qui post allegationes hinc inde concludit quod aut pupillo aliquid datum fuit, & tunc valet. l.

præ-

præses.C.de transact. Si non est datum idem quia interest minoris, sumptibus & litibus non vexari. ff. de minor. l. minoribus. & de iniur. l. sed si vnius.§.filio nam & ciuitas pacem seruans commendatur.ff.de censi.l. j. Deinde subdit opi. Vbert.de Bobio, quæ fuit, vt infans nullo modo possit.ff. de pact.l. j. si autem excessit infantiam. dicit requiri tutoris authoritatem & iudicis decretum. Videamus ergo per ordinem articulos supra tactos. Primus articulus sit de infante.& in hoc omnes concordant ꝙ non, nec solus, nec cum tutore l.j.ff.de pact.& de noua.l.j.cum si. Secundus articulus est an tunc solus tutor possit pacem facere, vt sic sufficiat bannito. In hoc fuerunt opiniones. Sed communis opi.se habet ꝙ aut homicida est incognitus, vt quia dubitatur, an ille cui pacem reddit commiserit homicidium patris vel non, & tunc potest, vt l.præses.C.de transac. ideo dixit Ioan. And. vbi supra referens dictum Guid.quod cautela est facere pacem, vel recipere tanquam illi vel ille qui dicitur inculpatus. Si vero est certum.& tūc aut interest pupilli, puta propter periculum suæ personæ. & tunc potest tutor facere, vt l.j.§.sed nonnullos, de tute.& ratio.distra.alias non, l.interdum.§.qui tutelam.ff.de fur. & ista fuit opi.Iacob.de Butr. quam ibi sequitur Bald. Sed aduertendum puto, quia hæc quæstio alio non dato debet esse sopita.de iure enim communi nulla potest fieri vindicta.l.iij.§.eum qui.ff. de vi et vi arma.& l.vt vim.ff.de iust.et iu. Sententia de homicidio lata est, ergo amplius non potest accusari.l.licet.§.pen.ff.nau.ca. sta. & ideo nihil videtur remittere, sed potius iure reipublicæ vti. & ideo faciliter defendi potest talem pacem valere. Sed dubium facit quando ex forma statuti est permissa vindicta. Tunc enim videtur illud ius donari.& ideo tunc tenenda est opi.Iaco.de But. ꝙ possit si est ei periculosa inimicitia alias non. Sed considera ꝙ tutor etiam euidentem damnosam hæreditatem infanti delatam solus repudiare non potest sine consanguineorum infantis consilio, vt no.ff.de auc.tut.l.si ad pupillum.& l.is potest.ff.de acqui.hære.& in l.tutor de bo.pos.& in l.prima.§.si tutor.ff.de succes.edic.& in l.eius est nolle.ff.de re.iu. vbi gl.not.loquitur.c.quinimmo secundum Azo.in d.l.tutor, requiritur etiam iudicis authoritas quod ibi sequitur Barto.& Bald. in l.bonorum.C.qui admit.ad bo. pos. Cum ergo hoc casu sit expresse alienare & illud facere qđ quantum ad mondanam vitam verecundum est. puto solius tutoris non sufficere pacem, sed requiri consilium coniunctorum secūdum l.magis puto.§. ne passim de rebus eorum, & iudicis decretū per supradicta. Id autem quod dicitur cautelam esse fieri, vt ei qui dicitur inculpatus non prodesset ad beneficium statuti, quia requirit pacem fieri de contentis in banno in quo continetur ꝙ fecit. & sic confessus intelligitur. & si tunc non esset satisfactum statuto per nota.& maxime per Bar.in l.j.§.j.ff.de dolo.& l.j.ff.si qua.pau.fe.di. & quod scripsit in consilio quod incipit quidā Matthæus super verbis illi enuntiatiuis, vt dicitur &c. quæ dicit tanquam dubitatiua summi non tanquam affirmatiua. Pro quo videtur tex.in l.si in venditione in si.ff.commu. præd. Tertius articulus sit de pupillo cum tutore & adulto cum curatore. & in hoc concordant omnes ꝙ sic, vt supra dictum est. Sed an tunc requiratur iudicis decretum.quidam ꝙ sic vt in prædicto versic.illud autem.Bald.aūt contra ꝙ non requiratur iudicis decretum, quia nihil alienat.& quia in executionibus pœnarum non subuenitur minori.ff. de mino.l.auxilium.& quia non dicitur damnum pati.de sepul.vio.l.sepulchri.vt ipse scribit in l.j.ff.de pac.Sed vt dixi supra id potest esse verum inspecto iure communi tantum, secundum quod actio iniuriarum remitteretur. non enim dicitur esse in bonis. & propterea dici solet ꝙ dicitur hæreditas adiri, vt dicam infra in q.xxxvj.inspectus vero statutis vindictā permittentibus maior est dubitatio, licet enim tale ius non dicatur in bonis, vt l.cum emancipatus. ff.de col.bo.& in l.sed si vnius.§.si ante, de iniur. tamen alienatio dicitur sicut in repudiatione hæreditatis in qua ante aditionem nullū ius dicitur in nobis esse, vt l.pretia rerum.ff.ad l.fal. Quia tamen in casu nostro loquimur de effectu pacis ad cancellationem fiendam non gratuito, sed aliquo soluto, & sic pur in aliquo punitur, satis putarem verum esse iudicis decretum non requiri, vt d.l. præses.Cautela tamen est vt eius authoritate fiat, vt omne dubium remoueatur, vt in d.versic. illud autem. Vltimus articulus sit, an possit peti restitutio in integrum, vt sic interim pax non dicatur firmiter facta. In hoc dicit Iaco.de Are.in d.l. j. C.de integ.resti.mi.ꝙ non, quia in executionibus pœnarum &c. vt l.auxilium & quia non est læsus qui voluit fugere inimicitias, de vsufruc.l.generali.§.j.in princi.& idem vt dixi supra tenet ibi Bald.& in d.l.j.de pac.& sic propter hoc non retardabitur cancellatus maxime cum in talibus non inspiciatur quod euenire potest de iure speciali.l.iiij.circa prin.ff. de fideicō.liber. & per Bar.plene in l.inter stipulantē.§.sacram.de verb. obli.ex prædictis itaque patet qualiter requiratur pax qū filius mortui passi iniuriam est mino. & patent expedite.xxxij.xxxiij.& xxxiiij.q.

35 Quæro ergo trigesimo quinto † circa idē. Filius occisi maior vt sic cessent aliæ dubitationes fecit simpliciter pacem de iniuria facta patri cum remansisset patri. An hoc sufficiat ad cancellationem banni posito ꝙ pax sit specialis de contentis in sententia banni. In cuius decisione primo videndum est an statutū prædictum quod loquitur de hærede intelligatur de filio & descendente. An vero etiam de extraneo. Si enim primo modo intelligitur, non videtur ꝙ sit necessaria hæreditatis aditio.ff.de ope.liber. l.vt iureiuran.§. si liberi.cum ibi notatis. & ita voluit Bar.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infec. vbi dixit tale ius non competere iure hæreditario.quod secus est si intelligitur generaliter de quocunque l.iij.§.si quis hæredi.ff.de sta. libe. & l.qui hæredi.ff.de conditio.& demon. Et quod debeat intelligi de filiis videtur probari, quia idem iudicatur de remissione iuris ꝙ de ipso iure l. manumissiones.ff.de iust.& iur.& quod not.in l.

de tutela.

de tutela. C. de in integ. resti. mi. sed ipsum ius vindicandi non transit in hæredem l. iniuriarũ actio. §. j. de iniur. ergo debet intelligi id est de filio. l. lex facta. §. fi. ff. ad Trebel. & quod habetur per Bart. in l. Gallus. §. etiam si parente de liber. & posthu. & ita dixit Bart. in l. si filius qui patri. de vulga. & pup. vbi dixit ꝙ sufficiebat pax habita a filio etiam qui abstinuerit propter beneficium suitatis quę operatur ad commodum filij. Et idem tenet ibi Bald. quia nomen hæredis præfertur ratione naturali. Ex quo si verum esset sequeretur ꝙ non sufficeret pax habita ab eo qui adiuisset filio abstinente, puta qui non esset de descendentibus. Quantum ad me passus est dubitabilis propter naturam materiæ super qua profertur tale nomen, sed propter materia fauorabilem cõmunis interpretatio se habet quod intelligatur de quocunque vniuersali successore l. sciendum. de verb. sig. & ita tenuit Bal. contra Bar. in l. ij. C. de lib. & eo. li. & etiam Bar. in l. eadem. §. cato. de verb. obliga. vt dicam infra in q. xxxix. Non ob. ꝙ ius vindicandi non sit transitorium, quia immo transitorium est de sui natura lite contesta. vt ibi cum concor. de quo ar. vide in d. §. etiam per Barto. & Bal. per Doct. in l. antiquas. C. de vsufruc. & in l. annalibus. C. de lega. requiritur ergo ad verificationem statuti quod sit hæres ideo &c.

36 Trigesimosexto videndum † est an ex tali pace dicatur adire hæreditatem. Alber. vbi supra q. ix. tenuit ꝙ sic si aliquid recipit, quia illud datur contemplatione mortis arg. ff. ad Tre. l. j. de lib. & posthu. l. in suis. Cõmunis vero opi. se habet in contrarium l. pro hærede. §. fin. & ibi per Bart. ff. de acqui. hære. & etiam per alios. & in l. quæsitum. ff. de se. viol. facit l. eum qui. C. ar. tute. de his qui ef. vel deie. l. si vero. §. hęc actio. & ita determinauit Odof. vt refert Gui. de Suz. qui idem tenuit in suis quæstio. sub literas S. Quod intellexit idem Odof. in d. §. hæc actio. nullo existente statuto. Sed vbi sit dictum statutũ tribuens pacis beneficium dixit eũ intelligi adire hæreditatem. & nil allegat. & idem sequitur Cy. in dicta l. cum qui. quod non credo verum, nisi in instrumento pacis dicatur ꝙ fecit pacem vt ille consequeretur beneficium cancellationis. Tunc enim intelligitur adire, quia alias habere nõ posset beneficium arg. d. l. pro hęrede. §. Papinianus. & l. illud. eo. tit. ita debet intelligi dictum Odof. Simplex ergo instrumentum pacis habitæ ab eo qui potest hęres esse non dat beneficium cancellationis, nisi de aditione tunc facta aliter appareat. Vide tamen quod dicam infra hac eadem parte q. xlvij. ad fin.

37 Trigesimoseptimo † quæritur procurator Titij offensi cum generali & libera administratione fecit bannito pacem de contentis in banno, quæritur an virtute dictę pacis bannitus posit propter dictum statutum certum quid soluendo cancellari. & videtur ꝙ sic, quia tutor potest. l. præses. C. de transac. ergo & procurator cum libera. l. procurator. cui liber. ff. de procu. In contrarium est veritas, quia aut non venit in mandato hominis eo ꝙ non consistit in administratione patrimonij, vt l. nec mulierem. C. de manu. vin. aut si venit requiritur speciale mandatum. ff. de procu. l. mandato. extra de arbi. cap. per tuas. & de transa. cap. contingit. & ff. de pac. l. nam & nocere. & ita not. in Spe. de treug. & pa. versicu. hoc quoque not. & de procurato. §. ratione igitur sui versicu. xxij. Et ita seruatur.

38 Trigesimooctauo † quæritur an sufficiat, bannito habere pacem verbis vel factis sine scriptura. Puta quia probat bannitus ꝙ offensus, vel eius hæres habens eius cognitionem bibit secum vel cœpit eum per manum & similia. & videtur ꝙ sic, quia per tales actus alio non dato intelligitur fieri pax & remissio iniuriæ. Facit quod notatur in l. j. ff. de pac. & insti. de iniur. §. fi. & ff. eo. ti. l. non solũ. hoc autem probatur, quia non reperitur hic casus inter illos in quibus requiritur scriptura de quibus habetur p Dyn. in suo tractatello. per Gui. in Spe. de instru. edi. §. restat versi. sed si vnus per gl. in c. j. de cen. lib. vj. & probatur ex not. in l. iij. §. pen. ff. de adimen. le. per Bar. in l. j. ff. de pac. Et videtur casus in l. in ipsius C. fami. ersci. Et ibi per Guido. & hoc verum licet Gui. in Spe. in titu. de homi. ver. illud in duobus verbis videatur sensisse contrarium per cap. pactum, de verb. signi. quod non ob. vt ibi no. in glo. Quia tamen facilius possent fieri fraudes communiter per statuta prouidetur ꝙ de tali pace debeat constare per publicum instrumentum. & tunc dicit Bal. ꝙ producens tale instrumentum non debet detineri sed statim relaxari. ff. de in ius vo. l. neque in fi.

39 Trigesimonono † quæritur an sufficiat bãnito si habet pacem ab vno ex pluribus hæredibus occisi siue aliter offensi. Quæstio hæc in diuersis titulis quęstionum ad idem tendentium reperitur diuersimode terminata. & licet in voluminibus habeantur. tamen pro contrarietate determinationum opus est vt aliqualiter insistatur. Et ideo sciendum ꝙ ista quæstio fuit de facto Bononię & ibi Osber. de Cremona determinauit talem pacem ab vno habitam non sufficere per tex. l. j. §. denunciari in fi. de libe. agno. Item quia indefinita ęquipollet vniuersali de leg. ij. l. si pluribus. Sed Old. tunc tenuit cõtrarium quia statutum supra relatum dicit ab hærede, ergo sufficit ab vno cum hæres sit. Item quia vindicare necem defuncti est quid indiuiduum ergo competit cuilibet hæredum insolidum ff. famil. erciscund. l. hæredes. §. antea. & de seruitu. rusti. l. via. §. fina. Nec obst. lex si. ff. communia prædi. quia ibi ius illud indiuiduum respicit corpus hæreditarium, ideo ibi requiritur consensus omnium. sed in proposito tale ius nõ respicit quid hæreditarium ergo sufficit voluntas vnius. & ita dixit Cy. in d. §. denunciari fuisse Paduæ determinatum. Bart. autẽ in l. eadem. §. cato. de verbo. oblig. dicit ꝙ licet in indiuiduis apud quemlibet hæredum sit ius insolidum, tamen est sine effectu nisi

niſi cæteri conſentiant, de ſerui. ru. prædio. l. itine
re, & quod licet in tutoribus apud quemlibet ſit
inſolidum ius actiones exercendi. non tamen ſic
in iure per quod tutela finitur l. clarum. C. de au-
cto. præſtan. & ideo in propoſito cum extinguere-
tur ius vindicandi non debet tenere pax ab vno
habita niſi cæteri conſentiant, quod etiam appa-
rere dicit ex eo quod ſtatutum dicit ab hærede, &
ſic de eo qui ex aſſe id eſt in totum hæres eſt l. ſi
defenſor. §. j. de interroga. act. Ac etiam quia hę-
res pro parte non repræſentat defunctũ, niſi pro
illa parte. C. de rei ven. l. cum a matre, pro alia
enim habetur vt extraneus vt ibi. & no. de præ-
to. ſtip. l. ij. §. fina. ff. de quo ſtatuto non cogitauit.
Finaliter tamen concludit ſtandum maiori parti
hæredum intelligendo maiorem partem pro nu-
mero perſonarum & vnciarum, & vbi ſint pares
ſtandũ eſſe dignioribus. & ſi in omnibus ſint ęqua
les ſtandum eſſe remittentibus & ſic pacem fa-
cientibus de pac. l. & ſuum §. ſi. & l. maiorem, in
prin. & C. qui bo. ce. poſ. l. fina. reputans iniquum
eſſe ꝙ vnus ſolus qui forte eſſet vnus triſtis poſsit
pacem facere. Contra l. ſi vnus. §. ſi filio. ver. ſed
interdum. ff. de iniur. quam ſentẽtiam dixit ęqui-
tati conſonam. Bal. vero in hac q. multum varia-
uit. Nam in l. communis libertus. ff. de in ius vo.
ſequitur opi. Cyn. quia cum non agatur de pecu-
niario commodo penes vnumquemq; hoc ius fa-
ciendæ pacis conſiſtit inſolidum, ſed non ſic vbi
agitur de pecuniario commodo. & ita reſpondet
ad not. in l. ij. C. de liber. & eo. libe. vbi allegatur
lex ſi quis hac lege. §. fina. ff. qui & a qui. ma. li.
non fuerit. Sed in l. j. ff. de pact. dicit ꝙ aut tracta-
mus de pace ad effectum tollendi proceſſum in-
choatum. & tunc ſi ille qui inchoauit remittit ſa-
tis eſt l. per fundum. ff. cõia prædi. Aut ad effectũ
tollendi ſententiam latam. & tunc ſecus eſt. Et ſic
tenet directo contrarium, dicens veram eſſe opi.
Osber. & ſubdit ꝙ opinio Bart. de maiori parte
loquens non poteſt eſſe vera, quia illud verũ regu
lariter qñ aliquid competit pluribus collegiali-
ter id eſt vniuerſis ſecus ſi ſingulariter. Tunc. n.
contradictio vnius qui vtitur iure ſuo liberatio-
nem excludit ſecundum Innoc. de maio. & obe. c.
humilis. Implicat ergo ibi cõtrarietatem ꝙ pax
vnius ſufficiat & non maioris partis, ſed debet
intelligi ꝙ pars vnius ſufficiat alij non contradi-
centibus. Si vero aliquis contradicat nedum ha-
bita ab vno, ſed nec a maiori parte ſufficiat in l.
ij. C. de libe. & eod. lib. vbi dicit Oldr. vacillaſſe
ꝙ non eſt verum. cum ſemper dixerit inſpici ver
ba ſtatuti, an loquatur in ſingulari an in plurali.
poſt relatam omnium opi. concludit ꝙ aut ius in-
diuiſibile accedit rei communi. & tunc rei com-
munis habet naturam & melior eſt conditio pro-
hibentis. & plus valet prohibitio vnius q̃ mul-
torum conſenſus. vt d. l. fin. communia prædio. &
ibi concor. Aut tale ius ſtat per ſe, & tunc aut
attendit ad percipiendum aliquod commodum.
Et tunc omnes debent requiri, ſed ſi diſcordant
præfertur maior pars vt l. maiorem & ꝙ not. per
Bar. in l. hęredes. §. peto. ff. ad Treb. Aut tale ius
tendit ad vindictam, & tunc præfertur magis ido
neus, & cuius magis intereſt de ſepulchro viola.
l. iij. §. ſi ad plures. et l. ſepulchri. Aut tendit ad re
miſsionem vindictæ. & idem quia fauorabilior
eſt liberatio q̃ vindicta. & quia agitur de publi-
ca vindicta quã reſpublica remittit, nec poſſunt
prætendere cohæredes aliq̃ læſionem, quia nihil
agunt niſi vt officiant. ff. de rei vendi. l. in fundo.
itẽ quia illa verba. Si pacẽ habuit &c. non confe
runt aliquid hæredibus ꝙ poſsit extingui, quia
verba cõditionalia non diſponunt, ſed facultatem
denotant. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. ſi quis ſub con-
ditione. Et ſic ceſſare dixit omnia contraria quæ
loquuntur de pluribus ius habentibus. Conclu-
dens ꝙ ſi ſtatutum loquitur per verba ſingularis
numeri ſufficiat pax facta ab vno ex hæredibus,
qui ſit honeſta perſona, & eam fecerit bona fide.
Nam & ius diuinum ad hoc hortatur offenſum. vt
not. de his qui not. infa. l. furti. §. pactus. Ang. vero
eius frater faciens de eo mentionem in d. §. cato.
dicit de rigore iuris opi. prædictã, & ẽt Bart. non
poſſe procedere, ſed verã eſſe opi. Ober. per iura
per eũ allegata, quia in iuribus ſingulorũ non ha-
bet locum lex quod maior, niſi in caſibus. l. maio
rem. & l. conſilio de cura. fu. De humanitate autẽ
dicit veram eſſe opin. Bar. vt ſtetur maiori parti
ſecundum eius diſtinctionẽ dum tamen in maiori
parte non computetur fœmina, quia ad eã ius vin
dicandi non pertinet. vt no. per glo. in vſi. feu. in
tit. qui feu. da. poſ. ver. hoc autem not. Dicit etiam
ꝙ ſi in numero minoris eſſet vnus conſors occiſi,
& alij eſſent extranei vox illius conſortis eſſet
oĩbus alijs præferenda. ff. de accu. l. ſi cui. §. j. & l.
ſi plures. Vides ergo in hac. q. quæ & quanta ſit
diuerſitas opi. Sed ſaluo iudicio cuiuslibet melius
& ſubtilius intuentis mihi vr̃ aliter eſſe dicendũ.
Nã qñque ius vindicãdi incipit a perſona offenſi
quandoq; incipit a perſona hæredis. Primo caſu
vt ſi ſtatutum dicit ꝙ nullus poſsit rebanniri, niſi
habuerit pacẽ ab offenſo vel eius hære. Et iſto ca-
ſu ius fiendæ pacis quo ad ſtatuti beneficium inci-
piat & ortũ habeat in perſona offenſi, & ex eius
perſona tranſeat in hæredem puto verum eſſe de
iure non ſufficere pacẽ habitam ab vno, quinim-
mo nec a maiore parte, cum ab hærede requira-
tur propter reſpectum defuncti. Et ſic propter re-
præſentationem dicta verba nõ verificantur, niſi
in his qui totum eum repreſentãt l. cum a matre,
ſuperius allegata Pro parte enim pro qua non eſt
hæres cenſetur extraneus. Et ſic hoc caſu ſit ve-
ra opi. Osber. per iura per eum allegata. & per d.
l. ſi quis hac lege. §. fin. in quibus iuribus ius apud
quemlibet eſt indiuiduum. vt l. Carmelia pia. de
iur. pa. Et tamen omnes requiruntur. Secundo ca-
ſu puta cum ſtatutum dicit occidens decapitetur,
niſi habuerit pacem ab hærede occiſi. Et ſic ſo-
lum fundatur ius in perſona hæredis non reſpe-
ctiuatum ad ius defuncti. Et iſta fuit quæſtio pro-
pria Osber. Old. & Cyn. Et hoc caſu puto conſi-
derandum duplex vindictæ genus. Vnũ ius vindi
cãdi ex forma ſtatuti quod datur hæredibus mor
tui propria authoritate. Aliud ius accuſandi, vt
per iudicẽ puniatur vel banniatur & bannitum
offendendi quod datur cuilibet ex forma ſtatu-

ti.Quo ad primum ius quod datur solummodo ex ipso facto homicidij etiam nullo secuto processu. & quia vnicuique competit insolidum,licet vnus pacem faciat,non propterea preiudicat alijs quin possint vindicare & offendere, nec etiam si maior pars pacem faceret. Ille enim qui pacem non fecit tale ius vindicandi authoritate propria nõ perdit,vt d.l.fin.communia prædio. & l.clarum. de aucto.pre.cum si.Et est verum ꝙ in iure competenti pluribus vt singulis dispositio l.quod maior.ad muni.locum non habet, nisi in casibus specialibus de quibus iste nõ est.Quo vero ad secundum ius vindicandi per viam iudicij,& sic accusandi & faciendi puniri per iudicem,& etiã bannitum propria authoritate offendendi virtute statuti permittentis a quocũque offendi,quod ius est publicum & in quocunque residet vt in persona qualibet,vt ff.de publi.iudi.per totum. Puto verum esse dictum Old.scilicet ꝙ statutum quod loquitur in singulari locũ habeat si vnus hæredum pacem facit. Cum enim statutum sic loquatur in singula.sufficit pax habita ab vno l.nõ aliter. de leg.iij.l.j.l.si is quis nauem,de exerci.cum simil. Nec obst.ꝙ præiudicetur alijs,quia sic in iure publico siue pluribus siue omnibus competenti contingit.vt l.plures.ff.de accu.& nau.caup.stabu.l. licet.§.pen.Si enim vnus accusat & nulla interueniente collusione accusatus absoluitur,cæteris ius accusandi sublatum est. Item si agitur causa nullitatis, vel cancellationis vel exemptionis a banno sufficit ꝙ citetur respublica siue ipsam repræsentantes, non autem est necesse ꝙ singuli de vniuersitate citetur,vt habetur plene per Bart.in extrauag.ad reprimendum.super verbo citata,& si ad petitionem vnius cancellationis tale ius offendendi omnibus perit.Et hoc casu verificantur verba Bal.in d.l.j.ff.de pac.Nec ob.l. clarum de autho.præstan.& l.fi.communia prædi. cum sim. quia loquuntur in iure priuato competenti cuilibet iure publico.& sic in eo potuit statuens disponere quicquid voluit.de iniu.& dam.da.c.in nostra.& ff.de priui.cre.l. anthiocensium cum sim. cum plene no.per Barto.in l.toties.ff. de pollici. Hoc tamen casu verum est ꝙ sicut vbi accusans præsumeretur collusisse non habeat locum absolutio vt habetur in tit.de præuari.per totum. Ita & tunc non habeat locum tale beneficium statuti quando persona vnius hæredis quæ pacem fecit est vilis vel prauæ conditionis, vt sic statutum a iuris regulis ordinetur ar.l.sed vnius.§.filio, de iniur.Nec ob.si dicatur ratio prædicta locum habet etiam in primo membro,& tamẽ dicis diuersam esse censuram, quia vt dixi a diuersitate verborum diuersa cognoscitur intentio l. Labeo. de supel.le.In illa autem quæstione, & sic in primo membro verba statuti fundata sunt in iure competenti offenso.& de eius persona in personas hæredum.hic in iure ipsorum hæredum non respectiua to ad defuncti personam & sic diuersa colligitur cẽsura.l.si idem.C.de codi. Nec etiam obst.quod per hoc dicantur alij perdere ius vindicandi propria authoritate,quia non est verum vt dictum infra in tertio tempore parte j.q.x. dum tractabo, an contra rebannitum possit fieri vindicta permissa ex forma statuti contra offendentem.

40 Quadragesimo †circa eandem pacis materiam pone statuto simpliciter caueri ꝙ bannitus rebanniatur si habuerit pacem, an sufficiat sibi pax habita ab occiso. Pone enim ꝙ erat capitalis pœna pro vulnere facto animo occidendi, vt sic ante mortem potuerit in banno poni secundum not.per Bartol. in l.damni.§.Sabini.de dam.infe. & in Spec. de accusatore.§.viso. versicu.sed pone. & etiam in tit.de inquisitione.versicu.pone ꝙ habuit pacem antequam esset bannitus.In hac. q. primo videndum est an occisus possit liberare occisorem in quo Bart. in d.§. Sabini. dixit primo videtur ꝙ non,quia homicidium non potest remitti.l.diuus. ff.ad Syll.& ibi not. & ideo dicit ꝙ debet poni statutum in his terminis ꝙ qui occidit occidatur, sed si habuerit pacem minus puniatur. Et arguit ꝙ videtur facta pax de occiso, vt in.§.Sabini, cũ omnibus iuribus ibi allegatis. In contrarium arguit de.l.ita vulneratus.& l.qui occidit.ff.ad leg. aquil.& subdit ꝙ secundum Guid.de Suza.tutius est fieri pacem de vulnere & de omni eo quod ex vulnere sequi potest.& allegat Gui. in d. versi. sed pone vbi latius per Ioan. And. & deinde relato dicto Iaco.de Aret. concludit ꝙ aut est certũ de mente contrahentium & stare debemus certo l.j.§.si conuenerit.ff. deposi. aut non constat.& tunc ille remisit actionem iniuriarum & non videtur remissa actio de homicidio.l. si duo patroni.§.Iulianus.de iureiu. aut remisit iniuriam,tunc aut vulnus erat mortale. & omnia videntur remissa, vt in d.§.Sabini cum simi. Aut non erat prima facie mortale.& mors non videtur remissa,vt l.si vulnerato.ff.ad l.aquil. quia de ea non videtur cogitatum, vt l. qui cum tutoribus.ff. de transa.& intelligo hoc ꝙ vere erat mortale. Si autem ex alia causa mors fuisset secuta non minus valeret pax,vt d.l.qui occidit. ex quibus patet ꝙ concludit ꝙ quis possit reddere pacem de morte sui ipsius & prosit homicidę, non obst.l.diuus, ad Syll. quia illud verum de iure communi de quo dic vt ibi, & per Bart. in l.si maritus §.si negauerit.ff.de adul. Ad propositum ergo dictante statuto simpliciter vt proposui de bannito dico ꝙ si erat bannitus tempore quo pacem habuit.& pax fuit taliter composita ꝙ comprehendit etiã de morte & debebit cancellari si statutum requirit ꝙ aliquid soluatur sine dubio, quia non propterea est immunis sed mitius tenetur.Idem si simpliciter dicit statutum cancellandum esse ex beneficio pacis,quia lex diuus cum glo. habet locũ ante latam sententiam non post vt dicitur per Doct.in l.transigere. C.de transa. & dixit supra hac eadem parte.quæst.xxx.Sed si non comprehenderet mortem non haberet beneficium. Si vero non erat tunc bannitus non videtur ei prodesse beneficium pacis. quia bannitus non habuit pacem. & sic non verificantur verba statuti l. in delictis.§.si extraneus.ff.de noxal. & l. titius.ff. de mili. te. & quod ibi per Doct. Nec ei videtur sufficere aditio hære, per quam videntur ratificari

cari omnia gesta per defunctum, vt dicam in seq. quæstio. quia illa trahitur retro cum illis qualitatibus cum quibus facta fuit, & sic tali qui bannitus non erat vt in regula rati lib. vj. cum simi. & in l. eius qui. ff. si cert. peta. Nisi ergo illam habuerit ab hærede non videtur ꝙ posse cancellari. Sed aduerte ꝙ istud vltimum posset esse verũ si statutum diceret si fiat pax bannito &c. Tunc enim requiritur ꝙ sit bannitus tempore quo fit pax. Sed in proposito dictum fuit statuto caueri eum debere cancellari si pacem habuit. & sic significari etiam tempus præteritum, vt l. si iam facta. & l. solemus. ff. de condi. & demon. & quod not. per Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. dum tractat de significatu verbi quod potest esse præteritum & futurum. Nec ob. ꝙ leges siue statuta non trahantur ad præteritum quia verũ est quantum ad præteritos bannitos &c. quod declara vt dixi supra hac eadem parte. qõ. x. vbi pro hoc vltimo omnino vide.

41 Sed pone xlj. † statuto caueri ꝙ bannitus qui habuerit pacem ab hærede occisi debeat cancellari &c. Et sic sufficiat siue habuerit ante bannum siue post. Titius qui vulnerauit ad mortem Caium, habuit pacem ab eo vulnerato etiam de morte. Aut tacite vt dictum est supra proxi. q. aut expresse, an sibi sufficiat hæc pax. Bart. in præal. §. Sabini, arguit primo ꝙ sic, quia qui habet a defuncto, habet ab hærede. ff. de proba. l. pactum. & videtur expressum. ff. de excu. tut. l. athletæ. §. dat remissionem, credit contrarium cum hoc fauore hæredis sit inductum & sic non potest testator remittere. C. vt in pos. l. pe. & quod ibi not. & quia ex hoc quis inuitaretur ad delinquendum cum vulneratus expectans de proximo mortem faciliter pacem faceret. adduxit ad sui decisionem ꝙ huiusmodi iniuriæ persecutio non competit iure hæreditario ar. ff. de sepul. vio. l. quæsitum. & l. pro hærede. §. fina. de acquiren. here. Sed Bartol. in l. ij. C. de lib. & eo. li. allegans pro hac parte ꝙ statutum loquitur de hęrede non testatore. & sic in eo locum non habet solu. matri. l. si vero. §. de viro. determinat contrarium, quia statutum quod loquimur de hærede considerat personam defuncti prout repræsentatur ab hærede secundummet Bartol. in l. eadem. §. cato. de verbo. oblig. sed fortior virtus est in repræsentato ꝗ̃ in repræsentante arg. C. de iure deli. l. cum aliquis. item quia hæres tenetur habere ratum factum defuncti. C. fami. ercis. l. in ipsius & l. si ergo. §. primo. de iure do. Et ideo hoc casu voluntas hæredis non debet requiri. ff. de ser. ex. por. l. iij. Patet etiam hoc secundum eum naturali ratione quia quicquid est causa causæ est causa causati. ff. man. l. hæredem. sed defunctus est causa causæ id est hæredis. ff. de leg. ij. l. codicilis. §. pen. ergo est causa causati id est pacis, & sic pax ab eo dependet. Et si potest per alium ergo per seipsum & multo fortius arg. ff. de mino. l. quod si minor. §. Sceuola. Nec ob. l. j. C. de vsuf. & l. scire vt in pos. le. alle. per Bart. in contrarium quia illa cautio pręstatur hæredi vt domino, & sic recipit eam tanquam quilibet proprietarius non tanquam hæres, hic vero tanquam hæres & defunctum repræsentans facit. Credo hanc opin. Bald. veram & fauorabilem. Non ob. ꝙ statutum loquitur de hærede, quia cum de homicidio loquatur habuit respectum ad id quod frequentius accidit, scilicet ꝙ plurimum interficiuntur incontinenti, & sic pacem reddere non possunt. Si ergo aliter contingit idem est per identitatem rationis ff. de legi. nam ad ea. & quod no. in l. tale pactũ. §. fi. de pact. Aduertendum tamen est ꝙ bannitus debet ostendere aditionem hæreditatis, alias non diceretur habita ab hærede l. iij. §. si quis hęredi. ff. de statu li. & l. qui hæredi. de condi. & demon. Et ideo si quis decederet sine hærede secundum not. in l. fin. ff. de instito. & l. sine hærede. in prin. de admini. tut. & l. postquam. vt leg. no. ca. Puta quia facta diligenti inuestigatione & excusatione secundum formam. l. pen. C. ad treb. non reperiretur qui hæres esse vellet. forte sibi pax habita a defuncto non prodesset. Faciunt no. per Bartol. & Bal. in l. j. C. de acti. & obli. quod & si subtile sit, tamen non sapit æquitatem, & forte etiam non est verum; quia si dicimus sufficere pacem habitam a defuncto de eius hæredis persona non est curandum, quinimmo si aditur hæreditas quæstio remaneret clara. cum adeundo omnia gesta defunctum ratificare dicatur, vt dictum est supra proxi. q. & probatur. C. de liber. cau. l. si ab eo. nisi in his quæ in fraudem ipsius hæredis gesta essent secundum not. in l. ij. C. de his quæ in frau. pa. Concludatur itaque pro parte fauorabili quod etiam tunc sufficiat pax habita a defuncto licet tutius sit aditionem hæreditatis ostendere. Vide tamẽ quæ dicam infra q. xlix.

42 Quæro † circa idem xlij. Dictum statutum requirit ꝙ de pace habita ab hærede constet per publicum instrumentum. de pace constat per instrumentum taliter quod aditio nõ inducitur secundum ea quæ dixi supra q. xxxvj. sed de illa probatur per testes. Quæritur an beneficium pacis prosit bannito vt possit cancellari. Iaco. Bu. disputauit q. in simili. de qua Docto. ponunt in l. certi condictio. § quoniam. ff. si cer. pet. & conclusit ꝙ licet per testes non possit probari ex forma statuti debitum vltra centum solidorũ. Si probatur per instrumentum promissio indemnitatis vel interesse per testes poterit probari de quantitate damni vel interesse, quia statutum loquitur de pace non de aditione. Secundo, quia verum est ꝙ non est facta probatio per testes, sed per testes, & instrumẽtum. & sic confectum est vnum mixtum. ergo statutum in eo locum sibi non vendicat. per no. in l. ij. de verbo. ob. Sed ista ratio ad propositum non adaptatur, quia illud statutum est prohibitiuum, scilicet quando non possit probari per testes. Istud affirmatiuum ꝙ debeat constare per publicum instrumentum. Et cum istud sit fauorabile debet habere locum in mixtis, vt not. per Bart. in d. l. ij. Sed attende ꝙ immo effectiue istud statutum est prohibitiuum, id est, ꝙ pax non possit probari per testes, sicut dicimus in negatiua. l. fina. in prin. de doli excep. & in l. inter stipulantem. in princi. de verbo. obliga. Et ideo

argumentum prædictum facit ad propositum, scilicet quod dictum statutum non habeat locum in hoc mixto. Et sic possit aditio probari per testes. Pro hac decisione allegatur text. dicti. §. quoniam. cum glo. sua. nam text. ibi dicit ꝙ ille contractus mutui fit re & verbis. & glo. exponit, id est, verbis interueniente re. sic in proposito ista probatio pacis fit per instrumentum. interuenientibus testibus quod hoc facit ꝙ vbi alteratur natura probationis super aliquo, vt quia dicitur qđ infamis admittatur ad probandum simoniam vel adulterium. Illa alteratio non extenditur ad circunstantias, de simo. c. per tuas. & per Bar. in l. in quęstionibus. ff. ad l. Iul. maie. & per Bal. in auth. si dicatur. C. de testi. ita in proposito cum ista forma probationis detur super pace non trahitur ad circunstantias. Et sic aditio poterit probari per instrumentum. quod esse verum ostenditur, hæres non potest esse nisi post mortem, de regu. iur. l. hæreditas. de vulg. & pup. l. ij. §. j. De morte autem regulariter non fit instrumentum maxime in occiso secundum no. per Bar. in l. in senatum. ff. ad Turpil. & C. de proba. l. fina. & C. ad l. aquil. l. contra negantem. Si enim intelligitur ꝙ mors nō posset probari per testes, statutum quasi de nihilo seruiret quādo daret beneficium pacis habitæ ab herede. Intelligitur ergo ꝙ ipsa pax probetur per instrumentum. Circunstantiæ vero poterunt probari per testes. ad quod etiam facit quod habetur in iuribus supra proxime allegatis. In quibus dicitur per contrarium, quod licet maleficium non probetur per instrumentum, tamen circunstantiæ maleficij bene probatur per instrumentum, vt puta adulterium probatur per testes. Matrimonium potest probari per instrumētum. & sic de si. vt ibi & per Bal. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. Et intelligo prædicta procedere statuto dictante, vt supra. Si vero statutum diceret ꝙ in causa cancellationis nō admittatur probatio per testes secus esset: quia tunc haberet locum in quolibet articulo causæ arg. ff. de transa. l. cum hi, secundum Bart. in fi. in l. solet. de ali. & cib. leg. & Bal. in l. ij. de iureiur. Puto tamen ꝙ etiam tunc poterit probari mors & filiatio. alias redderetur statuti dispositio inutilis. Cum enim statutum det beneficium pacis habitæ ab hærede, & dicat ꝙ in causa cācellationis non admittatur probatio per testes debet intelligi super his quę possunt probari per instrumenta vt super pace, super aditione, super matrimonio. Sed in his quæ regulariter non possunt probari nisi per testes, vt de morte & filiatione vel parentela statutum non intelligitur. l. ita autem, in prin. cum si. ff. de admini. tuto. & ne iuris dispositio reddatur inutilis. l. talis scriptura. in fi. & l. si quando. de legatis primo, & l. Titia. §. idem, responso primo, de verborum obligationibus.

43 Quadragesimotertio † pone statutum dās bānito beneficium pacis restringit se ad certum tempus, puta quia dicit dum tamen pax facta sit intra sex menses a die lati banni. Ex hoc statuto possent oriri multæ quæstiones, & subtilis inuestigator a seipso poterit reperire. Quātum ad præsens duas tantum gratia breuitatis attingam. Prima erit an pax possit fieri absenti. & sic an sufficiat pacem fuisse factam absente bannito intra terminum statuti: quam quęstio. format. Bald. in l. ij. C. de libe. & eo. lib. & ibi primo allegat ꝙ nō per l. si cum Cornelius. de solu. In contrarium allegat quod sic. quia liberatio potest fieri absenti, vt no. ff. de lib. le. l. nō solum. §. si liberationis verba. Concludit ꝙ pax perfunctoria qualis sit in foro pœnitentiali potest fieri inter absentes, vt no. insti. de iureiur. §. si. pax vero solēnis non potest fieri, nisi interueniente præsentia vel organo iuxta no. C. de sacrosan. eccle. l. illud, & de actio. & ob. l. consensu. Et demum arguit contrarium de l. Labeo. ff. de iureiur. & non soluit. sed Bart. in d. §. sed liberationis. respondet quod ibi interuenit nuncius vel epistola. In hac q. considerandum puto quod interdum pax est necessaria hinc inde, quia ex omni parte sunt factæ iniurię, & tunc talis pax est de natura pacti, vt. l. j. ff. de pac. & sicut pactum non potest fieri inter absentes, vt ibi. ita nec pax. Si vero pax requiritur solum ab vna parte, quia ex altera parte tantum fuit illata iniuria, tunc non requiritur promissio seu concordia, sed solummodo requiritur simplex remissio facta a passo ei qui intulit secundum Guil. in Spe. de treug. & pa. versi. Itē si ex altera. Et ideo cum ex forma statuti requiratur pax secundo modo, id est, remissio iniuriæ, ab offenso vel eius hærede. dicendum est in hoc articulo illud quod in remissione dicitur siue in liberatione in qua gl. sunt contrarię. Nam glo. in l. idem in duobus. ff. de pact. & in l. pomponius scribit de neg. gest. tenent ꝙ non valet in. §. si liberationis verba. Tenet glos. ꝙ valeat, sed veritas est secundum Doc. ꝙ aut fit remissio absenti simpliciter. & tunc non valet, vt in iuribus supra alle. Aut fit remissio alicui recipienti pro absente, & tunc valet: vt in iuribus supra alleg. & vbi alias quæritur actio si cedat, & non alias ut nota. in l. huius. de legi. j. Hoc casu quæritur exceptio ipso iure l. rescrip. §. fin. ff. de pac. & per Bart. vbi supra & in l. tale pactū. Et hęc de prima.

44 Secunda quæstio & sic. † xliiij. est an ad beneficium statuti obtinendum sufficiat ꝙ talis remissio facta absenti recipienti pro bannito fuerit facta ante tempus, licet ratificatio fuerit facta post tempus. Dixit Bald. in l. prima. ff. de pact. ꝙ non sufficit. ff. de app. reci. l. prima rem ra. hā. l. bonorum. & quod no. per Innoc. in cap. cum in tua. qui ma. accu. pos. Quod vt patet ex his quæ ibi dixit & ex his quæ dixi supra proxima quæstio. debet intelligi in pace facta secundum primum modum per quem requiritur hincinde promissio. Sola vero remissio ex altera parte quæ etiam pax dicitur, vt supra proxi. q. dixi potest quandocūq; ratificari, quia illud ius quæritur sibi ignoranti, & ratificatio requiritur non vt quęratur, sed vt perdatur, sicut dicimus in legato. l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. ij. & de conditio. institu. l. si quis ita. Sic itaque vbi apparent duo bannitide

de offensionibus hincinde factis, & tractaretur de vtriusque cancellatione pax requiritur reciproca & in forma solenni. Si aũt vni tm̃ fuisset illata offensio, vel de vnius tm̃ cancellatione tractaretur, sufficeret pacem factã extraneo recipienti pro bannito. qđ maxime verũ est si est notarius recipiens per no. per Guil. & Doc. in l. nõ aliter. de ado. rem pupil. sal. fo. l. non quasi. de magi. conue. l. j. §. exigit. & per Bar. ff. de verbo. obl. l. stipulatio ista. §. si quis insulam. Quinimmo etiã si fiat sacerdoti recipienti nomine banniti. l. j. §. ius publicum. ff. de iusti. & iur. iuncta d. l. non aliter. secundũ Guid. de Suza. consulendo. Et sic debet restringi & declarari quod dixi secundũ Bal. supra proxima quęst. Pro quo vide quod scripsit Bar. in l. non solum. §. j. ff. de iniur. quę debent intelligi procedere. Aut cum instrumento, aut sine, vt dixi supra xxxviij. q.

45 Si autem econuerso & sic xlv. † Aliquis nomine offensi pacem faceret bannito & offensus post terminum ratificaret absque dubio bannitus beneficium statuti non haberet, vt d. l. bonorum, cum ibi not. & sic sit expedita xlv. q.

46 Quadragesimosexto † circa eandẽ materiã cauetur statuto, ꝙ omnes banniti rebãniantur soluendo quartam partẽ condemnationis, dum modo nullus possit rebanniri, nisi habuerit pacem ab offenso vel eius hęrede. Titius fuit positus in banno ex eo ꝙ blasphemauit Deũ. Quæritur an possit habere beneficium statuti? In hac q. consuluit Bar. consi. clxviij. & incipit cõsiliũ. Minister fratrum de pœnitentiaria. in quo dixit talẽ bannitũ habere posse beneficiũ statuti, quia habet pacem ab offenso. blasphemando. n. Deus principaliter offenditur. Sed nos videmus ꝙ Imperator ei qui ipsum blasphemauit facit pacem & remissionem de iure statuto & scripto. C. si quis Imp. ma. dixe. l. j. ergo magis Deus, cuius propriũ est misereri et parcere. Et hoc est quia in epistola inter claras. C. de episc. & cle. dicitur ꝙ ecclesia nũquam claudit gremium redeuntibus. & alibi. Veniã pœnitẽtibus damus. C. de hereti. l. manicheos, in fi. Vnde sine dubio sola confessione & remissione simplicis sacerdotis dr̃ talis habere pacem ab offenso. Aut si diceremus eum non habere pacem cum nõ reperiatur offensus qui possit pacem facere. tunc dicendum est ꝙ illa clausula. Nullus tamen &c. nõ potest referri ad istos terminos in quibus nullus offenditur, sed ideo punitur quia cõtra bonos mores. Facit quasi verba illius clausulæ ad istos terminos adaptari non possint ar. ff. de admi. tut. l. ita autem. in prin. & §. j. facit. ff. de postu. l. j. §. deinde. & quod ibi no. s. ꝙ clausula vltimo posita refertur ad ea ad quæ commode referri põt. & secundum hoc hic bannitus remanet in præcedenti parte in dispositione statuti. Ad quod facit collatio illorum verborum, vel eius hærede, quæ ad Deum offensum adaptari non possunt arg. ff. de vino le. l. fi. §. cui dulcia. & l. qui non militabat. §. Lucio, de hære. insti. Et faciunt quæ dicam infra in fi. xlviij. q. Nec ob. ꝙ dixi supra xl. q. iuxta fi. quia ibi statutũ habebat vnicam partẽ tm̃ dispositiuam hic vero dispositiuam & limitatiuam.

47 Quadragesimoseptimo † stante eodẽ statuto Titius fuit bannitus pro iniuria facta filio Caij. habuit pacem a Caio debito tempore. Quæritur an ei prosit dicta pax? In hoc Bar. breuiter dixit quod sic, nisi pater sit vilis persona l. sed si vnius. §. filio. ff. de iniur. per illum tex. quod etiã intelligitur siue sit in potestate siue emancipatus secundum glo. instit. de iniur. §. itaque. quam glo. tenuit Dyn. & sequitur Cyn. in l. si non conuitij. C. de iniur. in q. iiij. Sed Iaco. de Are. & Old. dicunt ꝙ remissio quam pater facit de iniuria facta filio nocet ipsi filio viuo patre, eo autem mortuo non l. ij. §. cæterum. ff. solu. matri. & sic secundum Fran. de Are. in d. §. filio. hæc q. non est expedita. Ang. autem ibidẽ dixit opi. Bar. veram si statutũ loquitur in rem, puta quia dicit cancelletur si habuit pacem. Habet enim tunc ab eo qui facere potuit. Si vero statutũ dicit si habuit pacem ab offenso, vel eius hærede dicit dictum Bar. non procedere, quia filius est ille qui est offensus l. lex Cornelia. §. illud. eo. ti. Subtilius aduertendum puto, ꝙ in iuribus supra allegatis, agitur de actione priuata remittenda non de pœna publica. Et ideo forte illa iura nõ probant id ad quod allegãtur. Pro Bar. tñ facit l. in personam. §. j. de pact. & quod ibi no. Et ideo mihi videtur sic dicẽdum, ꝙ postꝗ̃ ciuitas statuens remittit pœnã sibi applicanda sub prætextu pacis habitæ ab offenso, ꝙ illa pax debeat procedere ab illo cui ius priuatum competebat arg. l. eius est nolle. de reg. iur. & l. is potest, de acqui. hære. & quod habetur in l. iure gentium. §. si paciscar. ff. de pac. et ideo aut bannitus fuerat quis ex iniuria facta filio per quam cõpetit actio prætoria patri, quia non pro verberatione, pulsatione, vel domus filij introitu. Et tunc si vera est opin. Bar. illa enim actio patri competit & nõ filio, & principaliter dicitur pater offensus sicut filius ita intelligo l. j. §. vsque adeo. de iniur. & l. sed si vnius. §. filio. & l. in personam. & ꝙ dixit Bar. in l. ambitiosa. circa princi. Sufficit. n. tunc pax habita a patre etiam emancipati, nisi pater respectu filij sit vilis persona: vt ibi. Si vero fuit bannitus pro offensione manu facta vel introitu domus filij, vt supra. Pro quibus iniurijs cõpetit filio ciuilis ex lege Cornelia iniuriarum actio, vt l. lex Corn. in prin. & §. illud. & tunc sit vera opi. Ang. tunc enim filius est principaliter iniuriatus, qa pulsatus vel verberatus quod factũ non potest principaliter ad patrem trahi. l. in libello. §. factæ. de capti. l. nec vtilem. ff. quib. ex cau. ma. Et sic non sufficit quia patri actionis prædictæ exercitium competat, vt dixit glos. in. §. illud, quia nomine filij exercet non suo vel exercet actionem filij non suam. Et sic vtroque modo nõ est ille de quo statutum loquitur. l. si vero. §. de viro. solu. matri. siue dicatur statutum intelligi de offenso principaliter siue de eo in quo actio radicatur. Vnum tamen posset esse verum ꝙ si esset bannitus propter filij mortem, pater esset ille qui

ex morte filij principaliter offenditur. Et tunc posset reddere pacem etiam si non sit hæres filij per dicta iura. & sic potest limitari quod dixi supra in q.xxxv. vt ibi tetigi in fi. An autem sufficiat pax habita a domino pro iniuria facta seruo. pro iniuria facta vxori a marito & si. vide p Bart. in l.j.§. vsque adeo. de iniur. ver. idem ait. & per Cyn. in d.l. si non conuitij. quæ etiam per prædicta possunt declarari.

Stante dicto statuto dante beneficium banni to si habeat pacē ab offenso, vel eius hærede, de qua constat publicum instrumenta interueniente pacis osculo vel non. Cōtingit casus ꝙ bannitus succesit hæredi offensi, & fecit fieri publicum instrumentum a notario qualiter ipse vt hæres offensi sibijpsi proprio nomine pacē faciebat de offensionibus pro quibus bannitus fuerat. Quæritur an habeat beneficium pacis, & sic 48 debeat cancellari. xlviij. † Ista quæstio fuit de facto Bononiæ, & eam disputauit dominus Bartolucius de Pretis solennis doctor. Et dixit quæstionem habere duo dubia. Primū quando statutū siue prouisio dicit sine osculo. Secundum quando cum osculo. Ad primum quando statutum dicit sine osculo, arguit ad negatiuam. Primo a verbis statuti a quibus recedendum non est. l. constitut. ad muni. l.j.§. si is qui nauem. de exerci. Ipsa autē videntur requirere actum duorum, dum dicunt habita pace ab offenso vel eius hærede. ff. de pact. l.j.§. pactum. l. ille a quo. §. tēpestiuū. ff. ad Treb. cum multis sim. Cum ergo hic non sit actus duorum, ergo non habet beneficium. Secundo, quia vbi quis habet actionem contra tutorem, cum nō possit sustinere vicem duorum datur curator ad litem de tute. l. qui habet. C. de in li. dan. tu. per totum. Tertio a natura extinctionis quam operatur aditio hoc modo ius retinendi in banno, id est ipsa discordia videtur extincta per successionē. sicut debitor succedit creditori vel econuerso de solu. l. Stichum. §. aditio. C. de pact. l. debitori. de neg. gest. l. si ab eo. cum simi. Si ergo est extincta discordia, non potest habere locum statutum. Ad affirmatiuam arguit sic. In actibus voluntarijs quis vtitur vice duorum ar. ff. de offi. præsi. l.j. & ij. de offic. præsi. l. præses. de adop. l. si consul. de sti. ser. l.j.§. si cōis. Sed actus pacis est volūtarius. ergo &c. Secundo quia tutor sibijpsi auctoratur emendo bona fide vel soluendo. C. de contrahen. emp. l. cum ipse. & ff. eo. ti. l. fistulas §. qui fundū. Item quis sibijpsi parcit. ff. de ędil. edic. l. cū aūt. ergo sibi dat pacem. Præterea quis dat sibi vicē l. plane quod cuiusque vni no. ergo & pacem. Pro hac parte adducit argumentum de tanquam, quia iste bannitus non fecit, vt ipse sed tanquam hæres. vnde alius sibi non ipse sibi videtur pacem facere. de adop. l. si pater. §. qui duos. cum si. allegat ad hanc partem multa iura. l. fina. C. vbi & apud quem l. filius. de inoffi. testa. & multa alia soluit valere pacem & prodesse sibi per prædicta. Ad contraria respōdit quia licet requiratur actus duorū hic adest, quia est actus banniti & hęredis. Nam non facit se sibi pacē vt ipse sed vt hæres. Non ob. ꝙ ius discordiæ sit extinctum, quia fatetur quo ad se non quo ad ius cōe, sicut in simili no. in l. frater a fratre. ff. de cōdi. inde. & de duo. re. l. fi. & de fideiusso. l. vrannius. Præterea dixit non videre effectualiter extinctum. l. si ei. §. si is cui. de euic. vera est eius decisio pro qua Albe. in opere statutorum. quæst. cclxiij. breuiter dicit qō. fuisse disputatam, & ita determinatum fuisse per dictam l. filius. dixit melius facere. l. statu libera. §. si filius. ff. de statu. et eūdē. §. allegat Ray. idem tenens in d. l. filius. Secundū dubium quādo statutū requirit pacis osculū non fuit prosecutus dicens illud esse magis dubitabile, sed potest dici idem qua si illud requiratur vbi interuenire potest, alias non, sicut dicitur in pupillo constituē te domicilium in quo requiritur animus, quia intelligitur qn̄ constituitur ab eo qui habet animū siue cognitionē, alias nō requiritur animus; quia intelligitur qn̄ constituitur ab eo qui habet animum siue cognitionem, alias non requiritur argumentum. C. de emancipatio. libero. l. pen. secundum Bart. in l. placet. ff. ad muni. Et sicut dicimus in renuntiatione quæ debet fieri in manibus superioris. quia intelligitur quando potest, alias nō requiritur, vt Papa renunciante papatui, vt not. in c.j. de renuncia. lib. vj. sicut etiam in matrimonio quod requirit verba, quia intelligitur quādo fit ab eis qui loqui possunt, alias non, vt in c. tuæ. de spōsa. Et facit quod habetur in l.j.§. lex falci. ff. ad l. fal. & quod dixi supra. qō. xlvj. Præterea secundū morē aliquarum partium etiam hic pōt interuenire pacis osculum, scilicet osculando sibi ipsi manum &c. Potest ergo ipse bannitus vt hæres offensi, sibi vt bannito qui offendit pacē reddere quod est notandum.

Sed pone quadragesimono- 49 no loco † statuto cauetur bannitum debere rebāniri habita pace ab offenso, & nihil dicit de hærede, an sufficiet pax habita ab hære. Alber. in quæstionibus statutorum. q. cclxiiij. formauit quęstionem hoc modo. Statuto cauetur ꝙ quis non exeat de banno sine voluntate offensi, & nihil dicit de hærede. Quæritur si offensus moritur sine hærede, an possit de banno exire. Et dicit ꝙ sic. argumen. C. si man. ita fue. l.j. & quia post mortē velle nō potest. C. de sac. san. eccle. l.j Et pro hoc bene facit secundum eum. ff. loca. l. iiij. & extra de rescrip. cap. si gratiose. lib. vj. cum ibi not. per Archi. & Io. And. de offic. delega. cap. si delegatus. eo. lib. & quod no. C. de contrahen. emp. l. fin. Idem putat si statutum loqueretur de hærede & offensus decederet sine hærede. Dixit ēt Odof. tenuisse ꝙ cessante omni statuto bannitus nō possit eximi de banno sine licentia offensi per l. si manumissus. C. de liber. & eo. lib. & C. de episc. et cler. auth. Item nulla cōitas. Si recte consideras termini sunt omnino diuersi. Aliud enim est dicere ꝙ bannitus rebanniatur habita pace ab offenso. Et isto casu puto ꝙ sufficiat pax habita ab hærede in auth. de iureiu. a mo. præsti. §.j. cum concor. Est enim statutum fauorabile ergo sic debet intelligi l. illud. C. de sac. san. eccle. & quod not. per Bartol. in l. si constante. solu. matri. in prima quæst.

quæst. Et isto casu si moritur sine hærede non habebit beneficium statuti, vt dixi supra quæst. xlj. Non enim habuit a defuncto, nec ab hęrede. Et sic non possunt verificari verba statuti l. hos accusare. §. fin. ff. de accus. cum si. Non tamen sequeretur ꝙ de banno per aliam viam exire nõ possit etiam si verũ esset vltimum dictum Odof. per ea quæ dixi supra proxi. q. in fi. Et aliud est dicere ꝙ quis non possit exire de banno sine voluntate offensi. Quo casu locum habere non potest quod dixit Alb. per iura per eum allegata. Sed recurre ad plene not. per Bart. in l. centesimis. §. fi. ff. de verbo. ob. Vbi patet ꝙ aliud est requiri ad esse voluntatem, & aliud cessare voluntatem. Illud autem quod dixi statuto non disponente aliquid bannitum non posse eximi de banno sine voluntate offensi mihi non placet, quia aut vult eximi de banno per viam iustitię puta soluendo condemnationem, & clarum. ꝙ voluntas non requiritur cum debeat illam fisco, institu. quib. mod. tol. obl. in princi. & . §. j. Aut per viam gratiæ & idem, quia fiscus potest suum remittere vt ibidẽ. Fateor tamen ꝙ ex illa remissione nõ tolleretur ius ipsius offensi, vt d. l. si manumissus. pro quo tamen vide quæ dicam infra in vlt. tempo. parte j. qõ. x. Vbi tractabo an per restitutionem a banno tollatur ius quæsitum tertio.

50 Quinquagesimoquæro † dixi supra i primo tempore parte j. q. v. ꝙ vniuersitas qñq; banniri potest. Pone ꝙ vniuersitas fuit bannita, & ꝙ dictat statutum ꝙ banniti debeant cancellari soluendo certum quid si pacem habuerint ab offensis. Quęritur an cuilibet de vniuersitate debeat fieri pax, & an quilibet debeat quantitatem taxatam soluere? Alb. de Gand. in opere suo in rub. de bannitis. versicu. item quid si. quem sequitur Alb. vbi supra quæst. x. tenet ꝙ cum fuerit tantum vnum factum sufficiat pacem reddi syndico, & ꝙ soluatur tantum vnica quantitas. alleg. ff. qđ cuiusq; vni. nomi. l. ij. ibi non erit hoc dicendum quasi a pluribus &c. et ff. de fideiuss. l. mortuo. Ista qõ est facilis statuto simpliciter dicente de bannitis. Sed magis esset dubitabilis si statutũ diceret ꝙ quælibet persona bannita &c. Idem tñ putarẽ scilicet quod haberet beneficiũ statuti, quia ẽt appellatione personæ comprehenditur vniuersitas. casus est in l. j. C. de iurisd. om. iud. licet Innoc. dixerit contrarium in c. graue. de sent. excom. vbi dixit ꝙ si facio Titium procuratorẽ contra oẽs hoĩes, non erit procurator contra vniuersitatẽ, ꝗa idest nomẽ iuris qđ etiã non sequitur Bal. in l. sed si hac §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. per l. metũ. §. animaduertendũ. ff. qđ met. cau. Item quia vnica sufficeret solutio, vt d. §. qui manumittitur. & l. intantum. §. vniuersitatis. de re. diui. & quod dixi supra parte proxima huius tẽporis. q. xxvj.

Postquam in materia pacis versamur cir- 51 ca idem. lj. quæro † bannitus ex eo quod Titium interfecit vel percussit fecit pacem cum quodam alio suo inimico, vel cum eodem Titio non existente statuto ꝙ debeat cancellari, & in ea pace fuerunt factæ promissiones de iuuicem non offendendo. deinde ille qui pacem fecit sub prætextu statuti quo permittitur bannitum posse impune offendi, verberauit dictum bannitum cum quo pacem fecit vel aliter, offendit. Quæritur an inciderit in pœnam rumpentis pacem statuti quod imponit maiorem quam promissionis factę in pace. Hanc q. disputauit Bar. quæ est vulgaris & incipit Lucanę ciuitatis &c. & communiter habetur. & ideo breuiter me expediam. Concludens vna cum eo ꝙ nec in pœnam statuti incidit, nec in pœnam cõuentionalem. De pœna statuti est clarum, quia illud ius perdidi bannitus, vt dictum est in j. parte huius temporis. q. iiij. De cõuentionali probatur, quia talis pœnalis stipulatio fuit nulla tanquam adiecta contra illud quod erat inductum publica vtilitate, vt l. ij. C. quando lib. vni. siue iur. vin. iuncta l. iure gẽtium. §. si paciscar. ff. de pact. item quia licuit ei rumpere fidem datam hosti, vt dixi supra in parte præcedẽti. q. xv. per l. j. §. non fuit. ff. de dolo. Tertio quia cum publico iure vindictam prosequatur, vt dixi supra eadẽ parte præcedenti q. xliiij. illud ius remansisse non videtur. facit ff. de inoffi. testa. l. filius. de bo. liber. l. si filius. De quo dic plene vbi supra quod sequitur Bald. in multis locis in. §. item si paciscar. in d. l. ij. qñ li. sine iudi. vin. vbi etiam Bar. ponit. Sed in l. j. ff. de pac. referendo opi. aliquid addit. dicit. n. decisionem veram in bannitis qui sunt extra protectionem, scilicet qui possunt impune offendi. De quibus dixit Bar. & addit rationem: quia ius offerendi est introductum in odium bannitorum. ergo ei renunciari non potest, vt no. in l. ij. C. ne fi. do. den. in l. si diuersa. C. de transact. in l. ius publicum. ff. de pactis. Et siue propter publicam vtilitatem siue propter odium bannitorũ sit introductũ renunciari non potuit. In bannitis qui ex forma statutorum non possent offendi dicit ꝙ offendẽti imponitur pœna iuris cõis non statuti, quia illud perdit bannitus, nisi pœna statuti sit minor. Tunc enim illa imponitur non ꝙ illud beneficiũ capiat bãnitus, sed ꝗa offendẽs est illius beneficij capax ff. ad l. fal. l. cum dote. Illud dictum credo verum si ex forma statuti diceretur ꝙ bannitis non fiat ius secundum formam statuti. Si autem nullum est statutum ꝙ contra bannitos loquatur nihil perdunt, nisi illud ꝙ in banno continetur etiam secundum Bal. in l. j. C. de hær. insti. & dixi supra. in j. par. huius temporis. q. iij. Subdit etiam in d. l. j. ꝙ si pax esset iurata talis bannitum offendens deberet puniri si accusaretur, quia tunc pax valeret iure diuino & humano. Licet autem posset accusari non tamen posset contra eum inquiri, quia respublica non est offensa, quia voluit eum offendi posse. & sic ei non fit iniuria. credo ꝙ istud dictum in foro ciuili nõ seruaretur, quia si ponimus tale pactum contra publicam vtilitatem factum esse contra bonos mores, tale iuramentum nullius esset momenti etiam de iure cano. vt in regula nõ est obligatorium. & idem si diceretur alia ratione nullum ipso iure, vt d. l. non dubium. Posset autem forsan in foro ecclesia, conueniri quod canonistis

relinquo. Sit ergo conclusio in hac q. licet aliqui aliter dixerint, vt refert Bald. in d.l.j.C.de hæred.insti.& Alb. vbi supra quæst. xxix. vbi dicit Odof. disputando sic tenuisse per l. qui seruum.de verbor. obligatio. ꝙ in bannitis de quibus quæstio loquitur, talis offendens illum qui erat bannitus tempore pacis, vt in themate ponitur, non dicitur pacem rumpere, & sic nec pœna statuti nec conuentionali pœna tenetur. quod limita vt dicam statim in ij.q. Et procedunt prædicta quãdo statutum permittit generaliter offendi bannitum. Sed si permitteret occidi bannitum inimicum secus esset, vt.l.j.§.fi.de adimen.lega. secũdum Bal. in l.reos.C. de accu.

Quinquagesimosecundo † quęritur

52 † prædicta quęstio loquitur quando erat bannitus tempore pacis ille qui post pacem fuit offensus. Quid ergo si fuit postea bannitus. Hæc quæstio minus habet dubij. eam tamen disputauit Iac. de Bel. quam posuit C. vt intra certam. l. j. & eius determinationẽ, sed decurtatam refert Io. And. in regula frustra. lib. vj. in iiij. qõ. quæ fuit cũ distinctione. s. an perderet bona an nõ. De qua ibi licet Bal. aliter illam referat in l.j.§.nõ fuit.ff.de dolo. Sed Old. qui ẽt ipsam disputauit, tenuit simpliciter talem offendentem in pœnam nõ incidere siue perdiderit bona siue non. Sufficit.n. ꝙ virtute statuti possit impune offendi, & sic propter publicã vtilitatẽ superuenientẽ priuata & conuentionalis lex rũpitur.ff.ad Syll.& l.si quis in graui.§.vtrũ. Secundo quia per legis auctoritatẽ superuenientẽ causatam a delicto nõ solum tollitur lex cõis, sed ẽt priuata siue conuentionalis. ff. de leg.j.l. quid ergo.§.si hæres.de verbo.oblig.l.qui seruum. vbi And. Zaf. dicebat esse casum. Item quia vr̃ esse diuersus homo ab illo qui erat tempore stipulationis ad Tre.l.ex facto.§.ex facto.& ita firmat Io. And. in dicta regula frustra. & sequitur Bal. in d. §.non fuit. & in l.iurisgentium.§.item si paciscar. & Bar. vbi supra & in prædictis iuribus. Siue igitur fuerit bannitus tempore pacis siue postea, nulla pœna cõmittitur. & ita seruatur. Vide tamen quæ dicam infra proxi.q.

Quinquagesimotertio quæri

53 tur † duo ciues fratres habentes castra quæ recognoscebantur a sua ciuitate, habebant ad inuicem guerram, perueneruntque ad pacẽ, & promiserunt vnus alterum non offendere sub certa pœna, pro quibus certi ciues hincinde fideiussores extiterũt. demum vnus ex istis fratribus cõmisit graue maleficiũ propter quod fuit bãnitus. & sic ex forma statuti poterat impune offendi. Alter frater ei bãnito castrũ abstulit: Hãc questionẽ disputauit Aegidius de Foscaris & altius exordiuit succincte tangens aliqua de materia bãnitorũ quę Bar. in dicta sua disputatione latius fuit prosecutus. et post argumenta pro et cõtra cõclusit, ꝙ qa offensa permissa trahitur ad modicã offensam.de ser.verb.prædio. l.duas.& C.de inoffi.testa.l.filia in orbitate. offẽsa aũt bonorũ facta cõtra fratrẽ reputatur grauis. Ita ꝙ propter hoc cõceditur exhęredatio in auth. de nupt.§.ingratitudinẽ. Ac ẽt considerato ꝙ ei bona non sunt adempta & quia hoc casu indefinita non æquipollet vniuersali, quia nõ comprehendit fratrem stipulationẽ pœnalẽ fuisse cõmissam. hoc maxime per l.ex sentẽtia.de testa.tu. vbi tex. dicit non admittendã excusationem quam ex iure publico recipit quoniã promisisse videbatur. Sed aduertendum ad dicta supra in proximis duabus quæstionibus ex quibus colligitur quod hæc decisio nõ est vera. Non ob. l.ex sententia, quia loquitur in iure priuato cui renunciare poterat. hic in iure publico. Pręterea ibi loquitur in eo q sciebat sibi competere, hic ignorabat. & ideo non intelligitur remittere. l. si quis tutor.de iurepa. quæ cõtrariatur dictæ.l.ex sententia. Sed est hęc decisio Aegidij not. pro eo quod noluit in generali siue indefinita promissione offendendi cõprehendi, fratrem, qđ est contra decisionem Bar. in l.si adulterium.§. liberto.ff.de adulte. de qua dixi supra in secunda parte huius temporis.q.x.& istã puto veriorem, quia scđm quod dixit Aegidius indefinita æquipollet vniuersali. si in quolibet est eadem ratio secundũ Dy. in l. si pluribus.de leg.j. sed non est eadem ratio in fratre quę in extraneo, vt de se patet ergo &c. Pro disputante ẽt facit, quia indefinita æquipollet vniuersali de æquitate.l.si seruitus.ff. de serui. vr. pędi. In fratre aũt quod possit alterũ fratrem offendere non est æquitas, immo repellitur ẽt per viam iuris, vt l. si magnũ.C.qui accu. non pos. Concluditur ergo ꝙ decisiones de quibus in duabus proximis quæstionibus veræ sunt in extraneis non in fratribus, quod alij non tangunt & est no. & æquitati consonum. attentis maxime his quæ dixi in dicta.q.x. quibus hæc adde. & illa hic etiam videas.

Materia pacis quo ad præsen

tem tractatum sic taliter expedita ad alia acce-
54 dens. Quinquagesimoquarto quæro. † Statuto cauetur ꝙ qui stetit in banno per decennium soluta certa quantitate debeat cancellari. Titius fuit bãnitus pro vno maleficio, deinde ad duos annos fuit bannitus pro alio, quod fieri potest, vt sæpius dixi elapso decennio soluit, & petit se cancellari a primo & cancellatus est elapsis deinde duobus annis vult cancellari a secundo. dicitur sibi ꝙ non potest, quia debet stare decem annis post finem primi banni, quæritur quid iuris. Istã qõnem in interdictis domibus vicinis maleficio formauit Guido de Suz. in q. statu. mihi. charta. v. ij. col. & ibi plene relatis omnibus cõcludit fuisse determinatum ꝙ aut.n. domini domorum erant pręsentes tempore secundi maleficij. & currit quinquenniũ. post finem primi, aut non, & currit a die interdicti ẽt durante tẽpore primi. ex qua decisione ad propositum infertur ꝙ cum secundum bannum datur ex proprio delicto decennium currat a tempore finiti primi. Bartol. autem in confinato in l. in senatus. ff. ad Turpilia. dicens fuisse alias pluries disputatum, post allegat. concludit quod aut statutum simpliciter loquitur, vt dixi, ponendo annos decem vt genus, & tunc secundum

dum decennium curfat a tempore primi finiti, vt fic illi tempori non imputetur, nifi illud bannum, ar.l.feruus qui in teftamento.§.j.de ftat.lib. & fic in propofita quæftione non debeat cancellari. Si vero illud tempus decennij apponitur vt fpecies. puta quia ftatutum dicit ꝙ ftet in banno per decennium a die lati banni. Tunc finitis dictis duobus annis deberet cancellari, quia tunc illud tempus ponitur vt fpecies, fic intelligatur de illo quod ftatim fequitur & non de alio, vt l. fi vfufru.mihi in biennium.ff.de vfufruc. leg. fpecies enim nõ duplicatur l. Lucius.§.impuberem. de lega.ij. Si latius videre velis, ibi vide.

55 Quinquagefimoquinto † Incipiã de aliquibus generalibus ad hanc materiam fpectantibus. & primo ftatuto cauetur ꝙ fyndicus vniufcuiufque villæ debeat denunciare omnia maleficia commiffa in confinibus villæ infra certũ tempus fub certa pœna. Titius bannitus fuit offenfus in villa, vult ꝙ fyndicus denunciet poteftati. fyndicus dicit fe non teneri, quia ex forma ftatuti poteft impune offendi, quæritur an tranfacto tempore intra quod debet denunciari ipfe non denuncians inciderit in pœnam. Item eft ftatutum ꝙ homines de villa teneantur trahere ad rumorem & capere malefactores fub pœna. homines de villa non cœperunt talem offendentem bannitum, quæritur an villa incidat in pœnam ftatuti, & fic eft

56 quinquagefimafexta quæft. † Determinationes harum duarum quæftionum funt cõtrariæ, quia in prima fyndicus non denũcians tenetur ad pœnam l.fi §.diuus.ff.de publi.& ibi per Bart. Sed villa non capiens talem offendentem in pœnam non incidit.ff.ad Sylla.l.iij.§. fi maritus. & qđ ibi per Dy.& Bart.& eft ratio diuerfitatis, quia denunciatio quæ fit a fyndico fit ad cognofcendum an illud fit maleficium vel non, quæ cognitio ad eum non fpectat, fed ad iudicem, ar.ff.de no.ope.nun.l. de pupillo.§.meminiffe.ver.quoties, & ita difputando tenuit Thom.de Azo.& incipit eius difputatio. Duo funt ftatuta.& pro ratione allegat, ꝙ denuncians eft merus executor. & ideo non habet vlterius quærere.l.j.§. fane.ff. de offi. præfe. vr.& de cuft.reo.l.diuus. Captio autem fit ad executionem, immo eft pars ipfius executionis. Vnde fi liquet executionem non debere fieri, villa non exequens non tenetur.& ita firmat Bar.in iur.fupra dictis. Facit.ff. ad Turpil.l.j.§.j. vbi etiã tangitur. Facit etiam, quia captus in flagranti crimine põt fine proceffu puniri, vt habetur in l.ictus fuftium.ff.de his qui no.infa. & ideo ipfa captura dicitur fieri ad punitionem non ad cognitionem, merito non cogitur villa ipfum capere, maxime cum pro eo ꝙ fcit non effe maleficium, non debeat fe exponere periculo quod alias fubire deberet.vt d.§.fi maritus.iuncta.l.j.§ potuiffe. eo.titu.

57 Quingefimofeptimo † quæritur. Quidã erat debitor Titij in cẽtum. Titius fuit bannitus. hoc nõ obftante debitor ei foluit. ꝗritur an fuerit liberatus. dixit Bart. fimpliciter ꝙ non in l.fi.§.fi. de requi.re.per illum tex. ad l.reos.de folu.refpondet ꝙ ibi loquitur in reo comparente non in contumace. Sed puto aliter dicendũ ꝙ aut bona erant confifcata, & verum dicit Bart.ibi.n. loquitur in bannito de iure cõi cuius bona erãt adnotata aut adnotari debebant.per l.j.eo.tit. Si vero bona nõ erant publicata non video rõnem quare ei folui non pofsit alio nõ dato. & ideo liberatur debitor foluẽs creditori.infti.qui.mo.tol.ob.in pri.&.§.j.

58 Quinquagefimooctauo † Sciendum eft ꝙ Ray. difputauit quæftionẽ habentem duo membra, quorum vnum hic ponam. Aliud ponam in vlti.temp. cum de filijs banniti mortui loquatur. Statuto cauetur ꝙ bãnitus ob rebellionem caftri fit in perpetuum priuatus omni commodo ciuitatis, & definat effe ciuis & ꝙ nullus cum eo contrahat fub pœna librarum mille. Item ꝙ nullus audeat eum fociare vel in domo tenere. Titius contraxit cum tali bannito ob rebellionem.eum affociauit, & in domo retinuit, quæritur an veniat puniendus in mille tantum, an in tribus milibus, vel quibus pœnis. Et arguit hincinde multum late, fed fuccincte referã multis truncatis. Et ꝙ vna pœna puniatur, facit quia vna lex plura habens capitula vnica cẽfetur cenfura.l.etiam.§. ex caufa.ff.de mino.de verb.oblig.l.quod dicitur. Præterea etiam fi plures leges intelligerẽtur, punitus vna non puniretur alia.l.fenatus.de accu. Secundo feparatorum feparata ratio eft l.fin.de calum. Sed contractus & delicta funt feparata, igitur pœna impofita contractui nõ intelligitur appofita delicto, fcilicet affotiationi & retetioni in domo, & fic in mille tantum puniatur. Tertio arguit a verbis claris l.non aliter. de leg. iij. dicens illa verba clara effe ex quibus obfcuritas non refultat, fed ftatutum folum contrahenti pœnam imponit. Ergo arguit quarto ab actus poteftate, quia pœna non põt effe fine lege, fed lex poteft fine pœna.l.fi qua pœna.de verb.fign. ergo nõ requiritur fuppletio.ad legem, & fic vnica pœna puniatur alijs nõ fuppletis. Quinto a fufficientia vnicæ pœnæ in vno delicto.l.fancimus.C.de pœnis. Sed hic eft vnum delictum, quia fecit contra ftatutum, vt l. contra legem.ergo &c. Sexto arguit a legis fimplicitate quæ in affociando & retinendo fimpliciter loquitur.ergo pœna non fuppeletur.l.j.§.finautem.ff.ad Turpil. In contrarium arguit alijs fex rõnibus. Et prima eft a potentia legis repetitiua per dictionẽ. Item l.in repetendis.de leg.iij.cũ fi. Secunda a pluralitate delictorum ad l.aquil.l.illud.§.fin.& fic plures pœnæ.l.nunquam plura. de priua. delict. Tertia ab exclufione immunitatis pœnæ, quia qđ fit ad pœnã non operatur immunitatẽ l.fiue hæreditaria.de nego.geft. Et iõ prima pars ponẽs pœnã non arguit reliquis in partibus immunitatẽ. Quarta a proportione legis fpecialis & generalis, quia fic fe habet generalis ad generalem ficut fpecialis ad fpecialẽ.ff.de teft.l.iij.§. fi.& C.de ædifi.priua.l.an in totũ.cũ fi.& de admi.tut.l. fi duo. Sed ꝙ in lege cõi & generali in principio dr̃ intelligitur in fine repetitũ.l. regula.§.pe.ff.de fa.& iu.igno.infti.ad l.aquil.§.hoc tũ capite.

capite.de eden.l.si quis ex argẽtarijs.§.si initium tabularum. ergo idem in hoc statuto speciali. & sic in alijs capitulis etiam pœna mille intelligatur repetita. Quinto arguit a grauitatis diuersitate delictorum & contractuum, quia grauius debet puniri delinquens quam contrahens l. in actionibus.de in litem iuran. l. non dubium.C. de legi. Sed in hoc statuto punitur contrahens, ergo fortius delinquens.s.associans & retinens. Sexto a durante qualitate causæ prohibitiuæ, quod sic ostẽdit. Post delictum durat etiam virtus legis pœnalis, quia illa perpetua.C.de diuer.rescrip.l.falso. ergo licet semel contrafecerit & in pœnam inciderit, nihilominus durante lege contrafaciendo iterum in pœnam incidit. Soluit ꝙ imponi debet pœna mille tantum determinata, quia contraxit. In alijs autem non imponetur determinata pœna mille. Quod duabus probat rationibus, quia illa pœna est contra ius commune.l.si tibi.§. is cuius ff.manda.de pœnis l.quidam.in fi.ergo non trahitur ad alia.l.quod vero.ff.de legi.& quia impositio pœnæ est odiosa, ergo restringenda, vt in regula odia.& sic non habet locum repetitio. allegat. l.talis scriptura.in fi.de leg.j. Sed pro associatione & retẽtione in domo punietur extra ordinem per tit.de recepta.cum ibi no.& quia ex prędictis satis patet responsum ad contraria non insto, sed remitto ad no.in d.l.nunquam plura.& in l.senatus. Et nota hanc decisionem quæ vult ꝙ licet in statuto imponatur in principio vni delicto certa pœna, illa tantum non intelligitur in alijs capitulis inducentibus alia delicta repetita, sed remanet in arbitrio iudicis. Pro quo vide quod habetur per Bar.in l.iij §.eritque differentia.ff.vi bono.rapt.& in d.l.talis scriptura.de leg.primo.

59 Quinquagesimonono † circa dictum statutum quæritur. Quidam attentauit rebellare castrum, & ad actum proximum peruenit.& sic contra eum processum fuit, & in banno fuit positus. Titius cum eo contraxit. Quæritur an incidat in pœnam cõtrahentis cum bannito ob rebellionem castri vel pro rebellione.& videtur ꝙ sic.l. si qs non dicam rapere, cum materia sua.C.de epis. & cleri. Sed hic contrarium quia aliud est rebellionem fecisse, aliud attentasse l.fi.ff.de re.diui.& l. & seruorum.ff.de statu homi.& l.aliud de verbo. signi. Rebellio enim denotat rem perfectam.l.j. in fi.ff.quod quisque iuris. Pro hoc quod no.Cyn. in l.is qui cum telo.C.ad l.Corne.de sica.vbi dicit ꝙ statutum quod est factum contra occidẽtem. non habet locum in eo qui attentauit occidere, licet punitus fuerit eadem pœna. Non obst.l.si quis non dicam.cum si.quia licet puniatur attentans sicut faciens in atrocioribus, non tamen punitur eadem lege, quia non est idem factum.l.in lege.ff.ad l.Corn.de sica.l.aut facta.§.euentus.ff. de pœnis. & vide in Spec.de accusatore.§.j.versicu. quid si primo. De rebellione autem in genere vel de rebellionibus.vide Bar.in l.respiciendum.§. delinquunt.ff.de pœn.& latius in extraua. qui sint rebelles.super verbo, rebellare.& super verbo, rebellando.

60 Sexagesimo quæritur † Statuto cauetur ꝙ bannitus possit impune offendi. Altero statuto cauetur ꝙ non possint offendi banniti in festo sancti Ioãnis, quidam offendit bannitum in rebus in festo sancti Ioannis Baptistæ. Quęritur an incidat in pœnam statuti. Vel pone ꝙ non est nisi secundum statutum. Quæritur an puniatur de iure communi an ex forma statuti. Alberi.vbi supra q.cxj.dicit fuisse determinatum ꝙ solum pœna iuris communis, & ꝙ pœna statuti locum haberet in offensione personali non in reali. Allegat pro hoc.l.j.§.hæc autem verba. ff.de his qui deie.vel effu. Sed dices tu hoc est cõtra ea quæ dicta sunt supra parte proxima q. lv. vbi dicitur ꝙ statutum intelligitur de quacunq; offensione quod etiam dixit Bar.in l.licitatio.§. quod illicite, de publica. Sed respõde ꝙ ibi loquitur in statuto affirmatiuo, quod tanquam factũ in fauorem reipublicę & quorumcunq; offendentium debet large intelligi.ff.de cond.& demõ.l.hoc genus. Istud vero fuit factum in fauorem bãnitorum quibus non debetur tantus fauor, & ideo restringitur. Cum igitur negatiue loquatur restringitur ad offensionem personalem, vt hic. vel dic ꝙ ibi tractatur de statuto absoluente a pœna, ergo extenditur hic de cõdemnante, ergo restringitur, vt in regula fauorabiliores.lib.vj.

61 Sexagesimoprimo quæro, † an bannitus de Florẽtia possit Bononiæ exercere officiũ ad quod ibi fuit electus. Ista fuit quæstio Albe. qui allegat vbi supra ea.quæstio.ꝙ sic.ff.de ori.iu.l.ij.§.exactis.& in proœmio fforum.§.hæc autem tria.& C.de episco.aud.l.mathematicos. Allegat in contrarium, quia sunt infames saltem infamia facti quæ eos concomitatur vbique sicut lepra leprosum, vt no. in l.fratre a fratre.ff.de cond.indebi. Pro hoc de postu.l.ex ea.C.de digni.l.neque.de reg.iur.c.infamibus.lib.vj. Et dicitur ꝙ vidit seruari primã partem nisi esset in loco subdito eidem domino. Quo ad primũ vide quæ dixi supra in prima parte huius temporis q.xlviij. vbi plene tractaui an sit infamis. Quo ad secundum vide quæ dixi ea. parte.xvij.quæstio.

62 Sexagesimosecundo † Statuto cauet ꝙ bannitus non possit esse de consilio ciuitatis.& ꝙ si fuerit assumptus quicquid factum fuerit non valeat, bannitus fuit electus ad consilium & interfuit & officium exercuit, quæritur an sit remouendus, & an valeant gesta. Hæc quęstio fuit Guid.de Suza. & ponitur in l.nominationes.C.de appell.& eius effectus refertur per Ioan. Andræ.in titu. de accusa.§.sequitur.versi. quid si quis bannitus suarum additionum. versicu. cum tractauerimus, qui tenuit quod debeat ab officio remoueri per dictam l.nominationes.& de appella.l.si constat.& quia factum contra legem l. non dubium. C. de legibus. Nec obst.quod gesserit officium, quia etiam tutor post gestionem remouetur. l. hæc enim.§. fina. de suspec.tu. dixit tamen per eum gesta valere per l.Barbar[illegible]s.de offi. præto.de testam.l.j.

de

de senten.l.si arbitri. cum si.Si latius videre vis, recurre ad notata per Docto.in d.l. Barbarius. Primum procedit nisi bannitus fuisset admissus in consilio tali modo ꝙ cum eo videri posset dispensatum secundum l.quidam consulebant,de re iudi. ad quod faciunt not.per Bar.in l.si is qui pro em ptore, in eo qui in consilio fuit admissus vt ciuis &c. Secundum intelligo verum præterquam in gestis in sui fauorem,quia in eo cessat ignorantia quæ facit gesta valere,vt dictis iuribus, nisi etiã ipse ignorasset secundũ quod dicam infra hac eadem parte.quæstione vltima.

63 Sexagesimotertio †Stante statuto ꝙ bannitus nõ posit eligi ad officia, q̃ritur,an posit esse ambasiator siue legatus.dixit Alberi. vbi supra. q. lxxxvij. ꝙ non, quia illud officium.C. qui.ex cau.ma.l.j. Probatur etiam in l. legatus,ff. de legatio. & in alijs iuribus.

Cum a modo sequatur tertiũ tempus quod erit post finitum bannum, expedit, vt ad ea q̃ illud finiunt accedamus. propter quod quæram de pluribus scilicet qui posint rebannire,qui posint talem rabannitionem petere,& de forma circa eius petionem & expeditionem. Et incipiens a primo.

64 Sexagesimoquarto quæro† qui sunt illi qui possunt bannitos rebannire,vt sic effectiue bannum dicatur extinctum.Bar.in l.relegati.ff. de pœnis.dicit per illum textum ꝙ solus princeps potest hoc facere,quod intelligit de bannitis a ciuitatibus sub illo principe existentibus.& ideo bannitus in comitatu non potest rebanniri nisi ab ipsa ciuitate cuiuslibet comitatus. In ciuitatibus autem quæ non recognoscunt principem vel ex pace constantiæ,vel ex consuetudine potest illud facere consilium ciuitatis quod totum populum representat.l. aliud.§.refertur.ff.de reg.iur. & quod not.C.quæ sit longa consuetu.l.ij.& ita tenuit Ray.in l.j.§.si cõsulto.ff.de secun.tab.per.l.nihil tam naturale. de reg.iur. & idem in alijs quibu. ipsum consiliũ cõmisisset. Potest enim statuta facere, vt l.omnes populi.ergo &c. l. prohibere.§.plane.ff.quod vi aut clam.de quo vide per Bar.in l. ambitiosa. Et ibi an talis potestas veniat in generali concessione arbitrij super bono statu ciuitatis.

65 Sexagesimoquinto quæritur† an potestas ciuitatis posit rebãnire.Gui.de Suz.in suis quæstionibus sub litera.S.terminauit ꝙ sic:quod facit ex eo ꝙ bannitus malefactores facit capi,per l.non omnes .§.fin.ff.de re mili.& ad velle.l.j. & ij.§.verba. & C.in qui.cau.ser.pro pręmi.li.ac.l.j.nisi statutum aliter se haberet, vt l. omnes populi.ff. de iusti. & iure. Et idem tenuit Gan. vt refert etiam Albe.vbi supra quęst.lxvj.Et allegat ad idem.l.si quis in graui.§.vtrum.ad Sylla.et C.qui ad liber. procla.non licet.l.ij. Bart.autem in distinctione tenuit contrarium,vt tetigi supra hac eadem parte.q.vj.in fi.per text.in l.j.in fi.ff.de quęstio.Pro qua parte Albe. prædictus alleg. C.de transac.l. præses.l.dist.c.j.ij.& iij.ff.de pœ.l.diui.& l.relegati. Et dicit videri expresse probari in l.prohibere.§.plane.ff.quod vi aut clam. Et hãc opinionem dicit tenuisse Hugo de fontana. Ipse vero concludit ꝙ prima opinio est vera, non existente statuto ꝙ vetet bannitos de banno eximi.Si autẽ tale sit statutum,tenet opinionem secundam. Hæc sua opinio parum sapit,quia quando est statutum, potestas qui iurauit illud seruare non potest contra facere. Et si dicis potest ex causa.vt l.fi. qui satisd.cogan. Respondetur ꝙ tunc esse vel nõ esse statutum nihil releuat,vt de se patet. Puto autem in hoc sic dicendum ꝙ aut statutũ in ciuitate dat formam rebannitioni.& illa seruanda est l. cum hi.§.si pretor.ff.de transactio.Si vero statutum formam non tradit, & potestas est electus cum mero & mixto imperio,aliquo non excepto.& poterit pro rebannitione banniti legem facere seruata forma quam seruare debet in statuto condendo.s. vocatis proceribus &c.secundum quod traditur per glos.Cyn.& Bar.in l.j.ff. quod quisque iuris. & etiam per Barto.in l.omnes populi.q.j. & hoc modo potest saluari dictum affirmatiuum Guid. cum dicto tamen Albe.quia si esset statutum in cõtrarium licet illud posset tolli a populo,non tamẽ potest tolli a potestate,quia nõ potest contra illud quod a concedente sibi authoritatem est ordinatum.C.de offic.præfec.præto.l.normã.& ff.man. l.si hominem.& ita intelligo quod not. prædictos in d.l.j.quod etiam voluit Bart.in l.ambitiosa.licet de potestate non loquatur. Si vero vult facere per seipsum,aut per viam gratiæ siue legis,& non potest.vt d.l.j.in fi.de quæstio.& quod per Barto. no.in d.l.omnes populi. Si vero per aliquam viã iustitiæ,vt per viam restitutionis in integrum ex iuxta causa.Vel per viam cognitionis ordinariæ vt dicam in seq. Et tunc potest, quia sub iurisdictione siue arbitrio generali talia continentur. l.absentem.C.de accu.& in titu.de resti.in integ. Dixit etiam Ray. ꝙ si ex forma statuti potestas potest differre bannum ad tempus, & illud distulit.ꝙ eius successor potest illam dilationem reuocare arg.ff. de diuor.l. quod ait. & ibi per eum, quod mihi non est clarum nisi intelligatur secundum not.in l.fi.ff. de pœn.

66 Sexagesimosexto quæro. † Titius comparuit coram potestate dicens Titium fuisse bannitum, & dicitur per multos ꝙ ipse est ille qui continetur in bãno. Ipse autem dicit se non esse illũ de quo dicat bannum. Quæro an id posit petere, & iudex sic declarare,& si potest qui sint citandi. In hoc primo qualiter hoc posset contingere, vide supra in j.tempore parte.iij.q.vlti. Et etiam vide quæ dixi supra parte proxima qõ. xxvj. Et dic ꝙ sic, arg.C.de inge.& manu.l.diffamari.ff.ad munic. l.de iure.& ita in simili determinat Bart.in constitu.qui sint rebelles.in glo.super verbo,rebellãdo. versic.circa primum quæritur. Ad quod facit quod etiam ipse tetigit in l. vbicunque.§.interdũ. ff.de ven.in pos.mit. Debet autem citare regimina ciuitatis,secundum not.per Bar.in consti.præceden.

cedẽ. ſup verbo citata. q̃ pũctualiter obſeruãtur. Poterit ergo cauſa cognita declarare illum non eſſe illum de quo in banno dicitur. Et ita iam ſeruari vidi. Faciunt no. per Bar. in l. demonſtratio. de condi. & demon. in l. inter ſtipula. de verb. ob. & in l. diuus. de cuſto. reo. de quo dixi in parte præced. q. xxxiiij.

Viſo ergo qui ſint illi qui poſſunt rebannire. Quæro ſexageſimo-67 ſeptimo † qui ſunt illi qui poſſunt petere, vt bannitus rebanniatur? Dicunt quidam ꝙ aut penitur remiſsio poſt banni executionem. Et tunc extraneus petere non poteſt, ſed affinis ſic allegant. ff. de pœnis. l. in metallum. Si vero petitur ante executionem. tunc poteſt quilibet. ff. de appella. l. non tantum. Mihi autem nõ videtur quod illa iura faciant ad propoſitum, lex enim non tantum, loquitur in appellatione eius qui pœnæ ſeruus eſt l. qui vltimo. ff. de pœnis. cum ibi no. & ideo aliter dicẽdum puto ꝙ aut petitur remiſsio banni per viã gratiæ, & vnuſquiſque poteſt illam petere. & ſi concedatur ab habente poteſtatem valet remiſſio. Nihil enim obſtat l. j. §. vſus. ff. de procura. quinimmo motu proprio fieri poſſet. Si vero petitur per viam iuſtitiæ. tunc puto ꝙ ipſe poſſet petere, vel per viã appellationis, vel nullitatis, vel per viam ſupplicationis, vel in integrum reſtitutionis. De quibus modis aliqua dixi ſupra in j. tempore. parte vlti. in pluribus particulari. quæſtionibus. Ac etiam quia velit probare ſe ſeruaſſe illud ꝙ ſecundum reformationem eum a banno eximit. puta ſe ſeruiſſe in exercitu & ſi. licet. n. alias ſit ei audientia denegata non tamen in talibus denegatur. iuxta no. per Inno. in c. cum inter. de excep. & in c. intelleximus. de iudi. & pluries dictum eſt.

68 Sed tunc ſexageſimooctauo quæritur † an talis petitio poſsit fieri per procuratorẽ? Et videtur ꝙ ſic, quia ſi per ſe ergo per procuratorẽ l. filiusfamilias. de procu. ff. qui pet. tu. l. ſecunda cum ſimi. Non enim diſputatur, de crimine, ſed ſolum de proceſſu, colligitur ex not. per Innocen. in c. dudum de ele. & ſic admitti debet procurator. C. ad l. fa. de pla. l. prima. & l. preſes. In contrarium videtur ꝙ non poſsit, quia in cauſa appellationis venit cauſa nullitatis, & tamen non poteſt interuenire procurator. Primum patet in l. ſi expreſſum. de ap. & C. quando prouo. non eſt ne. l. j. ſecundum probatur in l. prima. an per alium cauſa ap. Dicit Bald. ꝙ vbi directe vel indirecte cognoſcitur de crimine, non poteſt procurator interuenire, alias ſic. & ita dicit ſeruari, vt ipſe ſcribit in l. reos. C. de accu. iuxta fin. quod verum eſt. & ita ſeruamus. & habet locum quod dictum eſt in bannito a relegatione ſupra. Si autẽ fuiſſet bannitus in pœna pecuniaria. tunc ſine dubio poteſt per procuratorem petere. Nec habet obſtare. quod bãnitus non audiatur ex forma ſtatuti in ciuili agendo vel defendendo. & ſic videatur tractari de pœna perſonali vt l. hi qui ſanctam. C. de apoſta. quia quædam ſunt pœnæ afflictiue, & de illis loquitur materia l. reos. cum cõcor. Quædam ſunt pœnæ excluſiuæ, vt eſt pœna prædicta. & in illis poteſt procurator interuenire ſecundum Iac. in d. l. hi qui. Preterea illa pœna haberet locum poſt bannum decurſum non ante ſecundum Bal. in l. ſeruum quoque. §. publice. de procura. Aduerte tamen, quia in tali cauſa etiam vbi de remiſsione tractatur debet eſſe ſpeciale mandatum ſecundum Gui. in Specu. de procu. §. primo. verſi. ſed nunquid media. & Bald. in dicto. §. publice & per Bart. & Ioan. But. in l. non ſolum. §. fin. ff. de procu. vbi bonus tex. Facit ad propoſitum optime l. Pomponius. de procu. & quod dixit Bar. in conſilio. lxxxiiij. quod incipit. In cauſa Vanniſgerij. vbi per aliam legem conſuluit in petitione relaxationis a captura perſonæ etiam pro cauſa pecuniaria requiri ſpeciale mandatum. ex quo patet ꝙ per talem viam petendi remiſsionem a banno in iudicio non admitteretur coniuncta perſona ſine mandato. l. patri. & illud. ff. de mino. & per Docto. in l. ſed & hæc, in princip. de procura.

69 Sexageſimonono. † Viſo ꝙ quilibet põt per viam gratiæ remiſsionẽ banni petere. Quæro quia ſupplicatio debet formari certa. l. vt reſponſum. C. de tranſac. & C. vt lit. pen. l. ij. quomodo poterit extraneus hoc facere cum ſcriptura banni ad eum non pertineat & ſic non poterit petere ſibi edi. ff. de eden. l. quædam. §. pertinere. dic ꝙ ſcriptura bãni eſt publica. & ideo debet edi cuicunq;, petenti, maxime quando bannitus poteſt a quocunque offendi, quia vniuſcuiuſque intereſt. ff. de poſtu. l. ex ea, ſecundum Bar. in l. ij. §. diuus. ff. de iure fiſci.

70 Septuageſimo quæro † minor. reperit in bãno, non habet curatorem, vult ipſum curatorem petere, vt poſsit prouidere de ſua cancellatione vel de alijs iuris negotiis, quæritur quis dabit ei curatorem. An iudex loci a quo exulat. An iudex loci in quo permanet. Gui. de Suz. in l. j. C. vbi tutor. vel cura. pe. dicit. ꝙ propter neceſsitatem licet illud quod alias nõ licebat. ff. de of. con. l. vna. & ibi concor. ſed in propoſito propter perſonæ periculum imminet neceſsitas cum illuc ire non poſsit ſine vitæ diſcrimine, & ideo ille iudex ſub quo degit curatorem dabit Facit. ff. de inter. & rele. l. relegatorum. §. interdicere. et ad muni. l. filij. §. relega. & l. eius qui. §. fin. & ita ſequitur Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de cura. in prin. Ratio deciſionis prædicte locum habet vbi ſit bannitus pro perſona vel membro, vel tanta quãtitate quæ ſecundum ſtatutum ſuum ſit maior pars ſuæ ſubſtãtiæ, vt l. propter litem. ff. de excuſa. tut. Sed vbi eſſet parua quantitas ſecundum ſui quantitatem. iuxta not. in auth. preterea. C. vnde vir & vxor. talis ratio ceſſaret. & ſic nõ haberet locum diſpoſitio. l. quod dictum. ff. de pac. niſi eſſet ſtatutum ꝙ impune poſſet offendi, quia tunc talis timor diſpoſitionem prædictam inducit, vt vbi ſupra.

71 Septuageſimoprimo † Bannitus expulſus de ciuitate Florentia cum tota ſua prole mortuus eſt in ciuitate Bononiæ vel alibi relicto filio impubere

bere qui habebat omnia bona sua Florētię qui nō habet tutorem testamentarium vel legitimum, & indiget tutore quæritur quomodo & per quem iu dicem sibi consulatur. Istam q. disputauit Osber. de Cremona. & eam refert Albe. vbi supra q.xc. In qua prolixe procedit succincte referam substā tialia. & ꝙ pupillus sit omni auxilio destitutus. arguit quia sunt plures species tutelarum regulariter, testamentaria, legitima, & datiua. Primis duabus cessantibus locus est tertiæ. C. & ff. & in li. insti. in materia tutelarum. & ab ordine titulorum. Sed duæ primæ cessant, & tertię locum non est vt probabo ergo &c. Probat autem, quia certa sunt loca, vbi possunt peti tutores & dari scilicet locus originis & domicilij & ibi innuitur, saltem a sufficienti partium enumeratione. sed ibi non potest dari obstante statuto ergo &c. quia paria sunt non posse fieri de facto vel de iure l. j. §. ꝙ si nemo. ff. quod cuiusque vniuer. no. cum si. Item quia iste non est de iurisdictione illius iudicis, ergo ei dare non potest. ff. de tut. & cu. da. ab his. l. ius dandi. iunctis not. in. §. relegati. instit. qui. mo. ius pa. po. sol. Item cum non habeat voluntatem cum æquipararetur furioso cum non possit ire ad Imperatorem vel Romam, maxime propter expensas & distantiam itineris, & quia non potest sibi constituere domicilium. Item quia non potest dici fugitiuus. videtur omni auxilio destitutus. Allegat ad prædicta per ordinem de acqui. hæred. l. pupil. si cer. pet. l. certi cōditio. §. quoniam. de polli. si quis rem. §. voto. de tuto. & cur. da. ab his l. pupillo. de ser. expor. l. titius. In contrarium arguitur primo, quia pupillus potest suam conditionem facere meliorem etiam sine tutore. instit. de auto. tu. in prin. ita in puncto dicitur ꝙ indiget tutore, ergo debet petere posse de iur. om. iudi. l. ij. cum si. Secundo si cum tutore litigat potest petere curatorem de tute. l. qui habet. §. si pupillus. & ille potest dari quocunque loco & tempore, vt ibi ergo &c. Tertio quia potest impetrare iudicem. C. quando impera. inter pupil. & vi. l. j. Quarto quia impetrare potest ius annulorum. ff. de excus. tu. l. cum ex oratione. Quinto, quia iurat & obligatur. ff. de ope. lib. l. vt iur. iu. & de lib. cau. l. fin. Sexto, quia fit miles. C. qui testa. fac. pos. l. fin. & per consequens nouum contrahit domicilium. C. vbi mi. causa. l. j. Septimo, quia contrahit sponsalia. ff. de spon. in l. in sponsalibus. Octauo, quia petit in iudicio alimenta a tutore. ff. vbi pupil. edu. de l. fin. Nono, quia implet & impedit conditionem. ff. de condi. & de l. conditionibus pupillus. Decimo, quia ad tutores petendos Romam vadit. C. de neg. gest. l. ij. Vndecimo quia propter necessitatem cessat iuris dispositio, de offi. consul. l. j. & ideo propter necessitatem nō iudex dat tutorem. de tu. & cu. da. ab his l. vbi absunt. Duodecimo, licet datio tutoris sit mixti imperij tamen fauore pupilli delegatur. vt no. ff. de iu. om. iudi. l. j. Decimotertio. quia propter necessitatem interuenit pupillus in iudicio momentaneæ possessionis. C. qui le. per l. fi. Decimoquarto quia potest perdere domicilium propter deportationem. ff. de tute. l. si deportati sed deportari & relegari pōt. ergo sortitur domicilium propter deportationem. ad mu. l. fi. §. relegati. & l. eius. §. fi. Decimoquinto, quia cō sentit manumissioni per quam efficitur ciuis & incola. ff. ad muni. l. j. ergo concluditur ꝙ in loco in quo degit potest sibi tutor dari. Soluēdo tenuit pupillo consuli posse altero de duobus modis, vel per translationem facultatis ad alium locum vel per electionem domicilij secundum Azo. in sum, vbi pe. tu. licet Hug. aliter dixerit in constit. domicilij. de tuto. & cur. da. ab his l. j. quia tamen translatio facultatis est difficilis residet in constitutione domicilij, & ꝙ possit sibi constituere domicilium probat. domicilium enim patris de necessitate non sequitur. ff. ad muni. l. assumptio. §. j. & l. filij liber. §. patris, vbi expressum est ꝙ eligere possit vbi velit, quod patet, quia non reperitur ei prohibitum ergo permissum. ff. de proba. l. ab ea parte. & ideo arrogatur de consilio propinquorū. ff. de adop. l. ij. propter qđ sortitur domiciliū. ff. ad muni. l. j. subdit se credere eū petere posse a iudice Bononiæ. C. qui. admi. ad bo. pos. l. fi. dicit etiam ꝙ episcopus loci vnde est expulsus posset sibi dare in defectum iudicis secularis. C. de episco. audi. l. si præses. & l. fi. de anna. excep. l. vt perfectius. & ad contraria dicit faciliter patere responsum. Inserui hanc propter duo. Primo propter particularia quæ tangit fieri posse per pupillum sine tutore. Vide tamen quæ habentur in l. j. ff. de noua. Secundo propter hoc vltimum dictum per quod patet ꝙ vacante potestate vbi solus sit q̃ possit dare tutorem poterit recurri ad episcopū. quod credo debere intelligi si decuriones non dant illum, possunt. n. in l. vbi absunt. de tu. & cur. da. ab his. Pro eo autem quod dictū est. supra pupillum sibi constituere domicilium. vide Bar. ff. ad mun. l. placet. & quod dixi supra iuxta fi. xliiij. q. hac eadē parte. & pro principali materia. q. vide in l. pupillo. de tu. & cur. da. ab his. & l. legitimos. in prin. ff. de legi. tut. vbi plene. Sed pone in q. ꝙ talis pupillus haberet bona alibi non in domicilio originis a quo exulat, sed in alio in quo nullum habet domicilium, quis dabit ei tutorem. Dixit tunc Bar. dari tutorem per iudicem originis, & illam dationem extendi ad bona alibi sita, allegat l. propter litem. §. licet. ff. de excu. tuto. & l. magis puto. §. illud. de re. eo. reprobata glo. l. non solum. § qui testamento. de excu. tu. & in l. legitimos. dicit ꝙ talis tutor poterit administrare sine authoritate iudicis loci in quo sunt bona sita si nō habet contradictorem, alias illius iudicis requiritur interuētus, vt ibi per eum. Intelligunt quidam id verum quando iudex originis simpliciter dat tutorem. Si autē exprimeret se dare etiam ad bona alibi sita, dicunt nō valere dationem quo ad illa bona. Quædam enim tacite veniūt quæ expresse nocent. l. nonnunquam. de condi. & demon. cum si. & ita soluunt gl. d. §. qui testamento. In proposita igitur q. sit cautus iudex vt simpliciter det pupillo tutorem non expresso ꝙ extra suam iurisdictionem se intromittat l. fi. de iuris. om. iudi.

Hæc de præambulis ad absolutiones a banno. sed septuagesimosecundo quæ- 72 ro. † Titius erat bannitus pluribus bannis, quod

quod fieri potest, vt sæpius dictum est, maxime in primo tempore parte j. an sufficiat sibi vna absolutio, an vero habet necesse plures absolutiones habere? Dixit Cyn. in l. si libertam. C. de nup. ꝙ aut talia banna descendunt ex eodem facto, & tunc sufficit vna. Si vero ex diuersis factis descendunt plures absolutiones requiruntur, allegat. ff. ad Turpil. l. j. §. si plura. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. si pluribus. Quando ex eodem facto descendũt, dixit Bar. esse posse. vt quia iudex inquirit venit syndicus & denũtiat, superuenit pars & accusat super omnibus, iudex fert sentẽtiam contra Titium contumacem, de quo per eum in d. §. si pluribus. Sed Ray. in d. l. si libertã. dicit ꝙ etiam si ex diuersis factis descendunt sufficit vna absolutio si omnes causæ in absolutione exprimãtur, allegat not. extra de senten. excõ. c. cum pro causa. & ita etiam tenet Iaco. de Are. in d. l. si libertam. Sed Bar. elegantius more suo in hac materia distinxit in dicto. §. si pluribus. quod aut quis petit se absolui a iudice ex mera iustitia propter aliquam causam, & tũc vna absolutio generalis non porrigetur nisi ad causas expressas in petitione l. licet. C. de iudi. & de arbi. l. de rebus. Quandoque petitur vera absolutio ex mera gratia, vt a principe vel a populo secundum ea quæ dixi supra in q. lxiiij. tũc si fuit absolutio generalis sine aliqua partis petitione vel etiam præcedente petitione generali, sufficit & porrigitur ad omnes causas, quia princeps vel populus videtur hoc fecisse ex certa scientia. C. de aboli. l. secunda. Sed si petens aliquas causas expressit adiecta clausula generali. & tunc fuit tacita aliqua causa grauior expressis. & tunc est verisimile concedentem si sciuisset non fuisse concessurum. & ideo tunc erit nulla super toto, argu. C. si contra ius vel vtili. pub. l. præscriptione. extra de rescrip. c. super literis. & facit clemen. non potest. de procura. Si vero fit absolutio a patre ad cuius petitionem fuit datũ bannum. De quo dicam infra. q. lxxvj. & tunc sine dubio sufficit vna absolutio generalis. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & de noua. l. fi. nisi fieret ex causa transactionis, quia tũc refertur ad ea de quibus erat lis. C. de transactio. l. si de certa. & l. age. & l. sub prætextu. & hoc cõmuniter tenẽt omnes.

73 **Septuagesimotertio** quæritur ecõtra. † An ex pluribus ex bannitus possit absolui ab vno banno tantum? Bar. in d. §. si pluribus. proxime allegato dicit ꝙ si bannum quod remanet est tale, ꝙ facit eum perdere iura ciuitatis suæ secundum ea quæ dixi in l. quidam. de pœnis, & melius dictum fuit supra in prima parte huius temporis. q. v. & tunc in eum non potest cadere absolutio ab vno, quia absolutio est redditio beneficiorũ ciuitatis. Sed postea cum ab alio banno absoluetur prima absolutio confirmabitur. arg. ff. communia præd. l. fi. Si vero bannum quod remanet non facit eum hostem ciuitatis nil obstat quin vnum possit tolli alio remanẽte. l. fi. C. qui. mod. pig. vel hypo. sol. & l. siquidem. C. de transa. Ista decisio in primo mẽbro est periculosa. Si enim ante liberationem ab alio banno caperetur posse fieri executio secũdum eum quod esset iniquũ. & ideo dixit Ang. in d. §. si pluribus. ꝙ immo etiam vbi aliud remanens facit eum hostem ciuitatis põt vno tali alio remanente nihil allegat. Facit de reg. iur. secundum naturam. & de solu. prout quisque. Sicut. n. separate dantur, vt dixi supra scilicet in primo tẽpore parte. j. q. iij. ita possunt separate tolli.

74 **Septuagesimoquarto** † In ciuitate ordinatum est ꝙ banniti in pœcunia rebanniantur & qd habeantur pro cancellatis, quæritur an eoipso ꝙ sic ordinatum est sint rebanniti absque eo ꝙ de facto cancellentur? Dixit Barto. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. ꝙ aut in reformatione dicitur ꝙ debeant rebanniri. & tunc nisi de facto rebãniantur rebanniti non erunt. C. de solutio. l. inductus. & quod ibi no. & ff. de peti. hæredi. l. si quis libertatem. Aut dicitur ꝙ habeãtur pro rebannitis, & tunc absque cancellatione de facto rebanniti intelliguntur per dictum. §. Lucius. & de adimen. lega. l. nihil. quod sequitur ibi Bal. & allegat. ff. de lega. j. l. huiusmodi. §. si cui ita. Sed prædictis opponitur ꝙ aliud est haberi pro cancellato, & aliud esse cancellatum de verb. signi. l. mercis. & quod ibi not. Sed illud verum in his quæ sunt facti. In his autem quæ sunt iuris talia verba important veritatẽ l. si maritus. §. legis. & quod ibi per Bar. ff. de adult. & plenius in l. si is qui pro emptore. de vsuca. Si tamen vis ꝙ in eorum fauorẽ plenius disponatur, facias ꝙ reformatio dictet ꝙ habeantur & sint rebanniti & cancellati & pro legitime cancellatis. Hoc tamen intellige secũdum ea quæ dicam infra in sequenti tempore parte. j. q. ij. & etiam j.

75 **Sed circa idem** Septuagesimoquinto quæritur. † Tres erãt banniti in eadem sentẽtia, virtute reformationis duo debebant cancellari. Notarius asserens se facere virtute reformationis cancellauit omnes cum deberet tantum duos cancellare, quæritur an tertius de quo non dictat reformatio dicatur a banno liberatus siue exemptus, dic ꝙ non, quia cancellatio restringitur a causa suæ cancellationis l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delen. Et ibi per Bar. in terminis. Et idem dicendum est si vnus habens plura banna deberet ex aliquibus cancellari & fuerit ex omnibus cancellatus eadem ratione. Vide tamen quæ dicam in q. supra proxime allegata.

Quæro septuagesimosexto.

76 † Statutum est in ciuitate ꝙ ad petitionem creditoris possit debitor non comparens pro debito non soluto cõdemnari in certa quantitate soluenda fisco secundum debiti quantitatem. & in dicta quantitate banniri. Titius debitor ad petitionem creditoris fuit bannitus. An ad dicti creditoris petitionem debeat de banno eximi & cancellari. Dixit Gui. in l. fi. de offi. procu. Cæsa. ꝙ non per illum text. & per. l. ij. in fin. C. de lib. & eod. lib. Sed Bar. in l. prima. §. & post operis. ff. de nouis ope. nuntia. vbi text. facit in contrarium. Dixit ꝙ quan-

ꝙ quandoque bannum continet aliquid tediosum solum fauore creditoris, vt puta ꝙ non audiatur ad ius nisi soluat, & tunc potest tolli simplici conuentione, ar. illius tex. sicut potest tolli res iudicata, argu. l. iiij. §. si ex conuentione. de re iu. & C. de execu. rei iu. l. ij. Quandoque continet aliquid pœnale præcise, vt si non soluerit vsque ad Kal. soluat tantum fisco nomine pœnę, vel sit priuatus officijs &c. Et tunc postꝗ incidit in bannum non potest toli partium conuentione, quia alteri est ius quæsitum. vt l. iurisgen. §. si paciscar. de pac. Sed si in bannum non incidit, sed adhuc est intra terminum banni tunc ex sola partium voluntate potest terminus prorogari & adueniente termino prorogato incidit in bannum, nisi soluat, quia prorogatio intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus. ff. de iudi. l. ij. §. si iudex. & vide latius ibi per eum. Nunc ad propositũ cum in terminis præsumatur bannum esse decursum, cõstat ꝙ illud ad voluntatem creditoris cancellari non potest. In hac tamen ciuitate est statutum ꝙ etiam post datũ bannum & decursum terminum posset tolli intra certum terminum ꝙ hic seruandum est. Aduertendum tamen ad illud quod dixit Bar. ꝙ vbi adhuc durat terminus banni possit fieri prorogatio, & ꝙ adueniente secundo termino si nõ soluerit in pœnam appositã in primo termino incidituur, quia hoc non videtur bene dictum Nam ex tali sententia quasi contrahitur. l. iij. §. licet de pecul. sed in pœnis conuentionalibus pœna adiecta in primo termino non videtur saltem effectiue repetita in termino prorogato l. cũ stipulatus sim mihi a proculo. de verb. obli. & quod ibi no. Præterea talis sententia est conditionalis. & ideo nõ debet committi nisi proprie existat cõditio sub qua fuit cõcepta ff. iudi. sol. l. si fine. & l. cum apud. Et ideo forte illud eius dictum in hac parte non procedit. & aut in nullam pœnam incidit, aut incidit in illam adueniente primo termino. pro cuius declaratione vide quę dicam in q. ij.

Septuagesimoseptimo quæ-

77 sto † circa prædicta dictat statutum ꝙ talis bannitus ad petitionem creditoris debeat eximi de banno absque eo quod soluat communi si fuerit in concordia cum creditore. dictus bannitus comparuit corã iudice, & fecit citari creditorem obtulitque separatum stare iuri cum eo. Quæritur an debeat cancellari? Albe. vbi supra q. cxij. dixit ꝙ sic, quia cum ex illis verbis statuti fiat relatio ad concordiam creditoris intelligitur facta relatio ad arbitrium. Constabat autem illud debere intelligi de arbitrio boni viri. l. hæc venditio. ff. de contrahen. empt. ff. pro socio. l. si societatem. de fideicommis. li. l. thais. §. sorore. & l. Labeo. & de operis liberto. l. si libertus iurauerit. Nullus autẽ bonus vir arbitrabitur creditorem nolentem stare iuri vt recto arbitrio, sic habeatur per inde ac si esset in concordia, vt dictis iuribus. Facit ff. de cõdi. & de. l. iure ciuili, licet ipse non sic declarat. Sed aduerte, quia aut bãnitur, quia non soluit debitum liquidum contra quod non poterat opponi exceptio. & tunc non puto decisionem prædictam procedere. Rectum enim arbitrium est nolle pro liquido debito litigare. l. quidam ęstimauerunt. ff. si cert. pet. Si autem fuit bannitus pro debito contra quod si comparuisset, potuisset exceptionẽ opponere. & tunc compareat dicens se paratum stare iuri. & tunc aut est talis persona de qua nõ obstante prima contumacia nulla est suspicio, sed quia diues est & soluendo creditur ꝙ soluet. & sic succumbet, & sufficiat talis oblatio, arg. l. si pecuniæ. in fin. ff. vt in pos. le. quæ etiam facit ad primum membrum. Si vero restat suspicio inducta propter contumaciam, & isto casu non puto eum debere eximi de banno nisi ducat secum fideiussorem qui promittat soluere iudicatum, arg. ff. qui satis. cog. l. fideiussor. §. si. l. iij. §. si. ff. de sta. lib. Si vero pro parte est liquidum pro parte nõ, pro parte liquida debet soluere, pro alia potest litigare secundum supra dictam distinctionem. l. quidam ęstimauerunt. si cer. pet. Pro quo vide no. tex. in l. statu liber. rationem. ff. de statu liber. Sed pone ꝙ fuerit bannitus ad petitionem multorum creditorum simul. & in eadem accusatione gentium. An debeat cancellari si fuerit in concordia cum maiore parte creditorum dicente statuto ꝙ cancelletur si fuerit in concordia cum suis creditoribus. In hoc aduertendum ꝙ quandoq; actus in quo requiritur concordia refertur ad plures, vt vniuersos. & tũc dicit Bal. in l. nulli. per illum tex. cum glo. ꝙ Federicus tenuit sufficere quod duę partes faciant. Sed in l. j. de pac. dicit quod sufficit maior pars, quia in illa residet collegium. ff. ad muni. l. quod maior. Sed in l. & suum §. fin. dicit contrarium, ꝙ debet intelligi, vt dicam statim. intelligo hæc sua dicta ꝙ requiritur ꝙ duæ partes collegij sint præsentes dum tamen maior pars pręsentium faciat. Ad hoc quod habetur in c. ea noscitur. de his quæ fi. a præla. sine consen. ca. Quandoque vero refertur ad plures vt singulos, vt in casu nostro. & tunc puto ꝙ sufficiat ꝙ sit in concordia cum maiore parte creditorum secundum formam l. & seruum. §. hodie. & l. maiorem. videlicet ꝙ illi sint citati, & sit seruata illa forma, alias secus. eo. ti. l. rescriptum. & sic loquitur dictum Bal. in. §. si. Et aduertendum quod licet nõ consentiant eodem tempore, si tamen omnes consentiant separatim dicuntur esse secum in concordia. l. si. commu. prædio. secundum Bald. in d. l. j. de pact. ff.

78 Septuagesimooctauo

† Statutũ erat in ciuitate ꝙ nullus bannitus posset rebanniri nisi soluatur prius certa quantitas cameræ apostolicę, & si secus fieret non intelligeretur rebannitus. deinde in illa eadem ciuitate illud statutum fuit per nouum statutum annullatum. Quæritur an bannitus qui postea rebannitur teneatur illam quantitatem soluere, adeo ꝙ si nõ soluit rebannitio non valeat? Hanc q. mouet Bald. in l. fi. ff. de pact. & dicit ꝙ fuit de facto Florentiæ, & ꝙ vidit in ea ita bene allegari sicut vnquam viderit in aliqua quæstione. & dicit fuisse determinatum secũdum statutum non valere. & sic secundum illam determinationem dicta quantitas solui deberet. Sed

aduerte

aduerte quia si vera est decisio supra dicta in qõ. lxxvj. anteq̃ ius sit quæsitum posit per conuentionem tolli fisco. Decisio prædicta procedere nõ videtur. Pro quo facit. l. qui Rome. §. Flauius Hermes. de verb. obli. & ff. de ser. expor. l. j. per quæ iura dixit ibi Bart. ꝙ si donaui tibi rem hoc acto ꝙ post mortem tuam perueniat ad quandam ecclesiam illam conuentionem de ecclesia potero reuocare. licet ex tali pacto ipso iure quæratur ius ecclesiæ. l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. In quo tamen moderni variant, sed illius disputatione omissa quæ est extra rem nostram, rediens ad propositum in quo multa dici possent inclino in hãc sententiam, ꝙ aut talis bannitus erat rebãnitus ante reuocationem illius statuti, & tunc cũ iam esset ius quæsitum cameræ apostolicæ illud tolli non potuit per statutum, per d. l. fi. de pac. cũ si. Cum illud ius camera apostolica ad suum commodum esset habitura, non ad commodum statuẽtium tunc enim secus esset. l. in causæ. in fi. ff. de procu. cum sim. & soluere tenebitur illam quantitatem alias de iure cancellari non poterit. Nec obstat quod habetur extra de iniur. & dam. da. c. in nostra. quia aliud est quod superior tollat inferiori ius ex superioris prouisione quæsitũ. de quo ibi. & aliud quod inferior, vel per id facere possit. l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. cum si. Si vero fuit rebãnitus post reuocationem statuti cum illud ius nondum esset quæsitum. & sic potuit reuocari. vt i. §. flauius. soluere nõ tenetur.

79 Septuagesimonono. † Titius erat bannitus cum saluo ꝙ si faceret certum quid esset exemptus a banno, vel erat bãnitus simpliciter sed facta fuit lex quod omnes banniti deberent rebanniri qui seruirent duobus mensibus in exercitu suis sumptibus, vel dicebat ꝙ essent a banno liberati. Titius fecit illud ꝙ erat in saluo, vel seruiuit in exercitu, quæritur an statim dicatur liberatus a bãno, vel requiratur iudicis declaratio. Vt patet hæc questio est duplex. Constat enim ꝙ iudex potest in sua sententia apponere verba illa saluo quod infra dicam. &c. vt not. in l. item Labeo. §. j. ff. fami. Her. Item ꝙ licet non debeat ferre sententiã conditionalem, tamen lata sub conditione valet. l. ij. §. biduum. ff. quando app. sit Et ideo videndum est an statim dicatur bannitus. Hoc pendet ab eo dicta sententia sit conditionalis. Et videtur ꝙ nõ sit conditionalis, vt no. per glo. in l. obligationum fere. §. conditio. ff. de actio. & obli. quod maxime verum est si illa verba apposuit post verbum, bãnitus. tunc enim non videtur ꝙ aliquid postea addere potuerit, vt l. iudex postea. ff. de re iudic. Et sic tunc certum sit eum esse bannitũ. & hoc tenuit Bart. in d. l. iudex & in l. j. ad turpili. & in l. moris. de pœnis. In contrarium quod immo sit conditionalis. & ꝙ interim non dicatur bannitus. & sic nulla declaratio requiratur, probatur sic, Aut dicta sententia quo ad bãni dationem habuit verba suspensiua & tunc clarum ꝙ est conditionalis, siue equiparetur contractui siue vltimæ voluntati. l. ij. cum ibi no. ff. de in diem adic. Si vero non habuit verba suspensiua. & idem, quia licet in contractibus, tunc actus sit purus, & veniat sub conditione resoluendus, vt ibi. Tamen in vltimis volũtatibus secus est, quia semper est conditionalis dispositio l. de quibus diebus. §. quidam Titio. de condi. & demon. & l. legatum pure. de adimẽ. le. cum simil. Constat autem sententiam æquiparari vltimis voluntatibus. l. non est mirum. ff. de pig. act. l. si ita fuerit. de manu. test. Et quod no. per Gui. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & per Bar. in l. centesimis. in fin. de verb. obl. saltem hoc casu quando hic est benignior interpretatio, vt in c. si delegatus iudex de offi. deleg. li. vj. Nec ob. ꝙ in sententia quasi contrahatur. vt l. iij. §. idem scribit. de pecul. quia omisso examine, an illud sit verum reo nunquam comparente in iudicio, aliud est contractus, & aliud est quasi contractus. & sic de vno ad alium regulariter argumentatio non procedit. vt in proposito patet ex l. ex maleficijs. §. hæres. de acti. & ob. & l. apud Iul. in fin. qui. ex cau. in pos. ea. & quod ibi per Bar. Nõ obst. glo. §. conditio. quia illa gl. non est vera, vt scribit Inno. in ca. præterea. extra de appel. Nec ob. l. iudex postea. & quod per illam dixit Bar. quia aut illa verba sunt apposita in principio, vt quando dixit saluo quod infra dicam, & tunc lex illa non obst. vt in d. glo. §. j. in l. item Labeo, pro qua videtur casus. ff. de consti. pe. l. quidam. Aut fuerunt apposita post verbum, bannimus, & idem donec enim sententia non habeatur pro expedita per iudicem, illa lata non dicitur. C. de fide instr. l. contractus. in fi. quicquid ergo continetur in illa ante illam clausulam quæ semper apponitur lata data &c. inesse dicitur ipsi sententiæ si cer. pet. l. lecta, secundum Ange. in d. l. iudex. In hoc vltimo non enim nocet talis præposteratio, quia cum sint omnia in eodem actu, intelliguntur secundum ordinem iuris, vt ipse idem Bar. dixit in illo libello peto cogi & condemnari. in l. j. C. quando prouo. non est neces. & in l. cum prolatis, de re. iur. & cũ de mente iudicis constet talis ordo non attenditur de solu. l. non enim. & quod Bar. scripsit in l. ij. §. prius. de vulg. & pupil. Intelligitur ergo d. l. iudex postea, quando iudex apposuit aliquid postquam habuit sententiam pro expedita. & ideo si illa verba aperirentur post illam clausulam lata data &c. Vera esset Bart. decisio alias non procedit. & hæc de prima. De quo etiam tetigi in primo tẽpore vl. q. iiij. & vide quæ dixi vbi hoc declaratur in secundo tempore parte. ij. q. xxj. in fi. Quo autem ad aliam. s. quando post bannum perfectum sit reformatio &c. an requiratur declaratio nõ multum laborabo, licet multa dici possent. Concludo enim ꝙ aut ipsa reformatio dicit ꝙ ex tunc ꝙ seruiet ipso iure siue ipso facto sit liberatus a banno, & tunc postq̃ seruierit quantum est in se erit non bannitus. adeo ꝙ si agat & ei opponatur exceptio banni vel ad bana res eligatur & si probando id fecisse non repelletur a iudicio vel a dignitate. Ita enim important illa verba ipso iure siue ipso facto etiam in condemnando, vt dixi, & ibi allegaui iura in primo tempore parte vltima. q. vlti. & habetur etiam in capit. j. de rescriptis. lib. vj. & C. de legi. l. non dubium. Valebit

bit ergo eius testamentum ꝙ faciat secundum formam statutorum suæ ciuitatis, quod ante non valuisset. Poterit etiam succedere secundū illa quod ante non fecisset, & sic de singu. Quantum autem ad alios vt si ante declarationem, vel cancellationem offenderetur. Dicam infra in vltimo tempore. parte. j. q. ij. Si vero illa verba non apponūtur sed simpliciter dicitur, vt in themate quæstionis dictum est. Videtur eum non esse rebannitū, nisi sequatur declaratio, ꝙ id factum fuerit secūdum doc. Inno. in c. bonæ. de æta. & quali. Pro quo facit quod habetur in l. eius qui delatorem. ff. de iure fis. & in l. ij. §. ꝙ si actor. de iur. calum. & quod scribit Bal. in c. si vasallus. x. colla. si de feud. fue. controuer. vbi ponuntur casus in quibus declaratoria requiritur, sed illis respondetur quod loquuntur in priuatione iuris. & sic in re odiosa, hic in executione pœnæ. Et sic acquisitione absolutionis et re fauorabili. Sed per supra allegata primum dictum videtur verius, ante enim ꝙ sit facta declaratio quod id factum fuerit secūdum doctrinam Innoc. incertum est an sic factum sit, & ideo id certum esse debet l. iam hoc iure. & l. ita stipulatus. de ver. obli. Facit l. j. C. qui & aduer. quos & quod tetigi vbi supra. Nec obstat qđ lex sit semper certa l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. hære. quia illud verum quantum ad sententiam legis, vt dictum est supra quo autē ad sententiam hominis, quæ hic requiritur nō est ita, vt ibi. & in l. antiqui. ff. si pars hær. pet. Sic ergo talis qui seruiuit in exercitu vel quid aliud fecit habet tria tempora. vnum postquam seruiuit ante declarationem, & hoc tempore quo ad omnes & omnia stantibus verbis, vt supra repeto ipsum bānitum. Nec ob. quod not. per Ioan. And. in regula quod quis. lib. vj. vbi dicitur capitulum non dubium de sen. excom. per quod fundatur dictum Innocen. loqui in sententia medicinali, quæ difficilius tollitur ꝙ mortalis, quia eius dictum loquitur in soluente id quod continetur in banno, & sic naturæ ordinariæ ipsius bāni satisfacit. insti. quib. mod. tol. oblig. in princ. & §. j. merito declaratio non requiritur. sed hic loquimur in eo qui aliud pro alio facit, quo casu non ita contingit liberatio ipso iure sicut quando soluitur. idem l. si cum fundum. ff. de pac. & quod habetur in l. solutū. §. solutū. ff. de pign. acti. Fateor tñ ꝙ si caperetur talis exceptio impediret executionem & probato se seruisse secundum formam statuti relaxari & cancellari deberet, quia saltem ope exceptionis fiscus excluditur vt dictum est. Aliud tēpus habet post declarationē ante cācellationē. Et quo ad se est rebannitus, quo ad alios dicā vbi supra. Aliud post cancellationem. & tunc quo ad omnia est rebannitus, vt dixi supra q. lxiiij.

80 Octuagesimo pone† Titius fuit bānitus in mille soluenda intra mensem sine diminutione cū esset statutum quod dat beneficium quarti, id est ꝙ possint solui tres partes cōdemnationis tantum fit solutio intra decem dies a die latæ sentētiæ. Titius sic bannitus soluit tres partes, & a toto fuit de libris omnibus cancellatus. Quæritur an dicatur legitime cācellatus, vt sic elapso mense amplius non dicatur bannitus. Ista quæstio fuit hic de facto, & consultum fuit per totum collegium fuisse licite cancellatum. Ista enim verba sine diminutione apposita in sentētia beneficiū statuti auferre non potuerūt. l. nemo potest. de leg. j. Præterea qñ aliquid debet solui, & de volūtate eius cui sol ui debet fit remissio, intelligitur impleta conditio solutionis etiam ad pœnæ euitationem. ff. de solu. l. solutionis, & ibi per Bar. Facit. ff. de verb. obli. l. in executione §. si. allegabatur casus. in l. iiij. §. ait prætor. iuncto. §. soluisse. ff. de regu. iur. Nec ob. l. meuius. de condi. & demon. vbi dicitur ꝙ implementum debet fieri in forma specifica, quia de voluntate eius cui debet fieri implemētū etiam in conditionibus potest solutio alterari. Casus est secundum vnam lect. in l. filium quem habentem. C. fami. ercisc. l. iure ciuili. de cōdi. & demon. cum simi. Pro ista determinatione do casum in l. iusiurandū a debitore. ff. de iureiur. quod not. per Bar. in l. Labeo quæ sequitur illam.

81 Octuagesimoprimo loquitur.† Dictat statutum ꝙ potestas vltimis quindecim diebus sui officij non possit aliquem eximere de banno. potestas vltimis quindecim diebus pronunciauit Titium bannitum esse eximendum de banno. Quæritur an talis pronuntiatio valeat, et quid operetur? Formatur hęc quæstio per Doc. & maxime per Bald. in l. j. C. si aduer. li. & concluditur per eos ꝙ valeat talis pronuntiatio. Sicut enim aliud est bona publicare, & aliud pronūtiare bona esse publicanda. ff. pro socio. l. cū duobus. §. idem respondet. & quod ibi not. Item sicut aliud est deportare, aliud pronunciare deportandum l. j. §. deportatos. de le. iij. l. si quis filio exheredato. §. eius qui. ff. iniu. testa. Item sicut aliud est mittere quem in possessione, & aliud est pronuntiare immittendum, vt not. in l. cognitio. §. vt bonorum. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. Item sicut aliud est restituere, & aliud pronuntiare restituendum. l. fina. vbi & apud quem. Item sicut aliud est exequi sententiam. & aliud pronnntiare illam exequendam, vt habetur in l. ab executione. C. quo. appella. non reci. Ita aliud est eximere de banno, & aliud pronuntiare eximendum esse. & ideo statutum quod debet stricte intelligi. l. constitutiones. ad munici. loquens in eximente non habet locum in pronuntiante eximendum l. fina. de calum. & l. si vero. §. de viro. ff. solut. matri. cum simi. Valebit ergo pronuntiatio, sed tunc demum habebit effectum si successor illam exequatur. l. iure nostro. ff. de testa. tut. & ideo interim tractabitur vt bannitus, & poterit impune offendi secundum Bald. in dicta l. j. Non obst. l. procurator. C. vbi cau. fisc. vbi dicitur ꝙ sicut procurator fisci non potest exigere pœnam, ita non potest pronunciare exigendam, quia ibi loquitur quando non potest ex carentia iurisdictionis. Hic autem non carebat iurisdictione, sed exercitio ipsius. Nulla enim priuatio iurisdictionis inducitur, sed solummodo exercitium impeditur, quod patet, quia posset cognoscere

scere illis quindecim diebus, quod ibi non poterat procurator, vt ibi patet in fin. glo. quæ ponit ibi casum,& ibi etiam dixi. ex quibus infertur ꝙ si certis officialibus habentibus largam authoritatē a populo super bono statu est interdictum quod non possint rebannire bannitos, poterunt tamen ordinare qualiter debeant rebanniri, banniti aliquid pro bono statu facientes. etiam detrahendo solennitatibus antiquis per no.in l.omnes populi.& per dicta iura. & ideo si postea secundum per eos ordinata illi rebanniuntur erunt legitime rebanniti. Facit quod not. per Ioan. An. in cap.ij.de offic.vic. in notabi.& ita pluries fuit obseruatum.quando.s.ex iusta causa id fecerunt. ff.mand.l.hominem. Nec obstat ꝙ nō possunt mutare regimina ciuitatis per quamcunque latam authoritatem eis concessam, vt not.per Bar.in d. l.ambitiosa.quia nō pro mutatione, sed pro illius status regimine & salutatione a toto populo dicitur fuisse statutum.l. item eorum.§.si decuriones. ff.ꝙ cuiusque vniuer.

82 Octuagesimosecundo † Statuto condito a toto populo & cōi cauetur ꝙ per consilium ciuitatis nihil possit firmari nisi prius per capitaneū proponatur. In illo alio statuto cauetur ꝙ si capitaneus proponat de aliquo pro homicidio bannito cancellando de banno ipso iure desinat esse capitaneus. Contingit ꝙ qui erat capitaneus proposuit de aliquo bannito pro homicidio cancellando de banno,& concilium confirmauit. Quæritur an ipsa reformatio in cuius propositione qui erat capitaneus deliquit vitietur. Hanc quæstionem disputauit Iaco.But.Et arguit latissime ꝙ non vitietur.ego vero vt in aliis referam aliqua resecādo plura. Primo ergo arguit sic. Tēpore inchoatæ propositionis capitaneus qui proposuit erat capitaneus, licet ergo postea desinat debet inspici tēpus initij,de neg.gest.l.Pomponius.ff. pro socio. l.si id quod.§.si filius.non ergo nocet mutatio cōditionis. Secundo quando res vtiliter inchoatur, licet postea inutilis fiat tota vtilis iudicatur.ff.de neg.gest.l.sed an vltra.ff.mand.l. qui mutuam.§. fi.cum si. Tertio quia tempus consumationis trahitur ad tempus inchoationis l. si filius. de verb. oblig.cum concor. Quarto quia res dijudicatur secundum id quod potentius operatur l.quæritur. ff.de statu homi.& de acqui.re.do. l. quicquid.§. paries. Sed principium fuit potentius fine.l.j.de ordi.iud.ergo iudicatur secundum illud facit in auth.quo.opor.in prin. Quinto ex ordine delictū præcedit pœnam.C.de pœnis.l.sancimus. Sed propositio est delictum, pœna est priuatio capitaneatus.& sic quando deliquit, quia proposuit erat capitaneus.ergo tenuit propositio, & sic valeat reformatio. Arguit etiam a generali natura dispositionis vt effectus consideretur, vt id quod in conditione est non sit in obligatione l.j.§.item si ita.ff. ad l. falci. ex natura pœnalis dispositionis quæ actum nō annullat.l.fi.ff.de diuor. quod pœnalis dispositio requirit effectum l.j.in fi.ff.quod quisq; iur.& ꝙ in fauore & odio concurrentibus inspicitur fauor.l.cum quidam.ff.de liber. & posthu. cum simi. In contrarium arguit, quando lex puniens delictum refertur ad tempus non consumatum punitur delinquens ex solo principio. Si vero ad tempus perfectum & cōsumatum spectatur perfectio.C.de ser.fugi.l.ij.de iurisd.om. iud.l. si quis id quod.quod si dum proponeretur & quod quisque iur.l.j.in fi.Sed in nostra q. fit relatio ad tempus inchoatum.dum dicit si capitaneus proponat,ergo eoipso ꝙ cepit proponere desint esse capitaneus. Et sic non est verum capitaneum proposuisse,sed inchoasse. ergo ex ipsa lege ipso facto insurrexit pœna.l.quid ergo.§.cum autem. ff. de his qui not.infa.& l.quanuis.§.si cum essem.ff.ad velleian. ex quo infertur ꝙ non valet reformatio,quia quando ex aliquo actu expectatur effectus ante consumationem non potest effectus insurgere, nec cœpisse prodest. ff. de acqui. rerum domi.l.naturalem.§.illud. C. de testam.l. ex imperfecto.de leg. iij. l. fideiuss.§.primo. cum simi. Secundo arguit quia res sumit esse per formam,et forma per consumationem.ad l.falci.l.si is qui.§. quædam.ad exhib.l.Iul.§.quantum. vel.§.sed & si quis.sed ante propositionem propositio non habet esse nec formam. Ergo non fuit facta a capitaneo,& sic non valet l.cum syllaneanum.C.ad sylla. Tertio arguit per multa iura ostendentia quod quando ab initio est habilitas si pendente explemento superueniat inhabilitas actus viciatur l.pa tre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alien. iur.l. inter stipul.§.sacram.de verb.obl. & C. de testa. l.furiosum.cum si. Quarto cum multis temporibus requiritur aliqua conditio personæ si vno tēpore illa conditio desijt actus vitiatur l. si alienum.§.in extraneis.de hære.insti.cum simi. Ergo & vitietur. Quinto probat sic. Quando sic se habent duo, vt effectus surgat ex eo quod per prius fit,si erit concursus eorum, non erit vitium, alias sic l.cum hic status.§.si ambo.de dona. inter virū & vxo. Sed reformatio in proposito debebat sumere effectum a duobus a propositio nec capitanei & deliberatione consilij. Et per prius ex eo quod capitaneus proponeret. Si ergo antequā opponat desijt esse capitaneus ergo desijt concursus, & sic erit vitium. Inducit sexto q.de puncto, vt quando non apparet quod præcedat & quod sequatur potius inducatur totius vitiatio.ff. de reb. du.l.si fuerit.& l.sed & si.de testamen.tute.l. duo sunt titij. Sed hic non apparet quod prius fuerit an propositio, an priuatio, ergo totum vitiari debet. Induxit etiam ꝙ ex eodem facto non sequitur pœna & præmium.de neg.gest.l.siuæ hæreditaria. Item quia duorum contrariorum non dicitur esse eadem ratio de capi.dimi.l.ij.§.nemo. & pro socio.l.de illo. Item ꝙ factum l. prohibente valere non potest l.non dubium.ff.de leg. Inducit generale quod inutile per se alij non potest vtilitatem operari.de serui.rusti.l.qui habet. Adducit etiam l.cū pater.§.libertis.de lega.ij.l. iubemus. .§.sane.de sacrosan,eccle.in authen.de nō alie.§. quia vero leonis. vbi actus ex quo quis priuatur non valet. Finaliter consuluit reformationem non tenere maxime tali argumento, quædā effectum expectant a iure,quia sunt iuris & de iure.

Quædam

Quædam effectum non expectant, quia ius eis non assistit nec de iure sunt. In primis expectatur perfectio, & quo ad consumationem actus, & quo ad iuris effectum. Et sic inchoata tantum vel etiã terminata sine iuris assistentia nihil sunt l.hac consultissima.§.ex imperfecto. C. de testa. de fide instr.l.contractus.in fi.cum si.In secundis quandoq; expectatur consumatio, vt quia lex de eo loquens est preteriti et perfecti temporis,quod exigit rem perfectam, & vbi delictum est de leuioribus nõ fingit rem inchoatã esse consumatã, & ita perfectio que exigitur ex natura verbi nõ suppletur a fictione iuris.d.l.j. in fi.quod quisque iur.quandoque non expectatur consumatio. Aut quia lex de eo loquens non est sub tali verbo,sed præsentis vel præteriti imperfecti concepta, vt l. si fugitiui.C.de ser.fugi. Et probatur hæc differentia in l. si quis id quod.§. ꝙ si dum proponeretur. & in dicta l.si fugitiui. in solutione contrarij.de l.postliminij.§.trãsfuge. de capti. et postli. reuer. Aut quia est de atrocioribus in quibus inchoata finguntur a lege consumata l. si quis non dicam rapere.de episc. & cle. cum in eis effectus & assistentia non accedit l.eum qui.C. de adult. Cum ergo in proposito sint duæ leges quarũ vna est prodita ad delictum, & pœnam, scilicet illa que capitaneum proponentem punit priuat officio.vt in hac,cum prolata sit per verbum presentis temporis & præteriti imperfecti, apparet ꝙ ante consumatam propositionem fuit delictum vt dicta l.si fugitiui. & l.si quis id quod. Ergo & pena insurgens sine hominis facto,vt d.§.cum autem.est etiam alia lex quæ disponit de reformatione ex qua apparet ꝙ reformatio de homicida bannito cancellando non fuit talis, vt debuit. est enim de his quæ a iure ciuili & municipali expectant & sortiuntur effectum. de iustitia & iure l.ius ciuile.& l.omnes populi. ergo inchoata & non perfecta quo ad effectum iuris habentur pro infectis, vbi ergo inchoata propositione capitaneus reliquit satis fuit quo ad pœnam priuationis. & sic tempore quo finiuit propositionem non erat capitaneus, & sic quantum ad legem que de forma reformationis loquitur, nihil actum debet intelligi. Finaliter respondet ad contraria. & quia patet ex distinctione prædicta non insisto. Vides ergo ꝙ talis non intelligetur rebannitus, & sic non poterit cancellari. Vt tamen ista dubitatio tollatur solent apponi in reformationibus illa, videlicet quod non possit apponere in consilio. & si ad actum propositionis peruenerit vel proponere ceperit ipso facto priuatus intelligitur. de qua doctrina, vide in l. filiusfa.§.diui.de lega.j.per Bartol. per alios & maxime Bald.in l.ea lege.C. de condi. ob cau. & etiam per Bartol.in l.si ita quis.§.ea lege.de verbo. obliga.& de quæstione prædicta in dictis iuribus pauca tanguntur ex decisione prædicta colligitur triplex materia. Vna quando actus cœptus habeatur pro consumato. de qua in iuribus supra alleg. Et vide quod no.Bar.in l.si is qui.ff.qui.ex cau.ma. vbi tractat quando executio facta dicatur. Secunda quãdo debet inspici initium vel finis. De hoc vide in l.iij.§.scio.ff.de mino.& ibi latius.Tertia est de natura verbi præsentis præteriti imperfecti, & verbi præteriti perfecti. de qua habetur in iuribus superius allegatis, maxime in d. l. j. quod quisque iuris.& no.ꝙ in hac disputatio. Iacob.But.ostendit se fuisse doctorem subtilissimũ. & vide quæ not.per Docto.in l.aretusa.ff. de sta. homi. & tangit Bart.in l. si post mortem. in fin. prin.de leg.j.

83 Octuagesimatertia quæstio partis erit.†Fuit factũ ordinamentum ꝙ omnes banniti communis existentes in territorio Ducis Mediolani, qui illud territorium exiuerint intra duos menses. & fuerint ad seruiendum communi in exercitu suis sumptibus per quatuor menses debeãt rebanniri. Qui vero non exiuerint intelligantur rebelles & in perpetuum de banno exire non possint.& omnia eorum bona intelligantur elapsis dictis duobus mensibus confiscata. Titius existens & habitans in ciuitate Papiæ fuit Florentiæ inquisitus, & fuerant factæ citationes secundum formam statuti. Et cum nullus compareret iudex posuerat eum in banno,& inter alios bannitos communis extiterat registratus,quæ omnia, Titius ignorabat.Elapsis duobus mensibus in exercitu communis fuit facta reassignatio bannitorum ibi seruientium.& cum non esset inuentus Titius eius bona fuerunt incorporata. Ipse autem id audiens discessit de territorio ducis & in exercitum venit. Quæritur an inciderit in pœnam rebellionis & confiscationis bonorum &c. An vero seruiens per quatuor menses debeat rebanniri? Ista quæstio habet duo membra principalia. Primum est an dictum bannum potuerit dari contra illum ignorantem.Secundum posito ꝙ dari potuerit,an eius ignorãtia sibi prosit.& hoc erit ẽt duplex.s. an excuset a pena,& sic excusatur, an seruiẽs habeat statuti beneficium, & sic debeat cancellari. Quo ad primum recurre ad ea que dixi in primo tempore parte tertia. quæst. iij. ex quibus patet ꝙ aliquando potest dari & aliquando non.si ergo in casu nostro bannum fuisset inualidum, quæstio non procederet, quia non esset bannitus. l. iiij.§. condemnatum.de re iudicata. Oportet ergo præsupponi bannum validum.ex quo restat secunda dubitatio.& licet dubitabiles passus sint, tamen concludendum est ꝙ nõ inciderit in pœnas supra dictas.Certum enim est ꝙ statuta pœnalia non ligant ignorantes.l.si.ff.de decre.ab ordi.faci. extra de constitu.c.cognoscentes. per Archid. not. xvj.distin.c.quod dictis.etiam si talis reformatio fuisset per ciuitatẽ publice bãnita,vt no.in d.c.cognoscentes. Id enim quod in ciuitate est notoriũ ligat ibi habentes,non autem existẽtes extra prouinciam. & ita intelligitur quod habetur in l. si tutor.C.de pericu.tut.& in l.ij.C.de recepta. extra qui matri.accu.poss.c.cum in tua.et probatur secundum Roffr.vt refert Archid. vbi supra in l.optimam.C. de contrahen. & commit. stipu. & ibi notanter dicit ꝙ illud quod dicitur sufficere quod quis sit voce præconia citatus. Intelligitur quando præco mittitur per totam ciuitatem. quo

casu dicit neminem excusari. facit authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & quod ibi per Iaco. But. Nec obstat si dicatur statutum est præcisum & lapsi fuerunt duo menses antequam exiret, ergo in pœnam incidit, cum stricte debeat intelligi. l. constitutionibus. ad municip. etiam si durum sit l. prospexit. ff. qui & a quibus. quia ille terminus non currit, nisi a die scientiæ etiam si dicatur de proxime futuris. Debet enim subaudiri a die scientiæ secundum Bartol. in consi. ccxxx. quod incipit, Domine Iacobe. &c. allegat. l. iij. §. si quis hæredi. ff. de statu lib. & l. si in diem. ff. de condi. & demon. Sed in hoc Francisc. de Aretio in l. si cui. ff. de leg. j. dicit notanter, quod aut dispositio demonstrauit initium temporis, puta quia dixit hinc ad duos menses. Et tunc aut pars ignorauit impedimento iuris, & non cedit tempus nisi a die scientiæ. l. si quis in graui. §. vlti. ff. ad Sylla. & facit l. scimus. §. donec de iure deliberan. secundum eum. Potest poni exemplum in proposito, vt quia fuit ordinatum quod dicta reformatio nō posset propalari inde ad certum tempus. Si vero ignorauit impedimento facti, vt quia nō fuit ei notificatum. Et isto casu tempus sic limitatum currit ignoranti, quia currit ab initio demonstrato, vt eadem. l. si cui, & l. qui duos. §. j. de manumis. testa. secundum eum. Pro quo vide. no. tex. cum. glo. in l. qui filio impuberi. §. j. ff. de hæredib. instiuen. & idem dixit Bar. in consil. xiij. quod incipit. Queritur vtrum elapso. &c. in ij. uol. & allegauit. l. placet. C. de sacr. san. eccle. & l. iubemus nulli. eod. titu. quæ fuerunt verba Iaco. But. Qui vltra prædicta consulendo allegauit authē. hodie. de appella. & de mino. l. Ae milius. Puto tamē quod hoc casu poterit restitui ex iusta ignorantia. l. j. in fi. quib. ex cau. maior. & qd vi aut clam. l. semper. §. hoc interdicto, scilicet ad remissionē pœnę. Si vero nō demōstrauit initiū, quia nō dixit hinc, sed dixit intra mēsem simpliciter, vel dixit intra duos mēses proxime uenturos. & tūc intelligitur scilicet a die scientiæ, argumen. C. de appel. authen. hodie. & quod ibi not. & de statu libe. l. iij. §. si quis hæredi. quia antequam sciat non videtur posse petere. l. annus. de calum. Plus .n. dixit Oldr. in consil. cxxxviij. quod non simpliciter currit a die scientiæ, sed cū potest actus ille in exercitium deduci. ff. de iure dotium. l. tali. & dicto. §. si quis hęredi. & dicta l. si in diem. quod est valde no. & vtile ad multa. ex qua distinctione coligitur decisio supra dicta inspecto themate quod in pœnam non inciderit. Pro quo facit ff. de administra. tut. l. quidā decedens. §. fi. & de his qui no. infa. l. genero. & sic restat videndum an si seruiuit per quatuor menses communi debeat rebanniri. ista quæstio est fortior, quia licet in pœnis euitandis excuset ignorantia & similiter in grauaminibus, ut dictum est supra tamē in lucris nō est ita l. si is §. si seruus. de acqui. re. domi. & quod dixi supra hoc eodē tpe, par. ij. q. xxij. & xxiiij. Magis enim succurritur primo quam secūdo l. fi. C. de condi. Item quia dicta supra locū habent in eo qui ignorat ordinamentū. hic autem prę supponitur quod ignoret se esse in ordinamento comprehensum. & sic ignoret qualitatem suę personæ quę non solet tribuere beneficium. l. tametsi. ff. ad macedo. l. fin. ff. pro suo. & sic videatur concludi debere quod licet excusetur a pœna quodcunque ignorauerit. Si tamen intra duos menses a die scientię seruierit. vt supra non tū debet prēmium cancellationis consequi per iura prædicta. Quod verum erit si illi quatuor mēses fuerint electi, vt tempus speciale, puta in obsidione alicuius loci, propter quam causam illa reformatio facta fuerit, tunc enim cum amplius illud speciale tempus non possit suppleri. ff. de vsufruc. lega. l. vsufruct. mihi in biennium rebanniri non debebit. Si vero illud tempus fuerit adiectum in genere, puta quia si considerauerit statutum de quocunque tempore durante guerra, tunc debeat rebanniri per iura prædicta quę omni modo ignoranti tempus currere non permittunt. Nec obst. quod dictum fuit supra per. §. si seruus. quia aut quis tempore quo seruisset cōmuni ignorasset se esse bannitum, & sic non vt bannitus seruisset, & tunc non deberet rebanniri vt ibi, & l. ij. de condi. et demon. ff. Sed si tempus quo seruit scit se bannitum & vt bannitus seruit, cum ei ignoranti tempus generaliter traditum non cucurrerit, vt supra est ostensum habere debebit statuti beneficium quod est latissime interpretandū. ff. de consti. prin. l. fi. cum si.

Post operis expeditionē superuenit

mihi notitia duarum quæstionum Oldr. quas per alios tactas aut relatas non inueni, quæ licet alibi decentius ante locatæ fuissent, tamen cum de fauoribus bannitorum etiam tractent, & quia fuisset plurima quotarum mutatio necessario huic loco quasi oportune locantur. & prima est in qua consuluit. & ideo lxxxiiij. quæritur. † Titius fuit bannitus pro proditione ciuitatis propter quod ex forma statuti ipse, & filij erant banniti. Post bānum Titius suscepit filium nomine Caiū, qui Caius patre mortuo reuersus fuit ad ciuitatē de qua pater fuerat bannitus. & ibi stetit longo tempore sicut ciuis existens de consilio, equum tenens & omnia alia faciens, quę alij ciues, faciunt. & dum ista sic se haberent venit ad rixam cum Sempronio de qua rixa facta est pax coram potestate ciuitatis post quam pacem Sempronius eū interfecit, & aufugit. Potestas fecit eum citari. & quia non venit ex vigore arbitrij quod habebat banniuit eum. Nunc coram successore potestatis predicti petitur reuocari prædicta sententia banni lati contra Sempronium. & dicitur quod licitum fuit ei impune occidere dictum Caium, quia bannitus erat ex forma statuti, de quo supra mentio facta est. Quæritur an possit dicta sententia reuocari. Et primo videtur quod non ex vigore publicæ authoritatis, quia ipse Caius habebatur vt alij ciues. Ne ergo sub eius prætextu decipiatur idem debet de ipso sicut de alijs ciuibus iudicari. argu. C. de his qui ve. æta. imp. l. j. & cum cōmunem cum alijs vitam duceret eandem sentire debet in legibus disciplinam, vt tex. ibi legitur, extra de statu mona. c. recolentes, &

cum

cum eadē particulā experiretur iura quoque eadē sibi vendicare debet. ff. de bo. pos. ex testa. mili. l. vnica. circa princ. & cum par similisque militia sit iustum, videtur eisdem priuilegijs gloriari. C. de proxi. sacra. lar. & rerum priua. l. iubemus. Secundo facilius pœna remittitur quam priuilegium auferatur, eo quod vnum est fauoris & gratiæ, alterum vero supplicij & pœnę. ff. de consti. prin. l. beneficium. de lib. & posth. l. cum quidam. de pœnis. l. interpretatione. Sed habitus in communi contrarius veritati tollit priuilegium. ff. ad Maced. l. si quis patrem. & loca. & condi. l. si quis ignorans. Immo etiam aliquando facit cessare ius cōmune. ff. de iniur. l. item apud. §. si quis virginem. de iure fis. l. sed & si accepto. ergo multo fortius tollit pœnam siue supplicium ex banno inflictum. Tertio sicut subsistētia veritatis actū aliquem reddit illicitum, ita & opinio communis quanquam sit veritati contraria, sicut ergo si vere bannitum non fuisset licitum occidere, sic nec quando vere erat bannitus cōi opinione in contrarium se habente, vt probatur aperte. ff. de acqui. hære. l. cum quidam. in verst. quod si ipse. & in eod. titu. l. ventre. & ibi not. Quarto nonne regula cōis est ꝙ error publicus facit ius, vt inst. de testa. §. testes. ff. de offi. præto. l. Barbarius. C. de testa. l. j. ff. de suppel. lega. l. iij. in fin. Faciat ergo hoc casu error publicus. quo credebatur filius Titij non bannitus ius. s. tam fauorabile, tam benignum. s. vt impune occidi nō possit, sicut nec alij ciues, talis namque error immutat aliquando statum alicuius. Nam de seruo ciuilium actuum non capace liberum facit. & actuum ciuilium capacem, vt ad literam legitur. C. de lati. libe. tol. l. vna. §. sed & qui domini. sic ergo hic de bannito faciat non bannitum. Dico ergo ego Old. de ponte de Laude ll. doctor salua semper veritate, quod successor potestatis dictam sententiam reuocare non poterit, & hoc præter iam dicta triplici ratione, & prima si aliquis pulset legatum hostium, traditur hostibus vt seruus eorum fiat. ff. de legatio. l. vlti. Pone ergo ꝙ talis pulsans & hostibus traditus reuertitur ad nos, si non recipitur a nobis, non recuperat iura ciuitatis postliminij iure. si vero recipitur ea recuperat. Sic ergo in proposito cum hic bannitus rediens receptus fuit, & in omnibus tractatus vt ciuis, iura aliorum ciuium habeat, vt legitur. ff. de cap. & postli. reuer. l. iij. §. fin. Secunda est talis. Talis bannitus non potest censeri deterioris conditionis quam hostis, immo hostis proprie dicitur. ff. de capi. dimi. l. amissione. §. qui deficiunt. & ad legem Corne. de sica. l. iij. §. vlti. & de re mili. l. proditores. Tamen si ei pax sit promissa seruanda est. xxiij. qō. j. noli. & xxij. q. iiij. innocens. & qui non seruat capite puniendus est. ff. de re mili. l. vlti. §. fin. licet ergo potuisset occidi ex forma statuti, non tamen per eū qui cum eo pacem fecerat. Tertio & vltimo dato ꝙ sententia banni fuisset iniqua. fuit tamen cōtra ius litigatoris tantum lata. & sic non posset successor eam rescindere. C. senten. rescindi. non posse l. j. & quando pro. non est necess. l. j. etiam si hoc statutum quod faciebat eum bannitum fuerit coram banniente allegatum, quia propter probabiles dubitationes superiores & alias non putauit causam illo statuto iuuari. ff. de re iudica. l. præses. & l. cum prolatis. vbi est casus. Hæc Oldra. Si recte consideras ipse proposuit talem filium et postea natū ex verbis ipsius statuti ex sua persona intelligi bannitum, immo esse bannitum. & sic non contradicit his quæ dixi supra in primo tempore parte prima qō. vlt. nec quæ dicam infra in vlti. tempo. parte secunda q. xiiij. Id aūt ꝙ dixit eū qui pacem fecerat non potuisse impune occidere bannitū nō est per omnia cōtrariū ei quod ipse in sua disputatione quæ incipit Titius fecit pacem, conclusit. s. facientem pacem nō obstante pace potuisse offendere bannitum, quia in hoc themate erat bannitus tempore pacis, in illo fuit bānitus postea. In hoc tamen recurre ad ea quę dixi supra hac eadem parte qōnibus. lj. lij. & liij. & ex hac decisione collige duo notanda. Primum ꝙ per actus publicos quos bannitus facit intelligitur rebanniri. Secundo ꝙ sententia lata contra offendētem bannitum valet. Quo ad primum aduerte quod id potest esse verum, nisi quando ad actum rebannitionis requiruntur aliæ solennitates, tunc enim illis non seruatis in publicis actibus sicut non valeret expressa rebannito, ita nō valeret tacita l. qui ad certum. ff. loca. Puto tamē ꝙ licet non intelligatur rebannitus nihilominus offendi non poterit. Illud enim statutum tolli pōt alia solēnitate ab alio statuto requisita, vt in materia l. omnes populi. & l. si quis in principio testamenti. de leg. iij. Licet ergo tunc non intelligatur rebannitus non tamen poterit offendi, cū qualitas hostis sublata sit p eius receptionē ad actus publicos de qua supra. Si autem actus publici fierent coram toto populo ad parlamentum vocato, vt fit in introitu dominorum & priorum & etiam in introitu vexillorum societatis in ciuitate Florentiæ. dicerem tunc intelligi rebannitum Caiū, de quo supra. Præsumeretur enim scisse populum omnia quæ in suis legibus continentur, & sic contra illas in totum dispensare. C. de testa. l. omnium. & l. quidam consulebat. ff. de re iudica. & quod habetur in d. l. si quis in principio testamenti. Vis enim communis publici erroris inducta a populo qui potest maxime per viam parlamenti facta a consilijs quæ illum repræsentant, vt l. aliud. §. refertur. & ibi not. ff. de regu. iur. & C. quæ sit lon. consue. super rub. reuocare. & sic faciendo intelligitur reuocare, vt habetur in l. ij. C. de decre. decu. & quod not. in l. ita tamen. in princip. ff. ad Trebel. iuncta. l. de quibus. in fin. cum sua materia. ff. de leg. secundum quam intelligitur hæc decisio, vt patet ex themate. & ita fuit in legibus siue statutis loquentibus de consortibus episcopi Florentini iudicatum per totum collegium Florentinum. Quo ad secundum vide quæ dixi supra hac eadem parte qō. iij. Et considera ꝙ hic non fuisset lata sententia ad petitionem banniti agentis, sed alterius accusantis, vel ipsius iudicis inquirentis pro iniuria facta bannito, & in processu non expresso, licet fuerit exceptum, Id autē quod vltimo dicitur ta-

le bannum reuocari non posse tempera per ea quæ dixi in primo tempore, parte vlt.q.

85 Altera quæstio et fic.lxxxv. sub† hoc themate formata erat. Duo sunt statuta in ciuitate Paduę. Vnū per quod cauetur ꝙ quicunque fuerit bannitus de maleficio præsentando alium bannitum de simili maleficio liberetur & eximatur a banno. Aliud quod quicunque fuerit bannitus de maleficio in ciuitate Vicentiæ intra octo dies banniatur, & in libro bannitorum ponatur in ciuitate Paduæ eisdē modis & conditionibus & formis quibus bannitus fuerit in ciuitate Vicētiæ. Accidit ꝙ Titius commisit maleficium in ciuitate Vicentiæ, & de maleficio est ibi bannitus, & ex forma secundi statuti bannitus est similiter in ciuitate Paduæ repetitis verbis secundi statuti in ipso banno. Qui Titius bannitus præsentat Paduæ alium bannitum de simili maleficio, & vult liberari a banno ciuitatis Paduæ virtute primi statuti, licet hoc non posset in ciuitate Vicentiæ. Quæritur an hoc possit de iure petere, & sic an debeat liberari. Et dicta Oldra. in hac quæstio. multum diffuse prosequitur, sed multis omissis, & maxime responsionibus ad argumenta facta hincinde referam truncate eius intentionem, & primo ad negatiuam, quando vnus locus adijcitur alteri naturam eius cui adijcitur assumit, arg. ff. de publi. l. si ego. §. si tamen. de vsufru. l. si Titio. §. j. & de pac. do. l. inter socerum. §. cum inter. Sed ciuitas Paduæ adijcitur Vicentiæ a qua per prius Titius erat bannitus. ar. ff. de senato. l. pe. & de exerci. l. si eum. §. j. ergo ex loco Vicentiæ vbi non liberatur debet iudicari. Secundo sic. bannum Paduæ fuit datum ptopter bannum Vicentiæ, & licet fuerit ex interuallo propter necessitatem apparentem, tñ intelligitur simul datum. arg. ff. si pars hære. peta. l. antiqui. de mili. testa. quærebatur. de hære. insti. l. hæredes palam. §. fi. ergo licet tollatur secūdum durat primum, quia talium quorū vnum propter aliud est ademptum virtute permanentis perdurat. ff. de lib. & posthu. l. si ita. §. j. & arg. ff. ad carbo. l. iij. §. ibidem. Tertio sententia est lex. ff. de iusti. & iur. l. pen. & apparet ex æqniparatione ad vltimam voluntatem. ff. de manu. l. seruus. de pigno. actio. l. non est mirum. iuncto in auth. de nup. §. disponat. Sed ex diuersitate locorum effectus legis non variatur. C. de vsuc. transf. l. vlt. & de temp. in integ. resti. l. fi. ergo nec effectus sententiæ. & ideo sicut Vicentiæ non liberaretur, ita nec Paduæ. facit. ff. de postu. l. ex ea. & quod ibi not. Quarto quia bannum translatum non debet immutari ex loco ad quē est translatum. C. de his qui in prio. cre. lo. suc. l. j. de noua. l. aliam. de adimen. lega. l. legatum. cum si. Et sic remanēte qualitate banni ex loco Vicentiæ eximi non poterit. Quintum bannum latum Paduæ dicitur ortum Vicentiæ. ff. quod vi aut clam. l. nam origo. ergo sequitur ꝙ in exemptione ille locus attenditur. ff. de euict. l. si fundus. de vsur. l. j. ergo quia Vicētiæ nō liberatur, ita nec Paduæ. Sexto dicta banna sunt eiusdē formæ, ergo & eiusdē substātię. ff. ad exiben. l. Iul. §. sed & si quis. ff. de auro & argen. leg. l. Seia. & de verbo. sig. l. mulier. §. j. & sic esse debent eiusdem vitę, ad leg. falc. l. qui quadringenta. §. quid ergo. & de serui. rusti. prædi. l. vna est via. bannum Vicentiæ durat & viuit, ergo & Paduæ. & maxime quia fortior est actus obligationem conseruans quam extinguens. C. de duob. re. l. fin. Vltimo ab adequatione facta de bannis, & sic eiusdē vitæ debent esse. C. de inoff. dona. l. fi. In contrarium arguit septem alijs modis quos similiter decurtabo. Primo a natura superaddit quæ est vt suis conditionibus & qualitatibus proprijs iudicetur. C. si plu. vna sen. l. j. & ij. & ff. mand. l. si mandato. §. paulus. de consti. pecu. l. item illa. §. j. bannum vero Paduæ superadditur banno Vicentiæ, ergo debet suis qualitatibus iudicari, & sic Titius liberari debet. Secundo obligatio ex banno & eius dissolutio sunt diuersa quinnimo & contraria, ergo dispositio super vno nō trahitur ad aliud l. si vero. §. de viro. sol. mat. & si a pa. quis fue. manu. l. pater. cū si. & sic dissolutio quæ fit Paduæ remanet in suo statuto l. omnes populi. Tertio licet plures leges prodeant a diuersis circa easdem personas etiam eūdem effectum dirigentes, non tamen sunt eiusdem vitæ, sed vnaquęque durat secundum naturā suam insitam producenti, vt patet in bonorū possessione de iure prætorio & aditione de iure ciuili, insti. de bo. pos. §. aliquando. de bo. pos. secundum tabu. l. hi qui. & C. de iure delibe. l. licet. & qui admit. ad bono. pos. l. ij. & de succes. edic. l. j. §. largius. cum si. In proposito ergo bannum Vicentiæ duret perpetuo & Paduæ tollatur præsentatione alterius banniti. Quarto extensio vnius loci ad alium intelligitur secundū quid non quo ad omnia. C. de sac. san. eccle. l. omni. de præ. vrb. constant. l. j. ti. xj. & not. de legi. l. princeps. Sic ergo & tunc extensio banni de Vicentia ad Paduam fiat secundum quid, ne vnico verbo statutum Paduæ videatur tollere suas leges proprias. C. de inoffi. testa. l. si quando. & extra de sepul. c. certificari. Quinto pœna debet esse proportionata delicto. C. de epis. & cleri. l. si quemquam. de hære. l. quicunque. prolixitas in duratione dicitur magnitudo pœnæ, de pęn. l. aut damnum. §. inter eos. plus autem est delinquere in aliquem immediate ad leg. Iul. maiest. l. Iul. & de capti. & postli. re. l. si quis ingenuam. Sed si bannum datum Paduæ pro delicto commisso Paduæ tollitur præsentatione, & sic minus durat fortius tolli debet aliud datum propter delictum commissum Vicentiæ, quia quo ad ciuitatem Paduæ longe minus delictum est. Sexto variatio loci plerunque inducit diuersitatem quo ad exemptionem ab onere. ff. de excu. tut. l. sed milites. §. ignominiæ. ff. de re mili. l. milites. §. missionum. & patet. C. qui nu. libe. l. j. non ergo mirum si diuersimode eximitur quis a banno Paduæ ꝙ̃ Vicentiæ. Septimo redhibitoria & quanto minoris ab eodem inductæ sunt scilicet a prætore. ff. de ædi. edic. l. j. §. primo. & l. quod si nolit. §. si plures. & l. æediles. & aliquando vtriusque idem est effectus. ff. de ædili. edic. l. bouem. §. aliquando. & sententia lata super vna parit exceptionem rei iudi. in alia. ff. de excep. rei

rei iudic. l. si is qui hæres. §. j. Sed vna tollitur anno. Alia lex mensibus de ædili. edic. l. sciendum. §. fin. Ergo fortius in proposito cum non ab eod. sed a diuersis banna procedant. His rationibus factis licet prolixius facit ipse Oldra. responsiones ad vtriusque partis argumenta. Et illis positis concludit vt sequitur. His sic decursis subijcio solutionem quæ mihi verior esse videtur. Et credo simpliciter dicente statuto ꝙ qui est bannitus Vicentiæ. banniatur & Paduæ. Et sic sit factum isto casu præsentando alium bannitum liberaretur a banno ciuitatis Paduæ secundum formam primi statuti superius allegati. Et hæc per allegata pro hac parte & maxime, quia quando vni propter delictum non in se, sed in aliũ commissum competit actio, ita ꝙ etiam nihilominus competit principali. Et sic vtrique vnaqueq; actio suam legem habet, & suum proprium sortitur effectum, & suum dissoluendi modum & faciliorem principali sicut si fiat iniuria filio competit actio filio & patri. ff. de procura. l. nõ solum. §. si pater. & de iniur. l. pater, cum simi. & tamen nõ erit eadem existimatio vtriusque actionis, sed vnaqueque habebit propriam secundum conditionem eius personæ cui competit. sic dico ꝙ & si propter maleficium & in vno loco commissum in duobus locis quis banniatur vnumquodque bãnum secundum naturam loci sui proprij iudicabitur. ff. de iniur. l. seruo. §. vlt. & l. seq. Et quia identitas & vnitas sententiæ ex qua diuersæ pœnæ sequuntur non arguunt identitatem durationis in pœnis sicut in sententia relegationis ad tempus, habet enim in se pœnam quam verbum sonat scilicet relegationem & aliam, scilicet remotionem ab ordine decurionatus amissi. ff. de decurio. l. ij. Et ad tempus ab ordine decurionum redditus est inhabilis ad honorem. & tamen finito tẽpore principalis pœnæ, idest amotionis ab ordine, non finitur inhabilitas ad nouos honores, sed tanto tempore expectat quanto fuit in pœna. ff. ad munici. l. ordine. & de decurio. l. ad tẽpus. ex quibus apparet ꝙ pœna accessoria nõ commensuratur ex tẽpore principalis, sed habet per se propriã in legẽ secundũ quã finitur & durat. Verum quia in themate nostro in statuto fuit vltra processum, & dictũ ꝙ banniatur eisdẽ modis & conditionibus &c. Cõtrarium credo de stricto iure propter virtutem prædictorum. modus nanque dr̃ a moderor moderaris, & dicitur moderamentum siue temperamentum rei cui adijcitur. ff. ad leg. falci. l. j. & instit. eo. i prin. & ff. de dona. cau. mortis. l. quod conditionis, & ibi not. & de serui. l. seruitutes. §. modus. Temperamentum vero obligationis duo respicit. s. ius creditoris. & eius quod põt solui respectu debitoris, & hoc vult dicere lex. de acti. & oblig. l. obligationũ fere. §. modus. Posito. n. ibi obligationis modo per eum exemplum alternatiuę obligationis. per exemplum alternatiuæ obligationis statim subdit rationẽ qua re illa obligatio dr̃ sub modo. Nam alterius solutio &c. Et sic moderatur solutio respectu creditoris. Cũ igitur debeat esse idẽ modus banni dati in ciuitate Paduæ, qui est banni dati in ciuitate Vicentiæ. oportet idem esse in petitione & solutione: sed in ciuitate Vicentiæ non est præsentatio banniti in solutione, ergo nec Paduæ. Itẽ hoc nomen conditio, interdum dicit obligationis suspensionem per adiectionem vel subintellectũ alicuius extrinseci execati. ff. de condi. & demon. l. legatum. & l. aliquãdo. de verb. obli. l. interdum. & de verb. signi. l. cedere. Interdum dicit ius personæ competens siue præsentem statum alicuius rei. ff. de procura. l. ignorantis. de regu. iur. l. non solum. & l. melior. & de testa. manu. l. meuia. De primo modo intelligendi cum dicit suspensionem non videtur statutum debere intelligi eo quod appellatione iuris non est secundum legem. ff. quando appellan. sit l. j. §. biduum. & verbum habens duas significationes prolatum a lege, eam significationem assumit quæ est secundum legem, non eam quæ præter. C. de institu. & substitutio. l. generaliter. & de ope. liber. l. qui libertinus. §. fina. ergo secundum vltimum modum. Itaque æqua debet esse conditio banniti in ciuitate Paduæ cum bannito in ciuitate Vicentiæ, sed hoc non esset si se posset liberare Paduæ per repræsentationem banniti, cum Vicentiæ hoc non possit, immo esset melior conditio Paduæ quam Vicentiæ, sicut est melior conditio domini quo ignorante seruus delinquit, quia liberatur dando eum pro noxa, quam eius, quo sciente delinquit, quia necesse habet damnum emendare. ff. de noxa. l. si plurium seruus delinquerit. & de vsufruct. l. cum fructuarius. & l. seq. Præterea sicut facultas & difficultas dissolutionis obligationis facit obligationem esse melioris conditionis vel deterioris. ita facultas dissolutionis banni facit alicubi bannum est melioris cõditionis alibi deterioris. Sed hoc non debet esse in proposito, immo debet esse eiusdem conditionis vtrobique, vt ex statuto apparet, ergo debet esse par & eadem dissolutio in vtroquę Prædicta probantur. ff. de fideiuss. l. græce. §. idem Iulianus. & de in diem addic. l. vbi autem. §. fi. & l. sequ. & sic intelligitur statutum de conditionibus extinctiuis, vt eadem sit conditio extinctiua banni in vtroque loco, vt no. ff. de seruit. l. iiij. sic & seruus qui intolerabiliter afficitur a domino debet bonis conditionibus vendi non suspensiuis, sed extinctiuis, ita scilicet ꝙ contractus non dissoluatur per redditum serui ad dominum, sic nec per redditum banniti ad ciuitatem: vt institu. de his qui sunt sui, vel alien. iur. §. sed & maior. & si quæreretur an si talis bãnitus præsentaretur per alium in ciuitate Paduæ præsentans habere beneficium præsentationis ex forma statuti primi. Crederem ꝙ sic, quia negari non potest eum esse bannitum ciuitatis Paduæ, quæcunque fuit ratio banniendi. Et ad hoc possunt diuersimode superiora deduci, & potissime hoc dicerem per l. de interdic. & reg. l. relegatorum. §. interdicere. cum §. sequ. & in. §. si quis. ibi pluribus etiam prouincijs &c. & de capti. & postli. re. l. non dubito. Hęc Oldra. Vt ergo vides ex solut. prædicta cum distin. satis patet responsum ad rationes vnicuiq; parti distinctim aduersantes, quapropter illas nõ curaui referre. Sed mihi primum membrum

decisionis est dubium, quia cum statutum Paduæ semper loquatur, & bannitus Vincentiæ remaneat Vincentię bānitus restat primum statutum, vt sic etiam post cancellationem debeat banniri & registrari.C.de hęreti.l. arriani. Nec sufficiat prima descriptio cum non durauerit.l. si pro parte.§.versum.ff.de in rem ver.& quod habetur per Bart.in l.sicut.§.superuacuum.ff.quib.mod.pign. vel hypot.sol. Videtur ergo verius ꝙ vtroque casu talis bannitus alium bannitum pręsentans non eximatur a banno,& ꝙ statutum primum intelligatur de bannitis tantum in ciuitate Paduę & non de alijs, vt sic vnum statutum declaretur ab altero.ff.de peti.hęre.l.cum si.Quia tamen authoritas tanti viri ampla est.non audeo ab eius decisione discedere,eo casu quo statutum tātum disponit,ꝙ bannitus Vicentię banniatur Padug.Semel enim fuit bānitus,ergo &c.per not.in l. qui duo. .§.fin.ff.arbi.cum simi. Verum quia prima ratio facta ad partem negatiuam,& etiam ad affirmatiuam non concordant ex pręedictis. Et quia etiā circa illas solutio & distinctio eiusdem vtilis est ad multa & maxime ad materiā l.iij.§.hęc actio. ff.si quis te.li.es.ius.fu. Ac etiam ad conuentiones quæ sæpe fiunt inter communitates & statuta quæ quotidie fiunt ꝙ banniti in vno loco intelligantur banniti in alio,& sic de simi. Solutionē quam ponit ad dictam primam rationem hic ad literam inseram,prout iacet. Dicebat enim ꝙ non ob.primum arg. Nam aut fit successio aut accessio. Si successio,tunc id quod succedit est eiusdem conditionis & causę sicut id cui succedit.ff.de conditio. & demon.l.filiæ.& de do.inter vi.& vxo.l.si donatæ.§. sponsus . nisi diuersitas æquitatis inter vtrunque diuersitatem inducat.ff. de fun.do.l.cū in fundo.§.si fundus.Fit enim restitutio rei immobilis dotalis statim,quia cum per l.Iul.sit inhibita alienatio ipsius.ff.de fun.do. per totum, & maxime in l.lex.Iul.& C.de fun.do.l.j. & ij. Facile poterit eius restitutio fieri.Pecuniæ vero cum facile expendantur & consumantur.ff.de leg.iij.l.si coreus.§. j. immo adhuc quando in dotem datur res mobilis & se mouens cum alienari possit. C. de ser.pi.da.ma.l.fi.ff.de manu.l.seruum. so. ma. l.dotalem.& no.insti.qui.ali.li. vel non in prin. non sic est facilis restitutio iuxta illud non enim est semper facilis nominis emptio cum numeratio totius debiti non sit in expedito ff. de fideiu. l. si dubitet.in princi. & ideo ad restitutionē eius datur annus.C.de rei vxo.act.l.j.§.exactio. Ad similitudinem eius quod dicitur insti.de offi.iud.§.j.cū si. Si vero sit accessio aut est accessio personæ aut rei, aut actionis. Primo casu accedens habet easdem cognitiones cum eo cui accedit,nisi cōtrarium exprimatur.ff.de verb.obliga.l. vlti.§.fi.ff. de publi.l.si ego.§.quod causam.cū si. supra alle. primo arg. Et est ratio, qa non videtur quid nouū induci,sed magis antiquum augeri.ff.de iur.do.l. iiij. & intelligo hic accessionem concretam quæ cohæret primæ quasi sit vnum cum prima. ff. de dam.infec.l. hoc amplius.§.de his.ver. ita demū. vel quæ cohęret quasi accessorium principali,vel vt ornatus ornato.ff.de auro.& arg.le.l. cum aurum.§.vlti.& l. & si non sint.§. perueniamus vel vt vnius complexu eiusdem vniuersitatis vtrūq; pariter concludentis.ff.de leg.j.l.græce. & l. si legato.& de leg.iij.l.peculium.in prin. Si autem sit omnino discreta accessio, tunc secus.arg.ff.de dam.infec.l.damni.§.si is qui vicinas & est ratio, quia separatorum separata debet esse ratio. C. de dona.inter vi.& vxo.l.si maritus.& ibi not.& ff. ad carbo. l.de bonis.in prin. nisi & modus illam accessionem inducens aliquam tacitam repetitionem prior induceret.de lega.iij. l. in repetendis. Tertio casu aut est accessio quæ deuolutio nuncupatur, & tunc aut fit hominis facto puta nouatione & perduntur priuilegia primæ.ff. de noua.l. aliam.aut per legem,& tunc obtinet lex diuortio. & quod ibi not.in l.sinautem.§.j.ff. de neg. gest. & l.quod debitori.de dona.cau.mor. Si autem sit vera accessio quę dicitur esse cum primæ subsistenti accedit secunda.ff.de re iud.l.iiij.§.si ex cōuentione,tunc quod erat in prima deducitur in secundam ei accedentem, nec plus, nec minus loco re tempore vel causa.ff.vt le.no.cau.l.j.§.bellissime.&.§.sub conditione.& sic assumit naturam primæ, sed non accidens.l.item veniunt.§.cum prædiximus & ibi not.ff.de peti.hære.vnaqueque tñ habet suum proprium tempus.vnde si prima erat temporalis non sequitur ꝙ secunda sit talis. ff. de consti.pec.l.item illam.§.adijcitur.& de leg.j.l.si cerditori. in ij. responso. Fallit quando secunda adiicitur primæ non ad nouam principalem obligationem contrahendam,sed ad dandam executionem & exitum iam contractę qualis est stipulatio de iudicio sisti.tunc enim prima extincta de cuius executione & exitu tractabatur , & illa quæ dabat viam perueniendi ad exitum ex consequentia tollitur & sic loquitur.l.si eum.§. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & sic debet exponi ibi , quia tales stipulationes propter rem ipsam darentur idest propter ipsum principale quod poterat ipsa actione peti & eius petitio facilius & solidius perducatur ad finem. Ad hoc facit.ff.de serui. rusti. prædi.l.iij.§.vlti.& quemadmo.serui. amit.l.Labeo . secundum vnam lectu. & de libe. le. l. pretio. cum si. Oldra. An autem omnia prædicta procedant, & maxime quia ad l.prima & ij. C. si plures vna senten. & alijs iur. Vnde in prima ratione ad partem affirmatiuam. alleg. non respondet.non examino,quia extra materiam principalem . Sed si libet vide Doct. in dicto.§.qui iuiuriarum. & in.§.quod dicitur.& Barto.in d.§. hæc actio.

Rubrica de quęstionibus occurrentibus post finitum bannum, aliter ꝙ per mortem.



RESTAT POSTREMO vt tertium & vltimum tempus attingatur.Cuius materia est de cōtingētibus post finitum bannum. Et quia bannū finitur qñque remanēte vita, qñque per mortē. In duas particulas diuidam tempus istud.

istud. Prima.n.erit de quæstionibus occurrētibus post finitum bannum aliter q̄ per mortem. Secunda erit de occurrentibus post mortem banniti. & quia more aliarum partium hæc vltima expedietur. Præmitto rubricas quæstionum, quæ in j.parte veniunt agitandæ quæ sunt.

SVMMARIVM.

1 *An dato termino mensis ad soluendum omnibus bannitis. Titius infra illum mensem potuerit offendi, facta deinde solutione intra mensem illum.*

2 *An rebannitus & non cancellatus posit impunè offendi in qua multe quæstiones similes inseruntur. & hic quando bannum est nullum, puta quando clericus bannitur a iudice seculari.*

3 *Quid è contrario de eo qui offendit bannitum cancellatum sed non legitimè.*

4 *An simpliciter rebannitus dicatur in integrum restitutus.*

5 *An restitutus recuperet etiā alienata per fiscum.*

6 *Si non recuperat alienata an recuperet a fisco pretium eorum.*

7 *An recuperet fructus præceptos a fisco ex bonis quæ restituuntur.*

8 *An restitutio taliter fieri posit q̄ ad alienata trahatur.*

9 *An rebannitus recuperet partem quæsitam hæredibus occisi ex forma statuti.*

10 *An ex rebannitione tollatur ius vindicandi quæsitum alicui ex forma statuti.*

11 *An rebannitus intelligatus restitutus etiam aduersus cōdemnationem factam de bannito damnum passo.*

12 *An rebannitus posit agere pro robaria sibi facta tempore banni, stante certo statuto in themate illius quæstionis narato.*

13 *An agere posit pro contractu quem facit tempore banni.*

14 *An tempore banni bannitus deceptus vltra dimidiam iusti pretii, stante statuto q̄ non posset ad sui vtilitatem contrahere exemptus a banno agere posit per l.ii. de rescin.ven.*

15 *An rebannitus posit testificari & alios actus facere, qui infamibus sunt interdicti, & in hac tractatur qui posit famæ restituere.*

16 *Si bannitus infamis iurauerit tempore banni & posteaquam fuit rebannitus deposuit quid iuris scilicet an valeat eius dictum.*

17 *An rebānitus posit admitti ad honores ciuitatis.*

18 *Si eligitur vel imbursatur ad officium prohibitum tempore banni et postea extrahitur de banno an sit habilis & ibi etiam sequens.*

19 *De eo qui ante bannum fuit imbursatus & exactus post rebannitionem in præcedenti.*

20 *An exemptus a banno posit ratificare quæ gesit tempore banni etiam si sint inualida.*

21 *An exemptus de banno posit a suis antiquis creditoribus conueniri.*

22 *An posit agere contra suos debitores qui postquam fuit in banno ante rebannitionem soluerunt communi.*

23 *An rebannitus ex eo, quia ante terminum banni occidit rebellē prohibeatur habere officia prohibita bannitis rebannitis.*

Prima pars tertij temporis.



1 PRIMA igitur.q. † facta fuit in fauorem bannitorum siue reipubl. reformatio quod banniti soluentes intra mensem certam quātitatem intelligerentur a banno exempti. pendente dicto mense Caius bannitus fuit offensus a Sempronio, deinde post offensionem & ante lapsum dicti mensis Caius soluit, quæritur an Sempronius veniat puniendus. & videtur q̄ nō, quia tempore offensionis bannitus erat, ergo potuit ex forma statuti impune offendi. l. iiij.§.cōdemnatum.ff.de re iudi. Ad quod possent multa allegari sed causa breuitatis omitto. Et etiam quia sciendum est olim hanc quæstionem fuisse disputatam, vt refert Ioan. Andr. in addit. Spec. in sæpius alleg. tit. de accus.§.sequitur. ver. quid si quis suarum additionum. versicu. est sciendum. Et ibi dicit q̄ disputator determinauit Sempronium puniendum & duas rationes assignat. Prima est, quia aut beneficium trahitur ad tēpus solutionis, aut e contra solutio ad tempus beneficij, ex primo remanet delictum impunitum, ex secundo venit puniendum, ergo præeligendum est secundum, cum publica vtilitas exigat maleficia puniri de senten. excom. c. vt famæ. & ibi concor. Inducit secundo legem sufficit. de condi.inde. Equiparat enim conditionem superuenientem ad actum purum ei, quæ a principio fuisset annexa. Sed certum est quod si ab initio bannitus sic fuisset q̄ soluendo intra mensem tantum a banno esset exemptus, interim non potuisset impune offendi, ergo nec hoc casu. Aduerte quia prima ratio nihil facit, quia cap. vt fame, cum concor. loquitur in delictis sed pluries dictum est, quod illud quod fit lege permittente non est delictum l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confu. & not. in l. prima. & per Bald. ff. ne quis eum qui in ius vo. est vi exi. Præterea ibi concurrunt interpretatio delicti & interpretatio excludens delictum. Secunda assumitur l. merito. ff. pro socio. de pœn. l. interpretatione. Tertia etiam ratio potest tolli ex eo q̄ hic non est conditio

tio adiecta. sed terminus certus positus solutioni qui interim obligationem non extinguit sicut faceret conditio, vt ibi nota. scilicet in l. sufficit. & sic cũ interim esset bannitus potuit impune offendi. pro hoc ff. ad sen. li. l. sub conditione. & l. iiij. §. sed & Marcellus. de in diem addic. & ideo puto subtilius aduertendum retenta tamen decisione prædicta, & sic vbicunque post actum perfectũ apponitur suspensio, illa non reddit actum conditionalem, quod secus est quando ab initio habet suspensionem l. secunda. ff. de in diem addi. cum ibi nota. Et istud verum in contractibus, sed in vltimis voluntatibus secus est, quia semper actus redditur conditionalis. ff. de adimen. lega. l. legatum pure. & de cond. & demonstratio. l. quibus diebus. §. quidam Titio. & dixi supra parte præced. qõ. lxxviij. Sed regula traditur ꝙ vbi inter contractus & vltimas voluntates est differentia. legis dispositio adaptatur ad dispositionem vltimæ voluntatis l. prima. C. de his qui. vt indi. & ibi not. per glo. & Bar. ff. ad Sylla. l. in cognitione. & de adimen. lega. l. transactio. & latius in l. ita stipulatus. de verbo. oblig. Sic ergo in proposito facta æquiparatione ad vltimas voluntates dicetur interim non bannitus. & sic Sempronius veniet puniendus, pro hoc quia facta prorogatione termini interim executio fieri nõ potest l. iiij. §. si ex conuentione. de re iudi. facit. ff. si cer. peta. l. pecuniã. cum ibi not. & hoc verum si assignatur terminus omnibus bannitis vel aliquibus specialiter enumeratis. & offensus sit de illis. Si vero fuerint ordinati certi officiales qui haberent reuidere qui banniti debeãt habere tale beneficium, puta quia in ordinamẽto dicitur ꝙ illi banniti qui fuerint declarati intra mensem ab officialibus turris possit intra mensem a die declarationis soluere taxatam quantitatem. &c. Puto isto casu ante declarationem posse impune offendi, quia præsens status non tendit de sua natura ad exclusionem banni. & ideo nõ inspicitur quod euenire potest, sed post declarationem factam, secus est. tendit enim tunc præsens status ad exclusionem bãni cum iam soluendi beneficium datum sit, & ideo hoc casu offendi non potest alio sic vt in dictis iuribus probatur. faciunt no. in. §. sacram. per Bart. & melius quæ subtiliter scripsit in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condi. inde. in vlt. op. Aduertat ergo multum ad verba deliberationis qui talem bannitum vult offendere, & consideret ꝙ in dubio cautius est abstinere. & prædicta vera in sciente legem. In ignorante autem vide quæ dicam statim in seq. q.

2 Secundo quæro † dictũ est supra proxime de offenso ante solutionem. Sed quæro quid si soluerit intra tẽpus vel aliter fuerat rebannitus, sed non fuerat cãcellatus. An offendens eum puniatur? Ista est antiqua q. & formatur diuersimode, quandoque in offendente bannitum, cuius bãnum est ipso iure nullum. vt in clerico incedente vt laicus, bannito & occiso de qua facit mẽtionẽ Alb. de Gãd. in ti. de bannitis. in vj. col. & ibi refert per multos fuisse determinatum talem offendi potuisse, quod Ioan. And. late examinat referens disputationem Aegidij Cremon. & Nico. de mat. in regula ꝙ quis. lib. vj. & in soluente cancellato. Idem Io. And. refert disputationem Viannisij & eius determinationem in addi. Spe. super rub. de obli. & sol. in fi. suarum additionum Iac. But. posuit in l. de ætate. §. ex causa. ff. de inter. ac. & ibi etiam Rayn. Iaco. de Aret. in l. j. §. si omnes. ff. de vend. inspici. In bannito non legitime posuit Dy. in l. penult. ff. de adult. & ibi Bar. in l. genero. de his qui not. infa. Quæ omnia iura faciunt ꝙ offendens excusetur a descriptione banni etiam ab initio inualidi siue validi ab initio & sublati, sed non cancellati, & sic eum occidens non veniat puniendus. & vt patere potest lectori in locis prædictis omnes cõcordant ꝙ sciant prædicta puniatur, quia cancellatio de facto non est illa quæ eum faciat rebannitum, vt dixi supra parte proxima q. lxxv. Et ita intelligitur quod not. in sæpius alleg. addi. in ver. sic. quid si quis. in ver. addi. quod incipit quartum membrũ. euanuerat enim virtus banni. & sic cum non esset bannitus cessat statutum. In ignorante vero concludunt etiam omnes ꝙ nõ teneatur pœna legis Corneliæ, quia illa requirit dolũ, & non habet locum etiam in lata culpa. l. in l. Corne. ff. ad l. Corn. de sic. An autem in aliquo puniatur variauerunt do. in aliquo. dixit enim Aegidius ꝙ nullatenus punitur cum ignorãs in illa fuerit culpa. ff. loca. l. si ignorans. & in c. ij. de const. lib. vj. sed Nico. Mat. latius declarans dixit ꝙ aut erat persona offendẽs in qua cadebat iustus error, aut non, vt primo casu non teneatur secũdo sic, quod refert Ioan. And. in d. c. ꝙ quis, Bart. vero in d. l. pen. quia debuit diligẽtius inuestigare an bãnum fuerit rite datum ꝙ punitur de homicidio culposo. ff. vi bo. ra. l. ij. §. hac actione. & d. lege Cornelia. maxime cum error iuris sit lata culpa. l. liberorum. §. notantur. ff. de his qui not. infa. pro hoc alleg. quia cum alio contrahens debet se informare de conditionibus eius. ff. de reg. iur. l. q̃cũ alio. multofortius qui alium interficit. de reg. iur. l. qui in alterius. Ioan. And. in eo qui soluit, sed nõ fuit cancellatus occisor tenet occisorem non puniri de dolo, sed iudicis arbitrio secundum facti qualitatem. ff. de sic. l. j. §. sed si claua, & alia iura allega. in d. rub. & de ob. & solu. Veritas ergo est ꝙ vbi ei potest imputari culpa etiam ignoranti potest extraordinaria pœna imponi, alias non. Et ideo si elapso tempore appellãdi nulla causa agitatur etiam nullitatis, sed non rite bannitus registratus est inter alios bannitos, & ita bãnitus creditur. certe nullo modo erit puniendus eum occidens, præsumitur enim pro sententia l. Herennius. §. Caia. de vsur. Similiter si bannitus non venisset ad soluendum, sed alius pro eo soluisset, & occidens non fuisset ibi tempore solutionis, & dum veniret inueniret illum qui erat bannitus veniẽtem ad ciuitatẽ & illũ occideret. certe in nulla culpa esse põt. Si vero publice diceretur bannum fuisse nullum vel facta esset reformatio in fauorem aliquorum quod soluerent & publica esset reformatio, certe tũc debuisset inuestigare, an id ꝙ de nullitate dicitur verum sit. & an esset de illis qui sol-

uissent

dissent alias est in culpa,& sic tunc opinio.Bart. verificatur,non tamen intelligas ꝙ semper pariter puniatur,sed pro modo culpae,vt l.aut facta.§. delinquunt.ff.de poe. Adeo ꝙ dubitatur.an pro leui culpa posit criminaliter puniri,de quo ibi per Bart. & per eum & alios in l.j.ff. de legi. In dubio autem maxime vbi est statutum ꝙ ille intelligetur bannitus qui reperitur descriptus in certo libro alio non probato, non potest talis occidens extra ordinem etiã puniri.C.de adul.l.Grachus, & d.§.ex causa.& vide etiam quod scribit Bald. in l.huiusmodi.§.si cui ita.ff.de leg.j.

Sed tertio quæro in casu con 3 uerso.† T.rite bannitus fuit cancellatus sed non legitime G.eum interfecit. quæritur nunquid puniatur tanquam occidens non bannitum,an excusetur a pœna quasi in veritate bannitus existeret. Certe non insistendo dicendum est ꝙ excusetur, & non puniatur.l.non secundum.& ibi per Ray. de do.inter vi.& vxo.ff.facit, l. quoties. ff.q sa. cogan.cum si. Actus.n.qui nullus est, nullum producit effectum, & paria sunt non fieri & fieri,sed non legitime,vt ibi,ita etiam tenet Bal. in cap.j. in prin.hic si.lex Cor. & inci.consue.re.& alle. Ioan. And. in c.veniens de accu.& est verũ etiã si occidens putauerit illum rite cancellatum. excusatur.n.a pœna, licet non admittatur ad præmiũ, vt dixi supra in ij.tẽpore. parte.ij.in quæst. xxiij.xxiiij.& xxv.

4 Quarto quæritur † Titius bãnitus, fuit per reformationem simpliciter rebannitus,vel a banno exẽptus, & deinde cancellatus, an dicatur recepisse solum indulgentiam, an vero fuerit in integrum restitutus.Et vt videatur importantia q. sciendũ est ꝙ est differentia inter indulgentiam & restitutionem. nam vbi filius exisset potestatẽ patris, puta si statutum ita dictaret, quia alias banniti de quibus agimus illam non perdunt,vt dixi in prima parte secundi temporis q. xxj. Et tunc si aliquis consequitur simpliciter indulgentiam illam non recuperat l.insulam.C.de sen.paſ.Quandoq; tamen consequiturquis indulgentiam non simpliciter, sed cum aliquo adiuncto. Et tunc eatenus extenditur indulgentia quatenus illud adiunctũ importat, vt eo.ti.l.si pater. Si autem quis restituitur dicitur totum econtra, quia si conceditur simpliciter restitutio omnia restituta videntur, eo.ti.l.j.sed si cum limitatione eatenus restringitur quatenus operatur limitatio eo.ti.l. iij. quandoque tamen conceditur indulgentia & restitutio,& tunc omnia complectuntur,nisi aliud sit expressum,eo.titu.l si. & ibi per Bart.ad quæstionẽ ergo an rebannitio importet restitutionem vel simplicem indulgentiam rediens dico ꝙ Iac.But. refert Bart. in d.l.si.disputauit hanc quæstionem & tenuit in dubio importari restitutionem motus principaliter per duas rationes. Prima quia dispositio super præparatorio porrigitur ad illud cuius est præparatorium.ff.de contrahen.emp.l. clauibus.& C.de dona.l.j.ad quod facit.ff.de his quæ in te.delen.l.cancellauerat,secundum Bart. Sed cancellatio siue rebannitio est præparatoriũ ad restitutionem,ergo &c. Secunda beneficia debent latissime interpretari. ff.de consti.prin.l.si. pro qua decisione dicit Bar.esse casum in l.j.in si. ff.de quæstio. & ita etiam sentit Cyn.in d.l.fin.si aliter videre cupis, vide ibi per Moderniores.

Viso ergo quòd intelligitur 5 restitutus quæritur quinto,† an talis restitutus siue rebannitus recuperet omnia bona etiam alienata per fiscum.de bonis non alienatis clarum est l.prima & l.fina.C.de senten.paſ. Sed in alienatis est quæstio, & communis conclusio est vt ad illa talis restitutio nõ porrigatur ꝙ probatur secundum Bar.in d.l. fin. Primo quia qui emit a fisco nullo modo potest inquietari.l.bene a zenone.C.de quadri.præscrip.Secundo quia idẽ debet esse in qualibet ciuitate.constat enim ꝙ post publicationem fiscus legitime tenuit illa bona tanquam hęres l. iij.C.ad l. Iul.de vi. sed qui emit a tali non potest inquietari.ff.de peti. hære. l. sed & si.l.§. item si rem.& pro hac parte alleg.in l.Gallus.§.& quid si tantum.de lib.& post. quæ dicit ꝙ restitutio nõ trahitur ad ius quæsitũ. Tertio facit.ff.de minor. .§. Sceuola. vbi difficilius conceditur restitutio post alienationem quam ante. & quod habetur in l.si. C.de repu.hære.

6 Sed tunc sexto quæritur † an recuperet a fisco pretium bonorum alienatorum,dixit Bar. ꝙ sic, quia potest recuperare a fisco illud in quo est factus locupletior per d.§.item si rẽ.sed aduertendum quod ille.§.loquitur in eo qui suo iure cõmuni vendicat, & sic non facit ad illum qui iure speciali sibi restituto nititur contra restituentem. Pręterea aduertendum ꝙ illud dictum posset esse verum in expressa ad pristinum statum restitutione, sed in simplici rebannitione,licet intelligatur restitutio,vt supradictum est.forte non est verum, nisi quo ad illa de quibus in ipsa rebannitione continetur. Docto.tamen communiter sequuntur dictum Bart.sed hic non seruatur.

7 Septimo circa idem quęro† Viso ꝙ talis rebãnitus recuperat bona non alienata, an recuperabit et fructus interim a fisco perceptos quidam quod nõ per auth.idem de nestorian.C.de hære.Contrariũ vidi iudicari propter naturam restitutionis, quæ est in pristinum statum repositio.non ob.illa auth. quia non loquitur in restitutione, sed in noua concessione. Præterea loquitur in dispositione limitata non in simplici & larga. Et ideo dici potest ꝙ aut per reformationem bannitus expresse restituitur in statum pristinum.& tunc recuperet fructus.aut simpliciter rebannitur, & tunc secus,vt in d.authen.idem de nestorianis.

8 Octauo quæritur† dictum est supra ꝙ restitutio banniti non trahitur ad bona alienata, quæritur an possit taliter fieri ꝙ ad illa trahatur, dic quod aut rebannitio sit solum ad vtilitatem bannientis & non

non potest. Aut ad vtilitatem publicam, & tunc potest, quia eo casu potest auferre ius alteri quæsitum l. Lucins. ff. de euic. l. item si verberatum. §. fi. de rei ven. l. vēditor. §. si constat. ff. cōmu. præd. & ita firmat Bart. in l. quecunque. C. de fide instr. & iure hastæ fis. lib. x. & vide quæ dicam statim in seq. qō.

9 Nono quæritur † dictum est supra ꝙ recuperat bona non alienata & alienata non, sed pone statuto cauetur quod bona homicidæ applicentur fisco pro medietate, & pro alia medietate, heredibus occisi. Titius bannitus secundum formam statuti fuit rebānitus, quæritur nunquid talis rebannitio quæ est restitutio. vt supra in q. iiij. trahatur etiam ad partem quæsitam hæredibus occisi. Dixit Cyn. in d. §. & quid si tantum, ꝙ non, quia restitutio nō trahitur ad non integra, vt ibi, & l. fi. C. de sen. pas. dicit tamen quod de consuetudine non seruatur. Albe. vbi supra q. xlv. dicit idem scilicet ꝙ non trahitur ad illa bona. alle. vltra prædicta. l. ei qui soluendo. ff. de hære. insti. & l. ꝙ si minor. §. Sceuola. ff. de mino. & l. fi. C. de repu. hære. & ibi etiam dicit ꝙ non recuperat officium, vel honores, alij assignatos. de quo dicam infra xvij. q. Bal. etiam in d. §. & quid si tantum, tenet quod ad dicta bona talis restitutio non trahatur, maxime si ante rebannitionem bona fuerint hæredibus occisi assignata, & facta fuit executio; quia non præsumitur rebannientes siue principem habuisse animum lædendi ius tertij. l. ij. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco pu. Sed ibi vlterius querit Cy. an statutum siue reformatio possit hoc facere. Et dicit ꝙ fuit Paduæ determinatum ꝙ non. & nihil alleg. sed Bal. allega. no. in l. j. in fi. ff. de doli excepti. & de polli. l. toties. & quod no. in l. fina. C. si contra ius vel vti. pu. quod intelligo nisi per publicam vtilitatem illud fieret. Cum enim hæredes occisi habuerint a statutis illius ciuitatis, videtur ꝙ ex tali causa eis tolli non possit. de iniur. & dam. dat. c. in nostra.

10 Decimo statuto cauetur † ꝙ q̄cunq; fuerit offensus possit se vindicare faciendo vindictam competentem, & quod hæres occisi possit occidere occisorem. Titius ob homicidium Caij fuit bannitus. deinde ad certum tempus fuit rebannitus, quæritur an tollatur tale ius vindicandi. Et primo videtur ꝙ non, quia per restitutionem non tollitur ius quęsitum. Secundo vt supra dictum est in v. q. Et videtur casus in c. q̄uis de rescrip. li. vi. In contrariū videtur probari per l. siue patronus. ff. de iure. pat. & l. sed si hac. §. patronum, a cōtrario sensu. ff. de in ius voc. Vidi dum studebam vt scholaris in hac ciuitate quæstionem hanc de facto, & vidi. in ea subtiliter allegari. Et finaliter determinatum fuit tale ius non tolli per iura primo loco alleg. Sed aduertendum vlterius ꝙ quodam est ius quod quæritur ex banno iuncto statuto vt quod bannitus possit impune offendi, & istud ius tollitur per rebannitionem per c. in nostra, supra proxime alle. de iniur. dam. da. & dictis. l. siue patronus. §. patronum. Quodam autem est ius quod queritur non ex banno, sed ex delicto tantum. vt in iure vindicandi. de quo supra, & illud nō tollitur per restitutionem. Nec mirum quia restitutio fit aduersus bannum. & sic est limitata, non ergo tollit ius bannito quæsitum ex ipso maleficio vt dictum est supra in q. iiij. facit de mino. l. ꝙ si minor. §. restitutio. Reponit enim eum in eo statu in quo erat sine banno. & sic non trahitur ad anterius tempus. & ideo puto ꝙ cum tale ius quæratur ex forma statuti, & maxime contra ius commune si rebannito esset facta per viam restitutionis, & taliter ꝙ fieret etiam aduersus delictū reponendo eum in loco in quo esset si nō deliquisset, tale ius etiam tolleretur per ea quę dicta sunt supra duabus proximis quæstionibus.

11 Vndecimo quæritur † ex inquisitione fuit bannitus Titius ex eo quod hostiliter venit contra patriam in recompensationem damnorum datorum damna passis simpliciter ex contumacia condemnatus. Deinde ob publicam ex causa pacis vtilitatem motu proprio fuit aduersus bannum & omnia in illo contenta restitutus, & sic eius bannum registratum fuit cancellatum, an possit a dictis damnum passis conueniri, an vero intelligatur liberatus? Hæc quæstio est subtilis. & habet duos passus principales. Primus est an potuerit sic dānari præsupposito ꝙ statuto non dicatur aliter q̄ dictū fuit supra in princi. tractatus. Secundus est an si tenet cōdemnatio facta pro damnum passis. Illa intelligitur remissa. Circa primum fuerunt ab olim opi. Cy. enim & alij vsque ad sua tempora tenuerunt ꝙ non potuerit fieri talis condemnatio, quia in eodem processu non potest venire causa ciuilis & criminalis. Ita no. per eum in l. si quis a se fundum. C. ad l. Iul. de vi. vbi etiam glo. & idē tenet ibi Ray. alleg. ff. de publi. iudi. l. interdum. idem tenuit Bal. nisi in casu quando damnatus habet penes se rem subtractam l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & vt ipse no. in l. iiij. C. vnde vi. Hosti. autem in c. ad nostram. de iureiuran. & in cap. cum oportet. de accu. & ibi Inno. tenent contrarium siue enim per viam inquisitionis siue per viam accusationis procedatur dicunt talem condemnationem fieri posse. Hoc etiam tenuit Gui. in criminibus extraor. vt ipse scripsit i l. j. C. si quis ali. test. prohi. Sed ipse idem indistincte dixit id verum esse in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. quod tenuit Iaco. But. verum quando ex eadem lege tenetur inquisitus criminaliter & ciuiliter, alias non, & ita dixit concordari iura, vt scripsit in l. j. C. quando ciui. ac cri. prę iu. Bal. etiā in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procon. & le. videtur sequi opi. Inno. & Hosti. Barto. autem indistincte tenet iudicem criminaliū ex eodem processu posse vtranque pœnam scilicet criminalem & ciuilem imponere, & alle. C. quod met. cau. l. quod euitandi. ff. de calum. l. pe. de extraor. cog. l. medicus. & d. §. qui furem. & ibi per eum. & in l. j. in fi. ad turpil. alle. etiam l. iiij. §. si dicantur. ff. fin. regun. & est casus secundum vnam lectu, in. §. pœna grauior ad l. interdum. alleg. per

Ray.

Ray. respondet ꝙ loquitur quando vtrumq; iudicium principaliter intentatur, quo casu iudex criminalium de ciuili non cognoscit l. solemnis. §. latrunculator. ff. de iudic. & hęc pars semper fuit mihi visa vera & æquior, maxime vbi per statuta generaliter permittitur iudicibus maleficiorũ per inquisitionem procedere per not. insti. de publi. iudi. in princip. per Iacob. But. & per Barto. in l. ij. §. si publico. de adult. Tenuit igitur in proposito dicta condemnatio, quia cum habeatur pro confesso & possit condemnari, perinde ac si comparuisset & confessus fuisset nulla est ratio quin etiam in damnis tenere debeat condemnatio, nisi diceretur ꝙ esset nulla propter incertitudinem, per ti. C. de sen. quæ sine cer. quanti. Sed respondetur per l. j. & quæ ibi no. C. de sent. quę pro eo quod interest. & in l. j. de eden. & in l. j. iudi. sol. Faciant etiam quæ no. in l. certi cõdictio. in prin. & in d. l. ij. de senten. quæ sine cer. quanti. Venio ad secundum scilicet an dictum ius per talem rebannitionem dicatur remissum. & primo ad affirmatiuam verba restitutionis comprehendunt omnia contenta in condemnatione & banno, sed in eo continetur condemnatio damnorum, ergo illa intelligitur remissa l. non aliter. de leg. iij. & l. prospexit. ff. qui & a qui. cum si. Secundo ꝙ talis liberatio fuit tollere ius. de iniur. c. in nostra. & quod ibi per Innoc. Tertio quia ob publi. vtilitatem, ergo & c. l. quecunque. cum ibi no. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. libr. x. & dictum fuit supra q. viij. Quarto quia de natura restitutionis est tollere ius etiam priuati. l. j. C. de senten. pas. & l. fin. & quod ibi no. eod. tit. saltem quando quæsitum est ex illo actu aduersus quem fit restitutio l. siue patronus. de iure patr. & dixi supra qõ. x. Quinto a natura dispositionis factæ motu proprio quę latius debet extendi, vt sic ius tertij contineat l. si quando. C. de bon. vac. secundum vnum intellectum quem sequitur Cy. in l. fi. ff. de consti. princ. in lectu. maxime quando fit ex certa scientia l. quidam consulebant, ff. de re iudi. & l. sed si hac. §. patronum. de in ius voc. saltem quando statuens est de negotio informatus vt hr̃ in c. pastoralis. §. pręterea. de offic. deleg. quę videntur vera et si talis particula non fuerit cãcellata per not. per Bartol. in l. emptor. §. Lucius. de pact. & quod dixi supra in parte præcedenti. quæstio. lxxiiij.

Pro parte vero negatiua faciunt primo, quia pars remittens omnem iniuriam ex maleficio nõ intelligitur remittere damna. l. sed si vnius. §. si ante. de iniur. & ibi per Dy. & Barto. & Bal. in l. si vnus. §. & generaliter. de pact. ergo nec superior cuius factum interpretatur a parte factum l. ij. C. de pręto. pig. & C. de euict. l. si ob causam. Secundo quia dispositio super publico iure nõ trahitur ad priuatum tanquam specie differens d. l. si vnus §. item si pacisc. ar. adeo ꝙ si mixtim fiat valet sup̃ vno & super alio non. Ergo & hic sumpto argumento a contrariis l. & si contra. de vulg. & pupil. cum fiscus in dubio vti velit iure priuati. C. de peti. hęred. l. j. Tertio quia licet princeps suam pœnam remittat, tamen ius priuato quæsitum ex delicto non tollit l. ij. C. de in ius voc. & ibi concor. ex quo ibi Bar. & Bal. dicunt ꝙ conuentiones factæ per rectores Marchię, cum duce ducatus, non intelliguntur remittere pœnas partibus debitas. Quarto quia talis reformatio dicitur rescriptum. l. ij. C. de legi. ergo restringi debet, vt ius tertij non lædat. l. ij. §. merito. & §. si qs a principe, ne quid in loco publico. Et in hanc secundam partem inclino per rationes prædictas, quod maxime poterit apparere ex narratis ante liberationem l. fi. ff. de hęre. insti. & quod habetur per Bar. in l. ambitiosa. de decre. ab ordi. fa. Licet enim ob pacem, ob publicam vtilitatem et legem generalẽ statuendo possit princeps & eius iura obtinẽs ius priuato quęsitũ tollere, vt in iuribus in contrarium allegatis, non tamen in dubio intelligitur id facere voluisse vt in iuribus supra pro hac parte allegatis, & C. de emãci. libe. l. nec auus. & no. in l. fi. ff. de consti. prin. & in l. omnes C. si contra ius vel vtili. pu. sicq; non ex defectu potestatis, sed voluntatis ad tale ius non porrigitur. Facit. ff. de mili. test. l. in fraudem. iuncta l. j. eo. titu. Id quod dixi de motu proprio non probatur lege. Præterea verum esset quo ad ius concedentis non quo ad ius priuati. Concluditur ergo ꝙ dicta restitutio condemnationẽ factam damnũ passis tollere non vr̃, quod sine dubio verum est si agere vellent damnum passi actione in factum primitiua per l. qui nomine. ff. de fal. per titu. vi bon. rap. vel perti. vnde vi. Licet enim tolleretur ius ex sententia quæsitum. primum tñ ꝙ remãsit. vt l. nepoti. de fundo instru. & quod habetur in l. j. C. de iudi. non diceretur sublatum per prędicta. et l. si vnus. §. ante omnia. de pac. cum sim. et quod dixi supra q. x. prædicta vera in restitutione quę fit per viam gratiæ. Facta vero per viam iustitiæ tolleret omnia iura quæsita ex illo actu aduersus quem fit restitutio. l. ꝙ si minor. §. restitutio. ff. de mino. & l. j. C. de repu. quæ fi. in iudi.

12 Duodecimo quæritur † dictũ est supra ꝙ bãnitus & rebannitus potest a priuato conueniri. Sed quæritur e conuerso, tempore bãni facta fuit robaria ipsi bannito an nunc rebannitus agere possit stante statuto quo prohibetur fieri rationẽ bannito pro maleficio, nisi pro maleficio vel mẽbri mutilatione. Dixit Ioan. And. in sepissime al legato versi. quid si quis in. §. sequitur in titu. de accusa. suarum additionum. versic. habetur alia Iaco. de Are. ꝙ Iac. idem disputauit hanc qõ. & ibi aliqua refert. Et primo allegat ad negatiuam ff. de aleato. l. j. Item quia regulariter prohibita casualiter licent C. de con. & merca. l. ij. & de homi. c. ij. & iij. & pluribus aliis iuribus ibi allegatis. Et ideo vbi talia permittuntur non est locus querelæ. C. de adulter. l. Gracchus. Pro hoc facit generalis consuetudo, quæ habet bannitos talia pati in vsib. feud. de mi. vas. qui contu. fu. c. j. in fi. & in tit. hic finit lex Cor. in prin. Item quia cõsuetudo facit licitum, quod alias esset de se illicitũ. xxxij. q. iiij. c. obiiciuntur. et cõmunia prędio. l. venditor. §. si cõstat. Nec ob. exemptio a banno cũ a principio nata nõ fuerit actio insti. de noxa. §. si seruus. & ff. de fur. l. serui & filij. In contrarium

trarium arguit ꝙ possit; quia statutum videtur debere restringi ad iniuriam personalem propter exceptionem quam fecit de homicidio vel mutilatione. ff. de penu. le. l. nam ꝙ liquide. §. fin. & positio verborum statuti est attendenda, de postu. l. j. §. ait prætor. nec sunt exaggerēda quæ dant certum modum ff. de decurio. l. generaliter. §. Imperator. Item quia res non delinquunt sed homines, in authen. de manda. princi. §. oportet. Illis ergo rebus læsio inferri non debet. Sed ad hoc respondetur, quia ille qui non obtemperat ius dicenti. videtur diffidatus vt hostis. ff. de capi. dimi. l. quinta. §. primo. & C. de his qui ad eccle. confug. l. si seruus. Et ille qui est diffidatus in personam fortius est diffidatus in rebus. ff. de capti. & postlimi. reuer. l. quinta. §. in pace. & l. hostes. & de pœnis. l. in seruorum. Tenet ꝙ agere non possit. allegat C. de episcop. & cleri. l. fin. §. pen. extra de hæreti. capitu. vergentis. C. qui ad liber. procla. non lice. l. prima. de pœnis. cum filius, de ma. test. l. aristo. Nec obstat quod hodie contractet & sic possit conueniri per dictam l. serui & filij. & C. de noxal. l. prima quia loquuntur quando initium illicitum, hic vero fuit initium licitum C. de vsu. transf. l. vna. §. hic tantummodo, et de vsu. sequitur. §. de illo. ff. si prędicta latius videre velis recurre ad Albe. vbi supra in ij. qō. & in lxxxix. vbi refert illam disputationem de qua facit mentionē Io. And. vbi supra de verbo ad verbum. Considera tamen ꝙ hęc decisio loquitur in statuto quo cauetur ius vel rationem non fieri bannito, & sic indistincte. & ideo vera est decisio, quia ab initio nullum ius oritur, cum factum licitum fuerit. Si vero verba statuti diceret ꝙ bānitus possit offendi in persona secus esset, per ea quæ dixi supra parte ij. secundi tempo. qō. lv. & idem si dicerem ꝙ non reddatur eis ius quousq; fuerit in banno. per ea quę dixi supra parte pręcedenti. q. j. & no. bene decisionem prædictam ꝙ illa exceptio nisi pro homicidio vel mutilatione, non restringit generalem regulam ad personales offensiones. sed remanet in cæteris generalis dispositio, quod videtur contra. l. generali, in princip. ff. de vsuf. & l. quęsitum. §. idem respondet domo. ff. de fun. inst. & quod d. l. nam quod liquide. §. fin. Sed respondet quod hoc contingit propter naturam maioritatis rationis per d. l. in seruorum quod est not.

13 Eodem loco † scilicet in d. ver. habetur formaliter alia quæstio super eo. statuto scilicet an exemptus a banno agat ex contractu quem tempore banni fecit. & ibi etiam vbi supra proxime dixi determinatur qd possit, quia licet alias ex cōmissis in bannitum & eius res non agat a banno exemptus ex contractu tamen recte aget. allegat. ff. de pecu. l. quam Tuberonis. §. fi. & l. sed si damnum, in princip. Item quia ex vi banni non fuit impedita origo actionis quę est de iure gentium ff. de pac. l. iuregen. Igitur fides est seruanda C. de pac. l. debitori. & hosti. & rebelli. in authenti. de manda. in princip. §. sed neque & xxiij. quæstione prima. sed noli.

Vides quòd quæstio præcedens habet terminos secundum quos bannitus po14terat contrahere. Sed xiiij. † pone vt ponebat Guil. de Suza. in suis quęstionibus statutorum sub litera S. versus finem. statuto cauetur ꝙ banniti & eorum petitiones pro eis factę non audiantur, nec damna seu iniurię eis factę & illatę in rebus suis emendentur. Item ꝙ contrahere non possint per se vel alium ad suam vtilitatem, contingit ꝙ Titius positus fuit in banno, & dum erat in banno vendidit quædam sua bona, quia non fuerunt confiscata, & in ipsa venditione fuit deceptus vltra dimidiam iusti pretij. Scio ꝙ durante banno non poterat agere propter principium statuti. Quæritur an exemptus a banno agere possit per l. ij. C. de rescin. ven. et eandem q. disputauit Thomas de Piperata quam ponit Alber. vbi supra quæstio. xliiij. & videtur ꝙ agere possit, quia durante officio non potest officialis contrahere, & tamen finito officio agere potest ex eo contractu. ff. de contrahen. emp. l. non licet. & C. de contra. iudi. l. vna. Idem probatur per princip. instit. de nup. secundum Guid. prędictum. Sed contrarium tenuit dictus Tho. quia si licet damnificari in delictis fortius in contractu. & dicit videri expressum institu. de exhære. li. in prin. sed Lamber. de Rampo. secundum Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de empti. & vendi. §. nunc dicendum restat super ver. vbi autem, aliter tenuit. Dixit enim ꝙ ex primo capite statuti non impeditur agere quia non est bannitus. Ex secundo etiam non impeditur, quia licet regulariter appellatione damni intelligatur omnis diminuto patrimonij. ff. de dam. infect. l. ij. tamen appellatione damni dati vel facti continetur damnum interueniens culpa vel facto hominis delinquentis, vt patet in damno legis aquilię, quia actio illa non competit in damno procedente ex contractu. ff. ad l. aquil. l. si seruus seruum. §. inquit lex. & §. rupisse. Tertio etiam capitulum ab ipso initio sibi non obstat, quia hic contraxit ad damnum non ad vtilitatē. & sic concludit ꝙ agere possit. Sed meo iudicio hoc vltimum non multum stringit, Negari enim nequit quin contractus emptionis & venditionis de sui natura sit contractus continens vtriusque parti vtilitatem. & sic talis contractus in statuto continetur. l. non aliter de lega. tertio. Sed dato ꝙ contractus sit nullus nihilominus agere poterit. Aut enim aduersarius excipiet de nullitate contractus & cogetur restituere rem vel pretium recipere illo rem suam vendicante. l. emptor. ff. de rei ven. Aut dicet contractum validum, & tunc nulla restat ratio quare agere non possit per d. l. ij.

15 Decimoquinto quæritur † bannitus qui erat infamis secundum ea quę dixi in secundo tempore parte j. q. quinquagesima, & ēt in pręcedenti. fuit rebannitus & cancellatus reuersus in ciuitate vult testificari vel alios actus facere qui infamibus non competunt. Quæritur nunquid possit.

possit. In hac q.est primo videndum quis possit aduersus infamiam restituere. Et de Papa, Imperatorem, senatuque non dubitatur. l.j.§. de qua. ff.de postul.per Inno.in ca.cum te a B.de re iudi. & per Bartol. in l. infamem. ff. de publi. iudic. & vtrobiq; de collegio cardinalium & regibus. Sed dubium est in ciuitatibus de quibus agitur in quo Bar.in l.infamem.dixit ꝙ licet olim non possent tamen cum hodie ciuitates Italię & maxime in Tuscia non recognoscant superiorem,& sic habent liberum populum & merum & mixtum imperium, habent in suo populo tantam potestatem quantam Imperator in vniuerso.ff.de capti.l.hostes.& sic concludit ꝙ possint infamiam tollere. sed in d.§.de qua, dixit, ꝙ aut infamia irrogatur de iure communi, aut per statutum. Si per statutū quælibet ciuitas potest illam tollere.de reg.iu. l. nihil tam naturale. Si de iure cōmuni, aut ciuitas recognoscit superiorem,& non potest, alias sic. vt d.l.hostes. In l.si vero.C.de sen.pas.dicit simpliciter ꝙ aut infamia infertur ex forma statuti vel ex processu habito secundum formam statuti,& tunc potest per statutum infamia restitui, alias non. est igitur inter prędicta aliqua sed parua veritas. In effectu enim concludit ꝙ si aliquis damnatus ex forma statuti est infamis ciuitas illa potest infamiam tollere. Si vero esset infamis de iure communi, tunc aut ciuitas recognoscit superiorem, & non potest, alias sic. & ita effectiue tenuit Iac. de But.in sua disputatione vt refert Albe. vbi supra q.lxxj.vbi illam disputationem refert. Vide etiā Bal.in l.cum mulier.ff.solut. matri. in sua repetitione. Sed aduerte ꝙ fundamentum Bart.qui vult ꝙ quando non recognoscit superiorem ciuitas restituat famam vndecunque infamia sit incursa, est propter præscriptionem per not.in l. imperium. de iur.om.iu. Sed hoc est summe dubium, maxime in his quæ sunt de reseruatis principi.in quibus præscriptio aliqua locum nō habet C.de præscri. xxx.an.l.comperit.extra de præscri.ca.cum nobis.& no.per gl.in c.j.de cle.egro.lib.vj. Et ideo forte tunc verius est ꝙ eo casu non possit infamiā irrogatam de iure communi tollere. eius tamen opi.seruatur communiter in talibus ciuitatibus, sed disputatio vtilis est in locis illi ciuitati non subditis. In quibus infamia eum committatur vt l. ex ea. de postu.tunc enim ab alijs præterquam a ciuitate a qua bannitus est restitutus non habebitur forte pro alio ꝙ̄ infame.& ita tenuit Ray. in d.l.fin.C.de sen.pas.reprobando Bart. & ex prędictis sequitur ꝙ talis bannitus quē dixi infamen esse vbi supra in prin. huius q.a bāno exemptus. & sic restitutus a talibus actibus non reppelletur. sed clarius est dicendum ꝙ aut fuit rebannitus & cancellatus per viam iustitiæ, aut per viam gratiæ. Primo casu, aut quia iniuste fuerat rebānitus, & qualitercunque infamiam fuerit incursus aduersus illam restituitur. vt d.§.de qua. aut fuit cancellatus quia soluit. et tunc nisi a statuto aliter prouideatur, famam non recuperat. ar.l.cancellauerat. de his quæ in testa.delen.secundum Bart.in l. non solum.§.fi. ff. de procu. Si vero fuit cancellatus per viam gratiæ, tunc intelligitur sublata infamia per d.l.cancellauerat, secundum Iacob.de Bu.& Bar.in d.§.fi.& sicut tunc a talibus actibus nō repellatur. Hoc puto verū nisi fuerit bannitus ex tali causa quæ a se ipsa infamet sine sententia. vt l.j.de his qui no.infa. Tunc enim cum restituatur solum aduersus bannum, restat factum, & sic infamia non tollitur. vt d.l.cancellauerat. Idem etiam puto si rebannitur soluendo certam quantitatem, quia tunc nō cancellatur ex eo quia restituatur, sed quia soluit quantitatem diminutam.& sic ex vi solutionis diminutæ pœnæ. Nec ob.§.pœna grauior. quia illa dispositio habet locum ante condemnationem perfectam seu in ipsa condemnatione & sic ante incursam infamiam.& ideo non trahitur ad casum post cōdemnationem contingentem.l.quod vero.ff.de legi. Facit quod habetur in l.transigere, de transa.per Docto.præterea non habet locum quando fit diminutio pecuniariæ pro pecuniaria vt ibi.& in l.& si seruior. C.de infa. Et vide quæ dicam statim in ij.q.

16 Decimosexto bannitus † infamis tempore quo bannitus erat fuit productus in testem et iurauit deinde fuit restitutus taliter ꝙ exiuit infamiam. & dictum suum deposuit. Quæritur an valeat eius dictum. Albe.vbi supra q.lxx.dicit ꝙ sic allegat.ff.ad carbon.l.iij.§.duæ causæ. Sed cōtrarium videtur esse verū, quia dictum testis trahitur ad tempus iuramenti. vt l.si quādo.C.de testi. & l.iureiur. Et ideo dixit Bar.in cōsilio clxxiiij. quod incipit. Ser Ioannes de Castro dirute. Quod si tempore iuramenti testis non erat infamis sed postea fuit effectus infamis antequā deponeret ꝙ valeat eius dictum cuius cōtrarium videtur velle in d.§.duæ causæ, vbi dicit ꝙ si testis mutauit suam conditionem propter suum delictum, & inspicitur tempus redditi testimonij. vt ibi. potest dici ꝙ aut testis mutat cōditionem in melius, aut in deterius.& tunc habeat locum distinctio Bart. sed in hoc me non extendo remittens ad notata in iuribus prædictis.& in l.damni.§.Sabini.ff.de damno infec.& per Gui. in Spe. de teste.§.j.ver. quid si testis. & vide etiam quod habetur in l. j. de test.& in c.j.si testes pa.esse desierint.x.col. Et aduerte ꝙ dictum Alber. esset verum si omnino tolleretur infamia. Si autem remaneret infamia facti, tunc putarem hoc casu omnino dictum eius non valere. licet enim alias dicatur testem infamem de facto non repelli a testimonio. sed ei dari minorem fidem vt dicitur in d.§.duę causæ.& in l.cunctos populos.vbi declaratur quod dicitur in l.cassius, de senato. tamen hoc casu quādo tempore iuramenti erat infamis de iure.& tempore depositionis tantum infamia facti verificari potest glo.dictæ l.cassius. Cum enim non valeat dictum testis sine iuramento. vt l.iurisiurādi.C. de testib. & illo tempore erat infamis de iure non est depositio talis testis simpliciter infamis infamia facti. Vnum tamen nota ꝙ si testis infamis de facto deponit & habet contestem noræ authoritatis eius dicto statur & creditur, sicut si non haberet aliquam infamiam; quia suppletur per dictum contestis arg.ff.de eden.l.si quis ex arg.§.j.& ibi per

Iacob.

Iacob. But. & Bald. & per eundem Bald. in d. l. j. C. de testa. an autem remaneat infamia facti vel non, tangam statim in sequen. q.

17 Decimoseptimo quæro † an talis bannitus rebannitus possit admitti ad honores ciuitatis, & procedit hæc quæstio vbi statutum aliter non prouideat. Bart. simpliciter dixit quod sic in l. & qui. §. si in metallum. ff. de mu. & ho. Sed aduertendum quod si dicimus eum intelligi restitutum aduersus infamiam iuris, restaret infamiam facti per l. honori. ff. de obsequi. Decisio prædicta habebit locum in honoribus non habentibus dignitatem. Ab illis autem qui haberent dignitatem talis infamia eum reppelleret. l. ij. C. de dig. & no. ff. de his qui no. infami. in rub. & l. nullam. C. eo. titu. Si dicamus etiam aduersus illam restitutum indistincte ad quoslibet honores admitteretur. & ideo puto quod si restitutio concernit solum bannum cum remaneat confessio non intelligitur ab infamia facti reuelatus alias secus. hoc tamen credo reponendum esse in arbitrio indicatis qui examinet an communi reputatione teneatur eum commisisse delictum ob quod fuit bannitus vt primo casu locum habeat distinctio honoris cum dignitate ab alio sine dignitate. Secundo vero casu indistincte admittatur nisi ex rebānitione aliud statuatur, vt dixi supra q. iiij. & quod dixi rebanniētem admitti ad honores, & sic ad officia intellige dum tamen alijs assignata non recuperet iuxta no. in l. Gallus. §. & quid si tantū. de lib. & posthu. & tetigi supra q. ix. & probatur ex his quæ not. infa. in l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui no. infa. in fi. glos. magnę. Si autem officium quod perdidisset vacans esset illud recuperaret l. quod si minor. §. restitutio de mi. & no. in d. §. pęna grauior.

18 Decimooctauo quæritur † dato quod rebannitus aduersus omnem infamiam restituatur, vel quod de hoc non dubitetur, vt quia officium non habeat dignitatem. quidam fuit scruptinatus & imbursatus tempore quo erat bannitus, extrahitur autem de marsupio postquam rebannitus est, quæritur an possit ad dictum officium admitti. vt refert Ioan. Andr. in sæpisime allegato. §. sequitur. versic. quid si quis in titu. de accusa. hæc quęstio fuit disputata per d. Iaco. de Bu. in electo a rebannito ante tempus iuramenti extante statuto quod nullus bannitus possit esse consul, vel in aliquo officio. & ibi post plura argumenta de quibus ibi videre potest facta ad partem affirmatiuam concludit negatiuę ipsum tales officium acceptare nō posse, dicens tria in officiali ponderanda electionem, confirmationem, & exercitium officij. Probat autem quia consul vel proconsul habet hoc nomen etiam priusquam sit egressus vrbem, & antequam ad prouinciam sibi decretam perueniat l. pe. de offi. procon. coadiuuat per l. j. C. de magi. muni. lib. xij. & ff. de mune. et hono. l. si qs magistratus, vbi nomen magistratus habet ex electione da o quod resistat, & ff. de admi. tuto. l. quidam. §. fin. Item cum esset prohibitus esse in officio, ergo eum eligi prohibitum erat, cum per electionem perueniatur ad illud. ff. de sponsa. l. oratio. Adducit illud generale quod vno prohibito dicatur prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud. ff. de fideiuss. l. cum lex. C. de natu. li. l. fin. cum si. Ex quibus dicit concludi etiam electionem fuisse contra statutum, nec per habilitatem superuenientē potuisse cōualescere. Quod etiam respondendo ad quædam obiecta sequitur ibi Ioan. And. quia sufficit quod ab initio talis exceptio poterat esse perpetua. l. sufficit. de conditio. inde aducit etiam ad dictam decisionem de ele. cū in cunctis. §. inferiora. & ibi per eum. Concludit itaque quod talis rebannitus ad dictum officium nō admittitur. pro quo facit de ser. expor. l. si minor. & C. qui da. tut. pos. l. in vniuersis. Albe. autem vbi supra q. xcj. vbi diffuse quæstionem ponit, dicit fuisse disputationem Iac. de Are. vt supra concludit, & ita etiā dicit Bal. super rub. C. de condi. ob tur. ca. vbi videre potes. Et alleg. etiam ff. de pœn. l. fratres. Sed puto aduertendum ad q. nostram. An ex forma ordinamenti super scruptinio talis bannitus fuerit prohibitus scruptinari, & sic eligi. Et tunc sit vera etiam in casu nostro decisio prædicta. Si autem vnusquisque etiam inhabilis potuisset scrutinari cū ex forma illius scrutinij non deberet tunc fieri exactio, sed inde ad tempus putarem tunc posse talem rebannitum dictum officium acceptare, quasi tunc fuerit facta imbursatio quando habilis reperitur per relationem ad illud tempus l. in tempus. de hæredi. instituen. cum similibus. Casum vero eius qui fuit imbursatus tempore quo non erat bannitus, & demum fuit bannitus & postea rebannitus, & deinde exactus.

19 Et sic sit quæstio. xix. † non aliter prosequor quia clara videtur decisio quod possit acceptare & exercere cum media tempora nocere non soleant l. sed & si in conditione. §. solemus. ff. de hære. insti. cū ibi no. & quod tangitur per Bald. super prædicta rub. de condi. ob turpem cau.

20 Vigesimo quæritur † bannitus in iudicio egit aliqua eo modo quo nō valuerunt de quo dixi supra parte præcedenti. q. iij. Fuit deinde exemptus de bāno, ratificat omnia illa antea gesta. an valeant tanquam tunc tempore ratificationis gesta. istam q. tangit Alber. vbi supra q. xlvj. & primo arguit quod sic arg. ff. de iniu. te. l. si quis filio exhæredato. §. irritum. & de lega. iij. l. j. in prin. & §. deportatos. C. de his qui non pos. ad liber. perue. l. j. & ff. de poe. l. fratres. Sed dicit priora iura loqui in testamento quod solum dependet a voluntate testantis. Aliæ leges loquuntur in libertate, cuius fauore multa sunt cōtra ius introducta ff. de fideicom. liber. l. generaliter. §. si quis seruo ad l. falci. d. l. pœnales. §. vlti. Sed quod non valeat arguit per generalem regulam quæ ab initio &c. & quia non fuit iniuriatum cum persona legitima. C. qui legi. per l. ij. & qui da. tut. po. l. vniuersis finaliter circa illum articulum, An valeant acta vel non, de quo dic

dic vt dixi vbi supra. Sed ad quæstionem propositam quæ est quando acta non tenent, dic ratihabitionem nihil operari vt dictis iur. & quod habetur in l.j.C.qui pro sua iur. etiam si omnia acta repeterentur in eodem instanti per vtranque partē secundum not. in l. omnium. & l. in causæ.ff. de procu. quia illa doctrina locum habet, quādo acta valebant sed spirabat iudicium. hic vero nulla erant si tamen partes essent in concordia & daretur sententia valeret vt conuentio non vt sententia, vt habetur in l.ij.C.commu. vtri. iud. de quo in l. si conuenerit.ff.de re iudi. & in l.j. C. de iurisdi.omn.iudi.

Vigesimoprimo quæritur.

21 † An bannitus rebannitus teneatur creditoribus quos ante bannum habebat. Quæstio hæc leuis est. & ideo breuiter pertranseam. Nam aut recuperauit bona sua per restitutionem & habuit. & potest a creditoribus conueniri.C. de sen.pas.l.si deportationis.& ff.eo.ti.l.iij.in fi.aut non habuit quia noluit. Fuit enim ad ea restitutus, sed ea capere neglexit & conueniri potest. ff. de sen. pas. l.ij. Aut ea non rehabuit quia restitutio ad ea nō fuit porrecta secundum ea quæ dixi supra iiij. & v.q. & non tenetur nec ab illis conueniri potest, sicut nec ante poterat l.tutelas.§.fi.ff.de capit. dimi.& d.l.iij.de senten.pas.in princi.

Vigesimosecundo quæritur

22 † An talis rebannitus possit agere contra debitores qui interim dum esset in banno soluerunt cōi. Hæc quæstio est ita vulgata ꝙ in ea non esset instandum. formauerunt enim eam Dyn.in l.creditor.ff. de sol. & multi alij ibi & alibi vt refert Gui.in Spe de obli.& sol.§ nunc aliqua.versicu. illud quæritur. Ac etiam multi eandem quæstionem disputauerunt vt refert ibi Ioan. Andræ. in addi.qui effectiue ponit omnium intentionem. Si ergo latius videre vis ibi vide & Bar.in d.l.creditor.qui ibi sic concludit ꝙ aut respublica habebat bona illius creditoris bāniti obligata sibi ex aliquo contractu vel ex aliqua iusta causa, & tūc non est dubium ꝙ solutione facta reipublicæ debitor liberatur l.nomen.C. quæ res pig. ob. pos. Si vero non habebat illa obligata, tunc aut bona illius creditoris banniti erant publicata ex aliqua iusta causa. & idem quia non est dubium ꝙ soluens liberatur, fiscus enim habetur loco hæredis l.si debitori deportatio.ff.de fideius.& l. tutore.C.ad l.Iul.de vi. Si vero bona non erant publicata vel erant sed iniuste. & tunc aut respublica exigit iniuriam debitoris aut creditoris banniti, aut simpliciter exigit non habita contemplatione ad iniuriam alicuius. Primo casu est periculū debitoris, vt d.l.creditor. in prin. Secundo casu est periculum creditoris.l.si merces.§.culpæ.ff.loca.& l.pen.in prin.ff.solu. ma. & l. Paulo Calimacho.in fi.ff.de leg.iij.& l.liberto.§.Lucius. de an. leg. Tertio casu qñ exigit exactura cuiuscūq; fuisset.tūc aut erat species debita, aut quātitas. Si species, est periculū creditoris, si quantitas est periculū debitoris.l.lectos.& l. se. de peri. & com. rei ven.& ibi glo. Ad idem l.fi.in fi.ff.de pig.act. facit ff.de euic.l.Lucius.de rei ven.l.idem si vet beratum.§.j.Hæc Bartol.in d.l.creditor. Videamus & nunc particulariter an omnia vera sint. Dixi ergo primo ꝙ si fiscus habet bona obligata, debitor banniti soluens liberatur per l. nomē. Istud membrū est verissimū, sed dubitatur an requiratur excussio. & idem Bar.in l. si cōuenerit. de pig. ac. dixit ꝙ non. Sed Cyn. tenet contrariū in d.l.nomen.quē sequitur Bald.in l.ij.C.quando fis.vel priua.& latius ponit in l.hæredem mariti. C.de hære.ac.per l.j.C.de conue.fi.lib.x. Sed credo opi. Bar. veriorem, non per suam rationē, quia concluderet ꝙ auth.hic si debitor.C. de pig. non haberet locū qñ possessor haberet causam lucratiuam, quod est contra generalitatem illius auth. sed per rationem Guil.qui idem tenuit.s. quia illa authen.est correctiua & loquitur in possessore pignoris, ergo non habet locū in proposito l. fin. C.de act.& obl. Nec ob.l.j. C. de conue. fis. deb. quia loquitur quando cōuenitur tertius qui promisit seruare indemnem creditorem qui est alterius debitor. de quo dic vt ibi. Vbi ergo bona bāniti erāt obligata fisco, & sic sine excussione peruenire poterat ad nomina. debitor banniti fisco soluens non potest a tali rebānito conueniri. Si aūt fuisset debitor ad conseruationē indemnitatis secus esset excussione non facta. vt d.l.j. Secundū membrum est qñ bona erāt publicata iuste & istud nō habet dubitationē, ammodo.n. fisci debitor est l.j.§.an bona.de iure fis. & ideo soluendo liberatur.C.de noua.l.iij & hoc certe verū est si soluisset exactus: si vero non instigatus sed sponte soluisset, putans illū rebanniri debere sine restitutione bonorum quæ aliquā habuissent innouationē, forte tūc non esset liberatus arg.l.j.§.idem Iunio.ff.de qō.& l.& qui data.qui.ex cau.ma.cum si.nisi excusaretur, quia soluisset vt in pœnā non incideret l.item illa.cū ibi not.C.de consti.pecu.

Tertiū dictū.s.qñ bona non sunt cōfiscata, vel sunt iniuste & fiscus exigit in iniuriā debitoris nō est mihi vsquequaq; expeditū in ea parte qua cōfiscatio facta erat sed iniuste. Nā tūc aut fiscus volens iniuriari debitori exegit simpliciter non allegata confiscatione, & credo dictū Bar. verum aut allegauit cōfiscationē & eius prætextu exegit a debitore, & tūc aut ex iniustitia cōfiscationis poterit opponere debitor et nō opposuit, & nō vr̄ verum dictum Bart. ar.ff. man.l. si fideiussor. quasi per totam. Aut opposuit. Et tunc cum sibi facta fuerit iniustitia, bannito post a rebannito imputare non potest.ff. de euic. l. si per imprudentiam. Si vero de confiscatione iniusta non poterat opponere, puta ex forma statuti, vel quia sententia confiscationis valebat, licet esset iniusta. & tunc vr̄ mihi durum ꝙ non liberetur cum a causa banniti processerit eius ex actio licet in sui pernitiem & odium facta fuerit per no. in l. pen. ff.solu.ma.per oēs Doc.& ēt per Bart. qui ibi tenet contra glo.l.si merces.§.culpæ. & quod id qđ Bar. dixit de confiscatione iniusta debeat sic intelligi facit & l.ad eos. & ꝙ ibi nota.ff. commo.

Aliud membrum distinctionis est quando fuit coactus soluere in iniuriã bãniti. quo casu dicit Bar. eum liberari. vt in. §. culpæ, & alijs iuribus supra alleg. Istud puto verum quecunque opi. teneatur in. §. culpæ. Dedit enim causam cõmittẽdo id propter quod bannitus fuit & non parendo iudici, & sic sua culpa præcessit. Sed aduerte quia forte hoc erit verum nisi bannum fuisset latum contra absentem & ignorantem non culpabilẽ secundũ ea quæ dixi supra parte proxima. qõ. antepen. in prin. & propterea fuisset postea restitutus. Tunc enim cum in nulla fuisset culpa cessat ratio facta per. §. culpæ. Vltimum membrum est qñ simpliciter exigit non ad iniuriam alicuius. & istud subdiuidit, quia aut debitum est in specie. & dixit periculum esse creditoris, aut in quantitate & esse periculum debitoris. Dicunt quidam vt Ang. in d. l. creditor. ꝙ primum est verum nisi debitor ante bannum fuerit in mora. Secundum est verũ nisi creditor alias fuerit in mora recipiẽdi. l. qui decẽ. in princi. de solu. & intelligit qñ mora fuit ad illum casum ordinata alias secus. arg. ff. ad l. rhod. de iac. l. si vehenda. §. idem iuris. Prædicta omnia quæ dixi debitorem non morosum nõ accusari, debent intelligi nisi virtute ordinamenti pœnalis facta contra eum in specie vel in genere contra omnes debitores bannitorum soluerit. Tunc enim semper excusatur & liberatur l. si. §. j. ff. quod met. cau. & l. j. §. quæ onerandæ. ff. de quare ac. non da. secundum Bart. in d. l. creditor. in princi. in fi. eius quod ibi scribit.

23 Vltimo & vigesimotertio † circa hanc partẽ quæro, Statutũ dictat, ꝙ ille qui fuerit ex bannitus elapso termino banni nõ possit esse de prioribus etiam si fuerit rebannitus. Alio statuto cauetur ꝙ qui interfecerit aliquem rebellem sit exemptus vel eximatur a banno omni quod incurrisset, vel incurrere posset propter præterita delicta. Contingit ꝙ Titius post bannũ sibi datum infra terminum banni tamen interfecit quendam rebellem, propter quod habuit beneficium exemptionis a banno. Quæritur an possit esse de prioribus statuto prædicto non obstante. & videtur ꝙ sic, quia nunquam fuit ex bannitus, quia durante termino superuenit causa quæ bannum perfectum extingueret. Ergo impedit bannum incurrere. Sed certe cum hæc causa tendat directo ad liberationem nec de banno possit exire vel eximi nisi ille qui illud incurrit in eo puncto quo terminus banni curreret est bannitus & exemptus, & sic verum est eũ fuisse exbannitum. vt l. si sub conditione. ff. de sol. cum si. Secus si statutum de cętero redderet personam inhabilem ad exbanniendum per ea quæ dicta sunt. Hæc Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. ob. Ang. vero ibi tenet contrarium. quia illud verbũ posset. est pręteritum imperfectum. Vnde impedit bannum incurri quasi circũducto edicto bãni per statutum quod relaxat necessitudinem comparendi. ff. de iud. l. & post edictum. §. circũducto & hęc differunt inter se obligationem dissolui & illam impediri ne contrahatur. C. si cert. pet. l. fin. & infra eo. l. decem. Nullo ergo tempore ipse se inueniret bannitum, & per consequens nec rebannitũ vnde esse poterit de prioribus. Subdit tamen ꝙ si contingat in puncto quo quis occidat rebellẽ ipsum occisorem ex alio maleficio banniri, & statutum non loquatur de exbanniendis sed exbannitis non gaudebit talis occisor beneficio statuti. Dicit enim esse casum secundum Iaco. de But. in l. si quis id quod. ff. de iur. om. iud. §. quod si dum proponentur stante statuto vt retulit Bart. Ego sto cum Ang. cum enim ipsum statutũ eximat occidentem rebellẽ a banno quod nõdum latũ fuisset propter maleficiũ præteritum, apparet ꝙ non intellexit de illa vera exemptione quæ requirit omnino bannum præcedere. Voluit enim ꝙ banniretur vt patet ex verbis eius & ideo cum vocet exemptum nondum bannitum. & sic impediat ortum eius, impediat ẽt ipsum effectum. vt in d. §. sacrã. Cũ ergo tempore termini reperiat se inhabilẽ ad banniendum sine dubio non dicetur bannitus rebannitus, sed non bannitus. Talis enim terminus resolutionis dicetur potius importare conditionem quam diem certum, secundum ea quę dixi supra parte proxima q. lxxviij. & ideo cum illo tempore reperiat se inhabilem non erit dare punctum in quo reperiatur bannitus, & sic nec rebannitus l. quoties. in fi. ff. de nouati. Poterit ergo esse de prioribus non obstante statuto. Pro eo aũt quod vltimo dixit Ang. per ver. ꝙ si dum proponeretur. Vide quæ dixi supra parte proxima. lxxxij. q. & vide Bar. in l. si post mortẽ. in prin. de leg. j. vbi dicit quod inspicitur causa fauorabilior. & sic pro parte quam tenui.

Rubricæ de quæstionibus occurentibus post mortem ipsius banniti.



NOVISSIME restat secunda pars huius vltimi temporis quæ est de quæstionibus occurrentibus post mortem ipsius bãniti, & ideo vt illa expediatur aliarum partiũ more præmitto rubricas quæstionum in ea agitandarum, quæ sunt.

SVMMARIVM.

1 *An testamentũ factũ à bannito tempore banni secundum formam statutorum valeat eo mortuo postquam fuit rebannitus.*

2 *An corpus banniti mortui in banno possit sepeliri in ciuitate à qua erat bannitus.*

3 *An interficiens bannitum & postea auferens bona quæ habebat super se possit puniri de robaria vel furto.*

4 *Si contingit bannum non finiri morte, an hæres banniti non bannitus repellatur exceptione banni virtute statuti.*

5 *An regulariter bannum pecuniarium possit exigi ab hæredibus banniti.*

An contra

Secunda pars tertij temporis.



1 PRIMO igitur quæro Titius existens† in banno fecit testamentū secūdū ordinamēta suæ ciuitatis, puta coram quinque testibus quæ dictum est eum perdidisse supra in ij. tempore parte j. qō. v. Et sic illud testamentum non valere eadem parte qō. lj. deinde fuit rebānitus. & demum alio testamēto non cōdito mortuus est. Quæritur an valeāt in eo disposita. Si quis vellet hāc q. disputare, haberet necesse videre q. quæ tāgitur in c. quanq; de vsuris. lib. vj. f. An testamentū vsurarij factū sine cautione reconualescat eo postea cautē. de qua ibi per Ioan. And. per Bart. in l. filius. de testa. & latius in l. filio præterito. de iniu. test. per Bald. in l. vniuersa. C. de pre. Impe. offe. Verum quia mihi videtur clarum tale testamentū de quo agimus ab initio fuisse nullum ex vitio persone a suo delicto procedente, & sic ex vitio intrinseco secundum opin. omnium non potest ex postfacto cōualescere, debet enim testator esse habilis ad sic testandum tempore testamenti & mortis l. ij. ff. de testa. et l. filius. et ff. de bo. pos. sec. tab. l. j. §. exigit. vbi bona glo. & per Cy. in l. iij. §. sed si filius. de leg. iij. in addi. vbi ēt Ray. sic format in terminis. Nec me trahit quod fuerit inhabilis ad testandum secundum ius ciuile, quia secundum illud non fuit testatus, sed secundum statutum secundum quod inhabilis erat, & quod iuris in toto idem in parte l. quæ de tota. de rei ven. Et ex notatis in dictis iuribus apparet ꝙ si ante bannum fecisset testamentum cum solennitate statuti, & deinde bannitus fuisset & demum rebannitus tale testamentum valeret, cum medium tempus non attendatur vt dictis iuribus. Vide tamen q̄ habentur in l. qui ex liberis. §. testamēto. de bo. pos. secundum ta. quę in proposito non videntur habere locum. cum talis rebannitus intelligatur restitutus, vt dixi in parte præcedenti q. iiij. Ad quod quæ not. per glo. in d. §. exigit. Ex dicto ergo testamento de quo quæsitum est agi non potest nisi ex eo fuerint instituti tales qui de iure communi faciunt tale testamentum valere. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & §. si quis autem. C. de test. vel nisi in testamento facto coram quinq; testibus, vt exemplificaui esset apposita clausula codicillaris. Tunc enim & iuris fideicommissi, & legati valerent in eo disposita l. ex ea. §. j. de test. & l. posthumus. §. j. de iniu. testa. et de testa. mili. l. quærebatur. ad Trebel. l. si patroni. §. vlti. & plene Barto. in l. j. ff. de iure codi. Prędicta vera nisi illud testamentum confirmasset &c. Pro quo vide iura quæ allegaui supra parte præcedenti. quæstio. xx.

2 Secundo quæritur † an corpus banniti qui mortuus est durante banno possit sepeliri in territorio a quo bannitus erat. In l. ij. ff. de cada. puni. per illum tex. dicitur ꝙ non. Et pro hoc quod dicitur de excommunicato vt eius corpus non ponatur in ecclesiastica sepultura vt in clemen. j. de sepultu. cum concor.

3 Tertio Ex forma statuti † bannitus poterat impune offendi in persona & bonis. Titius interfecit bannitum, & postea cum derobauit hoc est res quas inuenit penes eum abstulit & in suos vsus conuertit. Quæritur an licite facere potuerit, tex. videtur ꝙ sic. ff. de sepul. vio. l. sepulchra. iuncta determinatione præcedenti. dixit Franc. de Are. Dic contrarium quia cum sit mortuus bona amplius non sunt sua. Item nec potest offendi. & ideo nunc verificātur verba statuti. Nec obst. l. secunda. ff. de cada. pu. & quod dictum fuit supra proxima quæstio. quia illud est verum quantum ad corpus banniti, non autem quo ad bona. Ita determinat in d. l. sepulchra. allegat quæ habentur per Cyn. in l. prima. §. fina. C. si reus vel accusa. mor. fue. Et dicit ꝙ Cy. refert ita fuisse determinatum. Aduerte quia Albe. vbi supra quæstio. xciij. format quæstionem in eo qui interfecit bannitum qui poterat impune offendi, & eum ex interuallo postea derobauit. & alle-

gat ꝙ non puniatur quia cum ille fuerit hostis ciuitatis l.amisſione.§.quid deficiunt non debet iuuari legum beneficio, de vſuris cap.quia frustra. Item allegat effectiue dictam l.ſepulchra.& l.ſecundam. de cada. puni. Allegat in contrarium quia poſt mortem non poteſt dici bannitus, mors enim omnia ſoluit. ergo non poteſt dici ꝙ ipſe bannitus fuerit offenſus in authen.de nup.§.deinceps. Facit quod not.in l.eius qui prouinciam.ff. ſi cert.peta. Item quia non eſt homo ſed cadauer, de conditio. inde.l. ſeruo manumiſſo. vt ibi not. Allegat pro hoc.C.ſi pen.appel.mors interue.per totum,& ſi reus vel accu.mor.fu.per totum.Item quia ille qui derobauit potius videtur ſpoliaſſe hæreditatem ꝗ̃ defunctum,de iniur.l.j.§.quoties. Item quia quando alicui conceditur ꝙ alium occidat intelligitur in flagranti crimine. vt l. quod ait, de adulte. Et dicit ꝙ pro hac parte dicitur fuiſſe determinatum Piſtorij,& derobatorē fuiſſe bannitum de robaria filiis occiſi eum accuſantibus quaſi robaria fuerit commiſſa de rebus hæreditariis ad ipſos filios pertinentibus.Dicit primam partem ſibi videri leuiorem etiam vbi ſtatutum non excuſaret ſpoliantē, quia robaria exegit vim perſonæ illatam quod hic non fuit.Item quia licet dominium tranſlatū fuerit in ſuum hæredē, tamen poſſeſsio nō tranſit niſi fuerit apprehenſa. ff.de acqui.poſ.l.cum hæredes, ex qui.cau.ma.l. cum miles. Fatetur tamen ꝙ ciuiliter poſſet peti reſtitutio rerum ablatarum per iura prędicta. Si conſideres quæſtionem,termini non videntur vniformes. Nam aliud eſt derobare & occidere eodē inſtanti,vel occidere & derobare.& iſto caſu credo talem non poſſe puniri. Omnia enim in ipſum viuum illata dicuntur. Quinimmo potius dicitur facta occiſio propter robariam quā econuerſo. Et ſic non veniat puniendus l.lecta,ſi cer.peta.l.ſi in rixa,de ſica.C.ad leg.Iul.de vi l. quoniā.& ff.de fur.l.verum.Id enim quod fit incontinenti non videtur factum poſtea. Immo illud ad continguum tempus redigitur,vt habetur in l.quoties.§.ſi quis ita.ff.de hære.inſti.& in l.fructus.ff.ſolu.mat.per Dyn.& Bar.videtur enim eodem conflictum bannitum derobaſſe & occidiſſe.& ſic in partem abſolutoriam fiat interpretaio l.eum actum, de neg. geſt.C.de probatio.l.matrem,de no.oper.nuncia. l.non ſolum.§.ſed vt probari. Aliud eſt occidere, & ex interuallo ſcilicet ad actus extraneos facta collatione ſecundum l.contractus in fin. C. de ſi. inſtru.de verbo.obli.l.continuus.de duo.re.l.reos cum derobare.Tunc enim ſuccedunt rationes prædictæ factæ vt teneatur & non excuſetur a ſtatuto. Sed aduertendum quod non tenetur de robaria quia illa requirit vim. vt ff. vi bo. rap. per totum quæ hic non potuit eſſet vt dixit Alberi. Et hoc reſpectu bene dixit illos non potuiſſe condemnari quia fuerat intentatum crimen quod non reſultabit ex accuſatione leg. liberorum.§. quod ſi libelli , de accuſa. l. iij.§. docere.ff. vi bonorum raptorum cum ſimili. Dicendum ergo eſt quod aut incontinenti ſpoliant occiſores ipſum bānitum & non puniantur aut ex interuallo. vt ſupra & tunc veniant puniendi, quo autem iure vide in l.rei hæreditariæ.ff.de furt. & C.eod. tit.l.ſi abducta.

4 Quarto ſtatuto cauetur† ꝙ bannitus non audiatur in ciuili vel criminali,& ꝙ bannum pecuniarium poſsit exigi ab hæredibus banniti.Titius bannitus in pœcunia reliquit hæredem Caium qui adiuit hæreditatem.Agit deinde in iudicio Caius contra aliquem opponitur ſibi exceptio ꝙ non debet audiri,quia bannitus,cū ſit hæres banniti quæritur quid iuris. Recordor ꝙ de hac qō.feci mentionem ſupra in ſecundo tēpore parte prima in fin. lxxij.quæſtionis,in qua eſt caſus conuerſus quando bannitus ſucceſsit nō bannito. & dixit Alberi. vbi ſupra ꝙ vbi agit iure hæreditario videtur obſtare exceptionē de reg.iur.l.in his.§.non debeo.& C. de acqui. poſ. vitia rerum cum ſi. Dixit alios tenuiſſe contrarium,quia bannum eſt pœna contumaciæ, vt ex ſuperioribus patet, vnde non tranſit ad hæredes ſed morte crimìnoſi finitur.ff.de priua.deli.l. fin. de requi.re.l.j.§.j.C.de delict. defun.l. vna, ſicut nec tranſit priuilegium.C.de re.iu.l.priuilegia & de pac.l.idem.§.perſonale ſecundū Ia.de Are.& dicit quod vidit ita ſeruari,ſi ſtatutum ſimpliciter iacet ꝙ bannum poſsit exigi ab hæredibus.deciſio clara eſt. Eſt enim talis exceptio ꝙ non audiatur mere perſonalis,& ideo non tranſit in hęredem. Si autem in ſtatuto diceretur ꝙ hæres intelligatur bannitus , & vt bannitus poſsit conueniri, aliud eſſet dicendum. Nam aut diceret ꝙ intelligeretur bannitus, cum illud verbum denotaret fictionem.ff.de relig.l.oſſa, in fin. & not.in l. hæres quandoque.ff.de acqui.hęre.ſtatutum quod dicit denegari audientiam, bannitis , niſi aliter loqueretur,non verificaretur in tali hærede.l.iij. §.hæc verba.ff.de neg.geſt.& quod not.in l.merces, de verbo. ſignific. Si autem ſtatutum tranſmittens bannum ad hæredem diceret ꝙ hæres intelligatur eſſe & ſit bannitus, vel alio diceretur ꝙ bannitus velꝭ habitus pro bannito non audiatur, videretur dicendum ei obſtare exceptionem per no. per Bart. in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuc. & in l.ſi maritus.§.legis.ff. de adulte. vide tamen quæ dixi in ſecundo tempore parte vlti.q. lxxiiij.ſi vero agit nomine proprio quando ſub nomine hæreditario eſt bannitus ſibi obſtat exceptio ſecundum ea quę dixi in d.lxxij.q.vbi vide.

Quinto pone quòd bannitus

5 † in pecunia mortuus eſt relictis hæredibus,quod fieri poteſt vt dixi ſupra in ſecundo temp.par.j. q.lij. Qui hæredes adiuerunt hæreditatem, quæritur an dictum bannum poſsit ab eis exigi. Alberi.vbi ſupra quæſt. xxvj.refert Gand. Et primo allegat ꝙ teneantur, quia tale bannum eſt ſententia diffinitiua & pecuniaria, & in ea quaſi contrahitur.l.j.in fin.ſi quis ius di. non obtem. & l.iij.§.idem ſcribit de peculio,& ſic tranſit in hæredes. de actio. & obliga.l.ex contractibus, refert ipſum Gand.tenuiſſe contrarium. C. ex delict. defun.l.vna. ff. ſi quis omiſ. cau. te. l. ſi quis ſub conditione.l.j.in fin.ſi quis ius di.non obtem.

licet.

licet.n.vulgariter actiones transeant ad heredes, quando sunt ex contractu vel quasi, tamen fallit hoc casu de actio.& obligatio.l.in honorarijs,& ibi etiam refert sic tenuisse Dy.per l.ex iudiciorum,in fi.ff.de pub.iudicijs. Subdit autem distingui posse quod aut in banno dictum est ꝙ nō possit exire nisi soluat centum, & dicatur tunc hæredes non teneri per l. si quis sub conditione.si quis omis.cau.testa. Si autem dictum est condemno vel mulcto eum in tantum puta mille libris. tunc dixit hæredes teneri per ea quæ not. in d.l. j. in fi.ff.si quis ius di.non obtem. Bald. autem in d.l.vna.C. ex deli.defun.dicit Bart. tenuisse contrarium in d.l.ex iudiciorum.& ad materiam tāgit aliqua subtilia ibi vide.Et concludit ꝙ quando ex forma statuti bannum non requirit aliam sententiam vt in casu nostro teneantur hæredes alias non per not.in d.l.j.in fin.& ibi dicit ꝙ idē est in condemnatione pecuniaria quod in confiscatione bonorum,ipse tamen Bald.in authen.bona damnatorum.dixit ꝙ tale bannum non mandatur executioni contra hæredes, vt dixi in secūdo tempore parte j.q.xij.Et hoc credo verum cū enim hoc sit exorbitans a iure communi & contra absentem feratur diffinitiua sententia, nullatenus ad consequentia trahi debet l. quod vero. ff.de leg. & nullo modo sententia debet extendi l.si patronus testamento.§.si quis cum esset. ff. de bo.lib.quod est verum nisi statutum diceret ꝙ bānum haberet effectum sicut sententia lata contra præsentem per l.primam.de leg.j.cum si. Non igitur mandabitur bannum executioni contra hæredes,nisi aliter appareat de mente statuti, vt dixi supra proxima q.Item nec contra bona vt dixi in dicta xij.q. nisi statuto diceretur ꝙ illa essent obligata.Tūc enim licet esset extincta principalis ex postfacto siue personalis, nihilominus durat hypothecaria l.intelligere. C. de luiti. pigno.& l.cū notisſimi,de præscri.tri.an per Dyn. de fideiuſ. Nec prædictis ob.quod dixit Bartol. in d.l.ex iudiciorum quia loquitur in sentētia cō fiscationis bonorum vt dicam statim in q.ij.

6 Sexto. Titius †dedit fideiussorem iudici de se represẽtando & de soluendo omnem condemnationem & bannum, deinde fuit inquisitus,non comparuit,seruata forma statuti habitus pro confesso fuit bannitus in mille.dictum est supra proxima q.ꝙ non potest talis sententia mandari executioni nec contra hæredem nec in bonis. An mortuo bannito poterit fideiussor conueniri.Et videtur ꝙ non quia liberato principali liberatur fideiussor l.fideiussor.in prin.de fideiuſ.de solu.l. Modestinus.cum ibi no. Contrarium puto quia tenetur ex sua obligatione quæ vna cum banno mandatur contra ipsum executioni secundum plurale not.per Iac.et Gui. in l.ij.qui satisd. cog. & ideo licet bannitus moriatur,non tamen cōtingit liberatio sed eius persona in obligatione eximitur, & propterea remanet fideiussoris obligatio.ff.de fideiuſ. l. vrānius. §.sed cum duo.& probatur eo.titu.l. vbicunque. quæ lex sic potest exemplificari, quod est verum siue habeat bannitus hæredes siue non:cum enim moriatur post perfectam obligationem fideiussoris obligatio non extinguitur l. sine hærede in prin.ff.de admi.tut.licet secus sit quando sine hærede ante purificatam obligationem decedit l. postquam.in prin.vt le.no.ca. In cuius legis intellectu variauit Bar.vt patet ex his quæ dixit ibi. & in l.sine hærede. & in l.j.§.idem pomponius. ff.deposi.vbi bona glo.in quo non insisto, quia nō est materia nostra. Potest ergo fideiussor exigi non obstante morte banniti. Alb.tamē vbi supra q.xliij. referens Gan. ꝙ cauti iudices antequam procedant ad dationem banni faciunt requiri fideiussorem ꝙ repræsentet principalē,quod si non facit eum condemnant. Pro quo vide quæ habentur in l.si quis reum.ff.de custo.reo.

7 Septimo Ponæ, † Titius fuit bannitus in persona, & omnia eius bona fuerunt confiscata,antequam fiscus ea incorporaret, mortuus est Titius relictis hæredibus. Quæritur an fiscus posſit virtute dictæ sententiæ auferre eis bona quæ fuerant confiscata Dy.in l.ex iudiciorum.de publi.iudi. dixit ꝙ non, quia illa lex requirit litis contestationem & sententiam, quæ in proposito casu non sunt,igitur &c.Bart.autem ibi tenuit contrarium, quia sufficit condemnationem esse secutam. Ideo enim ibi opponitur de litis contestatione, quia regulariter sine illa non potest fieri condemnatio quod patet, quia vbi pœna imponitur a lege ipso iure sine condemnatione illa transit ad hæredem. vt l. commiſſa.ff. de publi. requirit ergo ꝙ illa pœna incœperit cum defuncto, quod fit regulariter lite contestata & lata sententia.Sed si poneremus casum in quo nō requireretur contestatio,sufficit sententia. Idem si reperiretur casus in quo non requiritur sententia nec litis contestatio, vt in casibus in quibus pœna ipso iure infligitur vt dictum est. Et hanc partem vt dixi supra q.v.tenet Bald.in d.l. vna. C.ex delic.defun.Et istud verum.& ita seruatur licet aliter ipse dixerit l.iij.si pen. app. mors inter.De quo tetigit in primo tempore parte vlt. q. iij.ad fin.Non ob.quæ dixi in d.v.q quia ibi non fuit lata sententia quo ad bona. Et ideo ibi erat necessaria extensio quę non fit vt ibi dixi.hic vero nulla extensio requiratur, sed sufficit ipsam sententiam seruari l.non aliter.de leg.iij. cum si. Aduerte quia cum sententia lata contra defunctū eo viuente litis contest. transit in hæredem vt dictis iuribus si per statutū inducitur ꝙ contumacia habeatur pro litis contestatione nihil erit dubij quin eodem modo mandetur contra hæredē executioni l.j.§.lex falcidia.ff.ad l.falc.Si vero non simpliciter permitteret damnari absentem, locū habet supradicta distinctio. Quicquid autē sit de iure in hac ciuitate seruatur ꝙ bannum pecuniariū non mandetur executioni contra hæredes.

8 Octauo quæritur† Bannito fuit facta robaria q mortuus est.Quæritur an eius hæres agere posſit,& q̄d si ipse bānitus viuēs aliquid mutuauit.Io. And.in addi.Spe.in sæpius allegato.§.sequitur.ver.quid si quis in tit. de accu. ad fi.suarū addi.refert hāc q.fuisse antiquitus di-

ſputata per Iaco.de Are. & deinde reaſſumptam
per do.Nico. Cappocium de vrbe. quam totā de
verbo ad verbum poſuit Albe. vbi ſupra. quæſt.
lxxxix.quæ incipit Nicolaus. & dixit Io. And.
ſuccincte ꝙ hæres banniti pro rapina furto vel
damno dato tempore banni agere non poteſt cum
nulla actio cōpeteret tāquā hoſti licite paſſo præ
dicta,cum bonus ſit dolus quem quis machinatur
in hoſtem.de dolo.l.j.§.j.& nemo plus commodi
relinquit hæredi quam ipſe habebat vt de regu.
iur.l.in his.& l.nemo plus. Ad hoc vt iſta deci-
ſio procedat oportet præſupponi talia ſtatuta ex
quibus tollatur ortus actionis ipſi bannito. quod
qñ ſit dixi in ſecundo tempore parte vlt. qō.j. Si
autem poneres ei natam fuiſſe actionem, licet nō
haberet exercitium obſtāte banno locū haberet
quod ſtatim dicam de mutuo.In quo in iiſdem lo-
cis terminatur ꝙ hæres agere poſsit. Cum.n.te-
nuerit contractus vt l.ſi tibi.§.is cuius.ff. man. &
ſic ratio fuerit bannito quæſita.ſed propter ban-
num obſtaret ſibi exceptio,quia illa exceptio eſt
perſonalis ideſt perſonam repellens, non autem
actionis æquitatem reſpuens contra hæredem nō
tranſit vt l. exceptiones quæ perſonæ. ff. de ex-
cep.& de acqui.hære.l.pan.in fin. & ad mu.l. li-
bertus.§.patris . Item abolitio nomine banniti
per mortē & pœna & ex nomine banni extracta
cenſetur abolita.C.de fer.l.a nullo.& de infir.pe.
cœli.l.j. quod etiam verum eſt niſi eſſet ſtatutum
quod contractui repugnet & taliter ꝙ actionis na
tiuitati reſiſtat.ff.de fideiuſ.l. cum lex cum ſi. Et
vide quæ dixi ſupra parte proxi. huius temporis
q.xij.& xiij.& quod dicam infra q. xv. ſi autem
latius videre cupis vide vbi ſupra.

9 Nono pone ex forma† ſtatuti pater te-
netur aſsignare partem fi-
lio bannito computata perſona, patris in numero
filiorum pro vno capite quæ pars deſtruatur &
deſtructa remaneat in communi. Quæritur an fi-
liofamilias bannito ſecundū tenorem illius ſtatu
ti.& demum mortuo partem illam teneatur pater
aſsignare cum in banno fuerit expreſſum ꝙ bo-
na eius deſtruerentur,& deſtructa & publicata re
manerent in communi . Hanc quæſtionem dixit
Io. And.vbi ſupra proxime dixi ſuarum additio-
num,verſi. duas nunc quæſtiones fuiſſe diſputatā
per Lamber.de Rampo.quem dicit determinaſſe
obiectum mortis filij banniti obſtare fiſco , & ꝙ
ex verbis banni non fuit ſufficienter facta bono-
rum ademptio his rationibus . Petitio deſtructio-
nis,& publicationis eſt contra formam iuris ſal-
tem in eo ꝙ de deſtructione dicitur. de cōtrahen.
emp.l.ſenatus. Et de publicatione patet.C.de bo.
dam.authen.bona damna . Item eſt contra ius ꝙ
ex delicto filij procedatur in res patris.C. ne fi-
lius pro pat.per totum. Item ꝙ cogitur pater filio
dare partem.C.de eman.lib.l.fi.Item apertius eſt
contra ius ꝙ filiofa. delinquente caſu quo erant
publicanda bona delinquentis, tamen non publi-
catur caſtrenſe peculium filij,ſed remanebit ille-
ſum apud patrem.C.de bo.dam.l.ſi filius . Et hic
ꝙ peius eſt agitur de publicatione rerum pater-
narum ex delicto filij. & his rationibus dicit eſſe
diſtinguendum vt tot legum contrarietates viten
tur.Et dicit ꝙ ſi reus decedit ante accuſationem
pendente iudicio pereunt acta,& crimen cum pœ
na extinguitur.C.ſi reus vel accu.mor. fue. l.j.&
ij.& ff.de publi.iudi.l.publica accuſatio.& l.de-
functo.Si autem accuſatus moritur lata ſententia
condemnatoria,& appellatione pendente tunc di
ſtinguitur an expreſſe bona fuerint adempra vel
non , vt C. ſi pend. appel. mors interue.l.iij. & ſi
reus vel accu.mor. fue.l.fi.Si autem decedat accu
ſator accuſatione pendente etiam pereunt acta,
ſed datur cæteris licentia repetendi reum intra
certos dies.ff.de accu.l.libellorum,in fin. Si mo-
ritur poſt latam ſententiam appellatione penden-
te acta etiam pereunt , de quo remittit ad notata
in d.l. publica. & l.fina.C. ſi reus vel accu.&
ſubdit ꝙ caſus de quo agitur non adaptatur nec
ſub primo nec ſub ſecundo articu. ſed ſub tertio.
Et intellige ꝙ tertium vocat qñ moritur reus la-
ta ſententia.Sed aduerte,quia nec ſub illo,quia in
themate non proponitur fuiſſe appellatum,aut eſ-
ſe intra tempora appellandi.de quo dixi in pri-
mo tempore,parte vlt.qō.iij.& ideo ſubdit ꝙ per
ſententiam banni non fuit facta expreſſa bonorū
ademptio,quia dictum fuit ꝙ bona ſua deſtrueren
tur &c. Debebat autem dicere ꝙ pater deſigna-
ret ſibi &c.vt in ſtatuto apparet. Illa enim ver-
ba,bona ſua,non cadunt in filiumfami. Cum bo-
norum appellatio,alia ſit ciuilis, alia naturalis,
Ciuilis deſignat bona bona fide poſſeſſa exempto
vel aliter,licet ſint aliena. Naturalis cum poſsi-
demus quæ noſtri dominij ſunt. de verbo.ſigni.l.
bonorum.in prin.& .§.in bonis.at in filiūfa. neu-
tra iſtarū cadit.ff.de acquir.poſ.l. poſſeſsio quo-
que.§.qui in aliena.& eo.titu.l.quicquid.hinc di-
cit eſſe ꝙ in hypothecaria probandum eſt rem nō
fuiſſe in bonis ideſt in dominio debitoris,nec ſuf-
ficit poſſeſsio . Et in hoc dicit differre a Saluia-
no interdicto.ff.de pigno. l. j.§.cum prædium. &
l.& quæ nondum.§.quod dicitur. Ex quibus con
cludit ꝙ cum ſit peremptum crimen & bona ex-
preſſe adempta non fuerint,pater non tenetur de-
ſignare partem.Et in hoc remanet etiam ipſe Io.
And . Ex quibus verbis habetur ꝙ ſi ſententia
fuiſſet recte lata ſecūdum formam ſtatutorum nō
obſtante filij morte,deberet contra patrem execu
tioni mandari.de quo vide quæ dixi ſupra parte.
j.ij.tempo.q.xxxiij.quod facit pro his quæ dixi
ſupra quæſtio. vij. Nota ex hac deciſione plura.
Primum ꝙ inepta verba ſententiæ ad aptitudinē
non referuntur . & ſic aptitudo ſententiæ vitiat
illam ſicut libellum. Vide in l.in ſumma.ff.de re
iudica. Secundum ꝙ vbi bona debent pro deli-
cto publicari licet fiat condemnatio de delicto,
non tamē venit publicatio bonorum niſi expreſ-
ſe dicatur in ſententia.Pro quo vide quæ haben-
tur in d.l.iij.ſi pendente appella. & quæ dixi ſu-
pra in ij.tempore parte j.qō.xj.vbi de hoc men-
tionem feci. Tertium ꝙ pro nomen ſuum, pro-
latum in ſententia non refertur niſi ad dominiū.
de quo vide per Bar.in l.quintus.§.argento.ff.de
auro & ar.leg.& in rub.de no.ope.nun. & ibi re
miſsiones . Quartum ꝙ in hypothecaria non
ſufficit

sufficit probatio possessionis, hoc declara vt habetur per Cyn. in l. cum res. C. de pig. per Bart. in l. rem alienam. de pign. act. ff. Quintum ꝙ in Saluiano secus, de quo. C. de Salui. inter. l. j. Decisio prædicta æqua fuit. Tamen cum omnia verba statuti sint apposita in sententia, excepto ꝙ dixit sua, & non patris &c. satis videtur dura decisio. cum in circunstantijs declaratur quod iudex intellexit sua, idest sibi hoc casu a patre debita argumen. ff. si certum peta. l. si & me & Titium. & ibi concordat. Iunctis quæ not. in l. sed & si priori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. & in l. j. C. de vsufru. ergo idem in sententia l. vt fundus. com muni di. & l. fin. C. de fideicom. lib. Sed responde ꝙ ille est improprius significatus, sententiæ autē verba non improprientur. vt C. quan. plu. vna sen. l. j. & l. paulus respondet. ff. de re iudica. & per Bart. eo. titu. l. miles. §. decem. nisi expresse retulerint ad libellum l. fin. de senten. quæ sine cer. quan. & per Bar. in d. l. j. si plu. vna sentē. Et ideo in casu proposito inquisitio siue accusatio fuisset apte formata, & sententia ad illam se retulisset, dicta verba impropriarentur, & locus esset decisioni contrariæ, vt patet ex præmissis.

10 Decimo pone ex forma statuti † caueatur ꝙ patre bannito personaliter bona eius diuidantur inter fiscum & filios banniti pro rata, Titius fuit bannitus tempore quo habebat vnicum filium, propter quod fiscus diuisit pro dimidia bona banniti cum eius filio, vxor sequuta est virum bannitum, & ex eo peperit filium, mortuo deinde bannito filius secūdo loco natus vult petere a fisco & fratre partem suam. Quæritur nunquid possit. Ioā. And. in dicto versi. duas. allegato in prin. proximæ præcedentis quæstionis refert hāc q. fuisse disputatam per Iaco. de Tenca. & ponit eius determinationem quæ est talis, ꝙ cum fuerit bannitus ex ea causa qua debuit deportari, cum bannum deportationi successerit. ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarū. & de infa. l. quid ergo. §. vlti. & sic desijt habere filios in potestate. insti. qui. mo. ius pa. po. sol. §. cū autem. Iste filius conceptus & natus post bannum nec a communi nec a fratre aliquid poterit petere. Nam commune eum repellet per l. ij. de sen. pas. & de accu. l. ex iudiciorum. Putabat tamen ꝙ si commune non apprehendit bona licet illa deuastauerit, poterit ille ingredi possessionem illius partis ac etiam illam vendicare ab iniuste detinente. allegat ad prædicta ff. fami. ercifcun. l. Lucius. de inoffi. testamen. l. mater. & si frater vellet habere partem in bonis deuastatis posset conferendo partem quam habuit de concepto post bannum. Dixit Ioan. And. se ideo dixisse. quia si prius conceptus fuisset, licet postea natus quo ad partem fratris dicendum videtur contrarium per l. qui in vtero. ff. de sta. homi. Fatetur tamen ꝙ si relegatus fuisset vel minori pœna bannitus, cum teneat tunc filios in potestate, natus postea succederet cum alijs ex testamento & ab intestato. de inter. & relega. l. iij. & iiij. & insti. quib. mo. ius pa. po. sol. §. relegati. Ad quod Homo bonus postea reassumens q. adduxit l. si totas. C. de inoffi. do. & l. si vnꝗ. de reuo. dona. Et ibi subdit quo iure partē petat a fratribus siue a fratre de quo ibi. Si tenes qđ dixi in ij. tempore. parte. j. q. iij. & q. xx. s. ꝙ bannum non succedit loco deportationis, & ꝙ bannitus nō perdit potestatem filiorum. Prima decisio non procedit. & ideo tractandum est de secunda. Et aduerte ꝙ si statutū dicat ꝙ fiscus teneatur diuidere cum filiis ꝑ rata. quæstio de qua dixi locum habet ēt quo ad partē fisci. Si vero simpliciter loquitur, & sic ipse dimidiā habere debeat. ff. de vsufru. accr. l. si quis Titio. et quod nota. in l. fi. C. de impu. & al. sub. Quo ad eius partem non potest esse quæstio. sed ēt tunc qn̄ debet habere pro rata, puto ꝙ inspiciatur tempus sententię, arg. ff. de aur. & ar. leg. l. si ita. cum si. & ff. de iudi. l. non potest. quo casu remanebit qō, & etiam in alio solum de parte fratri vel fratribus assignata, et assignatis. Quibus casibus credo superuenienti filio deberi portionem suam cōditione ex dicto statuto vel per conditionem dictarum legum, si totas. vel si vnquam. quasi illa sit tacita donatio siue filiis assignatio patiendo se in banno poni, sciendo se esse taliter condemnandū. ff. de postulan. l. j. §. bestias. & quod ibi no. Facit de leg. j. l. seruo legato. §. si testator. cum si. Si tenemus illis filiis statutum assignare partem priuando dominio eorum bonorum. Si autem tenemus patri restare dominium, haberet suo iure vt hęres vna cum illis, quia illud ius non perdit bannitus vt dixi in secundo tempore, parte j. & multis qōnibus, & maxime in quinquagesimaprima.

Ex his quæ dixi supra scilicet inspici tempus sententiæ patet decisio qōnis, xj. 11 scilicet. † Si pater ex forma statuti tenetur assignare filio bannito legitimam dandam fisco, tunc enim filius postea non poterit aliquid petere a fisco, quod maxime verum est quia penes patrem remansit integra legitima filij postea nati, per ea quę habentur in l. j. C. de inoffi. do.

Duodecimo secundū ea quæ 12 † promisi supra in secundo tempore parte vlti. q. lviij. restat vt secunda pars qōnis Ray. de qua ibi dixi hoc loco inseratur. Thema enim erat ꝙ cauebatur statuto ꝙ banniti propter rebellionem alicuius castri & eorum descendentes ab omni ciuitatis commodo & honore perpetuo sint exclusi, nec pro ciuibus habeantur, nisi dictum castrum in fortiam ciuitatis redegerint &c. Titius ob castri rebellionem fuit condemnatus, idest bannitus. Et demum eo mortuo, filii eius illud castrum in fortiam ciuitatis redegerunt. Quæritur an a pœna dicti statuti debeant relaxari. Et dictus Raynutius septem rationibus multum diffuse, & ordinate arguit ad affirmatiuam, scilicet ꝙ filij beneficio statuti gaudeāt & relaxari debeant a pœnis prædictis. Quas iuxta posse truncabo vt in aliis factum est. Primam fundat ab identitate personarum. s. patris & filij. C. de impube. & aliis substitutioni. l. fi. Et ideo sicut patri redigenti castrū cōpetebat beneficium statuti, ergo & filiis qui idem cen-

cententur. Constat enim personae concessum beneficium locum habere etiam in persona praesentata l.minor.§.quoniam.& l.sed & haec.§.defendere.de procurato.& pro socio l.verum.§.j. Secūdam fundat ab euitanda absurditate, quod argumentum est validū in iure l.scire oportet.§.aliud. de excu.tuto.& allegat ad hoc multa iura. Sed patri qui deliquit redigenti castrum cōceditur beneficium, ergo absurdum esset si non competeret filiis qui non deliquerunt.ff. de noxa.l. non solū. & l.seruus.ff.quod vi aut clam.Ne ergo hoc contingat absurdum, dicamus filiis competere statuti beneficium. Tertiam a benignitate in dubiis praeferenda dicens illud dubium quod oībus non liquet l.quod labeo.ad carb.cū si.Sed an filij habeant beneficium vel nō, est omnibus clarū.ergo in hoc dubio sumenda est benignior interpretatio vt habere dicantur de his quę in testa. delen.l.,pxime.de re.du.l.si fuerit cum si. Quartam a poenarum acerbitate restringenda. constat enim ꝙ non esse ciuem, & non habere honores est magna poena.adeo ꝙ dicitur capitalis poena.de lega.iij. l.j.§.deportatos.de poe.l.secunda.& l.capitalium &c. Si poena ergo restringenda est l.haec enim.de excu.tut.& de re.iu.l.factum.§.fina.cum simi. & sic vt restringatur filij euadent poenam castrum in fortiam redigendo. Quintam sumit ab aequitate hoc suadente quam probat, quia cuilibet suaderet aequitas ꝙ non delinquens facilius eximatur a poena l. sancimus.C.de poe. aequitas autem pręfertur rigori.l.ij.§.item. varus.ff. de aqua plu. arcen.C.de iudi.l.placuit. Ergo aequitate suadēte filij qui non peccauerunt redigentes castrum debent eximi a dicta poena. Sextam a paritate iuris seruanda in paribus casibus, sed statutum in vno seruatur in similibus l. loci corpus.§. si fundus.si serui.ven.l.secunda. C. si vnus ex plu. & l. non possunt de legi. Sed in impositione poenae pater & filij iudicantur pares, vt patet in statuto, ergo eodem modo in ipsius poenae remissione. Septimā fundat ab indennitate ciuitatis in qua multa dicit, sed iste est effectus. Remissio poenae fit per indennitatem ciuitatis qua sequitur ex redigentia castri in eius fortiam, ergo a quocunque redigatur sequi debet effectus remissionis l. fi. C. si man. ita fue.al.ff.de manu.l.iiij.§.nihil.cum si.

Vltimo pro hac parte allegat quod filij tenentur ex quasi maleficio. Titius ex vero maleficio l.ij.& iij.ff. de his qui deie.vel effu.& sic facilius consequi debent hoc beneficium quam pater dicit facere, quod no. in l.fin.§.quorum. ff. nau.cau. sta. & insti.de obli. ex quasi delic.§.fin. Item quod pater & filij ratione eiusdem poenae dicuntur consortes, ergo quod statuitur in vno trahitur ad alium l.si communem.ff.quemad.ser. amit.& C.de nup.l.pen. Ad negatiuam similiter arguit sex rationibus. Primam fundat ab eo ꝙ vnius inclusio alterius a beneficio cōsequitur exclusio.quod probat per l.cū praetor.ff.de iudi. de condi.& demon.l cum ita.& C.de procur.l.marius.sed statutum dat beneficium ipsi patri rebelli. Ergo nō competit filijs quia tantum valet denegatio tacita quantum expressa.ff. si cert. peta.l.cum quid cum simi. Secundam sumit ab eo ꝙ prouisio beneficij personalis facta vni ad alium non est extendenda.de aqua quoti.& aesti. l.j.§.permittitur,de censi.l.forma.§.quanquam. de iu. immu.l. j.Sed vbi alicui quid specialiter conceditur, illud personale beneficium appellatur. institu. de iur.natu.§.sed quod principi. de constitu. princi. l.j. in fi.cum simi.ergo dictum beneficium cōcessum bannitis ad filios non extēditur. Tertiam facit ab eo ꝙ vnius casus exceptio a non exceptis est regulae confirmatio, in auth.de nō alie.§. vt autem. colum.ij.de fun. instr.l. quaesitum.§.idē respondit domo.& quod no.de reg.iu.l.j.Sed constat vbi procedit regula vniuersalis affirmatiua, & sequitur dictio nisi inducitur exceptio a regula.ff.si quis cau.l.eum.§.qui iniuriarum.C. de trā sac. l.actione.extra de regu.iu. c. peccatum. lib. vj.de manu.te.l.Titia.§.fi. Sed in proposito procedit regula vniuersalis ꝙ banniti &c. & sequitur exceptio nisi &c. Ergo sicut regula loquitur in bannitis, sic debet intelligi exceptio, vt dictis iuribus.& sic quando ipsi banniti redigunt castrū in fortiam habeat locum beneficium alias non. Quartā sumit ab omissione huius casus facta per statuentem. In legibus enim municipalibus quae sunt stricti iuris id demum intelligitur siue includitur quod in verbis exprimitur & non vltra.argumen.ff. de verbo.obli.l.quicquid de excer.l.j. .§.si is qui naue. Et ideo casus omissus pro omisso debet haberi.ff.sol.ma.l. si cū dotem.in princip. de libe. & posthu.l.commodissime. & ideo cum de filijs in exceptione nulla fiat mentio, ergo tanquam omissi remanent in regula supradicta,& sic non habent beneficium. Quintam arguit ab euitanda verborum legis offensione.l.non dubium, C.de legib.ff.eo.titu.l. contra legem. & l. fraus, sed si volumus ꝙ filij qui non continentur in verbis legis habeant beneficium legis eius verba offendimur, ergo facere non debemus. Sextam facit a remotione causae ipsius beneficij. Cessante enim causa concessionis cessat illud beneficium.l.generaliter.C.de episco.& cleri.l.cum pater.§.dulcissimis. de lega.ij.in fi. de donatio.l.j.§. sexum. de postu.illa autem dicitur finalis quae colligitur ex verbis legis.ff.de administra.tuto.l.iij.§.j.& l.ita autem.in princ.& de flumini.l.j.§.non autem omne. Et de adulte.l.patri.cum l.sequen. Sed ex verbis dicti statuti colligitur ꝙ ideo conceditur beneficium vt bannitus redigendo castrum in fortiam purget infamiam. Sed ista ratio cessat in filijs, ergo non habebunt beneficium. Finaliter soluit ꝙ filij Titij non habeant tale beneficium his verbis, quia vbicunque lex imponit poenam filijs ob delictum patris videtur imponere propter praesumptionem culpae & malitia quae a patre descendit in filios.l. quisquis.C.ad legem Iul. maie. Si ergo pater bannitus non reduxit castrum in fortiam ciuitatis non purgauit contumaciam & culpam suam, durat ergo post mortem eius praesumptio culpae patris quae descendit in filios. Ergo non debent euitare hanc poenam redigendo castrum in fortiam ciuitatis, quia poenitentia vnius non purgat alium,l.edicto.§.haeredes. ff. de iur. fisci.

fisci. Multum enim differt purgatio patris a purgatione filij.C.de reb. credi.l. generaliter. Ad quod de purga. iud.l. is qui reus. & ratio legis, quę est in l. si pœna.ff.de pœnis. Præterea pater istorum iam fuit propter delictum damnatus, & sic eius filij delictum eius non purgabunt, vt l.ex iudiciorum.cum materia sua.de accusat. Pręterea lex ipsa personaliter scripta fuit nisi bãnitus redegerit &c. Ergo non debet trahi ad alium.l. aut qui aliter.§.j.ff.quod vi aut clam. Respondet ad contraria multũ diffuse,sed breuissime referã quia aliquid boni dicit. Ad primam de identitate personarum respondet id verum qñ per omnia est repræsentata quæ hic non est cum filij nõ sint banniti,& quia ipsi purgant delictum patris sicut ipse pater,alleg.de solu.inter artifices,& alia iura. Ad secundam respondet,quia non est eadem ratio vt supra quia pater purgat contumaciam,filij non. Ad tertiam respondet quia hæc verba sunt clara cum loquitur de bannitis &c.l. continuus.§.cum ita.de verb.obli.Et eodem modo respondet ad quartam. Non obst.v. de æquitate, quia locum habet vbi æquitas est scripta. At hic est scriptus rigor, ergo ille seruandus.C.de legi. l.j.& quod ibi no. Non ob.vj.ratio,quia habet locũ in eo in quo sunt pares.non aũt in eo in quo sunt dispares, sed hic non sunt pares vt dictũ est, quia bannitus purgat delictum,ipsi non. Nõ ob. vij. ratio, quia illa ratio locum habet qñ plures essent obligati ad interesse,sed hic erant obligati ad meram pœnam,quare &c.l.adeo & ibi no. de iurisd.om.iudi. Ad alia iura respondet ꝙ nominatio facta de bannitis tollit contrarium. & multa dicit, & inter alia ꝙ ratio facta quia sunt consortes locum habet in iure indiuiduo alias nõ C.si vna eademq; cau.in integ.resti. po.l.j.Quia vt dixi in proœ. hæc antiqua non possunt haberi correcta, non potest percipi qualiter loqueretur statutum.Ex vna enim ratione facta supra.s.tertia sumitur siue colligitur ꝙ statutum non dicebat expresse de bannitis sed simpliciter nisi redigerint &c. Ex decisione autẽ & responsionibus ad contraria colligitur ꝙ de bannitis expresse dicebat. & ideo hæc decisio videtur mihi tuta. Si enim statutum loquitur simpliciter in exceptione nisi redegerint castrum in fortiam &c. videtur per eadem iura exceptionem debere intelligi in illis de quibus pręcedebat regula,sed regula erat de bannitis ergo &c. Et sic meo iudicio concluditur ꝙ aut statutũ loquitur singulariter,vt quia dicit bannitus pro rebellione & eius descendentes &c.Et subdit nisi bãnitus redegerit castrũ etc. Et hoc casu sit vera decisio supradicta. l. si vero §.de viro.ff.so.ma.cum simi. Si vero loquitur in plurali, & idem si dicit nisi banniti &c.Si vero simpliciter dicat. vt in themate dixi.puto decisionem contrariam veram esse per rationes in cõtrarium allegatas,siue earum partem.& quia pluralis sermo resoluitur in singularitates l. falsa.§. fi.de condi.& demon.& ibi concor. & sic intelligitur ꝙ eatenus habeant beneficium quatenus redegerint si omnes omnes,si aliqui aliqui.l. Stichũ qui meus erit.de lega.j.quod intellige si alij fuerint resistentes,vel non consentientes.l.ita aũt.§. gessisse. de admini.tut. & hoc si filij banniti hæreditatem nõ adeunt. Si autem illi se immiscent, dubium est leuius quasi tunc videatur in eos trãsmisisse ius conditionis implendæ.l.ij.C. de pact. inter empto.& vendito. cum ibi not.& per Bart. in l.si decem cum petiero.de verb. obliga. Nisi dicas ꝙ in dispositionibus legalibus id locum nõ habeat per ea quę dixi supra hoc eodem tempore. parte j.quęstio.j. Vnum tamen concludo ꝙ quia hęc lex est fauorabilis,& vtilis reipublicæ vt inuitentur filij ad redigendum castrum in fortiã ciuitatis debet larga interpretatione iuuari, vt sic filij prædicti gaudeant in dubio statuti beneficio.l.hoc genus. ff.de cond.& demonst.& l.j. ff.solu.mat. Nec miretur quis de decisione Ray. quia vt scriptum reperi hanc disputationem fecit tẽpore iuuẽtutis,id est non tantæ perfectionis quã tæ postea fuit. fecit enim ipsam in M.cccxxvij. & mortuus est eodem M.anno ccclviij.

13 Decimotertio pone † statuto cauetur ꝙ vxores bannitorum perpetuo sint bannitæ. Titius bannitus præmortuus est vxori. Quæritur an vxor prędicta intelligatur bannita,an vero bannum intelligatur extinctum, Iaco.de Are.in l. Titia Seio.§. vsuras.de leg.ij.dixit non durare bannum, quia illud verbum perpetuo,intelligitur quandiu manserit vxor,ar.illius text. sed ipsa amodo non est vxor.l. Quintus.de donati. inter vir. & vxo. & ff.de au.& arg.leg.l.qui tibi. sicut in simili alias accipitur illud perpetuo, ad Carb.l.ideoq;. & l. de bonis §.j.& de cap. di.l.ij.§.fi. Sic etiam dicitur ꝙ quis sit perpetuo excommunicatus, scilicet quandiu non purgauerit contumaciam.j.q.j. c.reperiuntur. Item & alia ratione,quia imposita est pœna sub nomine appellatiuo, quia statutũ dicit vxores, ergo finito nomine finitur & pœna, sicut & finito nomine agnationis finiuntur tutelæ quę deferuntur vt agnato.ff.de capi. di.l.tutelas. pro hoc C.de infir.pe.celi.l.j.§.j.ff.de adul.l.adulter diem suum. & de contratabu.l. si emancipatus.§.fin. Idem sequitur ibi Ray. alleg. vltra Iaco.ff.de condi.ob cau.l.ꝙ seruius.de verbo.obli. l.continuis.§.illud.de postulan.l.cui eorum §.affinitatis.de annu.lega.l.annua.§.j.de condi. & demon.l.filio.& de stipu.seruo.l.communis seruus. & ff.pro socio.l.j.& quod ibi not.circa significatum illius dictionis perpetuo.alle.etiam quod no. per Pe.C.de iudi.l. properandum.§. sin autẽ &c. & xj.q.Idem etiam tenet ibi Bal. & nihil alleg. facit etiam ff.de diuor.l.fi.§.ait lex.& ad Muni. l.fi.§.idem rescripserunt mulierem. In contrariũ tamen facit. ff. de sena.l.fœminæ. & l.filij.§.vidua.ad muni.C.de bo. ma.l.iij. Sed respondeo ꝙ verum est ꝙ quo ad fauorẽ dicitur durare matrimonium,non quo ad odium.Et vide plene in d.§. vidua. Bar.autem in d.§.vsuras. dicebat simpliciter ꝙ statuto disponente vxores rebellium non posse stare in ciuitate. Illud non habere locum viro mortuo,quia finita est causa odij,vt d.§.affinitatis.Sed habet illa quæstio minus dubij,quia nõ dicitur perpetuo.& idem probatur in l.fin.C.qui

ad lib.

ad lib.pfo.non pos.& ibi per Bald.& per prædicta dicitur ꝙ statuta præmentia vxores cessantiũ non habent locum si remanent viduæ. Nec obst. quod alibi dicitur ꝙ sufficit nomina demonstrari ua demonstrari secundum tempus dispositionis.l. si cognatis.ff.de re.du.l.peto.§.fratre.ff.de leg.ij. quia illud verum secundum Iaco.de Are.nisi demonstratio stet loco causæ finalis vt in proposito, quod est no.

Decimoquarto statuto caue-

14 tur † ꝙ filij bannitorum debeant expelli de ciuitate, tempore facti statuti, bannitus habens filios erat mortuus. An debebunt filij de ciuitate expelli, Albe. vbi supra qõ.lxv.dixit ꝙ non, quia non sunt filij banniti.l. emancipatum.§.j. de sena. Et forte idem erit si erat viuus tempore statuti. Nã licet ab initio ligatus fuerit a statuto tamen postꝗ executio non est facta cũ amodo qñ expelleretur non esset filius banniti non excluditur a statuto, debet enim intelligi secundũ tempus expulsionis l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa.de mili.testa.l. titius cum si. Faciunt quę dixi supra proxi. q.Et vide supra in ij.tempore parte ij.q.xlij.

Decimoquinto quæritur.

15 † An hæres banniti possit vti contractibus factis cum beneficio statutorum ciuitatis a qua bannitus erat.de ipso banno tetigi supra in ij.tempore, parte j.qõ.lxxix. Et ideo quia illa conferunt ad decisionem huius,paucis contentus ero. Nam aut instrumentum quo hæres vult vti confectum fuit ante bannum cum beneficio & solennitate statutorum.Et isto casu heres banniti illo instrumento cum omnibus beneficiis statutorum vti poterit. Valuit enim ab initio, licet ipse bãnitus propter bannum executionem statutariã perdidisset.Erat enim exceptio personalis quam dixi in heredem non transire.l.exceptiones quę personę.ff.de exce.Et vide in hac eadẽ parte quæstio.iiij.& viij. Si vero fuit cõfectum tempore banni. Et tunc aut taliter ꝙ valebat de iure communi, & tũc potest hæres vti illo instrumento cum qualitatibus iuris communis,non aũt cum qualitatibus statutorum, quia illæ ab initio fuerunt habitę pro non appositis.Et sic cum bannitus ius illud non haberet tanquam non natum in heredem non transmisit vt in regula,nemo plus.et in l.in his.§.non debeo.& l. hæredem.de reg.iur.cum si.Si vero fuit confectũ cum solennitatibus statutorum tantum, & taliter ꝙ de iure communi non valebat.& tunc cum ipsum instrumentum nullum fuerit,ad hæredẽ nihil transit,vt dictis iuribus.& eadem q.& decisio locum haberet quando bannum finiretur cancellatione. An ipse bannitus exemptus a banno agere possit. pro qua decisione vide regulam iuris quæ ab initio.lib.vj.

Decimosexto & vltimo quę-

16 ritur † vniuersitas quædam puta villæ, vel alicuius collegij fuit bannita secundum ea quę dixi in primo temp.parte j.q.v. per multos annos stetit ciuitas banniens,quibus condemnationem nõ exigit,deinde mortuis omnibus qui tunc erant de illa vniuersitate vult bannum exigere.dicunt illi de vniuersitate ꝙ bannum fuit extinctũ per mortem eorum qui tunc erant. Quæritur quid iuris. Bar.in l.si.C.de colle.illic. per no.in l.eis.§.fi.ad mu. & in l. sicut.ff.quod cuiusq; vni. no. dicit ꝙ omnibus mortuis collegium est dissolutũ . ex quo sequitur ꝙ bannum est finitum.& sic non posset a successoribus exigi.aduerte quia istud esset verũ, si ante omnium mortem nullus alius fuisset in collegio substitutus. Tunc enim verum est quod dissoluta est vniuersitas per mortem omnium, & sic bannum extinctum.Et licet alij postea vel ex cõcessione superioris, vel propria authoritate constituerint ibi collegium, vel vniuersitatem , non tamen illud est antiquum collegium,vel illa antiqua vniuersitas,sed est noua,et ab ea bannum exigi non poterit,arg.ff.de solu.l.qui res.§.aream.et l.inter stipulantem.§.sacram.ff. de verb.obli.& quod ibi tangitur per Bar.Si autem & plerumq; contingit vno mortuo,alius subrogatur, & sic de singulis licet omnes illi qui tempore banni viuebant mortui sint, tamen eadem est vniuersitas vt dictis iuribus.& ff.de vsufr.l.vetus est quęstio.in fi.cum l.seq.& ff.de iudi.l.proponebatur. & ideo poterunt ad bannum conueniri secundum ea quæ habentur in l.iiij.§.actor.ff.de re iudi. per Barto. Quid autem iuris in excommunicatione tangit Bartol. & remittit ad ea quae habentur in c.grauem.de sen.excom.vbi nihil dicit, sed examinatur an vniuersitas possit excommunicari, sed ad propositum faciunt quę habentur vt ipse alleg.in c.si aduersus consules.de immu. eccle.quod canonistis relinquetur.

Huic opusculo finem faciens

xix.mensis Iulij , currẽtibus annis M.cccxxiij. oculis cunctorum subiicio , vt si quid boni fuerit in eo, omnium conditori gratię referantur. & vt ea quę minus bene composita fuerint, non aspera sed benigna correctione emendentur.Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei & sanctorum Antonij,& Catharinæ patronorum meorum & totius cœlestis curiæ.

FINIS.



TRACTATVS MVLTVM

conductibilis de carceribus d. Baldi Perusini, fama super ethera noti.

SVMMARIVM.

1 *Sermo quilibet de quauis re seu negotio susceptus à diffinitione proficisci debet.*

2 *Carcer quid propriè dicatur.*

3 *Carcer vnde dicatur, & quare sic vocetur. Mulier quae & quando incarcerari possit.*

4 *Doctor legum an possit pro debito incarcerari.*

Filius familiàs incarcerari potest, & cedere bonis.

Pupillus pro delicto an possit carceri mancipari.

5 *Appellatio intra .x. dies à sententia lata interponi debet.*

6 *Incarcerari nemo debet die feriato pro hominum vtilitate.*

7 *Iudex qui die feriata aliquem incarcerari fecit, die feriata poterit eum absoluere.*

Debitor de fuga suspectus die feriato capi potest.

8 *Creditor debitorem de suspecto accusans & eum capi petens, an debeat iudici ostendere instrumentum crediti.*

9 *Carcerari nemo debet pro debito die feriata in honorem Dei.*

10 *Tortura inferri potest ob enorme crimen die feriata etiam in honorem Dei.*

Caput primum de carcere.



VIA legũ præcepta principaliter sunt inuẽta ne pauperes ꝑsonæ molestijs affligantur. ideo quia mihi visum est quod inter pauperes ꝑsonas nulla adeo tristior & paupior inuenitur, ꝗ̃ persona incarcerata. Ideoq; de carcere aliqua sum dicturus & cõsequenter de persona incarcerata & similiter de custodibus. 1 † Et quia vt ait Tullius primo de officijs, Omnis enim qui de aliquo suscipitur sermo debet a diffinitione proficisci, vt intelligatur quid sit de quo loquatur. ad quod concordat. ff. de iusti. & iure l. j. ideo primo videamus quid sit carcer, & vnde dicatur carcer. Et subsequenter videamus de persona incarcerata, quis potest incarcerari, pro quo debito, & in quo loco potest incarcerari, & qualiter puniatur fugiens de carcere, & similiter videamus quis potest esse custos carceris qua pęna puniatur custos carceris, & an plures possint esse custodes carceris, Veniamus ad primum scilicet 2 diffinitionem, & potest sic diffiniri. † Carcer est locus securus & horribilis, & repertus non ad pœnam, sed ad delinquentium vel debitorum custodiam. Primum membrum huius diffinitionis dũ dicitur locus securus colligitur. ex l. j. in verb. salubribus locis C. de cus. re. Nam carcer debet esse securus ne incarcerati effugiant. & ibidem debent esse cathenæ ferreæ, & compedes, & alia similia, quibus mediantibus carcerati possit sub fida custodia retineri, vt est tex. iij. l. j. C. de cus. re. vbi dicit, vt & cruciatio desit. Item dum subditur horribilis. Nam carcer est locus horribilis, tum propter cõuersationis hominum priuationem, tum propter immunditiam, & istud colligitur in l. si quis in ea culpa. C. de cust. re. ibi dũ dicit carceraris & custodie squalore Nec tamen in tantum debet esse horribilis ꝙ ad pœnam incarceratorum reddundet, cum carcer sit inuentus ad custodiam, non ad pœnam, vt ff. de pœ. l. aut damnum §. solent. fallit autem in vno casu speciali in l. j. §. fi. ff. de alea. Hinc est quod de iure ciuili nemo potest ad perpetuum carcerem damnari, vt d. §. solent, secus vero est de iure canonico, in c. ꝗ̃uis, extra de pœ. lib. vj. & c. reperiuntur j q. j. Circa secundum, vnde dicitur carcer, potest dici a claritate 3 seclusus, † quia ibi nulla claritas, vel potest dici quasi carens claritate. quia ibi est magna cecitas, & obscuritas. quidam aliter & aliter interpretantur secundum diuersas opi. Tertio quæro, quis potest incarcerari. & primo quęro an mulier possit incarcerari, & dicendũ est quod. Aut quærimus nũquid possit carcerari pro debito ciuili, aut pro delicto. Primo casu, aut est mulier honestæ vitæ, aut est meretrix. Si quidem est mulier honestę vitæ, tunc non potest incarcerari, immo iudex capitis pœna punitur, qui facit eam incarcerari, vt no. in l. fi. de offic. diue. iu. & in authen. nouo iure quæ posita est, C. de custo. reo. Vnum tamen dico

dico quod si mulier subijsset tutelam filiorum suorum & renuntiasset velleiano, & omni alteri exceptioni sibi competenti, quod per illam renunciationem potest carcerari. istud expresse notabiliter tenet Bart. ff. de testa. tute. l. si quis sub conditione. Aut ista mulier est infamis ut quia meretrix. & tunc dico quod potest incarcerari, non tamen debet poni in eodem carcere cum marito. & est casus. C. de custo. reo. l. quoniam. & not. Arch. xviij. q. ij. diffinimus. etiam pro debito ciuili, vt not. de custo. reo. auth. hodie nouo iure. Secundo casu principali cum quæritur an possit incarcerari pro delicto vide in d. authen. sed nouo iure.

4 † Tertio quæro an legum doctor possit incarcerari pro debito, dicendum est quod non sicut miles immo puniuntur iudices capite. Istud not. glo singu. C. de professo. & medi. l. medicos. lib. x. Quarto quæro an filius familias possit incarcerari, dic quod tam pro debito ciuili quam pro criminali potest carcerari, & sic probatur. nam filius familias potest cedere bonis vt l. pen. C. qui bo. ced. pos. ergo præsupponitur quod potest incarcerari, licet glo. videatur tenere contra. in l. iij. §. sed vtrum ff. de mino. sed illa gl. reprobatur communiter per Doc. & per Bart. ff. solu. ma. l. si filia. Quinto quæro, nunquid pupillus potest incarcerari pro delicto. & videtur quod non, vt not. in l. fi. C. de cu. re. ibi dum dicit ętatemq; &c. Idem credo in debito ciuili, dummodo non sit doli capax. Sed an possit in integrum restitui, si aliquo casu sit lesus, vt. l. partu. ff. de minori. Idem puto de quacunque, persona quæ pro delicto potest carcerari. Idem pro debito nisi creditores renuntiassent iure carcerandi, vt not. Barto. in l. j. C. qui bo. ced. pos. dummodo non sit soluendo. nam si esset soluendo, de iure ciuili non posset incarcerari, vt est gl. singu. in l. iij. ff. de suspe. tut. & si incarcerentur dum sunt soluendo, possunt a tali sententia super incarceratione lata appellare & reappellare poterũt incarcerati si steterint per tres mẽses vel plures in carceribus numerando a die late sententię super incarceratione. Nec obstat auth. sed nouo iure. C. de

5 appel. † Quę dic quod appellatio debet interponi a sententia lata intra x. dies. quia illa intentatur in actu momentaneo. Sed si illa interponatur ab actu successorio, vt est in casu nostro, tunc appellatio semper potest interponi, quia omni die dum detinetur debitor indebite in carceribus, semper restat sententia super ipsa incarceratione omni die. ita videtur tenere do. Bar. in l. iij. C. de epi. audi.

Secundo principaliter quæro quando potest incarcerari aliquis & pro debito & pro delicto, & primo quæro nunquid potest incarcerari die feriato. & ista quæstio potest subdiuidi in tres. Primo an possit incarcerari die feriato ad vtilitatem hominum. Secundo an die feriato ad honorem

6 Dei. Tertio an die feriarum repentinarum. † Ad primum dico quod non potest incarcerari die feriato ad utilitatem hominum quod probari potest sic. Nam si de quo magis videtur inesse & non inest, nec de quo minus, auth. multo magis. C. de sac. san. eccle. sed sic est quod magis videtur quod in tempore mesium non possit quis cogi venire ad iudicium, cum sit minor citatio verbalis quam personalis vt not. per Cy. in l. cum clericum. C. de epis. audi. alias incipit. omnes, & tamen hoc est falsum, vt l. j. in fin. ff. de fer. ergo nec citatio personalis poterit fieri. Et ratio, ut dicit tex. ne homines ab agricultura remoueantur. hoc est verum nisi caperetur pro executione sententię, quo tempore potest iuste fieri, iuxta no. per Inno. in c. fi. de iudi. & ideo propter instrumẽtum guarentigiæ qđ habet executiõem paratam & per sententiam ex forma statutorum iuste possunt tali tempore capi debitores. hæc sunt verba Bart. in l. vj. ff. de fer. & Ioan. de Imo. Prędicta autem recipiunt distinctionem, nisi renuntiasset debitor, ar. l. si quis in conscribendo. C. de pact. nam talibus ferijs bene potest renuntiari. ut no. in cle. sæpe. extra de ver.

7 signi. † Item no. quod si iudex in die feriata fecisset aliquem incarcerari quod die feriata poterit eum excarcerare, vt not. Accur. in l. minor. in prin. ff. de eui. Item secus si debitor esset oriundus de partibus vbi non recolligitur triticum neq; vinum neq; alia necessaria ad vitam. iuxta no. per Inno. in c. conquestus, extra de ferijs. Item secus esse si debitor esset suspectus. ita quod de eius fuga timeretur. iuxta. no. per Doc. insti. de act. in princ. & in l. fin. C. de ferijs Nam propter suspitionem fugæ potest debitor capi in die feriata, vt est glos. in d. l. fi. C. de fe. l. & propria authoritate potest capi, vt. l. ait pretor. §. si debitorem. ff. de his quæ in frau. cre. Nec hoc casu est citandus debitor qui accusatur tanquam suspectus per creditorem, vt no. Bart. in l. si creditor. & in l. ij. ff. si cer. peta.

8 † Sed circa prædicta quæro. nunquid quando creditor accusat debitorem suspectum de fuga. & a iudice petit & requirit, vt sibi det familiam, qua mediante possit capere debitorem, nũquid creditor habet necesse ostendere iudici summatim instrumentum debiti vel alia iura. Respondetur quod sic, sicut in simili videmus. Nam sequestrum quando fit ob timorem fugæ non potest fieri nisi ostendatur instrumentum debiti, & tex. in l. ex hoc. C. de ero. mili. anno. li. xij. ergo multo magis quando debet persona capi, & addit hoc Io. de Imo. quod posset qđ sufficeret iuramentum petentis, vel vnius testis, sicut dicitur de missione in possessionem contra contumacẽ ex primo decreto. vt no. gl. in c. quoniam. §. in alijs, vt lite non conte. Circa secundum scilicet an in ferijs inductis ad honorem Dei possit

9 quis capi pro debito, † dicendum est quod non, vt in l. fi. C. de fer. nisi esset timor fugæ, vt prædixi. idem credo in ferijs repentinis quod non possit capi sicut, in ferijs inductis ad honorem Dei, quod patet, quia prædictis non potest renuntiari, vt no. Ioan. And. in d. cle. sępe. nisi forte ex forma statuti aliter disponeretur. Nam statutum secundum quosdam potest tollere ferias inductas in honorem Dei. & hoc videtur sentire gl. & Bar. in l. quinquaginta. C. de ferijs. Sed Albe. de Rosa. in l. fi. de ferijs. tenet contrarium. de qua quæstione ibi vide vbi ad plenum examinat istã materiam. & prædicta locum habent in ciuilibus, in criminalibus, autem puto quod quacunque die potest fieri in-

ri incarceratio, dum tamen sit graue delictum, vt not. in l.iij. de episcop. audien. C. & ibi not. per Bartol.

ADDITIO. Secus ergo si tantum esset leue secundum dictum Ioan. de Imo. quia cum in leuibus criminibus capi non debeant illo tempore relaxantur, vt est text. in illa l.iij. C. de episco. audien. modo ergo non debent capi secundum Ioan. de Imo.

Item secus esset si esset aliquod periculum. nam propter enormitatem criminis & periculi multa conceduntur quę alias non concederentur arg. in l. si quis filio exhære. §. pen. ff. de iniusto rupto & 10 irrito testamen. † Nam propter immanitatē criminis potest fieri tortura in die feriata in honorē Dei, vt signanter not. Bar. & est tex. in l.iij. C. de episcop. aud. vbi omnia vide quantum ad tempus quo potest fieri incarceratio.

SVMMARIVM.

1 Incarceratio fieri potest pro quolibet debito.
Incarceratio an fieri possit pro fiscali debito.
2 *Incarcerari potest quis pro collectis non solutis.*
Debitorem eximens de manibus potestatis an teneatur.
3 *Incarceratus pro debito fiscali recommendari potest pro debito priuati.*
4 *Incarceratio in quo loco fieri debeat.*
5 *Carceres frangens ad fugiendum, censetur confiteri delictum.*
Custos carceris discretus esse debet.
6 *Custos carceris in officio delinquens qualiter puniendus sit.*
Processus qualis fiat in causis incarceratorum.
7 *Persona miserabilis quæ dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*
8 *Causa carceratorum & aliarum personarum miserabilium diebus in honorem Dei feriatis agitari potest.*
Debitor non soluendo & non habens vnde se alat, cuius expensis in carcere sit alendus.

Caput secundum de carcerato.



RESTAT modo videre propter quod potest fieri incarceratio. & primo quæro an pro debito priuato possit quis incarcerari. Secundo an pro debito fisci. Tertio an incarceratus pro debito priuato possit ibi recommendari pro debito fisci. Item an incarceratus pro debito possit pro delicto recommendari. Item an econtra. 1 † Circa primum respondeo ꝙ pro quolibet debito potest fieri incarceratio, vt no. in l.iij. §. tutores. ff. de admini. tuto. & per canonistas, extra de pigno. c.ij. in glos. xxxvj. dist. non satis. & in l.j. C. qui bo. cede. poss. pro debito autem conditionali non puto ꝙ possit incarcerari, sicut nec potest efficaciter peti. Item puto ꝙ pro debito naturali tantum vel ciuili tantum non potest fieri incarceratio, ar. l. si is. §. flauius. ff. de solu. & argu. l.j. §.j. ff. ne vis fiat ei. Circa secundum, scilicet an pro debito fisci possit incarcerari. respondeo ꝙ sic si non vult soluere. tex. est in l.j. de exac. tri. C. lib. x. quod probatur ratione. nam debitor fisci potest cedere bonis, vt est gl. sing. insti. pro socio. §. item si quis. et glo. in l.ij. C. qui bon. cede. pos. Sed cessio bonorum fit vt cedens liberetur a carceribus, ergo &c. 2 † Sed nunquid pro collectis potest quis incarcerari de iure, respondeo ꝙ sic, vt not. in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. x. et maxime si statutum faciat collectam esse munus ordinarium quod potest. vt est tex. C. de iudi. lib. x. Dico tamen ꝙ iudex propter paupertatem potest collectam remittere, vt est gloss. in l. omnes. C. de anno. & tribut. lib. x. vnum tamen dico ꝙ si debitum esset iam solutum uel satisfactum, ita ꝙ incarceratus fuisset iniuste, potest ab amico cum violentia extrahi de carcere. Hoc tenet d. Dy. in l. nemo. C. de exa. trib. Nam iudici iniuste facienti potest resisti vt priuato, vt infra videbitur. Quid si iudex non vult differre appellationem ab amicis interpositam in causa criminali, sed velit facere executionem intra x. dies datos ad appellandum. dic ꝙ amici impedire possunt, vt no. Innoc. in c. si quando. extra de offi. deleg. & Bart. in l. addictos. C. de epis. audi. dico tamen in debito ciuili, ꝙ qui debitorem ex iniusta causa aliquem de manibus familiæ eximeret, tenetur ad illud debitum ad quod incarceratus tenebatur vt C. de exa. tri. l. quoties. per d. Rof. de Perusi. & not. Io. de Imo. quod reus accusatus de crimine debet incarcerari. tex. est ordinarius. ij. q. 3. viij. quisquis, & ibi etiam no. 3 † Circa secundum an incarceratus pro debito fisci possit recommendari pro debito priuati, respondeo ꝙ sic, vt est text. in l. quoties. de exa. tri. Restat videre an incarceratus pro debito possit pro delicto recommendari, & secundum Doct. dicitur ꝙ sic. not. Bar. in l.iij. ff. de cust. reo. sed si esset incarceratus pro delicto non posset recommendari pro debito, vt ibi not. Bar. Sed si esset in carcere pro vno delicto an posset pro alio delicto recommendari. distingue aut delictum pro quo erat prius incarceratus erat tale, vt impediret talem executionem fiendam in alio pro quo recommendatur, & tunc bene potest fieri recommendatio, vt si erat primo incarceratus pro manu, & tunc recommendatur pro capite, qa tunc istæ exceptiones non se compatiuntur, vnde primo fit executio in manu, deinde in capite, vt est glo. not. in l. omnes C. de dela. libr. xij. & prędicta sufficiant circa debitum pro quo potest incarcerari, & circa delicta.

Restat videre in quo loco potest incarcerari. 4 † Et circa istum passum vnico modo me expedio, quia nullus debet incarcerari nisi in loco publico & communi deputato, alias ipse qui incarcerat aliquem si teneat ipsum p xx. horas dicitur committere

committere priuatum carcerem, vt not. C. de pri ua. carce. l. prima & l. capite. ff. de adulter. Fallit tamen si pater incarceret filium ad corrigendum eum, nam tunc pater non dicitur committere priuatum carcerem, vt no. Cyn. de priua. car. l. j.

5 † Immo plus si ipse filius esset clericus pater non incideret in canonem, si quis suadente. xvij. quæstio. iiij. istud tenet Raymun. in titul. de senten. excommu. §. sequitur. vel circa. Quod autem dixi, ꝙ non potest quis incarcerari pro debito in loco priuato, est verum nisi debitor ipse per ipsum iuramentum præstitum promisisset ad standum in aliquo loco, vt no. Innocen. in cap. ex rescripto. extra de iureiuran. Sin autem simpliciter suo iuramento ille promisisset debitum, tunc dico ꝙ per istam promissionem non artatur vt not. Bartol. ff. solut. matri. l. alia causa. §. eleganter. & per eundem ff. de conditio. & demon. l. titio centum. Hæc de loco sufficiant, Nunc restat videre de pœna fugientis, & dico ꝙ capite punitur, vt l. j. C. de effract. & expi. lib. x. & vide Ioan. Andr. in cap. penul. de apost. super gl. & certe sciendum est, ꝙ ille qui fugit de carceribus videtur delictum confiteri, vt l. ad commentariensem. C. de custo. reo. idem no. Archid. in c. vt commisso. de hære. lib. vj. vnum tamen dico ꝙ nunquam præsumitur ꝙ reus fugiat si est spes de proximo ꝙ debeat relaxari, gloss. est not. in l. si pecuniam. ff. de condit. ob cau. & no. in l. arg. §. j. ff. de re iudi. Sed iuxta prædicta quero quid si ostium carceris erat apertum & effugerit incarceratus, nunquid punietur, dico ꝙ sic, facit optime text. in l. j. §. j. C. de exac. tri. & effra. Restat modo videre quis potest esse custos carceris, & dico ꝙ custos carceris debet esse homo discretus. nam cum ipse habet incarceratos in custodia, debet esse in eo discretio, & dico ꝙ prædicta debent esse in arbitrio iudicis, & addit hic do. Ioan. ꝙ quandoque potest dari parti ad custodiendum de auctoritate iudicis, si melius custodiatur, vt dicit Archid. ij. q. j. in primis. Quæro vlterius qua pœna punitur

6 custos carceris qui deliquit in custodia. † dico ꝙ ipse capite punitur, si propter dolum vel culpam, incarcerati ex delicto effugerint, vt est tex. in l. miles. in fin. ff. de custod. reo. In ciuili autem credo ꝙ ipse tenetur ad illam quantitatem creditori ad quam debitor erat obligatus, hoc tenet Dulius de Galbano in l. quoties. C. de exa. tri. lib. x. Et dicit ꝙ agitur contra illum custodem ex illa l. Vltimo quæro nunquid plures possunt esse custodes carceris. Dico breuiter ꝙ sic. vt in l. miles. ff. de custo. reo. & dico quod quilibet familiaris potest custos esse, & quilibet retinere vnam clauem carceris, gloss. est in clemen. j. de hære. in ver. Diuersæ claues. Item quæro qualiter in causis incarceratorum procedatur, & dico ꝙ proceditur summarie & de plano. Nam in causis miserabilium personarum proceditur summarie & de plano. ita tenet Cyn. in l. prima C. si quis alte. vel sibi, ita supplet in l. j. C. quando imperator inter pu. & vi. & videtur esse text. & ibi

7 Bartol. in l. fin. C. de custo. reo. † Nam miserabilis persona dicitur illa esse secundum ꝙ iudici videbitur, vt no. Pet. de Bellaperti. in l. prima quando Imperator inter pup. & vi. not. glo. in authenti. præterea. C. vnde vir. cum itaq; sit ꝙ istæ miserabiles personę & quod relictum incarceratis dicitur relictum ad pias causas etiam si sint incarcerati pro debito, vt no. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. ideo credo ꝙ in tali causa procedatur summarie, & de plano. Sed an in causis incarceratorum possit procedi diebus feriatis in honorem Dei, & videtur ꝙ non, quia licet in causa possit procedi summarie, vt iam dixi, tamen in talibus causis non proceditur diebus feriatis in honorem Dei, not. in clemen. sæpe. de verbo. signific. Contrarium puto per tex. in cap. fin. cum gloss. sua de

8 feriis. † vbi causa miserabilium personarum potest tali tempore tractari. sed istæ sunt miserabiles personæ, vt hic dicit gloss. & ad hoc tex. l. iudices. C. de episco. audien. do. Ioan. de Imo. dicit quod si quis fecit suum debitorem incarcerari & non sit soluendo, ita ꝙ non potest se sustentare, debet de bonis creditoris sustentari, facit ad hoc optimus, tex. xvj. quæstio. vj. de lapsis, licet gloss. dicat ꝙ rector carceris prouidebit. xvij. quęstio. iiij. diffinitionem, & vide quod not. Ioan. Andr. in cap. ex rescripto. de iureiuran. Ioan. de Imo. dicit ꝙ creditor tenetur ipsum alere in carceribus, & istud tenet gloss. in l. final. super verbo, agnoscere C. de ero. mil. an. libr. xij. Istud tenet do. Rapha. in l. iudices. C. de episco. audi. & quærit hic do. Ioan. de Imo. quid si aliquis incarceretur pro debito descendente termino, alias pendente an debeat relaxari si præstet cautionem satisfaciendi. gloss. dicit ꝙ sic. in c. nuper allegato, & hæc sufficiant.

FINIS.



DE RELAXATIONE

Carceratorum, Tractatus do. Pauli Girlandi Castillionis Florentini, Criminalium causarũ Romę auditoris.

SVMMARIVM.

1 *Relaxationum diuersæ sunt species.*
2 *Relaxationes quæ lite pendente fieri posint.*



VM sæpius cõtingat quod rei pro diuersis criminibus in carceribus deducuntur, ex quibus postea diuersimode relaxantur, ideo, congruum mihi visum fuit in hoc tractatu de relaxatione carceratorum, & de extremis actis causarum quædam breuiter exponere. † Verumtamen quia reorum relaxationes diuersæ sunt, quarum quædam fiunt post causæ decisione, & sic post latam sententiam, aliæ vero fiunt lite adhuc pendente. Relaxationum vero quæ fiunt post litis decisionem, quædam est quæ fit per sententiæ executionem, Quædam alia est quæ fit per gratiam ex beneficio & indulgentia principis, alia autem relaxatio est quę fit per compositionem pœnę factam cum curia aut fisco. Alia est quę fit propter innocentiam incarcerati quando plene de illius innocentia constat. 2 † Relaxationum vero quæ fiunt lite pendente, quædam est quæ fit per compositionem pœnę factam cum curia aut fisco. Alia est quæ fit propter fideiusorem præstitum de se repręsentando & soluendo pœnam &c. Quædam alia est quę fit licentiose & de facto per fugam incarcerati, & ista quandoque accidit cum fractura & violentia carcerum, quandoq; autem clanculo absque aliqua fractura aut violentia. Breuiter igitur cuiusque relaxationis speciem declaremus. Videndum erit primo de relaxatione illa quæ fit per sententiæ & pœnæ executionem. Secundo de illa quę fit ex beneficio & indulgentia principis. Tertio de illa quæ fit ex propria innocentia incarcerati. Quarto de illa quæ fit per compositionem pœnę. Quinto de illa quæ fit per fideiussorem præstitum de se repræsentando & soluendo pœnam &c.

Sexto de illa quæ est illicita quæ fit per fugam ipsius rei vt supra dictum est. Septimo & vltimo post præmissa breuiter & succincte videbimus de calumniatoribus ac de expensis damnis, & interesse.

SVMMARIVM.

1 *Executio quid sit.*
2 *Pœuæ quæ simul & pro quibus criminibus infligi posint.*
3 *Executio pœnarum corporalium quare publicè fieri debeat.*
4 *Iudices ecclesiastici sæpe vtuntur carceribus perpetuis.*
5 *Carcer ad custodiam de iure ciuili inuentus est non ad pœnam.*

De sententiæ & pœnarum executione.



VERO primo quid est ista executio? 1 † Respon. quod est satisfactio quædam quæ fit per condemnatum opera & ministerio publici executoris pro sententiæ iam latæ obseruatione, vt probatur in l. iiij. §. ait prætor. ff. de re iud. & l. ij. & fi. C. de cust. reo. Bal. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. quæ necesse est quod fiat post latam sententiam tempore rei iudicatę. Nam si antea fieret non valeret l. j. C. de excep. rei iudic. vbi Bald. dicit ꝙ in ordinatis per essentiam rationis posterius præsupponit suum prius inesse, vt not. Ioan. Mona. in cap. si confirmationem, de elec. lib. vj. Item videndum esset quid sit res iudicata, & an sententia ipsa & res iudicata sint idem vel potius diuersa.

Et quę est differentia inter sententiam & rem iudicatam: sed quia ista requirunt altiorem indaginem & ampliorem examinationem, ideo vt breuius me expediam hic prætermitto vide Barto. in l. j. ff. de re iudi. Ioan. de Imo. & Panor. in rub. extra eo. ti. Host. in sum. eo. tit. in prin. vbi 2 designat pulchram figuram. † Quo ad materiam nostram dico quod aut pœna exequenda est corporalis vltimi supplicij. vel citra mortem corporis afflictiuam, aut est deportatiõis siue relegationis, aut est pecuniaria aut bonorum publicationis, licet interdum istæ posint esse simul vnitæ quando sumus in atrocissimis, sicut in crimine læsæ maiestatis, hęresis, falsæ monetæ, raptus virginum, & similibus. In quibus vita, bona, & fama simul pereunt l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. l. arriani. C.

ni.C.de hære.c.ad abolendam & c. vergentis eo ti.l.j.& ij.C.de fal. mone. & l. vnica.C. de rap. vir.& ibi Cyn. Bald. & Saly. & diximus supra lib.j.& iij. in iiij.& x.q. Primo.n. casu quando sumus in pœnis corporalibus aut exilij relaxatio prædicta fienda est antequam fiat executio, 3 † quia executio pœnarum corporalium debet esse publica & in locis publicis fieri,& non in carceribus, vt vnius exemplo cæteri pertimescant, & vnius pœna sit metus multorum l.capitalium.§.famosos,& l.aut facta.§.fi.ff.de pæ.& l.j.C.ad l.Iu. repetū.& not.in l.j.ff.de iusti. & iu.& in cle.j. de pę.Car.in cle.j.xij.& xiiij. no. de offi. ord. xlv. dist.disciplina ij.q. vij.qua propter x.q.j. quia sacerdotes.de cohabi.cleri.& mulie.c. clericos. & de exces.prælato.c.j.cum simili.eodem modo primo relaxandus est ante executionem quando executio ipsa fieri debet per relaxationem aut deportationem,quia ad hoc vt sententia & pœna quæ in ea continetur sortiantur effectum siue executionem,necesse est quod reus exeat de carceribus & ad loca sibi deputata submigret vt l.fi. C. de custo. reo.& l.custodias,ff.de pub. iud. nisi relegatio ipsi facta fuisset in carceribus,† quia reus con 4 demnatus esset ad perpetuos carceres, qua pœna sæpe vtuntur iudices ecclesiastici, vt xxvj.q.v. si quis episcopus. & c. contra idolorum. & c.j. de hære.lib.vj.& est glo.c.excommunicamus, el ii. de hæreti.in antiq. hoc enim raro vel nunquam faciunt iudices seculares,quia ius ciuile non vtitur istis pœnis carceralibus, sed potius relegationis aut deportationis secundum personarum conditionem & qualitatem facti.l. iij. in prin. &.§. adiectio.ff.ad l. Corne. de sic. iuncta l. si quis ali-5 quid.§. qui abortionis.ff.de pen. † carceres.n.ius ciuile inuenit ad custodiam non aut ad pœnam l. ij.& l.fi.C. de cust.re.aut executio ipsa fienda est in pecunia, vel in bonis,& isto casu reus non erit relaxandus de carceribus nisi demum sequuta solutione dictę,pœnę vel saltem satisfactione, quia fisco fuerit satisfactum aut per pignorum traditionem aut per idoneum fideiussorem,adeo quod plene sit cautum fisco d.l.iiij.§.ait prætor.ff.de re iudi.l.j.§.diuus.ff.de iure fisci.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Executio in causis criminalibus an statim fieri debeat post sententiam latam.*

2 H*omicida maleficus, veneficus, & adulter confessi,aut testibus conuicti non audiuntur appellantes.*

3 A*ppellatio nemini denegatur nisi duobus concurrentibus.*

4 *Defensiones iuris non tolluntur reo etiam in facto notorio.*

Confesso & cōuicto in ciuilibus an auferatur appellationis remedium.

5 A*ppellatio non admittitur in criminibus notoriis.*



ECVNDO quęro an statim 1 † post latam sententiam in causis criminalibus fienda sit executio, vel potius expectari debeat resiudicata per lapsum x.dierum.vt in authen. de appel. in prin.col.iiij. & dic quod in causis criminalibus regulariter non fit executio pœnę antequam sentētia transeat in rem iudicatam per lapsum x. dierum vt l. addictos.C.de appe.& l.addictos.C. de episc.aud. & in auth. sed hodie.C. de appella.

Quæ regula fallit quando sumus in atrocioribus criminibus & reus voce propria sponte confessus esset & testibus plene conuictus, quia tunc post latam sententiam incontinenti & immediate fit executio, vt l.ij. C. quo.ap. non reci. & d.l.fi. C.de cust. reo.& l.custodias.ff. de pu.iu. immo si reus post latam sententiam incontinenti vellet appellare non audiretur,& eius appellatio tanquam calumniosa penitus reijceretur,ita dicitur in d.l.ij 2 C.quor. ap.&c.vbi dicitur† ꝙ homicida,veneficus,maleficus,adulter,& is qui manifestam violentia intulisse probatur,si voce propria confessus sit sponte crimen & testibus plene conuictus reperitur non auditur appellans, maxime in casibus & criminibus ibi expressis. Bal.autem ibi quęrit,quid erit dicendum in alijs minoribus criminibus extra illa quæ sunt ibi expressa, an si reus reperitur confessus & conuictus possit interponere appellationem & an sit audiendus;demum concludit ꝙ appellare non poterit & si forsan appellauerit non erit audiendus, ita tenet glo.in d.l.ij. quam sequitur ibi Bal.licet Iac.But.dixerit contrarium hac ratione,quia dicit ꝙ reus in causa appellationis poterit confessionem suam reuocare, nihilominus Bal.hoc non obstante tenet opinionē glos.ibi & respondet ad rationem Iaco.But. quia illud est verum ꝙ reus posset reuocare confessionem suam quando illam per errorem aut metu tormentorū fecisset, vel quando testes non clare probarent. sed aliquantulum appareret dubium illorum dictum tunc posset bene audiri in appellatione & confessionem suam vt erroneam,vel extor-3 tam metu tormentorum reuocare.† Ad hoc igitur vt tollatur remedium appellandi duo principaliter requiruntur, primum ꝙ reus sit plene testibus conuictus qui luce clariorem probationem ostendant, secundum ꝙ sponte absq; aliquo impedimēto confessus fuerit, istis enim vel ipsorum altero deficiente non denegatur appellatio vt tenet glo. in d.l.ij.& ibi Bal. & alij. Quidam vero addunt tertium requisitum ad hoc vt tollatur remedium appellationis, scilicet ꝙ sit vnum de illis criminibus expressis in d.l.ij.quamuis Bald. sequutus gloss.ibi teneat contrarium, vt supra proxime diximus. Limita tamen illud ꝙ dicitur in d.l.ij.nō procedere quando reus vellet facere defensiones iuris dicens ꝙ quicquid fecit id totum fecit ad sui defensionem; vel ꝙ ille quem ipse ostēdit erat bannitus,& similia, quia isto casu poterit audiri non obstante sua confessione & tam clara proba-4 tione,ita tenet eleganter Bal.in d.l.ij.†quia reo etiam notorio in facto non tolluntur defensiones iuris.

iuris: secundum quod singulariter voluit Inno. in c. statuimus. de offic. dele. Quæro nunc quid in causis ciuilibus an confesso & conuicto auferatur remedium appellationis. glo. in d. l. ij. dicit ꝙ sic ꝙ aufertur ad similitudinem causarum criminaliũ vt supra proxime dictũ est, & illã glo. sequitur ibi Bal. quã dicit esse notabilẽ. Iterum quæro quid si reus non erat confessus sed conuictus duntaxat, cuius vigore fuit condemnatus, & post sententiam confessus fuerit crimẽ, an etiã iste debebit excludi a remedio appellationis, dic, aut confessus fuit in iudicio, & apud acta, & appellare nõ poterit ex quo confessio illa consonat cũ veritate probationum, & censetur ac si cõfessus fuisset ante sententiã, ita dicit Bal. in d. l. ij. in ij. col. ver. modo quęro, aut fuit cõfessus extra iudiciũ & admittitur ad appellandũ: quia cõfessio extraiudicialis non facit notorium, immo nec plenã probationẽ ex qua sequi possit condemnatio, sed bene facit indiciũ ad torturã l. capite quinto. §. fi. ff. de adul. vide bonum tex. in l. non tantum. ff. de app.

5 †Idem ẽt dicendum est in notorijs criminibus in quibus nõ admittitur appellatio secundum qđ voluit Ab. in c. super his. de pœnis, vbi dicit ꝙ iudex in notorijs criminibus põt mandare pœnã exequi ẽt absq; aliqua cõdemnatione, et idẽ dicit voluisse Inno. in c. ex parte. el j. de verb. sig. vide Abb. in c. ad nostrã. el iij. de iureiu. Idẽ dicendum est de quibusdam interlocutorijs quę trahũt secũ executionẽ, sicut est illa quę fertur cõtra debitorẽ suspectum de fuga, vt l. sciendũ. ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. fi. eo. ti. & ibi Bar. quem vide.

SVMMARIVM.

1 Condemnato non valente pœnam pecuniariã soluere an possit fieri executio in bonis vxoris, aut patris ipsius.

2 Paupertas a pœna non excusat, quia qui non potest soluere luere debet in corpore.

3 Pœna quæ ex vnius delicto oritur quandoque ad non peccantes extenditur.



1 TERTIO quęro si cõdemnatus, †ad pœnã pecuniariã illã soluere nõ põt propter paupertatẽ, an executio sententię fieri possit in bonis vxoris suæ, aut patris si esset filiusfamilias, matris, fratrum vel aliorũ de eius familia rñ. ꝙ non, quia pęna nõ debet excedere suũ authorem l. sancimus. C. de pę. vbi etiam in rub. & toto titulo. C. ne fi. pro pa. & ne vxor pro mari. vel econtra. & l. ob maritorum eo. titu. quia nemo debet alterius odio vel crimine damnum sentire l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. testa. & l. legem. in prin. j. respon. C. de nat. lib. & l. si pœna. & l. crimen. ff. de pœn. & l. si maritus. ff. solu. matri. & l. fina. ff. ad Sylla. & in regula nemo. de reg. iur. libr. vj.

2 †paupertas igitur non excusabit illum a pęna, quia si non poterit soluere pęnam in ere luet in corpore, ita dicit tex. not. in l. j. in fin. ff. de pęn. & ibi Bar. vbi singulariter limitat regulam illam de qua in l. in seruorum. ff. de pęn. quem vide, & diximus etiam supra lib. proximo præceden. q. vij. an in causa pecuniaria &c. & not. ẽt ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. fi. & de iurisdi. omnium iudi. l. si quis id quod. §. in seruos. & ff. de ser. fugi. l. quicunque. §. quod si & C. de sepul. viola. l. fin. §. fin. sed contra prędicta facit C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. & c. vergentis. de hęre. & cap. in quibusdam. de pę. & c. cum multæ. xv. q. viij. & j. q. iiij. item peccato Israelitarũ. & in c. j. & ij. de fil. presby. in quibus iuribus probatur

3 † ꝙ pęna quæ oritur ex delicto vnius extenditur ad alios qui nihil peccarunt. Solu. speciale est in crimine læsæ maiestatis propter criminis immanitatem, & ꝑ reuerẽtiã maiestatis principis, idẽ est in crimine hæresis & multomagis, quia hinc offenditur maiestas diuina quę maior est temporali d. c. vergentis, & ibi glo. & c. accusatus. eo. tit. lib. vj. vide ea quæ diximus supra lib. j. in tit. de hære. q. iij. vbi posui alios casus in quibus vnus non delinquens punitur ex delicto alterius, & pœna vnius delinquentis extenditur ad non peccantes.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad membri mutilationem an possit puniri in membro iam debilitato.*

2 *Reo carente membro secundum statutum amputãdo, an possit iudex eũ condemnare ad amputationem eius membri quod sibi superest.*

3 *Statutum dictans manum vel pedem absque alia specificatione amputari debere, qualiter intelligi debeat.*



1 QVARTO quæro, quid si reus †incarceratus fuit condemnatus ad mutilationem vnius membri, puta amputationis manus, pedis, oculi, & similium & habeat alterum ex dictis mẽbris debilem vel aridũ, an executio pęnæ fiet super membro debili, vel super valido? tu dic aut pęna reperitur imposita super certo membro puta manu dextra vel pede dextero. & illa vel ille amputandus est qualiscunque sit, licet dextera sit vtilis, sinistra vero inutili, vt in auth. sed nouo iure. C. de ser. fu. & ibi gloss. not & Bartol. & Angel. & Paul. de Cast. idem dicit Ioan. Andræ. in cap. in pęnis. de regu. iur. in sexto. in mercu. vbi dicit quod isto casu sola deformitas corporis facit pęnam, & ad hoc facit bonus text. in l. secunda. §. quod si quis. & §. sequen. ff. arbo. furt. cæs. & Bartol. in l. hos accusare. §. fina. ff. de accusa.

2 † Quid si reus caret illa manu, vel pede, aut oculo qui vel quæ ex forma statuti venit amputandus, nunquid iudex poterit condemnare ad amputationem membri illius quod superest, dic quod non, sed debebit illum condemnare in alio membro quod

quod est verum q̄ pœna commutari potest in alio membro ante latam sententiā non aūt post, quia si reperitur nota sentētia super vnico illo membro quod amputandū venit ex forma statuti, aut transiuit in rē iudicatā aut nō, si trāsiuit, necesse est q̄ fiat executio super illo membro, alias sententia esset nulla, nec potest variare iudex postq̄ functus est officio suo l. iudex postquam. ff. de re iud. nisi hoc fieret de mandato principis, vt l. j. C. de preci. Impe. offe. & l. j. in fi. ff. de quæst. aut nondū trāsiuit in rē iudicatam, & poterit reus ab ea appellare, quia maius suppliciū pateretur ex amputatione illius membri quod solum est, quam si duo essent, & interpretatio pœnarū non debet fieri in duriorem causam, sed in mitiorē, vide Bald. in d. auth. sed nouo iure. in iij. col. † Et quid si simpliciter dicatur in statuto, vel sententia amputetur sibi manus, vel pes, nec specificetur certum membrum tunc concludunt Doct. prædicti q̄ in membro minus potenti fienda erit executio, quod est verum quando duas habet, sed si non habet nisi vnam dic, vt supra proxime dixi, vide latius de prædictis Bal. in d. auth. sed nouo iure. & Angel. de Are. in trac. male. in glos. quas si non soluerit intra decem dies amputetur sibi &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus an possit sententiam ferre fustigationis, & mandare exequi per milites & executores.*

2 *Iudex ecclesiasticus bene potest ferre sententiam ex qua nō venit principaliter sanguinis effusio licet ex postfacto & accidentaliter sequatur.*



1 VINTO quæro, Quid si pro † crimine reus venit fustigandus; puta pro vno furto vel sortilegio siue alijs similibus minoribus criminibus, & sit in manibus iudicis ecclesiastici an iudex ipse poterit ferre sententiam ad fustigationem, & illam mandare exequi per milites & executores, & vr̄ dicendum q̄ non, quia iudex ecclesiasticus nullam habet iurisdictionē sanguinis c. sentētiam sanguinis, ne cleri. vel mona. sed in fustigatione vt plurimum interuenit aliqualis sanguinis effusio, quia cutis humerum crebris verberibus sæpius percussa laceratur, & emittit sanguinem, maxime qn̄ est longa fustigatio, vt experientia docet; ergo nō potest quia incurreret irregularitatem vt ibi dicitur, tu dic q̄ iudex ecclesiasticus habet iurisdictionē verberandi, & fustigandi, & sententiam suā super his potest mandare exequi absque scrupulo irregularitatis xxvj. q. v. contra idolorū. & 2 xxiij. q. v. circūcelliones. in fin. illa † igitur qualisqualis sanguinis effusio nō consideratur, nec venit principaliter ex snīa, sed ex postfacto accidit satis est q̄ in snīa clerici nō infertur talis pœna, ex qua principaliter & immediate veniat sanguis, sicut est in amputatione mēbri, vel alia simili pœna: vn̄ sanguis humanus immediate debeat effundi, vt d. c. circūcelliones, vide d. Ab. et alios Cano. in c. ij. de sortileg. Circa materiā istius executionis nō me extēdā vlterius vide latius p Doc. in d. auth. sed nouo iure. & in l. capitaliū. §. famosos, & in l. qui vltimo. ff. de pę. & in d. l. eo. ti. & i l. sancimus. C. eo. ti. & ibi Bal. & Ang. de Are. in d. trac. in cōmēto sentētię super ver. quas si nō soluerit, et in ver. & ibi caput a spatulis &c. Gan. in suo tract. malefi. i tit. de pęn. reo. et do. Par. de Pu. in tract. syn. in ti. de executio. sententiarū. fo. xlj.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex causa rationabili an possit pœnas à lege statutas augere vel minuere.*

2 *Iudex facultatem habet à lege vt pœnam pecuniariam ex causa iusta possit in corporalem commutare.*

3 *Iudex pœnam vnam commutans in aliam non dicitur contra legem venire.*

Iudex sententiam qua decurionem relegandum pronuntiauit mutare non potest.

4 *Sententia est nulla contra iuris dispositionē lata.*

5 *Sententia libello seu petitioni difformis est nulla.*

Questio facti est stat in arbitrio iudicantis, sed pœnæ prosecutio legis dispositioni mandatur, & numero seq.

8 *Statuta interpretationem declaratiuam a iure cōmuni recipiunt.*

9 *Iudices ob casus emergentes possunt transgredi leges.*

10 *Authoritas legis aut superioris in omni iuramento censetur excepta.*



1 EXTO † non omittā hanc notabilē q. quā bene nota, an iudex possit, si aliqua iusta causa sibi videbitur, pœnas certas a lege statutas augere, minuere, alterare, aut in aliā speciē commutare, & vr̄ dicendum q̄ non, nisi hoc faceret de expresso principis mandato; quia iudex est minister legis, & iustitiæ, & nō habet authoritatē supra legem, immo debet illas ad vnguē seruare, & scdm illas in omnibus causis iudicare, nō aūt alterare illarū dispositionē: quia dr̄ q̄ facti quidē qō arbitrio iudicis cōsistit, sed pœnę impositio & persecutio cōsistit in facultate legis l. j. § j. ver. nā siquidē. ff. ad Tur. l. oēs. in prin. ff. ad muni. ij. q. iij. si quē. § notandum, vbi dr̄ q̄ facti quidē questio in arbitrio est iudicantis pœnę autē persecutio nō eius voluntati mandatur sed legis authoritati reseruatur p quo facit text. in l. seruos. in fin. C. ad l. Iul. de vi publi. vbi expresse dr̄ q̄ non licet iudici pœnam certam a lege statutam minuere, aut mollificare. & l. si operis. C. de pe. vide gl. no. in d. c. si quē. in ver. voluntati. In cōtrariū est tex. in l. & si seuerior.

rior.& ibi gl.C.de his qui not.infa. & l. quid ergo §.pœna grauior.ff.eo.tit.& ibi glo.Bar.& alij ibi oẽs cõcludunt ꝙ pōt iudex pœnã certam a lege statutã in sñia sua ex iusta cã augere, minuere 2 vel in aliã speciẽ permutare,†ita ꝙ vbi lex irrogat pœnã pecuniariã ꝓ aliquo crimine, iudex ipse potest imponere corporalẽ ex iusta causa;& hanc facultatem & arbitriũ iudex ipse habet a lege,vt quotiescunque ex qualitatibus , aut alijs circũstãtijs delictũ videtur enormius aut turpius, vel ex eo imminet scãdalũ nõ modicum: vel alia simili iusta causa cõcurrente, lex dat arbitrium iudici vt in sententia sua possit ex causa hmõi pœnas certas a lege statutas augere,minuere,vel in aliã speciẽ permutare,quod quidẽ arbitriũ non solũ habet quo ad pœnas principales, verumetiam quo ad accessorias scilicet infamiæ , quia iudex potest dispensare cum infamia , quæ reo venit ex crimine irroganda:vt est gl.in d.l. quid ergo. §.pœna grauior.ff.eo.ti.& ibi Bar.hoc dicit expresse,idem Bal.& Saly.in d.l. si seuerior.C. eo. tit.& ꝙ tale arbitrium iudex habet a lege,probatur in l.aut facta.§.fin.& l.hodie.ff.de pœn. & d. l.& si seuerior .& d.l.quid ergo.§.pœna grauior. Et ratio istius arbitrij potest esse;quia delicta cum diuersis circunstantijs & qualitatibus perpetrantur ex quibus crimen ipsum qñq; fit excusabile. quandoque magis atrox & odiosum: quas circunstantias,& qualitates oẽs lex ipsa exprimere nõ potuit,sed quasdam expressit,vt d.l. aut facta.§. j.cum duobus seq.ideo dedit iudici hanc facultatem & arbitriũ, vt secundum facti contingentiam pœnas ipsas arbitrio suo ex causa augeret,minueret vel mutaret d.l.aut facta.§.fi.& d.§.pœna gra 3 uior.†Et per hoc iudex non dr̃ venire contra legẽ,vel ab eius dispositione recedere,sed potius legẽ seruare:quę ita vult atq; disponit,qđ probatur et per illã regulam iuris qua dr̃,ꝙ pœna debet cõmẽsurari delicto vt l.sancimus.C.de pę.& in c.sicut dignum.extra de homi.& c.vt clericorum,de vi.& ho.cle.& hęc est vera & cõis conclusio, vt supra dixi,quã tenet Bar.post glo.in d.l.quid ergo.§.pœna grauior.& Bal.Cy.& Saly. in d.l. & si seuerior.C.eo.ti. Quæ quidẽ conclusio recipit nõnullas limitationes,quas per oppositiones breuiter declarabo. Et primo oppono de l. moris. §.iste fere.ff.de pœ.vbi dr̃ ꝙ iudex non pōt aliquo modo mutare sñiam suã qua pronuntiauit decurionẽ esse relegandũ quia iura id prohibent expresse,sed debet principẽ consulere, vt rescribat quid agẽdum sit in hac re.idẽ disponitur in l. j.§. fi.ff.de qõ. & l.j.§.siaũt.ff.ad tur. Sol. ibi iudex iã pronuntiauerat,hic nõ. & verum est ꝙ iudex postq̃ tulit sñiam,nõ pōt illam & pœnas in illa expressas amplius ꝑmutare,vt ibi dr̃: quia semel functus fuit officio suo l.iudex postq̃.ff. de re iu. & ideo limitatur ista conclusio habere locum antequã feratur sententia,seu in ipsa sententia, non aũt post sententiam,& propterea Bar.in d.l. moris.§.iste fere.reprehendit quosdã iudices qui apponũt certas clausulas ĩ fi.sñiarũ suarũ post ver4 bũ cõdemnamus &c.qđ nihil vȝ.†Itẽ oppo. de.l. diuus. ff.de iniur.vbi nõ vȝ sentẽtia lata cõtra iuris dispositionem,quando non fuit seruata forma iuris.So.ibi per errorem & sine causa fuit alterata forma iuris,hic autem ex certa scientia,et ex causa,& ratione,vt l.hodie.ff.de pœ. & ita soluit Salyc.istud contrarium in d.l.& si seuerior, ideo secundo limita cõclusionem prędictam qñ iudex ex certa scientia facit,& ex iusta causa, alias nõ posset. Sed quæro an sit necesse ꝙ iudex exprimat istam cãm in sententia , ꝙ ideo imponit istã pœnã propter talem causam specificatam,& breuiter dicas ꝙ non, sed an debeat in genere exprimere causam dicendo ex iustis causis animum nostrum mouentibus &c.Bar.in d.l.quid ergo.§.pœna grauior. dicit ꝙ si iudex exprimeret causam in genere non errat vt dictum est . tñ si nullã exprimit in genere nec in specie,per hoc non vitiatur sñia dummodo ex actis appareat ꝙ fuit iusta cã quæ mouit iudicem ad ita pronuntiandũ,alias si nulla esset cã , nec appareret ex actis sententia posset dici nulla tanq̃ lata contra ius constitutionis & per expressum iuris errorem vt l.j. ff. quæ sen.sine ap.rescin.& per Barto.in d.§.pœna gra5 uior. † Item opp.de.l.fi.C.de fideic.lib. & l.vt fundus.ff.cõi diu.& in l.seruos.§.fi.C.ad l.Iul.de vi pub.vbi dicitur ꝙ quotiescunque sñia non est conformis libello , & ꝙ continet aliud q̃ petitio nulla est , sed hic aliud hr̃ in petitione & libello accusationis vbi petita fuit certa pœna quam ius declarat in illo casu , & aliud in sñia continetur merito &c.Solu. dicit Saly. in d.l. & si seuerior, ꝙ illud habet locum in causis ciuilibus non aũt in criminalibus in quibus non est necesse apponere conclusionem certæ pœnæ in libello accusationis,sed sufficit cõcludi ꝙ reus pœnis a iure statutis puniatur, & iudex excedendo pœnas certas ex cã dicitur legitime procedere , vt supra dictũ est. Iterum opp.d.l.si operis.C.de pœ.& ij.q.iij.c. 6 si quem.§.notandum , vbi dicitur ꝙ † facti quidẽ qõ in arbitrio est iudicantis,pœnæ aũt persecutio non eius voluntati, sed legis dispositioni mandatur. Sol. illud est verum ꝙ iudex non pōt pœnas iuris immutare sine causa,sed cum causa bene pōt facere,vt supra dictum est , & per hanc solutionẽ tolluntur omnia contraria quæ superius in prin. adducebãtur. Postq̃ vidimus limitationes istius conclusionis ꝑ oppositiones prædictas, videamus modo illius extensiones quæ erunt multum vtiles. Et prima extensio siue declaratio est ꝙ ista conclusio nun solum habet locum in iudiciis siue causis,et pœnis minoribus et extraordinariis,sed generaliter in omnibus ordinariis.ita tenet glos. not.cõiter approbata in d.l.hodie.ff.de pœn.quã sequitur ibi Bar.& idem Bar.in d.l.quid ergo.§. pœna.Bald.& Salyc.in d.l.& si seuerior.in j.no. vbi expresse dicit ꝙ iudex in sententia pōt ex cã pœnam ordinariam permutare. Secundo ampliatur ista,vt habeat locum etiam in accessoriis pœnis ad principalem,sicut est infamia , quæ ex illo crimine oritur siue infertur vltra alias pœnas.nam sicut iudex immutat & dispensat pœnas principales; ita etiam dispensare , & permutare pōt pœnam infamię,ita tenet gl.in d.l.& si seuerior, quam sequitur ibi Bald. Salycet. & alij.

7 † Tertio ampliatur vt non solum procedat istud de iure communi, sed etiam de iure municipali, ita quod si statutum imponit certam pœnam pro aliquo crimine, iudex potest illam ex causa permutare, non obstante ꝙ a principio officij iudex iurauerit seruare statuta illius loci. ita dicit expresse Saly. in d. l. & si seuerior. in iiij. col. in ver. quæro quarto. Vbi primo arguit ꝙ nõ possit; quia statuta sunt stricti iuris l. cõstitutionibus. ff. ad munici. & propter iuramentũ. quod debet ad vnguẽ seruari, vt in c. licet mulieres. de iureiu. lib. vj. cũ simi. deinde quatuor fundamentis comprobat di-
8 ctum suum quod potest. † Et primo, quia statuta recipiunt interpretationẽ declaratiuam a iure cõmuni l. ij. C. de noxa. & per Bar. in l. omnes populi. in iiij. q. princ. ff. de iusti. & iur. Secundo, quia illa lex quæ dat potestatem populo condendi statuta, illa, eadem dat potestatem iudici pęnas ex causa permutandi, aut minorandi, vt l. hodie. ff. de pęn. & l. aut facta. §. fi. eo. titu. iuncta l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Tertio, quia hoc permittitur iudici ex causa, et sic in supplementum legis quæ culpas, casus, ac fauores reipublicę sigillatim excogitare non potuit. sed hæc ratio habet locum etiam in statutis; quia statuentes ipsi non potuerunt omnes causas cum suis qualitatibus adhærentijs, & circunstantijs exprimere, aut cogitare; ideo videntur iudicis arbitrio commisisse: vt pęnas ipsas iuxta facti contingentiam & qualitates ex iusta causa permutare possit d. l. hodie & l. aut
9 facta. §. fi. ff. de pę. † Quarto dicit, ꝙ pro ista opi. facit singulare dictũ Inno. in c. j. de consti. vbi dicit, ꝙ licitũ est iudici rõne casuũ emergentiũ leges transgredi. Et nõ ob illud quod dicitur de iuramento; qa iudices sicut statuta, ita & leges iurãt seruare, vt l. rẽ non nouã. C. de iudi. & in authẽ. vt iusiuran. qđ præsta. ab his &c. tñ non obstãte tali iuramẽto possunt cum causa minorare, vel augere pœnas, & sic faciendo nõ lędunt nec transgrediuntur leges, sed illa obseruant: quia sic fieri mandãt. & per hoc ẽt non dr̃ iudex incurrere periurium;
10 † quia ĩ omni iuramẽto semper intelligit̃ excepta authoritas legis, aut superioris, vt l. fi. ff. qui satis. cog. ita tenet do. Fran. Are. in d. l. & si seuerior. & Bald. etiam in eadem l. & si seuerior, vbi dicit ꝙ iudex non incurrit periurium alterando pœnam legis vel statuti, quando hoc facit ex causa, vel cũ causæ cognitione, quia alterãdo pœnam legis, vel statuti iusta causa pręcedente, illud facit lege permittente, & ex potestate sibi a lege concessa arg. d. l. hodie, & ideo dixit Archi. ibi ꝙ in omni iuramẽto intelligitur semper excepta legis & principis authoritas d. l. fina. ff. qui satis. cog. Demũ quæri potest quid si Titius accusauit Semproniũ ꝙ intulit sibi violentiam cum armis, & sic remedio legis. Iuliæ de vi. pu. & probauit violentiam sine armis sibi illatam fuisse, ex quo videtur probata intentio legis Iulię de vi priuata; nunquid Sempronius poterit condemnari de vi priua. ꝓut ꝓbatũ fuit? qdã dixerũt qđ sic, qa iudex põt pęnã minuere ex cã quidã alij dixrũt ꝙ nõ, qa hoc nõ fuit deductũ in iudicio a principio, vide Saly. ĩ d. l. & si seuerior. ĩ fi. & ĩ. l. iij. C. ad. l. Iul. de vi pub.

SVMMARIVM.

1 Condemnatus pro hæresi, vel læsæ maiestatis, si obtineat gratiam principis, an censeatur restitutus ad vitam, famam, dignitates, & ad bona pristina.

2 Principi congruit salutem populi tueri, & malis hominibus prouinciam purgare.

3 Indulgeo verbum, quid significet, & quid restituo Restituere plus est quàm indulgere.

4 Rescriptum in quo ponuntur verba indulgeo, & restituo, qualiter intelligatur.

De beneficio & indulgentia principis.



SVCCEDIT nunc videndum de secunda specie relaxationis, q̃ fit beneficio et indulgẽtia principis. postquam reus largitate principis obtinuit veniã sui criminis & culpæ. ex carceribus liberatur, quod fit pluribus modis; qa gratia qñq; fit stricta qñq;
1 vero oritur pinguior. † Ponamus. n. quẽ esse dãnatum de aliquo ex maioribus criminibus, vt est hæresis, lęsę maiestatis raptus virginis, falsę monetę. & similiũ ex quibus de iure infertur pęna mortis, perpetua infamia, & omniũ bonorũ publicatio: vt in c. ad abolẽdam & c. vergentis. de hęre. & l. j. et ij. C. eo. tit. l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. & l. j. C. de rap. vir. & C. de falsa moneta. si obtinuit mereri veniam ex indulgentia principis, an censeatur restitutus ad vitam, famam, dignitates, & bona, vel ad vitam duntaxat; & videtur dicendum ꝙ censeatur ad vitam duntaxat restitutus, ex quo restitutio siue indulgentia ipsa tendit contra publicam vtilitatem, & ordinem rectæ iustitiæ l. congruit. ff. de offic. presi. & ff. de his qui not. infa. l. furti. §. mandati. & in authen. vt nulli iudi. in
2 prin. † Nemini. n. magis cõgruit salutem populi tueri, & purgare ciuitatẽ malis hominibus, q̃ ipsi principi. l. nã salutẽ. in prin. ff. de offi. pręfe. vigil. Solu. tu dic attẽdẽda fore diligenter verba rescripti ipsius principis; qñq;. n. priceps exprimit speciẽ gratiæ, quã reo carcerato largiri intendit; vt qa dixit facimus tibi gratiã vitę dũtaxat; vel indulgemus tibi vitã, aut restituimus te ad vitã tm̃, vt tunc solius vitę gratiã obtinuisse dicet̃; si vero dixerit facimus tibi gratiã oĩum; vel restituimus te ad oĩa vt in pristinũ erat; et dr̃ restitutus quo ad oĩa postꝙ̃ verba rescripti clare sonant, & constat expresse de principis voluntate. arg. l. non aliter ff. de leg. iij. & l. continuus. §. cũ ita. ff. de ver. obl. si vero nõ constat in rescripto de ꝑdictis, & nullũ fit verbũ de fama, vel bonis, sed simpliciter reperitur principẽ fecisse gratiã illi: & tunc diligẽter attendenda sunt verba rescripti, aut. n. princeps
3 vsus fuit, † verbo indulgeo, aut verbo restituo, primo casu sola criminis pœna corporalis censetur esse remissa l. i & l. si adeptis. C. de sen. pas. & rest.

& rest.idem probatur.in l.insulam.& l.generali eo.ti.Secundo vero casu quo ad omnia censetur esse restitutus.s.ad vitam,famam & bona in pristinum statum,in quem erat ante sententiam reposi tus, vt l.j.& l.fi.C.eo.ti.quia.tantundem restitutionis gratia tribuit, quantum condemnationis sententia ademit,dicit tex.in d.l.fina. Ex quibus habes notare,ꝙ verbum restituo, habet ampliorem significatum ꝙ̄ verbum indulgeo ; quia per vnum restituũtur oĩa,per alterum vero vita duntaxat,& propterea sis cautus vt in rescripto gratiæ quam impetrare cupis pro amico incarcerato.vtaris verbo restituo.non autem indulgeo, vel alio simili verbo arido.Bar.& Bal.in l.j.& ij. & d.l.in insulam. C.eo.ti. †Sed quęro, si in rescripto vtrunque verbum reperitur expressum.s.verbũ indulgeo,& verbum restituo,vt quia princeps dixerit per indulgẽtiam nostram se restituimus; vel, per nostram restitutionem tibi indulgemus; quidnam consequitur reus per ista verba. dic secundum Bar.in d.l.fi.ꝙ ad omnia censetur esse restitutus. si enim alterum ex dictis verbis per se omnia ista comprehendit, quando non reperitur limitatum; multomagis quando habet aliud adiũctum per quod non debet eius ampla significatio restringi sed potius ampliari fauore liberationis ratione adiuncti,vide Bar.in d.l.fin. & vide quæ diximus supra lib.j.q.iiij.& v.

4

SVMMARIVM.

1 ☞ *Reus an cẽseatur ad omnia restitutus si princeps dicat, facimus tibi gratiam.*

2 *Verba dubia in materia gratiosa latißime interpretari debent.*

1 SECVNDO quæro, quid si Papa, † vel Imperator in rescripto suo post narrationem criminis & sentẽtiæ dixerit, facimus tibi gratiã,an reus cẽseatur ad omnia restitutus.s.ad vitam,famam, & bona?dic ꝙ sic.tex.est not.in l.j.§.fi.& ibi Bar.ff.de quęst.& Bar.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& post.& d.l.fin.C.de sen.pas.ratio est,quia 2 †verba dubia in materia gratiosa sunt latissime interpretanda,in fauorem illius qui recipit gratiã l.fi.ff.de consti. prin.c.si gratiose.de rescri.li.vj.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Banniti an recuperent bona sua publicata, statuto dictante oẽs bannitos rebanniendos.*

2 *Banniti qui dicantur secũdum communem vsum loquendi.*

1 TERTIO quęro. Ciuitas fecit† statutũ ꝙ oẽs banniti rebãniantur : an banniti quorũ bona fuerũt publicata, post gratiã pœnæ recuperẽt etiã bona,& sic an illud verbũ rebannire habeat vim restitutionis,vel indulgẽtię? & vr dicendum ꝙ habeat vim simplicis indulgentiæ: attẽto maxime cõi vsu loquẽdi,quo isti condemnati pro crimine appellantur banniti:& econuerso rebãniti dñr qui sunt a bãno prædicto, & sic a pœna restituti l.j.& l.relegatorũ.ff.de interdi. & relega.cõtrariũ dicendũ est, ꝙ immo istud verbũ habet vim plenę restitutionis, & tales rebanniti poterunt recuperare bona & famam, & omnia quæ prius per sententiam perdiderant:& fuerant priuati per rebãnitionẽ,igitur quis dr esse restitutus.ita dicit Bar.in d.l.fi.C.de sen.pas. immo cõmunis vsus loquẽdi magis vr approbare hãc sen- 2 tentiam quã præcedentem contrariam;† quia cõmuniter solent vocari banniti illi qui sunt damnati, et pœna mortis pro quocunq; graui crimine. & rebãniti dicuntur illi qui sunt restituti aduersus dictam sententiam siue bannum, per quã siue qđ priuatus fuerat vita,bonis,& fama:nã proprie istud verbũ bannũ,vulgares accipiũt pro sententia,& propterea dicũt quẽ esse captũ bannitũ,vel habere bannũ capitis, qui est condemnatus pœna capitis.& hanc q.disputauit Iaco. de Are. vt refert Bar.in d.l.fi.& determinauit prout supra cõclusum est : alijs et rationibus, de quibus ibi per eũ,vide et Bart.in l. Gallus.§.& quid si tantũ.ff. de libe.& posthu.& in l.j.§.fi.ff.de qõ.idẽ Bar.in l.non solũ.§.fi.ff.de procu.Bal.in d.l.fi.C.de sen. pas.idem Bal.in l.si qua pœna.ff. de his qui sunt sui vel alie.iur.& per Moder. magis copiose in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Restitutus an recuperet bona sua iã per fiscum alienata.*

2 *Princeps nemini gratiam concedere dicitur cum iniuria tertii.*

1 QVARTO quæro, Quid si bona †istius restituti fuerãt per fiscum alienata, an ipse restitutus poterit bona ipsa recuperare,& a possessoribus vindicare?dic ꝙ non,duplici ratione, prima quia emptores dictorũ bonorũ sunt bonęfidei possessores, immo veri domini; quia emerunt a fisco,qui erat verus dominus ipsorum bonorum : & sic non datur rei vendicatio cõtra dominũ l.j.& l.rẽ.& l. officium.ff.de rei vendi.& ipsi possessores sunt veri domini dictorum bonorum l.bene a zenone.C.de 2 quadri.præscri.Item quia†princeps faciens gratiam alicui,censetur illam impartiri sine iniuria & præiudicio tertij: non enim videtur æquum ꝙ faciendo gratiam vni,velit inferre præiudicium alteri;quia semper ista conditio subintelligitur, sine præiudicio iuris alieni. l. & si fine.§.sed qđ papinianus.ff.de minor.l. ꝙ si minor.§.Sceuola. eo.ti.& Bar.in d.l.fi.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Restitutus an poßit illico pretium suorum bonorum consequi a fisco.*

2 *Possessor bonæ fidei quatenus pretium rei alienatæ teneatur restituere.*



VINTO quæro, nunquid iste re 1 stitutus † poterit saltẽ consequi pretiũ dictorũ bonorum a fisco? Bart. in d.l.fina.dicit, ꝙ sic, quatenus ex eo effectus fuerit fiscus locupletior: alias non.l.sed & si lege.§.itẽ si rem.ff.de peti.hæredi.quia fiscus succedit loco hæredis illius damnati.l.ij.C.de bon. proscri. & l.j.C.de bon.eo.qui ante sent.mor.sib.con. qui cũ sit legitimus,& bonæ fidei poss.pretium rei alie- 2 natæ per ipsum † eatenus tenetur restituere, quatenus ex eo locupletior factus fuerit, & non aliter l.tutor.ff.ad l.Iul.de vi.& ideo si in pretium prædictum fuisset a fisco furto subtractũ, vel alio simili casu fortuito perijsset, non teneretur ad illius restitutionem, cum nõ sit effectus locupletior dicta l.& si rem & pretium.vide Bart.in d.l.fi. C.de sen.pas.

SVMMARIVM.

1 *Rebannitus per statutum an censeatur ad famam restitutus.*

2 *Princeps & senatus famam restituere possunt.*

3 *Tollere potest qui & condere.*



EXTO quæro de vno dubio qđ 1 † ex præmissis insurgit, an rebannitus per dictum statutum dicatur restitutus ad famam: & sic an ciuitas per statutum possit aliquem restituere famæ. & videtur dicendum ꝙ non: quia restitutio famæ,& dignitatum dicitur spectare ad principẽ, non autem ad ciues inferiores. l.j.§.pen.ff. de po- 2 stula. vbi dicitur ꝙ solus † princeps & senatus restituit famam. tu dic ꝙ aut infamia orta fuit de iure communi, aut per statutum: quia statutum ex aliquo delicto irrogat infamiam ex quo nõ oriebatur de iure cõi. primo casu non potest nisi per Imperatorem, vel senatum fama restitui. d.l.j.§. pen.secundo vero casu potest ciuitas ipsa per suũ 3 decretum, vel statutum restituere famam, † quia cuius est condere, eiusdem est tollere.l. nam natura.ff.de condi.inde.& l.nihil tam naturale.ff. de re.iu.& qui habet facultatem condemnandi, habet etiam absoluendi potestatem.l.iij.ff.de re iud. & Bar.in d.l.fi.C.de sent.pas. & vide quæ diximus supra in lib.j.in tit.de hære.in vj. q.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cum primum innocentiam carcerati scit ipsum absoluere debet.*

2 *Sententia diebus feriatis ferri potest in fauorem innocentis.*

Examinatio & tortura fieri potest diebus feriatis contra latrones famosos.

3 *Sententia condemnationis ferri non debet diebus feriatis.*

De absolutione innocentis.



XPEDITIS duabus speciebus relaxationum, quando cõstat de crimine & est lata sententia, deueniendum est modo tertiam relaxationis speciem, quæ sit pro- 1 pter innocentiam. † Dic igitur ꝙ ꝙ primum iudex cognoscit innocentiam incarcerati, & de illa sibi constat, debet illum quamprimum absoluere,& a carceribus liberare. vt l.j.in prin.& l.fi.C.de custo.reo. vbi dicitur quod quãprimum reus est incarceratus statim debet quæstio fieri, vt reus condẽnetur,& innocens absoluatur. de his enim quos tenet carceri inclusos aut conuictos, velox pœna subducat, aut innocentes diutina carceris custodia non maceret vt l.ij. & fin. C.de custo.reo. ibi aut liberandos diutina carceris custodia non maceret &c.& l.custodias.& ibi 2 Bar.ff.de pub.iudi. † vbi dicit ꝙ etiam diebus feriatis potest ferri sententia in fauorem innocentis, dummodo non sint feriæ in honorem Dei, secũdum quod tenet glos. ibi.& in l. dies festos.C. de fer. Examinatio tamen & tortura fieri potest contra magnos latrones & proditores patriæ, cõspirantes contra multorum salutem, & in similibus maioribus criminibus, quocunque tempore quadragesimali,& feriato in honorem Dei, etiã si esset dies paschalis, non sit aliqua differẽtia dierum solenniũ quo ad indagandum veritatem ipsorum maiorum criminum, vt l.prouinciarum.C. de feri.& ibi glo.& Bar.dic ergo sic, Aut quærimus de examinatione & inquisitione veritatis, & tunc aut sumus in maioribus & atrocioribus criminibus, & ista fieri potest quocunque die et feriato in honorem Dei,& paschali d. l. prouinciarum, aut de alijs minoribus, & illa fieri potest similiter quacunque die etiam feriata, dummodũ non sit de maioribus diebus solennibus, vt per glos. & Bald. in d.l.prouinciarum. & d.l. custo- 3 dias. aut quærimus de causæ decisione, † & tunc aut sumus in materia condemnationis, & ista sententia ferri non potest tempore feriarum etiam ꝙ sint feriæ messium, vel vindimiarum. sed constito de crimine sententia & pœnæ executio debet differri in tempus iuridicum. Iste est proprie casus in d.l.custodias.de pub.iudi.in fi.aut sumus in absolutione innocentis, & isto casu potest ferri sñia quæcũq; die feriata exceptis ferijs introductis in honorẽ Dei d.l.custodias,& ibi gl.& Bar.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitus de crimine, & ob vrgentia indicia tortus, & non confessus an debeat absolui.*

2 *Absolutionis forma qualis, quando reus indicia purgauit.*

Reus

3 *Reus qui per torturam purgauit indicia, & absolutus an possit repeti, superuenientibus nouis indiciis.*
4 *Iudex quo casu accusationis abolitionem facere possit, sed non diffinitiue absoluere.*
5 *Innocens, & non culpabilis in quo differant.*



SECVNDO quæro solutionem huius memorabilis quæst. quę sæpius in facto accidit. 1 †Titius reperitur inqsitus de homicidio ꝙ Sempronium de nocte occiderat. deinde examinatus negauit; sed quia indicia contra ipsum aderant vrgenter, iudex deuenit ad rigorosum examen qui in tormentis similiter eadem negatiua perseuerantes in stetit, adeo ꝙ iudex considerans illum fuisse satis competenter tortum, secundum qualitatem indiciorum ex tormentis illum deponi fecit, putans per illam torturam purgasse indicia, quæ contra ipsum militabant: modo reus ipse instat pro absolutoria, & liberatione a carceribus: quæritur quid agendum sit, quidam dixerunt ꝙ omnino vt innocens absoluendus erit, & a carceribus liberandus, ex quo non fuit repertus culpabilis. quidam vero dixerunt nullatenus absoluendum fore, nisi expresse constiterit ipsum esse vere innoxium; quia nemo dici potest innocens, nisi quando expresse constat de innocentia suæ, quod est, quādo repertus est verus reus criminis. Ideo dic, aut plene constat de homicidio, & de vero homicida, qui est alius q̄ ipse Titius, & isto casu si cō stat iudici ꝙ Titius non occidit ipse, nec fuit criminis particeps, tunc vt verus innocens debebit diffinitiue absolui, ex quo plene constat de eius innocentia, & ita intelligitur tex. in l.j. & in fin. C. de custo. reo. & l.j. §. fin. ff. de quæstio. & l. custodias. & ibi Bart. ff. de pub. iud. Aut constat de delicto non tamen de persona delinquentis, ꝙ fuerit alius q̄ Titius, & tunc non poterit dictus Titius vt innocens diffinitiue absolui, ex quo nihil probauit de innocentia sua, sed propter torturam quam sustinuit in corpore, dicitur purgasse indicia quæ contra ipsum erant: & ideo isto casu debebit absolui ab inquisitione & processu; quia nō 2 fuit repertus culpabilis. †Et ista est vera forma absolutionis quando incarceratus purgauit indicia, & nondum repertus est verus reus, quam ponit Bart. in l. fina. in priuci. ff. de quæstio. & hæc dicitur quædam sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, & habetur in l. properandum. §. & siquidem. C. de iudi. & ibi glo. & Bart. & Moder. Et per istam absolutoriam obtinebit liberationē a carceribus iuxta terminos. l. fi. ff. de requi. reis. & l. fi. C. de custo. reo. Et nota ꝙ inter istas duas absolutiones est maxima differentia: quia qn̄ constat vere de innocentia ipsius Titij, quod est quādo reperitur verus homicida, vt supra dixi, absoluitur diffinitiue ab ipso crimine, & a tota causa vt verus innocens: & isto casu nullus poterit amplius de obiecto crimine inquirere seu alio quouis modo contra ipsum. d. l. fina. C. de custo. reo. quia obstat curiæ exceptio innocentiæ & rei iudicatæ. vt l. ij. C. de excepti. rei iudi. & l. prima. C. quando prouo. non est neces. & l. si cui. §. hisdem. ff. de accu. & quod ibi no. Barto. & l. si qui adulterij. super gloss. fi. C. de adul. 3 † Secundo vero casu quando purgauit indicia per torturam, ista absolutoria non obstabit quominus possit contra ipsum absolutum de nouo procedi, si noua indicia superuenerint; & sic ista absolutoria non parit exceptionem peremptoriam rei iudicatæ, sicut præcedens ad crimen; vel ad iudicium super eodem crimine. ita tenet notabiliter Bal. & Saly. in d. l. si qui adulterij. secuti doctrinam glos. ibi, quam dicunt omnes Doctor. tenere. vbi Saly. specialiter formauit hanc quæstionem post glo. ibi, & dat saluberrimum consilium iudici in istis casibus dicens ꝙ vtile non est absoluere reum diffinitiue vt innocentem, quando iudex est dubius, & hoc potest facere iudex vt ipse dicit ex iusta causa; puta si habet reum accusatum, vel inquisitum in manibus, & habet sufficientia indicia contra eum, qui pluries tortus non fuit confessus, iudex poterit si instaret pro absolutoria, illum absoluere a processu, vel 4 ab obseruatione iudicij: vt supra † & isto casu dicit ipse, ꝙ iudex potest accusationis abolitionem facere, non autem ipsum absoluere diffinitiue a crimine. vide ipsum ibi, qui dicit etiam quod ista faciunt ad q. quam ipse disputauit & declarauit in l. si quis. C. ad l. Iul. maiest. & hanc opinio. tenuit etiam Petr. de Bellaper. ibi nemine contradicente. vide Bartol. in l. prima in princip. ff. de quæst. & supra diximus. quod refert & sequitur Angel. de Aret. in tract. male. in gloss. fama publ. in fin. & Par. de Put. in tracta. syn. in c. viso de repetitione torturæ. in fin. fo. cxxv. qui tamen Moderni melius declarant verba Bartol. in dicta l. final. dicentes ꝙ illa absolutoria non erat absolutoria diffinitiue a crimine secundum terminos dicta l. si cui. §. hisdem. & l. absentem. ff. de. pœ. sed erit diffinitiua respectu abolitionis processus & inquisitionis inde factæ, vnde non impeditur ꝙ superuenientibus nouis indiciis noua possit formari accusatio, vel inquisitio contra eundem reum, per doctrinam gloss. Bald. & Salyc. supra relatam. & propterea bene dixit Bartol. in dicta l. fina. ff. de quæstio. non repertum culpabilem absoluebam, 5 † & non dixit innocentem: quia hoc verbum innocens præsupponit & denotat omnimodam immunitatem & carentiam criminis & doli dicta l. absentem. & Bald. in dicta l. si qui adulterij. quamuis non desint qui subtilizando in via disputatiua tenere velint. idem denotari per verbum innocens, ꝙ per verbum non culpabilis, tamen in hoc vlterius non insisto postquam habemus opinionem claram quæ seruanda est in decisionibus causarum, & a qua nullatenus est recedendum: vt dicit Bartol. in l. secunda C. de pœna iudi. qui male iudic. & Bald. etiam ibi dicit ꝙ iudicando nunquam recedendum est a carrocio prudentum, maxime glo.

SVMMARIVM.

1 *Testes de iure non admittendi, an possint admitti in causa innocentiæ.*

2 *Testes qui ob reuerentiam non debet examinari, si examinetur, ne iudicium quidē facit,*
Testes aliás non admittendi, in probanda innocentia admittuntur.

3 *Reus quas habet excusationes proponere potest, & per domesticos innocentiam probare.*
Domestici testes admittuntur in probandis his, quæ domi geruntur.

4 *Inquisitus bonæ conditionis & famæ potest innocentiam suam par domesticos & alias non admittendos probare.*



ERTIO quæro, An in causis criminalibus, quando agitur de probando innocentiam accusati, vel inquisiti, 1 † admittantur domestici & familiares, & alij, qui alias de iure non solent admitti, pro cuius faciliori notitia figurabo casum. Titius reperitur inquisitus de homicidio de nocte perpetrato, vult probare innocentiam per negatiuam ab impossibili, coarctato loco & tempore, dicendo ꝙ illa nocte eademmet hora, & momento quibus Sempronius fuit occisus, ipse erat in domo sua vna cum vxore, filiis & aliis familiaribus suis, adeo quod erat impossibile, ꝙ corpus naturale posset esse in duobus locis diuersis eodem temporis momento, vel si vellet probare, quod illamet hora noctis ipse iacebat in lecto cum vxore sua, nunquid hanc distantiam a crimine & existentiam in domo sua poterit probare per consanguineos aut vxorem, & per testes familiares? & videtur dicendum ꝙ non, quia testes huiusmodi non dicuntur legitimi testes, nec legitimam probationem faciunt, contra quos plures dantur exceptiones? adeo ꝙ nedum in criminalibus, vbi luce clariores requiruntur probationes.l.sciant cuncti.C.de probat.c.cum oporteat de accu.v.quæstio.vj.Epiphanium. & est gl. in c.veniens. de test. verum etiam in causis ciuilibus non admittuntur, nec fidem faciunt: vt habetur in c.in literis.de testi.& no.Spe.in ti.de teste. in prin.§.opponitur. ver. itē ꝙ est parens & Barto.in l.j.§.diuus, el.j.&.§.Antonius.ff.de quæstio. & l. maritus.in prin.eo.titu. vbi dicit 2 † ꝙ testis qui non debuit examinari propter reuerentiam, vt sunt filij, famuli, & illi in quibus habemus imperium, non solum plene probant, sed nec semiplene, immo nec faciunt indicium, etiam cum tortura, vt dicit d. Hippo. de Marsi. in l.j.§.ad q.in princ.ff.de quæstio. In contrarium tamen est veritas: quia quotiescunq; tractatur de probando innocentiam, admittuntur testes, qui alias de iure non admitterentur; præsertim qñ aliorum testium copia haberi non potest, vel qñ veritas aliter probari nonpotest: ita singulariter voluit Io. de Ana.in consi.lix.quod incipit visa inquisitione &c.in j.col.Hippoly. de Marsi. in singulari. suis nu.59.qd innocentibus.Spe.in ti. de inquisitione.§.j.in v.colum.versi.sed nunquid. & versi. generaliter.vbi dicit 3 ꝙ † reus potest proponere eas excusationes quas habet, & probare innocentiam suam per domesticos & concubicularios suos secundum ꝙ tenuit Goff.in sum.versicu. sed qualiter.ar.tex.xij.q.j. sint manifestę. & c. seq. ij.q.vij. cum pastoris.& in c.veniens, de test. & not. Bart.in l.quoties.C.de naufra.lib.xj. vbi dicit ꝙ de his quæ domi geruntur, non solum domestici admittuntur ad testimonium, verum etiā de istis tanquam melius informati, cæteris præferuntur: maxime quando essent personæ honestæ & fidæ dignæ, ac probatæ opinionis: vt d.c. in literis.de testi.& in l. consensu. & ibi Bald. C. de repudi.& vide latius d.Hippo. de Mar. in d. l.j. .§.a d quæst.ff. de quæsti. vbi latius tradit istam materiam, & dicit hanc esse puram veritatem, ab hominibus Doct.approbatam. 4 † Hæc tamen limita, & declara procedere posse, quando inquisitus esset bonæ conditionis & famæ, nec solitus in sanguine immisceri, vel ire de nocte; alias si esset vir factiosus, sanguinolentus, vel ꝙ præcesserant graues inimicitiæ inter ipsum & occisum; et ꝙ erat solitus ire de nocte sæpius armatus, vel si fuisset vissus illa noctæ exire de domo armatus & ambulare per vrbem; vel ante domum illius occisi, & similia indicia & qualitates, quę sunt proxima facto & reddunt illum valde suspectum de isto crimine, vel si fuisset repertus eius gladius sanguinolentus de recenti, vel si in hoc loco homicidij fuisset repertum de mane biretum, scufficia, calciamentum, chiroteca, vel quid simile ex bonis, vel arma quædam, sicut gladius, pugio, pars clipei, siue rotellini, aut aliud simile, quod redderet illum valde suspectum: non crederem isto casu ꝙ testes prænominati facerent plenam fidem de illius innocentia: quia illorum dispositiones eliduntur siue debilitantur per suprascripta indicia, nisi forsam illa purgasset per torturam, vt supra diximus in præcedenti quęstio. & ita teneo per doctrinam Barto.in.l.fina.in.2.col.ff. de quęstio. vide Ange. de Aret. in suo tracta. male. in glo. fama publica. in.iij.col.& Par.de Put. in tracta. syn. in c. aduertendum .l. non omnes .§. a Barbaris .ff. de re miltta. & qnod ibi not. Barto. cui conclnsioni non obstant ea, quæ supra in contrarium adducta fuerunt. quia loquuntur in materia pœnali & condemnationis, quando agitur de probando crimine ad effectum condemnationis & pœnę quæ sunt magis odiosæ. & ideo illis casibus probationes requiruntur luce clariores.d.l.fina.&c.Epiphaniam.& c.cum oporteat, nos autem loquimur in materia innocentiæ & absolutionis, quę est fauorabilis, dicta.l.absentem.ff.de poe.& c. qualiter & quando, de accusat, & c. veniens de testibus.

QVARTO



VARTO quæro, Quid si incarceratus criminis delati innocens demum repertus est, de cuius innocentia plene constat iudici, nihilominus passus fuit maxima damna in corpore & in bonis, qa habuit torturam.et carcerationem satis longam, adeo ꝙ fecit magnas expensas tam in captura ꝗ̃ in carceratione prædicta, an habebit aliquod remedium ad recuperandum damna & expẽsas huiusmodi, & contra quem.de hoc dicetur infra eo. lib.in tit.de expen.dam.& interes.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ suos tm̃ tenent et sequuntur auctores. Homicida puniri debet, sed qui gladio non ferierit gladio non debent perire.*
2 *Homicidium an oĩbus imputetur, si tres vnũ aggrediantur, sed vnus tantũ feriat et occidat.*
3 *Iura municipalia regulariter factũ puniunt.*
4 *Ius municipale non punit eum qui cum occidente est aggressus, sed tantum occidit.*



VINTO quæro.Quid si Caius, Sẽpronius, & Meuius ensibus armati agressi fuerunt Titium solum, qui ab ipso Caio vnico vulnere interfectus est, an cæteri duo ab isto homicidio, vt innocentes poterũt absolui, ex quo cõstat p vnũ tm̃.s. Caium homicidium ipsum fuisse commissum? & vr̃ dicendum ꝙ sic: 1 † quia pœna suũ tm̃ prosequitur authorem qui facinus ipsum patrauit.l. sancimus. C. de pœni. nec vlterius progrediatur metus ꝗ̃ reperiatur delictum.& l.fi.C. de episc.audien. vbi dicitur homicida quod fecit semper expectet. sed illi qui gladio non feriere, gladio perire non debent . vt habetur Matthæ. xxvj.& Io.xviij.c.xxiij.q.viij.in prin. nec debent propterea amici, consanguinei, affines, & socij, qui fuere noxij, alterius criminis luere pœnas d.l.sancimus . Distingue aut loquimur de pœna corporali quæ infertur in personam, aut de pœna relegationis vel pecuniaria, vel alia simili. Primo casu, aut homicidium fuit commissum in rixa vel quadam repentina & inopinata violentia & aggressu , aut scienter & appensate, communicato consilio & deliberatione præhabita . 2 †Primo casu videlicet quando loquimur de pœna corporali, aut homicidium fuit commissum in rixa inopinato rumore; & tunc aut loquimur de iure communi secundum terminos legis Corneliȩ de sicariis; & non tenetur de homicidio, nisi ille qui percussit. Cæteri vero vt innocentes, ab homicidio & a pœna corporali erunt absoluendi. vt l.j.§.diuus.& l.si in rixa.& ibi Bart.ff.ad leg. Cornel.de sica.& ratio est, quia isto casu iura nõ præsumunt alios habuisse animum occidendi.d. l.si in rixa.in prin.si vero probaretur , ꝙ omnes pariter habebant animum occidendi , & eo animo insultarunt dictum Titium, omnes pariter tenentur de homicidio.licet vnus tantum percusserit, quia in ea lege non factum ipsum consumatũ, sed animus principaliter consideratur , ita dicit Bar.in d.l.j.§.diuus.& d.l.si in rixa. & l.in leg. Cornel.ff. ad leg.Cornel. de sica.& l.is qui cum telo.C.eo.tit. vbi si aliquis cum telo armatus ambulauerit animo aliquẽ interficiendi, licet ipsum non occiderit neq; tetigerit, nihilominus pœna illius legis tenetur . 3 † Aut loquimur secundum iura municipalia quæ regulariter puniunt factũ; quia regulariter imponũt pœnam illi qui cõmiserit homicidium, & tunc ista pœna corporali nõ punitur, nisi ille qui re ipsa homicidium perpetrauerit, ar.l.ij.ff.ad leg. Aquil. in qua lege aquilia principaliter consideratur & punitur factum, scilicet.qui occiderit &c.vide Bar.in d.§.diuus. & in d.l.si in rixa. in prin. Secundo autem casu principali, qñ animo deliberato, & cõicato cõsilio, aut loquimur de iure cõi secũdum terminos d.l.Corne.& omnes tenentur: quia omnes dicuntur habuisse animum occidendi . vt est glo.no.& ibi Bar.& Doc.in d.l.si in rixa.in princ.& Cy. & Bal. in d.l.is qui cum telo. 4 † Aut loquimur de iure municipali secundum statuta locorum, & non tenetur nisi qui occiderit & realiter percusserit, ratio quia statuta ipsa puniunt factum, & nõ solum animum; & sic potius attenditur factum ꝗ̃ animus, quamuis ex facto solo sine dolo & animo occidendi non infertur pœna corporalis , in tantum, ꝙ lata culpa isto casu non ȩquiparatur dolo, vt est tex. in d.l.in l.Cor.& per consequens cæteri qui non percusserunt a pœna corporali erunt absoluendi , sed tenentur de auxilio & fauore minori pœna , vt ibi per eum. Idem etiam tenet Bal.in l.non ideo minus. in pe.col.in ver.iuxta hoc quæro.C.de accusa. vbi dicit ꝙ quando plures sunt simul in eodem loco congregati, & econtra vnum quem occiderunt aut vulnerauerunt, vnusquisque tenetur de eo quod fecit, non autem de eo quod alij fecerunt: nisi factum magis distincte probaretur quomodo & qualiter vnus impendisset auxilium alteri; & hoc quando facta sunt distincta non cumulata , & clare probantur vt l. ij.§.si quis ff. vi bo.rapto.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium si vnico ictu factum sit, & nesciatur a quo ex tribus, an omnes debeant condemnari.*
2 *Probatio in causis criminalibus luce clarior esse debet.*
3 *Percussus si quis sit a pluribus & moriens post aliquod tempus nesciatur ex cuius ictu, an debeant omnes percussores puniri.*
4 *Occidens qui dicit ad sui defensionem occidisse, an ratione dubietatis debeat absolui.*
5 *Clericus de iure canonico potius irregularis quàm innocens censetur in dubio.*

SEXTO

SEXTO quero prosequendo materiam. Quid si non apparet, & iudici constare non potest cuius ictu & vulnere Titius interemptus sit, † retentis eisdem terminis scilicet ꝙ Titius vnico tantum vulnere percussus & interẽptus fuerit: an omnes sint condemnandi de homicidio, vel omnes propter hãc dubietatem absoluendi? dic breuiter, ꝙ si est tanta dubietas ꝙ nullo modo constare potest de vero percussore, potius omnes erunt absoluendi, ꝙ̃ omnes vel vnus eorum condemnandus. ita tenet eleganter d. Specu. in ti. de homi. in ij. col. versic. Pone ꝙ quatuor. vbi dicit ꝙ si quatuor erant in vna domo, & vnus proiecit lapidẽ ex fenestra, & prætereuntem occidit, si constat ꝙ vnus ex illis quatuor proiecit lapidem, tamen nullo modo constare potest quis illorum proiecerit, non erunt omnes condemnandi pœna capitis; quia certũ est ꝙ vnus tantũ proiecit; ergo tres sunt innocentes, nec debent vnius delicto cæteri innocentes puniri, per l. sancimus. C. de pœ. et l. absentem. ff. eo. ti. quia tunc non deficit ius, sed probatio, vt l. duo sunt Titij. ff. de test. tutel. † quæ quidem probatio debet esse luce clarior in causis criminalibus, & maxime in his in quibus tractatur de pœna corporali l. sciant cuncti. C. de proba. ij. q. ö. viij. sciant. hoc tamen limitandum est, nisi omnes illi quatuor studiose & communicato consilio accessissent ad illam domum, in eaq; ingressi fuissent eo animo & intẽtione vt dictum Titium transeũtẽ lapide interficerent; quia isto casu oẽs pariter condẽnandi erunt pœna capitis; ille qui proiecit ex facto proprio, cæteri vero de mandato tenentur. ita dicit Specu. in d. titu. de homi. ver. pone.

† Posset ẽt hic inseri alia q. quid si plures isti ꝑcusserunt Titium & intullerunt sibi plura vulnera, qui post aliquod tẽpus reperitur mortuus, et nescitur ex quo vulnere; quia habebat plura vulnera letalia in persona sua, & a pluribus aggressoribus illata. aut scitur ex quo vulnere periit, tñ nescitur a quo vulnus ipsum fuerit illatũ; & quid si habebat vnicũ vulnus letale, cætera vero duo vel tria minora non letalia, & a pluribus illata, & mortuus fuerit. an oẽs teneantur de homicidio, quasi oẽs occiderint, vel nullus ratione dubietatis? de oĩbus his vide Bartol. in d. l. si in rixa. in ij. & iij. col. quæ hic non insero breuitatis causa: quia sunt notissima. † Et quid si duo adinuicem se insultarunt & eodẽ tempore & quasi momento admenantes adinuicẽ euaginatis ensibus vnus venit occisus ab altero, superstes vero qui occidit dicit se defendendo illud fecisse ad sui defensionẽ & probari non põt quis primo & quis secundo insultauerit, an ratione istius dubietatis ille occidens debeat absolui, vide Bart. in l. j. §. cum arietes. ff. si quadru. pau. fe. dica. & ibi late p d. Alex. in apostil. nunquid in dubio præsumendum sit illum fecisse ad sui defensionẽ, vel ad offensãm qui prius inceperit. Quæ aũt diximus supra, de eo qui pluribus vulneribus confessus mortuus est, & apparere non põt, cuius ictu perierit, ratione dubietatis nemo punitur pœna homicidij; illud est verum de iure ciuili, qñ agitur de pœna corporali: quia tunc necesse est ꝙ adsit dolus, & luce clarius probetur. l. in lege Cor. ff. de sica. et l. fi. C. de proba. † De iure aũt canonico secus esset, quia in dubio clericus potius censetur irregularis ꝙ̃ innocens, & propterea debebit se abstinere a diuinis, licet clare perpendi non possit an ictu clerici vel alterius ille perierit, vt est tex. in c. significauit. de homi. & ibi Abb. Ioan. de Imo. & alij canonistæ. ratio est quia illud fit fauore animæ et nullum corporis detrimẽtum infertur abstinẽdo, sed se immiscendo posset esse periculum vt ibi dicitur. vide etiam Bar. in l. si ex plagiis §. j. ff. ad l. Aquil. Bal. & Imol. in l. cum mulier. ff. sol. ma. in d. l. semel mora. eodem titu.

SVMMARIVM.

1 Consanguinei homicidæ ipsum cum armis associantes ad locum tutum defendendo a manibus inimicorum & curiæ, an censeantur participes & consocii criminis.

2 Associans malefactorem ad recessum, an censeatur associasse ad maleficium cõmittendum.

SEPTIMO & vltimo silentio nõ † prætermittam hanc vlti. q. in hac materia quæ sæpius contingit in facto. Quod si plures armati consanguinei, vel amici ipsius homicidæ statim completo homicidio in loco commissi criminis comparuerunt, ipsumque homicidam associarunt & reduxerunt ad locum tutum. ipsum defendendo a manibus inimicorum & curiæ. an vt participes & conscij criminis & auxiliatores sint condemnandi; & similiter an præsumendum sit ꝙ fuerint conscij a principio de homicidio perpetrando, & ꝙ communicato prius consilio illud fieri mandauerint, vel studiose procul steterint, & noluerunt se discooperire nisi post factum, an teneantur de homicidio pœna capitis vel alia pœna, & qua. respon. ꝙ aut isti associantes a principio communicato consilio cum ipso homicida venerunt eo animo & ad illum effectum vt occultarent se prope locum criminis, & expectarent ibi donec perficeretur, & casu quo oporteret assisterent, & tunc tenerentur vt socij vel de auxilio aut casualiter transeuntes per illum locum inuenerunt eorum consanguineum occidisse Titium, idem est si post factum audito rumore occurrerunt eorum agnatum: quia non præsumitur a principio illos fuisse conscios, & non tenentur: prout in simili decidit Specu. in titu. de homici. ver. pone ꝙ quatuor homines &c. ita dicit Salyc. in l. vnica. in iiij. col. versi. ex. vj. parte & v. col. versic. ex nunc transeamus. C. de raptu virg. et Bal. in l. nõ ideo minus. C. de accu. in viij. col. versi. quæro an associans &c. vbi melius declarat istum articulum. † & quærit an ille qui associat ad recessum videatur associasse ad maleficium committendum, ita ꝙ puniri possit vt auxiliator.

liator. et dicit ꝙ aut quis associauit ante factum et nulli dubium est ꝙ tenetur, aut post factũ, & tunc aut immediate facto maleficio illi apparuerunt, et associarunt malefactorem siue homicidam, et tunc certum indicium est contra ipsos ꝙ fuerint dicti maleficij conscij & participes, vt auxiliatores tenentur, ita dicit Bal. ibi qui alleg. tex. in l. si ventri §. fin. ff. de priui. credi. & ita dicit ꝙ tenet Albe. ibi & Cyn. in l. j. C. de nili agger. non rum. Aũt associarunt ex interuallo, & non potuerunt puniri vt socij de auxilio ꝙ opem præstiterint maleficio; sed poterunt puniri quemadmodum punitur receptator. ita dicit ipse, qui dicit ꝙ Albe. & alij Doct. hoc idem tenent. Qua pœna teneantur receptatores videri potest in toto ti. ff. & C. de recep.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Compositio quid sit & quotuplex.*
2 *Qualitas essentialis triplex reperitur in qualibet anima rationali.*
3 *Compositio pœnarum quæ dicatur & qualiter fiat.*
4 *Compositio pœnarum de concordia & communi consensu fieri debet.*
5 *Ecclesia sanguinem abhorrere dicitur.*
6 *Compositiones pœnarum absque causa rationabili non possunt fieri.*
7 *Mulieri facilius quàm viro ignoscitur.*
Iudex veniam indigno concedens, prouocat vniuersos ad similia perpetranda.
8 *Compositio lite pendente fieri potest, non autem post sententiam.*
Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi.
9 *Pecunia quæ pro compositione soluitur, fisco solui debet.*
10 *Infamia ex crimine quibus verbis aboleatur in compositione.*
Paciscens cum parte vel pecunia corrumpens, ne se accuset infamiam non euadet.
11 *Abolitio processus & litis extinctio per quæ verba fiat in compositione.*

De pœnarum compositionibus.



SEQVITVR nunc declarãda alia species relaxationis, quæ fit per compositionem pœnæ factam cum fisco aut cum curia. Et hæc est prima quę fit lite pendente; vt supra diximus. 1 †Primo enim quęro quid sit compositio, vt præcedentium ordo seruetur. Respon. sumendo hoc verbum, compositio, simpliciter & generaliter. Compositio est pluriũ simplicium cõmixtio partis ad partes, quę cadit tam in rebus sensatis & intellectualibus ꝙ̃ insensatis, & materialibus, vt est glo. no. in c. j. de sum. Trini. in versi. simplex. quæ dicit ꝙ in diuina essentia triplex figuratur persona sub eadem tamen substantia & subiecto. 2 Eodem modo † in qualibet anima rationali, & in vna essentia naturali siue substantia spirituali, triplex reperitur qualitas essentialis. s. intellectus, ratio & memoria. intellectus enim est qui comparatur patri. ratio id est sapientia, quæ comparatur filio, & memoria quæ comparatur Spiritui sancto, de his tamẽ vlterius non me intromitto; quia non faciunt ad materiam nostram. hæc modica dixisse volui pro aliquali notitia istius verbi. vide gl. ibi, & latius do. Fely. in c. nouit. in ij. col. de iudi. 3 † Redeũdo ad materiam nostram quæro quid est compositio in istis terminis. Respon. Compositio est conuentio quædam per reum cum pręside facta, ex causa, lite pendente de dubio criminis statu, de soluẽdo fisco certam pecuniarum summam, ad effectum redimendi vexationes litis: vt probatur in l. ab accusatione. l. destitit. & l. seq. ff. ad Senatuscon. Turpil. & in auth. de defen. ciui. §. quia vero. & c. fi. de transac. vbi est text. not. Et antequam ad vlteriora procedã. no. ꝙ in hac materia duæ sunt species compositionum, vna est quæ fit cum fisco vel præside, quæ concernit interesse reipu. Altera vero est quę fit cum parte offensa, quæ dicitur priuata ex quo concernit interesse priuatum l. transigere. C. de transa. & d. c. fi. eo. ti. Examinemus modo singula verba dictæ compositionis publicæ quæ fit cum præside vel fisco. Dicitur enim primo ꝙ est con- 4 uentio quædam &c. † nam compositio ista fienda est de concordia & communi consensu. alias si violenter fieret diceretur potius extorsio quædã illicita l. j. C. si per vim vel alio modo l. extat. ff. quod met. cau. & l. j. & iij. & l. lex Iulia repetun. ff. ad l. Iul. repetun. & ideo iudex vel alius magistratus teneretur in syndicatu ad restitutionẽ parti d. l. j. & l. lex Iul. & l. extat. quanuis enim compositiones istæ sępius fieri consueuerunt per iudices ecclesiasticos, etiam vbi de crimine plene cõstat; maxime in criminibus capitalibus, & in quibus veniret imponenda pęna sanguis, & quæ cõmutatur in pecuniaria pœna. xvij. qõ. iiij. si quis 5 diaconns. & c. sequen. & hoc est quia † ecclesia abhorret sanguinem. ca. sententiam sanguinis. ne cler. vel mona. & c. in Archiepiscopatu. de rapto. li. distin. c. j. & de exces. prælat. c. ex literis. l. distin. si quis viduam. vide Abb. et do. Ioan. de Imo. in d. c. sententiam sanguinis, & in c. sicut dignum. de homici. & per Archidia. in d. c. si quis diaconus. xvij. q. iiij. & propterea iudices ecclesiastici sunt faciliores in componendo commutando pœnas quam in rigorosa sanguinis effusione, per iura prædicta; sed ista non dicitur proprie compositio. sed potius dispensatio & commutatio pœnæ, vide Abb. in d. c. sicut. & c. sententiam. Item dicitur conuentio facta cum præside, ad differentiam illius quę fit cum parte aduersa, nam illa proprie appellatur transactio. l. transigere. C. de transact. l. fallaciter. & l. fin. C. de aboli. l. destitisse. & l. ab 6 accusatione. ff. ad senatuconsul. Turpil. † Ex causa, ideo dictum fuit; quia compositiones huiusmodi absque causa rationabili fieri non possunt.

l. aut

l.aut facta.§.fi.& l.capitalium.§.solent.ff.de poen. c.ficut dignum.de homici. In his enim compositionibus plura sunt consideranda; & primo personae conditio, vt si alias sit nobilis, & honesta persona, & in similibus excessibus alias non incederit; vt cum eo admittatur compositio, alias si esset turpis persona & criminosus, vel assuetus, nõ admittitur compositio, sicut non admitteretur dispensatio. vt d.c. fin. de transa.& l.transigere.C.eodem titu.& l.fina.C.de abolitio.& l.iij.in fin. C.de episcopa. audien. Item qualitas facti, ne sit de atrocioribus: vt est crimen hæresis, læsæ maiestatis, & similiũ. Item tempus, locus, intentio delinquentis. ætas quia facilius cum minore q̃ cum maiore componitur. 7 † Item sexus, quia mulieri facilius ignoscitur propter sexus fragilitatem q̃ viro; dũmodo non sit mulier maligna & rixosa, & in similibus assueta, quia non erit digna principis largitate & legis begnitate.d.l.iij.in fi.C.de epis.audi.cum.n. iudex indigno veniam indulget, ad prolapstionis contagium prouocat vniuersos; quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi xxiij.q. iiij. c.est iniusta.in fin.& in c.vt clericorum.de vit.et honest.cleri.l.j.C.de emenda.propin.Spe.in titu. de aduo.§.consequẽter, in fi.de qualitatibus enim prædictis considerandis habetur in l. respiciendũ .§.delinquiunt.et l.aut facta.§.j.& sequenti. ff. de poe.& l.capitalium.§.solent.eo.ti.c. sicut dignum de homici. 8 † Lite pendente, ideo dicuntur ista verba, quia post latam sententiam sero fieret compositio, quæ fieri non posset per iudicem qui semel functus fuit officio suo.l.iudex postq̃. & ibi Bar. ff.de re iudi.c.in literis.& ibi Abb.& Innoc. de offi.delega.fieri tamen posset post latam sententiã principis authoritate & decreto.l.j.in fi.ff.de quęstio.& ibi Bar.& Modet.antequam plene constet de crimine, ideo dictum est quia liquidato crimine ferenda est sententia, & iuxta determinationẽ iuris pœna erit certa statuenda siue declaranda in sententia.l.ij.& l.fin. ff. de custo.reo.& l.capitalium.in prin.ff.de poen.l.j.§.j.versic.nam si quidẽ. ff.ad Turpillia.nisi euidens ratio & vrgens causa aliud suaderet.ꝙ pœna iuris permutari vel alterari deberet: quod iudex facere põt; quia istud arbitrium habet a lege vt late supra diximus in tit.de legiti.senten.execut.quęstio.vj.siue vltima. & habetur per Bart.& Docto.in d. l. aut facta.§. fi.& l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no. infamia.& aliis iuribus ibi no. Ex quo sequitur ꝙ postquam reus fuerit confessus crimen, non poterit amplius fieri ista cõpositio; sed debebit ferri sententia, certa pœna declarari. Sequitur in themate de soluendo fisco.&c. 9 † pecunia enim quæ soluitur pro compositione, regulariter debet persolui, fisco; quia ista compositio succedit loco pœnæ.l.senatus.§.si quis delaratorem.&.§.sequẽ. ff. de iure fisc.de iure tamen canonico in foro ecclesiastico alio modo applicantur iste pecuniæ compositionum; quia illarum medietas applicatur ecclesiæ; altera vero medietas distribuitur inter pauperes: nisi episcopus esset pauper: quia tunc posset illam medietatem pro suis indigentiis retinere.c. presbyteri.de pœnis.xvij.q.iij.qui subdiaconum. alias enim si iudex pecunias ipsas pro se retineret vel imbursaret, teneretur crimine peculatus, et de barrataria commissa, tenereturque illas integraliter parti restituere cũ maximo eius dedecore & ignominia.l.j.ij.& iij.ff.ad leg.Iul.repetun.et no. in c.sciscitatus.de rescri. Dicitur etiam fisco applicanda, ad differentiam illius quæ applicatur parti, quando fit priuata compositio quę fit per trãsactionem d.l.transigere.C.eod.tit. Superest vltima particula declaranda, ad affectum abolendi processum & redimendi &c. 10 † Hæc verba non absque ministerio fuerunt apposita secundũ Bar. in l. is qui reus.ff.de publi.iudi.& in l.si reus paratus.ff.de procu.nam ex istis verbis euitatur infamia quæ oritur ex illo crimine, quando constaret de illo, & ferretur sententia; vt latius infra dicitur in seq.quæst.præterea si diceretur ad effectũ euitandi pœnam, nõ valeret compositio tanquam facta in fraudem fisci l.Imperatores.ff.de pollicita.& reus per illa verba censeretur virtualiter fateri delictum; & non posset infamiam euitare l. quoniam.ff.de his qui not.infamia. qui vero paciscitur cum parte, vel illam pecunia corrumpit, nec accedat ad curiam ad illum accusandum, non euadit infamiam, nec tollitur propterea effectus accusationis vel inquisitionis: & nihil sibi prodest compositio quo ad curiam, ac si nihil fecisset, & ita sæpe faciunt Iudæi Romę quia pecunia corrumpunt aduersarium ne accedat ad curiam, & crimen iudici deferat. nihilominus postea per exploratores secretos quos spionos vulgariter vocant, solent crimina post modum deferri, & comperta veritate acrius puniuntur; & sic illarum pecuniarum expositio nihil sibi prodest l. fin. ff. ad Turpi.l.fallaciter.& l.fin. C.de aboli.vide Bart. in d.l.is qui reus.per illa enim verba ad effectum redimendi vexationes litis &c. nota ꝙ per ista verba fit abolitio processus & litis extinctio, 11 † & perdendo vexationes iudicij redimit quietem.argu.l.fin.C.de feri.l.properãdum.C.de iud. & c. finem litibus. de dolo & contu.& not.etiam ꝙ per compositionem huiusmodi fit abolitio processus, non tamen reus absoluitur innocens per diffinitiuam sententiam: quia ad illam deueniri non potest nisi plene constiterit de illius innocentia: vt supra dictũ fuit in titulo de absolutio.inno. in ij.q.& not. in l.j.§.fin.ff.de quæstio.& l. custodias.& ibi Bart.ff.de publi. iudi. vide etiam dominum Par.de Put.in d.suo tract.syndica. in cap. compositio.fol.xl.vbi latius cæteris hanc compositionis materiam exponit.

SVMMARIVM.

1 *Compositio cum quibus personis fieri poßit.*
2 *Crimina veniæ remißionem semel tantum habere poßunt.*
3 *Compositiones pœnarum quandam gratiæ speciem continere videntur.*
4 *Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi.*

SECVNDO



ECVNDO quæro, Cum quibus † personis fieri posſit compoſitio. reſpon. ꝙ non debet cũ omnibus indifferenter fieri; ſed cum illis duntaxat de quibus ſperatur ꝙ amplius in eiſdem criminibus non incident, & qui erroris commiſſi facile ſe emendabunt; & cum illis quoque qui ſemel tantum inciderunt in crimen, non autem cum illis q delinquendi conſuetudinem contraxerunt l. iij. in fi. C. de epiſ. aud. vbi ſingulariter dicit Imperator, † Remiſsionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habeant; nec in eos liberalitatis auguſtæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admiſsi non emendationi potius quam cõſuetudini deportauerint. et licet tex. ille loquatur in caſu quo delinquens ex mera principis liberalitate veniam cõſequutus fuit: nihilominus Doc. ad hanc compoſitionis ſpeciem frequenter accomodant, & merito; † quia compoſitiones huiuſmodi ſpeciem quandam gratiæ in ſe continere dicuntur: per quas primo conſeruatur fama illeſa, & proprij criminis pœna minuitur. vt in cap. de tranſ. xvij. q. iiij. ſi diaconus. & in c. ij. de pœ. c. ſicut dignum de homi. & ideo negari non poteſt ꝙ quandam gratiæ ſpeciem in ſe non contineat, vide tex. not. l. j. C. de emenda. propin. ibi quos ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla non reuocant, correctionis ſaltem medicina cõpellat. Ad idem eſt tex. iuncta gl. in c. vt clericorum. de vi. & ho. cleri. & Spec. in tit. de aduo. §. & conſequẽter in fi. xxiij. q. iiij. eſt iniuſta, in fine. dum dr, cũ vni iudex indigno veniã indulget: ad prolapſionis contagium prouocat vniuerſos. † facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi. & propterea qui huiuſmodi moribus corrupti ſunt, ab ipſius cõpoſitionis beneficio tanꝙ indigni merito repellendi ſunt per iura prædicta.

SVMMARIVM.

1 Compoſitio in quibus caſibus ſuper quibus criminibus & an in omnibus fieri poſsit.

2 Iudex in atrociſsimis delictis principe inconſulto componere non poteſt.

3 Iudex quibus caſibus ſeu cauſis moueri poſsit ad componendum & ad pœnas mitigandas.

4 Compoſitio non debet fieri parte non concordata, alias reclamare poterit, & iudicium proſequi.

5 Iudex in minoribus delictis poteſt componere, & in talibus habeat arbitrium maius.



ERTIO quæro. In quibus caſibus, † & ſuper quibus criminibus fieri poſsit hæc compoſitio; & an liceat in omnibus generaliter componere. Reſpon. quidam dixerunt ꝙ in illis caſibus & criminibus in quibus reus tranſigere poteſt, in eiſdem quoq; ei componere licet: ita e contra vbi tranſactio denegatur, ibi etiam compoſitio non permittitur; quia compoſitio & tranſactio idem ſonant: vt eſt text. in l. ab accuſatione. in princ. ff. ad Turpil. & in c. fin. in prin. de tranſa. Tu aũt dic: aut loquimur de compoſitione priuata, illa. ſ. quę fit cum parte offenſa, & quę concernit intereſſe priuatum: & iſta habet conformitatem & ſimilitudinem tranſactionis: & fatendum eſt quod fieri poteſt in caſibus & criminibus illis, in quibus tranſigere licet, per d. l. ab accuſatione, & per ea quæ notantur in d. c. fi.

Aut loquimur de compoſitione publica, quę fit cum fiſco, vel curia, & quæ concernit intereſſe publicũ. Et iſta indiſtincte in omnibus criminibus fieri poteſt, ex quo ſuccedit loco pœnæ d. c. fin. de tranſact. & c. ij. de pœnis. xvij. qõ. iiij. ſi quis diaconum, no. Bal. & Doct. in l. venia, ſuper glo. fin. C. de in in ius voc. † Tu autem clarius diſtingue, ꝙ aut nos ſumus in atrociſsimis delictis: vt eſt crimen læſæ maieſtatis & hæreſis, raptu virginum, & ſimilium, & in iſtis iudex componere non poteſt, niſi principe cõſulto, & de eius expreſſo mãdato l. quiſquis. in prin. & l. meminiſſe. C. ad leg. Iul. maieſt. & l. j. in prin. l. lege. xij. tabul. & l. fi. ff. eo. ti. ratio eſt: quia per iſtud crimen in perſonam ipſius principis vel ſui ſtatus tranquillitatẽ machinatur; vt in d. iuribus. & l. maieſtatis. ff. eo. ti. & ideo in iſtis non licet cõponere abſq; illius ſcientia & conſenſu, qui principaliter læſus reperitur, vt d. l. meminiſſe. & l. j. ff. eo. ti. & l. vnica. C. de raptu virg. §. penul. vbi eſt inhibita concordia patri puellæ raptæ cum ipſo raptore. Aut ſumus in aliis criminibus atrocioribus iſtis exceptis, vt eſt crimen aſſaſsinij, falſæ monetæ, veneni propinationis, homicidij & ſimilium, & tunc aut plene conſtat de crimine, aut non conſtat plene, ſed ad ſunt præſumptiones vehementes & indicia vrgentia, primo caſu non licet iudici ad cõpoſitionem ipſam deuenire; ſed debet proſequi cauſam vſq; ad finem, & certam ferre ſententiã, pœnaſq; a iure ſtatutas imponere. l. cum reis. & l. ſancimus. C. de pœ. l. fi. C. de cuſt. reo. Quod verum puto, niſi † iudex ex iuſtis & rationabilibus cauſis ad aliud declarandum moueretur; quia ſi aliqua iuſta cauſa, vt eſt minoris ætas, ignorãtia, error, caſus fortuitus, aut iuſtus dolor, vel alia ſimilis cauſa animum iudicantis moneret ad mitigandum pœnas & iuris ſtatuti rigorem; tunc ad compoſitionem iſtam deuenire poſſet; quippe cũ pœnas certas a lege ſtatutas ex qualitatibus & rationibus & cauſis ſupradictis minuere, alleuiare, vel in alteram ſpeciem commutare põt, etſi ferratur ſententia; & hoc arbitrium ipſe iudex habet a lege; vt ſupra latius diximus in tit. de executio. ſent. q. vj. vt l. reſpiciendũ. §. delinquunt. et l. aut facta. §. fi. l. ſi quis aliquid. §. inſtrumenta. et l. abſentẽ. §. fi. ff. de pœnis. l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de his q not. inf. l. ab accuſatione, in prin. ff. ad ſenat. conſul. Turpil. vide tex. valde not. in c. fi. de tranſac. & Spec. in titu. de præparat. iudicio. §. j. verſi. circa iudicem. & ver. cęterum & habetur xc. diſtin. ſtudendum. & v. q. ij. ſi primates. & ibi do. Archidia. xvij. q. iiij. qui ſubdiaconum, vbi

vbi de multiplici compositione pœnarum habetur mentio.& per Canonistas in d.cap.fi.de transactio.& in c.ij.de pœn.& ibi Ab.Secundo vero casu quando non plene constat de culpa rei, & tūc nulli dubium est, ꝙ fieri potest compositio per iudicem,concordata tamen parte læsa, & ita intelligatur tex.in d.c.fi.de transac. & in d.c.ij.de pœn.& v.qō.ij.si primates.& xc.distin.studendū xxiij.quæstio.v.circūcelliones.& xxij.quæstio.

4 iiij.innocens, † alias si fieret compositio parte nō concordata, posset reclamare in iudicio & prosequi iudicium contra ipsum reum pro suo interesse.ita notanter tenuit Salyc. in l.si pro iure.ff. de condi.furt.& est glo.not.& ibi Bal.& in l.venia.in glo.fi.C.de in ius vocand.duntamen compositio ipsa fiat aliqua rationabili causa, & cum persona honesta,quæ istud beneficium mereatur, consideratis etiam criminum qualitatibus, & facti circunstantiis, & his similibus,vt in d.c.fi.in fi.de transactio.& habetur in c.significasti. de homici.& per Barto.in dicta l. respiciendum.§.delinquunt, & l.aut facta.& l.si quis aliquid.§.instrumenta.ff.de pœn.& Bar. in l.iij.§.Diuus. & in l.si in rixa.ff.ad legem Corneliam de sica. & l.quid ergo.§.pœna grauior.ff. de his qui notan.

5 infamia. † Aut sumus in minoribus delictis, in quibus iudex habet maius arbitrium; & non est dubium ꝙ iudex potest in illis quandocunq; deuenire ad compositionem, parte maxime concordata; vt dicunt Canoni. in d. cap. fina.de transactio. & in dicto cap.ij.de pœn. & Archidiac. in dicto cano.studendum xc.distinctio.et v.quæstio. ij. si primates.& per Specu.in titul.de offic.om. iudic.§.deseruit. versicu.& generaliter. & idem Specu.in titu.de præparat.iudicio.§.primo. versic.circa iudicem, & idem etiam in titu.de treug. & pac.per totum vbi plenius vide, quibus sic supra conclusis non obst.tex.in cap.j.& ij.de collu. deteg.vbi not. ꝙ licet partes ipsæ scilicet reus et accusator, inter se composuerint,& concordauerint,adeo ꝙ crimen intentatum non prosequerentur vlterius,nihilominus iudex non debebit desistere,quin ad vlteriora procedat vsque ad finem, quia ibi fuit facta collusio fraudulenta inter partes ipsas interueniente pecunia; & ad effectum fraudandi iudicium siue fiscum, & propterea non toleratur quin ea non obstante ad vlteriora in crimine procedatur.& hoc videtur innuere tex. ibi in fi.ver.non ex charitate.& melius glo.in d. versicu.hoc declarat, ꝙ facta bono zelo tolerari potest. per tex.in dicto cap.fin.de transact.& v. quæstio.ij.si primatus.& xc.distinct. studendum. vide Abb.& Ioan.de Imo. in d.c.j.& ij.de collu. deteg.in d.cap.fi.de transa. & Specul.in d.titul. de offi.om.iudi.d.§.de seruitu.§.& generaliter.et per do. Felyn. in rubri. de treug. & pac. & per Ioan. Andræ.in addi.ad Specu. in titu. de præpara.iudicio.§.j.ver. sed quid si est iam in causa cōclusum &c. vbi allegat multas concordantias & doctrinas Doc.ad hoc vide Bar.in l.congruit.ff. de offi.præsid.in fi.& Bal.in d.l.transigere.C.de transac.& idem Bal.in l.venia.in fin.C.de in ius vocan.et Ang.in authen.vt litig.iurent.§.fi.Bal. in l.æstimauerunt.ff.si cer. pet.& in l.ex stipulatione.C.de senten.& interlo.om. iudic.& videas etiam licet confuse loquatur in hac materia dominum Pari.de Put.in suo tracta.syndi.in capit. compositio.fol.xl.& Barto.in l. is qui reus.ff.de pub.iudi.& Panor.& Canonistas in d.c.fi.de trāsa.& c.ij.de pœ.cum simi.

SVMMARIVM.

1 *Reus an dicatur delictum confiteri per compositionem factam cum fisco cum consensu partis læsæ.*

2 *Reus cōponens quando delictū fateri censeatur.*

3 *Aduocati & procuratores compositionē fieri procurantes qua debeant vti cautela, vt compositio sit tuta.*

4 *Compositio priuata de famoso crimine facta cum parte irrogat infamiam.*

1 QVARTO quæro an per compositionem † factam cum curia vel fisco interueniente consensu partis læsæ, reus censeatur fateri delictum, ita ꝙ incurrat infamiam saltem facti.Respon.aut compositio ipsa fit mere cum præside vel iudice pro publico interesse, & secundum illam formam traditam supra qō.j. scilicet ad effectum euitandi incommoda litis & redimendi vexationes iudicij, & nullam incurrit infamiam isto casu,nec iuris,nec facti; quia per illa verba nunꝙ videtur fateri delictum, secundū quod dicit Bart. in l.infamen.ff.de publ.iudi.& in l.iusiurandum, & ad pecunias.§.ait prætor. ff. de iur. iur. vide etiam Bar.in l.si reus paratus.ff. de procura.vbi tradit istam cautelam, quando fit ista oblatio per compositionem cum curia,vide Bal.in d.l.si reus paratus.& in l.si seruum.§. nunc videamus ff.de verbo.obliga.& Bartol. in l. quoniam intelligi-

2 tur.ff.de his qui notan. infamia. † Aut compositio ista fit ad effectum euitandi pœnam criminis,& hoc exprimitur in compositione; & isto casu nulli dubium est, ꝙ reus per ista verba censetur fateri delictum: quia videtur timere pœnam sibi inferri,quam nemo timere debet,nisi ille qui est peccator & in culpa:vt not. in l.j. in princ.ff. de iusti. & iur.& per consequens isto casu euitare non poterit aliquam infamiæ notam,saltem facti, per quam grauatur eius opinio apud graues & honestos viros.vide Bartol. in dicta l.infamē.

3 & dicta l. quoniam. † Et ideo sit bene cautus aduocatus,vel procurator, qui habet clientulum suum incarceratum, vel sub fideiussore obnoxium, qui cupit per compositionem istam a curia & illius molestiis liberari, vt bene forment dictam compositionem. & aduertant diligēter ad rationem siue causam compositionis, quæ exprimitur vt nullam faciant mentionem de pœna, neque de crimine saltem dispositiue, sed solum assertiue & sub generalibus verbis, dicendo, quia Titius reperitur incarceratus, siue

inqui-

inquisitus & sub fideiussore detentus pro tali asserto crimine.s.furti,homicidij,vulneris, insultus & similium;vt dicitur perpetrati in personã vel in bonis Sempronij,vt dicunt,quod tamen esse verum per dictum Titium expresse negatur, nihilominus quia dictus Titius est pro suis negotijs grauiter occupatus,vel est de proximo recessurus ad longinquas partes ibi diu moraturus:vel est debilis,infirmus,pauper, aut aliam similem iustã causam exprimere,idcirco cupiens rebus suis quiete vacare,& ab huiusmodi molestijs criminalis curiæ & actis iudicialibus liberari ad infrascriptã compositionem deuenit cum Magnifico & excellentiss. viro Do.N.Pręside,pretore,vel iudice,vt solueret centum fisco,& liberetur ab omni inquisitione & processu præsentis causæ. vide Barto. in d. l. si reus paratus. & dicta l.infamem.&. l. quoniam,& Spec.in titu.de offi.om.iud §.vj.ver. & generaliter.& in titu.de prepara. iudicio.ver. circa iudicem.& in titu. de teste.§.xj.versi. fina. vbi dicit ꝙ iudex si viderit expedire concordiã, poterit quandoque partes terrere vt deueniatur ad compositionem:vide tex .in c.fi. de transac.& in cap.ij.de poen.& xvij.q.iiij.qui subdiaconum.

4 †Aut nos loquimur de compositione priuata,quę fit solum cum parte,paciscendo cum illa.& si compositio ista fiat super crimine famoso, & reus incurrit infamiam:quia per hoc videtur fateri delictum.& iste est casus in d.l.quoniam.ff.de his qui not.infa.&.l.athletas.§.fi. eo.titu.& ibi Bar.hoc tamen limitandum puto quando ista concordia fieret priuatim & extra iudicium ignorante iudice & curia ; sed si fieret in iudicio mediante iudice, postquam præcesserat prior compositio cum curia,& fieret ad effectum eximendi reum ab ipsis vexationibus & molestijs iudicialibus.non crederem ꝙ isto casu reus incideret in aliquam infamiã per ea quę supra diximus in præcedenti membro, vide Bar.in d.l.si reus paratus & in d.l.infamen.

SVMMARIVM.

1 *Compositio an sit valida cum fisco absque partis assensu facta.*

Compositio & pecuniæ ipsa media fisco solutæ succedunt loco pœnæ.

2 *Compositio extraiudicialiter fieri potest iudice absente,cui non præiudicatur.*

1 QVINTO quęro an † valeat cõpositio facta cum fisco vel curia sine consensu partis offensę.Respõ. aut nos loquimur de interesse fisci quo ad pœnam criminis,& isto respectu valet compositio ; quia semel cum fisco concordatum fuit & satisfactum:& ideo non poterit isto respectu amplius molestari. argu.l.transigere. C. de transa. & l.iiij.§.ait pretor.ff.de re iudi.ea maxime ratione,quia compositio ipsa & pecuniæ,quæ soluuntur fisco mediante compositione succedunt loco pœnæ.vt l.si donatæ .§.j.ff.de do.inter vir.& vxo.& dicemus infra q.seq. aut loquimur respectu partis & sui interesse, & ex quo pars huic nõ cõsensit,non præiudicatur sibi quo ad suum interesse, & poterit prosequi iu-

2 dicium contra ipsum. † sicut econtra,quando cõpositio fit cum parte extraiudicialiter absente iudice,per quam non præiudicatur fisco l.quoniam ff. de his qui not.infa.& not.in l.transigere.C. de transa.& ibi Barto.eodem modo non debet præiudicare parti quando fuit facta cum sola curia.ar gu.l.fallaciter.& l.seq.C.de abolitio. & ideo isto casu pars poterit prosequi iudicium ratione sui interesse , sed reus tutus erit quo ad pœnam per ea quæ supra diximus,si vero facta fuerit cum vtroque scilicet fisco & parte, tunc tutus erit in omnibus,vt l.j.C.de abolit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex superuenientibus nouis indiciis an possit inquirere de crimine super quo fuit facta compositio.*

2 *Absolutus ab inquisitione potest iterato repeti, si superueniant contra eum noua indicia.*

3 *Procedi quando possit super eodem crimine iam composito,aut abolito.*



SEXTO quæro postquam reus †fecit compositionẽ cum curia, an iudex poterit postea, si forsan superuenerint noua indicia,super eodem crimine contra ipsum inquirere.Respon.in hoc casu repetenda est distinctio quam supra proxima q. posui, ꝙ aut pars & fiscus simul concordati fuerunt, & non poterit amplius nec curia,nec priuatus super dicto crimine procedere d.l.j.& l.fallaciter.C.de aboli.& per Bal.in d.l.transigere, quia compositio & illius solutio facta fisco succedit loco pœnæ.l.si donatæ.§.j.ff.de dona.inter vi.& vxo.idẽ tenet do.Pari.de Put.in tract.syndi.in c.an facta compositione,fol.xlj.in.ij.col.aut alteri istorum duntaxat fuit concordatus , & ille qui fuit extra concordiam, non impeditur quo minus iudicium prosequatur saltem pro suo interesse:vt supra proxime dictum est.argu.d.l.fallaciter. in prin. Sed contra prædicta oppono de.l.si cui.§.lisdem.ff.de accusa.& l.fallaciter.C.de aboliti.vbi semel abolita accusatione vel inquisitione,si postea noua superuenerint indicia,non impeditur iudex quominus possit de nouo contra dictum reum compositum procedere.& est glo. not.in l. si quis adulter,

2 in fi.C.de adul.vbi ille† qui semel absolutus fuit ab inquisitione & processu , siue ab obseruatione iudicij,non est tutus quo minus si postea superuenerint noua indicia, curia non possit iterum cõtra ipsum procedere,de quo,late diximus supra in titu.de aboli.in q.ij.Solu.iura illa procedunt quando est facta abolitio criminis gratuita , vel quam reus purgauit indicia per torturam,& sic quando fiscus nihil consequutus fuit pro pœna vel loco

pœnæ;

pœnæ; nos autem loquimur in casu in quo facta fuit compositio & soluta pecunia fisco, quę loco pœnę succedit vt d.l.si donatæ.§.fi.ff.de dona. inter vir.& vxo.& l.senatus.§. si quis delatorem. &.§.se.ff.de iur.fis.& hoc quo ad interesse publicum & fisci, quo autem ad interesse priuatum, non putarem istum etiam esse tutum qui composuit, nisi quatenus cum parte concordauerit de eo quod sua interest, & quatenus concernit interesse priuatum, vt supra proxime diximus. vide Barto.in d.l.si cui.§.iisdem. Iterum opp.de. l.j.& l.falsa
3 citer.C. de abolitio. vbi distinguitur, †aut abolitio processus fuit impetrata a pręside vel prętore, aut a principe, primo casu non tollitur quominus iterum possit ex principis rescripto super eodem crimine procedi; secundo autē casu quando a principe obtinuit abolitionem, erit tutus perpetuo. Solu.ibi. loquitur in simplici abolitione gratuita, quæ gratis fuit obtenta; hic vero in compositione quæ fit ex causa onerosa; & ideo non est bona cōsequentia de vno ad alium, ex quo sunt diuersa.l. fi.C.de codicil. & l.j.C.de impo. lucrat. descrip. lib. xij.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Reus pro quibus criminibus relaxari possit sub fideiussoribus.*

2 *Iudex retinens paratum præstare fideiussorem idoneum, in syndicatu conueniri potest actione iniuriarum.*

Mulier honesta in leuibus delictis non debet personaliter detineri.

3 *Mulieres impudicæ & inhonestæ etiam pro leuibus detineri possunt criminibus.*

Reus non relaxatur fideiussoribus, si crimen atrox sit.

4 *Membrorum suorum nemo est dominus.*

5 *Reus an possit relaxari fideiussoribus, si pœna sit arbitraria.*

6 *Reus an possit fideiussoribus relaxari si indefesestum pœnæ pecuniariæ esset imponenda corporalis.& nu.7.*

8 *Iudex an possit nobilem magnæ conditionis de aliquo crimine delatum sub cautione relaxare donec processus fiat.*

9 *Iudex circa custodiam & modum detentionis reorum amplum habet arbitrium.*

De fideiussoribus reorum.



SVPRA proxime vidimus de compositionibus pœnarum, primam speciem relaxationis reorum, quando de crimine nondum plene constat; videndum est modo de alia specie relaxationis, quæ sit dum crimen est dubium, & iudex est in actu inuestigandi veritatem, quæ fieri solet mediante fideiussore præstito per reū de se repræsentando toties quoties fuerit requisitus, vel de non recedendo ex certo loco sine iudicis licentia, sicut de nō exeundo de ciuitate, oppido, castro, aut palatio prętoris & de soluendo pœnam.
1 † Videamus nunc pro quibus delictis sit relaxandus reus sub cautione prædicta, & dic, aut sumus in criminibus in quibus venit imponenda duntaxat pœna pecuniaria, quo casu aut reus fuit confessus vel plene conuictus; & non debet relaxari, sed detineri donec soluat pœnam l.si non confessus.ff. de custo. reo. aut non fuit confessus neque conuictus, & debet relaxari præstita idonea cautione de se repræsentando, vel de nō recedendo ex certo loco, vt dicit Barto.in d.l.j.ff.de cust.reo.vbi post Iaco.de Arena declarat istum artic. reducendo ad practicam. pro quo facit tex.in l.fi.C.eo.tit.& l.j.& l.si quis ff. eod. titu. in quibus iuribus in affectu disponitur quod in criminibus illis, in quibus venit imponenda pœna pecuniaria, reus debet præstito idoneo fideiussore relaxari, & ratio est, quia pœna ipsa pariformiter satisfieri potest fisco per fideiussorem: sicut per ipsum & principalem argu.
2 l.denique & l.seq.ff. de iur. fis. † Quinimmo si iudex vellet retinere eum qui est paratus præstare idoneum fideiussorem, posset agi contra ipsum in sydicatu actione iniuriarum. vt not.Bar.in.l.si vero pro condemnatione.§.j. ff. qui satis. cogan. Fallit regula ista quando reus non haberet fideiussorem idoneum: quia tunc detineri poterit secundum Bar.in d.l.j.ff.de cust.reo.& in d.l.si vero.§.j.Mulier autem honesta in causis criminalibus, si crimen sit leue, vel de non atrocioribus, nō debet personaliter detineri neque incarcerari; sed fideiussoribus relaxari, si habeat facultatem fideiubendi, si vero non haberet fideiussorē similiter non detinetur; sed status suæ iuratoriæ cautioni, & relaxatur. Si autem crimen esset de atrocioribus, tunc non incarceratur apud viros, sed intruditur in monasterium vel asisterium custodienda, vel apud honestas matronas cōseruatur, ita dicit tex. not.in authē. vt nulli iudi.§. necessarium. versi.si vero crimen.translata in auth.nouo iure. C.de custod.reor.Hoc tamen intellige de mulieribus honestis, & quæ honestam vitam agunt.
3 † Mulieres vero impudicæ & inhonestæ non habent istud priuilegium. ita dicit Bartho. in d. authen.vt nulli iudi. d.§. necessarium, vide Bald.& Doctor.in d.auth.nouo iure. Quādo vero crimē est atrox, vel est tale de quo venit imponēda pœna corporalis, siue corporis afflictiua; isto casu nō debet reus regulariter fideiussoribus relaxari; sed personaliter detineri.ratio est, ne eludatur iudicium, si postquam repertus fuisset culpabilis fugā arriperet, iudicium eluderetur, quoniam huic pœnæ carporali non potest per aliū quam per ipsummet reum principalem satisfieri, etiam si fideiussor expresse se obligasset ad pœnam corporalem; & diceret velle subire pœnam in corpore suo in euentum in quem delatus curiæ, reperiretur culpa
4 bilis, non potest; † quia nemo est dominus membrorum

brorum suorum. l. liber homo. & ibi Bartol. ff. ad leg. Aquil. & vide Bartol. in dicta l. prima. ff. de custo. reo. & vide. xxiij. quæstio. v. de occidendis. & cap. si non licet. & cap. cum homo. in quibus quidem iuribus habetur quod quando sumus in huiusmodi criminibus, in quibus venit inferenda pœna corporalis, fit distinctio personarum pro modo facultatum, dignitatis, honoris, criminis qualitate, innocentia rei, & similibus, secundum quod dicit tex. in l. j. ff. de custo. reo. & secundum ista iudex arbitrabitur, an reus sit detinendus in carceribus, vel in palatio militibus custodiendus, vel fideiussoribus cōmittendus; qui erunt fideiussores non de repræsentando, sed desistendo in incerto loco & nō recedendo ab illo; aut in vinculis coniiciendus secūdum quod declarat Bartol. dictum illud Iaco. de Aret. in d. l. j. in ij. colum. & sic iudex secundum qualitates & conditiones istas arbitrabitur modum detentionis ipsius rei: secundum quod considerat Iurisconsultus in d. l. j. 5 † Aut sumus in crimine ex quo venit imponenda pœna arbitraria; & isto casu an reus sit fideiussoribus relaxandus vel non. Bartol. in dicta l. prima. ff. de custo. reo. dicit ꝙ aut delictum est adeo turpe quod verisimile est iudicem impositurum pœnam corporalem, & iudicatur sicut de pœna corporali simpliciter, & ideo non erit fideiussoribus relaxandus. d. l. j. ff. de custo. reo. aut verisimile est iudicem arbitrari debere pœnam esse pecuniariā, & poterit relaxari. d. l. si vero pro condemnatione. §. j. ff. qui satisd. cog. quia isto casu iudicatur de eo sicut de crimine pro quo venit imponenda pœna pecuniaria simpliciter d. l. si vero. & vide Bart. in d. l. j. ff. de custo. reo. qui tamen non ita distincte loquitur. Sed quærit quid si in defectum pœnæ pecuniariæ veniret imponenda corporalis an tunc poterit sub fideiussoribus relaxari. & cōcludit ꝙ non regulariter, deinde dat modū & cautelam quomodo possit relaxari vide ibi per eū. Bald. autem in d. l. nullus. C. de exhi. reis. aliter 6 distinguit & clarius ac copiosius dicens. † Quod aut sumus in crimine ex quo venit imponēda pœna ordinaria, aut extraordinaria & arbitraria. Primo casu quando ordinaria & determinata, aut est pœna corporalis aut pecuniaria, si corporalis non erit fideiussoribus relaxandus, immo detinendus & custodiendus in carcerem d. l. nullus, in fin. & l. si quis in ea. C. de custo. reo. & l. j. ff. eod. titu. quando autem esset confessus delictum aut legitime conuictus, non solum est detinendus, sed etiam in vinculis coniiciendus & supponendus, donec feratur sententia & mandetur executioni. d. l. nullus. in prin. & l. si confessus. ff. eo. tit. ideo tunc non est fideiussoribus relaxandus; quia fugiendo posset illudere pœnam & iudicē simul, quoniam non est in potestate fideiussoris soluere iudicatum, & ita dicit Bal. & in d. l. nullus. Si aūt est imponēda pœna pecuniaria, aut reus est cōfessus delictū, aut cōuictus: & similiter nō est relaxādus, sed detinendus, & confestim condemnandus dicta l. prima & fina. C. de custo. reo. & l. si 7 confessus. ff. eodem titu. † Aut non confitetur sed negat, & debet fideiussoribus dimitti, qui debent promittere de repræsentando illum, & de soluendo pœnam delicti pro quo detinetur: vt dicta l. prima. ff. de custod. reor. & ex hoc not. quod Bald. vult ꝙ ille text. in dicta l. prima. ff. de custod. reor. intelligatur etiam de fideiussore præstito de se repræsentando & soluendo pœnam licet Bartol. ibi dicat quod lex illa debet intelligi de fideiussore præstito de non separando se nec recedendo de certo loco. Quæ intelligentia Bartol. mihi videtur quod nimis restringat text. Et ideo mihi magis placet intellectus Bald. vel dic ꝙ intelligitur de vtroque, ex quo text. simpliciter loquitur, nec magis se restringit ad vnam speciem fideiussoris ꝙ̄ ad alteram, immo secundum declarationem glo. in versi. fideiussoribus, videtur intelligere potius de fideiussore de repræsentando secundum quod ipsa exemplificat. s. quando crimen esset leue; sed pro leui crimine regulariter venit imponenda pœna pecuniaria, ideo fit relaxatio sub fideiussore de præsentando; vt d. l. fi. C. de exhiben. reis. & l. j. ff. de custo. reo. nimis enim durum esse videtur, ꝙ quis detineatur in palatio vel in alio loco, ex quo recedere non possit pro tam leui crimine, quia videretur detineri in carceribus; ex quo locus ille pro carcere habetur, vt not. Angel. in l. ij. C. de exhiben. reis. & Paris de Put. in tract. syndica. in c. an potestas qui aliquem tenebat arrestatum. fo. xxix. in materia carcerationis. vide gl. in d. l. j. ff. de custo. reo. in ver. vel sibi. quæ hoc idem tenet. Et clarius hoc sentire videtur ꝙ tex. loquatur de fideiussore de repræsentando, dum allegat text. in l. cum clericis. §. j. & . §. ipse vero. C. de epis. & cle. qui tex. proprie loquitur de fideiussore de repræsentando, & stando iuri, & iudicatum soluēdo sub certa pœna si recte inspiciatur. Tertio vero casu, quando sumus in pœna arbitraria. & isto casu dicit Bal. considerandum esse criminis qualitatem, loci consuetudinem, & conditionem personæ l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. vnde si verisimile est ꝙ pœna sit corporalis, idem iudicatur quod de ordinaria corporali, si vero consideratur ꝙ sit pecuniaria. idē seruatur qđ in pecuniaria ordinaria. † Post prę 8 dicta quæro & not. bene hanc quæstio. quę sępius occurrit in facto. Quidā nobilis vir & magnę cōditionis aut diuitijs copiosissimus, imputat de crimine aliquo, ex quo de iure cōi vel ex forma statutorū venit imponenda pęna corporalis. citatus cōparet, examinatus negat, iudex vult ipsum detinere donec ꝑficiatur ꝓcessus & purgētur indicia; iste replicat dicēdo ꝙ est paratus seipsum obligare de se representādo toties quoties &c. sub pęna mille duca. &c. et de stādo iuri et parēdo iudicato vel dicit quod vult præstare idoneam cautionem de se repræsentando vt supra. quæritur an iudex poterit illum relaxare sub tali fideiussione, vel propria obligatione, & videtur dicendum quod non, quia cum sit pęna corporalis, posset illudi iudicium, vt supra proxime diximus & no. in d. l. ij. C. de cust. reo. & l. fi. C. de requir. re. Cōtrarium tñ dicēdum est, & ista est veritas, ꝙ

iudex pro criminis qualitate & magna personæ conditione, pro dignitate vel innocentia poterit arbitrio suo detentionem ipsam moderari, & dictum nobilem dimittere, aut sub propria iuratoria, aut sub fideiussoris obligatione de repræsentando, vel de non discedendo ex certo loco: secundum quod notat Bartol. in d.l.j. ff. de custo. reo.

9 †Concludendũ est igitur q̃ iudex circa custodiã & modum detentionis ipsorũ habet magnũ arbitriũ a lege: vt dicit Iurisconsultus in d.l.j.ff. de cust.reo.dum dicit q̃ de custodia reorum proconsul existimare solet an in carcerem sit recipienda vel militibus tradenda, aut fideiussoribus committenda vel sibi; quod est quando fidei propriæ obligationis ipsius rei iudex stare intendit. quod facere potest vt dixi, propter arbitriũ quod habet a lege, & hoc fit aut ex criminis leuitate, aut personæ nobilitate, dignitate, vel grauitate, seu propter amplissimas facultates. quibus conie cturis verisimile esse videtur ipsum reũ non fugiturum, nec iudicium delusurum. vt d.l.j.& l. non omnes.§.a Barbaris.ff.de re mili.& l. cum clericis.§.j.& .§.seq.C.de epis.& cle.& per Bald.& Ang.in d.l.ij.C.de exhiben.reis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis arbitrio remittitur qualiter reus custodiatur.*
2 *Innocens præsumitur cuius nocentia non probatur.*
3 *Modus rei custodiendi secundum criminis qualitatem committitur iudici.*



1 IVXTA prædicta successiue †quæro. Quid si iste nobilis vel ditissimus, vt supra, fuerit delatus de crimine graui, ex quo venit imponenda pœna mortis; non tamen est de atrocioribus, & dicat nolle incarcerari, sed habere palatiũ vel vnam camerã in ipso palatio loco carceris.& ibi per milites custodiri vel prestare idoneas cautiones de non discedendo ex loco prædicto, donec fuerit cõpletus processus; an iudex poterit sine scrupulo iustitiæ illi complacere, & breuiter dic q̃ istud remittitur arbitrio iudicis, qui bene considerare debet criminis qualitatẽ, personæ conditionem, & illius innocẽtiam vel culpã, quæ coniecturari possunt ex qualitate indiciorũ. si.n.viderit indicia esse leuia, vel procedere a maleuolis & suspectis personis, poterit coniecturari potius pro innocentia quam pro crimine ipsius detenti, & propterea isto casu poterit retineri in palatio, vel in aliqua camera cum cautione vel custodia militũ.& hoc est quod dicit tex. in d.l.j. vel pro innocentia personẽ, & ibi glo.

2 † quia potius præsumendum est pro eius innocentia q̃ pro culpa, quia de bono viro bonum præsumendũ est l.non oẽs.§.a Barbaris.ff.de re mili.& per Bar. in l. si cui.§.ijsdem.ff. de accusationibus. & per Ab.& Cano.in c.afferte.de præsump. si vero delatus sit magis suspectus de crimine, vel quia indicia grauius stringunt cõtra ipsum, vel quia alias cõmiserit simile delictũ, & similia: & tunc nõ debebit ipsum extra carceres detinere, secundum q̃ concludit Bar.& Doc.in d.l.j.

3 †Pro quo facit l. Diuus.la j.ff.eo.ti.& l.j.§.si quis in ea.& l.fin.C. eo.ti.in quibus omnibus iuribus committitur iudici custodiendi modus secundũ criminis qualitatẽ, cuius arbitrium in his plurimũ versatur quẽadmodum in existentia & grauitate indiciorum ad torturam: vt l.j.in prin.ff.de qõ.& per Bar. in l.fin. ff.eo.titu.& diximus supra. lib.iiij. in prin. & l. testium.§.tu magis.ff.de testib.

De fuga incarcerati.



NVNC videndũ est de fuga reorũ, & in isto titulo nigrũ erit generalius rubro, iuxta notata per Doc. in rub.ff.solu.mat.nam in processu tractabitur de fuga carceratorum, & illorum quoque qui nondum fuerunt incarcerati. Et quãuis plures sint fugarum species, de illa tamen reorũ fuga qui criminis occasione fugerunt hic tractandum erit, & ista est duplex; quædam quæ fit ante incarcerationẽ, quædã vero quæ fit postquam quis est intrusus ex ipsis carceribus. Videamus primo de illa quæ fit antequam quis sit inclusus in carcerem, & pro faciliori doctrina figurabo casum.

SVMMARIVM.

1 *Fuga ante incarcerationem an faciat criminis probationem.*
Probatio plena an inducatur ex fuga.
2 *Probatio semiplena tantum ex fuga inducitur.*
3 *Fuga quandoque in delictum imputatur.*
4 *Fuga quandoque ad probationem alterius criminis inducitur.*
5 *Fuga officialis publici quid operetur.*
6 *Fuga sola nonnunquam in criminalibus plenam facit probationem.*
7 *Fuga eius qui carceribus fractis aufugit plenam probationem facit.*
8 *Fugitiuus non præsumitur qui statim sponte sua reuertitur.*
Latitans in domo an dicatur fugisse.
9 *Reus iurans se veritatem dicturum, an possit de mendacio puniri si mendacium dixerit.*
10 *Fugiens præsentiã iudicis seuientis non punitur.*
11 *Malum semper præsumitur de malo iudice.*
12 *Appellare præsumitur qui ad superiorem iter aggreditur.*
13 *Fugiens ex camera vel palatio potestatis in quo detinebatur, pro confesso habetur.*

Fugitiui



QVAERO primo an fuga quę fit ante incarceratione̅ † faciat probationē criminis aduersus fugientem. Titius reperitur occisus de nocte, ignoratur quis illū occiderit, & qui fuerunt eius socij aut fautores. Meuius & Sēpronius postquā dictū homicidiū factum esse dicitur, a ciuitate fugam arripuerunt, & nescitur ex qua causa, quæritur an ipsa fuga probet illos esse istius criminis reos; & si nō probatur plene, an saltē ex dicta fuga semiplena probatio oriatur. Respon. dixerunt quidā ꝙ ex fuga huiusmodi inducitur plena probatio, ex quo fuga ipsa est maleficium l. desertorem. §. desertor. ff. de re milita. & l. quis si. fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ędil. edic. & l. impuberibus. ff. de susp. tut. & ibi Bar. & idem Bart. in d. l. desertorem. §. j. † Quidā alij dixerunt ꝙ ex fuga non inducitur plena sed tantum semiplena probatio; vt est glos. in l. admonendi. ff. de iu. iu. & glo. in l. in bonæfidei. C. eo. tit. cap. fin. de success. ab intesta. & cap. fin. de iur. iu. & ibi per Cano. Quidam alij dixerunt quod fuga de per se in causis criminalibus nullam facit probationem plenam neque semiplenam; sed solum quandam suspicionem; ita quod fuga sola non facit indicium ad torturam. & adducunt text. in l. vnica. C. de rap. virg. vbi dicitur ꝙ contra raptores fugientes, si postea capti fuerint post legitimas, et iuri cognitas probationes sine fori præscriptione, durissimis pœnis afficiantur; cum text. ibi post fugam requirat exactissimas siue clarissimas probationes; sequitur ergo quod fuga nullam facit probationem, ita tenet Salyce. in dicta l. vnica. Circa quæ breuiter dicendum est, quia cupio me expedire secundum quod eleganter notat Bartol. in dicta l. admonendi. ff. de iur. iu. & in l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. † ꝙ quandoque fuga imputatur alicui ad delictum; & sic fuga est ipsum delictum; & tunc probata fuga, probatum est delictum & ita intelligitur text. in dicta l. iij. §. desertor. & §. emansor. ff. de re milita. & l. quis sit fugitiuus. §. apud labeonem. ff. de ædil. edic.

Quandoque, fuga non inducitur vt delictum principaliter, sed ad probationem alterius delicti, tunc si quidem ad probationem alterius criminis probandi sufficit sola suspicio, sicut est in suspecto tutore: & isto casu similiter probatum est delictum, quod consistit in sola suspicione, & ita intelligitur tex. in d. l. impuberibus. in fi. ff. de suspe. tuto. & l. locorum. C. de omni agr. deser. lib. xij. † Quandoq; fuga inducitur ad probationem alterius criminis, in quo requiruntur plenæ & ordinariæ probationes. vt l. sciant cuncti. C. de proba. c. in literis. de testi. & c. licet clamor. eod. tit. & tunc per fugam non fit plena probatio, sed nec semiplena; sed qualis qualis pręsumptio siue suspicio: vt l. lege Cornelia. ff. ad Sylla. l. j. C. de rapt. virg. & ibi Cy. Bal. Salyce. hoc idem tenent. & Bal. in l. j. in v. col. C. de ser. fug.

Conclusio ergo regularis sit ista, ꝙ quotiescunque fuga nō inducitur vt delictum principaliter, sed ad probationem alterius criminis, ad quod probandum requiruntur ordinariæ probationes: vt l. j. C. de rapt. virg. & l. fin. C. de probatio. c. in literis. de testi. tunc fuga non facit plenam neque semiplenam probationem; sed facit quandam suspicionem d. l. j. C. de rap. vir. & l. in lege Corne. ff. ad Sylla. & Bar. in l. fi. ff. de qō. et per ea quę diximus supra, & notant Moder. practici in eorum tracta. male. de quibus late memini supra in ti. de qō. & tortu. q. iij. in materia indiciorum. † Quę quidem cōclusio fallit primo in omnibus officialibus publicis, siue sint officiales qui præsunt iustitiæ, siue præsunt administrationi; vt in authen. de coll. §. super hoc. & l. iij. C. de exac. tribu. lib. x. qui isti si tempore syndicatus vel quo reddere debēt rationem administrationis suæ aufugerint de loco in quo officium gesserunt, illorum fuga facit semiplenam probationem regulariter: vt d. authen. de colla. §. super hoc. & . §. si quis autem. & in authen. vt iudi. sine quo. suffra. §. necessitatem, & in authen. de exhiben. reis. §. si vero. etiā quidam, ita ꝙ præcedente fuga huiusmodi actor eius aduersarius non cogitur facere alias probationes de his quæ petit: sed solo eius iuramento statur, quo iuncto cum fuga officialis, inducitur plena probatio, vt in d. iuribus. † Quandoq; vero inducitur plena probatio criminis contra reum propter odium fugæ; vt est casus in l. si apparitor. C. de coart. lib. xij. vbi dicitur ꝙ si apparitor pendente iudicio contra ipsum tempore syndicatus, siue reddendæ administrationis aufugerit, iudex debet contra ipsum emittere edictum peremptorium, vt compareat ad se defendendū, quo non comparente poterit ferre sententiam contra ipsum etiam absentem; & nota ꝙ ibi est casus singularis, ꝙ in causa criminali fertur sententia cōtra absentem & cōtumacem, & fuga habetur pro plena probatione, cuius contrarium disponitur de iure communi l. absentem. ff. de pœn. & l. j. & fin. ff. de requir. reis. & l. in lege Cornel. ff. ad Sylla. & l. j. C. de rap. vir. cum si. Quandoq; autem nō contra ipsum fugientem, sed contra alium, scilicet receptatorem hunc fugitiuum ex fuga prædicta inducitur plena probatio, vt l. consiliarios. C. de assesso. & ibi Bartol. & l. iij. C. de exacto. tribut. libr. x. † Secundo fallit in eo qui fractis carceribus cum conspiratione aufugit, cuius fuga plenam facit probationem contra ipsum, vt l. in eos. ff. de cust. reo. & latius declarabitur infra eo. loco suo. Hæc tamen exceptio siue fallentia

cta prior limitatur pluribus modis, vt non procedat, & primo quando quis aufugit animo reuertendi, & deinde reuersus fuit sponte; quia non subiicitur pœnis prædictis, nec fuga inducit probationem contra ipsum isto casu: vt d.l. desertorē. §. j. & ibi glo. ff. de re mili. & d.l. quis sit fugitiuus. in princip. & §. apud Labeonem. & ibi Bartol. ff. de ædil. edic. Sed qualiter probabitur ꝙ habebat animum reuertendi? dic ꝙ per testes; quia forsan antequam fugeret, declarauit animum suũ coram testibus, ꝙ discedebat animo reuertendi. iuxta no. per Barto. in l. j. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. no. nunc. si vero per testes id probari non potest, consideratur conditio personæ an sit nobilis, honesta & legalis, vel potius vilis & suspecta, & secundum illius conditionem iudicare fugam, vt l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re mi-

8 lit. † Item attenditur an sit diuturna vel breuis absentia; quia si cito reuersus fuerit, præsumitur ꝙ aufugerit animo reuertendi, prout reuersus fuit: aut diutius stetit absens & præsumitur ꝙ animo fugiendi & non reuertendi recesserit d.l. desertorem. §. emansor. & ibi glo. & Bar. qui hoc bene notant. & d.l. quis sit fugitiuus. in princ. & idem tenet. Bald. in l. j. in v. col. C. de ser. fugi.

Secundo limitatur, vt nõ procedat qñ quis aufugeret aut latitaret cautus in domo, non eũdo per vrbem, nec apparendo in publicum post formatã inquisitionem, aut postquam curia cœpit contra ipsum procedere: quia iuste timet qui timet persecutionem curiæ. ita not. dicit Bartol. arg. illius tex. in l. j. in fin. ff. de bon. eor. qui ante sent. &c. vbi dicit ꝙ fuga aut latitatio isto casu ꝙ non fieret, si adhuc nulla esset formata inquisitio vel accusatio, vel antequam curia cœpisset contra ipsum procedere, quia si tunc aufugeret fuga illa faceret indicium contra ipsum, aut saltem induceretur suspicio, vt l. lege Cornelia. ff. ad Sylla. ratio est; quia isto casu non ex alia causa ꝙ̃ propria criminis conscientia aufugisse præsumitur; ita dicit Bart. in d.l. j. quam doctrinam diligẽter not. quia non reperi alibi, & est magni effectus, cu-

9 ius l. argumen. dixerũt quidam. † Quod reus qui iurauit super inquisitione dicere veritatem, & postea dixit mendacium vt saluaret vitam; quia negauit omnia contenta in ea vera esse; ꝙ licite potuit hoc facere vt mortem euitare; quia iura permittunt vnicuique vitam & sanguinem proprium quouis modo redimere, & non tenebitur de periurio, vt no. in d.l. j. ff. de bon. reo. &c. vide Alexan. in apostil. Barto. d.l. j. in fin. vbi dicit ita fuisse consultum per plures peritos Docto. prædicta tamen intellige esse vera quando est crimen tale ex quo venit imponenda pœna sanguinis. vt l. transigere, & quod ibi not. glo. & Bal. C. de transacti. & d.l. j. ff. de bo. reo. &c. Tertio limitatur prædicta exceptio, quando constabat ꝙ quis debebat capi de facto; quia tunc licet aufugere & euitare violentiam facti, & tunc fuga prædicta non operatur aliquid contra ipsum, ita dicit d. Andr. de Isern. in constitu. reg. in c. vt participatio, vt refert & sequitur d. Par. de Pu. in tractatu synd. in c. an iudex. fol. lij. in ij. colum. in volumi. meo.

10 † Quarto limitatur vt non noceat fuga, quando quis aufugit præsentiam sæuientis iudicis, qui consueuit esse multum crudelis cum subditis suis, & in quo plus sæuitiæ ꝙ̃ iustitię reperitur inesse, istę enim dicitur iustus timor & fuga. isto casu dicitur esse facta ex iusta causa, ita dicit idem Andr. de Iser. in consti. reg. in cap. grandis & c. pęnam eorum. & do. Luc. de Pęna. in l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. xij. vbi dicit ꝙ si quis timet sæuitiam impij iudicis in quo nulla est iustitia, sed tota crudelitas, aufugeret ex curia in qua tenebatur aut custodiebatur detentus, non debet haberi pro con-

11 fesso; † quia de malo iudice malum præsumendum est l. si quis per impressionem. C. quod met. causa. argumen. l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re mili. Pro quo facit etiam quod no. Bar. in d.l. j. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. no. nunc. vbi dicit, ꝙ ille qui omnino aut probabiliter timet pœnitentiam iudicis dubitans ne cõtra ipsum inuitum insæuiat, actus ille qui fiendus erat coram iudice, sufficit si fiat coram vicinis & amicis. idem tenet Paris de Pu. in dicto suo tractatu syndica in dicto cap. an iudex. qui demum offert bonam cautelam officiali. cuius fuga faceret probationem contra ipsum, vt quotiescunque videret officiales syndicatores sibi inimicos & suspectos, iter arripiat ad superiorem cum protestatione, ꝙ non intendit per illum recessum arripere fugam, vt fugiat iustitiam; sed accedere ad superiorem vt audiatur in causa sua

12 pro iustitia sine suspicione. † Nam qui arripit iter ad superiorem, videtur appellare, & accessus ille loco appellationis habetur secundum Hosti. in c. vt debitus. de appel. de quo Bald. dixit, esse tex. in l. sed si per prætorem. §. fin. ff. ex quib. cau. maio. & aliquid per Bar. in d.l. j. §. si quis ipsi prætori. de ope. no. nun. Sequitur nunc secunda exceptio declaranda, quando fuga fit ex carceribus; quo casu fuga facit plenam probationẽ, vt supra diximus; immo facit fugientem haberi pro confesso crimen illud, pro quo detinebatur l. in eos. ff. de cus. reo. adeo ꝙ iudex poterit ferre sententiã contra fugientem, ac si fuisset vere confessus in iudicio, etiam ꝙ sit absens, ita sentit glo. & Bart. in d.l. in eos, vt sequatur confessionis effectus: & est tex. in l. si apparitor. C. de cohorta. lib. xij. quod no. vt dixi, quia est casus exceptus contra regulã iuris communis, vt absens pro crimine damnari

13 possit d.l. absentem. ff. de pœni. cum simi. † Quod dictum amplia vt procedat etiam in fugiente ex aliqua camera, vel ex palatio potestatis in quo detinebatur sub custodia. ita tenendũ est argumẽ. illius text. d.l. in eos. quia loca ipsa siue palatium dicitur esse carcer, quando quis detinetur in eo de mandato iudicis: vt est tex. & ibi notant Docto. in l. j. ff. de custo. reo. vide Ioan. Andr. in addi. ad Spe. in ti. de præsum. §. species. ver. violenta. Vbi vult ꝙ etiã arrestatus in ciuitate aut palatio pro crimine, si fugit in arresto, habeatur pro confesso. vide ipsum, qui copiose narrat istam materiã in d. addit. Qui quęritur an sit necesse dictos fugitiuos citare ad sententiam quando sunt absentes et concludit demum ꝙ nõ: contra quem videtur esse text. in d. l. si apparitor C. de cohortal. lib. xij.

vbi

vbi absens per fugam, citandus est ad sententiam edicto peremptorio, vt infra certum terminum cõ pareat, quo elapso & non comparente, iudex poterit ferre sententiam contra absentem; & hoc vr esse magis tutum pro sententia, vt per edictũ saltẽ citentur, vt l. properandum. C. de iudici. quod tenet etiam glo. in d. l. si apparitor. ideo cogita. Hęc ẽt exceptio recipit nonnullas limitationes; & primo vt non procedat qñ quis esset incarceratus ꝓ inquisitione generali; sed solũ qñ ex speciali inquisitione & pro certo crimine. ita singulariter limitat Bald. d. l. in eos. in consi. ccxxx. j. lib. quod incipit primus quæstionis articulus vbi dicit d. l. in eos. ita debere intelligi secundum ꝙ refert Io. And. in. d. addi. de qua supra. Secundo limitatur vt non procedat d. l. in eos, nisi fuga ipsa facta fuerit cum conspiratione prius habita in carceribus cum socijs, hoc modo hr̃ pro confesso alias non vt 14 dicit Bal. in d. consi. ccxxx. † Tertio limitatur vt non procedat illa dispositio, nisi quando interuenit fractura carcerum, alias si sine fractura aufugissent: quia exiuerũt per fenestras, aut per ostium: vt quia inuenerunt ostium apertum, vt latius infra dicetur, non haberentur pro confessis. ita limitat Bald. in d. l. penulti. in d. consi. qui dicit ita tenere Guil. de Cun. in l. succurritur. ff. ex qui. cau. maior. idem tenet Bald. in l. in bonæfidei in ix. col. C. de iureiu. vbi dicit etiam ꝙ fuga incarcerati non probat contra potestatem vel iudicem seu officialẽ. Quarto limitatur vt non habeat locum in eo qui aufugit animo reuertendi, & deinde sponte reuersus fuerit; quia ille non habetur pro confesso, nec incurrit pœnas de quibus in d. l. in eos. Quomodo autem & qualiter cognoscatur ꝙ fugiens habuerit animum reuertendi, satis plene dictum fuit supra eo. in præcedenti excep. in prima fallen. Quarto limitatur d. l. in eos, vt non procedat qñ fugiens inuenit ostium carceris apertum, ita notanter declarauit Angel. illũ tex. in l. verum la ij. ff. de effrac. secundum ꝙ refert idem Ioan. And. in d. apo. de qua supra, vide aliã 15 apost. ad Bart. in l. j. ff. de bo. eor. &c. † Quinto limita vt non habeat locum d. l. eos. quando quis aufugit de licentia custodis: quia isto casu tenebitur custos, & non ipse fugiens, ita tenuit Guil. de Cu. in l. quoties. C. de exac. trib. lib. x. & Bal. in l. ad commentariensem. eo. titu. vide Ioã. And. in d. addit. & facit tex. optimus in l. consiliarios. C. de assesso. Sexto limita vt duntaxat habeat locum in eo qui aufugit ex publicis carceribus, non autem in eo qui ex priuatis carceribus aufugeret, ita dicit Guil. de Cug. in d. l. succurritur. Bal. ẽt ibi, secundum quod referunt Ias. & quidã alij Mode. in l. admonendi. super gl. in ver. fuga. 16 ff. de iureiur. † & notat ꝙ publici carceres non solum dicuntur illi qui fortibus clauibus aperiuntur, & habẽt perpetuos custodes, verum etiam dici possunt caceres publici aliqua alia camera in palatio potestatis, immo totum palatium, quando prætor vel iudex statueret alicui locum pro carcere; quia carcer publicus dicitur locus ordinatione & decreto iudicis deputatus, in quo custodiatur persona; sicut esset palatiũ potestatis, arx, vel alia domus; vt notant Doct. in l. j. ff. de custo. reo. & ideo si tyrannus vel alia priuata persona caperet aliquẽ & violẽter detineret in aliqua arce, vel etiam in carceribus qui solent esse publicis nihilominus isto casu dicuntur carceres priuati; quia destinati sunt per hominem nullam habentẽ iurisdictionem super homine capto. vide Bald. in d. l. succurritur. & Bar. & Docto. in l. ij. ff. de pri-17 ua. car. † Sed quero, quid si aliquis latitat & nõ apparet in publicum ne capiatur, ne dicatur fuge re, dic ꝙ non, ita dicit Bald. in l. j. in iij. col. C. de ædil. actio. cui concordat dictum Bart. in l. j. in fi. ff. de bon. eor. &c. in ij. mẽbro suæ distin. Et quid si mulier aufugit de carceribus causa euitandæ libidinis? dic ꝙ non habetur pro confessa secundũ Bald. in d. l. j. in iij. col. Et quid si aliquis fuit accusatus ꝙ produxit falsum instrumentum, & dũ contra notarium qui de illo rogatus fuerat, procederetur de falso, notarius aufugit, an fuga notarij noceat parti, & in quo, vide Io. And. in d. addi. de qua supra. Et no. vnum quod dixit gl. no. in auth. de exhi. re. §. si vero etiam quidam. vbi dixit arg. illius tex. ꝙ si famulus aut seruitor aufugerit, aut recesserit a domino sine licentia, ꝙ omnia bona quæ deficiunt in domo patroni, præsumuntur a dicto seruitore fugiente furto fuisse 18 subtracta. † Post hæc quæro quid si vnus aufugit propter multa debita per ipsum cõtracta; quia timebat ad instantiam creditorum incarcerari, deinde reuersus cum omnibus vel maiori parte concordauit, an poterit postea per aliquem ex illis creditoribus, aut per alios creditores posteriores ratione præcedentis fugę capi, vt suspectus de fuga? Doct. in d. l. admonendi, in glos. magna. in versi. fuga. tenent ꝙ sic, vide latius ibi, pro quo facit tex. in l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re mili. & per hæc sum expeditus de ista materia fugæ, de qua vide late per Doct. maxime Mod. in d. l. admonẽdi. & quædam per Alex. in apo. ad Bart. in d. l. j. ff. de bon. eo. qui ante sen. &c. & in l. in eos. ff. de custo. reo. & Ioã. And. in addi. ad Spe. in ti. de præsum. §. species. ver. violenta.

De calumniatoribus.


POST carcerum liberationẽ vtile est videre de calumniatoribus, q falsas vel calumniosas accusationes aut querelas proponunt aduersus innocentes, qualiter de ipsorũ calumnia cognoscatur, & quibus pœnis puniendi sunt, pro cuius faciliori notitia breuiter figurabo casum. Titius a tribus nocturno tempore insultatus fuit, & tribus vulneribus percussus. Sẽpronius qui alias ipsius Titij inimicus dicebatur hac de causa, vel propter alias suspitiones captus & incarceratus fuit, & instigante Caio consanguineo vel amico vulnerati, contra Sempronium processum fuit in causa, etiam vsque ad rigorosum examen inclusiue; sed quia. d. Sempronius in veritate istius criminis innocens erat, institit fortis ad omnem paragonem; quem cum iudex innocentem cognosce-

ret, absoluit, & a carceribus liberauit, nihilominus quia in dictis carceribus per plures dies stetit inclusus, & magnas expensas fecit, & calumnias d. Sempronij prætendit se passum fuisse, & vult proponere contra d. Caium accusationē, aut querelam calumniæ.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam carceris et torturæ passo, quo subueniatur remedio aduersus calumniatorem seu delatorem eius.*

2 *Iudex reo absoluto, de accusatoris falsi consilio inquirere debet.*

3 *Calumniatorum tres sunt species.*

1 QVAERITVR modo quo† iure & qua via succurritur huic Sēpronio contra istum Caium delatorem siue instigatorem. Respon. quidam dixerunt ꝙ contra Caiū procedi non potest de calumnia; quia non venit vt accusator apertus, nec se inscripsit ad pœnam talionis, & nulla acta in causa criminali facta fuerunt nomine suo; vt l. fin. C. de accu. & l. j. in princi. ff. ad Turp. & l. ij. C. qui accu. non pos. In contrarium est veritas, ꝙ immo non solum accusator, sed & querelans, instigator & solicitator causæ criminalis, siue sit publicus, siue secretus quomodocunque procedat tenetur de calumnia; vt est text. not. in l. j. §. incidit, & ibi glo. & Bart. ff. ad Turpi. & d. l. j. in prin. §. calumniari, & §. sed non vtique. eo. tit. vbi dici-
2 tur† ꝙ iudex reo absoluto, tunc incipit de accusatoris aut delatoris consilio quærere, qua mente & quo animo ad accusationem processerit, & si inuenerit illum calumniose & dolose ad accusationem ipsam processisse, sufficit ꝙ pronūtiet illum calumniasse, quamuis pœnam certam nō exprimat; lex tamen irrogat pœnam d. §. sed non
3 vtique. versi. nam si quidem. † Et pro faciliori notitia istius materiæ præmitte, ꝙ tres sunt species calumniantium principaliter, quidam enim dicitur calumniator, quidam præuaricator, alius vero tergiuersator. Calumniator est qui scienter & dolose falsa crimina proponit in accusatione vel inquisitione. Præuaricator vero est qui vera crimina dissimulat. Tergiuersator autē est qui in vniuersum ab accusatione recedit, vt not. in l. j. in prin. in versi. calumniari. ff. ad Tur. his sic præsuppositis deuenio ad quæstionem.

SVMMARIVM.

1 *Calumniator an illico præsumatur quis eo ipso quòd crimen intentatum non probauit.*

Pœna calumniantis est supplicii similitudo.

2 *Pœna senatus. Tur. est in quinque auri libris fisco applicandis.*

3 *Calumniator in probatione deficiens nō punitur, si deferre tenebatur.*

4 *Accusans alium de crimine non auditur, nisi cautione præstita de lite prosequenda, & expensis reficiendis in casu succumbentiæ.*

5 *Deficiens in probatione an teneatur de calumnia, si per viam inquisitionis procedatur.*

6 *Accusans ob neceßitatem officii, an puniatur de calumnia si in probatione defecerit.*

7 *Denunciantes qui tenentur, & si in probatione deficiant an puniantur.*

8 *Iudex an incidat in Turpillianum ex mero procedens officio, instigante nemine, si reus fuerit innocens repertus.*

9 *Iudex in dubio præsumitur processisse zelo iustitiæ, non per calumniam aut dolose.*

10 *Accusator calumniosus in extraordinariis puniri potest pro motu iudicis.*

1 QVAERO an eoipso ꝙ quis† nō probauit crimen quod intendit, dicatur calumniasse, ita ꝙ de calūnia condemnari possit? quidam dixerunt ꝙ non; quia si iudex pronuntiat in causa calumniæ contra accusatorem et reliquos non probasti, per ista verba non dicitur esse condemnatus de calumnia, sed potius absolutus, ibi dum dicit, pepercit ei &c. si vero pronunciauerit calumniatus es, eo ipso incidit in Turpilliannum. d. §. sed non vtique versinam si quidem. Sed contra prædicta facit tex. in l. j. §. j. C. de aduo. diuer. iudicio. vbi dicitur ꝙ eoipso ꝙ quis defecit in probatione, dicitur calumniasse, & vt calumniator condemnari poterit pœna calumniæ. Quæ calumniantis pœna est similitudo supplicij, vt est gl. in d. l. j. C. de ad-
2 uo. &c. & ibi Bar. †Pœna vero senatusconsulti Turpilliani est v. librarū auri fisco applicandarum, vt l. iij. §. fi. ff. de præuari. & ibi glo. Ad contrarium supra formatum ita respondetur, ꝙ reperiuntur quædam personæ, quæ cōpellūtur aliqua iusta de causa ad accusandū; quarum quædā sunt, quæ ratione sanguinis, vt vendicent necē defuncti: sicut mater quæ agit de morte filij, vt l. mater. C. de calum. & infra dicetur, Item vxor de morte viri, & econtra, pater de morte filij, & ecōuerso. l. calumniantes. C. eo. tit. & not. in d. l. mater, & per gl. in l. athletas. §. pe. in ver. ex vtraq; ff. de his qui not. infa. quidā sunt qui ratione officij cōpellūtur ad accusandū; vt sunt tutores, curatores, & similes, vt l. ij. C. qui accus. non pos. & infra clarius dicemus, quotiescunque enim sunt huiusmodi personæ exceptæ quæ veniunt ad accusandum, ex quadam necessitate, vt diximus, ille excusantur a præsumpta calumnia, & ideo eoipso ꝙ non probauerint, nō dicuntur calumniasse, sed potius præsumuntur errasse, & iusto errore ducti fuisse, nisi expresse probetur contrariū ꝙ dolose & maliciose

liciose venerint ad accusandũ. Et ideo in istis ꝑsonis qñ pronuntiatũ fuit. non probasti, iudex pepercit ei; qa iura præsumunt in eis ꝙ potius iusto errore & iusta de cã moti fuerint ad accusandum, ꝙ̃ dolose, vt supra diximus, & probatur in d. l. mater. C. de calũ. & d. l. ij. C. qui accu. non pos. & ita intelligitur tex. in d. l. j. §. sed nõ vtiq;. ff. ad Tur. & quod ibi no. Bart. ita etiam intelligit glo. illum tex. in l. athleletas. §. pe. in ver. vtraq;. ff. de his de qui. no. infa. ꝙ tex. in d. l. j. ff. ad Tur. loquitur in personis exceptis. tex. vero in d. l. j. C. de aduo. di. iudi. loquitur regulariter in personis priuatis & non exceptis, in quibus procedit alia regula, ꝙ eo ipso ꝙ quis non probat, videtur calumniari: & iura præsumunt illum calumniasse: & de calumia condemnari poterit, nisi euidenter probauerit ꝙ aliqua iusta de causa motus fuerit ad accusandũ; quæ posset ipsum excusare ab illa præsumpta calumnia. Et ideo bene dicit Bar. in d. l. j. in prin. ff. ad Tur. ꝙ iudex debet statuere terminũ huic reo, intra quem probet ꝙ habuerit iustam causam agẽdi, intra quem nisi probauerit; poterit merito de calumnia condemnari, iuxta terminos d. l. j. C. de aduo. &c. & quod ibi no. gl. & Bart. Ad propositũ igitur quæstionis nostræ dico; † Aut iste Sempronius est de personis exceptis qui aliqua necessitate compelluntur ad accusandum, & deficiens in probatione non præsumitur calumniator siue calumniasse; aut non erat de illis personis, & in dubio, crimine nõ probato, præsumitur calumniasse, & poterit iudex sibi statuere terminum ad se purgandum aduersus illam præsumptionem, intra quẽ nisi se purgauerit, poterit vt calũniator condemnari, per ea quæ supra diximus vide Bar. in d. l. j. §. incidit. & l. in senatus. §. an ad eos. ff. ad Turpi. Et ideo vt clarior habeatur notitia de præmissis, distingue sic: Aut processum fuit in causa criminis ꝑ viam accusationis via ordinaria, et accusatus isto casu, si est innocens, tutus erit, & poterit iure merito vindicare omnem iniuriam, quæ sibi inferretur in causa; quia accusator non auditur, nisi prius se inscribat ad pœnam talionis, vt l. fin. C. de accu. & l. j. in princi. ff. ad Turpilli. † & nisi præstiterit etiam idoneam cautionem de prosequendo litem vsque ad finem & in euentum succumbentiæ de reficiendis expensis, vt d. l. iij. C. qui accu. non pos. Et vtinam ordo iste seruaretur hodie in omnibus causis criminalibus: vt isti etiam instigatores & solicitatores ita facerent, quando procedit ur per viam inquisitionis; quia non orirentur quotidie tot pauperum innocentium clamores & querelę; qui post multa damna & opprobria grauesque iniurias quas sæpius patiuntur, non cogerentur multas tollerare, & damna quãplurima indebite sustinere; & cautius discerent viri maligni aliorum crimina tum falsa tum simulata in iudicio proponere, & in alienis calamitatibus gloriari; iuxta illud Prouerb. xvij. cap. malus obedit linguæ iniquę, & fallax obtemperat labijs mendacibus; qui despicit pauperem exprobat factori eius, & qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus, & xiij. dicitur: Risus † dolore miscebitur & extrema gaudij luctus occupat.

Quandoque vero proceditur per viam inquisitionis; & tunc aut per modum querelę, & desistens in probatione an censeatur in dubio calumniasse, recurrendum erit ad illam distinctionem de qua supra: aut erat de personis exceptis, aut non; & dic vt supra proxime diximus. Quod autem teneatur de calumnia quando constat ipsum calumniasse, vel incidat in pœnam Senatusconsulti Turpilliani, nemini dubium est l. j. §. incidit. & ibi glo. & l. in senatus. §. an ad eos, & ibi Bart. ff. ad Turpi. & diximus similiter supra eo. Idem dicendum est de instigatore & illo qui solicitat in causa contra aliquem, vt illo deficiente in probatione, non euadat calumniantis pœnas, vt est casus in d. l. j. §. incidit. & ibi Bart. ff. ad Turp. & l. in senatus. §. an ad eos, eo. ti. vbi proprie loquitur quando proceditur in crimine via extraordinaria per inquisitionem. † Aut proceditur ad instantiam fisci vel illius procuratoris, & quidam dixerunt ꝙ ille in dubio excusatur a pręsumpta calumnia propter necessitatem officij. sicut tutor curator, & alij similes, de quibus supra in d. l. ij. C. qui accu. non pos. sed si appareret de illius calumnia ꝙ dolose & calumniose egit, nõ euitabit pœnas ꝑdictas, vt d. l. in senatus. §. an ad eos, & ibi Bar. ff. eo. ti. vbi loquitur ẽt de iudice qui tenetur de calumnia, qñ dolose & calumniose egit cõtra reũ: ad quę faciũt notata ꝑ Bar. in l. si postulauerit. §. si. ff. de adult. vbi si procurator fisci fecit torqueri seruũ alienũ nullã habẽs cãm, ex qua tortura seruus deterioratus fuit, dr̃ ibi ꝙ fiscus & ꝓcurator tenẽtur ad ęstimationem serui ipsi dño, & ad omnia damna quę occasione prædicta passus fuerit, vide ibi, & vide Gãdi. in tract. maleficio. in tit. qualiter cognos. de malefi. per denunti. & infra proxime dicam. † Quandoque proceditur ad denuntiam officialis publici, prout sunt Bononi. ex forma statutorũ in ciuitate officiales; quidã qui dicũtur magistrales, & in qualibet capella deputatur vnus, in comitatu vero sunt massarij, siue saliuarij in qualibet villa siue communi, & isti tenentur denuntiare curiæ omnia maleficia quæ fiunt in sua capella, vel in suo cõi respectiue, quæritur modo si aliqua denuntiatio per officialẽ facta fuerit contra aliquẽ de crimine non vero, & sic iniusta & mendosa, an ille denuntiator teneatur de calumnia & incidat in Turpillianũ. dic, aut constat de illius calumnia & dolo, & nulli dubiũ est ꝙ tenetur; vt l. in senatus. §. an ad eos, & quod ibi not. Bart. ff. ad Turpil. aut constat de illius innocentia: quia deceptus fuit seu aliqua alia iusta causa, & non tenetur, vt d. l. j. in princi. & . §. sed non vtique. ff. ad Turpil. aut sumus in dubio, & excusatur ratione officij a ꝑsumpta calumnia; quia quicquid facit, illud agit ex necessitate officij l. ij. C. qui accusa. non poss. l. secũda. §. si publico, & ibi Bar. ff. de adulte. & d. l. j. §. sed non vtique, secundum Bartol. ibi & Bartol. in l. in senatus. §. an ad eos. in fin. eodem titu. vbi expresse ponit casum, & ita decidit; quod maxime est verum quando aliqua præcedebant indicia, secus si nulla; quia tunc non euitaret aliqualem infamiam saltem facti, vt l. ob hæc verba, & quod ibi not. ff. de infami.

8 de infami. †Quandoque autem inquisitio reperitur formata per iudicem ex mero officio. & ex illo mero officio proceditur in causa, nemine querelante vel instigante, & isto casu crimine non probato, quęritur an iudex incidat in Turpillianum, & teneatur vt calumniator; breuiter dicas: aut constat ꝙ iudex processit nimis animose & dolose in causa, nullis vel leuissimis & inanibus iudicijs pręcedentibus; & nulli dubium est ꝙ tenetur de calumnia & incidit in Turpillianum, & patitur omnes pœnas ac si esset mere priuatus, qn̄ constat de dolo ipsius, ita dicit expresse Barto. in dicta l. in senatus. §. ad eos. ff. ad Turpill. aut constat de ius bona iustitia, & ꝙ ex iusta et rationalibili causa motus fuit ad inquisitionem & processū contra inquisitum propter multa indicia quę contra ipsum aderant; & non tenebitur de calumnia, immo pręsumptio iuris erit pro eo ꝙ motus fuerit ad litem zelo iustitiæ prout ipse tenetur, & non propter calumniam d. l. ij. §. si publico. ff. de adulter. l. ij. C. qui accusa. nō poss. & l. congruit. & l. ob 9 seruandum. ff. de offic. præsi. † aut sumus in dubio & isto casu similiter potius præsumitur ꝙ zelo iustitię ꝙ̄ dolo & calumnia processerit ī causa. & ꝙ fecerit propter necissitatem officij. d. l. ij. C. qui accusa. non poss. & l. ij. §. si publico. ff. de adulter. et not. Bart. in dicto. §. an ad eos. & Bart. & Bald. & Docto. in l. prima. C. de pœna iudi. qui male iudi. Alexan. in l. j. ff. de iurisdi. omnium iudi. quod maxime præsumendum est attenta conditione personæ ipsius iudicis l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re mil. & attenta etiam conditione personę inquisitæ, & natura causæ, & attenta etiam qualitate iudiciorum iuxta not. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. & l. aut facta. eodem titu. cum multis simi. Et not. inquantum diximus supra ꝙ calumniæ pœna est similitudo supplicij criminis obiecti. d. l. j. & ibi gl. C. de aduoca. diuer. iud. hoc est verum in iudicijs criminalibus ordinarijs.

10 †Secus autem erit in extraordinarijs, quia in illis calumniosus puniendus erit pro motu iudicis, ita dicit gl. quam sequitur Bart. in dicta l. prima. §. sed non vtique, in fin. ff. ad Turpilli. Quomodo autē & qualiter probetur calumnia, et qualiter procedatur in causa calumniæ, & quæ probationes requiruntur; & multa alia circa istam materiam, vide late Bart. in. dicta l. j. in principio. ff. ad Turpillia.

SVMMARIVM.

1 *Accusator quocunque nomine censeatur de calumnia condemnatus ad expensas etiam damnari debet.*

2 *Condemnatio expensarum fieri debet in causis criminalibus parte petente, sicut in ciuilibus.*

3 *Iudex maleficiorum licet principaliter non possit cognoscere de causis ciuilibus, potest tamen incidentur.*

4 *Reus absolutus an ad solas agere possit expensas causa calumniæ omissa.*

De expensis, damnis, & interesse.



OSTREMO videndū est quibus modis prouideatur reo innocenti vt releuetur indemnis a tot damnis expensis & interesse quæ passus fuit in dicta incarceratione & causæ prosecutione vsque ad finem: circa quæ repetendus esset casus supra figuratus in ti. proximo procedenti, & successiue omnes distinctiones & membra quæ ibi posuimus hic inferenda essent quæ tamē causa breuitatis omitto.

1 †Conclusio ergo sit ista, ꝙ in omnibus casibus in quibus, accusator, delator, instigator, querelans, procurator fisci aut syndicus, qui denuntiauit vel ipsemet iudex notatur & condemnatur de calumnia in omnibus illis casibus instante reo innocente poterit iudex condemnare reum calumniæ in expensis, vt expresse & no. tenet Bart. in d. l. j. in prin. in fi. commenti. ff. ad Turp. qui post quorundam Doc. opi. qui tenebant contrarium illis con2 futatis concludit † ꝙ in omnibus causis criminalibus siue processum fuerit per accusationem siue per inquisitionem, aut alio quouis modo fieri debet parte petente condemnatio expensarum, sicut in causis ciuilibus, de quibus dicit esse casum in l. fin. secundum vnam lec. C. de fru. & lit. expen. circa quæ vide latius ibi per eum. Quæ quidem expensæ peti poterunt, aut officio iudicis nobili humiliter implorato anteꝗ̄ feratur sententia absolutionis vt vnico contextu feratur super vtroq; aut iure actionis intentando nouum iudicium, vt dicit Bar. in d. l. j. in prin. vbi vide latius dicta per eum, & probat tex. in l. iij. C. qui accu. non pos. in fi. & l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. & ibi di3 cit, †nota quod licet iudex maleficiorum non possit cognoscere de causis ciuilibus, est verum principaliter, incidenter tamen bene poterit cognoscere causas, quæ descendunt ex crimine sicut est restitutio rei furto subtractæ, Item expensas factas in causa poterit illas cognoscere & reum in eis condemnare & taxare, vt dicit ibi Bar. & vide Bar. in l. si postulauerit. §. si. ff. de audul. vbi dicit ꝙ ibi est quasi casus quod in causis criminalibus victus victori condemnatur in expen. vide Inno. in c. cum oporteat. in fin. magnæ glo. de accus. & per Abba. & Cano. in c. calumnia, extra de pœn.

4 †Sed quæro an reus absolutus poterit agere ad expensas duntaxat quas fecit, & omittere causam calumnię. credo ꝙ si quia, istæ sunt causæ separatæ secundum ꝙ dicit Barto. in d. l. j. in prin. ff. ad Turp. tamen ad hoc vt possit obtinere sententiam in causa expensarū oportet ꝙ probetur calumnia accusatoris, qua probata iudex poterit ex officio suo ipsum punire de calumnia, vt l. iij. C. qui accu. non pos. & hoc idem videtur esse de mente Bart. in d. l. j. in vlt. q. ff. ad Turp.

FINIS.

PERVTILIS ET QVOTIDIANVS TRACTATVS DE TORMENTIS SIVE DE INDICIIS ET TORTVRA,

per præstantissimum ac eminentissimum ea ætate doctorem do. Guid. de Suzaria Mantuanum, cum additio. domi. Ludouici Bolognini Bononien. Vtriusq; Iuris Docto. clarissimi equitisque dignissimi in almo Bonon. studio Anno Domini M CCC LXXXVIII. Ad magnificos dominos. d. prætores, & eorundem assessores ac iudices ad maleficia deputatos:



SVMMARIVM.

1 *Iudex torturus reum, iuris, & humanitatis meminerit nec repente ad tormenta procedere debet, si veritas impositi criminis, alia quauis via leuiori possit erui.*

2 *Quæstio seu tortura non ex leui causa, aut pro quolibet crimine est indifferenter proponenda.*

Indicia non quælibet sunt ad torturam sufficientia.

3 *Tortura repeti non debet quis, nisi duobus concurrentibus.*

Tormenta reo ea sunt moderatione inferenda, vt tortus aut innocentiæ, aut certe supplicio conseruetur saluus.

4 *Quæstio, inquisitio quædam dicitur, cum tormentis & dolore corporis, facta eruendæ veritatis gratia.*

5 *Quæstio fieri dicitur per tormentum, quasi torquens mentem.*

6 *Iudex carcerato, qui torqueri non potest, alimenta denegare non debet.*

7 *Ferula in pueris, censetur quædam tortura.*

8 *Torqueri potest in casu quilibet, cuiuscunque sit conditionis, aut status.*

9 *Torquendi non sunt, qui in dignitate constituti sunt.*

10 *Statu liber impropriè dicitur, cui libertas in tempus certum, vel sub conditione certa relinquit.*

11 *Seruus quando, & contra quē torqueri possit.*

12 *Minor quatuordecim annis non debet torqueri, potest tamen ferula vel corrigia cedi.*

13 *Ferula minoribus datur, vt veritas sciatur, sed non vt condemnatio sequatur.*

14 *Decrepitus non est torquendus, & quæ dicatur decrepitas ætas.*

15 *Decrepitus in crimine læsæ maiestatis, & hæreseos torqueri potest.*

16 *Iudices eminentissimi, milites, decuriones, & eorum filii, nequaquam sunt torquendi.*

17 *Torquens in dignitate constitutum in casu non excepto in eo scilicet quo torqueri non debebat, capite plectitur.*

18 *Clerici & presbyteri, an & quando sint torquendi.*

19 *Quæstio qualiter, & quo debebat moderamine fieri.*

20 *Iudicis æqui arbitrio relinquitur, & quando & qualiter quis torqueatur.*

21 *Iudex in dubio modum torturæ non præsumitur excessisse.*

22 *Tortura quo ordine sit applicanda, si plures torquendi sint.*

Pater & filius quando torquendi veniunt, a filio in patris præsentia est inchoandum.

23 *Fœmina quare prius torqueri debeat quàm masculus.*

24 *Torqueri debet prius, qui veritatē nouit melius.*

25 *Iudex qualiter, & quo ordine, debeat reum interrogare.*

26 *Reus ex causa ciuili & criminali potest torqueri, si alias veritas non possit haberi.*

27 *Tortura communiter in ciuilibus causis non est admittenda.*

Indicia

Guido de Suzaria.



E QVAESTIONIbus plenius tractaturus videndum est quid sit qō. Quę personae posśint torqueri, & quae non. Et quomodo debeat inquisitio, seu quaestio fieri, seu quo moderamine, & quo ordine sint habenda tormenta, seu homines torquendi. Ex quibus causis, et quę oporteat praecedere qōnem, & quis sit effectus quaestionis. Denuo formabo quasdam utiles, & quotidianas qōnes super praedictis, & ut iudicibus immodice sevientibus aliqua temperies imponatur ut C. de cust. reo. l. ij. Pręnotabis quinque magistralia ad hunc tractatum. 1 † Primum ꝙ iudices qui de aliquo habere quęstionē intendunt, ante omnia iuris & humanitatis considerationem habeant: ut non facile ad tormenta procedant nec repente, quantuncunque adsint verisimilia argumenta, si aliqua leviori via potest obiecti criminis,

criminis, prius veritas reperiri. ff. de quæstio. l. diuus. j. & ij. responso & l. edictum. & C. eo. l. quoties. ff. de rei ven. l. si possessor. & not. ff. pro soc.
2 l. si inter §. idem respondit in gl. ordi. † Secundū est notandum, ꝙ ex qualibet leui causa, nec pro quolibet crimine, nec indifferenter de qualibet persona habenda est qō. d. l. edictum. Tertium notandum est, ꝙ non quælibet indicia sunt sufficientia ad tormenta habenda: quia tunc torquendus est reus cum suspectus est, & indicia præcesserint, verisimilia talia ꝙ sola quasi torquendi confessio de esse videatur. l. j. & ij. responso. ff. de quæ-
3 stio. † Quartum notandum est ꝙ in quæstione non est aliquis repetendus nisi duo concurrant, scilicet ꝙ noua superuenerint indicia, & ꝙ tortus in fortitudine corporis animiq; durauerit vt ff. de qō. l. vnius. §. j. Quintum notandum est, ꝙ iudices hoc temperamentum teneant, vt tormenta non sumant de aliquo in immensum, nec quāta postulauerit accusator, sed prout moderatæ rationis temperamenta desiderant, adeo, ꝙ tortus saluus innocentiæ vel supplicio cōseruetur. vt ff. de
4 qō. l. j. §. qōnis ibi, teneri eum &c. † Quid est qō: quæstio est inquisitio, quæ fit ad eruendam veritatem per tormenta & corporis dolorem. Nuda igitur interrogatio vel leuis territio non pertinet ad hoc edictum. vt ff. de iniu. l. apud labeonem. §. adiicitur. versic. quęstionem. & ff. ad Sylla. l. j. §. quæstionem.

Additio domini Ludouici.

Circa hanc quotidianam et vltimam materiam tormentorum, non dico vtilem tamen pro torquendis, sed potius quo ad eos horrendam & inutilem, licet multum prædicabilem, vt vides d. author fecit quinque principales dubitationes, in quibus vis tota eius consistit, cum declarationibus, interpretationibus, & limitationibus per me in vno quoque passu in-
5 ferius subiiciendis. † Et primo circa hoc primum ꝙ quæstio fit ad eruendam veritatem per tormenta & corporis dolorem &c. dicas ꝙ hoc verum est, sed iudicio meo etiam dicitur fieri per tormentum, quasi torquens mentem, a torqueo, torques, ita reperio dixisse domi. Abb. in c. cum in contemplatione in j. colum. in prin. in ver. & pro intellectu materiæ &c. extra de regu. iur. Plus dico ꝙ etiam denegatio victus dicitur species torturæ. tex. est in d. §. quæstionum, & ibi
6 glo. † & ideo male facit iudex denegans alimenta carcerato, qui non possit torqueri, secundum Bar. in l. j. §. diuus. ff. de qō. & do. Ange. Areti. in suo libello maleficio. in verbo, fama publica præcedente. in ij. colum. & adeo requiritur corporis, vel mentis dolor, ꝙ si iudex fecit quem spoliare vt torturæ eum præberet, si confiteatur crimen non dicitur confessio esse extorta metu tormentorum secundum Nico. de Nea. in l. nouissime. ff. de fal. tut. au. licet Salycet. in hoc vltimo teneat contrarium in l. ij. C. de custo. reo. & forte melius. nam si denegatio victus inducit speciem torturæ, idem in subiecto torturæ, & iam spoliato vt torqueatur. nā inesse videtur l. lecta. ver. dicebam. ff. si cert. pet. & facit l. pen. ff. de testa.
7 mili. † pro quo facit quia ferula dicitur esse species torturæ in pueris l. j. §. impuberes. ff. ad Sylla. & est glo. quam commendat ibi Bal. in l. fi. C. ad Sylla. & Bart. in l. ex libero §. de minore. ff. de qō. ad idem facit. quia si filius torquetur, prout torqueri debet ante patrem, coram patre, pater dicitur quasi tortus. §. sed veteres. Insti. de noxa. actio. & infra dicemus post auctorem l. §. quo ordine &c. & tamen corpus eius non tangitur, præterea ductus solum ad locum torturæ, si confitetur dicitur confessus in tormentis l. ij. C. quo. app. in ver. fortitudine tormētorum. & dicetur infra post auctorem in versicu. quæro quæ dicitur confessio &c. neque omnibus istis modis dicitur quæstio habita.

Guido de Suzaria.

8 Quæ autē personæ † possunt torqueri & quę non. & certe torqueri possunt tam liberi, ꝗ̄ serui, & liberti, & statu liberi. l. edictum. de qō. l. ex libero & l. diuus. & tam masculi, ꝗ̄ fœmine, nisi sint prægnantes, vt l. prægnantes. ff. de pę. & quamuis quidam contrarium dixerit, dic indubitāter liberos homines, tam in seipsos principaliter, quam alios posse torqueri. ff. de qō. l. ex libero, in princi. l. vnius. §. testes. & arg. C. ad l. Corne. de fal. sicut. & l. si quis decurio & ff. de re mili. l. proditores. & in auth. vt iudi. sine quo. suffra. §. oportet. colum. ij. & C. de qō. l. milites, vbi indistincte loquitur & quo ad crimina. & quo ad
9 personas cuiuscunque conditionis † exceptis quibusdam i dignitate positos quos torqueri nō permittit, vt C. de infami. l. nullam vbi de hoc. & C. de asses. l. nullus. ad fin. omnia prædicta iura loquuntur de quæstionibus habendis de liberis hominibus.

Additio domini Ludouici.

Circa hanc secundam conclusionem, de personis torquēdis, seu quæ torqueri possunt. adde ꝙ dictum in liberis ipsemet author confirmat infra versicu. sed nunquid liber homo &c. Et idem dicendum est etiam in statuliberis text.
10 est in l. statuliberum. ff. de quæstio. † & statuliber dicitur ille cui libertas est relicta in certum tempus, vel certa conditione interim. l. prima. & per to. ff. de sta. libe. & ita in terminis voluit do. Abb. in cap. cum in contemplatione. in vlti. col. circa fin. in versi. si vero sunt statuliberi &c. extra de regu. iur. & voluit Bartol. in l. diuus pius. ff. de quæstio. & Angel. Aret. in suo tract. maleficio. in versi. fama publica præcedente. in versic. vj. quæro quæ personæ &c. vbi dat regulam generalem ꝙ omnes possunt torqueri nisi sint excepti
11 a iure. † De seruis autem, dicas tu clarius, ꝙ aut volumus torquere contra extraneum. & indistincte possunt. aut contra dominum, & nō possunt, nisi in subsidiū, nisi sit super facto cōi domini & serui. l. quicunque. C. de ser. fug. & nisi in criminibus exceptis. vt læsæ maiestatis, & similibus. ita voluit do. Abb. vbi supra in vlt. verbis licet do. Angel. vbi supra simpliciter dicat seruos torquendos.

Guido

Guido de Suzaria.

12 Excipiuntur † quædam personæ quas ius torqueri non finit, scilicet quædam propter ætatem, vt minores.xiiij. an. nam torqueri non possunt, tamen possunt ferula cedi, vel terreri corrigia leuiter ad eruendam veritatem. vt ff. ad Sylla.l.j.§.impubes.& l. excipiuntur. ff. de quæstio.& l. de minore.j.respõso.& l. ex libero.§.de minore.

Additio domini Ludouici.

De hoc supra dixi in j.cap.ideo non repeto hic. 13 † Sed not. nunc vnum ꝙ ferula qua torquentur isti minores.xiiij. an.datur solum vt veritas sciatur, non autem condemnetur. secundum Bartol. in d.l. ex libero.§.de minore. & Bald.in l.fin.C.ad Sylla. vbi dixit limitando prædicta, vnum notabile verbum, ꝙ hoc procedit in minore, maiore tamen infante, secus autem in infante secundum eum ibidem.

Guido de Suzaria.

14 Item † ætati decrepitæ subuenitur, & nõ torquetur. sed quæ dicitur illa ætas decrepita, cui debeat subueniri, respondeo vt ff. ad Sylla.l.iij.§.ignoscitur.

Addi. do. Ludo.

In hoc de decrepito adde tu, ꝙ idem voluit Ang.in d.suo tract.maleficiorum. in verbo, fama publica præcedente &c. in ver.vj. 15 quæro quæ personæ &c. † vbi limitat prærerꝗ in crimine læsæ maie.& hęresis, & similibus. Nã cum in istis casibus doctor & miles & oẽs exceptuati possint torqueri puta infra dicemus in locis suis. idem & multo magis dicendum est in decrepito, vt non excusetur, quin torqueatur, quo vero ad ætatẽ decrepitã quę dicatur vltra tex. in d.§.ignoscitur. dicas prout hr̃ in c. vlti.lxxx.di. & p Io. And.in procemio.vj.li. & hr̃ in hoc versu. Infans, inde puer, adolescens post, iuuenis, vir, Dicitur inde senex, postea decrepitus.

Guido de Suza.

16 Item in dignitate positi † non torquentur, vt eminentissimi iudices, & milites, et decuriones, & filij, & nepotes prædictorum, ne in eis aliqua pudoris macula aspergatur, vt l.milites.& l.diuo Marco.& l. decuriones.C. de qõ.& l.fin.ff.de decu.sed in quibusdam casibus, dignitas nec minor ætas præbet excusationem, quia torquentur, vt in crimine læsæ maiesta. & proditionis, & quibusdam aliis, vt l.de minore.primo responso.et l.ex libero.§.j.de quęstio.& l.desertor.ff.de re mili.& l.his.& l.proditores. Item decuriones in alio casu torquentur. cum tempore decurionatus quæritur de fid. instru. ꝙ ante decurionatum confecerant, & l. si quis decurio. C. ad l.Cor.de fal. Item mulieres quousque sunt prægnantes torqueri non possunt l. prægnantis. ff.de pœnis.

Addi. do. Ludo.

Circa has personas priuilegiatas, adde tu, ꝙ idem voluit do.Abb.in cap.cum in contemplatione.in j.colum.in versi.v. quæro homines &c.& Ange.in d. suo tracta. in glo.fama pu 17 blica.ver.vj.quęro &c.dicens † ꝙ si quis torqueret aliquẽ de prioribus, vel de ancianis, qui sunt loco decurionum puniretur pœna capitis, nisi essemus in criminibus exceptis alleg. tex.in l.fallaciter.C.de abo.& Bald.in l.qõnes.C. de decu.

Plus dico ꝙ consuetudo inducens, ꝙ personæ priuilegiatæ torqueantur, non vꝫ. text. est in l. omnes iudices. per quem text.ita determinat ibi 18 Barto.C.de decu.lib.x. † Præterea scias, vltra personas enumeratas per authorem, idem dicendum est in clericis secũdum quosdam, quos refert do.Abb.in d.c.cum in contemplatione vbi tamẽ ipse postea decidit contrarium, & plus dicit ꝙ ẽt si essent presbyteri possunt torqueri. subdit tamen, ꝙ clerici in vno sunt priuilegiati, ꝙ tortura non debet esse ita seuera in eis, sicut in laicis. vnde non debent supponi aculeis, vel funiculis, sed virgis seu corrigeatis alleg. text.in cap.j. in fin.xxiij.qõ.iij.

Guido de Suzaria.

19 Qualiter inquisitio † seu qõ fieri debeat, et cum quo moderamine sint habẽda, dic non esse in immensum tormenta habenda, nec quanta postulauerit accusator, sed vt moderatæ rationis temperamenta desiderant. l.de minore.§.tormenta.de qõ.& circa hoc nõ potest certa tradi doctrina, sed iudex consideret torquendum, cuius sit fortitudinis, vel debilitatis, cuius valitudinis, cuius ætatis, & secundum veritatem personæ varietatem, criminis seu alterius negotij qualitatem, quandoq; superioribus, quandoq; minoribus tormentis vtatur. & ꝙ hæc sint consideranda probatur per iura.ff.de re mili.l.iij.§.fi. ff.ad Sylla.l.si quis in graui.in prin.sic ergo torqueat, vt innocentiæ, vel supplicio, seruet incolumẽ.vt l.qõnis.ff.de quæstionibus.

Additio do.Ludo.

Circa modum seu moderamen tormentorum, domi.auctor recte loquutus est cuius dictis adde, ꝙ idem voluit do. Abb. in d.c.cum in contemplatione. in j.col. in ver.iij. quęro qualis debet esse &c.idem voluit Ang. Aret.in suo trac. maleficio. in ver. fama pub. præcedente &c. in versi. vij. quæro cum quo moderamine &c. vbi 20 subdit ꝙ † hoc residet in pectore boni iudicis, qui considerabit omnia prædicta, adeo ꝙ si indicia præcedant, et in actis appareat de eis, si iudex quem torqueat, & tortus moriatur, non tenetur. l. sed an vltro.ff.de nego.gesto.& voluit Cyn.Bal. & Saly.in l.Gracchus.C.de adulte.& Bart.in l. quęstionis.ff.de qõ.et Angel.in l.iij.C.de adul.et do.author.infra in ver.an si iudex in tormentando &c. in quibus locis subdunt præfati scriben. ꝙ hoc est verum, dũmodo iudex non fuerit egres 21 sus terminos torturæ, † & in dubio non præsumitur egressum fuisse, vnde dicenti contrarium incumbit onus probandi. quod dicit etiam not. dignum Ang.vbi supra, de quo vide etiam per do. Gand.in suo tracta. malefi.in rub.de qõ.in quæstione quæ confessio dicatur facta metu &c. & Ang.in l.j.de vi pub.Bal.in c.iudices.in titu. de pa.iur.

pa.iur.fir.in vfi.feu.& Bal.in rub.C.de pœna iudicis qui male iud.& do.Gaspar.Calde.in cap.j. extra de deposito.

Guido de Suza.

22 Quo ordine † fint habenda tormenta, posito ꝙ a pluribus fint habenda, respondeo fagax iudex cōfiderabit a quo facilius erui pofsit veritas,& fic ab illo quæstionem incipiat, a timidiori,a magis fufpecto, a iuniori,a debiliori,& non a fortiori, vt l.j.§.j.& l. vnius.§.j.de qō.Item fi torquendi funt pater & filius, a filio incipiendum eft in patris confpectu; quia per hoc dicet citius pater,cū ipse magis torqueatur,q̃ filius, argumen.ff.ꝙ met.caufa.l. isti quidem.in fi. & Institu.de noxali.§.fed veteres. Item fœmina priufquam homo torqueatur; quia homo tanquam maioris constantiæ tardius confitetur,& mulier citius: quia momentaneum & instabile cor habet l.filia in obritate. C. de inoffi. testa. cap.forus.extra de verb. figni.l.deferre.in prin.de iur.fif.

Addi. do. Ludo.

Circa ordinem torquendi do. author recte loquutus est, cuius dictis adde,ꝙ idem voluit Dyn. in fuo tracta. de qō.in ver. quo ordine &c. & Bartol.in l.j.ff. de qō.& Ange. Aret.vbi fupra proxime in ver. fama publica præcedente. in verfic.nunc videamus &c. vbi alleg. Angel.in l.fin.C.de quæstio. 23 † & dum loquitur de fœmina quæ prius torquenda eft q̃ mafculus, alleg. ipse aliam rationem, quia fœmina eft debilior.alleg. tex.in l.filia.C. de inoffi. testa. fed tamen contra hoc facit glo.in l.nihil.de adul.quæ dixit, ꝙ fœmina fustinet grauiora vulnera q̃ mafculus.vnde dicas, ꝙ tutior eft ratio do.authoris, quia fœmina habet cor momentaneum & inftabile,de qua materia vide per Barto.in l.j.ff.de offi.præfe.vigi.vbi dixit, ꝙ de re furata prius torqueri debet. & Bart.in l.diuus §.reorum.ff.loc.& Bar.in l.fi ita.ff.de fun.instr. & Bal.in l.j.C.loca.vbi dicunt ꝙ vicinus proximior debet prius torqueri.& Bar.in l.quoties.C. de naufra.lib.x.vbi dicit † ꝙ ille debet torque-24 ri qui prius nouit veritatem.& facit l.j.in princ. & l.ex libero.§.j.de qō.vbi probatur ꝙ prius torquendus eft iuuenis quam fenex, tanquam minus ftabilis. Præterea fcias circa iftum ordinem tormentorum,ꝙ iudex debet cauere vt non interroget inculpatum,an percufferit Caium in brachio, cum enfe tali die,& tali loco: quoniam istud effet instruere ipfum, & per fuggeftionem inducere eum ad fic confitendum,vt eft tex.in l.j.§.qui quæftionem.ff. de quæstio. & ibi hoc voluit Bartol. 25 † debet ergo interrogare eum in genere,fi cū aliquo fecit aliquam rixam,& poftea defcendendo ad fpecies, fi cum Caio, & poftea fi Caium vulnerauerit,nō autem magis in fpecie inclinet. vel rectius faciet iudex, fi folū interroget, fi aliquod maleficium commiferit, nec vlterius interroget alias forte ille doctus diceret metu tormentorum, ꝙ nunquam fi fciret diceret, nec dicere potuiffet. ita voluit Angel. Aret.in d. tract.fuo in verbo, fama publica in verfi. iij.fit bene cautus iudex &c.

Guid.de Suza.

26 Ex quibus caufis † torqueātur homines, refpon.ex ciuili, & criminali, & tunc cum veritas haberi non poteft, vt ff.de qō.l.diuus.& l.ex libero,& l.quoties.C.eo.ti.& no.Azo.in fum.eo.ti.§.torquentur.

Additio domini Ludouici.

Circa caufas quæftionis habendæ, optime loquutus eft do. author, cuius dictis adde do. Abb.in d.c.cum in contem-27 platione,in j.col.extra de reg.iur. † tamē fcias ꝙ in caufis ciuilibus regulariter tortura nō permittitur.d.l.diuus.& l.etiam. & ibi Bar.de quæftioni.& Ange. Are.in d.verbo fama, nifi pro delicto ciuiliter conueniatur fecundum Bal.in c.dilectus.extra de appel.

Guido de Suza.

28 Non tamen ex omni caufa † quis torquendus eft,nec quælibet perfona indifferenter, vt ff.de quæftio.l.edictum cum oporteat præcedere quæftionem indicia fufficientia & verifimilia, nec a tormentis eft incipiendū l.prima.j.refpon.ff.de qō.nā fine indiciis, vel fine præfumptionibus quis torquendus nō eft. vt l.vnius.§.in ea.ff.de qō.l.maritus.& l.fi.& C. de fal.l.ficut,in fin.& certe a rectoribus eft valde confiderandum,& ponderofe,nunquid præcedentia indicia fint verifimilia, & fufficientia ad habendum torturam,cum ad talia reftitutio,vel appellatio fubfequens prodeffe non pofsit; nam plures dum torquentur perimere folent l.aut damna. §.j.ff.de pœ.& quod torturam præcedere debeāt indicia,probatur per iura in l.milites, & in l.cū cognitio naturalis.C.de qōni.

Addi. do. Ludoui.

In hoc ꝙ indicia omnino præcedere debeāt torturam,idem reperio voluiffe do. Abb.in c.cum in contemplatione. in j.col.circa prin.extra de regu.iur.& do. Ang. Are. in fuo libello male.in verfi. nunc videamus, &c. in hoc 29 nemo difcrepat, fed plus dicas † ꝙ intantum debent præcedere indicia torturam, & etiam fufficientia, & legitima quæ qualia fint infra dicam, ꝙ confefsio aliter facta, etiam fi ex poftfacto ratificetur,etiam fi extra tormenta.non v3.nec poteft illa confefsione condemnari. cafus eft not.in l.qōnis. fecundum vnam lectu. glo. approbata.ff. de quæftio.do.Gan.in tracta. male. in rub.incip. quæro nunquid confeffus in tormentis non præcedentibus &c.& Ang.& Pau.de Caftr.& Ioan.de Imo.in l.qui in aliena.§.Celfus.ff.de acqui.here. & Saly.in l.ij.in vlti.col.C.de cufto.reo. & Pet. de Ancha. in clemen.j.extra de ho. & in confil. xxij. incip. in Chrifti nomine vifa inquifitione formata in philippum &c. & do.me. Alexan.in confi.v.in j. col.incip. in caufa inquifitionis formatæ contra Vale.&c.in j.vol.& in cōfi.lij.in ij. volu.per totum incip.vifo themate &c.& in confil.cxlij.in ij.colum.in ij. volu. incip.an ille qui primo fuerat iniufte tortus &c. quia fecundum

cum

eum postquam semel fuit indebite tortus præsumitur semper subesse eadem causa iusti timoris, & ideo non valet talis confessio, nisi præcedant indicia sufficientia & legitima. & idem voluit author infra in versi. sed quid si aliquis tortus est nullis &c.

Gui. de Suza.

30 Quæ & qualia indicia† requirantur vt quis possit poni ad torturam, respondeo non possunt dici, vel ostendi, vel de eis certa descriptio, vel doctrina dari, sed hoc committitur arbitrio iudicantis, vt ff. de testi. l. iij. in prin. ibi tu magis scire potes, & sicut dicimus de accessione & mora, vt ff. de diuer. & temp. præscrip. l. de accessionibus, & ff. de vsur. l. mora. & generaliter, omne quod non determinatur a iure, relinquitur arbitrio iudicantis, vt est videre in pœnis a iure non determinatis, vt l. hodie. & l. sanctio. ff. de pœn. & ff. de effra. l. j. §. quibus nulla. sic de tempore dicimus, ꝙ indeterminate profertur, vt ff. de iure deli. l. j. cum si. possumus tamen 31 in genere talem doctrinam tradere, † ꝙ astutus iudex debet solicitus stare ad indaganda indicia contra delatum ex aliquo crimine. nam indicia sunt alijs probationibus proxima, & dicuntur quasi demonstratiua veritatis, & probationū adminicula, vt C. de proba. l. instrumenta, & l. fina. sunt enim indicia pars probationis claræ, vt C. qui testa. fa. pos. l. hac consultissima. §. deinde. ibi, indicia &c. Nam indicium dicitur ab indicando, vnde indicia idest adminicula demonstratiua ad indicandum veritatem, vt C. de adul. si quis adulterij. & l. solent. ff. de præsc. verbis. Quærat iudex & instanter indaget, cum quibus, & per quæ loca conuersabatur delatus, quem torqueri intendit; 32 † quoniam mala conuersatio est malæ operationis indicium, vt ff. de admi. tut. l. si plures. §. assidue. nam ex mala cōuersatione, quis etiam bonus efficit vitiosus, vt ff. de ędi. ędic. l. ędile. §. pedius. ibi alleg. fore, vel vinearius. Ad idem dictum Philosophi. qualis quisq; est talium consortio delectatur. Item consideret loca in quibus conuersabatur; quia secundum locorum varietatem varie colliguntur coniecturæ vt C. si man. fue. alie. l. si. ff. de pœ. l. aut facta. §. euenit. Item interest quærere, si erat inimicus offensi, vel si aliqua offensio interuenerat inter eos; quia tunc est præsumptio, culpę: quia inimicus de inimico male facere & male cogitare a iure præsumitur, vt ff. de his quibus vt indig. l. si inimicitiæ. ff. de adimen. leg. l. iij. §. fin. & de quæstionibus l. j. §. quæstioni. Item studeat inuenire cuius æstimationis & famæ sit. qualis. n. fuerit fama & opinio cuiuscunque in ciuitate, talē eum esse pręsumimus. l. de minore. §. tormenta ibi, vel cuius ęstimationis &c. de quęstionibus, & l. si a bonæfidei, primo respon. de rei vend. & in auth. 33 testi. §. sancimus. col. vij. † Item poterit iudex indicia sumere ex constantia, vel ex trepidatione vocis, vel membrorum, vel pallore, vt d. §. tormēta. loquutio, vel constantia, vel trepiditas, vel ęstimatio cuiusque, attendenda est & indaganda, qm̄ multum conferunt ad illuminandum veritatem & in lucem emergentia, vt d. §. tormenta. Item indaget cuius primo vitæ fuit, & an talia, & similia de quibus ad præsens inculpatur, facere consueuit. nam de vno quoque bonum, vel malum præsumimus, consideratis primo actitatis ab illo, vt ff. de re milit. l. desertorem. §. his qui el. ij. ibi, inspecto vitæ eius præcedenti actu &c. & l. non oēs. §. a Barbaris, eod. ti. & ff. de sus. tut. l. tutor quoq; 34 §. quæri potest. † ex gestis enim preteritæ vitæ præsentia metimur, vt C. de agen. in re. l. pe. §. fin. lib. xij. Item an fuerit ei minatus, quoniam erit indicium, ꝙ ipse operibus adimpleuerit illudquod terrendis verbis profudit, cum ex dictis hominū facta pensemus, vt C. si quis Impe. ma. dix. l. j. & ff. de sup. leg. l. Labeo. Item considerandum est an sit talis qui consueuerit, & posse habuit talia committendi quod est nota. dignū vt ff. ad l. Iul. maie. l. famosi. ibi, an potuerit facere, & ibi an quid simile fecerit. Item si aufugit est indicium contra eum, vel si statim se absentauerit post perpetratū maleficium arg. in auct. de exhibē. & introdu. reis §. si vero, & C. de assessor. l. consiliarios. Item testes recipiat super maleficio commisso in loco vbi fuit commissum. & de voce publica, & fama cum citra probata coadiuuant indicium ad tormenta vt. ff. de testi. l. iij. & ff. de fluminis. §. flumen. l. j. Ex multis alijs poterit curiosus iudex indicia sumere ad informandam conscientiam pro eruenda veritate delicti.

Addi. do. Ludo.

Circa hanc materiam qualiter & quommodo sumantur indicia, & qualia requirātur vtquis possit torqueri. d. author, vt vides multipliciter exemplificauit, & finaliter cōcludit hoc dependere ex iudicis arbitrio, & ideo possumus dicere in hoc certam doctrinam dari non posse, in qua materia primo reperio do. Abb. in c. cum in contemplatione. in j. col. in versi. & quæ indicia 35 sufficiant &c. vbi † concludit ꝙ non potest dari certa doctrina. sed relinquendum est iudicis arbitrio, & idem voluit Bald. in l. j. in vlt. col. in prin. C. cōia de lega. & Bal. in l. ea quidem. C. de accu. & Bal. in rubri. C. de proba. in ij. col. & in l. seruos. C. de testi. & in l. ij. C. quorum appella. & do. Ang. Aret. in suo libello maleficiorum in verbo fama publica præcedente. in v. col. in ver. quæro an vnum indicium &c. vbi ponit fere omnia exēpla, de quibus hic per dominum authorem, & vltra ea subdit, ꝙ si res furata reperitur penes ali- 36 quem. † & si iuuenis reperitur in domo pulchræ puellæ, vel reperitur exire de domo, præsumitur supposuisse. alleg. Barto. post Iac. But. in l. si. ff. de hæred. instit. vel si quis repertus est cum cultello euaginato prope mortuum, nam istud est indicium sufficiens, immo manifestum, secundum Bart. in l. fur manifestus. ff. de fur. & idem si quis visus fuit cum cultello sanguinolento exire de domo, cum facie pallida, & repertus est intus domo mortuus. alleg. Ioan. And. in additio. Specu. in ti. de proba. §. j. versic. xij. referentem do. Tho. de Piperata combon. ita tenētem, & plus dicentem, ꝙ hoc vltimum est indicium ad condemnationem, de quo latius posuit domi. Angel. vbi supra proxime. 37 † Cuius dictis adde etiam in hac materia indiciorum,

ciorum, & primo, dum dixit, ꝙ si res fuit subtracta & reperitur penes aliquem, præsumitur ab eo sub tracta, nam hoc verum, dummodo probetur illum solitum esse talia perpetrare, alias non redditur suspectus ex eo solo. ita voluit do. me. Alexan. in consi. v. in ij. col. in j. volu. inci. in causa inquisitionis formatæ contra valerium &c. Præterea in eo quod dictum fuit, ꝙ mala fama alicuius de prę terito, facit præsumi de præsenti. d. l. nō omnes. §. a Barbaris. de re mili. & l. si cui. §. hisdem. ff. de accu. nam hoc procedit in eodem genere mali. alias autem non, secundum Iac. de Raue. & Bart. in l. Cassius. ff. de sena. & Barto. in l. si pupillus. §. sed si quis pręto. in vij. q. de no. ope. nun. & Bald. & Ioan. de Imo. in l. fi. de hære. insti. & do. meus in d. consi. v. in iij. colū. vbi multum singulariter more suo loquutus est in hac materia indiciorum & torturæ. & in consi. clij. in ij. vol. inci. an tortus &c. & in con si. lxvij. in vij. & viij. colū. in j. volu. incip. si præcedentibus indiicis &c. in ver. ꝙ autem indicia fuissent sufficientia, vbi ponit de teste deponente de visu, & de fuga illius, qui dicebatur particeps eiusdē delicti, & in consi. lxxvij. in ij. & iij. col. in eo. j. volu. incip. in causa accusationis de crimi. fal. &c. vbi dat vnam doctrinam multum magistralem & declarantem totam hanc materiam, ꝙ † in delictis quæ occulte committuntur, vt est adulterium, venerare aliquem, falsificare monetam, & similia, iudex debet esse facilior, & prūptior ad torturam. alleg. Bald. in l. iij. C. de episc. audien. qui dixit hoc esse menti tenendum. de qua materia etiam posuit idem dominus me. in consi. xlj. per totum in j. volu. incip. si præcedentibus indicijs. & in consil. j. in iij. volu. incip. in causa inquisitionis formate contra Anto. Fran. de Fon. &c. Similiter illud quod dictum est de inimico, vt præsumatur ab inimico offensus, per l. iij. §. fin. de alimen. lega. &c. dicas ꝙ idem voluit Specu. in ti. de præsumptio. §. j. & facit tex. in l. j. §. hec rescriptū. ff. ad Sylla. in versi. in suspicionem cedis &c. tamen intellige hoc esse verum loquendo de inimico capitali, vel saltem cum quo erat lis de maiori parte bonorum. ita voluit Spec. in d. §. j. & Barto. in d. l. iij. §. fina. & Angel. Aret. in suo libel. male. in ver. fama publica præcedente, in versi. quæro quid si reperiatur quidam occisus, argu. gloss. in l. licet, de arbi. † vbi ponit etiā de eo qui repertus est mortuus prope domum Titij, an præsumatur mortuus a Titio, & concludit ꝙ sic, si Titius erat solitus cōmittere homicidia, per glo. in l. ciuilem. C. de fur. & Bar. in l. fi. ff. de via publ. & similiter, si quis reperitur mortuus in strata, præsumitur mortuus ab illo qui frequentabat in illa, secundum Bart. in l. iuste. ff. de vsucap. in prin. tamen intellige si erat malus homo, alias non, secundum do. Angel. vbi supra proxime, in versic. quid autem si quis in strata &c. vbi ponit etiam quid si quinque reperiuntur in vna domo, quorum vnus reperitur mortuus, an præsumatur mortuus ab illis de domo, post multa concludit, ꝙ non possunt omnes prædicti puniri, sed bene possunt torqueri, alle. Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de homi. §. j. ver. sed pone quatuor &c. Similiter dum dixit d. author, de minis præcedentibus, vt faciant indicium, et etiam consuetudo talia perpetrandi &c. dicas ꝙ idem voluit Bal. in l. fi. ff. de hęred. insti. & d. Abb. in c. tertio loco. in vj. col. cum seq. extra de probat. & Cyn. in l. j. C. si quis impe. & Cy. & Bal. in l. metum. C. quod me. causa, & Saly. in d. l. j. si quis imperatori. et Ange. & Ioan. de Imo. in d. l. fi. de hære. insti. tamen intellige sane secundum qualitatem personæ minantis, secundum Sal. vbi supra proxime. † Item illud ꝙ dictum est de fuga, intellige sane, si fuga sequatur vel inquisitionem, vel accusationē in causis non capitalibus, sed in capitalibus post inquisitionem, vel accusationē ex fuga, vel si reus stat caute in domo, vel alibi, ne capiatur, non est pręsumptio, vel indicium, quia iuste timet & sic iuste facit secundum Bart. in l. j. ff. de his qui sibi mor. consci. Idem dicas vbi fugiens propter terrorem familiæ, & postea citatus comparet, quia tunc ex fuga non inducitur indicium contra eum, secundū Bar. in l. qs sit fugitiuus. §. j. ff. de ędi. edic. Idē vbi quis aufugeret de carcere quem apertum inuenit, secundum Bald. in l. succurritur. ff. ex quibus cau. ma. † Similiter indicium resultat quando dominus loquutus est ad aures famuli, vel in secreto, postea famulus delinquat, secundum Barto. in l. si ventri. §. fin. ff. de priui. credi. & Bald. in l. j. C. de ser. fugi. Idem dico si dominus diceret aperte famulo hæc verba vel similia, non redeas domum nisi sensero aliquid nouum de tali re secundū Bar. in l. si quis mihi bona. §. sed si mandauerit. ff. de acqui. hęred. & Pau. de Cast. in l. j. in ij. col. C. de his quib. vt indi. & in consil. cclx. incipi. in Christi nomine, videtur ꝙ per prædicta &c. † Similiter fama publica orta a personis fide dignis, facit indicium ad torturam, secuudum Barto. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quęstio. & similiter fama cum fuga, secundum Bald. in l. voluntas. in vlt. col. C. de fidei. similiter confessio, etiam in tortura, iuncta cum fama publica, vel cum alio indicio, secundum Bal. in l. fin. C. de proba. Similiter confessio socij criminis, secundum Cy. in l. fi. C. de accus. & Ang. in l. & si certus. ff. ad Silla. & Pau. de Ca. in consil. cxvij. incip. notandum est, ꝙ adulterium est graue &c. & in consil. cxcv. incip. hæc est quedam inquisitio &c. Similiter confessio iudicialis, vel etiam extra iudicialis, secundū glo. & Bato. in l. capite quinto. ff. de adulte. quæ omnia tene menti, cum his quæ inferius dicemus in progressu, vbi ponemus quæ dicantur indicia indubitata.

Guido de Suza.

Denuo videre restat † quis sit qōnis effectus, et siquidem absque formidine tormentorum, vltro quis crimen confiteatur, dixerunt antiqui & moderni quidā præceptores, eum nō esse statim damnandum, sed debet iudex stare per diem, vel per aliud tempus, secundum qualitatem criminis, & personæ conditionem, & iterum facere reum coram se præsentare, & interroget eum. an velit perseuerare in confessione quam fecit, an contradicere, vel reuocare, & hoc ideo dicunt ipsi, quia confessio

confessio rei statim in causa criminali non præiudicat, nec statim facit plenam probationem, vt expresse dicit l. ij. C. de custo. & exhi. reo. & ita intelligunt illam legem, quæ non distinguit, an formidine tormentorum, vel sponte fuerit habita confessio. & ita intelligunt. ff. de quæstio. l. j. §. diuus. ibi, nec statim habere pro exploratis facinoribus, &. §. si quis vltro. & sic dicebant ipsi.

44 † Item in confessione habita in ciuilibus, & habita in criminalibus, hoc interest, quia in ciuilibus non est opus perseuerantia, per dicta iura, nec mirum dicebant ipsi, si magis ponderate & solertius in criminalibus, q̃ in ciuilibus proceditur. nam vbi maius vertitur periculum &c. l. vbi. C. de fal. & melius. C. de pœn. l. qui sententiam. nec mirum. si tam varie, quia criminalia iudicia cũ ciuilibus nil quasi simile habent, vt instit. de pub. iudi. in prin. Tu dic contrarium & hæc est cõis opi. quia si quidem quis in se confitetur spõte crimen, statim incarcerandus est, & illico statim absque alia perseueratione damnandus est, vt C. de custo. reor. l. diem. j. respon. & C. de pœ. l. cum reis. & ita intelligitur. ff. de custo. & exhibitiõ. reo. l. si confessus. Non ob. d. §. Diuus. & . §. si quis vltro, qui intelliguntur in confessionibus factis & habitis in tormẽtis, & sic similiter intellige. l. ij. C. de custo. & exhiben. reo. secundum veriorẽ intellectum & lecturam vt patet in fin. legis, ibi, vt sic iudicibus immodice sæuientibus &cæt.

45 † Sinautem in tormẽtis vel formidine tormentorum fiat confessio, tunc non statur eius confessioni, hęc debet haberi pro exploratis facinoribus, vt d. §. diuus. & C. quo. appell. non reci. l. ij. & est ratio, vt ff. de quæstio. l. ij. §. quoniam. ibi quia quæstio est res fragilis & perniciosa, & vt plurimũ veritatis &c. & tũc habet locum l. ij. C. de custo. reo. vt iudex faciat criminosum ad se redire, & quærat ab eo vtrum velit in sua confessione perseuerare, an retractare, vel contrarium dicere vel docere & tunc si perseuerauerit valet eius cõfessio, alias non, vt dicit §. si quis vltro. & d. l. ij. C. quo. app. non reci.

Addi. do. Ludo.

Dominus author vt vides circa effectũ q̃onis multum notabiliter loquutus est, faciendo differentiã inter confessionẽ spontaneam, & factam in tormentorum, vt prima non requirat reiterationẽ, secunda sic.

46 † Ast, tu in hoc passu dicas, q̃ immo in puncto iuris verior est opi. q̃ requiratur ratificatio seu reiteratio cõfessionis, vt est casus non cauillando, in d. l. ij. in ver. atque ita postmodum ductus &c. quẽ tex. pondero in suo prin. in versi. deprehensus &c. & in ver. cum de admisso constiterit crimine &c. quæ omnia ostendunt confessionẽ sponte factam, & maxime cum lex illa sit posita sub titu. de custo. reo. & non sub titu. de quæstio. Præterea, pro hoc considero rationem illius tex. in fi. nam militat, non solum in confesso sponte, sed etiam in coacto, & econtra, si enim non ratificatur confessio, nimis seuiret iudex in delinquẽtes. Ad idem pondero tex. in l. fi. eod. ti. in princ. in versi. velox pœna subducat, iuncta glo. in ver. subducat, nam licet tex. dicat delinquentem cito debere puniri, sed dicit glo. seruata forma d. l. ij. & sic ratificata confessione, quæ tamen non dicebatur prius facta per tormenta. Nec ob. q̃ istud requiratur, q̃ñ confessio fuit facta in tormentis, vt d. §. diuus. & l. ij. §. tamen si. quia respondeo, q̃ non negat ille tex. q̃ idem nõ debeat fieri in alia confessione, etiam sponte facta. Non ob. etiam d. l. ij. C. quo. appel. non reci. quia non probat hoc

47 in mille annis, † nam dicitur ibi aperte, quod cõuictus de crimine non potest appellare, non tamẽ dicitur, quin confessio, etiam sponte facta nõ debeat ratificari, itaque ille text. non facit. Non ob. l. cum reis. C. de pœn. quia ille tex. non loquitur primo in terminis nostris, pręterea tollit facultatem supplicandi, & alias artes ad differendum sententiam, sed q̃ non debeat confessio facta ratificari non negat ille tex. & ista ratificatio non tendit ad oppugnandum sed potius ad confirmandum sententiam postea ferendam. Itaque illa iura si recte ponderentur, non probant opinionem domini author. immo in contrarium, allego casum in l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstio. vbi text. disponit, non esse fidem adhibendam

48 etiam confessioni factæ vltro seu sponte. † bene verum est, q̃ vbi confessio est facta sponte, potest reiterari, etiam incontinenti ad modicum tẽpus, sed confessio facta in tormentis, postea ratificari ex interuallo, & saltem debet quiescere per vnam diem naturalem, antequam ducatur ad ratificandum, propter metum tormentorum secundum Bartol. in dicto §. diuus. & Iacob. But. in l. ij. C. de custo. & exhiben. re. & domi. author infra in versic. item quæro quantum tempus &c. cum quo ibi dicam de hoc, & idem voluit Ang. Aret. in suo tracta. malefi. in verbo, fama publica præcedente &c. in penult. & vlti. colum. in versicu. ij. nota &c. & licet ipse ibi dicat, q̃ vbi quis sponte confessus est, non requiratur alia ratificatio, & sic transeat cum opinione do. authoris supra relata, tamen subdit, quod iudex cautus semper faciat confessionem reiterare, etiam sponte factam, & sic videtur etiam inclinare in hoc, & iudicio meo hoc est tutius & melius, nec iura contradicunt immo requirunt, si bene ponderentur, vt ex supradictis apparet, quæ omnia tene menti; quia sunt noua in hac materia, &

49 vltra prædicta vltimo loco adduco, † quia etiam sponte confesso non est deneganda defensio. d. l. j. §. si quis vltro, ergo debet fieri ratificatio, quæ multum eneruabit defensiones postea futuras, & sic citius ea expedietur, & per consequens cessat ratio d. l. cum reis. C. de pœ. quod not. de quo etiã posuit Dyn. in suo tract. malefi. in versicu. restat videre quid sit confessionis &c. Bartol. in dicto §. diuus. & Bart. in l. j. in fi. ff. de cust. reo. & Saly. in l. ij. C. eo. tit. vbi multum notabiliter loquutus est. Ludoui. Bol.

Guido de Suza.

50 Sed quid † de quæstione occurreti. Aliquis subijcitur quæstioni & confitetur cõtra aliũ, nunqd statur dicto suo? Rñ. distingue, aut

aut torquetur in alios, consocios, & non in se, & tunc statur dicto suo, vt cum alijs indicijs procedi posit ad condemnationem vt C. de assess. l. nullus. in fin. & de quæst. l. edictum. & l. j. §. qui quæstionem. ibi, efficacissimas causas ad requirendã veritatem &c. idem Tullius in Topicis. Nam tormentis verberibus igne fatigati, quæ dicunt veritas ipsa videtur dicere, saluo si dixerint de inimico; quia tunc non facile credendũ est ei, sed nec omnino fides detrahenda, sed causa cognita erit fides adhibenda vel non, vt ff. eod. l. j. §. præterea. & argumen. ff. de test. l. iij. in prin. aut torqueretur in se & in alios, & tunc si nihil de se cõfiteatur, habent locum proxime dicta. Si vero confiteatur de se, & de alijs, tunc secundum Accu. cuius opin. præualet, est inuenire regulam & instantias a regula, regulariter de proprio scelere confessus super conscientia non scrutetur aliena, 51 & sic regula est, † ꝙ tortus de se confessus nõ debet interrogari de alijs, & maxime de consocijs, vt ff. de quæstio. l. qui de se, & C. eod. l. sicuti. in prin. & C. de accu. l. fi. & si de facto interrogatur, vel sine interrogatione, dicat de facto aliorum, nõ statur dicto eius, fallit in casibus in quibus quis de se confessus torquetur, & interrogatur de alijs, si tamen contra illos alios præcedant indicia. Primus est in quibuslibet latronibus & maxime assasinis, qui de se confessi, torquendi sunt & interrogandi de consocijs, & mandatoribus, & de receptatoribus, vt ff. de custo. reor. l. diuus Adrianus. & C. de fer. l. pe. Secundus est. C. de fal. mone. l. j. Tertius ad exhib. l. fi. Quartus C. de male. & mathe. l. fina. Quintus de seruo de nece domini in se confesso, vt torqueat & vt interrogetur quo mandato &c. vt ff. ad Sylla. l. prius. & l. si percussor, & est ibi speciale, vt sentit ibi apparatus, vt ff. de qõ. l. is qui sunt. Sextus ad l. aquil. l. inde neratius. §. sed & si seruus, & bene dixi, si aliqua præcedant indicia; quia alias non debet interrogari de alijs, vt C. de quæst. l. j. Item eius responsio non erit plena probatio contra illos quos inculpauerit, sed aliqua præsumptio, vt in apparatu d. l. fi. C. de accu.

Addi. do. Ludo.

Licet do. author non dicat, hæc fuit formalis doctrina d. Gandin. in suo tract. malefi. in titu. de quæstio. & tormentis. versi. restat formare circa hunc tractatum &c. & Dyn. in suo tracta. quæstionum. in versicu. nunquid per talem præsumptionem &c. & glos. & communiter scriben. in d. l. fina. C. de accusat. maxime per Bald. ibidem. & Bartol. in l. repeti. de quæstio. & glo. Inno. & domi. Abb. in c. j. extra de confess. glo. in c. iij. extra de testi. & glo. in cap. fin. xv. q. iij. & do. Ang. Are. in suo tracta. malefi. in verbo fama publica præcedente, in viij. col. in versic. quęro an participes crimi-52 nis &c. vbi † ponit aliquos casus, in quibus potest quis torqueri cõtra alios, & interrogari de alijs, vltra supra numeratos, videlicet in crimine læsæ maie. vt in criminibus quæ non commitiuntur sine socijs, & idem voluit ipsemet. in ver. decimo quæro an inculpato &c. vbi dicit in casibus in quibus quis potest interrogari de socijs, talis inculpatio est sufficiens ad ponendum inculpatum ad torturam, alleg. tex. in l. editum. & in l. j. §. cũ qui latrones. ff. de quæstio. sed tu intellige hoc sane, si aliqua indicia procedant. & do. meus in consil. lxxxix. in iij. vol. incip. an assertio socij &c. prout dixit d. author qui in hoc rectius, iudicio meo locutus est, nam do. Ang. nimis larga verba effudit, & dixit contra text. in dicta l. prima. C. de quæstio.

Guido de Suza.

53 Sed nunquid † per istam talem præsum. poterũt isti inculpati a torto seu a tormẽtato, ad tormenta poni, respon. sic in dictis sex casibus exceptuatis, arg. p̃ælegat. l. nullus. & l. edictum. ff. de quæst. & l. j. §. cum quis latrones, tamen est argumentũ ꝙ iam sit in alijs criminibus. ff. eod. titu. l. ij. §. Diuus Adrianus. in alijs vero casibus non vt C. de accusa. l. fin. & ff. de quæst. l. is cui.

Addi. do. Ludo.

Intellige prædictam cõclusio. cum modificatione quã supra proxime dixi in fi. præcedentis additionis. s. dummodo præcedant aliqua indicia cõ-54 tra inculpatos † nam sola inculpatio facta a tormentato de socijs et in dictis casibus exceptuatis non est sufficiens ad torturam, & si diceres, amice quid specialitatis erit in dictis casibus exceptuatis, cum in omnibus alijs casibus indicia præcedentia sint sufficientia ad torquendum, respon. ꝙ hæc indicia in casibus specialibus non requirũtur ita legitima, sicut in alijs casibus non exceptis, vbi requiruntur indicia sufficientia pro quo adduco notabilem doctrinã do. authoris in. §. proxime sequen. inci. sed quid si persona &c. vbi dixit, ꝙ in dictis casibus exceptis vbicunque inculpatus a tormentato est malæ famæ & conuersationis, poterit torqueri, sed in alijs casibus nõ exceptuatis secus, in quibus secundum eum debent præcedere indicia sufficientia.

Guido de Suza.

55 Sed quid † si persona inculpata a torto sit malæ famæ & cõuersationis, nũquid in alijs casibus ꝙ supra dictis sex exceptuatis, poterit torqueri, & subijci quæstioni? Dic ꝙ non, si non præcesserunt indicia sufficientia, nec inculpatio facta de eo a tormẽtato, inducit indiciũ, cum interrogari nõ debuerit, vt C. de accu. l. fi. & ff. eo. tit. l. is cui. ergo quod inde sequitur tanquam lege prohibente factum non valet, vt l. non dubium. C. de legib. tamen de consuetudine vidi torqueri, ad quod facit text. in l. prima. §. diuus adria. ff. de quæstio.

Addi. do. Ludo.

De hac decisione supra feci tibi mẽtionem, ideo nõ repeto nunc, ne idem sæpe dicamus.

Guido de Suza.

56 Sed quid † de quęstione quotidie occurrenti, Accusatur quis de furto, indicijs

cijs præcedentibus, ad illud furtum torquetur & confitetur illud furtum, nunquid debet procedi in tortura siue repeti, vt indicet & cõfiteatur de allj furtis a se commisfis, ad quæ nulla habentur indicia? Dic de iuris solennitate non, arg. eo. quæ dicentur in proxima quæstione pro secunda parte, quia quantum ad ista furta, de quibus in specie vel in genere inquiritur nulla præcedũt indicia, & sine indicijs nemo torquendus est, vt C. de fal. l. sicut. & ff. de quæstio. l. j. in princ. & l. maritus, sed generali consuetudine Italiæ, quotidie seruamus contrarium, & specialiter in funtis, quæ magis frequentantur; quæ consuetudo potest adiuuari per l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re mili. & de offic. præsi. l. congruit.

Addi. do. Ludo.

In hoc passu adde tu do. Ang. Are. in suo libello maleficio. in verbo, fama publica præcedente. in vlt. verbis, vbi hoc idem confirmauit, & dixit idem esse in omnibus alijs delictis. alle. tex. in d. l. non omnes. §. a Barbaris. & in d. l. congruit, & ita dicit seruari de consuetudine.

Guido de Suza.

57 Sed pone † ꝙ fuit de aliquo semel habita quæstio. forte quia nil dixit, vult iudex de nouo repetere quæstionem sine aliquo nouo indicio accedente, nunquid potest? videtur ꝙ sic, vt ff. de quæstio. l. repeti. & l. vnius. §. j. quæ indistincte dicũt quæstionem repeti posse, & vbi lex non distinguit, nec nos. ff. de publi. l. de pretio, cum simi. tu dic ꝙ non sine nouis indicijs; vt quia tortus dixit nullum ibi illa nocte iacuisse, vbi maleficium fuerat commissum, postea inuentum est per testes, ꝙ ibi aliquis iacuit, certe hoc casu repeteretur quæstio, propter illum indiciũ, vel aliud simile, & hæc est cõis opi. non tamẽ allegatur aliqua lex, tu alleg. ff. de verb. sig. l. boues. §. hoc sermone. & ff. pro socio. l. si socius. §. nec si prior. Assessores autem honoris auidi, hoc non seruant, immo quæstiones repetunt sine nouis indicijs, quousque de obiectis criminibus hauriant veritatem, quorum opinio potest defensari per. §. oportet. in auth. vt iudi. sine quoquo suffrag. ibi torquebunt fures & non prius quiescent &c. considere͡t autem bonus iudex in quæstione repetenda quomodo tortus in animi & corporis fortitudine durauerit. l. vnius. §. reus. ff. de quæst.

Addi. do. Ludo.

Licet do. author nõ dicat, hęc sunt formaliter verba Dyn. in suo tracta. quæstionum. in versicu. quid si aliquis fuit semel tortus &c. & refert & sequitur Angel. Aret. in suo tracta. malefi. in verbo fama publica præcedente &c. in versicu. tertio quæro an semel tortus &c. vbi dixit, † ꝙ de quacũque tortura quam facit iudex dolo malo, & sine causa, capite punitur per arg. l. decurio, & ibi hoc voluit Bal. C. de quæst. & Bal. in l. j. C. de priua. carce. & licet pro mala cõsuetudine assessorũ repetentium qõnes sine nouis indicijs, allegetur ille text. in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. [58]

in. §. oportet, tamen nunquam placuit mihi hoc, et dico, ꝙ ille tex. non facit ad propositum si recte ponderetur, nam ille tex. loquitur de administratoribus bono. fiscalium, & dicit ꝙ si aliquod furtum committatur in dictis bonis, ꝙ iudices torquebunt. & non primitus quiescent donec reddant furta, ibi aut in hoc si manserint in maximis constitutis furtis &c. nã ille tex. vult, ꝙ isti officiales sunt soliciti in perquisitione dictorum bonorum, non tñ permittit fures repeti posse sine nouis indiciis, et sic arbitrium concessum eis, intelligitur concessum, non tñ extra limites iuris, & potius ille tex. denotat facultatem in torquendo plures ꝙ̃ in repetendo quæstionẽ contra vnum, & vt ipsi sint diligentes vult ibi tex. ꝙ si non reperirẽt dicta furta, teneantur ipsi tanquã illi qui forte nõ fuerunt diligentes in custodia dictorum bonorum

59 † ex quo etiam infero, ꝙ Imperator non voluit, ꝙ tortura, nec repetitio eiusdem debeat fieri, nisi legitime, cum omnino ipse perdere non possit. Nã iudices remanent obligati & potius credendum est Imperatorem ibi voluisse iudices procedere seruatis seruandis, ꝙ̃ aliter. Nam præsumptio est, ꝙ iudices videntes, se remanere obligatos, torquerent & repeterent quomodocunque, & qualitercunq; itaq; ille tex. nihil mihi facit pro saluatione assessorum repetentium quæstionem sine nouis indiciis, a qua iudicio meo cauere debent sicut ab igne, & maxime cum cõis theorica doctorum sit in contrarium prout supra dixi. & vltra prædi. ita in terminis voluit Bal. in l. ij. C. quorũ appel. & Bald. in l. milites. C. de quæstio. & do. Abb. in c. cum in contemplatione. in ij. colum. in versi. vij. quæritur. extra de reg. iur.

Guido de Suzaria.

60 Quid si dum aliquis † est in tormẽtis dicit torqueatis me quantum vultis, quia si starem vsque ad x. annos, nil dicerem; quia nil scio, vel in nihilo sum pollutus obiecti criminis, & sic omnia diffitetur, nunquid statim est dimittendus & deponẽdus de tormentis, & libere relaxandus ire vias suas? & certe non, sed procedatur in tortura cum temperie, vel aspere, secundum conditio. criminosi, & secundum criminis qualitatem, & si confiteatur, bene quidem, sinautem non confiteatur, debet eum iudex in carceribus detinere, & si noua aderunt indicia, quæstionem repetet, sinautem noua indicia non aderunt, tunc statuet accusatori dilationem competentem ad probandum, & si poterit conuinci, cõdemnabitur, alias non. ff. de qõ. l. j. §. præterea. & l. vnius. §. in ea. eo. ti.

Addi. do. Ludo.

In hoc do. author recte loquutus est, nec est opus additione, nisi dum dicit de nouis indiciis. † Nam noua indicia, ea dicuntur, quæ differunt a præcedẽtibus specie vel substantia, vt puta, prima indicia erant de mala fama rei, vel ꝙ erat inimicus &c. superuenit postea vnus testis, qui dicit se vidisse reum percutere, vel dicit, ꝙ vidit eum cum gladio euaginato &c. secus si primo habuisses indicium [61]

cium ex fama per aliquos testes, licet postea habeas alio testes super fama, non dicuntur noua indicia sed dicitur noua probatio primi indicij, nec posset quis repeti in tormentis, ita voluit Ange. in trac. male. in verbo, fama publica, in ver. quæro quæ dicantur noua indicia &c.

Guido de Suza.

62 Sed quid † quæstione de facto occurrenti, Criminis indicia præcedunt, per quæ iudex informatus vult procedere ad tormenta, dicit reus iudici, domine detis mihi defensionem antequam ponatis me ad tormenta, quia paratus sum incontinenti arguere contra indicia contra me recepta, nunquid audiendus est reus, et sibi defensio danda antequam torqueat? videtur ꝙ non, per l. iij. in ver. neque ante probationes iniurias patiantur &c. C. vbi sena. vel clari. cum ibi in illis personis in dignitate positis sit speciale, videtur in cęteris contrarium esse ius cõe, arg. l. j. ff. ad mu. Præterea, primo actor probat, & fundata intentione sua reus opponit defensiones, & exceptiones suas, vt C. de exce. l. si quidem, & l. exceptionem, de proba. igitur primo totaliter debet fundari intentio actoris per testes, vel per confessionem rei antequam audiatur in sua exce 63 ptione siue defensione reus. † Tu dic contrariũ, scilicet ꝙ primo sit danda defensio, antequam torqueatur, maxime quando tale quid allegatur, quo probato nõ deberet ad tormenta procedi, & hoc illa ratione; quia ab interloquutione facta a iudice, ꝙ aliquis torqueatur, appellatur. l. ij. ff. de ap. reci. & est ratio consideranda, quia a tali interlocutoria est permissum appellare, quia si defensio differretur post torturam, nunquam postea posset recuperare detrimentum membrorum. vt d. l. ij. ergo eadem ratio sibi locum vendicat in proposito, sero enim appellaretur, vel defensio peteretur, si primo torqueretur, nam quandoque solent deficere in quæstione vt l. aut damna. §. j. ff. de poen. præterea etiam confesso, defensio suæ innocentiæ datur. C. de cust. reo. l. ij. multomagis hæc 64 defensio non denegatur. † Præterea, etiã videmus ꝙ iam dãnato ex confessione sua facta in tormentis, & perseueratione facta, princeps subuenit etiam post sententiam pristinam defensionem suæ innocentia concedendo, & sententiam retractando, si constiterit de innocentia condemnati, vt l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstion. si igitur iam confesso, & iam condemnato conceditur defensionis facultas tanto & multofortius ante tormenta denegari non debet cui. n. quod est plus conceditur, non debet denegari quod est minus, vt dicit regula iuris, cui quod plus est &c. quid plura, in iure legitur expresse, quod quocunq; tempore iudicij, reo petente, defensio danda est. l. vnius. §. cognitio. ff. de quæstioni. ibi quocunq; tempore reo postulante, &c.

Addi. do. Ludo.

In hoc passu multũ quotidiano, licet do author nõ dicat, repio Pau de Bleaza, in cõmẽto. c. grauis. in vlt. col. in ver. quid si torquendus quærit &c. extra de deposi. & Gan. in suo tracta. malefi. in ver. nunquid torquẽdus sit audiendus &c. vbi formaliter, & de verbo ad verbũ argumentati fuerunt ad partes, ꝑut fe 65 cit d. author in hac qõne & finaliter † concludũt defensionẽ nõ esse reo denegãdã, & ꝙ copia indiciorũ ei danda est, & plus dicũt, ꝙ q̃tuncunq; iudex haberet arbitriũ ex forma statuti in talibus, non tñ põt denegari defensio, & idem voluit Gãdi. vbi supra proxime in versi. itẽ quæro nunquid potestas qui habet arbitrium &c. & idẽ in terminis nostris reperio consuluisse do. me. Ale. in consi. lxvj. in j. & ij. col. in j. vol. inci. si præce. indicijs, vbi tñ limitat multũ singul'r, nisi reus simpliciter peteret copiam indiciorum cum termino ad probandum, nec diceret qualem defensionem haberet, sed solum diceret indicia illa non esse vera sed falsa. Nam secundum eum, ad hoc vt concedatur defensio, & differatur tortura, opus est ꝙ allegetur talis defensio, qua probata tortura cessaret; sed in casu proposito, si testes deposuissent, & affirmassent indicia non esse vera, sed falsa non reuelarent, tanquam deponentes super mera negatiua, ergo, &c. & idem vr̃ fuisse de mente Pau. de Ele. in d. c. grauis. Secundo limitat do. meus in cons. præalleg. alio modo multum singulariter quando dñs potestas denegaret defensionem cum consilio dñi iudicis maleficio. nam potest, & nõ tenebitur in syndicatu per doctrinã Bald. in rub. C. de pœ. iudi. in ver. quæro nunquid potestas &c. Sal. in l. fi. eo. ti. quod no. pro te qui vadis per officia, vt si non intelligis semper facias de consilio iudicum qui sint tñ doctores habentes instrumẽtum suæ approbationis in studijs generalibus, vel ꝙ talis iudex sit tibi datus per superiorẽ, nã eris excusatus faciendo cũ tali consilio secundũ Bal. in d. l. fi. & do. me. in d. consi. lxvi. in ij. col. ꝙ consi. est repetitum de verbo ad verbum in ij. vol. in ordine ibi xlj. incip. vt supra dixi.

Guido de Suza.

Sed quid de questione quam sæpe de facto vi 66 demus. † Testis fuit tortus, & in tortura confessus, nunc ante sententiam, dicit se errasse, nunquid poterit reuocare errorẽ suum? respondeo, aut vsq; ad sententiam, & est ratio; quia nõ videtur fateri, qui in facto errat l. ij. in prin. ff. de confes. item talis error non potest vsque ad sententiam obesse l. error. C. de iur. & fac. ignoran. & facit C. quorum appellan. non recipien. l. ij. nam condemnato ex confessione in tormentis, facta & perseuerata, subuenitur etiam post sententiam, & errorem suũ, siue innocentiam suam docere volenti, & si ostenderit, absoluetur, vt. ff. de quæstion. l. j. §. si quis vltro. multo fortius debet audiri iste errorem suũ ante sententiam probare volens. Item iste non ꝑseuerauit in confessione, ex quo non expectauit sententiam. Item confessus formidine tormentorum auditur appellans, vt C. quorum appella. non recip. l. ij. Sinautem est error iuris, tunc non poterit venire contra confessionem suam, vt d. l. error.

Addi.

Addi. do. Ludo.

Circa reuocationem erroris seu confessionis erroneæ, vt vides dominus author facit differentiam inter errorem iuris vel facti, vt hic per eũ. Cuius dictis adde tu Gand. in trac. male. in tit. de qõ. in versi. Sed quid si cõfessus in tormentis & perseuerans &c. vbi idẽ formaliter tenet. Nam secundum eum, qui dicit etiam hoc esse bene notandum, 67 nemini est deneganda † facultas defensionis ante impositionem pœnæ. alleg. d. l. vnius. §. fi. in versi. quocunque tempore postulante ergo &c. de quæstio. & C. de iur. fi. l. facultas. lib. x. & C. de bo. vac. l. fina. in ver. data copia &c. & plus subdit, quod etiam sponte confesso non est deneganda defensio, ad probandum de iure suo & innocentia sua. alleg. text. in l. j §. si quis vltro. ff. de quæstio. & quia defensio & probatio possunt fieri vsque ad sententiam. l. si quis iureiu. C. de re. credi. l. indicia. C. de proba. & l. prima. §. si ad diem. ff. de re mili. de quo vide per Bald. in l. in bonæfidei. in iij. colum. C. de reb. credi. & Bald. in l. fina. in j. colum. C. de proba. & per do. Pet. de Ancha. in consi. xxij. in iij. colum. incip. vtrum confessio contra iniustum &c. vbi dicit se de facto obtinuisse ꝙ quis potest reuocare confessionem suam, licet secundum eum iudices in hoc se difficiles & rigorosos exhibeant, credẽtes vilescere in conspectu hominum per absolutionem contra l. absentem. ff. de pœ.

Guido de Suza.

68 Sed pone † ꝙ aliquis confessus est in tormentis, & non perseuerauit in confessione, nunquid talis confessio aliquid operetur, videtur ꝙ sic, scilicet semiplenam probationem, vt not. C. de custo. reo. l. ij. & ff. de quæst. l. j. §. diuus. qui. §. intelligitur in confessione torti in qua non extitit perseueratum. vel dic & forte verius, ꝙ nisi perseueratum sit, talis confessio nõ plenam, nec semiplenam, probatio. inducit. quoniam nullo modo confiteri, vel cõfiteri sine perseueratione, paribus passibus ambulant. C. quorum appella. non reci. l. ij.

Addi. do. Ludo.

Licet do. author in hoc loquatur sub dubio forte, dicas tu, 69 ꝙ † sine dubio forte dicta confessio facta metu tormentorum sine perseueratione non præiudicat. casus est in dicta l. j. §. diuus. & ibi Bartol. & idem voluit Iacob. But. in l. ij. de custod. reo. & Angel. & Sal. ibidem. & Sal. in l. fina. in j. colũ. C. de quæst. & do. Abb. in c. cum in contemplatione. in ij. colum. in ver. vj. quæro. de reg. iur. vbi dicit, ꝙ talis perseueratio & ratificatio debet fieri extra locum tormentorũ, quod dicit facere cõtra iudices qui incõtinenti in loco vbi est tormentum, faciunt ratificare confessionem, & male. & inde voluit Ang. Areti. in suo tract. malefi. in pe. col. in ver. fama publica præcedente. in versi. ij. no. vbi dixit ꝙ tortus debet quiescere saltem per vnam diem naturalem antequam ducatur ad tribunal, ad ratificandum, de quo vltimo superius diximus.

Guido de Suza.

70 Sed quid si † aliquis tortus est nullis vel non legitimis indicijs præcedẽtibus, nũquid valebit eius cõfessio, dic ꝙ nõ, ẽt si & quãtumcũq; in ea perseuerauerit, vt est arg. in l. ij. iij. & iiij. C. si ex fal. instru. & est casus in l. maritus. & in l. pe. secundum vnam lec. ff. de qõ. & tex. in l. diuus. ver. ex quib. eo. ti. Præterea hoc est de substantialibus quæstionis habendæ, ꝙ legitima præcedãt indicia, alias quis torqueri nõ pot, cũ a tormentis non sit incipiendum. l. j. ff. de quæst. & l. maritus, & C. eo. tit. l. cũ cognitionale, & l. milites. quo deficiente quicquid sequitur, ipso iure non valet. l. non dubium. C. de legi. & de fi. instru. & iure haste fis. lib. x. l. j. & l. diuus. de in integ. resti. & C. de app. l. nominationes.

Addi. do. Ludo.

Pro hac conclusione est text. cum gl. sing. & ibi Bar. in d. l. pe. ff. de qõ. quem cum glo. pro singulari ad hoc allegauit, & secutus est Ang. Aret. in suo tract. male. in viij. col. in versi. fama publica præcedente. in ver. aduertas tñ. 71 † vbi dicit secus esse in confessione sponte facta; quia tunc ẽt non præcedẽtibus indicijs valet, adeo ꝙ ex ea confessione potest quis condemnari. alleg. tex. in c. j. de accu. lib. vj. et dicit idem tenere Petrus de Anch. in cle. j. de homi. quod est singulariter menti tenẽdum secundum eum ibi. de qua materia supra latius diximus. ideo non repeto nunc, vbi alleg. dominum meum in suo consi. v. in j. vol.

Guido de Suza.

Dictum est supra ꝙ confessio facta in tormentis non præiudicat, nisi cõfes- 72 sus perseueret in ea. Quæro † quæ dicatur confessio facta in tormentis? respondeo confessio in ipsis tormentis, idem est, si ad pedem ipsius torturæ ducitur, & ligantur manus, & terror incutitur a iudice dicente, ꝙ nisi incontinenti confiteatur, subijciet eum quæstionibus certe non tenet talis confessio, nisi in ea fuerit perseueratum; quia lex æquiparat confessionem factam in ipsis tormentis & ex tortura, & formidine tormentorum, vt est text. C. quo. appel. non re. l. secunda. ibi, aut formidine tormentorum &c. & not. ꝙ ibi dicit formidine, nõ autem dicit tormentis, & idem ibi sentit glos. & argumen. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. adijcitur. versicu. quæstionem ibi, vel leuis territio. ergo a contrario sensu, non leuis territio habetur pro ipsa tortura. Ad quod accedat quod legitur, sufficit terror armorum, & si quis eis vsus non sit. ff. de vi & vi ar. l. idem est. §. si armati. & nam quo ad l. Corn. de sicar. paria sunt hominem gladio percutere vel stringendo minari, vt ff. ad leg. Cornel. de sica. l. j. §. diuus. & facit. ff. ex quibus cau. maio. l. iij. & C. quod met. cau. l. metum.

Additio domini Ludouici.

Dominus author verũ dicit in hoc, & vltra alleg. per eũ, dicas tu, ꝙ idem voluit Bar. in l. j. §. diuus. ff. de quæst. & Bart. in l. ij. in iij. col. in fi. C. quod

met.cau. & Bald. in l. vnica. in viij. colum. C. de confes. & Bald. in l. nouissime. ff. de excu. tuto. 73 † vbi dixit, ꝙ confessio quæ fit apud tormenta dicitur facta in tormentis, per illum text. quem dicit ad hoc singularem, & idem de confessione facta in tormentis, vel formidine tormentorum, vt a pari procedant, voluit etiam do. Abb. in c. fi. in v. col. extra de confes. & Abb. in c. cum in cõtemplatione. extra de regu. iur. & Alexan. de Neuo, Vicentin. in suo consi. xlvij. in ij. colum. in iiij. volu. inter consilia do. mei in cap. in causa prædicta &c. & faciunt ea quæ inferius dicemus immediate.

Guido de Suza.

74 Sed quid in † quæstione de facto Continetur in statuto ciuitatis, ꝙ aliquis non possit torqueri nisi in certis casibus, potestas honoris auidus extra illos casus concessos per statutum, vult eruere veritatem criminis, nõ tamen vult, eum ponere ad torturam ne incidat in pœnam statuti, sed quid facit, præcipit eum teneri in turri, vel in alio loco, denegando ei alimenta, donec confiteatur, vel in hyeme facit eum stare spoliatum omnibus panis & nudum, nũquid videatur eũ ponere quæstioni, vt sic dicamus eũ incidere in pœnam statuti, & dic ꝙ sic, vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. quæstionis, ibi, malam mansionem. &c.

Addi. do. Ludo.

Pro decisione do. authoris, adducas tu doctrinam Bart. in l. j. §. 75 diuus. ff. de qõ. † vbi ponit de eo qui retinetur in carceribus vt siti moriatur, nam dicitur tortus, adeo ꝙ si confitetur virtute talis sitis, non valet confessio, tanquam facta in tormentis & idem voluit d. Ang. Are. in suo tract. male. in verbo fama publica præceden. in versi. quæro quid si est tale delictum &c. vbi arguit contra iudices ignorantes & crudeles, qui quando non possunt torquere dant carnes valde salatas ad comedendum malefactori, & non bibere. Nam secundum eum dicuntur torquere, & tenentur in syndicatu, de quo vide ẽt per do. Abb. in c. fi. in v. col. extra de cõfes. & facit illud quod etiam inferius dicemus.

Guido de Suza.

76 Sed quid si † extra locum torturę, vel circa tribunal iudicis, vbi ius redditur, iudex examinans dixit delato ex crimine aut confitearis, aut ducam te ad tormenta, & torquebo te, nunquid dicatur tunc confessio facta formidine tormentorum: dic ꝙ non, quia leuis territio &c. vt dicta l. item apud Labeonem. §. quæstionem. & C. quod met. cau. l. metum ibi, non iactationibus &c. Terrorem autem quęstionis probabilem veræ torturæ comparandæ accipere debemus præsentem & instantem torturæ, sicut de metu instantis cruciatus dicimus, vt ff. quod met. cau. l. metum. j. respon. & ff. ex qui. cau. ma. l. iij. in fi. leuis enim territio, quod extra locũ torturæ facta, elusoria est, arg. l. si cui plusquam per l. fal. l. hæc, satisdatio.

Addi. do. Ludo.

77 Sto in hoc † cum do. authore cũ modificatione tamen, nisi iudex qui diceret reo, aut confitearis, aut ducam te ad tormenta, & torquebo te, esset homo terribilis vultu, & solitus talia dicere, & mandare executioni, quia tunc dicerem secus esse, & confessionem esse factam metu tormentorum, iuxta not. per Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, cum si. ff. de no. oper. nun. idem dicerem quando reus esset persona multum timida, puta mulier esset vel complexionis trepidæ, quia tunc dicã illa verba inducere sufficientem tormentorũ formidinem. pro quo facit quod dixit d. author. infra in. §. item quæro quantum tempus &c. vbi ponit de qualitate personarum consideranda in hac materia.

Guido de Suza.

78 In quo loco † sit reus ducendus ad perseuerãdũ in cõfessione, respõdeo, apud acta, vel in alio publico loco, extra cõspectũ torturæ, & ita videmus expertos assessores in perseuerantia conuocare testes, & sub publico testimonio scribi faciunt, talis tali die perseuerauit & confirmauit &c. in præsentia taliũ testium &c. & bene faciũt per l. ij. C. de cust. reo. ibi. sub publico testimonio &c.

Addi. do. Ludo.

De loco ratificationis confessionis. d. author recte loquutus est, idem voluit Bar. in l. j. §. diuus. ff. de qõ. & Bald. in l. ij. C. quo. app. & Bal. in l. ij. C. de custo. reo. & idẽ voluit do. Abb. in c. cũ in contemplatione. in ij. col. in ver. quęro. in fi. extra de re iudi. & do. Abb. in c. fi. in v. col. in fi. extra de cõfes. & bene facit qd no. Bal. in l. ij. in iij. col. in fin. ff. quod met. cau. & Bal. in l. j. in vij. col. C. de confes.

Guido de Suza.

79 Item quæro † quãtum tẽpus erit medium a die confessionis torti, ad diem reductionis ad perseuerandũ, respondeo hoc lege aliqua non determinatur, vt d. l. ij. de custo. reo. ibi, post modicũ, nõ tñ dicit ꝙ sit illud modicũ, dic ꝙ sit in arbitrio iudicis cõsiderata qualitate personarum, & enormitate vel leuitate criminis. cum enim tempus, vel quid aliud, a iure non pręfinitur, remittitur iudicis arbitrio. ff. de iure delibe. l. hodie. ff. de pœn. & l. j. de effracto.

Addi. do. Ludo.

Hæc est vera conclusio, de tempore intermedio inter confessionem, & ratificationem, remittendo in arbitrio iudicis, in quo adde tu. Iaco. But. in l. ij. C. de custo. reo. & Ang. & Saly. ibidẽ, & d. Ang. Are. ĩ libel. suo male. in verbo, fama. in pe. col. in ver. ij. not. ꝙ si confessio &c. & etiam supra de hoc dixi.

Guido de Suza.

80 Quæro qui † debeant quæstioni interesse. respondeo vt ff. de adult. l. si postulauerit. §. quæstioni. in secreto autem iudex recipiet dictum eius tortus enim habet similitudinem testis, vt in summa de quæstioni. per

ni.per Azo.§.sed habetur,& ff. eodem titu. l.j.§. Imperator.

Addi. do. Ludo.

Circa hanc materiam de dicto rei recipiendo in secretis vide tu qđ not. Bart. in d.l.si postulauerit.§.quæstioni. ff. de adul. vbi multum notabiliter loquitur in materia testis torquẽdi, an aduocatus possit esse præsens, & concludit ꝙ non in examinatione, sed in delatione iuramenti sic.

Guido de Suza.

81 Sed nunquid † liber homo possit torqueri, videtur ꝙ non, quia quasi totus titulus de q̃onib. C.& ff. de tortura seruorum intelligere videtur, alij dicunt ꝙ liber homo torquetur in casibus scilicet quando in testimonio vacillat, & præsens fuit facto, vt ff. de quæstio. l. ex libero.& l. testes. & in crimine falsi, vt ff. de fal. l. si quis decurio. arg. C. de prob. l. iubemus,& C. de testi. l. nullũ.& in alio casu speciali. C. de malefi.& mathe. l. si excepta.& not. in apparatu,& C. de quæstio. l. decuriones. Si ergo est speciale, in contrarium est l. ius singulare. ff. de legi. sic & milites regulariter non torquentur, vt C. de quæstio. l. milites. sic decuriones. C. ex quib. cau. infa. irro. l. decuriones. C. de quæstio. l. diuo. & C. de pœn. l. decuriones. & l. decurionũ. & l. misericordiæ. ad leg. Iul. maiesta. l. nullus. ff. de pœn. l. moris.§.iste. ff. de decur. l. ij.§. in de- 82 curionibus.& l. fina. cum concor. Tu dic † ꝙ liber homo potest torqueri, non solum in alios vt ff. de quæstio. l. ex libero. j. respon. & l. vnius.§. testes. C. de aboli. l. fallaciter.§. quod si ingenuorum. C. de assess. l. nullus. ad fin. ff. de custod. reo. l. diuus Adrianus, sed etiam in seipsum, quandocunque deferuntur ex aliquo crimine. C. de quęstio. l. cum cognitionaliter. C. ex quib. cau. infa. irroga. l. nullam.& ibi de hoc. C. de fal. l. sicut. ff. de re mili. l. proditores. Denuo quod liber homo torqueri possit inconuincibiliter, arguitur per l. si quis decurio. C. de fal. vbi decurio torquetur, immo melius. ff. de quæstio. l. fina. vbi videtur casus, quod liber homo torqueri possit, vt C. de accu. l. fina. vt C. de asses. l. nullus.& quod ibi not.& alius q̃ liber homo non potest esse decurio. vt ff. de decur. l. seuerus.& ita seruat generalis consuetudo,& do. Azo. in sum. de quæst.§. torquęri.&.§. torquentur.

Addi. do. Ludo.

83 De libero † homine, vt possit torqueri, iudicio meo non est dubitandum, licet do. author ad hoc probandum multum laboret, prout vides, nam ego habeo hoc pro absoluto,& licet de hoc dixerim in princ. huius operis. tamen nunc pro confirmatione dico vnum vltra omnes, nam si liber homo torqueri non posset, profecto ex mille delictis, non punietur vnum contra l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. nã in delictis non semper sunt præsentes testes, immo qui male agit communiter odit lucem, vnde ex hac ratione primo debet posse liber homo absque dubio torqueri, & contra se & cõtra alios.

Guido de Suza.

Item puerilis tamen quęstio est, nunquid ita principalis persona debeat poni, vel subiici tormentis ad veritatẽ eruẽdam, videtur ꝙ non, quia totus tract. de q̃o. C. & ff. videtur consistere circa seruos suos torquendos, & liberos homines vacillantes, Sed tu dic 84 quod † ipsę principales personæ sunt q̃oni subiiciendæ, vt C. de quæstioni. l. iij.& ff. eod. tit. l. j.§. diuus &.§. si quis vltro,& l. vnius,& ff. de re mil. l. proditor præcedere tamen debent indicia verisimilia, ex quibus obiecti criminis reus, ex pręsinitione culpæ, indiciis animus informetur, vt C. de quęstio. l. cum cognitionaliter, & l. milites.§. oportet,& C. de fal. l. sicut.

Addi. do. Ludo.

Prout attestatur ipsemet author, hæc q̃o puerilis est,& ꝓbatur ex his quæ supra dicta sunt in additione proxima præcedente, & per do. authorem in.§. proxime præcedenti, incip. sed nunquid liber homo &c.

Guido de Suza.

85 An si iudex adeo † tormentando modum excesserit, ita ꝙ tortus in quæstione defecerit, vel membra debilitauerit teneatur, & quo iure. & ꝙ teneatur dicit lex expresse ff. de iniu. l. item apud Labeonem.§. quæstionis, ibi teneri eum &c. si enim torquendus est reus vt innocentiæ, vel iudicio saluus reddatur, vt l. quęstionis modum. ff. de quæstio. certe si iudex non seruauit, tenetur.& facit. ff. solu. mat. l. si constante.§. si maritus. & institu. qui sunt sui vel alie. iur.§. ij. &.§. dominorum, & melius ff. ad l. Aquil. l. sed & si quæcunq;.§. si magister, & ff. de vsufruc. l. locum.§. fi. & ff. de pigno. act. l. eleganter.§. plane. nec prodest sibi, ꝙ tanq̃ iudex hoc fecit, cum deliquerit. nam omne maleficium praue præsumitur actum, vt C. de iniur. l. si non con- 86 uicij.& C. de sic. l. j. † Præterea, si propinquus in corrigendo propinquum, modum excesit tenetur, vt C. de emen. propin. l. j. nec iudicem excusat officium, quia sicut priuati; & ita magistraribus prohibitum est aliquid illicitum facere l. nec magistratibus, ff. de iniu. econtra videtur ꝙ non teneatur, quia iudex causa veritatis eruendę hoc fecit, suum exequendo officium, & non animo interficiendi, vel debilitandi, igitur non debet teneri. nemo enim videtur delinquere nisi animum malignum ad hoc habuerit. ff. de verbo. signific. l. sæpe, ad fi. voluntas enim & propositum distinguunt maleficium. ff. de fur. l. qui iniurię. in prin. & facit. ff. de acqui. pos. l. qui iure. et alibi scriptũ est, tunc crimen contrahitur, cum voluntas nocendi interuenit, non alias. l. j. C. ad leg. Corn. de sic. & facit ff. de lib. homi. exhi. l. iij.§. 4. pręsumitur enim bonum de officialibus nisi probetur contrarium manifeste, vt ff. de offi. pręfe. præto. l. j. ad finem. nam creditor, rem obligatam auferendo nõ pręsumitur deliquisse, quia notabilis est pręsumptio, vt ff. de fur. l. cum creditor. sic & a simili, iudex in proposito causa sui officij exequendi,

præsumitur id fecisse, non nocendi consilio, vt ff. 87 de iniuriis. l. iniuriarum. §. j. † & si aliquam culpam in excedendo modum, in torquendo adhibuit, non tamen tenetur lege Corne. de sica. quia in delictis, lata culpa non æquiparatur dolo. ff. de pœn. l. aut facta. §. causa. item officij necessitas suadet remanere impunitum quod alias coerceri deberet, vt ff. de his quib. vt indi. l. post legatũ. §. aduocatum, & l. tutorem, nam in dubio, si non apparet quo animo fecerit præsumitur potius, ꝙ ex zelo iustitię, & vigore officij, ꝙ̃ malo consilio id fecissę l. minus instructus. C. de acquiren. pos. ff. pro soc. l. merito. Accedit ad idem & aliud validius arg. sumptum. C. qui accu. non pos. l. ij. ad fi. vbi tutor ex officio suo, accusans de falso producentem instrumenta contra pupillum, si non probat non pręsumitur calumniandi animo accusationem instituisse, nisi euidenter probetur. et tamẽ regulariter qui non probat calumniari præsumitur, eo ipso ꝙ non probat l. j. C. de aduo. diuer. iudi. Solu. distinguunt, quidam, si hoc apparet, ꝙ fecerit ex voluntate, dolo tenetur, sed casu absq; culpa nullo modo tenetur, si autem cum aliqua culpa excedendo modum non puto teneri per l. vnicã. C. de emen. seruorum & bona est argumentatio de potestate dominica ad potestatem rectoris, vt ff. de ver. sig. l. potestatis.

Addi. do. Ludo.

Passus iste de mortuo vel debilitato in tortura, an iudex teneatur vel ne, est multum, iudicio meo considerandus, & aperiendæ sunt aures pro dominis iudicantibus. in quo passu; do. author concludit, quod in vno casu solum tenetur iudex, quando apparet de dolo, alias autem non quando casu vel etiam quando culpa excessit modum in torquendo per d. l. j. de 88 emen. suorum. † Ad ego sentio, quando culpa excessit modum in torquendo, nam eo ipso ꝙ excedit modum fingitur priuatus homo & non iudex, ergo debet teneri, sicut dicimus in tutore nõ bene administrante bona pupilli. nam non fingitur tutor, sed tenetur tanquam quilibet, vt ff. de fur. l. interdum. §. qui tutelam, & ff. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor. & argumen. C. de episco. & cle. l. generaliter. præterea videtur esse casus de hoc in l. item apud Labeonem. §. quæstionis. ad fin. ff. de iniur, ibi, sed & si iussu domini quis quęstionem habeat, modum tamen excesserit; teneri eum debere labeo ait &c. & hoc etiam reperio voluisse Cy. Bal. & Saly. in l. Gracchus. C. de adul. & An-89 gel. in l. iij. eo. tit. † vbi dicunt, ꝙ si tortus deficit in tortura iudex non tenetur, dummodo indicia præcedant, & in actis de indiciis appareat, & etiam iudex nõ fuerit egressus terminos torturæ. & sic sentiunt aperte, ꝙ tenetur iudex de excessu, & sic de culpa in excedendo. verum est, ꝙ in dubio non præsumitur egressus modum, ratione officij. l. herennius. §. gai. ff. de euic. vnde ei qui dicit contrarium, incumbit onus probandi secundum Angel. in d. l. iij. quod est not. dignum secundum Ang. Are. in suo tract. malefi. in ver. fama. in vers. octauo quæro quid si tortus &c.

Guido de Suza.

90 Sed quid † si probatum est maleficium per vnum testem de veritate tantum, nuquid erit sufficiens indicium ad tormenta habenda, videtur ꝙ non: vt ff. de quæstio. l. maritus. vbi per dictum vnius testis non fuit ad quæstionẽ processum. Præterea dictum vnius testis, non inducit indiciũ sine pręsumptione, vt ff. de do. pręle. l. theopompus. & ff. quemadmo. testa. ape. l. j. §. sed vnius, & iura omnia tractantia de indiciis, quæ requiruntur ad quæstionem habendam, loquuntur in plurali. s. indicia pręcedere debere, non autem dicunt indicium l. j. secundo respon. ff. de qõ. & ibi & alijs argumentis, & l. vnius. §. in ea cã. & l. fin. eo. ti. & C. eo. ti. l. cum cognitionaliter, & l. milites, & C. de fal. l. sicut. & pluralis locutio, singulari numero non quiescit. ff. de man. test. l. libertas quam. §. vlt. Sed his non obst. dic vnum testem de veritate sufficere ad habendã torturam, vt in sum. de qõ. §. indicium aũt. & C. ad l. Iul. ma. l. si quis alicui, in apparatu. Nõ obst. l. maritus, quia ibi nõ fuit tortus pp dictũ vnius testis, quia ille qui perhibuit testimoniũ erat familiaris producentis, & ideo dictũ suum nõ fuit tanti effectus, ꝙ faceret indicium. Non obst. alia iura in cõtrarium alleg. in quibus de pluribus indiciis hr̃ mentio, quia illa pluralitas inspecto cõi vsu loquendi, in singularitatem resoluitur, vt ff. de ver. sig. l. nõ est sine liberis & ff. de neg. gest. l. ait prætor. §. j. & ff. de ori. iur. l. ij. §. exactis, & ff. de condi. et demon. l. demonstratio falsa. §. si. & l. qui concubinam. §. si stichus.

Addi. do. Ludo.

Dominus author concludit, ꝙ potest quis torqueri per vnum testem deponentem de veritate, & idem voluit ipsemet in. §. proxime seq. in princ. dũ tractat de fama. in quo adde tu glo. singula. de hoc in cap. at si clerici. extra de iudi. quam pro sing. alleg. & secutus est dominus Abb. ibi, in vij. col. & glo. & ibi Bar. in l. iij. C. ad l. Iul. ma. & Bar. in l. fi. ff. de qõ. & in d. l. maritus, & in l. pe. eo. ti. & Bal. in l. ij. C. de app. & Bal. in l. milites. C. de qõ. et do. me. Alex in cõsi. lxv. in pe. col. in j. vol. inci. si p̃cedẽtibus &c. et do. Ang. Are. in suo tract. male. in ver 91 bo, fama. in ver. quæro an vnũ indiciũ. † vbi limitat p̃dicta ꝓcedere si est vnus testis integer; q̃a infamis, vel vilis, nõ faceret idiciũ ad torturã l. j. §. itẽ Cornelio. & ibi Bar. de qõ. & voluit do. me. in cõsi. de quo supra ꝓxi. feci mẽtionẽ. Secũdo limita p̃dictam cõclusio q̃n testis deponit recte sup̃ maleficio. secus si deponeret super indicio ad maleficium ꝓbandũ, ita voluit gl. quã sequitur ibi Bart. & Bal. in l. fi. C. fa. ercis, & Bart. in l. fi. ante fi. de qõ. & do. Abb. in c. j. in j. col. extra de cõfes. & in c. super eo. el. ij. in ij. col. extra de testi. Tertio limita p̃dictã conclusionẽ procedere nisi aliæ circũ 92 stantię resisteret, † q̃a tunc vnus testis de visu nõ facit indiciũ secundũ, Bal. in dicta l. ij. C. quo. app. referens Ioan. And. ita tenentẽ, quod est notã. secundum eum, et idem voluit do. Abb. in c. tertio loco. in v. col. de proba. & in c. cum in cõtemplatione. extra de regu. iur. pro quo adduco, quia quando aliqua

aliqua sunt indicia pro reo excusantia, tunc indicia contra eum debent esse multum vrgentia, vt superent illa quae faciunt pro excusatione rei. ita habetur in l.j.§.j.ff.de quaestio. ita voluit Angel. Are. in suo tract. malefi. in verbo, fama. in versi. & praedicta procedunt &c.

Guido de Suzaria.

93 Quid si maleficium † probatum est per famam tantum poterit ne ad tormenta procedi? videtur ꝙ sic, quia probatio famę ęquiparatur probationi vnius testis. ff.de testi.l.iij.§.eiusdem. & in apparatu & supra proxi.q. dictum est indicium vnius testis sufficere ad quaestionem habendam. Sed dic ꝙ non, quia fama per se non probat, sed inducit aliquod indicium, ad confirmandas seu coadiuuandas seu cõprobandas alias probationes, vt d.§.eiusdem. ibi cõfirmat rem de qua agitur &c.i.simul firmat, non tamen per se facit validum indicium. est enim fama res fragilis & pernitiosa, vt plurimum per clientelas voces artificiose transmissa ab ipsis qui desiderant de hoc famam esse, vt ff.de haered. institu.l.pacumeuius, & argu.C.de poe.l.decurionum. & ff.de offi.recto.proui.l.iustissimos, ibi nec ad libidinẽ. non enim quęlibet indicia sunt sufficiẽtia ad torturam, vt supra dixi in princip.notabilium.

Addi. do. Ludo.

De fama non sufficiente pro indicio ad torturam d. author recte locutus est. cuius dictis adde quod idem voluit Bart. in l. de minore.§.tormenta.de qõ.& Bal. in l.mili.C. eod.titu. & Salycet. combon. in l.ea quidem. in materia famę.C.de accu.tamen limita, nisi fama esset orta a personis fidedignis, vel esset iuncta cum fuga, prout supra dixi in addi.mea.incip.circa hanc materiam qualiter & quomodo sumantur indicia.circa fi.ad quae me remitto.

Guido de Suza.

94 Sed si praeter † famam esset aliquod indicium, puta dictũ vnius testis, quod quidem facit indicium, vt d.l.theopompus. vel si constiterit accusatum esse inimicũ interfecti, vel alias offensi, alias tunc non sufficeret cum lex de inimico praesumat omne malum, vt ff.de quaest.l.ij.§.praeterea. & de testi. l.iij. in princi. Item si se iactasset delatus de malefi.committendo, nam talis iactatio inducit indicium contra iactantem, ꝙ maleficium postea commiserit, considerata qualitate personae, argu.C.quod me.cau.l.metum.& ff.ex qui.cau.ma.l.iij. Tu allega meliora iura.ff.ad leg.Iul.ma.l.famosi.ver. tamen ibi, & ante quid fecerit &c. & C. si quis Impe.maledixe.l.vnica.ibi ex dictis, hominum facta pensemus, & ff.de su.leg.l.Labeo.ibi neminem perdicere &c. Item si accusatus visus est fu-

95 gere de loco maleficij, † nam fuga accusat fugiẽtem, vt in auth.de exhi.re.§.si vero, & in authẽ. de san.epis.§.si quis ad ordinationem. Ita si consiliarius deposito officio se absentat, pro confesso habetur, ꝙ male fecerit. C.de asses.l.consiliarios ff. de suspe.tut.l. impuberibus, ad fin. Item si is contra quem fama laborat, prauę sit aestimationis, et homo qui similia facere consueuit.ff.de qõ. l. de minore.§. tormenta.ff. de accu. l. si is cui.§. iisdem. Idem si foret aliud indicium, ꝙ quilibet curiosus potest perpendere, secundum criminum qualitatem, & personarum varietatem, tunc cum adest aliquod de praedictis indiciis, vel aliis similibus, & fama probetur, poterit ad tormenta procedi, quia fama probata, simul cum aliquo indi. facit legitimum, & sufficiens indicium ad habendam torturam, quãuis fama per se non sufficiat.

Addi. do. Ludo.

Quodlibet ex praedictis indiciis, vna cum fama, sufficit ad torturã, prout concludit do.author, sed tu dicas, ꝙ multa ex praedictis indiciis, etiam sine fama, sufficiunt sola ad torturam, prout supra dixi circa princi. in addi. inci. circa hanc materiam qualiter, & quomodo sumantur indicia &c. quae non repeto, sed vide quae ibi dixi, vbi posui de inimico, & de fuga, & aliis similibus. Sed vnum pro nunc non omitto, an vnus testis vna cum fama, sint indicia sufficientia ad condemnationem. habes gloss. in cap.veniens.el j. extra de testi. & posuit Bartol. in d.l.minore.§.tormenta.in vlti.colum. de quaest.

Guido de Suzaria.

96 Sed quid si † potestas habet arbitrium, ꝙ nil aliud est dicere, nisi ꝙ bona fide procedat, secundum ꝙ ei conscientia dictauerit, an possit supplere defectum probationis indicij vigore arbitrij, dic ꝙ non, quia non videtur esse commissum arbitrio suo, ꝙ legitima indicia non debeant praecedere, quia iuris authoritas sed facti nõ est in potestate iudicum l. ordines.§. j.ff.ad munici.

Additio domini Ludouici.

Pro conclusione do.authoris. ꝙ vigore arbitrij iudici concessi a lege vel a statuto, non possit supplere defectum indiciorum, adduco primo l.si a milite.§.edictum.ff.de test.mil. vbi per libertatem arbitrij non intelligitur concessum, quod non conuenit bonis moribus, & sic secundum bonos mores est interdictum, sed est contra bonos mores torquere aliquem sine sufficientibus indiciis, ergo non potest in hoc supplere iudex vigore arbitrij sui. & ita in terminis reperio Pau. de Bleaza. in commen.c.grauis.extra de deposi. in vlti.col.& Gandi. in suo trac.male. in ver. item quaero nunquid potestas &c. Pro quibus facit, nam hoc esset tollere defensiones & iura tertij, quae non potest quis auferre uigore alicuius arbitrij etiam liberi & absoluti, vt in cle. sępe, cum gl. in verbo, defensiones, extra de ver.sig.& in cle. pastoralis.§.pe. extra de re iudi.& voluit Bart. in l.filiusfa.ff.de don.& Bar. in l.j.ff.de test.mil.& in extraua.ad repri. in ver.videbitur, & in verbo figura, & do. Anto.& Io.de Imo. in c.j.extra de consti.& Pet. de Anch. in consi.clxij.inci. visis diligenter &c.

Vnum

97 † Vnum tamen tene menti ꝙ vigore talis arbitrij poterit iudex torquere aliquem per dictum vnius testis de visu, etiam si non sit omni exceptione maior. ita singulariter voluit do. Gand. vbi supra proxi. in d. ver. item quæro nunquid potestas &c. & voluit do. me. Alex. in consi. lxv. in pe. col. j. vol. incip. si prçcedētibus indiciis &c. vbi etiam plus dixit ꝙ et si ille testis fuisset receptus, parte non citata, potest torqueri, vigore illius testificationis, dummodo stylus sit, ꝙ non citetur pars in examinatione testiū in ea materia, quod perpetuo tene menti, pro confirmatione eorum quæ dixit do. author hic circa arbitrium cōcessum iudici in torquendo.

Guido de Suza.

Sed quid si continetur in statuto ciuitatis Bononiæ, ꝙ nō possit aliquis poni ad torturam nisi contra eū fuerint habitæ violentæ præsumptiones, respondeo, requiruntur magna indicia quæ sint aliquo minus indubitatis, & pluribus indiciis simplicibus ex quibus proceditur ad torturam, vt dictum est, nam & illa videntur manifesta argumenta.

Additio domini Ludouici.

Pro do. authore facit circa hoc de violētis prçsumptionibus, illud quod habetur in cap. afferte. extra de præsum. & ibi do. Abb. in iiij. col. & per Bal. in l. fi. in j. col. & in l. neque natales. in j. col. C. de 98 proba. hinc est, ꝙ dicimus ꝙ † præsumptio iuris dicitur violenta. secundum Pau. de Cast. in ij. cōsil. inci. acta iudiciaria &c. Adeo ꝙ præsumptio iuris operatur, ꝙ potest ferri sententia pro actore, secundum eundem Paul. de Cast. in suo consil. xcv. incip. si dico me &c. & plus dico ꝙ præsumptio violenta sufficit ad condemandum in criminibus occultis, vtputa, in crimine adulterij l. si quis adulterij. C. de adul. Idem dico in omnibus casibus a iure expressus, secundum Barto. in l. ꝙ Nerua. in v. col. ff. depo. de qua materia posuit aliquid Ange. Aret. in suo tract. male. in ver. fama in ij. col. cum seq.

Guid. de Suza.

99 Sed quid † si continetur in statuto ꝙ nemo possit torqueri, nisi indicia indubitata præcesserint, vt exemplum de indiciis indubitatis ecce enim camera habens vnum aditū & exitum, non plures, de dicta camera exiuit qs pallidus, trepidans, cum cultello nudo sanguinolento in manu, & statim post exitum reperitur homo recenter occisus in dicta camera, certe ista sunt indicia ad probationem maleficij indubitata, ex quibus non solum ad tormenta, sed etiam ad condemnationem, & pœnç impositionē potest procedi. Et ita intelligitur l. sciant. C. de proba. ibi vel indiciis ad probationem indubitatis, & ho. disiunctiuam vel, nam palliditas, vel trepidatio est vnum indicium contra ipsum, vt ff. de quçstioni. l. de minore. §. tormenta. Item delatio gladij, præsertim nudi, est aliud indicium, nam de portantibus arma lex male præsumit, vt C. vt armorum vsus l. vna. & in auth. de man. princip. §. vlti. colla. iij. Item ꝙ gladius erat sanguinolentus, erat aliud indicium. homine enim occiso, gladius solet esse sanguinolentus, nam ex qualitate facti accipitur coniectura. sic & alias dicitur. ff. de do. int. vir. & vxor. l. vtrum. raro tamen contingunt talia indicia.

Addi. do. Ludo.

In hoc primo exemplo d. author recte loquutus est, in quo exemplo concordat Gand. in tract. suo male. in rub. de indi. & prçsum. & Barto. in l. ij. ff. de fur. & Ioan. And. in addi. Spe. in ti. de proba. §. iij. ver. xiij. & do. Ange. Are. in suo tracta. malefi. in verbo fama publica præcedente.

Guido de Suza.

100 Est & aliud † indicium ad probationē indubitatum, & istud sæpius contingere potest cum occiditur Titius in aliqua vinea uel fundo, et de hoc accusatur Seius, sed de visu nulli testes deponunt ꝙ viderint Seiū hoc homicidium committere, sed probatur ista contra Seium. primo ꝙ ipse Seius erat inimicus Titij. Item probant testes, ꝙ viderint Seiū admenantem gladium contra Titium. Item probatur per testes, ꝙ Seius aufugit tempore perpetrati maleficij. Item probatur per famam & vocem publicā, ꝙ Seius dictū Titium interfecit certe ista quatuor simul iuncta quāuis singula per se non sufficerent, sunt sufficientia indicia et prçsumptionis indubitatç, non solū ad torturam, sed etiam ad cōdemnationem, & sic pōt intelligi d. l. sciant.

Addi. do. Ludoui.

In hoc secundo exemplo do. author etiam recte loquutus est, & cum eo concordat Gand. in tracta. malefi. in rub. de indiciis & præsum. & Ange. Are. in suo tracta. etiam malefi. in verbo, fama. et posuit do. Abb. in c. tertio loco. extra de proba.

Guido de Suza.

101 Est videre † aliud exemplum de præsumptio. indubitatis, Ecce defertur Seius ꝙ Titium fecit occidi, nō sunt testes qui dicant hoc se vidisse, tamen probantur ista indicia. primo ꝙ Seius erat inimicus Titij. Item ꝙ dictus Seius perpetrato homicidio receptauit homicidam. Item ꝙ homicida erat domesticus et familiaris Seij. Item ꝙ fama est, ꝙ Seius fecit occidi Titium. Item ꝙ Seius se iactauit, ꝙ fecerat occidi Titium, & est homo de quo est verisimile ꝙ talia faceret. Item ꝙ olim aliquæ offensiones interuenerunt inter eos, & ita ꝙ indicia ista simul iuncta videntur nedum ad tormenta, sed etiam ad cōdemnationem sufficere. & ita potest exemplificari. d. l. sciant, nec mirum si ex pluribus simul iūctis quorū quodlibet per se non sufficit ad indiciū indubitatum, vel ad plene probandum, sicut indubitatum indicium vel plena fides, nam hoc iure habetur expressum, vt in authen. de instru. cau. & fide

& fide. §. si vero nullus horum. col la. vj. duo enim vel plura imperfecta constituunt vnum perfectum l. cum scimus. in prin. C. de agri. & censi. lib. xj. & quę non prosunt singula multa iuuant. vt c. praeterea. extra de testib. l. sancimus. ad fin. C. de testamen. & vide de hoc per Azo. in l. secunda. in fin. 102 primi respon. de excusatio. tuto. † Quid plura, reperitur in iure cautum, ꝙ ipsa causa princi. criminalis per argumenta & praesumptiones cognoscitur et terminatur, quanquam de liquido delicto, probari non posit, vt l. non omnes. §. a Barbaris, ibi, & si hoc liquide probari non possit argumentis tamen cognoscendum est, & tamen in capitali causa agitur, vt l. deser. §. his qui. de quaestio. & facit in authen. vt li. ma. & aui. §. illud. curiosus autem lector multa alia poterit inuenire exempla de indi. ad probationem indubitatis.

Addi. do. Ludo.

In hoc tertio exemplo etiam d. author recte sensit, de qua materia indiciorum indubitatorum, etiam ad condemnationem non solū ad torturam, posuit Bal. in d. l. sciant, & in l. neq; natales. in j. col. & in l. siue. in ij. col. C. de proba. & Bal. in l. quicunque. C. de ser. fugi. & Bald. & Ioan. de Imo. in l. fin. ff. de haere. insti. & Bal. in l. fi. ff. de offic. proc. & Bal. in addi. Spe. in ti. de sen. circa fin. & Io. Calde. in c. vestra. extra de coha. cleri. & mulie. & do. Abb. in c. tertio loco, de probatio. & Gand. in tracta. malefi. in rub. de indi. & praesum. & Ange. Are. in d. verbo, fama publica. in versi. quaero an vnum indicium. & Pau. de Ca. in consi. cxcvj. inci. visa inquisitione &c. vbi dixit vnum notabile verbum, ꝙ in casibus, in quibus quis potest condemnari ex indicijs indubitatis, potest condemnari ad poenam pecuniariam nō autem corporalē, de qua materia posuit etiam do. me. Alex. in consil. xv. in v. col. in j. volum. incip. quādo plures &c. & in consi. xxiiij. in xiiij. col. in ij. volu. inci. an si quis &c. in ij. vol. vbi dixit, 103 † ꝙ in criminalibus non iunguntur probationes diuersi generis ad condemnandum, vt ibi per eum multum notabiliter loquentem in hac materia, & ibi ponit quid in maleficijs cōmissis de nocte, vel quae alias difficile possunt probari, quae probationes admittuntur. & in cōsi. liij. in j. col. & per tot. in eo. ij. vol. inci. quando probari debet, & in cōs. vlt. in iij. volu. in iij. col. Circa vero illud, quod incidenter dixit d. author, ꝙ duę vel plures probationes imperfectae iungantur ad faciendum vnā plenam probationem, &c. de hoc non dicam tibi nunc, quia est extra materiam de qua agimus, sed si de hoc videret contingeret remitto te ad domi. meum Alexand. in consilio. xix. in ij. colum. in primo volumi. inci. vtrum si postfacto &c. & in consil. lxv. in vlt. colum. in eo. j. volumi. incip. si praecedentibus. & in consil. xiij. in xiij. col. in eo. j. volumi. inci. an promisso &c. & in consi. xxxiij. in vlti. col. in eo. j. vol. incip. viso puncto &c. & in consi. liiij. in eo. j. volu. incip. in causa vertente, vbi dicit etiam ꝙ in criminalibus peruenitur ad diffinitiuam per praesumptiones tam legis quam hominis.

Guido de Suzaria.

104 An milites nostri † temporis possunt subiici quęstioni. dic ꝙ sic, cum nec in assumptione militiae, nec in vita interueniant in eis, nec obseruent ea quae veros milites decet obseruare & obseruari expediunt, vnde militaribus priuilegiis gaudere nō debēt, vt in auth. de man. princi. §. fin. col. iij. & ibi in apparatu de hoc ibi, & talibus militibus &c. Nam si quis non seruatis solennitatibus, fabricensis efficiatur, habetur pro non fabricensi, & sibi fabricensia priuilegia denegantur. vt l. si quis consortium C. de fabri. lib. xj. & C. de episco. & cleric. l. generailter versi. eos tamen. vbi clericis non seruantibus solennia; clericalia priuilegia denegantur seu beneficia clericalia, et facit l. nominationes. C. de app. nam etiam milites in quibusdam etiam criminibus torquentur & habentur quo ad hoc pro non militibus. de re milita. l. proditores.

Addi. do. Ludo.

Alias promisi tibi examinare, an milites nostri tēporis possint torqueri. in tract. de praecedentia doctoris & mili-105 tis, circa fin. in addi. meis ibid. † Nunc igitur scias, velim ꝙ milites nostri tēporis, euntes quotidie per plateas non gaudent priuilegiis militum prout dixi tibi in loc. praealleg. possunt torqueri sicut alii priuati, ita voluit Bart. in suo tracta. de qō. licet iudicio meo, ille tracta. non fuerit Bar. vt videre poteris ex stylo eius, tñ attribuitur Bar. sed ultra Bar. dicas, ꝙ idē voluit Cy. in l. j. C. de iur. & fac. igno. tamen reperio eundem Bal. in l. j. in fin. C. qui bo. cedere pos. dicentem ꝙ milites nostri temporis nō possunt carcerari pro debito contractus, vel vltimae voluntatis; quia secundum eum veri milites sunt, alias falso vocabulo vterentur, & licet nō habeant insignia antiquae obseruantię, tamen habent insignia nouae obseruantiae, quae loco veteris successerunt, & idem comprobauit Ioā. de Lig. in c. quanto, in pe. col. extra de magi. Sed tu non recedas a prima opinione, quia immo isti nō sunt veri milites, prout vult expresse do. Abb. 106 in d. c. quanto, pro quibus facit. † Nam insignia sola esse vera, non sunt illa, quae faciunt milites gaudere priuilegiis suis, sed exercitium, ita probatur in l. pe. C. de testa. mili. vbi dicitur, ꝙ miles non militans, non gaudet priuilegiis militū, ergo multominus debent gaudere milites nostri temporisqui, non habent, nec habuerunt vera insignia, nec etiam exercent militaria, seu non militant. Ad idem facit quod dixit Bal. per illum tex. in d. l. pe. & Bar. in l. officiales. C. de epis. & cleric. & idem Ioan. de Lig. in cle. cum ex eo, de sen. exc. & Ang. in consil. cxcvij. inci. In dei nomine, visa narratione. & do. Cano. in c. ij. extra de fo. compe. vbi dixerunt ꝙ milites seu fratres gaudentes non gaudent priuilegiis clericorum. Ergo in proposito nostro, milites nostri temporis non debent etiam gaudere priuilegio veri militis. & in terminis voluit Dy. in suo tract. de quęstioni. in ver. quae personae possunt torqueri &c. in versi. modo dictum est. & Cyn. & Angel. in l. milites. C

de

de quæstioni. & Cyn. in l.iij.C. ad l. Iul. ma. in terminis etiam voluit Angel. Aret. in tract, malefi. in verbo, fama. in versi. sexto quæro quæ personæ &c.

Guido de Suza.

107 Quid de militibus † cœlestibus. & dic ꝙ presbyteri non torquentur, clerici autem sic, de iure ciuili. C. de epis. & cleri. l. presbyteri & in apparatu. l. fallaciter. C. de abo. tamen de iure nouissimo, secus per authen. Federic. ad decus & honorem. §. statuimus. Præterea si militibus terrestribus concessa est immunitas, vt non torqueantur, multo magis cœlestibus, arg. l. sacrosan. C. de episco. & cle.

Addi. do. Ludo.

De clericis & presbyteris dixi supra in addi. inci. circa has personas priuilegiatas &c. vbi allegaui do. Abb. in c. cum in contemplatione. in prima colum. in fin. extra de regu. iur. & vltra ibi dicta, vide gl. xv. q. vij. in sum. & gl. iij. q. v. & Inno. in d. c. cum in contemplatione. & do. Angel. Are. in suo tract. male. in verbo, fama. in ver. vj. quæro quæ personæ &c.

Guido de Suza.

108 Quid de iudicibus † siue aduocatis, nunquid possint torqueri: videtur quod non sicut veri milites: nam militant patroni causarum. vt C. de aduo. diuer. iudic. l. aduocati. præterea sicut militibus concessum est priuilegium, vt condemnati non exigantur, nisi inquantum facere possint, ita & patroni causarum l. miles. j. responso. de re iudi. in apparatu. econtra videtur, quia nulla lege cauetur, ꝙ iudices, siue aduocati, sint immunes a tortura. Solutio. ꝙ de iuris subtilitate siue iuris solennitate non debent torqueri, vt d. l. aduocati, sed de consuetudine, quæ est optima legum interpres, seruatur contrarium.

Addi. do. Ludo.

Sum propositi quod nec de iure nec de cõsuetudine possint aduocati torqueri, nam de iure habeo pro hoc expedito, prout conclusit ipsemet author pro quo faciunt ea quæ dixi supra in addi. meis de præcedentia doctoris & militis, nam argumenta ibi 109 facta manifeste concludunt † ꝙ aduocati multominus possunt de iure torqueri quam milites. De consuetudine etiam non possunt torqueri, nam consuetudo inducens ꝙ personę priuilegiatæ torqueantur, non valet. tex. est in l. omnes iudices, et hoc ibi voluit Bartol. C. de decu. lib. x. & supra etiam aliquid dixit circa prin. in versi. circa has personas priuilegiatas &c.

Guido de Suza.

110 An consiliarij † ciuitatum nostri temporis possint torqueri? dic ꝙ de iuris solennitate non debent torqueri; quia cuiuscunque ciuitatis consiliarij decuriones sunt vt ff. quod cuiusque vni. no. l. nulli. ff. de verbo. sig. l. pupillus. §. decuriones. de generali autem consuetudine quæ est optima legum interpres, contrarium semper vidi seruari, & consului.

Addi. do. Ludo.

Circa consiliarios non torquendos sum omnino cum domino authore, nam consiliarij successerunt loco decurionum secundum Bartol. in l. j. ff. de offi. assesso. & not. in rub. C. de 111 decu. lib. x. † Plus dico ꝙ iudex torquens eos capite punitur secundum Bal. in l. decuriones. C. de quæstio. & domi. Angel. Aret. in suo tract. malefi. in verbo fama. in versic. quæro quæ personæ &c. vbi dixit hoc non habere locum in crimine læsæ maie. & proditionis populi, alleg. text. in l. fallaciter. C. de aboli. quæ omnia tenementi, quia hæc materia tormentorum sepenumero occurrit, & licet do. author ea multum singulariter & copiose loquutus fuerit, nihilominus in aliquibus deficit, prout ex supra dictis apparet, in quibus addendo, declarando, & aliquando corrigendo, vbi opus fuit, si quid in nepte diximus id paruitati ingenij mei attribuendum est, si quid vero boni. id supremo Deo omniũ bonorum largitori a quo omne bonum, & omne donum perfectum procedit, vt a patre luminum, attribues.

Ludouicus Bologninus vtriusque iuris doctor clarissimus, & æques insignis.

FINIS.

VTILIS, ET PRACTICABILIS TRACTATVS DE INDICIIS ET TORTVRA.

EDITVS IN CIVITATE SENARVM PER excellentisſimum Iuris vtriusque docto.domi.Franciſcum Brunum de ſancto Seuerino, Quæ materia hactenus a pleriſque ſatis truncate & imperfecte tradita reperitur. In hoc tamen tractatu adeo perficitur vt nullibi vſque ad hæc tempora perfectius inueniatur. Habent igitur latrunculatores, id eſt iudices maleficiorum iter terſum, per quod tutisſime incedere valeant in theorica & practica.



FRANCIS. BRVN.

Præfatiuncula cum diuiſione.



CVM materia Indiciorum & queſtionis, ſiue torturæ, ſit multum in vſu, & non parum periculoſa, & officiales in ea quandoq; male aduertant, aut cupiditate honoris, aut ignorantia. Ideo decreui in modum tractatus, materiam ipſam colligere, & eam prout potero dilucidare & ordine aliquo texere, vt legentes & practicantes facilius capiant & inueniant caſus occurrentes. Et quia indicia debet præcedere, & tortura ſubſequi, ideo prius dicam de indiciis, ſecundo ſubdam de quæſtione ſiue tortura.

Et primo, quid ſit indicium, & vnde dicatur.

Secundo, qualiter indicium probetur.

Tertio, qualia debeant eſſe indicia, per quæ deueniri valeat ad torturam.

Quarto, qualia debeant eſſe indicia, per quæ deueniri valeat ad condemnationem.

Quinto, quomodo & qualiter indicia elidantur & tollantur.

SVMMARIVM.

1 Indicium, maleficii alicuius commiſſi, vel alterius, de qua agitur, rei ſignum dicitur.
2 Indicium eſt minus quam ſemiplena probatio.
3 Indicium ſemiplenum quod dicatur, & quod plenum ſeu indubitatum.
4 Indicium facti, eſt quo iudex in viam præſumptionis dirigitur.
5 Indicium variis nominatur modis apud legumlatores.

Prima pars de Indiciis. Quæſtio.j.



CIRCA primum dum quæritur, quid ſit indicium, & vnde dicatur. Reperio varias diffinitiones, & deſcriptiones. Gandi.in ſuo opere maleficiorum, ſub rubrica de præſumptionibus & indiciis.§.vidimus dicit, † ꝙ indicium, dicitur ſignum alicuius maleficij cōmiſsi. vel alterius rei de qua agitur. quæ diffinitio, ſecundū eum colligitur ex legibus tractantibus de indiciis. Io. And.in addi.Spec. in titu.de proba.§.fin. ver.item per indicia.dicit, quod indicium eſt notabile ſignum maleficij, vel alterius rei ad ipſius veritatem habēdam. Pau.de Elea.in c.grauis.de depoſito in vlti.char. dicit ꝙ indiciū eſt demonſtratorium adminiculum, ad veritatem indicandam per tex. in l.ſi quis adulterium.C.de adulte. & c.præterea, de teſti.& c.tua.§.adulteriū. de homi. Bar.in l.ij.ff.de excu. tu. † diffiniendo quid ſit indicium dicit, ꝙ eſt minus quā ſemiplena ꝓbatio. & idem dicit Bald. in l. cum probatio. ff.de proba.in additionibus ſuis dicens nullibi clarius hoc probari ꝙ̃ in illa lege. Sed idem Bald. in rubri.C.de proba. dicit ꝙ indicium eſt minima præſumptio hominis boni, ſeu diſtans argumentum a vera ſpecie probationis, & ꝙ valet indiciū ſi ponatur in conſequentiam alterius probationis, non ſi per ſe, vt d.l. cum probatio. vt in l.ea quidē.C.de accu.in ij. col.dicit maturius loquēs, ꝙ duplex eſt indicium, videlicet ſemiplenum ſeu

3 seu dubitatum, & plenum seu indubitatum. † Indicium semiplenum est præsumptio fortiter mouēs animum ad aliquid credendum vel discredendū, & de isto habetur in d.l. cum probatio. Indicium vero plenum est demonstratio rei per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam existente vero quiescit, & plus inuestigare non curat. quod probatur secundum eum in l. indicia. C. de proba. Abb. Sicu. in c. tertio loco, extra de proba. approbat. diffinitionem Io. And. supra relatam. Adde Bal. in l. seruos. C. de testi. qui dicit ꝙ indicium est duplex, scilicet facti, & iuris.

4 † Ex indicio facti dirigitur iudex in viam præsumptionis, indicium iuris est quod habet aliquē affectum iuris, est etiā duplex, quoddam est quod dirigit iudicem in viam habendæ quæstionis, id est, torturæ. quoddam est quod instruit iudicem simul cum aliis in viam condemnationis. Dicitur autem indicium ab indicando & demonstrando l. solent. ff. de præscri. verb. l. adulterij. C. de adul. & indicia dicuntur demonstrantia veritatis & adminicula probationis l. fi. & l. instrumenta domestica. C. de proba. Sunt enim indicia pars claræ probationis. hoc dicit Gandi. in dicto opere, in rub. quæ debeant præcedere quæstionem in ver. quæro quæ, & qualia debent esse ista indicia. Adde ꝙ legumlatores variis modis nominant

5 indicium. † Nam quandoq; nominant argumentum l. j. in princ. ff. de qō. & l. militem. §. oportet. C. eo. ti. Interdum nominant simpliciter indicia, vt cōiter nuncupamus l. j. §. antonius. &. §. diuus adrianus. & l. diuus. §. ex quibus. ff. de qō. Interdū nominant suspiciones vt l. fi. ff. de qō. & l. absentem, in princip. ff. de pœn. Interdum nominant probationes, vt l. j. C. de quæst. & l. j. §. diuus seuerus. ff. eo. titu.

SVMMARIVM.

1 *Indicium per vnum testem de visu deponentem probatur.*
2 *Testis vnicus seu singularis semiplenam probationem facit in criminalibus.*
3 *Testis singularis de visu faciens indicium, debet esse omni exceptione maior.*
4 *Indicium probatur quandoque per duos testes, non de visu deponentes, sed de quodam signo ad maleficium conferente.*
5 *Testis singularis & si indicium non probet, aliqualem tamen facit præsumptionem.*
6 *Probationes multæ semiplenæ non coniunguntur, ad faciendam vnam probationem plenam, licet bene ad indicium faciendum.*
7 *Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores.*
Indicium probari potest per testes infames, & familiares, & similes omni exceptione non maiores.
8 *Testis ante processus formationem examinatus, an faciat indicium.*
9 *Indiciorum copia per testes facta reo dari debet post negationem & excusationem.*
10 *Iudex ante inquisitionem formatam ex indiciis per testes aceeptis non debet quem quæstioni subiicere.*
Testes super inquisitione generali examinati non faciunt indicium aduersus delatū de crimine.
11 *Testis qui examinari non debuit quando indiciū faciat.*
Testis domesticus non facit indicium.
12 *Testis familiaris indicium facit.*
13 *Testis quandoque non cogitur inuitus testificari, & talis sponte examinatus indicium facit.*
14 *Testes testificari præsumuntur inuiti, nisi de spōtaneitate constet.*
15 *Veritatem aliter haberi non posse, qualiter & a quo probari debeat.*
Attinentes vsque ad supremum gradum compelli non possunt ad testificandum.
16 *Clerici ad testimonium ferendum non possunt cogi.*
Senes septuagenarii non coguntur testificari.
17 *Minor annis viginti an possit in criminalibus examinari.*
18 *Impuberes in criminalibus non sunt idonei testes ad probationem plenam, sed bene ad indicium.*
19 *Testis qui ob infamiam non debuit examinari, examinatus aliquale facit indicium.*
20 *Testis examinatus post terminum præfixum ad probandum, an faciat indicium.*
21 *Testis qui iure examinari prohibetur, an probet si examinetur.*
22 *Indicium triplex est, & per quem probari possit quodlibet.*
23 *Testis qui non potest interrogari inuitus, volens respondere potest, sed coactus non facit indicium.*

Quæstio secunda primæ partis.

1 Circa secundum qualiter probetur indiciū. † Responde quod probatur per vnum testem de visu, hoc est, qui deponat se vidisse maleficium committi. vt no. gloss. in l. si quis C. ad l. Iuliam maiesta. l. maritus. ff. de quæstio. vbi etiam per Bartol. & per eundem. & Bald. in l. final. C. famil. ercis. & in l. bonæfidei. C. de iureiuran. & l. admonendi. ff. eod. titu. Quinimmo

2 gloss. in d. l. si quis. videtur velle ꝙ † in criminalibus, vnus testis faciat semiplena probationem. quod etiam videtur placere Bald. sed Cyn. tenet contra

contra ibi in quodam suo consilio, quia indicium est minus ꝙ semiplena probatio. vt not. in l. cum 3 probatio. supra de probat. † intellige tamen, ꝙ ad hoc vt vnus testis de visu faciat indicium, debet esse omni exceptione maior. vt dixit Bart. in d. l. maritus. et in d. l. fi. & l. admonendi. vbi etiam per Bald. & per eundem in suo notabili consilio, quod incipit, statutum prouidet. vbi optime docet quomodo cognoscatur testis omni exceptione maior. Item intellige, ꝙ vnus testis facit indicium de visu, quando aliæ circunstantiæ non resistunt secũdum Bald. in l. ij. C. quo. appel. allegando Ioan. And. in c. cum in contemplatione. de regu. iur. in vj. in nouella quod dicit esse notabile. 4 † Probatur etiam indicium ad minus per duos testes non probantes de veritate maleficij, & sic de visu, sed probantes aliquod signum conferens ad maleficium, & sufficiens ad faciendum indicium ad torturam, prout dicetur infra in seq. q. prin. & ꝙ ad probandum indicium requirantur duo testes, voluit glo. quę reputatur singularis. in l. fi. C. fami. ercis. supra allegata & ita tenent Bart. & Doct. in l. fi. ff. de quæstio. ita etiam voluit Innoc. in c. sicut. de simo. vbi dicit, ꝙ leuia signa sufficiunt ad probandum quem hæreticum, tamen oportet illa plene probari ita refert Bal. in d. l. fi. & si vnus solus testis probat de aliquo signo & indicio nihil probat, secundum Bart. in d. l. fi. Sed Rapha. Fulg. in 5 d. l. fi. dicit † ꝙ licet singula indicia debeant probari per duos testes, tamen negari nequit, quin vnicus testis faciat aliqualem præsumptionem. & ideo si plures sunt testes singulariter de singulis indiciis deponentes, dicentur plures esse pręsumptiones, quæ faciunt vnum indicium ad torturam. argu. l. instrumenta domestica. C. de proba. & l. ij. §. ætas. ff. de excu. tut. Pone enim ꝙ vnus testis dicit se vidisse Seium vulneratum, & in terra prostratum, & interrogatus quis vulnerauit, respondit, Titius, hic est vnus testis super indicio deponens. Alius dicit se vidisse Titium sanguine aspersum, & euntem euaginato ense, Alius dicit vidisse hunc Titium exeuntem directo tramite, & voluentem se versus nemora, & occulte se latitãtem. Certe hi singuli testes de singulis indicijs deponunt, & tamen nemo sanæ mentis negabit, quin hæ præsumptiones faciant sufficiens indicium ad torturam. argu. d. l. & illius regulæ, & quæ non prosunt singula multa iuuant, ita notabiliter dicit Fulgo. in d. l. fin. ad hoc optime adduco ad corroboratione huius opi. quod not. dicit dom. meus do. Ioan. de monte Sperello, de Peru. in l. admonẽdi. 6 de iureiuran. † ꝙ licet plures semiplenæ probationes non coniungantur ad faciendam vnam plenam, tamen coniunguntur ad faciẽdum indicium. argumen. not. in l. fin. C. de probatio. & ita refert & sequitur Caccialupus in dicta l. admonẽdi. char. xxv. in versi. applicatur, & ego puto tantofortius hoc esse verũ, quãto illi singuli testes essent multũ notabiles, & magnę authoritatis, qm̃ licet testes singulares non probent, tamen si sunt ita notabiles, ꝙ adducant iudicem ad indubitatam fidẽ, iudex non debet curare de illa singularitate, istud est dictum singulare domi. Paul. de Castr. in l. Lucius. ff. de infamibus, in recollectis Florentinis. et in dicta lege admonendi, vbi etiam cum refert & sequitur idem Caccialupus in charta octaua.

Aduerte tamen ꝙ licet quando vnus testis testificatur de veritate facti, & sic de visu, ad hoc vt faciat indiciũ debet esse omni exceptione maior, vt superius dictum est, 7 † & similiter quando plene probant quo ad condemnationem, in criminali debent esse omni exceptione maiores, secundum Bald. & Saly. in d. l. fin. C. de probat. per illum tex. qui dicit. ꝙ in criminalibus debent esse probationes luce. clariores. et per tex. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. & idem dicit Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. col. vj. tamen quo ad probandum indicium sufficiũt duos testes etiam non omni exceptione maiores, & sic admittentur infames, ita dicit Bald. in d. l. cunctos populos. & Bar. in l. ij. §. quæstioni. ff. de qõ. Item admittentur familiares & similes, secundum Bart. in l. ij. ff. de excu. tuto. Item aduerte, ꝙ propter hoc ꝙ duo testes probẽt aliquod indicium, tamen non propter hoc iudex indistincte debet torquere reum, nisi illi duo testes deponant verisimilia. Pone enim factum est furtum in loco, probant duo testes ꝙ viderunt de loco exire Martinum habentem aliquid sub mantello, si iste Martinus esset magnus mercator, aut vir alicuius dignitatis et authoritatis, quem non esset verisimile furtum fecisse, non poterit ex hoc torqueri, ita declarat Ang. in l. milites, per illum tex. C. de quæstio. & refert & sequitur Augu. de Ari. in addi. ad opus maleficiorum super gl. in verbo, fama publica super versic. quæro qualiter, dicit enim Augu. ibi quod conditio personæ excludit præsumptionem resultantẽ ex indiciis, & ideo opus est tunc, ꝙ alia indicia concurrant, facit ad hoc quod supra dictum fuit in præcedenti quæstio. ꝙ testis de visu facit indicium, nisi aliæ circunstantiæ contradicant & resistant.

8 Quęro an testis † examinatus ante formatum processum faciat indicium. Ecce commissum est delictum, potestas hoc audito examinat testes super indiciis nullo formato processu. Ex quorum dictis tantum percipit, ꝙ sufficeret ad indicium cõtra aliquem, hoc facto facit illum capi & torqueri, an possit hoc facere, & si facit, & ille confitetur, an præiudicet. Respondeo ꝙ non. quoniam in principio tortura non est habenda. dicit Bart. in l. j. in princi. ff. de quæstio. & illa ante litem contesta, non est permissa. Bar. in l. si quis adulterij. in prin. ff. de quæstio. & similiter non citato illo capto ad videdum iurare testes, text. est secundum Iac. de Are. & Bar. in d. l. si quis adulterium. & l. si maritus. Et similiter non publicato processu, secundum Bart. in l. vnius. ff. de quęstio. & dicetur latius inferius, vide ad prędicta Bar. in l. custodias. ff. de pub. iud. & Bal. in l. si tibi. C. de condi. ob. tur. cau. Sal. in l. fin. C. de quæstio. Caccialupum in l. is apud quẽ. 9 C. de eden. † qui dicit ꝙ indiciorum copia quæ fit per testes debet dari reo post negationem & excu.

excusationem, vt colligitur ex mente Barto.in l. quæstio.C.de quæstio. in prin. Ratio est euidens, quia post negatam inquisitionem, testes examinari debent, ex quibus fiant indicia, nec ea quæ pro curiæ informatione ante perquisiuit, & inuenit curia debet reo manifestare, secundum Angel.de Peru. qui fuit magnus practicus l.fin.ff.de qō.& quod recte intuenti sensit ibidem Barto.dum vult testes examinatos ante] inquisitionem specialem, non facere indicium. Et dum subdit indiciorum copiam esse dandam parti petenti, debet intelligi de indicijs legitime habitis, & tempore congruo scilicet post specialem inquisitionem & excusationem inquisiti. nam examinati ante, & ipso non citato sibi, non præiudicant, nisi repetantur post lit.conte.& parte præsente vel citata, vt per Bar. in d.l.fi.& per Bal.in addi.Spe.in ti.de sen.in fi. de quo etiã per Abb.in c. ad petitionem.de accu. & Ange.in repe.l.fi vacantia.C.de bo. vac. lib. x.hæc illi, adde Ange. de Are.idem velle in suo opere malefciorum in gl. fama publica.in ij.col. 10 in fi.vers.& aduertas.† ex quibus apparet ꝙ hodie male faciunt officiales, quia anteꝗ̃ formant inquisitionem, ex indiciis habitis per dicta testiũ, ponunt quem ad torturam, & sic possent teneri in syndicatu.& confessio quæ sequeretur ex tali tortura non valeret, etiam si in ea perseueraret, per d.l.maritus.de quæst.cum sit habita non præcedẽtibus indicijs legitimis, de quo etiam dicetur infra dum tractabitur de tortura. Item quæro an testes examinati super generali inquisitione, faciant indicium contra diffamatum delicto, vt deueniri valeat ad torturam super processu specialis inquisitionis, dic ꝙ non, vt ex supra dictis apparet, & tenet Bar.in l.fin.ff.de quęstio.quoniam tales testes fuerunt examinati ipso reo nõ citato, nec contradictore existente, ergo non præiudicant.l.si quando.C.de testi. vnde debebunt testes examinari post li.contest.super speciali inquisitione per l.si quis adulterij.de adul. ita dicit Bal. in l. fi.C.de quæstio.

Vlterius generaliter quæro.

11 † an testis qui examinari non debuit faciat indicium, referã quicquid scriptum reperio super hoc. Cyn.hoc examinat in l.fin.C. de accu.& in l.seruos.& l.libertorum.C.de testi.ex cuius dictis, sume pro conclusione, ꝙ quandoq; testis non debuit examinari, propter reuerentiam eius contra quẽ examinatur, & tunc examinatus non facit indicium.vt l.j.§.diuus. Antoninus.&.§. Antoninus. & l. diuus.§.ex quibus.& l.maritus. ff. de quæstio. Quandoque testis non debet examinari propter timorem, ne deponat pro eo examinatus.vt l.j.§. ad quæstionem.ff.de quæstio.& l.ij.& l.seruos.C. de testi.& l.testis idoneus.& l.idonei.& l. testes. ff.eod.eiusmodi sunt testes domestici, quorum appellatione, qui contineantur.vide in Spe.in tit.de teste.§.j.ver.item excipitur ꝙ est domesticus, cum alijs sequentibus. & hoc casu tales testes examinati nõ faciunt indicium text.est no.in l. pridem. C.de quæst.ibi, vt neque pro his, neque aduersus eos in capitalibus, vel pecuniarijs quæstionibus veritatis vim obtinere possit &c. & hoc tenuit Specu.in ti.de teste.§.j. versi. quid si testis domesticus.& Bald.in l.inuiti.la ij.ff.de testi.si hoc tamen forte fallit si testis domesticus, vel familiares, & similes sunt honesti & bonæ famæ, puta familiares episcopi vel abbatis vel alicuius nobilis domini, quia isti non retinent secũ nisi familiares discretos & bonæ opinionis, per ea quę no. Innoc.in c.in literis de testi.& Bal.in l.etiam.C. 12 de test. † Aduerte quia Bar.in l.ij.ff.de excusa. tut.dicit, ꝙ indicium fit per testem familiarem, per glo.in l.j.de test.& ꝙ ex pluribus testibus familiaribus, potest iudex deuenire ad sententiam, sed Bal.in l.inuiti.la ij.ff.de testi.dicit contrariũ, vbi vide. Item forte fallit propter difficultatem probationum & dolum aduersarij, per l.consensu.§.super plagis.C.de repu.& quod no.Cyn.in l. si quando.C.vnde vi.in fi.facit.l.quot.C.de naufra.libr.xj. Quandoque testis non debet examinari propter odium præsumptum in ipso teste, vt quia est minatus, et tunc an.examinatus faciat indicium vel non, hoc debet considerare iudex aduertens ad qualitatem inimicitiæ, & qualitatem personę examinandæ, & si adsint verisimilia dicta, tali testi datur fides, vt not.in l.j.§.præterea. ff.de quæst.iuncta.l.milites.§.oportet.C.eod. titu. 13 † Quandoque quis non cogitur inuitus, nec cogi debet testificari, vt d.l.lege Iulia.& l.inuiti.la.j. ff.de testi.& tunc talis testis examninatus sponte & volens facit indicium, & probat.vt d.ll.a contrario sensu, sed si inuitus esset examinatus, non probat, secundum Cy.in auth.presbyteros.la ij. C.de episco. & cle. Et in dubio præsumitur inuitus, nisi appareat ꝙ volens deposuerit secundum Cyn.ibi, vt refert Bal.& sequitur in d.l.lege Iul. & in d.auth.& in l. si parentes.C.de testi. Saluo. ꝙ dicit non pręsumi inuitum deponere, nisi in suũ priuilegium allegauerit.ꝙ non sit compellendus, & nihilominus sit coactus deponere, & hoc casu non fit indicium.secundum Bart.in l.j.§.si seruus. ff.de quæstio. ita etiam expresse tenet Bald.in l. seruos.C.de testi. Adde quod do. Barth.de capua in auth.de san.epis.in §.Deo amabiles ibi, propria voluntate suscepisse &c.vbi vide in lec.Bar. 14 † dicit, ꝙ præsumuntur inuiti testificari, ideo producens debet facere apparere in actis ꝙ volentes testificantur. Hæc tamen personæ priuilegiatę cõpelluntur testificari si aliter veritas haberi non potest, secũdum Guido.de Suza. in d.l.lege Iulia. & Imo.in c.delictorum.de testi.cog. ratio est, ne veritas occultetur, quę occasio indicit peccatum mortale. Sed stabit difficultas, quis habeat probare veritatem aliter haberi non posse, in quo articulo Butri. & Imol.in cap.super eo. de testibus cogen.concludunt producentẽ testes debere probare, & est ratio, quia istę personę priuilegiatę habẽte ius pro se scilicet ꝙ compelli non possint, & quod aliter veritas haberi non possit est fundamentum intentionis producentis, ideo debet probare, quoniam negatiua posita pro fundamento intentionis, semper debet probari per opponentem, ita singulariter dicit Inno.in c.super his de accu.& Bar.in l.hoc iure. de ver.obli.& est tex. in l.ergo

l. ergo. ff. ex qui. cau. maio. Aduerte secũdum do. Nico. & Capram. in d. c. super eo. de testib. cogẽ. 15 ꝙ forte hoc. s. † ꝙ aliter veritas haberi non possit, probari poterit iuramento ipsius testis, quia sicut producens submittit se dicto testis super principali, ita debet se submittere super hoc preambulo. vel secundum eos potest iudex se de hoc informare summarie. Sed an in causa criminali possint testes compelli testificari, fuerunt octo opi. de quibus vide in d. c. dilectorum. vbi dicit Imo. ꝙ in hoc attenditur stylus & consuetudo iudiciorũ. Sed quae sint istae personae quae compelli non possunt, dic ꝙ sunt attinentes vsque ad supremũ gradum glos. est singu. in l. si foemina. C. ad Turpil. quam ibi sequitur Ang. & Imo. in d. cap. dilectorum. Item affines, soceri, & caeterae personae, de quibus in d. l. lege Iul. haec quidem personae non coguntur testificari nisi velint. Sunt etiam quaedam personae quae non admittuntur ad testificandũ contra, etiã si velint, ob reuerentiam eius contra quem producuntur, veluti filius contra patrẽ, libertus contra patronum, arg. l. quos prohibet. ff. de postula. ita tenet Imo. in d. c. dilectorum. & 16 caeteri Doct. in l. parentes. C. de testib. † Et not. ꝙ inter istas personas priuilegiatas, sunt etiam clerici qui non possunt compelli, nec coram ecclesiastico, nec seculari iudice, nisi aliter veritas haberi non possit. glos. in cap. super eo. de testib. cog. & in cap. statuendum. secunda quaestio. vj. & tenet Hostien. in sum. de testib. §. primo. & Gofr. eod. titu. in sum. & Ioan. de Imol. in d. cap. dilectorum.

Item senes non compelluntur inuiti testificari de iure ciuili, vt l. inuiti. la j. ff. de testi. & quarta quaestio. ij. §. inuiti. Sed de iure canonico secus est, vt habetur in c. si qui testium. de testib. & ibi per Capram. & dicuntur senes quo ad hoc annorum. lxx. vt dicit glo. in d. l. inuiti. Quandoque testis nõ debet examinari propter aetatem, & tunc examinatus non facit indicium plenum, sed quale quale, vt l. j. §. impubes. ff. ad Sylla. & no. glo. in l. talis. C. de his qui. vt indi. secundum Bart. ibi vbi hoc expresse tenet, sed Bald. in d. l. seruos. dicit ꝙ hoc casu pupillus in ciuili, & minor. xx. annis in criminali non facit indicium ad probationem vel defensionem negotij de quo agitur, sed ad informationem, vt ex eo inquiri & procedi possit per glos. in d. l. talis. Areti. in opere maleficiorum. in verbo, comparuerunt & negauerunt totum. in versi. 17 item minor. dicit † ꝙ minor. xx. annis in criminalibus potest examinari, ad aliquam intentionẽ iudicis, & ꝙ faciat indicium, non autem plenam probationem, & hoc si in inquisitione fuerit examinatus ex mero officio, non autem super accusatione ad partis instantiam, ita dicit tenere Guid. de Suza. & Flo. in l. in testimonium. ff. de testi. d. Augu. de Ari. in suis addi. ad dictum opus maleficiorum super d. ver. dicit ꝙ Docto. solent allegare vnam glo. pro singu. in l. fi. C. de his qui. vt indi. ad fil. ꝙ minor facit indicium ad torturam & dicit ꝙ Ludoui. solebat allegare consimilem glo. in d. l. j. §. impubes. vide etiam de hoc per Bart. in l. de minore. in princ. ff. de quaest. vbi ponit an minor in criminalibus faciat indicium. & limita tu praedicta per glos. in d. l. in testimonium, & adde Bar. in l. ex libero. in fi. ff. de quaest. Vide omnino per d. Alex. de Imo. in l. fi. C. de his qui. 18 vt indig. † vbi tenet, ꝙ licet in criminalibus impuberes non sint idonei testes, ad plenam probationem, tamen sunt idonei ad indicium, & licet glo. in l. inuiti. ff. de testib. la ij. velit ꝙ impubes faciat aliquod indicium, quasi velit quod non, validum ad torturam, tamen Spec. in tit. de teste. §. j. ver. item ꝙ est impubes expresse tenet ꝙ faciat indicium ad torturam. & idem tenet Bald. in d. l. inuiti. & l. seruos. C. de test. & idẽ videtur velle Bald. in l. de minore. & l. maritus. ff. de quaest. & hoc quando est proximus pubertati & doli ca 19 pax. vt dicit glo. in d. l. inuiti. † Quandoque testis non debet examinari propter infamiam, vt l. iij §. lege Iul. ff. de testi. & tunc examinatus nõ facit indicium plenum. sed quale quale, vt l. qui vltimo. ff. de poen. ita etiam dicit Bald. in l. j. C. de sum. tri. dicendo ꝙ facit indicium ad fundandam intentionem iudicis & inquisitionem, vide etiam in l. Cassius. ff. de sena. & in cap. testimonium. & c. fi. de testi. Quandoque quis non debet examinari ratione ordinis, vt quia ante lit. contest. vel parte non citata, & tunc examinatus non facit indicium, vt l. si quis adulterium. ff. de adul. & dixi supra in ver. quaero an testis. Quandoq; quis examinatur vt principalis in se, & vt testis in alium, & tunc aut potuit in alium examinari, aut non, quod quando sit patet ex no. per text. & Docto. in l. fi. C. de accus. & in l. si filium. C. de liber. cau. & per Bar. in l. j. §. repeti. ff. de quaest. cum si. Primo casu facit indicium sufficiens ad torturã, 20 vt tenet Cyn. in d. l. fi. † Quandoq; testis non debet examinari propter lapsum termini statuti ad probandum, & tunc si habet locum purgatio morae examinatus probat, vt no. Doc. in l. mancipiorum. ff. de ope. leg. Si autem non habet locum purgatio morae, & tunc ad nihilum valet eius dictum, secundũ Cyn. in l. j. C. de sepul. vio. Adde Ludo. de Vrbe, in rub. ff. de arbi. in ix. colum. in ver. an tamen testes, qui in hac. q. dicit, ꝙ aut testes prohibentur a limine iudicij, & tunc admissi etiam indicium non faciunt, ex quo omnino lex eos inhabilitat, vt ff. de quaest. l. maritus, sed si tãtum esse testes prohibeantur, tunc admissi faciunt indicium, vt nor. Bal. C. de testi. l. seruos. ad quod etiam l. matris. ff. de proba. Super hac qõ. qua quaeritur an testis qui non debuit examinari, faciat indicium si examinatur Bar. in d. l. maritus. 21 ff. de quaest. † dicit ꝙ testis qui non debet examinari propter reuerentiam personarum, & tũc examinatus non facit indicium, vt d. l. maritus. & l. diuus. eo. tit. Quandoque testis nõ debet examinari propter etatem, tũc examinatus non facit indicium plenum, sed quale quale, vt l. j. §. impuberes ad Sylla. Idẽ dicit ipse puto de teste qui nõ debet examinari propter sexũ, vt in muliere eadẽ ratione. Quandoque testis nõ debet examinari propter infamiam, & tunc examinatus facit indicium quale quale. l. qui vltimo. ff. de poen. Quandoque

doque non debet examinari propter inimicitias, tunc examinatus facit indicium, vel non facit secundum qualitatem inimicitiæ, vt ff. de quæst. l. j. §. præterea. Quandoque testis non debet examinari ratione ordinis quia ante lit. contest. vel parte non citata, & tunc dicit puto ꝙ non facit indicium, vt l. si quis. ff. de adul. & C. de test. l. si quando. in fin. Bald. in l. seruos. ff. de testib. super 22 hac quæstio. dicit † ꝙ indicium est triplex, vnum est quod dirigit iudicem in viam perscrutationis & inquisitionis, & istud potest fieri per quencunque testem. vt d. l. qui vltimo. Aliud est quod dirigit in viam habendæ quæstionis, & aliud qđ dirigit in viam condemnationis simul cum alijs adminiculis. Et dicit ipse ꝙ testis non idoneus & prohibitus a limine depositionis, nō facit hoc indicium ad quæstionē & torturam. l. libertorū. C. de testi. Sed si testes qui non sunt prohibiti a limine depositionis, non tamen sunt idonei ad plenam efficaciam prohibitionis, bene faciunt hoc indicium, vt ff. de testib. l. serui. ij. responso. & ff. de proba. l. cum probatio. ff. de ædil. edic. l. quæro, in fine. Si vero quærimus quantum ad efficaciam condemnationis, nullus est testis idoneus ad condemnationem nisi suppleatur per alias probationes, vt l. solam. C. de test. & arg. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. ij. & subdit Bald. in d. l. seruos, ꝙ testis interrogatus, & examinatus, qui non debuit interrogari non facit indicium, quando est prohibita interrogatio, vt d. l. maritus. ff. de quæstio. aut non est iusta responsio, quod est quando non potest inuitus cogi, & tunc idem si allegauit priuilegium, vt ff. de testi. l. lege Iulia. Aut non debuit interrogari ad probationem, & tunc potest interrogari, ad informationem, vt pupillus in ciuili, vel minor xxv. annis in criminali, tunc bene facit indicium ad inquirendum non ad decidendum, vt no. C. de his qui. vt indi. l. fi. in glo. ordi. Saly. in d. l. seruos. clarius hoc declarat, dicendo super q. prædicta ꝙ testis qui non debuit examinari, si examinatur, ꝙ quantum ad effectum condemnationis non facit indicium, nisi per alias probationes suppleretur, vt d. l. solam & ar. d. l. si quis ex argentarijs. §. j. aut quantum vt ex eo possit perueniri ad torturam, & tunc quidam sunt testes qui sunt prohibiti & interrogari, & respondere, & isti non faciunt indicium, 23 vt d. l. libertorum. & d. l. maritus. † Quidam sunt qui inuiti prohibentur interrogari, sed volētes possunt respondere. et isti ad respondendū compulsi etiam non faciunt indicium. vt ff. de testi. l. Iulia. & dicuntur compulsi priuilegio allegato, non aliter. vt l. parentes. & quod ibi habetur. C. de testi. parificantur enim isto casu inuiti. & qui nullo modo volentes etiam possunt admitti. Quidam sunt qui prohibentur interrogari quantum ad probationem, sed non prohibentur quantum ad informationē, vt minor. xxv. an. in causa criminali, & isti faciunt indicium quo ad inquirendum, vt d. l. fin. in glo. de his qui. vt indi. Abb. sic. in c. de cætero. de testi. dicit ꝙ licet laicus in criminalibus non possit testificari contra clericum, tamen facit indicium ad torturam. Et aduerte ad omnia supradicta, ꝙ nullus supra dictorum diceretur testis omni exceptione maior, vnde vnus solus testificaretur de visu non faceret indicium, sed si duo testificarentur de visu, facerent indicium. & similiter si testificarentur de circunstantijs quæ inducerent indicium, vt dixi supra in ij. q. princip. in ver. aduerte tamen.

SVMMARIVM.

1 *Indicium quale esse debeat, vt sufficiens sit ad torturam iudicis committitur arbitrio.*

2 *Indicium est sufficiens contra aliquem de furto, si sit malæ conditionis & famæ, & solitus talia facere.*

3 *Furtum à familiaribus & in domo conuersantibus factum præsumitur.*

4 *Furtum præsumitur factum per familiarem fugitiue à domo recedentem.*

5 *Indicium super furto cōtra aliquem habetur, qui cum antea pauper esset, multas pecunias habere reperitur.*

6 *Indicia & præsumptiones contrariis tolli possunt præsumptionibus & indiciis.*

7 *Fuga sola quando indicium sufficiens præbeat ad torturam.*

8 *Fuga non facit indiciū, vt quis possit subiici quæstioni, si possit aliqua probabili causa velari.*

9 *Fuga sola propter processum initiatum non facit indicium.*

10 *Fugiens de carcere per ostium carceris apertū, non est pro confesso habendus.*

11 *Officialis fugiens tempore syndicatus, pro confesso habetur, de his super quibus inquiritur.*

12 *Fuga quando præsumptionem & indicium inducat, & alios suos effectus producat.*

13 *Statutum dictans in omni casu fugam omnem facere probationem an valeat.*

14 *Indicium generale in quolibet crimine censetur, dum extra indicium crimen se commisisse aliquis fatetur.*

15 *Confessio extraiudicialis facta parte præsente, indicium facit ad torturam.*

16 *Confessio extra iudicium facta, indicium præbet ad torturam, si de tempore & loco deponat confitens.*

17 *Confessio facta coram iudice, sed nō in figura iudicii, vel coram notario sine iudice, an probet.*

Confessio coram iudice incompetenti facta quando probationem inducat.

18 *Mendacium an præstet quæstioni indicium.*

19 *Confessus de se, non est de sociis interrogandus,* fallit

fallit in quibusdam casibus.

20 *Fures de sociis & receptatoribus interrogari possunt.*

21 *Seruus de crimine conuictus vel confessus, de sociis & mandatoribus est interrogandus.*

22 *Latrones dicuntur qui publice stratas aggrediũtur, qui & de sociis interrogari possunt.*

23 *Interrogatio de sociis generaliter fieri debet non descendendo ad speciem, seu ad nomen certæ personæ.*

24 *Confeßio rei contra socios criminis, quando præsumptionem inducat aduersus illos.*

25 *Criminosus de consociis confessus, indiciũ ad torturam nõ præstat, nisi pluribus concurrẽtibus.*

26 *Iniuriatus vel percussus ab inquisito, vel accusato, asserens contra eum non facit indicium.*

27 *Confeßio tacita per pacem seu transactionem facta, an faciat indicium vel probationem.*

28 *Pax seu transactio super crimine multis potest modis fieri, vt transigens confiteri ipsum crimen non videatur.*

29 *Inimicitia facit indicium ad homicidium.*

30 *Variatio, pauor, & trepidatio, indicium faciunt aliis deficientibus indiciis.*

31 *Accusatus de crimine debet diuersis examinari vicibus, & varians quæstioni poterit subdi. Variationes & vacillationes factæ in tortura sine indiciis facta, torto nõ præiudicãt in aliquo.*

32 *Fama sola cum vno indicio sufficit, vt torturæ quis subdi poßit.*

33 *Minæ quando indicium sufficiens faciant ad torturam.*

34 *Homicidium factum in aliquo loco per quem aliquis solitus erat transire, qui maleficia consueuerat perpetrare, præsumitur ab eodem perpetratum esse.*

35 *Diuinatio an faciat indicium ad torturam.*

36 *Ars diuinandi non semper reprobatur.*

37 *Locutio secreta vel articularis cum aliquo facta, qui postea incontinenti homicidium commisit an faciat præsumi consilium vel mandatum ad hoc faciendum.*

38 *Armatus stans cum offendente præsumitur opem ferre.*

Quæstio tertia primæ partis.

Circa tertium videlicet qualia debẽt esse indicia per quæ deueniri valeat ad 1 torturam. † Dic, ꝙ Docto. omnes sunt in hoc concordes, ꝙ de hoc non potest dari certa doctrina, sed committitur arbitrio iudicis, vt ff. de testi. l. iij. §. eiusdem quoq; ibi, tu magis scire potes quãta sit testibus fides adhibenda, ita dicit Alb. Pau. de Eleaza. Odofre. Cyn. & Bar. in l. fi. ff. de qõ. dicit tamen ibi Barto. ꝙ in aliquibus criminibus potest dari aliqua via ad cognoscendum indicia 2 sufficientia ad torturam. † Et primo in crimine furti. nam aliquis accusatur de furto, possunt esse indicia contra ipsum, ꝙ est homo malæ conditionis & famæ, & consuetus facere similia. l. de minore. §. plurimum. ff. de quęst. & l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re mi. pro quo facit tex. in l. si cui. §. iisdem. ff. de accu. vbi qui semel fuit calumniatus, pręsumitur iterum calumniari. et quod no. Dy. in regula semel malus. in prin. lib. vj. Itẽ potest esse indicium, ꝙ ipse erat vicinus, & habebat notam illam domum, & quia conuersabatur ibi, vt est tex. in l. dominum horreorum. ff. loca. & ibi dixit Bart. notanter ꝙ si aliqui habent notitiam domus, sunt suspecti quando domus frangitur propter ædificiorum notitiam. nam tales personę de facili possent torqueri ad inuestigationẽ veritatis, vt hic. & ideo officiales quando committuntur maleficia, occulte consueuerunt mittere pro vicinis qui verisimiliter debent scire veritatem, ad quod. l. si ita, in fin. de fun. instru. & ibi per Iac. de Are. et Bar. Item Bar. in d. l. dominus, 3 notabiliter dicit nota. ar. † ꝙ furtum præsumitur factum a conuersantibus in domo, vel quod saltem sciant quis fecerit C. de repud. l. consensu. §. super seruis. Hinc etiam dixit Barto. in l. j. in fin. ff. si fami. fur. fe. dica. ꝙ famuli hospitatoris possunt torqueri pro re subtracta in hospitio. Prædicta tamen tempera secundum ꝙ notabiliter dixit Bald. in l. j. C. locat. ꝙ iudex ex qualitate personarum arbitrabitur quis ex vicinis sit torquendus vel non, vnde dicit ipse licet vicini præsumãtur scire, & propter hoc suspicio cadat in illis, tamen non omnes erunt torquendi, sed suspecti de scientia vel quod fecerit, argu. l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re mil. Terreri poterunt omnes, vt ff. de testi. l. iij. §. idem diuus sed non torqueri omnes; quia tortura in se habet iniuriam, secun- 4 dum eum, quod est valde notabile. † Item est aliud indicium ad furtum, ꝙ res quę reperiuntur furto subtractæ in domo, videantur furto subtractę per familiarem fugitiue recedentem, gloss. est not. in authen. de exhiben. re. in. §. si vero etiam quædam. Item est aliud indicium ad furtum, quia visus est exire de nocte illam domum, in qua fuit factum furtum, & habebat aliquid sub ius. Item quia visus fuit expendere monetam de illa stampa, cuius erat illa, quę fuit furto subtracta, hæc duo dicit Ange. in l. milites. C. de quęstio. & hoc dicit ipse nisi sit alia verisimilitudo in contrarium, puta quia ille qui fuit visus exire, vel pecuniam expendere, esset quidam magnus mercator, quia conditio personę excludit præsumptionem resultantem ex indiciis, ideo tunc est opus vt alia indicia concurrant.

5 Item est aliud indicium † super furto, si post furtum factũ repertus est quis expendere pecuniam, cum ante esset pauper, nec reperitur vnde habuit, argu. l. Quintus. ff. de dona. inter vir. & vxo. secundum Bar. in l. fi. ff. de quæstio. Item si illa res subtracta cedebat sibi ad commodum. puta erat instrumentum quo ad eum pertinebat, vt l. j. §. si quis instrumenta. C. de lati. liber. tollen. secundum Bart. in dicta l. fina. Item si post furtum reperitur res furtiua penes aliquem l. in ciuilem. & l. ciuile. C. de fur. Quod verum esse dicunt Doc. quando cum hoc concurrit sinistra suspicio, ex qualitate personæ, consuetæ. forte res furtiuas emere, vel consuetæ furari, quia tunc poterit deueniri ad torturam, si iudici videbitur, alias autẽ non si iudici non videbitur, propter grauitatem personæ, & honestatem, arg. l. nõ omnes. §. a Barbaris. ff. de re mil. ita dicit Bald. in d. l. in ciuilẽ. de quo etiam per eundem. & Cyn. in l. fi. in fi. C. de hære. insti. & per Cyn. in l. fin. C. de quæst. nec mirum; quia vt dicit Bart. in l. j. §. j. ff. de quæstio.
6 per illum tex. licet † reperiuntur indicia sufficientia ad torturam contra aliquem, tamen si pro ea sunt aliqua indicia, opus est ꝙ illa indicia ad torquendum sint magis vrgentia & fortia, & sic istæ præsumptiones, & indicia possunt elidi ex aliis indiciis & præsumptionibus; verbi gratia si ille penes quem res furtiua reperitur, est bone conditionis & famæ, vel si ostendit eum a quo habuit. vt d. l. in ciuilem. & d. l. ciuile habetur etiam in l. ancillæ. C. de fur. & hoc est generale, vt ipse dicit in omnibus aliis indiciis similibus. Ad hoc facit; quia vna præsumptio tollit aliam. vt l. diuus. ff. de in inte. resti. Item potest esse aliud indicium ad furtum; quia post factum furtum quis aufugit & se abscondit vt l. lex cornelia. ff. ad Sylla. Hoc tñ scilicet an fuga faciat indicium ad torturam examinemus latius. gl. tangit in l. admonendi. ff. de iureiur. & l. in bonæ fidei. C. eo. ti. & in authẽ. de exhiben. re. §. si vero. col. v. & aliquid in l. j. C. de requiren. re. & ibi per Odof. & per Cyn. in l. j. C. de raptu virg. Iac. de Belui. ĩ d. §. si vero. ibi per Bart. in d. l. admonendi. & in d. l. fi. ff. de qõ. & latius in l. lex. Cornelia. ff. ad Sylla. per Bald. in d. l. admonendi. & in d. l. in bonæ fidei, & in d. l. j. de raptu virgin. & in d. l. lex Cornelia. & l. de crimine. C. de adulter. per Ang. in d. §. si vero per Lud. de Vrbe. in d. l. lex Cornelia, & latius in d. l. admonendi, vbi ẽt per Bal. & Saly. & per Spec. in ti. de proba. §. fi. vers. vlt. per Ioã. And. in addi. Spe. in ti. de ꝑsum. §. speciei. per Areti. in suo opere maleficiorum. super gl. in verbo, fama publica versi. an fuga sit sufficens indicium, & ibi per do. Augu. de Ari. in suis addi. Ex quorũ omniũ dictis
7 colligo talem dictionẽ. † nam quandoq; fuga obijcitur alicui tanquã crimen ei pro crimine, et tunc probata fuga est probatum crimen l. desertorẽ. ff. de re mili. C. de desert. l. j. & ij. libr. xij. secundum Old. & hoc tenẽt Ia. de Are. Cy. Bar. Bal. Ang. & oẽs. Quãdoq; fuga obiicitur pro alterius criminis probatione, non vt sit de per se crimen, & tunc aut est tale crimen, ad cuius probationem & condemnationem sufficit sola suspicio, & tunc sola fuga sufficit; quia facit quem suspectũ vt in l. publicis. §. præterea. ff. de suspec. tut. & in hoc etiam concordant omnes. Aut est tale crimen, ad cuius condemnationem requiritur plena probatio de ipso facto, & non de suspicione tantum, & tunc aut quis fugit ante formatũ processum, aut post. Primo casu, aut fugit timore familiæ ne capiatur, & postea vocatus ad iudicium reuertitur & comparet, & tunc fuga nullum facit indicium contra eum, nec sibi in aliquo ꝑiudicat. vt no. Bar. in l. quis sit fugitiuus. §. scienti. ff. de ędil. edi. & ideo dixit Bald. in l. j. C. de ser. fugi. ꝙ statutũ puniens fugientem de carcere, nõ includit illos qui exiuerunt animo reuertendi. arg. institu. de rer. diui. in. §. pauonum. sed si cito reuertantur, secus si non reuertantur, & ita intelligitur glo. in d. l. j. ad hoc ff. de re mili. in. §. emansor. & l. qui cum vno. §. edictum germani, secundum eum. Si vero postea vocatus ad iudicium non veniat, et non comparet, & tunc fuga facit indicium & præsumptionem contra fugientem, & intelligo Bar. in d. l. fin. ff. de qõ. Aut non fugit timore familiæ potestatis, sed ex causa probabili; puta, quia timet ratione partialitatis, ne propter mortẽ vnius hominis interfecti, ipse ẽt occidatur, vel ꝙ ab aduersa parte, alias de delicto inculpetur, propter quod non est ei locus tutus, & propter fugam non resultat indicium sufficiens ad torturam. & ita loquitur Bald. in l. in bonæfidei. C. de
8 iuretur. † & propter hoc quidam consuluerunt, ꝙ si fuga potest ab aliqua probabili causa velari & colorari non facit indicium, vnde si quis propter homicidium factum de aliquo aufugit, ne consanguinei occisi ipsum interficiant, non propter hoc redditur suspectus de homicidio. nam aduersus periculum, naturalis ratio permittit se defendere l. itaque. ff. ad l. aquil. secundum eos. Idem consuluerunt quidam alij, si solitus transcurrere ratione mercantiarum, per diuersas ciuitates & loca, statim commisso homicidio de aliquo, ipse recedit, & allegat se pro mercantijs emendis vel vendendis recessisse, nam per eius recessum non fit indicium sufficiens ad torturam, alle. l. si cũ. §. ex iusta. ff. de fideicommiss. liberta. & ad hoc bene facit, quia in hac re dubia scilicet ex qua causa recesserit, interpretamur in meliorem partem l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re milit. & l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædili. edic. secundũ Bal. in d. l. in bonæfidei, & hanc sententiam etiam
9 tenebat Ludoui. de Vrb. in d. l. admonendi † Secundo vero casu quando quis aufugit propter processum initiatum, & tunc aut ad indiciũ faciendum allegatur sola fuga, & illa non facit indiciũ, & ita loquitur Bar. in d. l. j. ff. de bon. eorũ qui mor. sibi consci. Aut allegatur fuga vna cum alijs adminiculis aliquid suspicionis inferentibus cõtra fugiẽtem, & tunc ista simul iuncta faciunt indiciũ, arg. l. j. cũ ibi no. C. qui numero tute. et ita dixit Ludo. de Vrbe, in d. l. lex Cornelia, qui ẽt limitat dictum Bar. in l. j. C. de bo. eo. nisi iudici fuerit porrectus libellus minatorius de accusando, licet accusatio

satio non interuenerit adhuc; quia de hoc resultat in multis casibus idem effectus, qui resultaret ex libello accusatorio, vt est tex. in l. miles. §. sicubi. ff. de adulte. qui etiam limitat tertio dictum Bar. ibidem, nisi post accusationem institutam, quis fractis carceribus aufugerit, nam tunc fuga plenam probationem facit, & facit eum haberi pro confesso, de eo de quo procedebatur contra eum l. in eos & l. fina. ff. de custod. reo. & in d. l. lege Cornel. 10 † Quod est verum nisi aufugerit ostio carceris existente aperto; quia tunc non habetur pro confesso, nec fuga facit probationem criminis, secundum Guil. de Cun. & Bald. in l. succurritur. ff. ex qui. cau. maio. Item idem Bald. in d. l. admonendi. limitat illud verum quando quis aufugerit de publico carcere, secus si de palatio rectoris alleg. etiam Guil. in d. l. succurritur. vbi hoc tenet. De eo autem qui aufugit fractis cippis, Bald. in d. l. succurritur, per illum text. tenet idem ꝙ si fregisset carceres, & sine fuga, probat contra ipsum, tanquam si confessus fuisset, quasi nihil intersit, an parietibus, an compedibus quis teneatur. Dixit tamen Bar. in d. l. lege Cornelia, quod quamuis fuga deducta ad probationem criminis nō plene probet, sed indicium facit ad torturam, 11 † tñ hoc fallit in fuga officialis fugientis tempore syndicatu, quoniam tunc talis fuga plenam probationem facit eorum de quibus officialis accusatur siue inquiritur per l. consiliarios. C. de assess. Circa quod Salyce. in d. l. admonendi. quem ibi sequitur Ludo. dicit ꝙ aut officialis fugit ante finitum officium, & tunc illa fuga hoc inducit ꝙ punitur tanquam committens crimē læsæ maiest. Ita est casus in auth. de administ. §. j. colū. iij. Aut fugit post finitum officium, & intra quinquaginta dies quibus debet stare ad syndicatum, vt l. j. C. vt omnes tam ciui. quam mili. & in authen. vt iudi. sine quo. suffra. §. necessitatem. & tunc aut est reductus, licet inuitus ad locum a quo aufugit, & tunc fuga contra eum nullam facit probationē sed opus est ad condemnationem contra eum legitima probatione, casus est in d. §. necessitatem. Aut non est reductus ad locum a quo aufugit, & tunc fuga contra eum tantam facit probationem, quod iuramentum illi additum sufficit ad eū condemnandum. casum habemus sing. in auc. de colla. §. super hoc colla. ix. ita dicit Salyc. in d. l. admonendi. vt refert & sequitur ibi Ludo.

12 Illud circa hoc est † omnino menti tenendum, ꝙ tunc fuga inducit præsumptionem, & indicium, & alios suos effectus, quando est certa & manifesta, saltem per vehementem præsumptionem, ꝙ se illa de causa absentauerit, secundum Archi. qui ita signanter notauit iij. q. ix. c. nihilominus & in cap. cum contumacia. de hære. in vj. Item aduerte ꝙ fuga non inducit, indiciū sufficiens, quando fugiens per prius reputabatur bonæ vitæ & famę, secundum Archid. in c. decernimus. iij. q. ix. & fuit de mente Bal. in d. l. in bonę fidei. vbi dixit, ꝙ absentia alicuius in dubio præsumitur in bonam formam, vt superius relatum est. Aduerte ēt, ꝙ de fuga debet constare, saltem per duos testes, sicut de quolibet alio indicio, secundum ꝙ superius dictum est per glo. in l. fin. C. fami. ercis. Item voluit Cyn. in l. fina. C. de requiren. reis ꝙ suspicio quæ inducitur per fugam, tollitur per iuramentum fugientis quod est valde 13 notabile. † Quæro an valeat statutum ꝙ omni casu fuga faciat plenam probationem, vide per Ludo. in d. l. lege Cornelia. & Aret. in suo opere malefi. in glo. super verbo, fama publica. & ibi per do. Augusti. in addi. vbi etiam vide de statuto ꝙ stante rumore de delicto commisso in ciuitate fugiens capitaliter puniatur. Adde mirabilē effectum fugæ & absentiæ, secundum Bald. in l. j. C. de requir. re. ꝙ licet quando quis aufugit, incumbat onus probandi accusatori & accusato, tamen quando quis non aufugit incumbat solū accusatori. Item aliud dixit Bald. in l. de crimine. C. de adulte. per illum text. ꝙ ille qui aufugit ne veritas inquiratur, videtur quodāmodo fateri.

14 Aliud est indicium † generale super quolibet delicto quando quis extra iudicium confitetur se commisisse crimen illud, vt l. capite quinto. ff. de adul. secundum Barr. ibi. & per l. quæro. in fin. ff. de ędi. edic. & per not. in l. Fulcinius. §. item. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & idem voluit Ang. in d. l. capite quinto. vbi etiam plus voluit, ꝙ si confitens postea tortus negat, illa confessio nihil operatur. & sic patet, ꝙ in ea non cogitur perseuerare. quod est not. Bald. autem in l. j. C. de confes. tenet idem quod Bart. & Ang. quātum ad indiciū faciendum, sed quod non cogatur perseuerare in ea. Bal. videtur tenere contrarium in l. clarum. C. de auct. præstan. vbi dixit ꝙ si confessio extraiudicialis est verisimilis potest confessus cogi perseuerare. & ita intelligit d. l. quæro. & d. l. capite quinto. secus si non sit verisimilis, vt l. j. C. si quis Impe. male. & l. milites. C. de quęst. Et istud plus placet per id quod dicam sta-15 tim † Quidam tamen vir egregius & magnę authoritatis consuluit ꝙ tunc extraiudicialis confessio facit indicium ad torturam, quando est facta parte præsente, quod probat per d. l. capite quinto. a contrario sensu, dicit ꝙ fuit de mente Bald. in l. quoniam. C. de infa. quod non placet, per ea quæ not. glo. in l. fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & Angel. in l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. vbi dicit ꝙ delictum quod perficitur solo animo plene probatur per confessionem extraiudicialem absente parte factam. præterea d. l. capite quinto. illud non probat. Præterea est casus in d. l. quæro. in fin. ꝙ facta absente parte facit indicium. Est igitur vera conclusio ꝙ confessio extra indicium facta etiam parte absente facit indicium ad torturam per prædicta. quod etiam firmat 16 Bartol. in dicta l. quoniam. † Aduerte tamen secundum quosdam ꝙ confessio extra iudicium facit indicium quando est certa tempore & loco, videlicet, quod confitens dicat de tempore & loco commissi maleficij, allegant Bald. hoc tenere in l. admonendi. ff. de iureiuran. vide de hoc in dicta l. admonendi. in recollectis. vbi in vij. char. in versicu. vlterius. ad hanc gloss. allegatur Bald. ita tenere in l. bonæfidei. C. de

iureiuran. vide omnino per Caccialu. in dicta l. admonendi. vbi late examinat, pro qua require in lib. j. aduerte tamen ꝙ do. Tindarus in tracta. suo proba. in ea parte in qua tractatur de confessionibus. in ver. nunc de criminalium. in princi. fuit in noua opin. dicendo vbi talis confessio est verisimilis faciat plenam fidem in criminalibus sicut in ciuilibus, de quo dicit esse casum expressum. ff. de ædi. edic. l. quæro. §. fina. & in d. l. capite quinto, non impropriando text. ad quos Doct. non aduertunt quod dicit etiam probari multis alijs iuribus & rationibus, de quibus dicit se scripsisse in tracta. de testi. varianti. in vj. c. Et dicit quod verisimilia in hac materia sunt eadem per omnia sicut dicitur in ciuili, de quibus dicit se scripsisse in prædic. tracta. de testib. varianti cap. ix.

17 Quid autem † si confessio est facta corā notario maleficiorum absente iudice, vel coram iudice, non in figura iudicij, an probet plene vel faciat tantum indicium. Respondeo, glos. est sing. in l. iubemus. C. de lib. cau. ꝙ non probat plene, facit tamen indicium secundum Bald. ibi. vide etiam Ludo. in consi. viij. Sed quid si confessio est facta coram iudice incompetenti, an probet plene, vel faciat indicium coram iudice competenti. Respondeo ꝙ si illius iudicis incompetentis iurisdictio erat prorogabilis, valet confessio ad plenam probationem, si vero non erat prorogabilis, tunc est nulla confessio, vt in cap. at si clerici. de iudici. secundum Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de confes. §. sequitur. in versi. v. non valet. & ita refert & sequitur Angel. in dicta l. j. ff. de confe. poterit tamen cogi in ea perseuerare coram iudice competenti, secūdum Innoc. in cap. inquisitionis. de elec. vt refert Angel. in dicta l. prima & idem tenuit Bald. in l. magistratibus. ff. de iurisdi. omnium iudicum. Ex quo not. ꝙ saltem faciat indicium ad torturam, cum cogatur in ea perseuerare, sicut si facta foret extra iudicium, vt dicta l. capite quinto. & ita puto limitandum dictū Bart. in l. diuus. la ij. ff. de custo. reo. qui indistincte tenet dictam confessionem non valere. nam nō valet quo ad plenam probationem, sed quo ad indicium sic. hoc tamen intelligit Bald. in l. clarum. C. de auct. præstan. in fin. quando ex dicta suspicione oritur suspicio, vel infamia, & non alias, & ita limita dictum Inno. in c. inquisitione. & in cap. cum super. de confessis. Item dictum Inno. limitat idem Bald. in l. prima. vltim. colum. C. de confes. nisi confessus coram incompetenti iudice reuocet confessionem per dictum cap. at si clerici. Et ideo dicit ꝙ cautus debet esse torquendus ꝙ dicat expresse se dictam confessionem reuocare, nec habet probare errorem, quia non tenuit quo ad aliquod indicium iudicij, sed solum quo ad indicium facti, quod est valde notandum, vnde dicta indicia non vi indicij, sed vi simplicis confessionis valet quo ad indicium, tanquam si extra iudicium facta foret, vt dicta l. capite quinto. cogitur ergo præseruare nisi reuocet eam.

18 Quæro an mendacium † faciat indicium ad torturam, puta inculpatus de delicto reperitur in mendacio. vide Ludo. in consi. viij. qui dicit ꝙ sic, ita dicit tenere Bartol. in l. fina. ff. de quæstio. per l. minus. §. testes. eodem titu. & per cap. literas. extra de præsumptio. Addendo ad supradicta de confessione, quæro an confessio socij criminis faciat indicium ad torturam. Ad huius quæst. perfectam doctrinam. primo videndum est an quis debeat interrogari de socijs eiusdem criminis. secundo an examinatus & interrogatus faciat indicium ad torturam. † Ad primum respondeo ꝙ regulariter quis confessus de se non debet de socijs interrogari. l. fina. C. de accusatio. l. repeti. §. primo. ff. de quæstioni. & l. quoniam liberi. C. de testib. cum simi. Fallit tamen in casibus not. per glo. in dicta l. fina. & per Specula. in tit. de accusatio. §. primo. versicu. item repellitur qui fuit socius. & in titu. de teste. §. primo. versi. item ꝙ est socius criminis. Est enim a legislatoribus diffinitum, vt confessus de se, non debeat de alijs interrogari, vt dicta l. fina. Bartol. in hac materia in dicta l. repeti. §. j. tradit talem doctrinam, quædam sunt delicta quæ non committuntur principaliter in offensam alicuius vel odium, sed propter commodum committentium, vt falsare monetam seu fabricare, item furari. & isto casu possunt de socijs interrogari, vt probatur in l. diuus. ff. de custo. reo. & l. prouinciarum. C. de fer. & l. fi. C. de male. & mathe. & ita intelligit l. j. ff. ad exhib. & l. qui vltimo. ff. de pœn. quædam sunt delicta quæ committuntur principaliter in odiū alicuius. & in istis confessus de se non debet de alijs interrogari, vt de. l. fi. C. de accusa. & d. l. repeti. §. j. fallit in casu l. prius. ff. ad Sylla. † Ex quibus infert ꝙ fures possunt interrogari de socijs & receptatoribus. & si. argumen. d. l. diuus. Ratio prædictorum est; quia quando delictum committitur in iniuriam alterius, est qui alios delinquentes potest accusare, sed non ita in delictis, quæ non committuntur in alterius iniuriam, ideo magis permittitur iudici inquirere, secundū eū. Istam rationem cum dicto improbat Barth. de Saly. in d. l. fina. C. de accu. quia latro licet affectet res, & non personam, nisi propter res, hæc tamen affectio fit cum iniuria domini, ideo est qui eos accusare potest, & sic eius diuersitate attenta non deberet de socijs interrogari, quod est falsum per d. l. prouinciarum. Item maleficus in alienū odium sua facit maleficia, tamen de socijs interrogatur. C. ad leg. Iul. maie. l. pen. & fin. Item in crimine homicidij, fuit seruus interrogatus de socijs, vt l. j. §. fi. ff. de quæstio. Quapropter idem Salyce. dicit qualitatem personarum, & delictorum ponderandam fore. † nam aut persona inquisita vel accusata est seruilis conditionis, & tunc de mandatoribus vel socijs interrogari potest. Ratio, quia tales personæ vt plurimum, vt meticulosæ siue socij inuestigatu vel mandato non cōsueuerunt grandia delicta committere vel attentare, arg. l. quicunque. circa med. C. de ser. fug. & l. fina. C. ad leg. Iul. maiesta. & ff. ad Sylla. l. si

prius

prius.& l.si ser.& ff.de qõ.l.fin. quæ oẽs leges in ferius loquuntur. Ad quod etiã faciũt l. inde Neratius.§.si seruus.ff.ad l.aquil.& l.fi.ff.ad exhib.& quod in eis habentur per gl.& Doc. aut persona accusati vel inquisiti est liberæ conditionis, & non vilis, & tunc in criminibus quæ sine socijs regulariter non committuntur, puta de socijs interrogari posse, vt prouincia eis purgetur. ad hoc l.congruit.ff.de off.præsi.& ad hoc accedãt. ll.quæ dicunt latrones interrogari de socijs, vt d. 22 l.prouinciarum.& d.l.diuus.† cum enim latrones sint qui stratas aggrediuntur publice, vt l. capitalium.§.famosos.ff.de pœn.& hi soli non sint, sed plures, nec sine receptoribus, faciliter lex permisit de socijs interrogari, cum vt plurimum sint ignoti & occulti. Idem potest dici de falsatoribus monetarum.vt C.de fal.mo.l.j.quia regulariter in eo misterio plures sunt necessarij. Idem dicit de his qui contra principem moliũtur;quia talia non consueuerunt committi per vnum solũ. Aut est delictum quod consueuit committi sine socijs, & tunc aut delictum est contra communem salutẽ omnium,& tunc de socijs potest interrogari.d.l.fi.C.de malefi.& mathe. Et est ratio; quia & contra socios inquirere intendit ad cõmunem salutem omnium,& ideo nisi radicitus tale vitiũ extirpetur salus cõis non habebitur,& idem etiã potest dici quod de latronibus dictum est supra, vbi aũt hæc cessant de alijs non debet interroga-23 ri.vt d.l.fi.& d.l.repeti. †Qualis autem sit modus interrogandi.no.glo.in l.si prius.ad Sylla.& Cy.in d.l.fi.da accu. quæ debet fieri generaliter non descendendo ad speciem, & ad nominationẽ certæ personæ; quia si ad speciem descenderetur, nõ esset quærere. sed potius suggerere;quod fieri non debet, vt l.j.§.qui quæstionem.ff. de quæstio. quod intellexit nisi contra aliquem in specie sit legitima præsumptio,vt sentit glo.in d.l.fi.& facit l.j.C.de quæstio.secundum Bar.in d.l. fi. Vbi plus subdit ꝙ quando sua sponte nõ interrogatus alium nominat,nominatio suspecta habetur a lege rationibus assignatis ibi in tex.sicut alias diximus in teste sponte se offerente; quia est suspectus,vt no.glo.& Bartol. in l. post legatum.§.his ver.ff.de his quibus vt indig.& per hoc sit expeditum primum dubium.

24 Ad secundum †videlicet an interrogatus de socijs & cõfessus faciat præsumptionem.glo.in d.l.fin. dixit ꝙ sic.quod intelligit Cyn.quando debuit interrogari,& non alitrr,& istud etiam tenuit Saly. dicẽs tamen ꝙ non per se solum, sed si esset contra illũ consortẽ criminis legitima præsumptio, tũc facit legitimum indicium ad torturam, & sic dicit debere intelligi l.qui vlti.in fin.ff.de pœ.& C.de custo.reo.l.j.in glo.iiij.ad hoc facit glo.in d.l.fi. quæ exigit præsumptionẽ aliquam prius contra eũ contra quem interrogatur debere procedere, & ita et voluit glo.xv.qõ.iij.nemini. & ibi per Archi.quinimmo.vbi nõ in specie, sed in genere quis interrogaretur de socijs, ita ꝙ cõtra neminẽ esset præsumptio in specie,tũc confessio criminosi de alio indicium sufficiens ad torturam non faceret,secundum Saly.in d.l.fi.quod est valde no-25 tandum. † Vt ergo confessio criminosi interrogati de socijs faciat indicium ad torturam, oportet ꝙ plura concurrant, videlicet ꝙ confessus interrogetur in casu in quo de iure possit interrogari. Idem ꝙ interrogetur in specie contra aliquem, & non in genere. tertio ꝙ contra illum consortẽ in specie sit aliqua legitima præsumptio,alias nõ facit indicium ad torturam,secundũ eum, Sed qđ dicit, ꝙ debet interrogari in specie contra aliquẽ ad hoc vt faciat indicium,non credo verũ, immo ex doctrina glo. Cy.& Bar. illa interrogatio est potius sugestio ꝙ̃ exquisitio veritatis,quæ nõ est aliter facienda,vt dictum est, & ideo puto totum contra in hoc ꝙ interrogatio debet generaliter fieri absq; alicuius nominatione,nisi aliqua indicia sint contra certam & specialem personam; quia tunc specialiter poterit de aliquo interrogari, & facit indicium sua confessio, si cum ea concurrat alia legitima præsumptio, & ita potest intelligi etiam glo. in l.fi.ff.ad exhiben.vbi autem quis de se confessus,interrogaretur de alijs socijs, & ille confiteretur contra aliquem contra quem nulla esset legitima præsumptio, vel interrogetur in casu a iure non permisso, tunc licet non faciat indicium ad torturam, tamen facit indicium ad inquirendum contra nominatum, & ita intelligo dictum Oldra.quem Bal.refert & sequitur in l.et si certum.in prin.ad Sylla.vbi etiã per Ang.creditur ergo quantum ad inquirendum,sed non quãtum ad puniendum,secundum eos ibi, & ita etiã dicit do. Domi. de sancto Gemi. quem ibi sequitur Capra in c.clericos.de senten. excom.in vj. Sed quæro quomodo opponetur contra testem, ꝙ est socius criminis, ne ex illa oppositione videatur opponens fateri crimen, vide in Spec.in titu. de accu.in iiij.col.in versi.caue tamen.

26 Sed an assertio † iniuriati faciat indicium vel probationem cõtra inquisitum, vel accusatum.dic ꝙ non, casus est apertus in l.si quis in graui.ff.ad Sylla.in.§. si quis moriens, & nedum non facit plenam probationem, sed nec indicium ad torturam sufficiens, vt dixit ibi Ang. argu.l.j.§.si quis filium.ff.ad Carbo.& l.Seia. in princ.ad Velle. & videtur casus in simili in c.sicut,de testi. facit quod no.Cyn.in l.j.C.qui accu. non pos.Ad idem facit, quia assertio percussi nõ facit probationem etiam in mortis articulo, vt d.§.si quis moriens, ergo nec faciet indicium ad torturam,quoniam indicium est species probationum,per not.per Bar.in l.fi.C.de proba.& a quo remouetur genus, remouetur quælibet eius species.C.de vsur.re. iu.l.fin.ff. de fundo instru. Ex quibus apparet ꝙ si dicta assertio probaretur per duos testes,non facit indicium, & ita etiam egregie vidi consultum per quosdam: credo tamen ꝙ bene sufficiat ad inquisitionem formandam per ea quæ nota. Bald. & Dyn. in dicto.§. si quis moriens, & per ea quæ not. gloss. & Bal. in l.ij. C. de calum. vbi notabiliter dicit, ꝙ licet in articulo mortis constitutus dicat ꝙ aliquis fecit occidi eum, tamen ista verba non inducunt præsumptionem quæ sit species probationis, sed

quandam vilem præsumptionem, secundum glo. & not. de effectu istius vilis præsumptionis; quia excusat a calumnia excusantem ex necessitate, non autem ex voluntate. pro hoc facit l. nostris, in ratione sui, & l. qui non probasse. & l. fin. eo. titul. de collu. 27 † Quæro quid de confessione tacita quæ fit per pacem, an inducatur per eam probatio vel indicium. dic ꝙ probatur plene delictum, per ea quæ habentur per Bartol. & Bald. in l. transigere. C. de transa. & per Bald. in cap. j. §. iniuria. de pace iur. fir. in vsib. feu. de hoc videtur text. in l. quoniam. ff. de infami. Bald. in d. l. quoniam. & l. furti. §. pactus. eod. titu. dicit ꝙ faciens pacem nunquam intelligitur confiteri delictum quo ad condemnationem. sed Archid. ij. quæstio. iiij. c. in omnibus, dicit ꝙ licet paciscens videatur fateri crimen, vt d. l. quoniam. tamen istud est verum si aliquo dato paciscitur, secus si gratis, vt d. §. pactus. 28 † Sed quomodo poterit fieri pax, vt per eam non videatur quis fateri. Tancredus de corneto in sua compendiosa, dicit ꝙ fiat hoc modo, ꝙ dicat, ꝙ hoc facit, vt euitet sumptus litis, non ꝙ commiserit crimen de quo facit pacem, vt ff. de infa. l. furti. §. pactus. Item alio modo, videlicet ꝙ is qui iniuriam, vel damnum recepit, remittat per pactum omnẽ iniuriã, & omne damnum, quod constaret, vel constare posset, sibi ab aliquo illatum quacunque de causa. vel iniuriatus faciat pacem cum iniuriato, & ei remittat iniuriam quam constat, vel constare posset illum sibi intulisse, quia ex hoc nihil videtur fateri. Alij dicunt generalius, scilicet ꝙ notarius debet dicere tales fecerunt pacem & concordiam de omnibus iniuriis, vulneribus & offensis quæ dicuntur per dictos se adinuicem fecisse & intulisse, nam tunc non videtur fateri. Aliud erit indicium ad delictum, si aliquis fuisset fugatus cum rumore commisso aliquo delicto l. itaque ff. ad l. Aquil. ita dicit Barto. in l. fi. ff. de qõ. facit quod ipse no. in l. de minore. §. plurimum, circa medium. eo. titu. 29 † Aliud erit indicium ad homicidium vel aliud delictum. scilicet inimicitia, ꝙ inculpatus erat inimicus occisi, vel iniuriati, vt dicit idem Bart. alleg. l. prima. §. cum quis. ff. de questioni. ad hoc facit quia inimicus præsumitur cogitare malum pro suo inimico, vt ff. de his quib. vt indi. l. inimicitiæ. & l. ex parte. istud indicium firmat Spec. in tit. de præsum. §. species. ver. sed pono. & versi. & idẽ est nõ. Ludo. in l. j. §. si qs villã. ff. ad Sylla. Itẽ dat aliud indiciũ quod fuit visus facere preparamenta ad hoc, vt emere gladium, & similia. Et ꝙ illo sero quo factum est homicidium, fuit visus ire per aliqua loca per quæ vicinia eum non consueuerat videre scdm eum. ad hoc facit, quia propter locorũ varietatẽ varia colligitur coniectura. C. si manci. ita fue. alie. l. fin. ff. de pe. l. aut facta. §. euenit ista sunt indicia quæ ponit Bar. in d. l. fi. ff. de qõ. remittens reliqua arbitrio iudicis. Alia quædã indicia ponit ipse Bar. in l. de minore. §. plurimum, eo. titu. vbi dicit per illum tex. quod iudex debet aduertere qua constãtia & trepidatione examinandus loquatur, & sic ista indicant aliquid iudici. 30 † & ideo vbi alia indicia non præcedunt, tamen ex eo ꝙ quis trepide loquatur coram iudice, pauendo & variando, possunt haberi indicia sufficientia ad torturam, vnde debet iudex examinãs esse cautus vt faciat dicta eius sic varia & diuersa scribi in actis. & similiter qualiter trepidando loquebatur, & similia ne ei possit dici ꝙ fecit ipsum poni ad torturam sine indicijs secundum eum. alleg. Inno. in c. quoniam contra falsam, de proba. vbi dicit, ille qui examinat testem debet hoc facere scribi in actis, scilicet ꝙ hoc dicebat trepidando & balbutiendo & si. & Spe. in titu. de testi. §. nunc tractandum est in ver. hoc autem scias. ita dicit Bar. in d. §. plurimum, quod est valde notabile & elegans. hoc etiam approbat Bal. in l. presbyteri. C. de epis. & cleri. qui subdit hoc relinquendum iudicis arbitrio, qui inquirat indicia ex alijs indicijs non ex solo pallore faciei, vel trepidatione. vide etiam ad prædicta Are. in suo opere maleficiorum. in glo. in verbo, fama publica. col. xxiiij. ver. ix. quæro 31 † qui etiam dicit, ꝙ habens inculpatum pro delicto in manibus, debet ipsum examinare pluribus diuersis vicibus, & continuo facere scribi omnia dicta eius, & si reperierit ipsum variare, poterit ipsum ex hoc ponere ad torturam & repetere. Quod intellige verum nisi torqueret reum iniuste sine indicijs, & ipse tunc vacillaret et variaret. quia vno sero diceret vnum & vno sero aliud in tortura; quia omnes ille confessiones & vacillationes factæ illo modo in tortura etiam si essent milies ratificatę nõ valerent, ita dicit do. Augusti. de Ari. in addi. ad dictum opus maleficiorũ, qui et ibi approbat dictũ Bal. in d. l. presbyteri. An fama publica faciat indicium sufficiens ad torturam, late hoc disputat Gandi. in tract. malefi. sub rubri. de quæstionibus. ver. sed de vno q̃ro pone forte probatum &c. & tandem concludit 32 † ꝙ si cum fama concurrit vnum aliud indicium tunc poterit poni ad torturam, & hoc secundum iura ciuilia, sed secundum iura canonica dicit ipse cum fama faciat semiplenam probationem & æquiparetur dicto vnius testis c. illud, de præsump. & c. si quis, extra de purga. cano. cum si. tunc per solam probationẽ famæ quis poterit torqueri, & subdit ꝙ assessores hoc seruant communiter, & dicit ꝙ multoties vidit obseruari pro & contra per iudices & assessores secundum varias diuersorum opiniones. Sed tu serua contrarium, vt per solam famam non torqueas aliquem. nisi sit iuncta cum aliis indicijs, ita videtur residere Bart. in d. l. fi. ff. de quæstio. & in l. de minore. §. tormenta. eo. ti. & Saly. in l. ea quidem. C. de accu. & gl. in l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. & vide per Cy. in l. fi. C. de quæst. & Bal. in c. j. §. iniuria, de pace iura. fir. & in hoc residet Areti. in suo opere maleficiorum in gl. fama publi. in ver. & an fama. & ibi etiam dom. Augusti. de Ari. in addi. dicens ꝙ si ipse esset assessor, poneret aliquem ad torturam ex sola fama, quod tamen limitat secundum quod dixit Bartol. in quodam suo consilio incipiente, do. Paci de burgo, nisi fama esset multum vehemens, quia tunc sufficeret ad torturam, & ita tenet Bald. in d. §. iniuria in ix. colum. Item limitat nisi cum fama concurreret

curreret dictum syndici cum iuramento qui ita denūtiauit scilicet talem commisisse hoc delictū, secundum consilium Bartol.consi.clxxxvj. Item limitat vbi cum fama esset probatio ꝙ infamatus esset homo malæ conditionis & vitæ, ita probat Gandi.in tracta. malefi. sub rubrica ex quo tempore possit fama incipere, in versi. sed pone ꝙ crimen.& affirmauit in fin.in d. versic. sed de vno quæro. Adde quod dixit Bald. in d.l.iij. .§.eiusdem.in addi.ꝙ vbi est varia opi. gentium, tunc fama non est indicium sufficiens ad torturā.

33 †Quæro vlterius, an minæ faciant indicium sufficiens ad torturam. Spe. ponit hanc quæstio. in titu.de præsumptio.§.species, versic. sed pone & Bald.in l.metum.C.quod met.cau. & in l.j. C. si quis Impera.male.& Cyn.in d.l.metum.& vide per Imo.& Doc.in l.pachumeuius.ff.de hære. insti.& per Bartol.in l.famosi.§.j. ff.ad leg. Iul. maiest.& Salyc.in d.l.j.& Anto.de But.in c.tertio loco.de proba.& Ang.in l.fin.C. de quæstio. & in l.j.C.de his qui.vt indig.& Abb.in ca. scribam.de pręsum.ex quorum dictis conclude aduertendum esse ad conditionem personę. Nam si est homo potens exequi minas & malæ famæ in eodem genere mali, vel solitus minas executioni mandare,& maxime si post minas statim reperitur commissum delictum, & tunc minæ faciunt indicium ad torturam. Aut minans erat homo vilis conditionis & impotens ad talia, vel bonæ conditionis & famæ, nec solitus minas exequi, tunc secus per tex.in d.l.j.C. si quis Impera. male. Adde secundum do. Bal.de Bartolinis de Perusio in l.licet Imperator.de leg.j.ꝙ si plura concurrant, videlicet præcedens inimicitia, secundo ipsæ minæ,tertio percussio sequens, quarto sine magno interuallo fuit percussus,tunc forte ex his non solum poterit torqueri sed condemnari ex contiguitate actuū,per id quod habetur in l.iij.in .§.in bonis.ff.de priuile. credi. & quod in simili not.Barto.in l.j.in fin.ff.si quis te.li. esse iu.fue.

34 †Est & aliud indicium secundum Ray.in l.iusto,in princ.ff.de vsur. ꝙ homo reperitur occisus in loco vbi Titius erat solitus frequenter transire & conuersari,nec aliud maleficium reperitur ibi commissum,præsumitur occisus a Titio,quod tñ intelligo concurrente alio, videlicet ꝙ Titius solitus erat alia maleficia perpetrare,arg.l.si cui .§. hisdem.ff.de accu.in l.si ita.§.fi.ff. de fund.instru.Si autem istud non concurreret non putarē proueniendum ad torturam,per ea , quæ in simili not.glo.& Bal. in l.in ciuilem. & l.ciuile.C. de fur.& Bal.in l.fi.ff. de hære.insti.& de hoc habetur per Ludo.in l.j.§. si quis villam.ff. ad Sylla. Vbi inducit illū tex.ꝙ si ante ostium domus Titij reperitur corpus mortuum præsumitur a Titio interfectum,quod etiam limitandum puto , vt supra proxime dixi de quo per Bar. in l.ædiles. ff.de via publica.Quid autem si in vna domo vbi reperitur quis occisus erant quinque aut plures et nescitur quis occiderit, an contra omnes illos sit præsumptio, vel quid fiendum ponit Lud. ibidē.

35 †Quæro an diuinatio faciat indicium, puta aliquis diuinator, incantator consultus dicit ꝙ Titius commisit tale furtum , vel Seius , an ex hoc poterit quis poni ad torturam ego vidi fieri incātationem in quadam fiala , vel cum forpicibus & cribro. Dic ꝙ non: quia talibus non est adhibenda fides,vt l.item apud Labeonem.§.si quis astrologus. & ibi hoc tenet Ange.ff. de iniur. facit.l. verbum.C.de infami.dixit tamen Bald. in quodam suo consilio incipiente , In dei nomine amē quia.q. ista de tortura &c. ꝙ licet ars maleficiorum sit reprobata. vt l.nemo.C.de malefi.& mathema. tamen quandoque permittitur ꝙ maleficium tollatur per aliud maleficium, si alio modo non potest, ꝙ̃ per incantationem etiam demonū; vt no. in summa confessorum per magistrum Ioā. de Ripa. sub rub.de impedimento ligaminis.tamen non debet recedere a Deo quicquid ore proferatur , secundum opinio. multorum theologorum. nam licitum est aliquando de aqua turbida bibere,vbi fluuius stagnantis aquæ deficit. Medicinæ enim omnes sumuntur non ratione delectationis ; quia sunt horridæ, sed solum ratione sanitatis recuperandæ,retinendæ,vel adipiscendę,sicut arte & natura manifestum est,& sæpę vulnus vulneri additur vt vtrunque curetur hæc Bald. ad literam in dicto consilio .

36 † Ex hoc videtur ꝙ quamuis diuinandi ars sit reprobata , tamen vbi magnum ex delicto immineret scandalum, forte nec Deo, nec hominibus reprehensibilis videretur, dummodo animus a recto non recedat, non dico ꝙ ad torturam procederetur , sed ad inquisitionem , nam si diuinator aliquem inculpat poterit iudex pro illo mittere , & videre qua constantia , aut trepidatione, & quo rubore & pallore loquatur, & ex hoc sumere indicium veritatis, vt l.de minore.§. tormenta.ff.de quæstio. Item dicit Bartol. in l.si veteri.§.eorum.ff. de priuile.credi. ꝙ si aliquis accusatur de consilio præstito ad homicidium committendum , & de homicidio , probatur per famam.Item probatur ꝙ ille fuit locutus homicidæ , & ille statim iuit & occidit, sed nesciebatur quid dixit ei certe ex breuitate spatij temporis præsumitur consilium dedisse ei,per gloss.in d.§.secundum eum. Item dixit Bald.in l.j.C.de ser.fugiti.in iiij.col. ꝙ si aliquis locutus est ad aurem , & in illo statim secutus est factum, & præcedit capitalis inimicitia, præsumitur mandatum , allegat Bartol. ff.de acquiren.hæredi.l.qui aliena.§.si quis mihi bona.§.fin.de priui.credito.l.si veteri.& argu.ff. de repu.l.dubium.

37 † Vel si erant pariter inimici,dicit ipse, pręsumam consilium , & sic in partem mitiorem,quia efficacius , & durius obligat mandatum quam consilium,vt not.in c.ex consilio,de reg.iur.in vj.per Io. An.Sinautem nō pręcesserunt causę,tunc,nec causarum præsumo,et si pręcesserint capitales inimicitię,secundū eum,& sic Bal.videtur restringere dictum Bart. in d.l.si ventri.solū quando quis secrete alloquitur,et ille quem alloquitur,pariter sunt inimici occisi , sed quādo nulla esset inimicitia capitalis, tunc dicit, ꝙ illa allocutio cum facto subsequuto non facit indicium , & istud placet. Et ita puto intelligendum quod not. Bald. in l. multum.C. si quis

alteri

alteri vel si. vbi dixit ꝙ si inter Titium & Seiũ fuit tractatus de occidendo Martinum per ipsum Titium postea ipse Titius occidit, & præsumitur ꝙ fuerit secutus ipsum tractatum, & ꝙ fuerit ita ordinatum inter ipsos, licet testes dicant de finali ordinatione se nescire, & alleg. Bar. in d. l. qui aliena. §. si quis mihi bona, quia aliter loquitur, 38 & in casu diuerso & claro. † Item insurgit aliud indicium siue præsumptio contra eum qui stat armatus cum offendente, ꝙ dederit auxilium & fauorem. Nam ille qui se armat, de rixa, vel bello præsumitur cogitare vt not. Bal. in l. j. in iij. col. C. de ser. fugi. & l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Supradicta placet retulisse cum sint exempla quotidiana & approbata a legibus, & Doct. Multa alia etiam possent poni exempla quæ iura committunt iudicantis arbitrio prudenter inspicienda, prout superius dixi in princ. huius iij. quęstio. princi. Adde an testes examinati super vno processu contra vnum faciant indicium super alio processu contra alium. vide Barto. in l. a sententia. de appella. Adde quid si iudex vidit committi aliquod maleficium & nõ habeat alia indicia, an ex hoc possit deuenire ad torturam. Specu. in tit. de sen. §. qualiter. versi. item debet ferri secundum allegata. videtur velle ꝙ nõ, & ipsum tenet Bal. in l. fi. in prin. C. de appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Damnari nemo potest, ex indicio semipleno seu dubitato, sed ex indicio indubitato iudicem in viam condemnationis dirigente potest quis damnari.*

2 *Testis singularis de visu deponens cum fama & aliis adminiculis certis sufficientem ingerit probationem in factis antiquis, & delictis occultè factis.*

3 *Indicia indubitata censentur, quæ ita per legem approbantur, vt ad ipsa velit condemnationẽ subsequi.*

4 *Reo in tormentis confitenti non prodest confessionem reuocare, si contra eum alia reperiantur indicia.*

5 *Indicia indubitata dicuntur quando plura in vnam tendentia consonantiam, veritatem indicant.*

6 *Indicium an præsumatur homicidii contra fugientem nudo gladio, vbi quispiam reperitur occisus.*

Fuga inculpati & reperti cum mucrone madefacto cruore, vehementissimum præstat homicidii indicium.

7 *Indicium certum censetur, si post mutuam duorum rixam, alter vulneratus videatur.*

Præsumptio in quibus sufficiat criminibus, vt ad condemnationem deueniatur.

8 *Meretrix probari potest ex verisimilibus circumstantiis, nedum tactu & actu.*

9 *Sacerdos seu presbyter mulierem amplexatus, causa benedictionis impartiendę hoc ipsum pręsumitur fecisse.*

10 *Cuius pecunias alicui qui ex eisdem conducit gentes aduersus ciuitatem mutuantis, an ad huiusmodi conductionem sit mutuasse præsumendus.*

11 *Indicium homicidii præsumitur contra eum qui aduersus aliquem gladium strinxisse visus est, licet non fuerit visus percussisse, si ipso fugiente alius reperiatur interfectus.*

12 *Condemnatio quando possit sequi ad minas præcedentes, & quibus concurrentibus.*

13 *Iudex sola habens indicia contra delatum, quãquã indubitata tutius per torturã confessionẽ delati extorqueat prius quam condemnet.*

14 *Iudex per præsumptionem procedens, suam valde temperare debet sententiam.*

15 *Iudex secundum præsumptiones iudicans, finibus pœnarum, vt a iure scriptæ sunt, contentus esse debet.*

16 *Condemnari ad mortem nemo potest ex indicio quanquam indubitato.*

Quæstio quarta j. partis.

Circa quartam quæstionem

prin. videlicet qualia debeant esse indicia ꝑ quę deueniri valeat ad condẽnationem. Super qua q̃stione quæro primo an quis damnandus sit ex indiciis. Dic ꝙ duplex est indicium, scilicet semiplenum & dubitatum, & istud dirigit iudicem in viam quæstionis habendæ. Quoddam est indicium plenum siue indubitatum, & istud diri-1 git iudicem in viam condemnationis. †Ex primo quidem indicio nunquam quis damnatur, vt ff. de pœn. l. absentem. in princip. quia sanctius est impunitum facinus nocentis relinquere, quam innocentes condemnare, vt ibi dicit text. Ex secundo vero indicio quis potest, & debet damnari, vt l. si qui. C. de adul. & l. fina. C. de proba. regulariter tamen ex indiciis non est quis damnandus, cum in criminibus probationes debeant esse luce clariores, vt dicta l. fina. C. de probatio. & habetur in l. licet Impera. ff. de leg. j. Adde an confessio facta in tormentis licet non ratificata iuncta cum aliis indiciis sufficiat ad condẽ-2 nationem. vide Saly. in l. fi. C. de proba. †Adde ꝙ si est vnus testis de visu, cum fama, & aliis adminiculis certis & probabilibus, est sufficiens probatio in factis multum antiquis de quibus non est memoria, & in delictis quæ occulte fiunt

fiunt vt voluit Iac. Bal. secūdum quod recitat Hosti. & Abb. in c. præterea. de testi. in fi. vide Bart. in l. j. §. idem Cornelio. ff. de qōni. qui dicit generaliter ꝙ vnus testis de visu cū aliis indiciis facit plenam probationem in delictis. per text. ibi per l. ij. §. j. ff. de excusa. tuto. & ibi per gloss. iuncta l. instrumenta. C. de proba. Secundo quæro quid sit indicium indubitatum, vide eius diffinitionem supra in j. q. prin. Dixit tamen Nico. de Mata. in d. 3 l. fi. prout ipsum ibi refert Bald. † ꝙ indicia indubitata sunt ea quæ adeo a lege sunt approbata, ꝙ lex vult per illa fieri condemnationem. sicut est exemplum in d. l. si qui. Ex quo sunt indubitata legi, debent esse indubitata iudici. vt no. in l. si tutor C. de peri. tut. alias iudex faceret litem suam, quia dicunt indicia indubitata. Quandoq; tñ non sunt talia indicia quæ sunt a lege approbata, sed sunt iudicis religiosi arbitrio commissa, tamen simul collecta, īdicāt indubitabiliter veritatē, vt est exēplum in confessionibus per tormēta extortis, quæ non per se, sed cum perseuerātia, vel fama, vel verisimilitudine facti vel aliis adminiculis indubitabiliter indicant veritatem. vt l. sancimus. & l. qui scientiam. ff. de pœn. & l. j. §. diuus. ff. de quæstio. secundum Nico. de Matar. quod intellige qñ sunt plura indicia valde proxima vero, sicut est vnus testis de veritate facti, & duo testes de extraiudiciali confessione facta per delinquentem cū confessione extorta per torturam, & sic præcedentibus legitimis indiciis quamuis postea confessio talis sit reuocata; quia tunc bene faciunt indicium indubitatum, secus si indicia essent leuiora per ea quæ no. Barto. in l. fi. ff. de quæstion. in illa. qō. an sufficiat vnum vel plura indicia. & ita intelligo 4 glo. in l. ii. §. ætas. ff. de excu. tuto. † Ex quibus habemus notare, ꝙ non prodest confitenti in tormentis reuocare confessionem si contra se sunt alia indicia; quia coniuncta cum confessione quanquam extorta per tormenta, indicant indubitabiliter veritatem, nisi reuocans probaret contrarium, vel clare, vel per alia indicia, quod est notandum secundum Bal. in d. l. fi. Item ponit exemplum idē Nicol. de Mata. vbicunq; ex qualitate & multitudine indiciorum indicatur veritas oculis mentis iudicis, sicut clara lux ostendit veritatem corporis, exemplum in eo qui ingressus est quandam domum & post modicam horam auditus est clamor mulieris, & statim visus est qui intrauit exire cum gladio sanguinolento, & visa est mulier in facie vulnerata, vnde dubitatur an esse probatum de vulnere contra illum, & videbatur ꝙ nō, quia non fuit visus vulnerare, & quia non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse, vt C. de probat. l. neq; natales. potest enim esse ꝙ hæc mulier vulnerauit seipsam, tamen dicendum est sufficienter probatum, quia non præsumitur ipsamet sibi vulnus intulisse, sed quod passa sit ab inimico, secundum Nico. de Mata. Patet ergo quid sit indicium indubitatum. nā ea sunt quæ sunt approbata a le- 5 ge. † Item quando simul plura collecta & in vnam consonantiam tendentia indicant indubitabiliter veritatem vt C. de quæstio. l. milites. §. oportet, secundum Bal. melius facit quod not. in l. ii. §. ætas. ff. de excu. tuto. & l. j. in princip. ff. de quæst. & ibi aliis argumentis ita probationi admouetur vt sola confessio seruorum deesse videatur. & l. quæro. §. fina. ff. de ędil. edi. quæ solet allegari, vt ibi dicit Bald. ꝙ ex multis indiciis insurgit plena probatio, & ꝙ qñ indicia sunt multa ex his colligatur violenta præsumptio, quæ sit sufficiens ad condemnationem, tenet etiam do. meus do. Io. de monte Sperello in l. admonendi. ff. de iureiur. qui dicit de hoc esse tex. in l. excipiuntur. ff. ad sille. & do. Catal. de viso, in quodam suo consilio, ꝓ quo require in litera a, ad char. cccclxxiiij. Itē Bar. ponit aliud exemplum de indicio indubitato 6 ī l. ij. ff. de fur. † ꝙ si aliquis fuit visus aufugere cū gladio euaginato, & reperitur aliquis mortuus ex hoc comprehenditur manifestum homicidium, ꝙ ille talis illud commiserit, per illum text. sed in hoc exemplo Ang. ibi tenuit contrarium, si aliter non probatur, quia potuit ille esse de auxiliantibus. Item potuit ille percussisse, sed non exanimasse, vt l. item illa. §. si plures. ff. ad l. Aquil. & ꝓbatio debet esse necessario concludens, vt in ca. in præsentia, de proba. Dicit tamen ꝙ vehementissimum facit indicium ad torturam fuga diffamati, & inuenti cum cultello, maxime tincto cruore. & ita practicatur secundum eum pro hac Ang. opi. facit quod not. Bal. in l. cōuenticula. C. de episcop. & cleri. vbi dicit quod quoties contrarium eius quod testis dicit stare potest cum veritate rationis testis, nunquam dictum testis probat necessario, sed ita est hic igitur, &c. de hoc etiam vide inferius. Aliud exemplum de indicio manifesto ponit Sal. in d. l. fi. C. de probat. ex quo dicit 7 deuenire posse ad condemnationem. † Pone duo rixantur adinuicem in qua rixa, vnus percutitur, & vulneratur testes examinati dicunt ꝙ non viderunt qñ fuit talis percusio, sed viderunt eos ad inuicem rixantes, & statim dimissa rixa viderūt ꝙ ille erat percussus & vulneratus, certe ex hoc resultat indicium indubitatum, ex quo deueniri valeat ad condemnationem. Item adde ꝙ licet in criminalibus regulariter ex præsumptione deueniri non valeat ad condemnationem, vt habetur in l. licet Impera. ff. de lega. i. tamen secus est in criminibus quæ de sui natura secrete patrātur, vt in adulterio, sodomia, simonia, & similia, ex quo in istis est dfficillimum habere claras probationes per id quod habetur in d. l. qui adulterii. C. de adul. & in c. ex literis. & c. illud. & c. tertio loco. de proba. in c. præterea. el ij. de testib. & not. Bart. in d. l. ii. ff. de fur. & d. l. capite quinto. ff. de adulter. & vide de hoc per domi. meum do. Bald. 8 de Bartholinis in d. l. licet Imperat. † Item dixit Iacob. Butr. in l. neque natales. C. de proba. ꝙ probatur ꝙ aliqua sit meretrix non probato tactu & actu, sed probatis circunstantiis vt plurimū verisimilibus; vt quia passim scholares intrabant domum ipsius de die & nocte, quia qñ scholaris loquitur cum puella non præsumitur dicere Pater noster. ita dicit Bal. ibi & refert in l. fi. de hæredi. inst. Item dixit Bar. in l. ii. ff. de fur. ꝙ si aliquis deprehenditur in domo vbi erat pulcherrima mulier, ꝙ iste est manifestus adulter, & ita dicit

cit debere intelligi d.l.capite quinto. Mod.Doc. dicunt hoc esse verum quando probaretur etiam aliquod ex signis venereis, de quibus in d. l. quod ait, in princip.ff.de adul.per glo.& Barto.† hoc tamen fallit in sacerdote siue presbytero, quia si amplexaretur mulierem, præsumitur facere causa benedicendi, vel ad pœnitentiam exhortandi dicit glo.xj.q.iij.absit refert Specu.in tit.de præsump.§.species.circa princip.sed ab hac benedictione & exhortatione liberet nos Deus.

9

Item si officialis tempore syndicatus aufugit de loco vbi gessit officium, præsumitur contra eũ de omnibus querellis de eo factis, & ex hac sola præsumptione damnatur, vt C.vt omnes tam ciuiles quam milita.l.j.& l.consiliarios.C.de assesso.

Item si maritus ter denũtiauit alicui ne loquatur cum vxore sua, quia habet ipsum suspectum de adulterio, quod si postea inuenit eum loquentẽ cum ea, & hoc probatur, præsumitur ipsam adulterasse, & ex hac sola præsumptione damnatur, vt in authen.vt lice.matri. & auie.§.is quoque. colla.viij.& C.de adulter.authen. si quis sæpe.

10 † Item sunt quidam qui dicunt ꝙ si aliquis mutuat alicui pecunias, & ille accipiens statim conduxit gentes contra ciuitatem mutuantis, ꝙ ille mutuans præsumitur mutuasse vt illa gens conduceretur, & ꝙ fuerit conducta de dicta pecunia, & tunc dicunt esse præsumptiones iuris, & de iure argu.l.fina.C.de pigno.& quod ibi Bal. & in l.si ventris.§.in bonis.ff. de priuileg.credi.ita dicunt ipsi in l.quarta.ff.ad legem Iuliam maiest. Adde ad id quod superius dictum est de viso aufugere cum gladio euaginato, & aliquis reperitur mortuus, quod ex hoc colligitur indubitatum indiciũ de homicidio contra illum, vt voluit Barto. in dicta l.ii.ff.de fur.Iem voluit Thomas de Piperata, vt refert Ioan.Andreæ.in titu. de probatio.§. primo.ver.xiij.& Bal.in l.ii.§.fina.ff.de adulte. & Bal.in auth.quas actiones.C.de sacrosanct. eccle.& in l.neque natales.C.de proba.& l.fin. eo. titu.& in l.fina.ff.de officio proconsul. & legat.

11 † Et idem dicit ibi idem Thom.si visus fuit admenare cultellum, licet non visus fuerit percutere, & postea ibi reperitur interfectus, & postea visus fuerit fugere, & apparet ꝙ erat sibi inimicus & fama laborat contra eum, & idem si probatur quod Titius erat inimicus Seii. ff.de quæstio. l.j. .§.præterea, vel quod tempore occisionis erat in loco, vel quod receptauit occidentem, vel quod occidens erat familiaris, vel domesticus, vel quod Titius iactabat se quod Seium fecerat interficere, vel quod inter eos offensæ præcesserant. Sed Ioannes Andr. tenet ibi quod ista indicia non sint sufficientia ad condemnationem, sed ad torturam, & idem tenet Ioan. de Imola in l.fin.ff.de hær.insti. Et istud est tutius, dicit. Aretinus in opere maleficiorum.in gloss.in vers. fama publica, in ver.quæro an vnum indicium, & idem tenet ibi dñs Augusti. in suis additio.qm̃ istę probationes non concludunt, quia poterat eẽ ꝙ ille qui aufugiebat cum gladio euaginato quicquid fecit ad suam defensionem fecit, & dicit hoc esse de iure verius, videtu tamen omnino de his per Abb. in c.tertio loco, de proba. vbi bene loquitur & qui videtur residere cum opi.j. Tho. de Piperata.

12 † Item licet ex minis contra aliquẽ factis non resultet præsumptio contra minantem de delicto ad condemnationem, vt dicit Specu. in titu.de præsum.§.ij.circa fi.per text.ii. q.viii. c.sciant, tamen potest dicit ꝙ si multa concurrant primo præcedens inimicitia, secundo ipsæ minæ tertio ipsa percussio sequens, quarto quod sine magno interuallo fuerit secuta, tunc forte ex omnib. istis poterit condemnari, & maxime ex contiguitate actuum per id quod habetur in l.iiij.§.in bonis.ff.de priui.cred.& quod not.Bar.in fin. in l.j. in fi. si quis testa.li.es.ius.fue. & ẽt fuit de mente Bal.per illum tex.in l.j C.si quis Impera. male. & ẽt fuit de mente Dyn.in suo tra.de quæst.de inimico viso exire de domo occisi cum gladio sanguinolento, ita dicit do.meus do.Bal.de Bartholinis.in d.l.licet Impera. Item de istis indicijs indubitatis, vide omnino per Gand.in opere maleficiorum sub rub.de indiciis & præsum. indubitatis, de quibus ad condemnationem deueniri potest qui ponit multa exempla, & de illo qui exiuit cameram cum gladio sanguinolento pallidus.Item de capitali inimico, Item quod vnus vidit admenare, item ꝙ fugit.

13 † Notandum tamen ꝙ licet ex indiciis indubitatis quis damnari possit absq; aliis probationibus, vt superius dictũ est, Tutius tamen & melius faciet iudex qui nõ habet alias probationes ꝗ̃ dicta indicia indubitata, si extorquet confessionem per torturam.vt l. si excepta. in fi.C.de male.& mathe.ita eleganter dicit Bal. in l.milites, C.de quæstio.& ita ẽt sentit licet nõ ita clare.in l.fi.C.de hære.inst. quod est menti tenendum, licet dubium sit, ꝙ vbi de crimine liquet non debet procedi ad torturam, vt l.quoties. C.de quæst.sed forte potest responderi illud habere locum quando liquet per alias veras probationes ꝗ̃ per indicia etiã manifesta, vti est in casu nostro. Aduertendum tamen est notabiliter ꝙ vbi iudex iudicat ex præsumptionibus multum debet temperare suam sententiam, & maxime ne condemnet ad pœnam corporalem iuxta not.per Inn. in c.afferte, quia verisimile. de præsump.quod colligitur ibi ex sententia Salomonis qui licet ex præsumptione adiudicaret vni mulieri filium, non tñ condemnauit aliam mulierem ad mortem, ad quã ex morte pueri veniebat condemnanda. Idem vult Specu.in titu.de præsum.in.§.species ver. in summa,

14 † dicẽs ꝙ vbi iudex procedit per præsumptionem valde debet temperare suam sententiam & tardus debet esse ad infligendum pœnam corporalem, vel pecuniariam arg.ij.q.j.nomen. & c. j. Idem volunt domi.Cardi. Anto.de But. & Imo. in d.c.quia verisimile.& Old.in consi. cxcij. qđ incipit, viso diligenter, & Petr.de Anchar.in regula, semel malus, ix.col. & Abb.in c. ij.de cohabi.cler.& mulier.& in c.at si clerici.§.de adulterijs de indiciis, & in c.auditis.de præscri. & Bal. in l. fi.C.de proba.dicens ꝙ vbi proceditur ex ꝑsumptionibus imponitur mitior pœna, & ꝙ non potest imponi pœna corporalis, quia propter inopiam probationis minuitur pœna. Subdit tñ ꝙ licet

cet quando proceditur ex præsum. mitigatur pęna, tamē quando pœna habet certos fines nunquā potest ex qualitate probationum exaggerari, vt l. generaliter, in prin. ff. de decu. vbi est tex. nota.
15 † Et ideo iudex debet esse contentus finibus pœnarum, prout sunt scriptæ a iure secundum eum, vnde pōt dici ꝙ aut loquimur in præsumptione iuris, scilicet quando iudex vult ferre sententiā per quandam præsumptionem quā lex expresse approbat in criminalibus, & tunc potest condemnare in pęnam corporalem, vel pecuniariā prout ius disponit, vt dicta l. si qui adulterij. C. de adul. & ita tenet Abb. in cap. accedens, de simo. & ita intelligit do. August. de Ari. in addi. ad opus maleficiorum in gloss. in verbo, fama publica super ver. quæro an vnum indicium vel plura. & ita dicit esse intelligenda dicta Docto. maxi. Abb. in c. j. de iudiciis. in xiij. col. Aut loquimur in præsumptione hominis, & tunc aut cum illa concurrit confesio criminosi extorta per torturam, & idem, aut non concurrit confesio prædicta, & tūc aut sumus in pœnis a iure expresse limitatis & habet locum dictū Bal. aut in pœnis arbitrariis, & habet locum dictum Innocens, & Specu. vide omnino ad prędicta per Bal. in d. l. fi. qui multum bene loquitur de triplici probatio. in criminalibus. Item limitat prædicta idem do. Augu. ibidē nisi ageretur de puniendo aliquem pecuniariter, vel pœna leui corporali, puta fustigationis text. est in. l. iij. §. qa plerunq;. ff. de offi. præfec. vigil. vbi ex culpa præsumpta, quia incendium præsumitur culpa illa habitantium potest quis fustigari. Sed tu potes dicere ideo hoc esse, quia lex approbat expresse hanc præsumptionē, vnde erit idem prout supra dictum est. Item idem do. Augu. ibidem dicit ꝙ Ioan. An. in addi. Spe. in tit. de ꝓbatio. §. fi. ver. xiij. limitat alio modo, videlicet, nisi iudex se moueret ex præsumptione violentissima, & ita refert Innoc. in c. afferte. de præsumptio. Adde ad omnia prædicta Gandi. in opere suo maleficiorum, qui notabiliter dicit ꝙ vidit in practica obseruari.
16 † & ita omnes sapientes Bononiæ volunt, ꝙ nullus posit capitaliter condemnari ex indicio quantumcunq; indubitato, secus si veniret imponenda pœna pecuniaria. Adde vnum menti tenendum quod dicit Bal. in d. l. si qui adulterij, ꝙ condemnatus ex præsumptione iuris, & de iure non potest appellare, per illum tex. qui dicit talem haberi pro confesso & conuicto. & per l. ij. C. quorum appel. An autem confessus in tortura appellet scribit Bal. in d. l. fi. C. de proba.

SVMMARIVM.

1 *Indicia & præsumptiones contrariis eliduntur præsumptionibus, & indiciis.*
2 *Conuersatio præcedens monstrat qualis vnusquisque sit præsumendus.*
Fama bona thesaurus inestimabilis, et lilium suaue perolens.
3 *Indicium per testem singularem habitum eliditur, aliis refragantibus circunstantiis.*
4 *Indicium homicidii contra aliquem ortum ex minis & inimicitia, eliditur si absentia & distātia probetur a loco homicidii tempore.*
5 *Præsumptio affirmatiua per negatiuam tollitur.*
6 *Indicia contra delatum grauiora esse debent his quæ pro se habet vt torqueri possit.*

Quæstio quinta j. partis.

Circa quintam quæstionem

principalem quæ est, quomodo & qualiter tollantur & elidanter indicia.
1 † Dic ꝙ tollantur indicia & præsumptiones per contrarias præsumptiones & indicia, vt dicit Bar. in l. fin. C. fami. ercis. nam licet præsumatur ꝙ damnum datum sit potius a vicinis ꝗ̄ ab aliis, vt no. Iac. But. & Bar. in l. si ita. §. fin. ff. de fun. instru. & superius fuit dictum, tamen hęc præsumptio tollitur & eliditur per bonam & laudabilem famam & conuersationem, quia pro bono præsumitur bonum & bene & prudenter viuere, vt dixit Bald. in l. j. C. loca. circa fin.
2 † Vita enim præcedens magnam partem confert ad præsumendum ꝙ quid sit, vnde caueat vnusquisque ab infamia; quia non solum in eo de quo est infamatus, sed etiam in aliis grauat eius opinionem: vt extra de reg. iur. c. defleat peccator. & not. in l. ii. C. qui testa. face. pos. sed bona fama est thesaurus hominis inestimabilis & iocundus, & sicut lilium dat suauitatē odoris, verba sunt Bald. in l. j. C. de confessis. in iiij. col. Item licet præsumatur contra aliquem de furto, si probetur ꝙ exiuit de illa domo de nocte, in qua furtum commissum fuit, & ꝙ habeat aliquid sub mantello, tamen si probatur ꝙ ille talis eras magnus mercator, vel talis conditionis ꝙ non sit verisimile furtum commisisse, excludetur illa præsumptio est conditione personæ, ita dicit Angel. in l. milites. C. de quæstio.
3 † Item indicium quod sumitur ex vno teste de veritate, potest elidi si aliæ circunstantiæ refragantur, secundum Ioan. And. in cap. cum in contemplatione. de reg. iur. vt refert Bald. in l. ij. C. quorum appe. non re. Et ideo si testis deponeret ꝙ vidit talem solum subtrahere & portare de loco ad locū vnū lignū, quod non ferrent decem homines, hoc probato indicium illius testis eliditur, deficit enim eius dictum in verisimilitudine l. milites. §. oportet de quæstio. Nam imposibili posito in esse, nullum sequitur cōtingens. l. filium. j. respon. ff. de his qui sunt sui vel alie.
4 † Et ideo licet contra accusatū, vel inquisitum de homicidio Titij probentur inimicitiæ capitales, & minæ de occidendo, & propter hoc resultet indicium ad torturam, tamē illud indicium tollitur si accusatus probat suam absentiam & distantiam a loco homicidij tempore quo illud fuit commissum, ꝙ nullus secundū naturam posset illuc accedere ad illud faciendum

recedendo

recedendo de illo loco & accedendo ad locum homicidij, præsumptio enim quæ tollitur probatur quod sit impossibilis, vt dicta l.filium, & dicit ibi Bal.ꝙ præsumptio nihil operatur vbi veritas in contrarium probatur. † Item præsumptio affirmatiua tollitur per negatiuam. Item vbi non potest haberi certa probatio, recurritur ad præsumptionem secundum eum. præsumptio ergo tollit præsumptionem, vt d. ll. & l.diuus. ff.de in integr. restitutio. & dicta l.si qui adulterij.C.de adulte.vbi dicit Bald.not.ꝙ non creditur id quod non est verisimile euidentibus indiciis, & idem dicendum est in similibus de hoc etiam per Bald.in l.non ignorat.C.qui accus.non pos. in secunda colum. † Illud est bene notandum, ꝙ quando torquendus habet aliqua indicia pro se, habent esse indicia magis grauia contra se,ita ꝙ præponderent, ita vt ad torturam deueniri valeat. dicit Bartol.per text. ibi in l.j.§.ad quæstionem,ver.nec facile.ff.de quæst.item Bal. no.dixit ꝙ si testator exculpauit reum, puta de eius morte inculpatum, ꝙ propter hoc reus non poterit ex indiciis torqueri, quia habet indicium innocentiæ pro se, vt l.j.§.paulus.ff.de ope. lib. si tamen liquido constaret de crimine punietur, vt l.secunda.ff.ad Sylla.ita dicit ipse in l.j. in vltima colum. C. communia delega. quod est notan. ad hoc etiam quod no. Bald.in l.iurisgentium.§.si paciscar.ff.de pac.

SECVNDA PARS

Tractatus de tortura & quæstione.

Diuisio.

Primo quid sit quæstio, & vnde dicatur.

Secundo quid appellatione quæstionis contineatur.

Tertio in qua causa debeat haberi qõ.

Quarto qui possint torqueri,& qui non.

Quinto qualiter peruenerit debeat ad quæstionem.

Sexto quis sit effectus torturę & qõnis.

Septimo qualiter puniatur torquens aliquem indebite.

Octauo subnectam aliqua notanda communia de indiciis, & quęstione.

Nono & vltimo describentur aliqua in practica maleficiorum non inutilia iuuenibus latrunculatoribus, vbi sub epilogo recolligentur quasi omnia quę in hoc tractatu continentur.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio est veritatis inquisitio per tormẽta, & cordis dolorem facta.*

Territio leuis, quæstio non dicitur absque dolore cordis.

2 *Quæstio a quærendo dicitur vel inquirendo quòd per eam negotii veritas inquiratur.*

Quæstio prima secundæ partis.



CIRCA primum dic ꝙ quęstio † est inquisitio veritatis per tormenta, & cordis dolorem. Nam nuda, & leuis territio absque dolore cordis non dicitur quæstio in ista materia. vt l. item apud Labeonem.§.quæstionis.ff. de iniur. & l.j.§.quęstionum.ff.ad Sylla.Ita diffiniunt Azo in summa de quæstio. & Odofr. in quodam suo tracta.quem fecit de quæstionibus.

2 †Et dicitur quæstio a quærendo, vel inquirẽdo, quia per ea inquirit seu quæritur veritas negotij de quo disputatur, & ad illuminandum veritatẽ fieri debet & non aliter, vt l. item apud Labeonem.§.quęstionem.ff.de iniur. & l.hoc quod placet.C.de quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Quæstionis appellatione q̃ censeãtur venire.*

2 *Carceratio vel detentio simplex, an ueniat quæstionis nomine.*

3 *Confessio tormentis adhibitis facta vel prope tormenta,dicitur metu tormentorum facta.*

4 *Territio leuis dicitur, si quis tantum ad funem ducatur.*

Confessio non dicitur metu tormentorũ facta in carceribus, quando non denegantur alimẽta.

5 *Confessio metu tormentorum facta non censetur, si iudex delato torturam minetur.*

6 *Tortura siue quæstio variis instrumentis & modis dari potest.*

7 *Iudex torquendi carnem scindens vt confiteatur, capite plecti debet si moriatur.*

Quæstio secunda secundę partis.

Circa secundũ videlicet quid contineatur appellatione qõnis.†Respondeo,continetur carceratio facta de aliquo,vt nõ comedat donec dicit negotiũ de quo quæritur. Item qualitercunque per vim & tormenta quis compellitur ad aliquid dicendum vr̃ qõ. & quęstionis. verbo continetur.l.item apud.§.quęstionis ff.de iniur.l. j.§.qõnem ad Sylla. Item negatio cibi dicitur q̃stio.l. necare.ff.de lib. agn. Item chorda. l.decuriones.C.de quęst.& l.nullus.ff.ad legem Iuliam maiesta.Itẽ quęlibet vis illata personæ. vt l.si.C. de aboli. † Sed an simplex carceratio, vel detentio contineatur appellatione quæstionis vel tormentorum, videtur ꝙ non, quoniam carceratio & detentio fit etiam nullis pręcedentibus indiciis, & ad solam custodiam. quęstio vero siue tormenta non fiunt nisi præcedentibus indiciis, vt l.j.

vt l.j.§.diuus.ff.de quæst.propter quod dicit Ang. in d.l.item apud.§.quō.ꝙ si statutum prohibet aliquem torqueri sine scientia priorum,ꝙ nihilominus poterit carcerari absq; ipsorum conscientia, dummodo carceratio non sit cum denegatione cibi.& idem tenuit in l.nemo.C.de exact.tri.Idem secundum quosdam si carceratio esset periculosa alicui ratione loci vel ratione infirmitatis, vel inferret infamiam,ratione qualitatis personæ detentæ,quia tunc potest dici inesse tortura in detentione secundum eos.† Sed hic quæro quando dicatur confessio facta metu tormentorum.Respondet Bart.in d.l.j.§.diuus Seuerus.ff.de qō.ꝙ tunc dicitur facta metu tormentorum,quando est facta adhibitis tormentis, vel ita facta prope tormenta aliquo ligato, & præcedentibus minis deponendo ad torturam.non autem quælibet leuis territio facit videri confessionem esse factam formidine tormentorum,sed debet esse positus in tormentis,vel ductus ad ea. Item si esset in carcere in quo de fame & frigore multum patiebatur.nam tunc formidine tormentorum videtur factam arg. ad hoc.ff. de iniur.l.item apud.§.qstionis,facit.ff.de vi et vi arma.l.iij.§.si quis visus,dum dicit,sufficit terror armorum secundum Bar. †Dixit tamen Ange. in d.§.quæstionis,ꝙ sola ductio ad funem est leuis territio,sed ductio & ligatio bene facit videri cōfessionem extortam metu tormentorum ; quia ibi inest terror cadens in constantem virum , vt l.interposita.C.de transac. est enim timor proximus torturæ arg.l.j.C.de sica. Item dixit Bal.ꝙ manicis ferreis ligatur. dicitur torqueri in l.j.C.de custo.reo.Confessio autem facta in carceribus, in quibus non denegatur cibus,non dicitur facta metu tormentorum, per dicta supra in proxima q. & ideo talis confessio valet & nocet confitenti. ita tenet Bal.in l.j.C.de confes.in vj.col.& per consequens non requiritur ꝙ in ea perseueret, per ea quæ dicemus in ix.q. prin.Sed Gand. in tractatu malefi.in rub.de quæst.& tormentis,in versic.dictum est supra tenet,quod sufficiat esse penes torturam , licet non fuerint ligatæ manus de retro , vt dicatur confessio facta metu tormentorum & ibi respondet ad d.§.quæstionem. † Dicit tamen ꝙ si extra locum in quo homines torquentur,iudex dixit,aut confitearis aut ducam te ad torturam, inferendo sibi terrorem,propter hoc non dicetur cōfessio facta metu tormentorum;quia est leuis territio,per d.§.quæstionem.& cum hoc videtur transire do.Augu.de Ari.in addi.ad tractatum maleficiorum Aretini in glo.in verbo,fama publica in antepenul.col. Adde ꝙ Bart. in l.nouissime per illum tex.ff. quod fal. tuto.aut. voluit ꝙ dicatur confessio facta metu tormentorum , si tantūmodo apud torturam quis fuerit spoliatus solum, & non ligatus,nec minatum sibi de tortura , si non confiteatur , & ibi dicit ꝙ semel habuit hoc de facto Frorentiæ.Et quia supradictum est,quid contineatur appellatione tormentorum, scias † ꝙ multis varijsque modis & instrumentis vtuntur latruncalatores & iudices maleficiorum.Nam quidā dant reo & ei imittunt aquā per nares,in qua ēt nonnulli imponunt calcem obstructo ore bibentis,quod genus torturæ. vt audiui , est periculosum ne ex eo suffocetur tortus.Quidam ponunt taxillum in osse pedis,qui vulgariter dicitur losso pazzo.Quidam ponunt muscionem in ventre,siue vmbilico,et desuper ponunt ciatū ad includendum illum,ne possit egredi. Quidam torquent cum lingua caprina hoc modo, quia lauant pedes torquendi cum aqua bene salita,& ligato torquendo super scanno , faciunt vt capra cum lingua lambat plantas pedū, quod libenter facit , propter auiditatem salis , & audio ꝙ istud est durissimum tormentum , & sine periculo. Quidam torquent in mittendo virgas inter digitos manus stringendo cum cordula.Quidā vtuntur corda,ligatis manibus post terga,quod genus torturę cōmuniter est in vsu,& vnunquodq; prætorum ex publico habet tale instrumentum. vt videmus vbique , & istud est a consuetudine cōiter approbatum,& etiam de iure,vt l.nulli.C. ad leg.Iul.maiesta.Sed in isto debet adhiberi maxima diligentia,et debet moderate adhiberi,alias solent multa pericula incidere. Alij ligant solum vnam manum ad funem & sinunt sic pendere super terrā.Audiui etiam , ꝙ dantur detento ad comedendum carnes multum salitæ,et denegant potum. Aliqui lauant pedes torquendi , & plantas inungunt larido porcino , & ligato torquendo super scannum,faciunt,vt plantæ pedū vrgant versus ignem validum,& sic iuxta ignem sinunt permanere. De modis autem & instrumentis aliquibus torquendi crudeliter, ponit Bald.in.l.j.C. de emen. seruorū.vbi dicit per illū tex.in verbo, laniauerit.†nota contra iudices qui scindunt alicui carnes vt confiteatur crimen , nam si moritur tortus in tormentis , iudex iste debet decapitari tanquam homicida.& Ange.in l.nemo carcerem C.de exact.tri.lib.x.dicit no.tex.contra iudices. qui propter deletationem inueniunt nouam speciē tormentorum , hi enim appellantur iudices irati, & peruersi, & ratione peruersitatis dominus confundet eos,quia sunt perpetuo ignorantes.Sapientes enim talia ab horrent , & virtutum illuminatione, scientiæ formam propagant , reliqui vero actibus impijs se exaltare dicentes , confundunt eorum famam apud bonos & graues incessanter inquinantes.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio seu tortura applicari potest in causa criminali criminaliter agitata.*

2 *Seruus in omni causa & in omni crimine iudicis arbitrio torqueri potest , sed liber in grauibus tantum & criminalibus.*

3 *Iniuria personalis dicitur graue delictum.*

4 *Delictū leue quòd dicatur,& quæ leuis iniuria.*

5 *Tortura etiam locum habet si de crimine ciuiliter agatur.*

6 *Causæ ciuiles in quibus differant a criminalibus in materia torturæ.*

Quæstio

Quæstio tertiæ secundæ partis.

Tertio principaliter quæro.

1 In qua causa sit habẽda q̃o. & tortura? † Respõdeo ꝙ in criminali causa non est dubium, si criminaliter agitur, vt patet per totũ tit. ff. & C. de quæst. & maxime in l. j. & l. edictum. ff. eo. et l. milites. §. oportet. C. eo. ti. & dixit gl. in d. l. j. ꝙ in quolibet crimine habet locũ tortura, & per cõsequens tã in publico, quam in priuato crimine potest quis torqueri, facit quod not. glo. & Doc. in l. verbum. C. de infa. Aduerte tamen, ꝙ non pro omni crimine

2 potest quis toqueri. † Super quo dic, ꝙ aut loquimur in seruo, & tunc põt arbitrio iudicis in omni causa torqueri, & in omni crimine. vt l. edictum, supra alle. & ibi per Doc. & per Bart. in l. diuus. eo. titu. & per Gandi. in ti. de quęst. & tortu. in suo opere maleficiorum. Si autem loquimur in homine libero; & tunc in causis criminalibus & grauibus potest torqueri. In leuibus autem criminibus non, vt habetur in dictis iuribus. vnde male faciũt iudices qui pro quibuscunque leuibus iniuriis faciunt quem poni ad torturam, ista sunt verba Papiẽsis in sua practica in forma inquisitionis in gl. in verbo, hæc est quędam inquisitio circa. xij. col.

Sed nunc cadit declarare quod dicatur leue crimen & leuis iniuria. Nam Bart. in l. non solum. §.

3 si mandato. ff. de iniur. † dicit, ꝙ quælibet iniuria personalis dicitur delictum graue. sed Papiensis vbi supra dicit quod trahere quem per capillos. vel contra aliquem proiicere lapides est leue crimen. Bart. autem in d. §. si mandato, dicit ꝙ leuia delicta sunt illa in quibus non requiritur dolus. vt dare damnum. Item quando filius patri, vel libertus patrono non est obediens. Item quãdo quis est repertus cum armis, vel ire de nocte. & his similia, vt ludere. & idem dicit in l. leuia. ff. de accus. vbi etiam dicit, vt superius dixi. ꝙ delictum commissum in personam est graue. quod Ang. ibi dicit esse verum, nisi opinio illius patriæ aliud velit, vt est Florentiæ, vbi percutere pugno reputatur leue. Item dicit Bart. in d. l. leuia. ꝙ quodlibet delictum etiam commissum dolo tamen in re parua, vt est furtum rei paruæ, est delictum leue. † Adde

4 quod delictum leue dicitur crimen abigeatus, furtum domesticum, & leuis iniuria verbo illata, secundum Spec. in ti. de execu. sen. in. §. nunc dicendum. ver. xlij. vbi vide vt hæc refert & sequitur do. Ma. Sozi. in c. j. de libel. obla. in xlvij. fallen. Item. Ang. in d. l. leuia, dicit ꝙ leuia delicta sunt quando leuis pœna imponitur, non attento alias sit de iure leue, vel graue, & vide gl. in c. cum illorum. de sen. excõ. in verbo, membri, quæ dicit ꝙ relinquetur iudicis arbitrio quæ dicantur crimina leuia, vel non. quam glo. approbat do. Augu. de Ari. in addi. in tractatu maleficiorũ in gl. in verbo

5 hæc est quædam inquisitio. col. xv. † Sed quęro quid si de crimine agitur ciuiliter, an erit locus torturæ. Respondeo ꝙ sic, vt ẽt dicto casu quis torqueri valeat vt l. sicut. C. de fal. & ibi etiam per Bal. qui dicit ꝙ tunc debebit mitius agi. Sed an in ciuili causa potest adhiberi torturam? Dic ꝙ sic, sed tunc demum cum alias veritas sciri non potest nisi per torturam l. diuus. in prin. ff. de quęstio. vt not. gl. in l. ex libero. in prin. & est text. in l. quoties. C. eo. facit l. super. & l. hoc quod placuit. & l. interrogauit. & l. fin. eo. titu. In subsidium ergo in ciuili causa peruenitur ad torturam vt d. l. diuus.

6 † Sed secundum hoc in hac materia torturę nulla videtur differentia inter ciuiles & criminales causas, dic secundum Bar. ꝙ immo est differentia, nam in causa ciuili & pecuniaria torquentur serui, & non liberi, vt l. edictũ. ff. de quæst. & l. si quis decurio. & l. vbi falsi. C. de fal. hoc tamen intelligo ꝙ etiam in causa pecuniaria liber non torquetur in se, vt dicit Bart. in alium bene torquetur si vacillat vt d. l. ex libero. Quod qualiter intelligatur dicam infra in iiij. q. prin. Item dicit Barto. ꝙ non ita de facili peruenitur ad torturam in causa ciuili sicut in criminali, & graui. vt d. l. diuus. vbi ipse hoc ponit, putat tamen ꝙ non ex omni causa quis sit torquendus, sed in hoc aduertendum iuxta dispositionem. d. l. edictum. & d. l. ex libero.

SVMMARIVM.

1 *Torqueri possunt liberi & serui liberti, & statu liberi.*

2 *Libertus vt liber est torquendus, & in eisdem casibus.*

3 *Confessio mulieris prægnantis, facta in tormentis nulla est.*

Tortura existente illicita, irritatur quicquid sequitur ex ea.

4 *Liber homo, tam in se quam in aliis, torqueri potest, præcedentibus indiciis.*

5 *Indagatio exquisitissima non fit quando pro crimine ciuiliter agitur, sicut quando agitur criminaliter.*

6 *Clericus in testem inductus non est vacillans torquendus.*

7 *Diuites bonæ opinionis & famæ in duobus tantum casibus torqueri possunt.*

8 *Hominibus vilis conditionis in testimonium admissis non adhibetur tanta fides quanta aliis.*

9 *Testis non est torquendus in eum, contra quem fert testimonium non inuitus.*

10 *Domesticus non debet torqueri in eum cuius est domesticus.*

11 *Testis qui non est omni exceptione maior, non debet torqueri in causa ciuili.*

Tortura non datur, nisi delictum certo sciatur.

12 *Testis an possit torqueri nõ præcedẽtibus indiciis.*

13 *Testis non debent torqueri, nisi signis quibusdam contra reum præcedentibus.*

14 *Maleficio domi commisso, torqueri possunt ibidẽ existentes tempore commissi maleficii.*

Disputatio

Quæstio quarta secundę partis.

Quarto principaliter quæro,

1 qui possunt torqueri & qui non? † Responde ꝙ torqueri possunt omnes tam liberi ꝙ̃ serui, & tã liberti, ꝙ̃ statuliberi, vt patet in multis iuribus, & potissime in l. si quis decurio. C. de fal. & l. primum. C. de quęst. & l. ex libero. & l. vnius. & §. testes. & l. j. §. quęstioni. ff. eo. tit. quę omnes loquũtur de qõne & tortura liberi hominis. Item patet in l. j. circa principium. & in §. seruum municipum. & §. seruum mariti. & §. si seruus & §. si serui & §. in causa. & in l. hęreditarij. & l. si quis viduam. ff. de quęstio. & l. j. & ij. & l. cum testamentum. & l. hoc quod. C. eod. in quibus habetur ꝙ serui torquentur. Item de statu libero patet ꝙ torqueatur in l. edictum. §. fi. iuncta. glo. ff. eo. & l. j. §. sed in eo. ff. ad Sylla. Item de liberto patet etiam quod sit torquendus, vt l. j. §. si seruus ad hoc. ff. de
2 quęst. † Nã libertus torquetur vt liber, in his in quibus liber homo torquetur, secundum glo. ibi. Item torquetur tam masculus vt supra dictis legibus ꝙ̃ fœmina, vt d. l. cum primum. C. quæstio. quod est verum nisi sit prægnans. nam tunc non torquetur quandiu prægnans sit l. prægnantis. ff. de pœnis. vbi plus dixit glo. quod ẽt post partum depositum per xl. dies non torquetur. & illam gl. tenet And. de Pisis & Bal. in lectu. in l. Impera. ff. de sta. homi. & est ratio: quia intra xl. dies post partum non est fortis mulier ad subeunda tormenta secundum eos, & idem tenet Bartol. in d. l. prægnantis. Addens rationem; quia si inter xl. dies torqueretur, cum sit debilis, moreretur, & iudex excedens modum puniretur, debet ergo differri, donec sit fortis ad torturam secundum, eum. Et
3 plus voluit Bald. in d. l. Imperator. † ꝙ si mulier prægnans torquetur & confiteatur, ꝙ non valet talis confessio facta in tormentis; quia cum illicita sit tortura, non valet quod sequitur ex ea, arg. l. maritus. ff. de qõ. secundum eum, quod est notandum. Et hoc quod de muliere prægnante dictum est, habet locum ẽt si sit prægnans ex alio quam marito, vt l. ex seruorum. §. pen. ff. de statu. homi. Et idem si est prægnans de pauco tempore puta. x. vel xx. dierum secundum Bald. in d. l. mu-
4 lier. §. fi. † Quod autem dictum est de libero homine, ꝙ torqueri potest, est verum tam in se, præcedentibus indicijs, vt l. fi. ff. de quæst. & l. milites. §. oportet. C. eo. titu. & l. sicut. & l. si quis decurio. C. de fal. & l. proditores. ff. de re mi. quam etiã in alios. s. vt testis, vt l. ex libero. & l. vnius. §. testes. ff. de quæst. & l. nullius. C. de asser. tol. l. nullam. C. de infa. iuncta glo. Adde quod Bald. in l. milites. C. de quæstio. dicit ꝙ testis vilis torquetur sine indicijs, vide inferius de hac quęst. in ver. sed quęro an debent præcedere. Primum tamen dictum intelligo in causa criminali, scilicet vt liber in se torqueatur præcedẽtibus legitimis indicijs. vt d. ll. & forte etiam si de crimine aga-
5 tur ciuiliter per d. l. sicut, † non tamen sit ita asperrima indagatio quando ciuiliter pro crimine agitur, sicut qñ criminaliter, vt no. gl. in l. ij. eo. titu. & Bald. in d. l. sicut. secundum autem dictũ vt torqueatur in alium vt testis intelligo in duobus casibus scilicet si vacillat vt d. l. ex libero. & si facto interfuisse dicatur. vt l. vnius. §. testes. & l. is cui. ff. de quæst. Et intelligo si ipse dicit se facto nõ interfuisse, & per alios conuincitur de mendatio, quod interfuit & sufficit ꝙ per vnũ testẽ tm̃ ad minus qui sit dignior ipso negante hoc dicatur, secũdum Bar. in d. §. testes. An autem hoc sit verũ quod liber homo productus in testem possit torqueri, vel non distinguit Bart. in d. l. ex libero. ꝙ quidã sunt liberi homines positi in dignitate clericali, & isti nõ possunt torqueri, sed alias de falso puniũtur vt l. presbyteri. C. de epis. & cle. secũ-
6 dũ Bar. † licet ergo clericus testis inductus vacillet in testimonio. tñ nõ torquetur. Quid aũt sit de iure canonico. Bal. in d. l. presbyteri, remittit ad not. vj. quęst. j. presbyteri. el ij. & per Archid. ibi & vide tu per Inno. in c. quoniam contra falsam. de proba. & melius in cap. cum in contemplatione, de reg. iur. & plenius per Pau. de Eleaza. in c.

in cap.grauis.de deposi. Quidam alij sunt positi in dignitate, vel nobilitate, vel officio seculari, & isti possunt torqueri in vno casu tantum scilicet si vacillent & sic aures iudicis obtundunt, vt l.nullum.C.de testi.in prin.& dicit Bart. ꝙ quando testis vacillat debet facere scribi per notariũ, & notarius debet scribere qualiter iudex dixit ꝙ testis vacillabat, & hoc debet facere solũ audiente & intelligente teste. Alleg.Inno. & Ioan. And.in nouella in d.c.quoniam contra. & idem voluit Ang.in authen.vt spõsa.lar.§. insuper col. ix. 7 †Quidam alij testes non sunt positi in aliqua dignitate, & tunc si sunt diuites, & bonæ opinionis, non possunt torqueri, nisi in duobus casibus in primo scilicet si vacillat, secundo si conuincatur de mendacio, quia asserit se non interfuisse negotio, & ab alijs conuincitur, ꝙ interfuit, vt d. l.vnius.§.testes. Quidam sunt liberi homines, viles artes exercentes, obscuri & ignoti forsan, & isti secundum quosdam, nunquam admittuntur, nisi cum tortura in authen.de testi.§.si vero ignoti. & §.si huiusmodi, & ibi glo. quam videtur tenere Azo in summa.C.& auth.de testi. sed Bartol. improbat hanc opi.per tex.in l.diuus.§.fin.ff. de quæst.vbi deportatus in insulam, & etiam statuliber non torquetur, sicut alij liberi homines, & tamen constat eos esse viles, obscuros, vel humiles. Propterea text. in d.§.si vero ignoti, ad hoc vt torqueatur, requirit duo, scilicet ꝙ sint viles & ignoti. Item ꝙ tentant corrumpere veritatem, 8 & tunc possunt torqueri, & ideo dicit Bartol.†ꝙ isti viles homines admittuntur ad testimonium sine tortura, non tamen adhibetur eis tanta fides sicut alijs, vt d.l.iij.ff.de test.in princ. Possunt tamen torqueri in casibus, primo si vacillant vt d. l.ex libero.& d.§.si vero ignoti. secundo si conuincantur de mendacio.vt d.§.testes.tertio quãdo sponte vadunt ad testificandum, vt dicto.§.si vero ignoti.in versi.festinantes.& probatur. v. q. v.§. hi qui.ita dicit Bar.in d.l.ex libero. Illud tamen est bene notandum ꝙ vbi testes torquentur, sufficit torqueri duos, vel tres factum scientes, nam refrenanda est tortura. de naufrag.l.quoties.lib. xj.ita dicit Bald. in d.l. data opera.C. qui accu. non pos. Adde ꝙ tortura testium non fit seruata forma.l.custodias.de publi.iudic. Alexan.in d.l. 9 vnius §.iudex, de quæstio. † Item non torquetur quis in eum in quem inuitus testimonium non dicit l. prima.§.si seruus bona fide. in fin. ff. de quæstioni. Qui autem sint illi qui inuiti non testificantur in aliquem, habes in l.iiij.& v. ff. de testib. & dixit Bartol. in dicto.§.si seruus, ꝙ tales torti, & aliqui testificantes non probant sufficienter etiam ad indicium, loquitur tamen sub dubio per verbum forte, de hoc tamen an testis qui non debuit examinari, an examinatus faciat indiciũ, fuit dictum supra & vide Bart.in l. si maritus.ff. 10 de quæstio. †Item nõ torquetur domesticus in eum cuius est domesticus.vt l.maritus.ff. de quęstio.& l.j.§.ad quæstionem.eod. titu. facit l. pen. ff.de testib. Et qui dicantur domestici, not.in l. etiam.C.de testi.& l.pridem.C.de qõ.cum si. Et aduerte notanter ꝙ si aliquę exceptiones obstant testi torquendo, vt ipsius fidẽ infringãt, dictæ exceptiones debent examinari & discuti antequam testis torqueatur, ne superuacuo & absque causa torqueatur.casus est secundum Bar.ibi. in l.j.§.si quis dicatur.ff.de quæstio. Et ideo si de maleficio esset vnus testis tantum qui sciret veritatem rei, & ille non esset omni exceptione maior, & sic nõ faceret indicium, etiam si plene probaret, in casu quo alias testis deberet torqueri, iste non torquetur, cum tortus non faciat indicium. Et idem in ciuili, vbi vnus testis omni exceptione maior, facit deueniri ad iuramentum necessarium, vt l. in bonæfidei. C. de iureiuran. & l. admonendi. ff. 11 eo.tit. †Nam licet in ciuili causa testis etiam torqueatur, vt not. in d.l. ex libero.ff. de quæst. tamen hoc casu testis, si non est omni exceptione maior non torquebitur, quia etiam tortus plene deponens non facit semiplenam probationem, cum non sit omni exceptione maior, vt d.ll.not. per Doct. quod est valde notandum. Item not. ꝙ nunquam venitur ad torturam testium, vel principalium nisi prius constet de delicto l.j.§.item il lud.ff. ad Sylla. ad idem text. in l.si quando. C. vnde vi.vbi dicit Bald. ꝙ quando lex, vel statutum disponit aliquid contra delinquentem, prius debet constare de delicto, sicut si statutum loquatur ꝙ potestas habeat arbitrium torquendi homicidam, nam primo debet constare homicidium esse commissum, & sic mortuum esse, & de corpore mortui, alias nemo debet torqueri, vel nisi concurrant alia quæ debent concurrere in tortura. vt l.j.§.j.ff.ad Sylla.secundum eum, sed male seruatur in practica, quia statim ꝙ aliquis dicit sibi aliquid subtractum absque eo ꝙ constet subtra- 12 ctum, torquentur suspecti de furto. † Sed quæro an debeat præcedere indicia ad hoc vt testis possit torqueri. Bald.in l.milites.C.de quæstio.dicit, ꝙ ad hoc vt testis torqueatur nõ est necesse quod præcedant indicia, sed potest torqueri, vt si sit vilis persona vel vacillet, vel præsumatur scire veritatem quam tacet C.ad l.Iul.de sica.l.fi. & facit.l.iij.in versi.ad verisimilia causæ.& l. interrogari.C.de quæst. & per Dyn. in c. sine culpa. de regu.iur.in vj.& Cyn.in l.fina.C. de quæstio. facit de adul.l.si postulauerit.§.pe. & in auth. de testi §.si vero ignoti. ita dicit Bald.ibi, Bart.in l. j.§.idem Cornelio.ff.de quęstio.dicit ꝙ testes non debent torqueri si non præcedant indicia. immo si essent torti sine indicijs non crederentur secundum eum. Sed Bar.non declarat contra quem debeant præcedere indicia an contra principalem, vel contra testem. Sed idem Bart. in d.l.j.§.quæstionem.dicit ꝙ debent esse aliqua indicia contra testes, ꝙ ipsi debent hoc scire, vel quia ipsi vacillant, vel quia aliqui dicunt eos interfuisse, vt l.ex libero.in princ. & l.vnius.§.teste.ff.de quæst. Et istud est verius, quod etiam sensit Bald.in d.l.milites.licet male explicet, immo videtur seipsum inuoluisse. Dixit etiam Bart.in l.j.in princi.ff.de 13 quæstio.†ꝙ debent apparere aliqua signa contra reum priusquam testes torqueri possint per illum tex.non ergo indistincte torquendi sunt testes, sed ita demum si sciant aut scire debeant veritatem negocij

negocij directo, vel ꝑ aliqua indicia, et de hac sciẽtia vera, vel ꝓsumpta debet apparere indicia; puta, quia testis dicit quandoque se scire, & quandoque negat, & sic ille vacillat propter quod præsumitur scire veritatem, & velle occultare ipsam & tunc torquetur, vt d. l. ex libero. Item si testis negat se interfuisse negocio, de quo quęritur, & alijs testes dicunt illum interfuisse, vel illum confessum esse interfuisse, & tunc etiam pręsumitur scire veritatem, & ipsam velle occultare, nam tunc etiam torquetur, vt l. vnius. §. testes. & l. is cui. ff. de quęst. † Item si maleficium est factum domi, certe existentes in illa tempore maleficij torquentur, quia scire pręsumuntur quę fiunt in domo. casus est in l. fin. C. de sica. & in l. in adulterij quęstione. C. de adulte. & ibi dixit Bal. ꝙ illi qui sunt in domo pręsumuntur scire ea quę fiunt in domo, & non alij. Et hinc est ꝙ ratione istius præsumptę notitię torquentur qui sunt in domo. facit ff. locati. l. dominus horreorum, C. de repudi. l. cõsensu. §. super seruis. & de testi. c. veniens, secundum eum, qui etiam dixit in d. l. fin. de sica. ꝙ illi demum sunt torquendi, qui pręsumuntur scire veritatem, & ideo absens non pręsumitur scire veritatem, & per consequens non torquetur, vt l. j. §. hoc autem senatus. ff. ad Sylla. secundum eum, facit l. j. §. sed si eos. ff. de magist. conue. Item si maleficium factum est in conuicinio, torquentur vicini qui pręsumuntur scire veritatem maleficij ibi commisi, & propter hoc etiam torquentur, arg. ad l. consensu §. super seruis, secundum Bal. sit ergo conclusio ꝙ testis contra quem est pręsumptio & indicium ꝙ sciat vel scire debeat veritatem negocij, potest torqueri de iure, non alias, de hoc etiam per Bal. in l. non solum. C. de adul. † Sed tunc quęro, an super his indicijs contra testem habitis disputabitur, sicut disputatur de indicijs habitis contra aliquem, qui torquetur in seipsum, de quo in l. custodias, per Bar. & alios. ff. de pub. iudi. respondet Bart. in l. vnius. §. testes. de quęst. ꝙ non; quia in his non debet haberi disputatio cum aduocatis, sed committitur iudici, & ita debet intelligi l. is, cui. ff. de quæst. & in authen. de testi §. si vero ignoti. & C. de testi. l. nullum. secundum Bart. Item notandum, ꝙ si testis ante torturã dixit vnum, deinde tortus dixit oppositum, statur secundo dicto facto in tormentis, secus autem si non fuisset tortus, tunc staretur primo, nisi dictum suum incontinenti mutasset antequam diuertisset a iudice. vt not. glo. in authen. de testib. §. quia vero, prudens tamen assessor faciat vnicum tantum dictum reperiri scriptum secundum Bar. & Ang. in l. si postulauerit. §. pen. ff. de adul. & ita etiam ad literam tenet Bal. in l. non solum. C. de adult. contra istud tamen videtur facere quod not. Bar. in l. eos. ff. de fal. † Item not. quod validius est dictum testis cum tortura, qnam sine tortura, vt in authen. de testib. §. primo. & ff. de proba. l. cum probatio. dixit Bartol. in l. prima. §. questioni. ff. de questio. Et hęc dicta sufficiant circa torturam testium faciendam vel non faciendam, quã materiam non inuenies alibi ita plene redactam.

Item ab illa regula, qua dictum est supra ꝙ liber homo torquetur, excipiuntur quędam personę. Excipitur nanque minor xiiij. annis, qui nec in se nec in alium torquetur. l. de minore. in prin. & l. ex libero. §. j. ff. de questioni. licet tamen nõ torqueatur ea tortura qua torquentur maiores, tamen cedi possunt habena siue corrigia, vel ferela. vel aliter terreri, vt l. prima. § impubes. ff. ad Sylla. & l. excipiuntur, in princi. eod. tit. Item text. in dicta l. de minore, videtur velle. ꝙ minor xiiij. torqueri possit tanquam maior in crimine lęsę maiestatis, & quod fidem faciat in dicto crimine, ad hoc facit text. in l. nullus. C. ad leg. Iuliam maiesta. Ex hoc dico quod si ex forma statuti minor. xiiij. ad testificandum habilitaretur, quod hoc casu poterit torqueri minor, de quibus dixi supra & idem in quolibet inhabili & minus idoneo de iure communi quod est notandum. † Sed pro declaratione prędictorum quęro, cum impubes de iure communi non possit esse testis, vt l. iij. §. l. iul. & in l. in testimonium. ff. de testi. & tortura fiat ad illuminandum veritatem negotij de quo quæritur, vt l. cum falsum. & l. hoc quod placuit. C. de quæstio. quomodo facta est lex de ipso impubere, cum nullum esset dubium de hoc contra. l. quod Labeo. ff. ad Carbonia. & l. ancillæ. C. de furtis. Respondeo secundum Bartol. in d. l. de minore. ꝙ torquetur non vt plene probet sed faciat indicium non plenum sed qualequale, vt l. j. §. impubes. ff. ad Sylla. & not. in l. tale. C. de his quib. vt indig. secundum Bar. in l. maritus. ff. de quæstio. Sed Bald. in d. l. tale, dicit not. ex gloss. hic posita. † ꝙ impubes cum leui tortura interrogatur, non ad condemnationem, sed ad instructionem. Non tamen est intelligenda de infante, quia qui quicquid videt ignorat. Omnis enim lex de habili loquitur d. l. excipiuntur. & C. ne sacrum baptis. re. l. ij. ita dicit ipse ibi, de hoc est glo. in l. inuiti. la ij. ff. de testib. vbi glo. vult ꝙ pupillus in criminalibus faciat indicium, dummodo sit proximus pubertati & doli capax. sentit tamen gloss. ꝙ non faciat plenum indicium dum dicit aliquod indicium &cæt. & sic concordat cum doctrina Bartol. de hoc tamen nota. per Specula. in titu. de teste. §. j. versicul. item excipitur quod est impubes. & Bald. in l. seruos. C. de testib. Item non torquetur senex in decrepita etate cõstitutus secundum Odo. in dicto suo tract. & Gandi. in suo tract. maleficiorum sub titu. de quæstio. ver. quæ personæ possunt torqueri, ꝑ l. iij. §. ignoscitur. ff. ad Sylla. dictum est satis æquum, sed tex. si recte inspiciatur hoc non probat; quia loquitur in eo qui tenetur iuuare, dominum suum, sed si propter ætatem decrepitam non potest excusatur, & ideo nõ torquetur, sicut ille qui iuuare posset. pro hoc tamen dicto facit quod not. Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infami. † Item milites & veterani non ignominiæ causa missi & ipsorũ filij non torquentur, vt l. milites. in princ. C. de quęstio. & l. nullus. & l. milites. C. ad leg. Iul. maiest. Sed quid de militibus nostri temporis an torqueri possint. Cyn. in l. iij. C. ad leg. Iul. maiest. vult ꝙ sic, cum non sint proprie milites, & idem vult Ange. in l. milites.

milites.ff.de qõ. quos refert & sequitur Aret. in tract.malefi.in gloss.fama publica.col. xxiij.in ver.vj.quæro, & idem approbat do. Augusti.ibi in addi.dicunt tamen ꝙ Salyc.in l.j.C.de iur. & fac.ignoran.tenet contrarium, scilicet ꝙ milites nostri temporis non possunt torqueri,& idem dicit velle Guil. de Cu. in l.penul.ff.ex quib. cau. ma.& istud dicit approbari per Moder.in l.Centurio.ff.de vulg. & pupil.& per prędicta videtur ꝙ episcopi non possunt torqueri,cum ipsi teneant culmen dignitatum,c.venerabili. de præben. facit de concess. præben. c. dilec. ita tenet Paul.de

20 Eleaza.in cap.grauis. de pœn. † Item decuriones et eorum filij idem priuilegium habent vt nõ torqueantur,vt l.diuo Marco.& l.decuriones,de quæstio. C. & per hoc dicit Bald.in d.l.decuriones, ꝙ idem est in prioribus, & ancianis,& consiliariis,qui loco decurionũ habentur.sed Odof. in d.suo tract.de quæstio. in fin. & Gandi.in suo tracta.malefi. in titu.de quæstio.in ver. supra dictum est decuriones dicunt ꝙ hoc non seruetur de consuetudine; nam licet de iure sit verum ꝙ priores & consiliarij ciuitatum sint loco decurionum l.nulli.ff.quod cuius. vni.no.& l.si pupillus.§.decuriones. de verbo.signifi.& gloss. in rubr.& in l.ij.C.de iure fisci.lib.xj. & dicit Gandi.vbi supra ꝙ de consuetudine ita vidit obseruari, ꝙ torqueantur, & consuli per sapientes in ciuitate Bononiæ, sed hoc an sit obseruandum dicam infe-

21 rius. † Aduerte tamẽ quod istud quod dictum est de decurionibus fallit in eo qui commisit crimen falsi. nam in eo crimine torquentur, vt l. si quis decurio. C. de fal. Item fallit nisi decurio esset infamis. secundum glo.in d.l. diuo Marco. Item qui olim fuit decurio similiter non torquetur l. nihil.in fin.C.de quæstio.& l.fina.ff. de decu.Et idem in prioribus & ancianis, & consiliariis ciuitatum. nam qui olim fuerunt in dicto officio nõ possunt postea torqueri dixit Bald. in d.l.nihil. Item parentes decurionũ eodem priuilegio vtuntur quo ipsi decuriones,vt l.si matrem. C.de pœ. & ff.eod.titu.l.moris.§.parentes quoque. & licet illi tex. loquantur in pœnis tamen idem videtur in tortura, quia ista parificantur,vt l.milites, in

22 prin.& l.diuo Marco.C.de qõ.†Item dicta regula fallit in nobilibus hominibus, qui etiã de iure torqueri non possunt, vt hoc tenet etiam Odofre. in dicto suo tractatu.Quid autem de doctoribus & aduocatis an sint exempti a tortura.Odofre.in d. suo tractatu circa fin.arguit pro & contra.Et primo videtur ꝙ possint torqueri,nã milites torqueri non possunt vt supra dictum est sed aduocati & patroni causarum dicuntur militare. vt C.de aduocatis diuerso.iudic.l.aduocati. & facit. l. fori. eodem titu. in fin. ergo nec aduocati possunt torqueri. Item miles non potest exigi vltra quam facere potest, vt l.miles.ff.de re iudica.vnde idẽ est in aduocato, per eandem rationẽ, vt tenet ibi gl.& sic miles & aduocatus paribus regulis priuilegiantur. Et pro hac parte vltra ipsum adduco quod nota.Bart.in l.iij.C. de professo & medi.

23 libr.x. † vbi notabiliter dixit, quod doct.ll.& aliarum scientiarum non possunt personaliter capi, vel ad iudicium duci, vel alio modo vexari. & sic familia potestatis non debet eos pro armis scrutari, secundum eum ibi Facit etiam vltra Odofre.l.omnes. C.de decur.libr.x.vbi positi in dignitate non torquentur,non distincto in qua dignitate positi sint. vnde dicit ibi Barto.not.quod decuriones & alij positi in dignitate non torquentur. sed doctores & aduocati sunt positi in dignitate, vt patet ex not.per Barto.in l. prima.C.de dignita.libr. xij. ergo torqueri non possunt, Ad idem facit dicta l.nullus.C. ad leg. Iuliam maiesta.ibi, aut dignitatis, a contrario sensu. In contrarium facit,quia nulla lege cauetur, quod doct. & aduocati sint immunes & exempti a tortura, ergo sine lege loqui non debemus l. illam. C. de colla.Odofre. factis hincinde argumentis, soluit pro prima parte, quod sit vera de iure, quod non possunt torqueri, sed de consuetudine, quæ est legum interpres,bene torquentur,secundum eum,& ita etiam dicit Pau.de Leaza.in dicto c grauis.de deposito.do. Ange.de Aret.in tract.maleficiorum in glos.in verbo,fama publica.col.xxj. in versi. sexto quæro,& ita legi aliquos modernos tenere, dicentes nunquam vidisse talem consuetudinem obseruari, & ita puto tenendum in iudicando & consulendo, etiam stante dicta consuetudine, quæ

24 de iure non valeret, vt dicetur inferius. † Sed prædicta limita; ꝙ omnes dictæ exceptiones cessant in crimine læsæ maiestatis. vt l. de minore, ij.respon.ff.de quæstio.& l.nullus.C.eo.titu. Vide etiam per Are. in tracta.maleficiorum in glo. in verbo,che hai tradita la tua patria, in princi. Item in crimine proditionis, vt l. desertorem.§. his qui ad hostes.& l. proditores.ff. de re milita. Idem videtur in crimine simoniæ vt dixit gloss. in d.l.nullus, per text. in l. si quenquam. C. de episc.& cleri.ibi,ad instar publici criminis & læsæ maiestatis accusatione proposita a gradu sacerdotij retrahatur. Idem etiam esset dicendum in maleficis, & mathematicis,& alijs similibus, de quibus loquitur l.& si excepta.C.de malefi.et mathema. Adde idem esse in crimine falsi, vt l.si quis decurio.C.de fal. Et idem in priuato carcere,vt l.j.C.de priua.carce. vide de his duobus in dicta l.si excepta, in glo. ij. Et quoniam superius dictum est,ꝙ aliqui doc.dicunt ꝙ de consuetudine non seruatur, ꝙ positi in dignitate non torqueantur.immo aliqui dicunt, ꝙ Bononiæ viderunt seruari contrarium,quæro posito ꝙ constaret de tali consuetudine in aliquo loco, an illa valeret & esset seruanda. Dic ꝙ non, secundum Bart.in l.omnes iudices.C.de decu.lib.x. & ita refert & sequitur Bertachinus in suo repertorio in verbo tortura, qui loquitur de militibus, & etiam tenet Ludo.in singulari, primi anni. cclxxj. quod incipit,milites & doctores, quem refert & sequitur dom. Augusti.de Ari. in addi.ad tractatum Are. maleficiorum in glo.in verbo,fama publica.in d.

25 versic. sexto quæro.† Vlterius quæro an surdus & mutus a natura possint torqueri, vt confiteantur delictum a se commissum, & de quo apparent indicia? Respondeo reperi Bald.in quadam apostilla in l.prima.C.de confes.qui in simili videtur

detur tenere ꝙ non; quia talis non potest damnari nisi ex dictis testium. Item adde ꝙ supradictæ fallentiæ in quibus habetur ꝙ positi in dignitate non torquentur. Fallunt nisi hoc fiat de scientia principis & principe consulto, nam nullum priui legium aut dignitas hic impedit dicit text. expressus in l.nullus.C.ad l. Iul.maiest. & prædicta quantum ad torturam liberi hominis. Serui etiã quandoque non torquentur, nam seruus contra dominum non torquetur exceptis criminibus adulterij, fraudati census, & lęsæ maiestatis, vt C.de qõ. l.j.& ff.eod.titu.l.j.§.diuus Antoninus. & .§.item seruus.& .§.cum quidam,&.§.si serui. & l. de incestu.cum l.seq.& l.diuus.§. ex quibus. & l. extraneo cum multis simi.eo.tit. Item non torquentur serui non solum in dominum præsentem, sed etiam in præteritum, vt l. vnius.§.seruus. ff. de quæstio.& hoc ob memoriam prioris domini, vt ibi.& facit ad hanc rationem l.penulti.C.eod.ti. in fi. & hoc quocunque modo fuerit seruus alienatus, saluo ꝙ propter delictum domini, nam tũc contra dominum torquetur, vt l.prima.§.idem numero.ff.de quæstio. Et prædicta sunt vera non solum domino inuito, sed etiam ipso volente, seruus non torquetur in eum l.seruos.C.de quęstio. Item seruus non torquetur cõtra dominum nec pro domino l.pridem.C.de quæstio. Item seruus communis non torquetur in caput alicuius dominorum suorum vt l.hoc quod placuit.C. de quæstio. & l. constitutione.eo.titu.hoc tamen fallit quando socius diceretur occidisse socium, vt d. l. hoc quod placuit.& d.l.extraneo.C.de quæstio. Item fallit in quæstione successionis, quando disputatur ad quem hæreditas pertineat, quia plures asserunt se heredes, vt d.l.hoc quod placuit.& d.§.de quęstione.& l.hæreditarij.ff.de quæstio. Item fallit cum quæritur de facto serui, vt l.de communi ser uo.ff.commu.diui.& l.interrogari.C. de quæstio. & ad hoc facit l.quicunque.& l.cum seruis.C.de 26 ser.fugiti.& quod ibi per glo.& doct.† Item fallit quando seruus est communis pluribus, vt pluribus, vt in seruo ciuitatis, vel alterius vniuersitatis vt l.j.§.seruum municipum.ff. de quæstioni. nam his casibus seruus communis torquetur in caput alterius ex dominis suis. Item torquetur seruus in caput domini, quãdo de domino ipsius quęritur, vt l.quoties.C.de quæstio. Item torquentur serui hæreditarij, cum de falso testamento quæritur vt l.patre.§.fin.ff.de quæstio.& l.cum testa. C.eo.titu. Item si propter successionem disputatur de statu ingenuitatem volentis, nam tunc etiam torquentur serui, vt l. super statu.C. de quæstio. Sed dictorum casuum ratio potest assignari; quia serui hoc casu non possunt clare & firmiter dici alicuius donec patefactum sit quis sit iustus successor, vt not.glo.in dicta l. quoties. Item seruus qui tempore accusationis non erat accusati, si ab ipso emitur pendente iudicio & processu, tamen in ipsum torquetur in l. seruus ad hæc. versi. sed & eum.ff.de quæstio. Item seruus castrensis peculij filij non torquetur in patrem neque filium. l.de minore..§.primo.ff.de quæstio. Item seruus 27 patris non torquetur in filium, vt ibidem. † Pro morte vero filij torquetur seruus patris, & econtra pro morte patris torquetur seruus filij, vt in l.prima.§.si pater.ff.ad Sylla. Item seruus redhibitus non torquetur in caput emptoris l. etiam. ff.de quæstio. Item in causa liberali non torquetur seruus, vt l. de minore.§.fina. ff. de quæstio. vbi glo.hoc late examinat, & l. si quis ne quæstio.eod. titu. Item seruus non torquetur contra possessorem hæreditatis, licet quæstionem de hæreditate patiatur l.ex libero.§.fina.ff.de quæstio. Item non torquetur contra dominum putatiuum, & bonæfidei possessorem, vt l. prima.§.si seruus. ff.eod.titu.vbi idem dicit in libero homine bonafide possesso pro seruo. Item serui non torquẽtur in dominum in quæst.stupri.vt d.l. extraneo. ij.responso.ff. eod. titu. Idem in causa simplicis 28 incestus, vt l.de incestu.de quæstio.ff.† & intantum est prohibita tortura serui in dominum, ꝙ etiam seruo sponte confitente aliquid de domino suo, vel etiam per tormenta non creditur, etiam si dominus consentiat torturæ, vt de primo est text. in l. vnius.§.seruo.de secundo est text. in l. j.§.item seruus.& de vtroque in d.l.j.§.diuus Antoninus, de tertio est text.in dicta l.vnius.§.seruus nec.ff.de quęstio.& l.seruos.§.eod. titu. Sed quid de seruo mariti, an torquetur in caput vxoris, text.est ꝙ sic in dicta l.j.§.seruum.ff.de quæst. & idem videtur in seruo vxoris, vt torqueri possit contra maritum; quia eadem est ratio, argu.l.illud.ff.ad leg.aqui. Item seruus non torquetur contra tutorem, vel matrem domini sui nisi in tutelari causa.vt l.ij.C.de quæstio. Torquetur tamen seruus in dominum si vxor occidit virum, vel vir vxorem, vt l.fina.C. de sica. & alios casus ponit text.& glos. in dicta l.j.C. de quęst. Et dixit Bald. ibi, quod in istis casibus in quibus seruus torquetur contra dominum, in illis torquetur monachus contra Abbatem, quod est notandum. 29 † Item libertus non torquetur contra suum patronum, vt l.j.§.si seruus bona.versi.sed nec libertum.&.§.si seruus ad hæc. & l. de minore.§.tormenta.ff.de quęst.& l.pridem.C.eod. Hoc tamen fallit in casibus, de quibus in dicta l.prima.C. de quęstio.secundum glos. in d.l.pridem. Statuliber similiter non torquetur contra hęredem donec pẽdet conditio libertatis in pecuniarijs causis. l. diuus.in fin.de quęstio.ff.quod fallit quando fue30 rit particeps delicti.ff.ad Sylla.l.j.§.i eo. † Vnũ non est silentio pretereundum.s.ꝙ in crimine falsi potest torqueri reus & accusator, dummodo contra torquendum sint indicia, tex.est secundũ Bal. ibi in l.vbi.C.de falsis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex præoculis multa habere debet antequam aliquem torturæ subiiciat.*

2 *Inicium non est à quæstione sumendum.*

3 *Quæstio seu tortura non est præstanda, nisi præcedant indicia.*

4 *Seruus in facto proprio potest torqueri.*

5 Seruus quando contra dominum torqueri possit absque indiciis præcedentibus.

6 Quæstio absque indiciis dari potest in tractatibus proditoriis.

7 Accusatus ob contumaciam bannitus, si postea cō paruit, torqueri poterit absque aliis indiciis.

8 Quæstio non pro omni causa aut persona est sumenda.

9 Iudex qualem debeat facere diligentiam dū delictum refertur sibi esse commissum. & nu. 11.

10 Tortura non est adhibenda nisi prius liquido constiterit de facto.

11 Inquisitus vel accusatus de delicto qua forma citari debeat.

12 Accusatus citatus & non competens, ponitur in banno & censetur confessus.

13 Iudex antequam aliquem torquet indiciorum copiam dare debet, vt si valeat reus, eadem purget.

14 Torqueri timens iniuste, hoc est sine indiciis, potest appellare.

15 Quæstioni seu torturæ locus non est, si aliunde veritas haberi potest.

16 Iudex plenariam de maleficio habens certitudinem licite appellationi potest obuiare.

17 Iudex non inhumane, sed iuris ordine seruato, & cum moderamine, ad torturam debet procedere.

18 Iudex torquendi fortitudinem, ætatem, valetudinem, & personam attendere debet.

19 Iudex an & quando teneatur si reus in tortura, vel ob torturam moriatur.

20 Iudex non tenetur si reus tortus casu fortuito moriatur.

21 Iudex in dubio officium suū gessisse præsumitur.

22 Iudex non præsumitur iura, & ea quæ ad suum spectant officium ignorare, tametsi quamplurimi quæ medullitus in iure intendūt cōsecuti sint minime ad corticē vsque leges contēplati.

23 Ignorantia iuris, in iudice culpa lata est, qui & dolo non carere præsumitur, cum se iuris peritum fateatur.

24 Culpa lata in pœnis corporalibus infligendis non est dolo æquiparanda.

25 Iudex in corpus alicui grauamen inferens, extraordinarie punitur.

26 Iudex allegare potest se in iure errasse, & hoc est suam turpitudinem detegere.

27 Iudex in torquendo modum excedens, non iudex, sed priuatus fingitur, quemadmodum, & tutor male administrans fingitur non tutor. & nume. sequen.

29 Pœnam non meretur qui lege permittente quicquam operatur.

30 Torto mortuo quis teneatur, si dolo, culpa, vel casu mortuus sit nesciatur.

31 Iudex in dubio quæstionem debito grauiorem intulisse præsumitur zelo iustitiæ & non dolose.

32 Iudex dolose excedens modum torturæ legis Corneliæ debet pœnam subire.

33 Iudex sine causa, & absque indiciis & dolose aliquem torquens, plectendus est capite.

34 Tortura iniusta alicui illata tenentur iudices, & potestates, sed non officiales ex mandato facientes.

35 Iudex pro torto mortuo tenetur pœna pœcuniaria, stante statu. quod &c.

36 Iudex ad quid teneatur si tortus non moriatur, sed iniuste & inhumane debilitatur.

37 Tortura indiciis probatur & coniecturis, si a potestate negetur.

38 Domestici pro delicto domi commisso possunt torqueri.

39 Tortura & violentia in occulto facta, per famam & vociferationem probari potest.

40 Confessus crimen non condemnabitur, si se tortum fuisse asserat, dummodo apud acta non ratificet.

41 Testes duo de actu corporali & visibili deponētes, præferendi sunt decem aliis de mentali & inuisibili actu deponentibus.

42 Quæstio seu tortura non est vniformiter applicanda, sed secundum delicti exigentiam & grauitatem.

43 Aduocatus confeßionem absque indiciis legitimis torti infringere intendens, qualiter articulari debeat.

44 Reus tortus confeßionem illicitam per tormenta pluries ratificans, præsumitur hoc facere tormentorum timore.

45 Perseuerare præsumitur, qui reuocasse non reperitur.

46 Confeßioni per torturam absque indiciis extorta non statur, etiam si perseueretur.

47 Tortura intantum præcedere requirit indicia, vt si milies tortus absque indiciis in cōfeßione perseueraret, ipsa confeßio nulla esset.

Confeßio facta in tormentis absque indiciis, non conualidatur ex superuenientibus indiciis.

48 Sententia lata vigore confeßionis in tortura iniuste

iuste extorta, an sit nulla ipso iure, vel erit opus appellatione.

Quaestio.v.secundae partis.

Quinto principaliter quaeritur.

Qualiter sit perueniendum ad torturam? 1 † Respondeo quod multa debet iudex habere ante oculos antequam ad ipsam peruenia t. Nam primo sciendum est, quod a tormentis non est incipiendum, neque adeo torturae est fides adhibenda, vt ab ipsa incipi debeat, sed ita demum ad ipsam peruenitur si contra torquendum praecedant indicia, & argumenta eius negotij de quo quaeritur, ista est sententia text. in l. j. in princ. ff. de quaestio. & l. milites. §. oportet. C. eo. & l. sicut in fin. C. de fal. Qualia autem debeant esse ista indicia fuit dictum superius. 2 † Et ad id quod dictum est quod a quaestionibus non est sumendum initium est tex. in c. cum in contemplatione, de regu. iur. in antiquis. vbi etiam dicit glo. quod si secus fuit potest appellari, vt habetur etiam iij. q. vj. non solent. Hoc tamen fallit in casu l. prius. ff. ad Sylla. vbi secundum intellectum glo. quam sequuntur Dyn. & Barto. ibi seruus in casu illius l. torquetur absque indiciis praecedentibus gl. tamen in l. j. §. item illud, eod. titul. videtur velle quod non possit seruus torqueri absq; indiciis. & ita et tenet in l. quicunq; C. de ser. fugiti. in gl. no. duo mirabilia. Idem tenet gl. in l. cum probatio. ff. de probatio. Idem in l. serui. ff. de testi. secundum vnam opin. 3 † Ego credo nequaquam deueniendum ad torturam non praecedentibus indiciis, vel quantum ad seruos qualiquali praesumptione veritatis. Non ob. huic conclusioni. d. l. prius, quia illud prius intelligitur antequam contra aliquem formetur processus fit examinatio seruorum dni. Et non fit examinatio indistincte omnium seruorum, sed eorum tantum qui verisimile poterant scire veritatem, & dnm iuuare potuerunt. & ideo illa verisimilitudo scientiae est qualequale indicium contra torquendum, non tamen dico quod requiratur plenum indicium, de quo et fuit dictum supra in proxima qo. & ita intelligo gl. in l. interrogari. C. de qo. quae dicit quod seruus in his quae pendent ex suo facto torquetur. forte etiam indiciis non praecedentibus. 4 † Nam ex quo tractatur de facto serui praesumitur scire veritatem negotij. & ideo vt per torturam veritas liqueat torquetur. ar. l. hoc quod placuit. C. de qo. & ita etiam intelligo. d. l. cum probatio. & d. l. serui, cum. Non obstant gl. quae dicunt requiri indicium, & sic videtur loqui de pleno indicio, quia respondeo & confiteor quod si extat indicium plenum possunt serui torqueri, sed si non sit plenum, sed qualequale, etiam torquentur. Credo tamen quod in d. l. prius sit istud speciale, quod antequam formetur processus, perueniatur ad tormenta, quod regulariter fieri non potest, vt inferius dicetur. Dicta tamen regula fallit in casu singulari, scilicet si accusatus vel inquisitus nollet respondere accusationi vel inquisitioni & praesens foret. Nam torquetur non ad eruendam confessionem, quia non praecedunt indicia, sed ad eruendam responsionem affirmatiuam vel negatiuam prout sibi placuerit, secundum Bal. eleganter. in l. si accusationem, in vltima col. C. qui accu. non pos. Item fallit secundum Azo. in summa. C. de quaest. in versi. 5 & sunt ista regularia. † Nam secundum eum, seruus torquetur in dominum nullis praecedentibus indicijs in crimine laesae maiestatis, quod ad salutem principis pertinet, vel forte populi Romani. & in crimine fraudati census & adulterij & homicidij. & in casu quando maritus dicitur occidisse suam vxorem, vel econtra, alias autem seruus non torquetur in dominum in causa criminali nisi praecedant

cedant indicia, vt l.j.C.de quæst.& l.j. primo responso.ff.eo.ti.& l.fin.C.de sica. secundum eum. Mihi videtur ꝙ etiam in dictis casibus debeant præcedere indicia ad minus præsumptiua ꝙ serui scire debeant veritatem non dicto indicia plena. & ista opinio mihi videtur æquior nam non reperio tex.contrarium dicentem,& istud minus exorbitet a iure communi quo cauetur indicia debere ꝓcedere torturã.vt in d.l.milites. & prõptum est leges legibus concordare, vt in l.j.C.de inoffi. do.& dixi de hoc plenius supra proxime.

6 †Addo alios casus in quibus vr̃ posse deueniri ad torturã sine indiciis, videlicet in prodimentis & tractatibus qui fiunt secreto,& hoc propter ꝓbationis difficultatem, vt vr̃ velle Bald.in l.quicunq;.C.de ser.fugi.ad quod facit, quia sunt alij casus in qbus peruenitur ad torturã sine indiciis quos ponit glo.xiij.q.ij.c. quęstionẽ & tñ in illis casibus non est tm̃ facinus quantum est crimen lęsæ maiestatis. Sed in contrarium est tex.in l.si qs alicui.C.ad l.Iuliam maie. & ibi hoc tenet glo. Cy.Bal.& Saly.ꝙ in crimine læsę maie.non peruenitur ad torturam sine indiciis, nisi velimus dicere ꝙ ille text.in d.l.si quis alicui, loquatur qñ indicia poterant haberi, secus si haberi non poterant, sed certe secũdum hoc multum restringeretur ille tex.in quo Doct. maxime Ang. dicunt ꝙ nullo modo quis torqueatur ẽt in isto crimine sine indiciis, licet in isto crimine sint multa alia specialia,& ab hac opi. quæ est cõis non vr̃ recedendum, de quo vide per Aret.in trac.malefi. in glo. in verbo che hai tradita la tua patria in princ. & ibi ẽt per do. Aug.in addi. Item vide & adde alios tres casus in quibus ad torturã peruenitur sine indiciis quos enumerat glo.in d.c.qõnẽ.xij. q.ij. quã glo.refert & sequitur idem d. Aug. in d. addi. & ẽt in gl.verbo fama publica in addi. super versi.nunc videamus de torturæ. col.xxxv.

7 † Addo alium notabilem casum, in quo potest ad torturam perueniri sine indiciis, videlicet qñ accusatus, vel inquisitus, quia non comparuit, fuit positus in banno propter contumaciã, nam si postea comparet; quia vult purgare contumaciã & respondere; quia forte hoc ei a statuto permittitur, poterit tunc poni ad torturam absq; alijs indicijs propter eius pręcedentẽ cõtumaciam secundũ Nic. de Mat.&Bal.in l.j.§.sequitur videre iuxta fi.C.de hær.insti.quod est menti tenẽdum. Sed an qñ torquẽtur testes debent præcedere indicia fuit dictum supra in iiij.q.prin.in versic. quod autem

8 dictũ est. †Secundo iudex debet aduertere; quia non pro omni casu neq; de omni persona qõ sumẽda est l.edictum.ff.de quęst.et est plene dictũ supra in iij.& iiij.q. prin. Tertio debet aduertere ad qualitatẽ indiciorũ, quia non quælibet iudicia, sed verisimilia, aut vero proxima requiruntur.l.j.ij. responso.ff.de quæst.& l.milites.§.oportet.C.eod.

Quarto iudex debet aduertere, vt nõ ponat aliquem ad torturam, nisi prius constet de delicto.vt l.j.§.illud. ff. ad Sylla. ad idem vide text. in l. si quando.C.vnde vi. & fuit supra dictum in iiij.q. prin.in ver.item nota quod nunquam, vnde Aret. ex hoc in suo tractatu maleficiorum.in gl.in verbo fama publica.in versic.xij. tu vide. † dicit ꝙ

9 iudex debet esse in hoc bene cautus, ꝙ si furtum dicitur factum vel aliud delictum commissum, faciat in bastardello per diligentem inuestigationẽ vel inquisitionem querelam,& testes,& visionem officialis apparere, ꝙ furtum vel delictum est commissum, & sic describi per notarium, & describi vulnera, & sic de homicidio, ꝙ mittat officialem ad videndnm vulneratum vel mortuum, & hoc redigatur in actis prius, alias autem nisi facta ista diligentia aliquem torqueret, posset teneri in syndicatu. Ad quod facit secundum eum quod in simili nota.in l.hæc autem.§.j.ff.ex qui.cau.in pos. ea.l.multum.ff.de conditio. & demonstra.ad hoc quod dicit Bald.in l.iij.§.eiusdem. ff. de testib. in

10 addi.dicit enim per text.in d.l.j.§.item illud † ꝙ prius debet constare liquido de facto antequam quis torqueatur, vnde tortura fit ad liquidationẽ personæ non ad liquidationem facti. Item dicit ꝙ dispositio.d.§.itẽ illud, fallit in crimine falsi per l.vbi.C.de fal. & in crimine furti.per l. cum seruus.ff.de conditi.ob causam. & in crimine adulterij per l.prospexit.ff.qui & a qui. ita. refert do. Augusti.de Ari. in addi.ad tractatum Are. maleficiorum, in glo.in verbo. fama publica.in versi. supra allegato. vbi etiam dicit ꝙ ipse dubitat de istis tribus fallentiis, quia illæ ll. non videntur hoc probare. Et ibi etiam dicit ꝙ si non potest constare de facto. puta quia aliquis confitetur occidisse aliquem viatorem,& eum proiecisse in flumen. & an sufficiat de hoc constare per famam, vide ibi in remissionibus ad quas se remittit. Dicit etiam ibidem ꝙ iudex non solum non debet procedere ad torturam, sed nec ad inquisitionem specialem, nisi prius cõstet de delicto.& dicit hoc

11 velle Bart.in l.fi.in prin.ff.de quæsti. †Quinto iudex debet aduertere, ꝙ antequam veniat ad torturam, debet enim procedere hoc modo; quia habita informatione de delicto, & si constito sibi de facto, vt supra proxime dictum est, debet in bastardello facere inquisitionem contra illum qui tale delictum dicitur commisisse, quæ erit inquisitio specialis quo ad delictum, & generalis quo ad personas,& super illa debet examinare testes etiam nullo aduersario ad hoc citato. Et si habuerit indicia, procedat ad inquisitionem specialẽ contra personam contra qnam laborant indicia, & istam ponit in libr.actorum prout habetur in

12 cap.qualiter, & quando.de accu. † Et hoc facto, si aduersarius non est in manibus suis, faciet ipsum citari, cum tenore inquisitionis, quod veniat ad respondendum dictę inquisitioni, & si est accusatio eodem modo faciet, & si comparuerit, & negauerit, iterum examinet illos eosdem testes, vel alios,& eorum dicta ponat in libro actorum.& hoc faciat parte citata ad videndum iurare testes. & si ex dictis testibus, vel aliunde, habet indicia ad torturam sufficientia, tunc faciat iterum inquisitum vel accusatum citari sub hac forma, videlicet quod cum contra eum processum sit per viam inquisitionis vel accusationis, eo quia dicitur commisisse tali tempore, & tali loco tale delictum, prout constat apud

acta

acta &c.& quia contra eum laborant indicia super tali delicto, ꝙ intra tot dies compareat ad cõfitendum tale delictum, non obstante sua negatione, aut ad purgandum indicia quæ contra eum laborant, & ad subiiciendum se torturæ. Sed formã huiusmodi citationis ponit constitutio prouinciæ Marchiæ in li. maleficiorum, in rub. de malefactore contra quem apparent indicia, quæ est rub. lxxxvij. Quam formam seruabunt ius dicentes in Marchia. Et his factis, si reus comparuerit eũ retineas, & torqueas immediate secundum indiciorum qualitatem. 13 † Si autem in termino non comparuerit, ponas eum in banno, & sic habebitur pro confesso dictum maleficiũ. ita dicit singulariter Bar. in l. pe. ff. de quæst. Et istam practicã ponit Are. in suo tractatu malefi. in glo. in verbo cõparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum, post principium, quod dicit esse menti tenendum; quia poterit facere honorem. Sed licet ista sit pulchra theorica, tamẽ non est perfecta iudicio meo. nam si reus ad hanc citationem factam cõparet, & petat copiam talium indiciorũ iudex debebit publicare testes, & processum & dare copiam indiciorum, cum termino ad opponendum, & purgãdum indicia, in quo termino poterint reprobari testes tam circa personas ꝙ̃ circa dicta vt d. l. custodias. vbi gl. Bar. Ang. & Imo. ff. de pub. iud. & per Bar. in l. vnius. §. reus. & §. cognitorum. ff. de quæst. in l. si postulauerit. §. quæst. ff. de adulter. & l. fi. in fi. ff. de quęsti. & melius per eundem in suo consilio incipiente, punctus quæstionis. pro quo require in lit. h. ad char. clxxx. vbi dicit ꝙ iudex antequam ponat aliquem ad torturam debet dare copiam indiciorũ cum termino ad illa purgandum, & dictis testibus & indiciis reprobatis, & purgatis indiciis non proceditur ad torturam. Et plus ibi dicit, ꝙ super hoc debet pronuntiari esse vel non esse deueniendum ad torturam. de hoc vide etiam per Tancredũ de Corneto in sua compendiosa in vj. parte principali q. xviij. pro qua require in lit. h. ad chartas ccxiij. Et ab ista pronuntia esto ꝙ sit interlocutoria appellari poterit, ẽt de iure ciuili, cum contineat grauamen irreparabile. vt per Bar. & doc. in l. ij. de appe. reci. & per Bal. in l. ij. C. de epi. audi. de quo est casus in d. l. ij. ff. de app. reci. Et hoc habet locum si pronuntiabitur esse torquendum. Sed quid si pronuntiabitur non esse torquendum, an per illũ qui petebat debere torqueri poterit appellari. Aretinus in d. l. ij. ff. de app. reci. ponit hanc qõ. & dicit ꝙ non, cum istud grauamẽ posit reparari in sententia diffinitiua per illum tex. & rationem sui. Facit ad prædicta glo. in c. cum in contemplatione, de regu. iur. in antiquis. quæ vult 14 † ꝙ si quis timet torqueri sine indiciis. & sic iniuste, potest appellare. de quo etiam habetur. iij. qõ. vj. non solet. & dixi supra in v. quæstio. principali, circa princi. Et aduerte ꝙ facta supradictis appellatione licet sint interlocutoria erunt ligatæ manus iudicis. vt non posit ad torturam procedere ẽt antequam sibi inhibeatur. qm licet alias per appellationem ab interlocutoria non videantur ligari manus iudicis a quo ante inhibitionem. vt in c. super eo. el j. in prin. de app. in vj. tñ illud intelligitur qñ esset appellatũ ab interlocutoria ex qua infertur grauamen reparabile per appellationẽ a diffinitiua. Secus si infertur tale grauamen quod reparari non posset, prout est tortura. ita dicit Raph. in l. eius qui. ff. de ap. reci. Idẽ vult Bal. in rubrica C. commina. vel epi. vbi ẽt dixit ꝙ confessio post appellationẽ secuta est nulla. Sexto 15 † Iudex considerare debet, ꝙ non est deueniendum ad torturam si aliunde veritas haberi põt. Sed qñ aliunde non põt haberi, tũc erit locus torturæ. l. diuus, in prin. & l. edictum. ff. de quæst. & l. quoties. C. eo. tit. & idem dicit Areti. in tractatu maleficiorum in glo. in verbo fama publica. col. xxij. ver. Secundo quæro. Ex quo dicit ꝙ cautus iudex debet facere apparere in actis ꝙ iudex nõ possendo aliter veritatem habere declarauit deueniendum ad torturam. alias posset teneri in syndicatu. Vide ad prędicta Gandi. in tractatu maleficiorum in rubrica de quæstioni. & tormentis in principio. qui dixit ꝙ iudex qui de aliquo quęstionem habere intendit ante omnia habere debet iuris & humanitatis rationem. & debet habere hanc considerationem, vt non facile & repente ad quæstionem procedat si aliqua alia via leuiore potest obiecti criminis veritas, inueniri quantumcunq; adsint indicia vel verisimilia argumenta. allegat d. l. diuus. ff. de quæstio. Et Ang. in l. si certus. ff. ad Sylla. dixit ꝙ si maleficium est liquidatum per probationes veras, male facit iudex ponere malefactorem ad torturam, & tenebitur in syndicatu. & hoc ẽt dixit Ioan. And. in d. c. cum in contemplatione. de re. iur. in antiquis. & d. Catal. de viso, in suo tracta. syndicatu in qõ. cxxxij. & in qõ. ccix. ccx. ccxj. qui ponit quod de facili non est deueniendum ad torturã. & Cy. in l. ij. C. quorum appel. non reci. dicit ꝙ iudices maleficiorum qui plene conuictum torquent vt confiteatur delictum, & sic apud acta reperiatur confessus, & conuictus, ad hoc vt non posit appellare, male faciunt, quia nemo est torquendus nisi in subsidium probationum. Sed Bal. in d. l. j. & d. l. ij. dicit ego credo 16 † ꝙ iudices bene faciunt, quando habent plenariam certitudinem de maleficio si obuient ne appelletur per calumniã, & maxime in criminibus enormibus, in quibus licet interdũ leges transgredi. l. si quis filio exhęredato. §. sed si. ff. de iniusto te. & ꝙ no. Inno. in c. j. de consti. quod est multum notabile secundum eum. Et idem Bal. in d. l. ij. dixit ꝙ iudices bene faciunt quærendo confesionẽ extorquere a cõuictis ne crimina patentia remaneãt impunita, nec debet dari occasio appellandi, tñ si constaret de tortura non esset prohibitum appellare. Sed idem Bal. in l. qui sententiam, in fi. C. de pœn. mutauit sententiam & tenui. contrarium dicendo, ꝙ si dilucide quis sit cõuictus non debet torqueri, & hoc puto de iure verius, & sequendum. Ex supradictis infero ꝙ in notorio crimine non est deueniendum ad torturam, quia tortura non adhibetur nisi in defectum probationum, vt superius dictum est. sed hic de crimine liquet ergo non est procedendum ad torturam. 17 † Septimo aduertat

cat iudex, ꝙ ad torturam procedendum est cum moderamine, & non effrenate, & inhumane, & debito iuris postposito. vt l. nihil. C. de qō. ad quæ facit quod habetur in l. j. C. de emen. propin. & in l. j. C. de emenda. seruo. itaq; tortura non debet esse indicium rationis, & melius est infra substinere ꝙ superexcedere. vnde ait apostolus. quod iustum & æquum est parate, scientes ꝙ dominum in cœlo habetis, & ita iurisconsul. ꝙ nimia asperitas dominorum est temperanda, & corrigenda. vt l. ij. §. dominorum. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. & tales ita sæueriter procedentes sunt priuandi iurisdictione. dixit Bal. ibi & Guil. & Cyn. & Aret. in tract. maleficiorum in gl. in verbo fama publica. col. xxiiij. ver. vij. quæro, dicit ꝙ tortura est adhibenda cum moderamine, vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. 18 † Et hoc totum residet in pectore iudicis discreti qui considerabit torquendi fortitudinem, ætatem, debilitatem, valetudinem, personam, & criminis qualitatem, et nec a grauioribus, nec a leuioribus tormentis initium sumet. facit secundum ipsum. l. iij. §. fi. ff. de re mili. & l. si quis in graui, in princ. ff. ad Sylla. & l. j. §. impubes. eo. ti. & sic debet facere iudex vt innocentiæ vel supplicio reum saluum conseruet. vt l. quæstionis modus. ff. de qō. ita dixit Ioā. Andræ. in d. l. cum in contemplatione de reg. iur. per d. l. qō. & adde Bal. in l. j. de confes. in vj. col. qui dicit ꝙ quo moderamine habenda sit quæstio relinquitur iudicis arbitrio, sed tu dic ꝙ dictum arbitrium debet esse discretum per ea quę habentur in l. j. ff. de legat. ij. vide etiam ad prædicta Bald. in l. ij. C. quorum appel. qui dixit ꝙ quæ sint plena vel moderata tormenta, & quæ non iudicis discreti arbitrio committitur cum cōsilio discretorum sibi astantium. ff. de adul. l. si postulauerit. ff. de quæstio. Sed cum dictum sit, ꝙ tortura debet adhiberi moderate, adeo ꝙ reus sit saluus supplitio vel innocentiæ. annectitur bene alia quæstio. 19 quid † si tortus moritur in tortura vel propter torturam, an iudex teneatur ad aliquam pœnam. & ad quam. Cy. ponit hanc quęst. in l. Gracchus in fi. C. de adulte. & Bar. in l. quęstionis. ff. de quęstio. & Bal. in d. l. Gracchus. & l. j. C. de emen. seruo. ex quorum dictis sic cōcludo, ꝙ aut iudex in torquendo non excessit modum debitum, & consuetum. vt quia torsit in casu licito, & prout est de consuetudine. puta cum fune, quæ est instrumentum a iure approbatum, vt l. nullus. C. ad l. Iul. maie. nec vltra debitum tenuit torquendum in tortura, & isto casu nullo modo tenetur quia licite fecit, & licite factum non meretur pœnam. vt d. l. Gracchus. & d. l. qōnis. & l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Ad hoc optime facit tex. in d. l. j. C. de emen. seruo. vbi vult tex. ꝙ vbi non exceditur modus. et tamen mors sequatur non tenetur de homicidio quia operam dedit rei illicitæ. Si autem modum excessit. tunc si dolose hoc fecit, tenetur lege Cor. de sica. tanquam homicida. & sic capitaliter venit puniendus, vt d. l. j. C. de emen. seruo. & l. j. C. de emen. propin. coniuncta glo. in l. j. C. de parri. facit d. l. quæst. a sensu contrario. Si vero non dolose sed culpabiliter modum excessit. tunc tenetur secundum qualitatem culpæ, non tamen tanquam dolosus. vt l. si adulterium cum incestu, de adul. & quod no. Cyn. in l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cle. & Bartol. & Bald. in l. prima ff. de ll. & per Bal. in l. prima si quis te. li. esse ius. fue. & l. respicien- 20 dum. §. delinquunt. ff. de pœ. † Si vero mors tota casu contingat, & tunc nullo modo tenetur, quia dabat operam rei licite, secundum Iacob. de Aren. Cyn. & Bald. & Bartol. vbi supra. facit de restitu. spol. c. olim. el iij. quod not. in l. j. C. vnde vi. Et in hoc est respiciendum an aliquid possit iudici imputari vel non, vt dicit Bar. in d. l. quęst. per l. aut damna. §. j. ff. de pœ. Et secundum prædicta intelligo Bal. in d. l. milites. §. quęstio. dum dixit hunc torquentem puniri tanquam homicidā, vide etiam de hac q. per Are. in tracta. maleficiorum. in glo. in verbo fama publica, col. xxiiij. in ver. octauo quęro. vbi dicit ꝙ licet Bar. in l. lege cornelia. ff. de sica. dicat ꝙ si rectores torquent reum vel testem, ita ꝙ ex hoc moriatur, teneatur lege Corne. de sica. per illum tex. tamen Bald. & Ange. Cy. & Saly. in d. l. Gracchus. C. de adulte. intelligunt verum, si non fuit legitime tortus. Si autem fuit tortus præcedentibus indiciis de quibus in actis appareat, tunc cum iudex fecerit ex permissione legis, quia ad torturam licite peruenit, licet ille moriatur, non tenetur vt l. sed non vltro. in princ. ff. de nego. gest. Et hoc etiam intelligunt verū, dummodo iudex non fuerit egressus terminos torturę. 21 † Et ꝙ in dubio non pręsumitur ꝙ fuerit egressus, immo ꝙ suum officium temperate gesserit l. Herēnius. §. Caia. ff. de euic. vnde alleganti quod iniuste torsit incumbit onus probandi secundum Aug. & ita dicit intellexisse Bartol. prędicta in dicta l. lege Cornel. do. Augu. de Ari. in addi. in d. versic. viij. quæro. refert de verbo ad verbum consilium do. Gilioli super hac quæstio. ego inseram prout sequitur. Pone quod iudex excessit modum in torquendo reum excessiue, vel in casu non permisso, vt quia forte non erant indicia legitima, vel fuerunt purgata per alias probationes, vel quia non erant de casibus de quibus posset torqueri de iure, an teneatur si ille tortus mortuus est directe lege Corne. de sica. 22 & sic debeat decapitari. † nam videtur ꝙ sic, cum iudex non possit prætendere se ignorare iura quorum asseruit se fore peritum, cum electioni de se factæ vt de perito consenserit. l. secunda ff. quod quisque iu. nam licet ignorare iura sit lata culpa, quia potest consulere peritiorem, vt ff. de infami. l. liberorum, in fin. & ita dicit ibi gl. in l. ex maleficiis. §. si iudex. ff. de act. & ob. & probatur per tex. inst. ad l. Aquil. §. praeterea. in versic. imperitiam. & ff. de reg. iur. l. imperitiam. tū hoc verū in personis quæ non sunt astrictę scire iura, vbi in pœnalibus lata culpa non ęquiparatur dolo, & ita intelligitur. d. l. imperitiam. cum simi. 23 Sed † in iudice, qui asserit se iuris peritum, ignorare ius, est adeo lata culpa, quod dolus in eo pręsumitur, cum iuris ignorantia non præsumatur. sed verius scientia iuris. & isto casu lata culpa ęquiparatur dolo. l. ij. cū gl. ff. quod quisq; iu. Et per

hoc

hoc videtur ꝙ iudex debeat decapitari tanquam dolose occiderit illum in tormentis, & ita videtur tenere Saly. Sed certe est error, quia secũdum dictum d. Gilioli. dicit ibi d. Augusti. isto casu lata culpa æquiparatur dolo. sed non dolo vero sed prę sumpto. Item æquiparatur dolo tacito & non expresso. & ita debet intelligi tex. & glos. in d. l. ex maleficijs. & gl. in l. fi. C. de pœna iu. qui ma. iud. Et idem in medico qui per imperitiam aliquẽ debilitauit vel occidit. vt dicit glo. in d. l. ij. ff. quod quisq; iu. & tex. in d. §. pręterea, instit. ad l. Aquil. Et ideo errauit Saly. dum voluit talem puniri directa lege aquili. 24 † Sed non est verum; quia in pœnis corporalibus infligẽdis lata culpa nõ equiparatur dolo. sed eum dico teneri. vt l. corneliam. vt extra ordinem iudicis arbitrio puniatur, & ita dixit. Bar. in l. vlti. ff. de adul. in q. de bannito occiso. probatur in l. lex Iulia. §. fi. ff. ad l. Iul. repe. lex enim cornelia directa requirit verum dolum, vtilis autem requirit factum seu præsumptũ, quod insurgit ex lata culpa commissa per illum qui est astrictus scire iura, vt in iudice, & medico. Et licet quando iudex lædit partem ciuiliter per imprudentiam, non teneatur ad meram pœnam fisco applicandam, sed tantum ad satisfactionem damnorum, & expensarum seu interesse partis læsæ, vt dicit Bartol. in l. final. in fin. ff. de vari. & extraor. cog. & in disputatione sua, quæ incipit, a sententia iudicis qui per imperitiam iudicauit &c.

25 † & tamen quando iudex per imprudentiã lædit in corpus aliquem. scilicet torquendo vel aliter debilitando vel occidi faciendo in publico, iste iudex tenetur extra ordinem. vt l. lege Corn. vt supra dixi. Et ita consuluit dictus domi. Giliolus in ciuitate Mantuæ, qui dixit ꝙ nisi dolus expressus probetur in iudice. s. vel ꝙ odio vel gratia alterius. puta inimici, vel corruptus fuerit pecunia, non teneatur directa lege Cornelia. s. pœna corporali, quin potius dici debet ipsum iudicẽ fuisse in culpa lata, ꝗ̃ in dolo vero, & expresso; quia saltẽ prætextu officij sibi commissi id fecit. & per consequens non prætextu homicidij committendi. nã ad excludendum verum dolum, & expressum, & pœnam quæ pro tali dolo imponenda venit, sufficit ꝙ aliquo colore iusto vel prætestu id factũ sit, licet facere iure non debuit. vt l. Gracchus. C. de adulte. vbi est casus. Item sufficit eum fuisse motũ aliquibus rationibus siue iniustis; quia p hæc calliditas excluditur, licet vera culpa concludatur, quæ ex quasi maleficio prouenit. vt dicit gl. in d. l. ex maleficijs. §. si iudex, & in d. l. fi. ff. de var. & extraordi cog. & pro hoc tex. in l. igitur. §. potest ff. de libe. cau. & glo. in l. prima. ff. de abige. & in l. plagiarij. C. de plagiariis. & in l. j. C. vbi ca. sta. & ibi Bal. & per Bart. in d. l. fi. ff. de adulte. Et in corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo. s. vero & expresso. vt l. in lege Corneli. ff. de sica. et ibi per Bar. Et hanc opinio. dicit ipse dom. Giliolus tenere Iaco. de Aret. in d. l. Gracchus in addi.

26 & Guido de Suza. † Tamen dicebat iudicem huiusmodi debere caute protestari se errasse in iure, & suum errorem iuris allegare, & protestari ꝙ si alias similis reus sibi occurreret, eum taliter non torqueret argu. l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. ff. de adulte. Et dicebat eum extra ordinem præterquam in corpus puniendũ. & ipse do. Giliolus de facto consuluit in ciuitate Mantuę pro domino Bibia de Fauentia ibi iudice, qui tantum torqueri fecerat vnum reum, excedendo morem debitum, ꝙ mortuus fuerat, & in syndicatu contra eum procedebatur. vide etiam ad prædictã quæst. Gandi. in tracta. malefi. in rubri. de quęstio. & tormentis. in illa quæstio. quæ cõfessio dicatur facta metu tormentorum, in ver. sed quid si iudex in tormentis adeo modum excesit, ꝙ tortus ibi deficit, vel membrum debilitauit, qui latissime disputat hanc quæstio. arguendo pro, & contra. &

27 refert Guido. de Suza. dixisse, † ꝙ vbi iudex modum excedit torquendo, statim ꝙ modum excedit tenetur; quia fingitur non iudex, sed est priuatus, sicut tutor male administrando, fingitur non tutor, & tenetur tanquã quilibet. l. tutor. ff. de suspe. tuto. cum si. ipse vero Gandi. dicit ꝙ si dolo fecit tenetur, si vero aliam culpam commiserit non tenetur. dic vt ibi. vide etiam per do. Catal. in tract. de syndica. q. cxiiij. vbi in hac materia approbata dicta Bar. in l. quæstionis. ff. de qõ. & Cyn. in d. l. Gracchus. C. de adulte. & idẽ do. Catal. q. ccvj. & ccv. dicit. ꝙ si aliquis in tortura reperitur, & ibi moriatur assessor tenetur tanꝗ̃ homicida. d. Amodeus quo suo tempore nullus fuit magis practicus in magistratibus in suo trac. synd. in gl. super verbo. Item in eo ꝙ dictus potestas officiales capi detineri, carcerari, & torqueri &c. in iij. col. in vij. q. quod autem si potestas, multum bene loquitur super d. q. dicendo ꝙ aut officiales facientes torquere sunt in dolo, aut in culpa, aut moritur casu, aut est dubium si dolo fecerunt, & non præcedentibus indiciis modum excesserunt, ita ꝙ moriatur, tenetur pœna capitis. l. Corne. de sica. videlicet potestas, & iudices qui fecerunt torqueri. l. j. in prin. & §. j. & l. lege Corne. in prin. ff. de sica. & l. aut damna. §. j. de pęn. & est text. in l. item apud Labeonem. §. quæstionis. in fi. ff. de iniur. quod habet etiam locum, quando sine nouis indicijs fecerunt reponi ad torturam, illum qui fuerit semel tortus sufficienter, quo casu si moriatur tortus, tenentur pœna capitis, vt dixit no. Bald. in l. milites. C. de

28 qõ. & ratio, quia eoipso † ꝙ iudex modum excedit fingitur priuatus, & non iudex sicut tutor non recte administrando fingitur non tutor, & tenetur tanꝗ̃ quilibet l. tutor. ff. de fur. l. fundũ. §. si tutor. ff. pro emp. ar. l. generaliter. C. de epis. & cle. quia nimia sæuitia rectoris ascribitur culpæ ff. ad leg. aquil. l. si quencunq; . §. si magister. & sicut priuatis ita iudicibus est prohibitum aliquid illicitum facere. ff. de iniur. l. nec magistratibus. Si vero nõ sunt in dolo, sed in aliqua culpa, puta, quia non pręcedebant indicia sufficientia vel modum excesserunt, & immoderate per ignorantiam, vel per lasciuiam causam mortis præbuerunt, arbitrio syndicorum puniri debebunt. Et si fuerunt in culpa leuissima mitius ꝗ̃ in leui, & si in leui mitius ꝗ̃ i lata. d. l. lege Cor. & l. j. §. si claua. & l. iij. §. sed si senatuscon. ff. ad l. Cor. de sic. Et licet Ia. de Are. in tracta. quem fecit de qõ. dixerit hoc casu potestatem,

statem, & eius officiales non teneri per l.i.C.de emenda.ser.sumpto ar. de potestate dominica ad potestatẽ rectoris ff.de verbo. sig. l.potestatis.sed Guid.de Suza.& post eum Andr. de Pisis. & per Bar.qui similem tractatum fecerunt cõcludunt ꝙ teneantur.& idem videtur tenere Pau.de Eleaza. in repeti.c.grauius.de deposito. Tertio casu qñ tortus sine dolo vel culpa officialis moritur, vt innuit text.in d.l.aut damna.§.j.ff.de pœn.& tunc 29 non tenetur, vt no.Bar.in l.q.ff.de quæst. † quia qui facit lege permittente pœnam non meretur l.Gracchus.C.de adulte.& ibi hoc firmat Cy. qđ intelligitur quãdo præcedebant legitima indicia, & non excesserunt modum, cum ille non fecerit animo necandi, sed veritatis eruendæ. & nemo delinquit nisi habeat animum delinquẽdi l. sępe. in fi.ff.de verbo.sig.quia animus, & propositum distinguunt maleficia l.qui in iure.ff.de fur.& l.j. .§.j. ff. de sica. & l. is qui cum telo.C.eod. titu.

30 † Quarto casu quando est dubium an dolo culpa vel casu moriatur.dicendum ꝙ si potestas vel iudex doceat legitima indicia præcedere, & appareat eum qui fuit tortus fuisse ætatis maturæ, & robustæ, præsumptio est pro potestate vel iudice. l.herennius.§.Caia.ff.de euic.præsumit enim princeps omne bonum de officialibus suis nisi manifeste appareat contrarium l.j.§.fi. ff. de offi. præsi. facit l.cum creditor.ff.de furt.& l.iniuriarum.§. j.ff.de iniur.& l.iuste ff. de acqui. pos. & l.iij.§.j. ff.de li.ho.exhi. Et qui allegat ꝙ potestas vel iudex fuit in dolo vel culpa id probare debet l.quoties.§.qui dolo.ff.de probatio.& l.j. & ibi no. C. de sicar.& l.ij.ff.de proba.& l.actor.C.eod.ti.& no.Bart.in l.si quis ex argentarijs.§.fin.ff.de edẽ.

31 † In dubio enim si non apparet quo animo fecerit præsumitur fecisse zelo iustitiæ,& iuste.l.ij.§. si publicanus.ff.vi bo.rap.& l.minus.C.de acqui. poss.& l.merito. pro soc. facit l.ij.C. qui accusa. non pos. Poterit tamen potestas vel iudex si non fuit in dolo vel culpa, ad cautelam probare per testes etiam domesticos ꝙ pręcedẽtibus legitimis indicijs moderate eum torquebat, & ꝙ casu sine dolo vel culpa iudicis defecit in tortura, quod plerunque euenire solet.vt dicit tex.in l.aut dãna.§. j.ff.de pę.Bal.tamen vt refert idem Amodeus vbi supra.in hac q.bene sic dicit.aut iudex nõ excessit modum quia tormentauit in casu licito, prout est de consuetudine.& non cum aliqua asperitate. & tunc non tenetur iudex sed licite facit,argu.ff. 32 de inuri.l.item apud labeonẽ §.quæstionis.† Aut excessit modum,& tunc aut dolo, & tenetur lege Cor.de sicar. facit l.vnica C. de emenda. seruo. Aut culpa, & tunc tenetur secundum qualitatem culpæ. Aut casu, & tunc in nihilo tenetur, quia dabat operam rei licitæ secundum Iaco. de Are. & Cy.ista sunt verba Bald.in l.verba.in fin.C.de adul.& subdit ipse do. Amodeus,et bene,ꝙ est caute agendum quantum fieri potest ne casus mortis in tortura accidat, propter euitandas calumnias popularium,& vulgarium, quos de facto dicit vidisse,& audiuisse propter huiusmodi casus contra officiales, & innocentes armata manu insurgere. vt euenit Perusij contra do. Sanctem de Corneto potestatem,qui vix euasit a furore populi. Et dicit se habuisse duos in manibus, vnum dum esset senator vrbis,& alium dum esset potestas Tuderti, qui immediate ꝙ fuerunt positi in tortura, & eleuati a terra parum defecerunt, & iudicio medicorum oppresi a catarro vix post plures dies euaserunt.ideo ipse consuluit,& paterne,ꝙ moderate ad torturam procedatur.nec ita de facili cu- 33 rant,vt multi facere consueuere. † Et dicit etiam ꝙ quandocunq; dolose, & sine causa & sine indiciis faciunt aliquem torqueri,etiam si tortus non moriatur,tenentur pœna capitis.vt vult.Bal.in l. decuriones.C. de quęstio. & in l. ij.C. de requir. re.et est tex.in l.lege Iul.§.hodie.ff.ad l.Iul.repe. quod habet locum etiam si habeat arbitrium, vt no.in c.veniens.& in c.Quintauallis.de iureiurã. Et eadem pœna tenetur si faciunt torqueri illum qui de iure torqueri non poterat. puta vnum de prioribus durante officio,nisi in crimine læsæ maiestatis per tex.no.in d.l.decuriones.Si autẽ sine dolo faciunt torqueri non torquendum,vel excedunt modum, ipsi officiales tenentur actione iniuriarum arbitrio iudicis secundum Bald.in rub.C. de pœna iudi.qui ma.iu.& ff.de iniur.l.iniuriarũ æstimatio.nec debent puniri simili pœna torturæ: quia ex hoc nihil adesset personę tortæ secundum Bald.in d.rub.de hoc tamen vide infra in vj.qõ. 34 prin. † Et aduerte circa prædicta,ꝙ quando fuit tortura iniuste facta tenentur solummodo potestates,et iudices mandantes torqueri iniuste,non aũt milites socij,& alij officiales qui hoc fecerunt ex mandato.ita dicit Bald.in l.furti.§.qui iussu.ff. de infam.per illum tex facit quod no.Dy. in c.quod quis mandato.de reg.iur.in vj.& ponit Floria.in l.liber.homo.la ij.ff.ad l.aquil.quod tamẽ est dubium, quia mandatum superioris excusat solum in leuibus secundum Bar.in l.non solum.§.si mandato.ff.de iniur.& ideo possunt officiales resistere potestati iniustitiam facienti secundum Bar.in l. omnes.C.de decu.lib.x.Et aduertant bene rectores, quia si cogunt aliquem eius iudicem vel officialem iniustam sententiam ferre,tenentur l.cor. de sica.de his vide latius,& melins infra in vj q. 35 prin.in versi.sed ponamus. † Itẽ aduerte pro his quæ supradicta sunt,ꝙ si per statutum pro homicidio imponitur pœna pecuniaria ciuibus,prout est in multis locis,& si fiat in palatio imponitur pœna capitis.potestas vel iudex qui iniuste,& immoderate tormentauit, si tortus moriatur non punietur pœna capitis,sed pecuniaria, secundum Bald. in rub.C.de pœna iu. qui ma.iudi. quia statutum quod imponit pœnam capitis pro homicidio, & maleficio, debet intelligi de eo quod potest committi indifferenter in palatio, & extra. sed occasione torturæ potest solum commiti in palatio vbi est tortura. ideo non debet augeri pœna ratione loci:sicut dicit Bar.in simili.in teste dicẽte falsum in palatio in l. aut facta. ff. de poen. & in cõsilio cxcix.quod incipit, Tudertinus quidam.Et licet dictum statutum imponat pœnam pecuniariam ciuibus pro homicidio,habet locum in potestate, & officia,quia gaudent priuilegio ciuium.vt no.glo. in l.ciues,& incolæ.C.de incol.libr.x. & firmat

Bald.

36 Bal.in.§.proficisci in quæstio.xiij. † Sed pone, ꝙ ex tortura quis non moriatur, sed debilitatur aliquod membrum d. Amodeus in tracta. syndi. super glo.in verbo coram nobis &c. Kiriacus de Ancona &c.in viij.col.in ver.pœna debilitationis.dicit quod imponitur ea pœna quæ imponitur a statuto pro tali delicto. & hoc pro pœna fisco applicanda. sed quo ad partem læsam, videlicet quo ad tortum tenetur ei de iure communi, ratione,& actione iniuriarum,inquantum iudici equũ videbitur, & ad interesse expensarum factarum in medicis & medicinis, & ad damna operarum quibus caruit,& cariturus est, vt est text.institu. de obli. quæ ex quasi deli. na. in.§.ob hominem vero. Sed ego puto hoc procedere eo casu quo iudex iniuste torsisset dolo vel culpa. secus autem si licite,& moderate,& in casu permisso, secundum dicta supra in versi.sed cum dictum sit.in q. de mortuo in tortura, quo casu in nihilo deberet teneri secundum ea quæ ibi dicta fuere. Subnectamus hic aliam q.aliquis dicitur mortuus in tortura vel debilitatus, sed potestas negat illum fuisse tortum, quæro quomodo hoc probabitur Bald.

37 in l.si quis hoc genus. dicit † ꝙ tortura probari potest per indicia vel coniecturas.& hoc consistit in arbitrio iudicis. Idem videtur velle Bar. in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de no.ope. nun.dum vult ꝙ probato ꝙ iudex fuerit minatus de torquendo aliquem, si postea ille fuit visus cũ brachio ligato ad collum, & si.ex hoc probabitur tortura. & idem in similibus coniecturis, facit quod not.in l.fina.C.de probatio. & l. fina.de hæredib.instituen. Tu autem dicas ꝙ,aut quærimus de probando torturam ad finem vt condemnetur iudex in syndicatu, & tunc requiritur plena & vera probatio de tortura; vt quia testes deponunt de visu vel aliter plene probatur, vt not. Barto.in l.j.§.si quis tamen.ff.quod vi aut clam, quia ex præsumptionibus etiam vehementibus non potest quis damnari secundum Inno.in cap. quia verisimile.de proba.& no.in l.absentem.ff. de pœ.& in l.fi.C. de proba. Et hoc forte erit in arbitrio syndicorũ, qui in subsidium poterunt cogere, etiam per torturam, familiares potestatis, ad testificandum aliquem fuisse tortum.l.diuus de quæstionibus,& per not.per Innoc.in c. ex literis.de testibus.& per glo. & doc. & in c.cum P. manconella.de accusa.& Bar. in l.ex libero.ff. de quæstio.in.§.j. & vide dicta supra in iiij.prin. post princ.vbi quando testes possint torqueri. & in versi.sed quæro an debeant, post medium.vbi

38 fuit dictum, † ꝙ testes domestici torqueri poterunt pro delicto domi commisso: quia præsumuntur illud scire.hæc dicit do. Amodeus Iustinus in tractatu suo de syndicatu in glo.in verbo item in eo ꝙ dictus potestas iudices,& officiales plures capi,detineri,carcerari,& torqueri fecerunt &c. in viij.col.in versi.sed pone ꝙ potestas & se.Sed contra hoc videtur quia isti testes de familia potestatis licet volentes possint testificari cõtra potestatem tamen non possunt cogi.vt per Bal.in l. etiam.C.de testi. & in.§.proficisci. q.xxxvj. & per Saly.in l.ij.C.de testi.nisi dicamus ꝙ poterũt cogi in subsidium quando aliter veritas haberi non potest arg.l.consensu.C.de repu.& xiiij.q.ij. c.quanquam.& quod not.in c.insinuante in glo.j. de offi.delega.& de priuil.c.licet, in vj.in gl.super verbo familiaribus.& in c. dilecto in glo.in verbo familiaris,de offi.archid.& de verb.sign. cap.vlti.in vj. & in c.magnæ, de voto in vj.aut quærimus de probando torturam vt ex ea præsumatur confessionem violentam esse, & habeat locum dicta per Bal.in d.l.si quis in hoc genus.& ꝑ Bar.in d.l.de pupillo.§. si qs ipsi prætori.Quibus adde quod dixit Bal.in l.filius, in fin.C.de fur.ꝙ vbi aliter non potest probari tortura sufficit ꝓbare quem detentum, vt confessio dicatur facta metu tormentorum.de quo per Cyn. in d.l.ij.C. quod met.cau.vnde dicit idẽ Bald.in l.j.C.ne ex

39 deli. defun. † ꝙ violentia probatur per famam, & similiter tortura, quando vociferãs torquetur in occulto allegat l. de minore.§. tormenta.ff.de qõ.et quod no.Cy.in l.iiij.C.de ser.fug.vbi dixit ꝙ id quod dicitur a personis fidedignis est iusta causa credulitatis.Item probatur tortura si testis cognouit personam tortam. & qualitatem vocis in quolibet statu.& dicit audiuisse eum vociferãtem dum torquebatur secundum Bal.in l.conuenticula.C.de episc.& cler.Item si dicatur,ꝙ testes inducti per curiam. deposuerunt metu tormentorum, probatur metus eoipso quod probatur eos fuisse ob hanc causam detentos, quia præsumitur metus tormentorum,secundum Bald.in d.l.falsus per Cy.in d.l.ij.C.quod metus cau.Item alligare tortura præsumitur, nisi contrarium probetur.

40 † vnde si confessus crimen,dicat se fuisse tortũ, licet non probet,non potest condemnari, nisi ratificauerit apud acta,cum in officialibus præsumatur illatio metus secundum Bal.singu.in suo consilio incipiente,tres sunt casus &c.& sequitur Pe. de Anch.in quodam suo consilio in quo recitat ad verbum dictum consilium Bald.& ita refert Bertachinus in suo repertorio.in verbo tortura.quod est menti tenendum. Vide hæc consilia in tractatu clausularum in clausula rei non sic geste. in.§. de metu tormentorum.in ij.col. & infra in vij.q. prin. Subiũgo aliam notabilem q.circa prædicta, pone,agitur contra potestatem,contra quem dicitur quod compulit aliquem confiteri per torturã, & duo testes inducti contra potestatem, deponunt ꝙ per vim fuit confessus & compulsus confiteri. Ex altera parte pro parte potestatis inducuntur decem vel plures qui dicunt, reus sponte confessus est,quęritur quibus testibus sit magis credendum. Innocen. in c. super hoc de renun. † dicit

41 ꝙ magis creditur istis duobus deponentibus de vi; quia deponunt de actu corporali, & visibili scilicet quod viderunt torqueri, sed alij decem deponunt de actu mentali, & inuisibili, scilicet quod sponte confessus est,quia actus mentalis soli Deo est notus. Et idem si notarius in instrumento dicat ꝙ sponte confessus est, quia tale instrumentum reprobatur per duos testes. vt not. Bald. in d.§.proficisci. in tractatu de syndicatu. q.xiij. & Bartol.in l.de pupillo.§. si quis ipsi prætori.ff. de no.ope. nun. Nunc cũ fecerimus parenthesim

longiorem

longiorem non tamen impertinentem redeamus ad materiam princ. nostrę quæstio. quæ erat qualiter erat ad torturam perueniendum super quæ fuit dictum ꝙ ad multa debet iudex aduertere.

42 † Adde ꝙ etiam debet aduertere ad aliud, videlicet ꝙ in tortura non procedat pariformiter in paruo prout in magno delicto, sed illam debet adhibere secundum delicti qualitatem, vt pro magno delicto maior fiat quam pro paruo, & pro paruo minor ꝙ̄ pro magno. ar. l. item apud. §. quęstionis. versi. & si iussu. ff. de iniur. de hoc tamen non potest vt supradictum fuit certa doctrina dari, sed committitur arbitrio discreti iudicis. Sed ponamus ꝙ quis est minus legitime tortus, puta quia non præcedentibus indiciis vel aliis modis supradictis, & in tortura confessus est, & in ea perseuerauit, an veniat condemnandus ex illa cō fessione. Respondeo non. casus est secundum vnā lect. quam ibi tenet Bartol. in l. pe. ff. de quæstio. & ita vidi alias consultum per quendam insignē, & famosissimum Docto. qui ad hoc etiam pro ca su allegabat. xv. q. vj. c. j. † Et dicebat ꝙ cautus debet esse aduocatus qui vult infringere confessionem torti absque indiciis, saltem legitimis, ꝙ articuletur, & probet ꝙ ille talis anteꝙ̄ fuisset confessus, fuit tortus absq; aliquibus indiciis saltem legitimis, et ad torturam sufficientibus. Nam quousq; detentus est tortus semper idem metus tormentorum durare præsumitur. Et ideo præcedente dicta iniusta tortura iudex qui facit scribi ꝙ ille fuit sponte confessus falsum facit confici instrumentum, & notarius incidit in falsum si notitiam habuit tormentorum. Vbi autem tortura legitimis indiciis præcedentibus iuste fuisset illata. tunc secure notarius scribit. & iudex scribi faciat ꝙ sponte fuit confessus quantumcunq; tormēta præcesserint. duntamen inter torturam, & confessionem interuallum commodum interueniat, vt not. l. j. §. idem seuerus. ff. de quæst. per Doct. & per Cyn. in l. ij. C. de cu. re. ita ad literam omnia prędicta dicit Ang. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acqui. hære.

43

44 Ex supradictis sequitur, † ꝙ præsumptio est, ꝙ si tortus plu ries ratificauit dictam confessionē illicite a prin. extortam, semper ipsam ratificare videtur metu tormentorum, præteritorum, & futurorum, argu. l. si cui. §. hisdem. ff. de accu. quod est valde notandum. Hoc tamen intelligendum, nisi post dictam torturam, & confessionem illicite extortam reus fuisset relaxatus & positus in pristina libertate, & per aliquod interuallum vocatus per iudicem sponte comparuerit, & sine tortura confessus fuerit iterum illud, quod prius per torturā confessus fuerit. nam hoc casu ex illa confessione esset damnandus tanꝙ̄ spontanea, vt l. j. C. de confes. ad hoc facit quod no. Innoc. de accu. c. qualiter, & quando, Bal. tamen in d. l. j. C. de confes. dicit in iiij. col. ꝙ confessioni factæ in tormentis nō pręcedentibus indiciis vel pręcedentibus, sed ita leuibus ꝙ non faciunt præsumptionem, non statur, nisi in ea perseueretur. alleg. gloss. in d. l. j. C. de confes. † Et dicit ꝙ intelligitur perseuerare eo ipso ꝙ non reuocat; quia metus tormentorum non est iustus metus. nam iudicis authoritas operatur ꝙ factum per talem metum valeat, quia pertinet ad executionem iustitię, vt ff. quod met. cau. l. iij. cum non fiat contra bonos mores. sed iure licito, vt ibi patet. Si autem appellat non intelligitur perseuerare, sed tacite reuocare, vt no. ff. de appel. l. creditor. §. iustus. Sed assessores, vt non possit appellari faciunt talem confessum iterum de nouo ex interuallo temporis duci ad tribunal, & ibi publice confiteri, vt l. ij. C. de cu. re. sed si probari posset ꝙ ista noua confessio emanasset repetitis tormentis, ista noua confessio esset eodem vulnere saucia, & vulnerata, & maior; quia semel tortus competenter non debet iterum torqueri nisi superueniant noua indicia. ff. de qō. l. repeti. ita dicit Bald. in d. l. j. de confessis. Sed parcat mihi reuerentia tanti Doc. non est verum, quod † confessioni extortet per torturam sine indiciis, si perseueretur, stetur per supradicta. Pręterea gloss. quam ipse allegat hoc non probat, vt patet cuilibet intuenti. Item est contra casum. in d. l. pen. ff. de qō. Item aliud quod dicit, videlicet ꝙ intelligatur perseuerare eoipso quod non reuocat non est verum simpliciter. Nam tunc dicitur quis perseuerare in confessione facta in tormentis quando post dictam cōfessionem reducitur in loco publico iudicij. & ibi coram notario, & publicis personis confitendo tex. est in l. ij. C. de cu. re. secūdum Bar. in l. j. §. diuus seuerus. ff. de quęst. vnde non per non reuocationem, & sic per non factum, sed per expressam confessionem factam in loco publico coram prædictis. & sic per factum intelligitur perseuerare, & ita puto tenendum. & hoc etiam reperio tenere d. Tindarum in tracta. suo de proba. in versicu. nunc de criminalium causarum confessionibus. circa medium. vbi ad contextum, & ad verbum sic dicit. † Scias tamen circa huiusmodi torturam, ꝙ in tantum requirit indicia præcedētia, ꝙ sine eis, etiam si millies cō fessus in tortura in sua confessione perseueraret, nihil operaretur eius perseueratio, nec posset ex ea sequi condemnatio. tex. est singu. ad hoc quem Bart. ibi ponderat. in l. pe. ff. de quæstio. & est ad idem alter tex. secundum vnam lec. quam etiam ibi sequitur Bar. co. tit. l. maritus. & tenet Ang. in l. j. C. de confessi. Adde aliud mirabilius ꝙ si quis est confessus in tortura non præcedentibus legitimis indiciis, deinde antequam reponatur in pristina libertate superueniunt indicia ex hoc nō conualidatur confessio facta in tormentis, nec perseuerare sufficit gl. est ad hoc singu. & vnica quam Bar. ibi multum commēdat in d. l. maritus. & sequitur Bal. in l. fi. C. de accu. et Ludo. de Ro. in consil. clxvij. † Sed ponamus ecce ꝙ potestas vel iudex condemnauit confessum vigore dictæ confessionis inualidæ extortę per torturā, in casu quo non poterat torqueri; quia non præcedentibus legitimis indiciis, vt supra dictum est, vel quia alias tortura fuit iniuste illata, vel ratione personæ quæ torqueri non poterat, vel ratione delicti pro quo torqueri non poterat, vt superius ostensum est, an ipsa sententia erit nulla ipso

45 46 47 48

ipso iure, vel erit opus appellatione, videtur ꝙ sit nulla ipso iure. nam sententia lata per probationē a iure improbatam, est ipso iure nulla, vt est in c. ij. de purga. vulga. Tu dic, aut sententia continet expressum & patens vitium probationum a iure improbatorum, vt quia dixit. & quia cōstat nobis per confessionem Titij habitis indiciis per talem eius libertum tortum, vel per talem eius fratrem coactum testificari, vel per talem eius inimicum & si. ideo ipsum condemnamus, & tunc sit ipso iure nulla. & ita loquatur tex. in d. c. ij. vel quia dixit iudex, & quia constat nobis te culpabilē propter duellum, vel propter experientiam ferri cādentis, ideo te condemnamus. ista est doctrina Io. And. in nouella. in c. quoniam contra falsam, de proba. in fi. quam refert Bald. in l. libertorum. C. de test. Aut non continet expressum & patens vitium. sed latens, & tunc non est ipso iure nulla, sed est opus prouocatione, vt l. ij. C. quando prouo. non est ne.

49 Item ad aliud † debet aduertere iudex vt ante formatum processum & ante li. contest. non procedat ad torturam. vt etiam infra dicetur. & fuit dictum supra dum tractauimus de indiciis. in ij. q. in versi. quæro an testis. Insuper quæro, iudex formauit processum contra aliquem, ille comparuit, & negauit, iudex solēniter parte citata examinauit testes, per quos legitima probantur indicia, & postea non aliter publicato processu & testibus, posuit reum ad torturam quæritur an iuste, & legitime hoc factum fuerit. Et primo videtur ꝙ sic, non ad petitionem partis, sed ex officio iudicis; quia non est vis, si sit publicatus processus vel nō, quia quantum ad iudicem semper est publicatus, vt no. Inno. in c. cum clamor. de testi. In cōtrarium est veritas, nam ex dictis testium ante publicationem nō fit probatio nec indicium, vt est casus secundum vnam lectu. in l. solam. C. de testi. & per consequens non pro-

50 ceditur ad torturam. & istud tenet Iaco. ibi. † Et est ratio, quia cum tortura non debeat fieri, nisi in defectum probationum, & præcedētibus indiciis, & adhuc non constet de his, quia processus nō publicatus non probat, vt d. l. solam. ergo non habet locum tortura. Et per hanc rationem & autho. Iac. idem tenet Bal. in l. milites. C. de quæstio. Sed est aduertendum, quia dicta ratio non videtur bona, per ea quę not. Doc. & maxime Bal. in l. gesta. C. de re iudi. vbi dixit Bald. ꝙ iudex potest ferre sententiam, etiam non publicatis attestationibus. & valet sententia, nisi ambæ partes, vel altera contradixerint, & ita tenuit Innocen. in d. c. cum clamor, de testi. & But. in l. prolatam de sent. licet glos. ibi teneat sententiam non valere non publi-

51 catis attestatio. † Vnde videtur posse assignari ratio; quia iudex non debet auferre defensionem partis, immo non potest ad condemnationem procedere, nisi dato termino ad faciendum defensionem, cui etiam renuntiari non potest, vt habetur in l. custodias. ff. de pub. iud. & in l. pactum inter hæredē. ff. de pac. Sed hæc defensio per reum fieri non posset, nisi publicatis attestationibus testium; quia alias scire nequiret quid testes testificati sint, nisi publicentur, cum ipsorum examinatio fiat in secreto, vt l. si quando. C. de testi. Posset forte distingui, ꝙ aut pars petit publicari attestationes, & copiam indiciorum sibi dari, & hoc debet fieri; q̄a debet dari copia indiciorum; quia super eis debet disputari, an procedant nec ne l. vnius. §. cogniturus. ff. de q̄ō. secundum Barto. in l. fi. in fi. eo. tit. & huic disputationi, nō torturę, debet interesse aduocatus, vt no. glo. & Bart. in l. legis virtus. ff. de ll. & per hoc d. l. custodias. nam posset in dicta disputatione apparere de inualiditate indiciorum, & testes posset reprobari. & sic indicia remoueri, per ea quæ no. Inno. in c. præsentium, & in c. licet. de testi. Item debebit super hoc pronuntiari, vt diximus de his supra in hac q. in ver. v. iudex. Aut nō est petita publicatio attestationum, & copia indiciorum, & tunc procedat ꝙ primo loco dictum est, per not. per Inno. in d. c. cum clamor. & Bal. in d. l. gesta. & Iac. But. & Bal. in d. l. prolatam. Et hac distinctione esset vtendum post factum, ad saluandum iudicem in syndicatu, sed ante factum melius faceret iudex sequi sententiā Bald. in d. l. milites. & Iaco. in d. l. solam, quia deberet prius publicare processum, & attestationes, q̄ꝑ deuenire ad torturam, quod etiam firmat Bar. in l. vnius. §. j. ff. de quæstio. pro quo etiam facit quod no. Bald. in l. in bonæfidei. C. de iureiur. iiij. col.

52 Quæro † cum supradictum fuerit, ꝙ iudex in tortura debet aduertere ad multa, an debeat aduertere ad aliquod tempus, & sic an tortura adhiberi possit diebus feriatis in honorem Dei? Respondeo, hæc q. videtur decidi per text. in l. nemo. C. de epis. aud. & in l. prouinciarū. C. de fer. Nam aut delicta sunt atrociora, vt latrocinium, sacrilegium, crimen læsæ maiestatis, adulterium, stuprum, incęstus, raptus virginum, vel sanctimonialium, veneficium, homicidium, parricidium, & si. & in his potest omnibus diebus, etiam paschalibus, procedi ad torturā, tex. est expressus in d. l. nemo. ver, sed ab his. & in d. l. prouinciarum. Si autem non sunt crimina atrocia; sed minora, in quibus est imponēda pœna pecuniaria, tunc videtur, ꝙ non posist fieri tortura diebus feriatis in honorem Dei, per d. l. nemo, in princi. & l. dies festos, ibi sit idem dies a cognitionibus alienus, & l. quadraginta, & l. actus. C. de fer. Consuetudo t̄n videtur male seruare hoc, licet etiam in tortura, etiam alia supra, & infra dicenda male seruet, t̄n hoc de die festo posset roborari; q̄a tortura est quędam examinatio extraiudicialis. vnde si præcessit iudicialis cognitio indiciorū potest postea dicta examinatio fieri quolibet loco, & tempore,

53 † exemplo testis qui iudicialiter iurauit. nam potest examinari quolibet tempore, etiam feriato in honorem Dei, vt tenet Spe. in ti. de fer. §. ij. ver. quid si tunc testis. & Bart. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. & Bal. in l. quando. C. de testi. & est gl. in cle. j. de offic. deleg. Item potest hoc iuuari, vbi vigeret statutum: prout est cōiter per Italiam ꝙ in causis criminalibus procedatur quocunque tempore, etiam feriato in honorem Dei, vt vult ēt statutum in hac terra sancti Seuerini, in rubrica de fer. An autem iudex debeat aduertere, ante-

quam

quam deueniat ad torturam, a qua persona debeat
54 incipere. si sunt plures torquendi. † Respondeo, aut omnes sunt æque suspecti de crimine de quo quæritur, & tunc incipiendum est ab eo qui timidior est, si dispariter sunt timidi si vero æqualiter timerent torturam, tunc incipiendũ est a iuniori, & ab eo qui magis teneræ, ætatis est. casus est in l. vnius, in prin. ff. de qō. Si vero æqualiter non sunt suspecti, sed ex omnibus, vnus est magis suspe ctus alijs, & tunc ab illo incipiendum est, & post istũ, tunc iudex debet examinare illũ, quẽ iudex crediderit facilius posse veritatem promere. tex. est in l. j. §. item diuus Adrianus. eo. ti. & ita vr̃ mi hi, quanuis Bar. in d. §. diuus. aliter loquatur. dicit enim Bar. quem refert & sequitur Areti. in tract. malefi. in verbo, fama pub. col. xxij. ver. nunc videamus de tortura. ꝙ iudex debet animaduertere, a quo melius & citius sperat extrahere veritatem, & ab illo torquendo faciat initium. Si aũt sperat ita ab vno, sicut ab alio, tunc initiũ faciat ab eo, qui magis de crimine est suspectus. Si autem omnes pariter sunt suspecti, incipiat a magis de-
55 bili. † Item si est pater & filius, incipiat a filio, in conspectu patris; quia magis timet in filiũ, quã in se, vt l. isti quidẽ. ff. quod me. cau. Et si est masculus, & fœmina, incipiat a fœmina quia est debilior, vt l. filio. C. de inoffic. testa. & l. deferre. in prin. ff. de iure fisci. sed Gandi. in suo tracta. maleficiorum. in rub. de qō. & tormentis in ver. nunc videndum est, quo ordine sint habenda tormenta. dicit, ꝙ iudex sagax considerabit, a quo facilius veritas erui possit, vt ab illo quæstionẽ incipiat, tanquam a timidiore, & a magis suspecto, & a magis debiliore. & non a fortiore, vt l. j. §. qui quæstionem. ff. de qō. & d. l. vnius. & a fœmina, potius quam a masculo, & a filio, potius quam a patre, per iura supra alleg. Et vide ad prędicta etiã per Io. And. in c. cum in contemplatione. de regu. iur. vbi ponit, secundum quod alias audiui a præceptore meo in voce, ꝙ si inter torquendos est aliquis qui habeat aliquod turpe cognomen, sicut est in pluribus locis, puta forabosco. vade nocte, & similia, quod ab illo erit incipiendum.

56 Videamus modo † quomodo se iudex gerere debeat quando posuit aliquem in tortura, in examinãdo, & interrogando tortum. ad hoc Barto. dat hanc practicam videlicet, ꝙ aut iudex procedit super generali inquisitione, quam formauit, constito sibi de maleficio, licet non constet de malefactore, & tunc testis debet interrogari, quis dictum maleficium fecerit, nõ autem debet nominare aliquem, videlicet an Titius fecerit illud: quia hoc esset magis suggestio, q̃ inquisitio veritatis. et ita debet intelligi, l. j. §. qui quæstionem. ff. de qō. & hoc casu, anteq̃ veniatur ad torturam, debẽt esse aliqua indicia contra testem, vt dictum fuit supra in hac princi. q. post prin. Aut iudex procedit per modũ specialis inquisitionis aut accusationis, contra certam personam, & tunc aut torquetur testis, aut ipse principalis. si torquetur quis, vt testis, tunc debet interrogari, an inquisitus, vel accusatus, fecerit maleficium intentatum vel alius, non autem interrogabitur de modo, & alijs circũstantijs. sed fit interrogatio hoc modo, quia interrogabitur, qualiter fecit illud maleficium inquisitus vel accusatus, & quãdo, in qua parte corporis percussit. non autem interrogabitur limitate, si percussit sic vel sic. quia istud esset suggestio, vt dictum est. &
57 ita intelligit d. l. j. §. diuus Adrianus. † Aut torquetur, vt principalis, & tunc. d. §. diuus. dat formam. quia debet interrogari solum de se, & non alijs. Si autem in tortura aliquid deposuerit contra alium. tunc an illud faciat indicium, fuit alibi dictũ hoc dicit Bart. in l. j. §. qui qōnem. ff. de qō. Item si interrogatur ipse principalis, debet eum interrogari in genere, si cum aliquo fecit aliquam rixam vel etiam ad speciem descendendo, si cum Caio, vel etiam magis ad speciem, si Caium vulnerauit. non aũt magis in specie inclinet, vel dicat, vel vlterius interroget, alias forte ille metu tormentorum vt doctus illud diceret, quod nunq̃ sciuisset dicere nec dicere potuisset. & sic contra ius cõfessionem haberet de delicto, quod forte nunq̃ commisit, quod est iniquum. facit quod not. glo. in l. prius. ff. ad Sylla. & Cy. in l. fi. C. de accu. & ibi Saly. in ver. quæro nunc de modo. ita dicit Aret. in tract. maleficio. in gl. in verbo fama publi. in vlt. col. sed do. Augu. de Ari. ibi in additio. dicit ꝙ ipse putat hæc vera. vbi indicia non essent nimis manifesta. sed vbi constaret de delicto vere cõtra inculpatum, non video quare iudex ad conuincendam malitiam malefactoris qui negaret; ad hoc vt sibi denotaret, ꝙ immo iudex scit omnia, quare iudex peccaret si hoc diceret reo, per ea que habentur in l. cum hi. §. si cum lis. ff. de transa. cum
58 si. vbi malitiis hominum est obuiãdum. † Sed ponamus ꝙ tortus negat, & in negatione perseuerat, an poterit iterum torqueri. Respõdetur, ꝙ in hoc, tex. videntur contrarij. nam l. repeti. in prin. ff. de quæstio. dicit simpliciter, ꝙ quæstio repeti potest, sed l. vnius. §. j. dicit ꝙ ita demum repetitur, si euidetioribus indiciis, reus opprimitur. Dicunt Doc. ꝙ aut nulla sunt indicia de nouo, & quæstio non potest repeti, aut sunt indicia de nouo euidentiora primis, & tunc potest repeti. & ita concordant dicta iura, secundum Iac. de Are. & Cy. in l. fi. C. de qō. & Ray. & Bar. in l. vnius. §. j. ff. eod. tit. Et ibi dicit Bart. ꝙ licet ista sint vera de iure, tamen de consuetudine non seruatur, sed quæstio repetitur toties quoties iudici videbitur. Ipse tamen aliter intelligit istam materiam, dicendo, ꝙ quando apparent contra reum indicia leuia, & non multum manifesta, nec multum vrgentia, tunc quæstio nõ debet repeti; quandoq; contra reum apparent indicia manifesta, & euidentia, & multum vrgẽtia, tunc si in prima tortura, reus nihil dixerit, & stat durus, poterit iterum torqueri, vt d. l. diuus §. j. & d. l. repeti. Et quod dicitur in d. §. euidentioribus argumentis, exponit idest euidentioribus, q̃ sint alia argumenta leuia, quæ consueuerunt apparere contra reos. sed secundum primam lec. de qua supra exponitur euidentioribus argumentis, quam fuerint prima argumenta contra reum. ita dicit ipse ibi. secundum tamen secũdam expositionem, dicit hanc materiam practicari. Aret. autem in

suo

suo tract. maleficiorum, in glo. in verbo, fama publica. col. xxij. ver. tertio quæro. dicit ꝙ Bartol. in l. vnius. §. j. ff. de quæstio. dicit † ꝙ si primo fuit sufficienter tortus, nunquam tormentis potest repeti, nisi superueniant indicia de nouo, vt ibi probatur. quod not. dicit ipse Aret. contra aliquos crudeles iudices, qui quotidie torquent, & tormenta repetunt, & de nouo alia indicia non habent, quoniam tenentur in syndicatu; quia non poterant illum in tormentis repetere. & idem dicit tenere Saly. in l. ij. in fi. C. de cu. re. & dicit quod Dy. in suo tract. de qoni. dicit ꝙ assessores hoc non seruant. pro quorum opi. saluando allegat in authē. vt iudi. sine quo. suf. §. oportet. ibi, iudices torquebunt fures &c. do. autem Augu. de Ari. in dicto versicu. tertio quæro. in addi. dicit, ꝙ Bald. in l. milites §. de quæstio. dicit ꝙ semel tortus, non potest iterum torqueri, & si faceret hoc iudex, quod repeteret, & tortus decederet, deberet acriter puniri domi. Catald. in suo syndicatu. in quæstio. ccxx. dicit ꝙ leuiter tortus, potest iterum torqueri quantūcunque Bald. in l. obseruare. C. quorum app. non re. dicit ꝙ semel tortus, etiam insufficienter, non potest torqueri sine nouis indicijs, quam sententiam idem do. Augu. non credit esse veram, cum careat ratione, per doctrinam Bartol. in d. l. vnius. & dicit, ꝙ sibi placet doctrina Gandi. in suo tract. malefi. in rub. de quæstio. & tor. in ver. 60 an quæstio possit repeti. qui dicit † quod licet assessores, qui sunt auidi honoris, feruent, vt repetant quæstionem, sine nouis indicijs, tamen communis opin. Doc. est, ꝙ sine nouis indicijs nō potest. Et idem affirmauit idem Gandi. in dicta rub. colum. j. licet ibi dicat, quod de consuetudine, multi assessores hoc non obseruent. Et Angel. in l. j. §. si quis. ff. ad Sylla. dicit, quod semel illata tortura caueant iudices, ne iterum torqueant. & Bald. in c. j. §. furtum. de pace iu. fir. dicit, semel tortus, bis, & ter, & sufficienter, si tamen perseuerat negando, & superueniant indicia de nouo, potest iterum torqueri. & idem dicit in l. prima. C. de confes. in vij. colum. quod semel tortus competenter, non potest iterum torqueri sine nouis indicijs. & Bartol. in l. vnius. §. primo. de quæst. dicit per illum text. quod potest repeti tortura, post publicationem processus, quando sunt indicia euidentiora primis. Mihi autem. in tanta variatione, videtur latius distinguendum, videlicet, quod aut tortus ex primis indicijs fuit competenter tortus, 61 aut minus competenter, vel leuiter. † Primo casu, aut noua superuenerunt indicia & validiora primis, & repetitur quæst. secundum omnes per text. in dicta l. vnius. §. j. Aut æqualia primis, vel minora, & tunc, aut in prima tortura reus confessus est, & postea variauit, quia negauit, & tunc propter noua indicia, dummodo de iure valida, ad torturam quæstio repetitur, quia principaliter secunda indicia non sunt purgata, propter primā torturam, in qua corpus, animusque non durauit, quia confessus fuit, licet post recessum a tortura diffiteatur. & ita vno modo potest intelligi. l. repeti ff. de quæstio. Et hoc casu forte etiam sine nouis indicijs, poterit repeti tortura; quoniam ex illa prima confessione, etiam reuocata, videtur fieri nouum indicium. quod sufficit ad repetendum torturam, vt videtur velle Bald. in l. bonæ fidei. C. de iureiur. in iij. colum. & vide quod dicetur infra in vj. quæst. videlicet de effectu torturæ, in versicu. sed ponamus. vbi de hoc late dicetur. Aut nihil confessus est in prima tortura, & tunc non repetatur, per d. l. diuus. §. j. nisi prima, & secunda indicia essent multum vergētia, & ma 62 nifesta, vt dixit Bart. in d. l. vnius. §. j. † Si vero prima tortura fuerit leuis, & minus competenter facta, & tunc indistincte possit repeti. et ita etiam potest intelligi. d. §. j. Ad quod etiam facit quod not. Bal. in l. ij. C. quorum app. non re. ꝙ si aliquis fuit leuiter tortus, non habetur pro torto, sicut leuis fabricula non dicitur febris. vt ff. de ædi. edi. l. ob quæ vitia. §. fina. Tormentum enim dicitur dolor corporis, & magna afflictio, vt not. Ioan. And. in nouella. in cap. cum in contemplatione. de reg. iur. secundum eum. Et secundum hanc distinctionem, intelligo quod dicit ibi Bald. ꝙ si tormenta sunt plene imposita, non possunt repeti, nisi ex nouis indicijs. & quod idem dixit in l. j. C. de confes. vbi dixit, ꝙ semel tortus competenter, non debet iterum torqueri, nisi superuenerint noua indicia. Et hæc puto vera de iure, licet consuetudo obseruet contrarium, & latrūculatores multum insæuiant in torquendo, repetendo pluries, & ita seruari vidi. & ita quādoque seruaui, 63 licet minus iuridice. & malefactum fuerit. † Sed cum hic fiat mentio de nouis indicijs, quæro quæ dicantur noua indicia. hanc q. ponit. Aret. in d. tract. malefi. in glo. in verbo, fama publica. colum. xxiij. in versi. quæro quæ dicantur. dicit ꝙ noua indicia dicuntur ea, quæ differunt a præcedentibus, spem, vel substantia, verbi gratia, prima indicia erant de mala fama rei, vel quod erat inimicus &c. superuenit postea vnus testis, qui dicit, se vidisse reum percutere, vel dicit, ꝙ vidit cum gladio euaginato, talia enim indicia dicuntur noua, quæ a prioribus, spē differunt, vel substantia, sicut dicimus in capitulis nouis l. per hāc. C. de tempo. app. & c. fraternitatis. de testi. quod dicit esse notandum, ne erretur, quia si primo fuerit habitum indicium ex fama per aliquos te- 64 stes, & cum eo fuerit data tortura. † Quid autem si quis fuit positus ad torturam præcedentibus legitimis indicis, & fuit confessus crimen de quo quærebatur, nec contra ipsum militant alia indicia, super alijs delictis, an possit interrogari, vt confiteatur, si commisit alia delcta, & maxime eiusdem generis puta fuit tortus pro furto, & con fessus, an possit interrogari, si commisit alia furta. dic ꝙ non, vt l. j. in prin. ff. de quæstio. sed de consuetudine seruatur contrarium quæ consuetudo potest probari per l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re mili. & l. congruit. ff. de offic. præsi. ita dicit Gand. in tract. malefi. in rubri. de quæstio. & tormentis. in versi. sed quid de quæstione. quæ quotidie occurrit de facto. & ita dicit etiam tenere Areti. in suo tracta. malefi. in glo. in verbo, fama publica. in vlti. colum. sed do. Augu. de Ari. ibi in suis additio. dicit quod talis consuetudo

non valet, tanquã irrationabilis, & contra tex. in c. fin. de consuetu. & in l. ij. C. quæ sit longa consue. nam opus est, secundum ipsum, ꝙ primo constet de delicto anteꝗ̃ ad torturam procedatur, vt l. j. §. item istud. ff. ad Syll. & fuit superius dictum.

65 † Ego puto ꝙ prædicta posśint concordari hoc modo videlicet, ꝙ aut cõtra eum præcedit diffamatio generalis de illo crimine, videlicet, ꝙ est magnus latro, & tunc sit laudabilis illa consuetudo, ꝙ de aliis interrogetur propter illam diffamationem, per d. §. a Barbaris. Aut non præcedit talis diffamatio, & tunc secus. vnde iudex discretus, debet aduertere ad qualitatem personæ. Sed ponamus. ꝙ quis est tortus legitime, tamen non confitetur, immo persistit in negatione, quid habet facere iudex? Dicas, ꝙ debet eũ reponere in carceribus, & expectare, si potest habere noua indicia, & tunc, vt supradictum est. si habet noua indicia, vel vacillet, debet ipsum iterum torquere. Si autem nõ superueniunt alia indicia, vel nõ vacillat. debet asśignare accusatori, si proceditur per viam accusationis, vnam dilationem, ad probandum, & producendum quicquid vult, & potest contra accusatum, vel inculpatũ, protestando, ꝙ alias, elapsa dicta dilatione, si non fuerit aliquid productum. vel probatum sufficienter, ipsum relaxabit. ita dicit Areti. in tract. malefi. in glos. in

66 verbo, fama publi. in vlt. col. in fin. † Vbi etiam dicit, ꝙ erit bona cautela, ꝙ in relaxatione iudex faciat apparere in actis torturam esse adhibitam contra detentum, cum moderamine, secũdũ quod indicia habita demonstrabant. & ideo quia fuerunt purgata bene indicia, non repertũ culpabilẽ, mandauit relaxari, & dicit hoc notari per Bart. in l. fina. in princi. ff. de quæstioni. Et dicit esse menti tenendum, ne iudex, alias faciendo, teneatur in syndicatu. Item si iudex indebite, & iniuste torsit aliquem, vtatur hac cautela, in relaxatione torti, videlicet ꝙ si vult faciat ipsum cõfiteri, ꝙ fuit legitime tortus, & ad dictam confesśionem inducat ipsum blandis suasionibus, & de hac confesśione faciat esse rogatum notarium, & in syndicatu non tenebitur. ita dicit Catald. de viso, in trac. de syndi. circa prin. in iij. ver. & ita dicit, ꝙ hoc voluit Ang. in l. iniuriarum. §. si quis quod decreto. ff. de iniur. & ita dicit, ꝙ ita vidit de facto practicari.

SVMMARIVM.

1 ☙ *Quæstio seu tortura ad quid fuerit inuenta.*
2 *Confeśsioni factæ in tormentis quando standũ sit.*
3 *Confeśsioni in tortura factæ fides non habetur si in ea non perseueretur.*
4 *Tortus quomodo in confeśsione censeatur perseuerare.*
5 *Tortus non statim post torturam debet ad tribunal reduci, ad videndam ipsius in confeśsione perseuerantiam.*
6 *Tortus ad tribunal reductus an sit relaxandus, si confeśsionem in tortura factam reuocauerit.*
7 *Reuocatio confeśsionis factæ in tortura quando sit admittenda.*
8 *Confessus in tormentis quando condemnari poßit absque aliis probationibus.*
9 *Condemnatio non potest ferri ex confeßione extorta per torturam illegitimam.*
10 *Torto metu tormentorum confitente montes, & maria, caueat sibi iudex ne damnetur in corpore, & anima.*
11 *Iudex an debeat statim credere ei qui sponte confitetur se aliquem occidisse, cuius corpus non reperitur.*
12 *Occidens aliquem, & proiiciens corpus in mare, an poßit condemnari si de corpore mortuo non constet.*
13 *Iudex nõ statim confeßione extorta legitime debet ad condemnationem procedere.*
14 *Condemnatio sequi potest ex confeßione delicti spontanea, & probata.*
15 *Confeßio delicti in dubio præsumitur spontanea.*
16 *Iudice, & notario asserentibus confeßionem torti spontaneam, reo autem dicente eam tormentorum formidine factam, cui potius standũ erit.*
17 *Cõfeßio nõ potest dici spõtanea probata tortura.*
18 *Iudex condemnationem fundare non potest ex sola confeßione reuocata.*
19 *Confeßio sola in ciuilibus non obligat.*
20 *Confessus tormentorum formidine confeßionem suam debet reuocare per se vel per procuratorem, speciale mandatum ad hoc habentem.*
21 *Cõfeßio vnica an sit sufficiens in criminalibus.*
22 *Assessores cauti in negotiis arduis confeßionem apud acta repetere debent, ꝙ scilicet sponte confessus fuerit.*
23 *Confeßionem suam qualiter quis interpretari poßit.*
24 *Notarius non debet scribere reum tortum sponte confessum fuisse.*
25 *Reus quando dicatur sponte confessus, & quando coacte.*
26 *Reus dicitur sponte confessus in confeßione perseueret.*
27 *Confeßio facta in tortura quando censeatur valida. & nu. seq.*
29 *Executio an fiat in causa criminali ex confeßione sola absque alio processu, & sententia.*
30 *Sententia in criminali semper est necessaria, in qua nũquã quis pro cõdemnato haberi debet.*

Quæstio

Quæstio sexta secundæ partis.

Sexto principaliter quæritur de effectu torturæ, & quæstionis. † Supra qua qõne est sciendum, ꝙ tortura fuit inuenta, ad finem, vt per eam veritas negotij, de quo quæritur, illuminaretur, & inueniretur l. cum falsum. & l. hoc ꝙ placuit. C. de qõ. Et tamen nõ semper, nec vnquã est ei fides adhibendæ, quia fragilis, & periculosa res est, & fallens veritatem. Nam quidã adeo sunt duri, vt millies torti, nihil dicant, de eo, de quo interrogantur, & plerique obdormiunt in ea. Ex quibus habui iam duos pro manibus, qui positi in tortura, ita obdormiebant, vt viderentur defuncti penitus, & postq̃ de ea deponebantur, stabant sic per aliquod spatium, & postea incipiebãt respirare, & continuo sic faciebant, quotiescũque ponebantur in tortura. Sed cum mutassem torturam ponendo taxillum ad talos, vnus ex ipsis, & in hac tortura idem faciebat, alius vero nõ. Quidam vero sunt ita timidi, & fragiles, & doloris impatientes, vt omnia confitentur, etiam falsa, & quæ nunquam cõmiserunt, vt est de his tex. in l. i. §. quæst. ff. de quæst. & Seneca dicit ẽt innocentes cogit mentiri dolor. & horũ est maior numerus q̃ obdormientium. vnde iudex debet multũ aduertere, ne de facili credat. † Et ideo hic quæro, an confessioni factæ in tormentis, credi, & stari debeat? Respondeo, text. in d. l. j. §. diuus Seuerus. ff. de qõ. dicit confessiones reorum. pro exploratis facinoribus haberi nõ oportet, si nulla alia probatio, religionem iudicis instruat. & sic videtur velle, ꝙ non credatur, nec stari debeat, sed in l. edictum. ff. eo. ti. dicit quæstiones efficacissimas esse ad inquirendam veritatem, & in l. j. § si quis vltro. eo. tit. dicit, cum in tormentis constiterit, & sic innuunt dicti tex. ꝙ confessio facta in tormentis fidem faciat glo. in l. fi. C. de qõ. dicit ꝙ confessioni factæ in tormentis statur, si perseueretur. & ita loquitur d. l. j. §. si quis vltro. & d. l. edictũ. secus si perseueretur. & ita loquitur d. §. diuus seuerus. & istud etiam sequitur ibi Odofred. & ista distinctio est de mente Azo. in sum. C. eo. in fi. gl. etiam ponit eam in d. §. diuus seuerus. & istam tenet ibi Bar. Bal. autem in l. j. C. de confes. in iiij. colum. distinguit, ꝙ aut reus in tormentis confitetur, præcedentibus legitimis indicijs, & statur suę confessioni, præsertim, si perseueret in ea, aut non præcedunt aliqua indicia, vel argumẽta vel sunt ita leuia, ꝙ non faciunt præsumptionem. & tunc non statur cõfessioni, nisi in ea perseueret, vt not. in glos. in dicto. §. diuus seuerus. secundum eum. Ego puto, ꝙ ista distinctio Bald. non sit bona nec vera. & miror, ꝙ ita insipide, contra morem suũ, locutus fuerit. Nam in primo membro vult, ꝙ † cõfessioni factæ in tormẽtis stetur, ẽt si non perseueretur in ea. sed istud est contra gl. & Doct. omnes, vt supra relatum est, & contra dictum. §. diuus. Item in secundo membro similiter male dicit, per tex. & quæ ibi not. per Bar. in l. pen. ff. de quæst. vbi confessioni factæ in tormẽtis nunq̃ statur, ẽt si perseueretur, si fuerit habita non præcedẽtibus indiciis vt ibi est tex. secundum vnam lec. quam tenet ibi Bar. late examinaui supra, in proxima prin. q. in ver. sed ponamus ꝙ quis. & ista est cõis opi. in vtroq; predictorũ mẽbrorum. vnde bonus qñq; dormitat Homerus. et hoc idẽ melius loquendo consuluit Bald. in suo consil. incipiente, tres sunt casu pro quo consilio require infra vbi forte ponam, de verbo ad verbũ, in ver. & quia supra. & idem ipse voluit in l. imperator. la ij. ff. de sta. ho. dicendo, ꝙ confessio extorta per torturaã minus legitimã, nihil valet. † Sed quæro, qũo dicatur in cõfessione perseuerare. Respondetur, ꝙ ad hoc vt dicatur perseuerare in confessione, oportet ꝙ post confessionem factam in tormentis reducatur in loco publico iudicij, & ibi corã notario, & publicis personis cõfirmetur text. est in l. ij. C. de cust. re, secundum Bar. in d. §. diuus Seuerus. in l. j. ff. de qõ. Ista tñ perseueratio debet esse, & fieri extra loca tormentorum, in loco vnde tortura nõ vr. & dicitur perseuerare præsertim si hoc confiteatur corã amicis, arg. l. quæro ff. de ædil. edic. dixit Bal. in l. ij. C. quorum app. nõ reci. sed idem Bal. in l. j. C. de confes. ꝙ perseuerare dicitur eo-ipso, ꝙ non reuocet ipsam. Non obst. si dicatur, ꝙ confessio facta metu tormentorum non valet, qa talis metus non est iustus; quia iudicis authortas operatur, ꝙ factum per talem metũ, valeat: quia pertinet ad executorem iustitiæ, vt ff. quod met. cau. l. iij. cum non fiat contra bonos mores, sed iure licito, vt ibi patet. Si autẽ iste appellat, non intelligitur perseuerare, sed tacite reuocare, vt ff. de ap. l. creditor. §. iussus. ita dicit ipse, quod non placet, immo requiritur expressa ratificatio ad locum tribunalis facta, per d. l. ij. ff. de cust. re. vide Bal. in procemio. C. in fi. & in c. j. de pace iur. fir. de his tñ vide quæ dicentur infra in hac eadẽ q. † Sed an statim ꝙ tortus deponitur de tortura, debeat duci ad tribunal, ad videndum, an perseueret in confessione habita? Respondeo ꝙ non, sed debet repausare, saltem per diem & noctem, sine tormentis, & postea debet duci ad locum, de quo supra dictum est, & si confitetur, tunc dicitur perseuerare, si aũt hoc faceret statim post tormenta, non diceretur perseuerasse ita not. Iaco. in d. l. ij. C. de cust. re. vt refert, & sequitur Ange. in l. j. ff. eo. tit. Et ideo dixit Bald. in prin. C. super rub. ꝙ perseuerantia expressa requirit, ꝙ pluries confiteatur, diuersis temporibus, sed quando pluries cõfiteretur eodem tempore. ista est vna confessio tm̃, et non est proprie perseuerantia de hoc est gl. not. in simili. in l. iiij. ff. de pig. act. secundum eũ, quod est notandum. Ipse tamen in l. ij. C. quod me. cau. in iij. col. aliter loquitur, Bar. in d. l. j. §. diuus seuerus. ff. de qõ. dixit ꝙ debet duci ad banchum, eo tempore, quo cessauerit dolor tormentorum, sed si reduceretur ad banchum, stantibus dictis doloribus, totum hoc videretur factum, & dictum formidine tormẽtorum. argumen. l. quod ait. §. final. & de adul. & sic dicti Docto. mire inter se sunt varij, sed possunt saluari, distinguendo hoc modo videlicet ꝙ dictnm Bart. procedat, quando est certum dolorem cessasse, vel durare, sed quando de hoc dubitatur, loquatur Iacob. Butr. quia

per diem & noctem præsumitur cessasse, & ita intelligo hanc quæstio. 6 † Sed ponamus, ꝙ tortus confessus in tortura, fuit ductus ad tribunal, vt ratificaret, sed ipse negauit, quod in tortura confessus est, & an propter hoc debeat relaxari, cum non confiteatur apud tribunal, vel debeat tantum torqueri, quod apud tribunal dicat illud, quod dixit in tormentis. Bald. dicit ꝙ post talem reuocationem remaneat semiplena probatio. allegat gloss. in l. ij. C. de cust. reo. & ideo, nisi reuocans probet contrarium, compellitur perseuerare in confessione, etiam per repetitionem tormentorum. ad hoc quod not. Innocen. in cap. per inquisitionem de elec. ita dicit Bald. in l. bonæ fidei. C. de iureiur. in iij. colum. sed idem Bald. in dicta l. ij. C. de custo. reo. dicit, 7 † ꝙ quando quis in confessione non perseuerat tacite vel expresse, sed reuocat, & tunc si sunt aliqua indicia facientia pro reuocatione, admittitur reuocatio, vt l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstio. si autem indicia faciunt contra eum. non admittitur reuocatio, quia vbicunque potest quis cogi confiteri, nõ admittitur reuocatio, sed iste potest cogi confiteri, ergo fortius potest cogi perseuerare in confessione. vbi autem nulla indicia apparent pro, vel contra, videtur ꝙ ista reuocatio confessionis spõte facta, non procedat, nisi error allegetur, & probetur, vel non staret per allegantem, sed staret per iudicem, quo minus probaretur, vt l. de ætate. §. fina. ff. de interro. act. facit quod not. in l. ictus fustium. ff. de infami ita dicit Bald. in d. l. secunda. & est ellegans distinctio ita debet intelligi, ꝙ ipse not. in l. fi. C. de proba. vnde hoc casu posset cogi perseuerare in confessione, per repetitionem torturę. Et quia supra facta est mentio de confessione habita in tormentis, quęro generaliter, an confessus in criminalibus, possit ex sola cõfessione condemnari, absque alijs probationibs. 8 † Respondeo tres sunt casus. nam quandoque qs cõfitetur in tortura, seu formidine tormentorum, & hoc constat, quandoque quis confitetur sponte, & hoc constat ẽt, quandoque quis confitetur, & dubitatur, an sponte, vel formidine tormentorũ confessus sit, quia torius dicit timore tormentorum se confessum, & iudex illud negat, Primo casu Bal. in dicto consilio suo, quod incipit, tres sunt casus, dicit quod quando quis confitetur in tortura, vel formidine tormentorum, & hoc constat, & tũc si non præcedunt indicia, non creditur confessioni, & si post confessionem probantur indicia, tunc iudex appellationis nõ debet confessionem sequi, quia illegitima, & contra iuris formam fuit extorta. vt legitur & notat, in l. maritus. ff. de quæstionib. Indicia ergo debent pręcedere per legitimos testes legitime recipiendos, & examinandos, & enim extra iudicium aliquid dicerent sine iuramento, facerent indicium, quia deposuerunt non iurati. C. de testi. l. solam. & in l. iurisiuran. & indicia sunt probanda per duos testes contestes, non singulares. C. famil. ercifcund. l. fina. in gloss. ita dicit Bald. in dicto consilio. in isto primo capite. Quibus adde quod quomodocunque tortura sit illegitima est verum quod dicit Bald. non solum si sit illegitima eisdem personis, quę torqueri non poterant. de quibus supradictum fuit plene, in iiij. quęstion. princip. dum tractauimus quæ personę possunt torqueri, & quæ non. vel respectu causæ, super qua fuit adhibita tortura, de quo dixi supra in iij. q. princi. vbi habetur, in qua causa sit habenda tortura, & in qua non, vel quia non formata inquisitione vel accusatione, & ante lit. conte. vel non seruatis alijs, quæ fieri & seruari debent. propter quæ non potest deueniri ad torturam. de quibus plene dictum fuit in v. quæstio. princ. per totum, vbi vide, 9 † nam ex tali confessione extorta per torturam illegitimam non poterit deueniri ad condemnationem etiam si fuisset millies ratificata, cum non valeat, vt dictum fuit in d. v. q. prin. in ver. sed ponamus, quod quis est minus legitime tortus &c. Si autem confessio fuit extorta per legitimam torturam, tunc ad hoc, vt ex ipsa possit deueniri ad condemnationem, est opus, vt in ea fuerit perseueratum, & sic, ꝙ fuerit ratificata legitimo modo, prout superius in hac q. dictum est. Item est opus, vt certa sit & specialis non vaga, & generalis. & constet de facto, puta, in furto. de rebus subtractis. ita dicit Bald. in d. authen. sed nouo iure. in ver. sed pone, ꝙ quis confitetur, per l. in rebus. §. illud. ff. ad Trebel. & Pau. de Cast. in d. authen. sed nouo iure. & Are. in tract. malefi. in gl. in verbo, & vestem cœlestem. in vij. colum. in ver. quid si quis confitetur. vbi etiã dicit, 10 † ꝙ iudex debet esse bene cautus, ne damnet animam & corpus, quando fur cõfitetur maria & montes, & plura furta commisisse, ꝙ velit dicta furta alibi commissa, & hic qualificare, & verificare mittendo nuntium ad habẽdum informationem pro veritate, & ad reperiendum dicta furta, ita ꝙ appareat, quæ distraxerit, & quæ pignorauerit, & quæ penes se, vel aliũ habeat, alias sæpe innocente condemnaret, qui metu tormentorum, multa non vera confitentur, contra. l. absentem. ff. de pœ. & vide ad hoc etiam per Ioan. And. in addi. Spe. in ti. de sen. in versi. titius fuit confessus, & Gand. in tract. malefi. in rub. qualiter fiat accu. & Ange. in l. j. C. de confess. qui dicit, ꝙ si quis confitetur occidisse hominem, qui viuus apparet ꝙ confessio non tenet, neque ligat confitentem vt l. inde neratius. §. fina. cum l. seq. ff. ad l. Aquil. si aut constat hominem occisum, tamen nescitur a quo, tunc confessio ligat, ibi. 11 † Sed quid si nõ apparet, nec virtus, nec mortuus, exemplum, confitetur quis se duos, vel tres mercatores occidisse incognitos, & eos proiecisse in flumen, nec corpora reperiuntur, an illa confessio erit sufficiens ad condemnationem, dicit ipse videtur ꝙ non, ex quo non apparet, saltem corpora interempta. sed dicit ꝙ contrarium fuit determinatum Perusij per egregium d. Nico. de Tortellis. ibi præsidentem. & dicit ꝙ bene fecit, ex quo inquisiti erat malæ famæ & conditionis, & erant robatores, & stabant iuxta clanas, ita quod in illud flumen habiliter potuerunt corpora proiecisse, si autem non esset verisimile, propter distãtiam loci, vel propter bonam famam inquisiti, nõ crederem de iure, ex tali confessione, quem

esse

esse damnandum, hec debet vltro cõfessum iudex incontinenti punire, & confessioni credere vt d. l. si quis vltro. §. diuus. ff. de quæst. ita dicit Ang. in l. certum. ff. de confes. damnat illum do. Nico. de Torrel. præsidentem Perusij, ꝙ per illas confessiones generales, condemnauit illos inquisitos, cum non constaret de rebus subtractis, & de corporibus mortuis. & hoc idem confirmat in addi. Spe. Bald. in titu. de sen. in xviij. colũ. qui dicit. 12 † ꝙ si quis confitetur se hominem occidisse, & corpus proiecisse in mare, ꝙ cum non constet de corpore mortuo, ille non potest ex hoc cõdemnari, nisi saltem probetur illum per famam esse mortuum, sed do. Augu. de Ari. in addi. dicti trac. malefi. in d. versi. quid si quis confitetur. dicit, ꝙ iudex semper debet facere, ꝙ cõstet de delicto perpetrato, & rebus subtractis, etiam si fur, & reus esset malæ famæ, per d. §. item illud. in l. j. ff. ad Sylla. & ita videtur ipse velle. in d. tract. super eo. verbo, fama pub. circa fin. additionis, ad ver. postq̃ aliquis fuit captus & incarceratus &c. Et ita ego approbo, ꝙ si non constat de delicto, & corpore, in quo dicitur factum delictum iudex, ex confessione, non procedat ad condemnationem, maxime corporalem, per prædicta, & per ea quæ dicta sunt supra iiij. q. princi. supra de tortura. & versi. item no. ꝙ nunquam &c. vbi fuit dictum ꝙ non est deueniendum ad torturam, nisi constet de delicto, ergo multominus ad condemnationem. 13 † Quinimmo etiam si constaret de delicto, puto esse aduertendum, quod iudex non deueniat ad condemnationem, ex confessione, etiam legitime extorta per torturam, esto etiam ꝙ sit ratificata, sed velit antequam procedat ad condemnationẽ, verificare, inquantum potest dictam confessionẽ, saltem per aliqua verisimilia, quia multa dicuntur nõ vera, & ratificantur etiam propter timorẽ torturæ, per ea quæ habentur in l. j. §. questioni. ff. de qõ. & fuit dictum supra in princ. huius vj. q. prin. Ego enim vidi, & audiui, aliquos fuisse ex tali confessione iniuste ex inaduertentia, vel seuitia officialium cõdemnatos, & morte traditos, qui non aliter perquisita veritate processerũt ad condemnationem, & executionem ex sola cõfessione, non verificando aliter factum, & quod fuerint iniuste damnati, fuit detectum ex postea; quia fuerunt capti alij ex postea, qui talia delicta commiserant, ex quo fuit declaratum illos fuisse iniuste damnatos. vnde sit bene cautus iudex, saltem, vt excusare se possit in foro poli, vt velit prius verificare factum ex aliquo certo signo. verbigratia, si fuit aliquid subtractum, quæratur post confessionem, quid confessus fecerit de re subtracta. & si dicit se vendidisse, vel pignorasse alicui exploretur ab his, quibus dicit vendidisse, vel pignorasse, an sit verum, & his similia fiant, & nunc est de facto, in hac inclyta ciuitate Senensi, in nostro prætorio, in quo detinetur vnus, occasione homicidij de nocte commissi, & ille quandoque fatetur, & quandoque negat, tamen vltimo persistit in confessione, propter timorem torturæ, cuius est nimium pauidus, & dicit se posuisse ensem cum quo interfecit, modo in vno loco, et modo in alio, & tamen adhuc non potest ex aliquo signo clare innotescere iudici maleficiorum, quod iste vere fateatur. certe malefaceret, & ita sibi dixi, si ex sola confessione, ipsum condemnaret, nisi aliter dictam confessionem, cum aliquo vero signo verificaret.

14 Secundo casu quando † quis confitetur sponte, & hoc constat, tũc secundum Bald. in d. consi. statur suæ confessioni l. qui sententiam. C. de pœn. nisi indicia probabilia. & verisimilia, vel ipsa innocentiæ substãtia, in contrarium appareat, vt ff. de quæstio. l. j. §. si quis vltro, & isto casu. si quis reuocet confessionem, & coram iudice appellationis detegat innocentiam debet liberari, vt not. ff. de app. l. creditor. §. iussus. & C. de erro. aduo. l. fi. & C. quo. ap. non re. l. j. per Cy. Bart. autem in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæst. dicit, & etiam glos. ibi ꝙ talis confessio sufficit ad condemnandum, vt l. fi. confessus. ff. de custo. re. d. l. qui sententiam Bal. tamẽ in d. l. j. C. de confes. dicit in v. col. super hoc mẽbro, distinguendo, ꝙ aut confitetur verum, aut falsum, aut dubitatur. Primo casu dicta confessio nocet confitenti, & ei statur, nisi esset talis cõfessio, quæ posset interpretari in bonam partem. c. cum dilecto. de accu. Secundo casu, non est standum, quia talis confessio est contra naturam veri, vt l. j. §. si quis vltro. ff. de quæst. & l. non tantũ. 15 ff. de ap. † Tertio casu, quando dubitatur, dic ꝙ præsumitur spontanea. primo, quia nemo præsumitur ita fatuus, ꝙ mentiatur, in seipsum. secundo, quia confitetur præstito iuramento de veritate dicenda, & sic ipse confitetur ex conscientia perpetrati sceleris. tertio, quia habetur pro veritate, ita dixit Bald. ibi. Eo tamen casu, quo cõfessionem falsam non nocere dictum est, intelligo, si sit reuocata eius sententia, & probatum de innocentia. Si autem est lata sententia, & foret appellatum, tunc etiam in causa appellationis posset de innocentia deduci, & probari, & debebit solui, si probata fuerit, vt ff. de app. l. creditor. §. iussus. & C. de erro. aduo. l. fina. & ita voluit Bald. in dicto consi. tres sunt casus. Si autem non esset appellatum, & iudici constaret de innocentia condemnati, & tunc ante executionem factam, & habet locum dicto. §. si quis vltro. quia debet referri principi pro liberatione condemnati, & interim debebit supersederi. si vero esset facta executio, antequam de innocentia constiterit, & tunc sententia & executio fuit iusta, sed per ipsam non liberatur verus delinquens casus est in l. qui seruum. in princip. ff. de itine. actuque priua. & tenet Bald. in l. ij. C. quib. res 16 iudi. non no. † Tertio vero casu principali, quando dubitatur, an sponte, vel formidine tormentorum. quis confessus fuerit, vt quia cõfessus dicit se confessum formidine tormentorum, sed iudex dicit sponte, & idem dicit tabellio, & sic est dubia per negationem, tunc Bald. in d. l. j. C. de confes. dicit ꝙ si quidem nulla fuerunt adhibita tormenta, & imputet sibi cõfitens, quasi dicat, præsumit̃ spõtanea. si vero fuerũt adhibita, vel præcesserunt terribiles minæ, vel minaces iactantiæ,

& tunc præsumitur metus, nisi esset talis malefactor, cui iudex deberet imminere, tanquam terribilis, quia potius tunc est præsumendum cõtra cõfitentem, quam contra iudicem. ita intelligitur quod not. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui ope. nunc. & sic cum duæ præsumptiones possint esse, vna ꝙ per metum alia ex cõscientia criminis, præsumam potius ex conscientia. quod est notandum secundum eum. Ad quę ẽt facit quod dicit Bart. in l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cle. ꝙ quãuis sit carceratus, tamen eius confessio non præsumitur facta per metum; quia iudex non dicitur inferre metum, vt not. Archid. xv. q. vj. si sacerdotibus. quia præsumitur pro iudice vt l. iij. C. de offi. ci. vbi est text. notabilis.

17 †Item dicit ꝙ probato metu, vel tortura, est quasi impossibile probare, ꝙ sponte fuerit cõfessus, per no. per Innoc. in c. super hoc. de renun. secundum Bald. Item dixit idem Bald. in l. nouissime. in fi. principij. ff. quod fal. tut. au. ꝙ licet quis sit relaxatus per curiam, tamen semper præsumitur metus instare, ne iterum compellat, quod est menti tenendum secundum eum. Bald. ipse vero in d. consi. tres sunt casus. in quo membro dicit, ꝙ si quidem coram iudice appellationis probatur delictum, debet sequi condemnatio, si autem dato termino vtrique parti, non probatur delictum, tunc quia communiter tales confessiones, consueuerunt per assessores, & potestatem, per tormenta communiter extorqueri forte per locum a communiter accidentibus debet præsumi formidine tormentorum, ad hoc facit quod not. Cyn. & clarius Iacob. Butri. in l. ij. C. quod metus cau. & ibi multum assessores reprehenduntur, quia faciunt scribi, quod fuit sponte confessus. Item ratio naturalis hoc dictat, quia nemo vitam suam odio habet, se non chi se impicha per la gola. non est verisimile, quod existens in fortia iudicis sponte confiteatur, sufficit enim terror eorum qui minacem seruorem ponunt.

18 † Et sola ergo confessione reuocata, & dato termino ad probãdum hincinde, & maleficio non probato, non credo ꝙ iudex possit fundare cõdemnationem, maxime secundum glos. quæ dicit ꝙ soli nude confessioni non creditur, vt no. C. de cust. re. l. ij. alias parum prodesset etiam ignorantibus appellare, quia durum est probare torturam. quæ fit in camera iudicum, nec assumuntur testes quorum dicta possent haberi, sicut docet experientia. & sic lex quæ permittit appellare confesso, esset ludibrio, ita dicit Bald. in d. consi. Pet. vero de Anch. in consi. suo. xxiiij. quod incipit visa inquisitione formata contra Philippum de Mantua &c. referendo cõsilium prædictum dicit, ꝙ ad prædicta faciunt notata per Bald. in l. nouissime. ff. ꝙ fal. tu. au. post Cyn. vbi dicit ꝙ semper præsumitur in officiali metus & terror ab eo inferri scilicet per impressionem. C. quod met. cau. Et licet quis sit relaxatus, tamen semper metus instare videtur, ne iterũ capiatur, & talis recte potest dici metus continuatus vt cap. j. quod met. cau. & idem dicendum est in iudice cuius metus posito in carcere pro crimine, semper instat ad torturam, quia familiam & alia instrumenta semper in prõptu habet, ita ꝙ potẽtia nocẽdi, & torquẽdi in habitu. idem operatur, ꝙ potẽtia in actu. vt c. non solum. de ap. in vj. & l. labeo. de statu homi. & habet hoc in se æquitatem. nam si nimiam reuerentiam tormentorum contrahentis metimur, vt l. j. § quæ onerandæ. ff. quarum re. act. non da. & xxij. q. iij. vnusquisque. multomagis nimia tormentorum. formido quam formidinem iustam reddit communis vulgi opin. quæ habet ꝙ officiales consueuerunt captos, & inquisitos de crimine prætermissa iuris grauitate torquere. ad hoc quod not. per Bartol. ff. de no. ope. nuncia. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori.

19 †Item nuda confessio, non sufficeret in ciuilibus ad obligandum. l. cum de indebito. ff. de probatio. & c. si cautio. extra de fide instru. multominus in criminalibus, vbi agitur de salute hominis. nec est verisimile ꝙ quis vltro confiteatur illud quod vitam adimat, vel statum eius vel famam minuat. abhorret enim hoc natura quod seruari desiderat, mortem autem & pernitiem, vt ait Boetius, euitat. Confessionem ergo non verisimilem, & sponte factam non debet iudex admittere, nisi alia suffragentur adminicula. vt not. in c. quia verisimile. de præsump. & sic confessio contra naturam non valet, vt in c. fi. de confes. & c. nos in quenquam ij. q. j. nec confessio contra præsumptionem, quæ est secundum naturam scilicet seipsum conseruare mortemq; & pernitiem euitare.

20 † Remedium ergo est ꝙ ille qui dicitur confessus formidine tormentorum, confessionem suã reuocet, per se, vel per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum, nec iudex aliter dicto crimine, non probato poterit eum condemnare, rationibus supradictis. hæc dicit do. Pet. in d. consi. dicens etiam ita de facto obtinuisse licet iudices maleficiorum, difficiles & rigorosi in admittenda dicta reuocatione confessionis, se exhibeant, & euolant ad condemnationem, cum per inquisitionem procedunt, & credunt vilescere in conspectu hominum, cum aliquem absoluunt, contra l. absentem. ff. de pœn. hæc ille. & licet ista videantur varia dicta, tamen omnia reducuntur ad concordiam, cum hac distinctione, ꝙ si constat de tortura præsumitur cõfessio meticulosa, hic tamẽ metus si præcesserunt indicia non infringit cõfessionem. per dicta in primo membro. Aut nõ cõstat de tormentis, & tunc, præsumitur spontanea, & istam puto veritatem, hoc addito, nisi ex consuetudine iudicis, aliud esset dicendum. per ea quę not. Bartol. in d. §. si quid ipsi prætori. & ita intelligo quod dicit Bal. in d. consi.

21 Rursus quæro †an ĩ criminalibus sufficiat vnica tantum confessio, vel debet esse repetita sæpius. hanc q. tangit glo. in l. diuus Seuerus. ff. de quæst. & in l. seruos. C. ad l. Iul. de vi. & in l. ij. C. de cu. re. & per Cy. Bal. & per Azo. in sum. C. de confes. glos. etiã ponit in l. j. C. de confes. & ibi Bal. & per Spe. in tit. de confes. §. j. ver. & hoc in ciuili. & per Iaco. But. in l. ij. C. quod met. cau. vera conclusio, & cõmunis, & quasi omnium est, ꝙ aut quis in iudicio est sponte confessus crimen, de quo agitur, & tunc vnica

vnica tm̃ confessio sufficit ad ipsum condemnandum.tex.est,& ibi glo.in l.seruos.C.ad l.Iul. de vi.& l.qui sententiam & l.cum reis.C.de pœ.& l.si quis in hoc genus.C.de epis.& cler. Aut confessus est in tormentis, & formidine tormentorũ, & tunc quia illa confessio communiter fit extra locum iudicij,non sufficit ad condemnandum, sed est iterum repetenda apud tribunal in forma iudicij,& forte coram testibus, & iste est intellectus.l.ij.C.de cust.reo.& istam distinctionem posuit Azo in sum.C.de confes.licet in l.j.C.de confes.aliter loquatur in appara.& hanc sentit glo. in d.§.diuus.& Spe.tenet in d.ver. & hoc in ciuili. & Odo.Cyn.& Bald.in d.l.ij.C.de custo. reo.

22 †Cauti tamen assessores in arduis negotijs semper repetunt confessionem apud acta. ꝙ sponte confessus fuerit quauis etiam præcesserit tortura. ita dicit Bal.in d.l.ij.C.de custo.reo.& quod supradictam conclusionem tenet Bart.& Gand. qui dicunt idem de consuetudine obseruari. & allegant quod not.in l.seruos.C.ad leg.Iul.de vi.hæc dicit Bald.in d.l.ij.dicens etiam,quod aliquando in confessione perseueratur per expressam confessionem factam apud acta. & non est dubium ꝙ talis confessus,ex sola confessione potest damnari,secundum omnes. Quandoque in confessione perseueratur tacite, quia non reuocatur confessio,& tunc,aut emanauit sponte, & sufficit aut metu tormentorum, & non sufficit,immo repetẽda est confessio,immo assessores, vt non stetur in dubio isto,faciunt scribi,quomodo reus fuit sponte confessus,& quasi,vt plurimum,ista confessio est falsa. Quandoque in confessione non perseueratur tacite,vel expresse, sed reuocatur confessio,& tunc si quidem sunt aliqua indicia facientia pro reuocatione,& admittitur reuocatio, sed potest cogi confiteri,ergo fortius cogi potest perseuerare in confessione. si autem nulla indicia apparent pro, vel contra videtur ꝙ ista reuocatio sponte facta non procedat, nisi error allegetur,& probaretur,vel staret per iudicem non per allegantem quo minus probaretur,vt l. de ætate. §.fin.ff.de interro.acti. facit quod not. in l. ictus

23 fustium.ff.de infami.†Confessionem autẽ suam, quis potest interpretari,exponendo, non perimere in totum.c.cum dilecti.de accus. hæc Bald. in d.l.ij.sed glo.in d.l.ij.& quidam sui sequaces, vt fuit Fran.Accur.dicunt ꝙ siue sponte, siue per tormenta quis confessus fuerit,non est adhuc puniendus,nisi perseueret.& hoc probant per tex.d.l.ij. qui generaliter loquitur, ergo generaliter est intelligendus.ff.de le.præstan. l.j §.generaliter. & l.de pretio.ff.de publica.pro quorum sententia facit.C.ad l.Iul.de vi.l.seruos.vbi dicit confessionibus. in plurali.sed tu teneas quod supra conclusum est,quæ est communis opinio. Sed ponamus quod quis est confessus per torturam,& in ea perseuerauit,ratificando apud acta,& confitendo, an liceat notario scribere, vel iudici præcipere ei, ꝙ scribat,ꝙ confessus fuit sponte super hac quęst. Inno.in c.super hoc de renunc.vt refert Bald. in l.si quis in hoc genus.C.de epis.& cle.dicit quod probata tortura est quasi impossibile probari cõfessionem sponte factam.& in d.l.ij.C.de custo. reo.dicit ꝙ talis scriptura vt plurimum est falsa.

24 Iaco.But.in l.ij.C.quod met.cau. † dicit ꝙ iudex & notarius malefaciunt, in actis apponere, ꝙ ille qui tortus est sponte confessus sit, & talis scriptura est falsa Bart. in l.j.§.si quis vltro. de qõ.ff.in fi.dicit ꝙ si confessus est reus in actu torturæ,non debet dicere notarius,ꝙ sponte,secus si postea confessus sit.Bal.in l.j.in v.col.C.de confes.dicit ꝙ notarius non incidit in falsum, primo quia vidit & audiuit hoc,& nõ vidit & audiuit contrarium præsertim tunc, vnde de hoc non posset conficere instrumentum,vt l.hac consultissima C.qui te.fa. po. Item quia naturali ratione debet credere ꝙ ille confiteatur propter consciẽtiam perpetrati criminis. Item etiam iudex excusatur,quia non fuit tortus ad hoc præcise, ꝙ cõfiteretur,sed vt verum diceret,& ideo cum nõ fuerit tortus ad hoc signanter,& specifice, sequitur ꝙ tenetur confessionis,non est omnino tormentarius,sed secundum quid est liber, & intentio iudicis, fuit & esse debuit, ꝙ si confiteretur quia verum,non quia tortus. Item quia sic se habet generalis consuetudo, quæ excusat,& quia bono zelo.vnde in psalmo,zelaui contra iniquos, pacem peccatorum,videns.ita dicit ipse ibi Are.autem in trac.malefi.in gl.in verbo, comparuerunt inquisiti & confitentur totum.in ver.vnum nõ omittas.dicit quod Ang. & Ioan.de Imol.in l. qui in

25 aliena.§.fin.ff.de acquiren. hæredi. † dicunt, ꝙ aut reus fuit tortus non præcedentibus indiciis vel non sufficientibus,& tunc etiam si perseueret in confessione,non potest scribi, ꝙ sponte fuerit confessus, & notarius scribens scribet falsum, si sciret eum tortum non præcedentibus indiciis,& ideo dicunt cautela est, ꝙ notarij maleficiorum retineantur extra palatium ne habeant notitiam tormentorum. & sic possunt scribere confessiones tanquam spontaneas. sed tu aduertas de Are. ꝙ ex hoc non euitaret falsum iudex qui scribi fecit.qui hoc sciebat. Si autem iuste præcesserunt tormenta,tunc rite,& iuste potest scribi, ꝙ sponte fuit confessus,dummodo inter tormenta & confessionem.aliud commodum interuallum interueniat. quod arbitrio boni iudicis relinquitur, vt no.in l.iij.§.diuus Seuerus. &ibi Bart. ff. de qõ. Bal.etiam in l.j.C.de confes.in xj.col. dicit ꝙ generalis consuetudo excusat notarium & iudicem a falso,quando scribunt,talis est confessus sponte. & vide etiam ad hoc do.Catal.in tracta.syndicatus.q.ccxv.vbi satis bene loquitur,quando adhibita est tortura,an iudex potest scribi facere, ꝙ sponte fuit confessus.do.Vitalis in suo tract.clausularum.super clausula non, vi non metu.in.§.de metu tormentorũ.in iiij.col.tãgit hanc q.et dicit, ꝙ si notarius scripsit,ꝙ confessus fuit sponte, verum esse,non videtur, propter hoc videtur falsum scripsisse. pro hoc videtur text. in d. l.j.§.si quis vltro.ff.de qõ.ibi est text. si quis vltro &c. & sequit ibi in litera, cũ tormẽtis &c. cõstiterit. & sic dr̃ sponte confessus ille q̃ est cõfessus in tormentis. & scdm hoc debemus exponere, constiterit,scilicet de confessione illius serui. † Et si

26 dicis,

dicis, quomodo dicitur sponte confessus cum dicatur per tormenta, dicas ideo, quia perseuerauit in confessione, vt d. §. diuus Seuerus. & l. ij. C. de custo. reo. vel etiam si confessus est in actu torturæ, quamuis notarius scripserit, sponte confessus est. Nec obst. verbum constiterit, positum in d. §. si quis vltro, quia exponitur, constiterit, scilicet de innocentia. & sic non refert se ad confessionem sed ad serui innocentiam, vt ibi patet. & no. bene, dicit ibi Bart. mihi autem cum reuerentia tantorum do. videtur super hoc, sit distinguendum dicendo, ꝙ aut nulla præcesserunt tormenta ipsam confessionem aut præcesserunt. Primo casu nulli dubium, ꝙ vterq; iudex scilicet & notarius recte scribit in actis, ꝙ sponte confessus est per d. §. si quis vltro. in prin. & l. ij. C. quo. ap. non re. si vero præcesserunt tormenta & tunc aut ipsa tormenta illata fuerunt nullis præcedentibus indiciis, 27 saltem legitimis, aut ipsis præcedentibus. † Primo casu, quia illa tortura fuit iniusta, & iudex qui hunc torsit iniuste. & inique fecit, illa confessio vigore inique torturæ facta, etiam si milies ratificaretur, & dicatur sponte facta, nunquam præsumitur sponte, sed per violentiam tormentorum facta, & nihil valet. casus est in l. pen. ff. de quæst. & hoc casu si notarius scit illam torturam esse factam non debet scribere ꝙ sponte fuit confessus, & si scribit, puto ꝙ tam iudex, qui mandauit, ꝙ̄ ipse notarius inciderit falsum. l. qui testamentum ff. de fal. & l. ij. C. de fi. instru. cum si. si vero notarius ignoraret trorturam iniustam, tunc dicta pœna non teneretur; quia falsum absque dolo non committitur. l. nec exemplum. & l. maiorem. in fi. C. de fal. iudex tamen semper tenetur, quia mandauit scienter scribi falsum, licet ignoranti, & in eo, in dubio præsumitur scientia iuris. l. ij. ff. quod 28 quisq; iu. † Secundo vero casu, quando tortura fuit iniusta, & præcedentibus legitimis indiciis habita, & tunc aut imminentibus tormentis, confessio in eis facta scribitur, mandante iudice, ꝙ sponte fuit confessus, tunc vterq; tam iudex ꝙ̄ notarius malefaciunt & puniuntur, vt supra aut postea, & tunc aut notarius sciuit torturam, aut ignorauit, si sciuit, & tunc aut instantibus doloribus torturæ hoc fit, quia statim ꝙ depositus est de tortura, vel parum post tortus confitetur, & non licet scribere ꝙ sponte. malefaciunt iudex & notarius, per no. per Iaco. But. in d. l. ij. C. quod met. cau. & l. ij. C. de cu. re. & supra dixi. Si vero transacto debito tēpore, & spatio intermedio, ille tortus confitetur, & tunc licet scribere sponte. & ita seruat consuetudo. Si vero notarius ignorauit torturam, tunc nunꝙ̄ ipse tenetur licet scribat sponte confessum, & ita intelligo quod not. Bal. in d. l. j. C. de confes. Et ideo iudices debent cauere, ꝙ tormenta non videantur, neque audiantur per notarium maleficiorum, quia forsitam recusaret scribere sponte confessum, & hoc ēt voluit ibi Bald.

Vltimo no. circa hanc prin. q. quę est de effectu torturæ, ꝙ q̄n tortura fit in casu non permisso, vitiatur solum actus torturæ, cū suis dependentibus, non aūt reliquus processus rite factus, vt l. j. C. de quæst. & ibi per Bald. in l. milites. in fi. eo. titu.

29 Postremo quæro † an in causa criminali, ex sola confessione, absq; alio processu & sententia, fiat executio. Inno. in c. querēti. de offi. delega. dicit ꝙ nō. Sed ipse idem tenuit contrarium in c. qualiter & quando. el. ij. de accu. & pro ista parte est casus in c. romana. de app. lib. vj. Dic aut quis. confitetur metu tormentorum, & habent locum primo loco dicta; quia requiritur perseuerantia, & processus. lit. conte. vt supra dictum est in v. q. prin. torturæ. aut confitetur sponte, & habet locum secunda opi. Inno. in d. c. qualiter et quando. & vide quod no. per gl. in c. ex literis, de diuor. sub verbo, admonitus. & vide Bar. i l. j. i fi. de cu. re. ita dicit d. Vitalis in trac. clausularum. super clausula, non vi, nō metu. in. §. de metu tormentorum. in ver. fi. Spe in ti. de cōfes. in. §. j. in ver. fi. dicit, ꝙ si quis est spōte confessus, vel per torturā. & tamen in confessione perseuerauit, ꝙ nihilominus debet condemnari. l. si confessus. ff. de cust. reo. & extra de confessi. c. 30 cum super. de elec. c. per inquisitionē. † vbi dicit ꝙ nunꝙ̄ quis est in crimnali pro condēnato habendus, immo semper est necessaria sententia, vt C. de pœn. auc. sententiam. & C. de cu. re. l. si quis reus. & ff. de quæsti. l. j. §. j. vel l. pen. ij. qō. ij. nos in quęquam. & xxiiij. q. iiij. quesitum. & c. illud. Lanfran. Brixien. suo commento super c. quoniā contra falsam. de proba. super rub. de cōfes. in vj. col. in ver. queritur preterea. dicit ꝙ Inno. in d. c. per inquisitionem. dicit contra confessum de crimine non potest procedi ad condēnationem, nulla præcedente accusatione, inquisitione vel denuntiatione; quia ad hoc vt fiat condemnatio, oportet quod aliquid petatur, vel subsit materia, super qua fundetur condemnatio, ita dicit dicere Bald. in l. ij C. de confes. tamen si prædicto casu, inquisitio sequatur confessionē, & sic ordo peruertatur, dicit ꝙ procedi potest quia sententia ferri potest contra confessum, ex inordinato processu, vt tenet Bart. in d. l. si confessus. ff. de cust. reo. & Bal. in d. l. j. & Io. And. in d. c. qualiter & quando. quod intelligendum est, secundum Bar. vbi supra, si confessio emanauit principaliter, alias secus. quod etiam sequitur Bart. in d. l. j.

SVMMARIVM.

1 *Iudex indebite aliquem subiiciens quæstioni qua pœna debeat puniri.*
2 *Iudex qui dolose & sine causa aliquem torsit, si moriatur, capite plectitur.*
3 *Tortura adhiberi non potest per eum qui non habet merum imperium.*
4 *Tortura ad finem triplicem fieri potest.*
5 *Officiales non debent parere potestati aliqiuid cōtra legem iubenti.*
6 *Familiaris potestatis ponens aliquem ad torturam de mandato ipsius, non tenetur.*
7 *Rector cui concessum est arbitrium torquendi aliquem*

di aliquem, an possit torquere nullis præcedentibus indiciis.

8 *Inculpatum de crimine sponte se ingerentem torturæ, an possit potestas licite torquere, si alias ei non liceat de iure.*

9 *Committere nemo potest alicui vt ipsum percutiat, cum nemo sit membrorum suorũ dominus.*

Quæstio vij. secundę partis.

Septima prin. q. est qua pœna 1 puniatur iudex torquens aliquẽ † indebite. videtur ꝙ debeat puniri pœna capitali, vt est tex. in l. decuriones. C. de qõ. & ibi hoc dicit Bal. sed tex. in l. nemo carcerem. C. de exac. tri. lib. x. dicit ꝙ iudex qui indebite torquet, vel carcerat aliquem punitur ea pœna qua puniretur incarceratus vel tortus pro eo pro quo torquetur vel carceratur. Item punitur, quia damnatur ad carceres, scilicet ad certum tempus, secundum Ang. ibi sed Bal. in rub. C. de pœna iudi. qui male iud. dicit ꝙ iudex qui de facto aliquem torquet, non punitur similitudine torturæ, quia non reperitur iure cautum, ꝙ tortura alicui imponatur pro tortura, sed tenetur iniuriarum, pro motu iudicis, vt ff. de iniu. l. iniuriarum æstimatio, secundum eum, super hac q. distingue, an tortus moritur in tortura, vel propter torturam, & tunc an & qñ, & qua pœna teneatur, fuit late dictum supra in v. qõ. prin. de tortura. in ver. sed cum dictum sit. Aut non fuit mortuus & tunc aut fuit tortus quis iuste & rite, & non teneatur aliqua pęna, per l. Gracchus. C. de adul. † Aut 2 fuit tortus iniuste, vel non rite, & tunc aut torsit dolose, & sine causa, & tenetur pœna capitis, etiã si non moriatur & eadem pœna tenetur si fecit torqueri illum, qui de iure torqueri non poterat, puta quia decurio vel ancianus, siue prior, durante magistratu, per d. l. decuriones. & per l. j. C. de requi. re. vbi de hoc per Bal. ꝙ procedit etiam si potestas habet arbitrium, vt no. supra in c. veniens, & in c. Quintauallis. de iureiu. Aut sine dolo, & cũ causa tamen nõ recte, nec rite, & tenetur actione iniuriarum, vt. ff. de iniu. l. iniuriarum examinatio, & ita intelliguntur, & concordantur prædicta iura, & vide d. in ver. sed cum dictum sit, quibus adde, ꝙ quando quis vt priuatus torquet aliquem punitur ea pœna qua punitur retinens priuatum carcerem, vt dicit Bal. in l. j. C. de priua. 3 carce. † Et si torsit non vt priuatus sed vt iudex tamen non habebat talem iurisdictionem, quia nõ habebat merum imperium, sine quo tortura adhiberi non potest, vt no. habetur in l. imperium. ff. de iuris. om. iu. & ibi per Guil. & tunc habebat locum d. l. nemo carcerem. licet etiam hoc casu teneatur parti actione iniuriarum per d. l. iniuriarum, & hoc quia tortura est iniuria personalis, si fit sine causa, & iniuste, vt l. nihil. C. de quę. Sed quid si propter bonum publicum, quis discrete torsit aliquem, puto propter sedandum tumultum populi, vt multoties fit, propter terrorẽ aliorum, an teneatur in syndicatu. Credo ꝙ non arg. 4 no. per Inno. in c. j. de consti. † Item no. ꝙ tortura potest fieri ad triplicẽ finem, nam qñq; fit ad criminis punitionem, vt l. ictus fustium. ff. de infa. exẽplum, qñ officialis reperit aliquem in flagranti, nam facit illum ex hoc fustigari, vel aliter torqueri. vt ibi, qñq; fit ad iurisdictionis defensionẽ & ista tortura debet esse modica & temperata. l. fi. §. fi. ff. de offi. eius cui man. est iur. qñq; fit ad criminis inuentionem, vt l. capite quinto. ff. de adul. & de hac est materia nostra, & de qua infra late loquuti fuimus. & inferius dicetur. Sed ponamus iudex, aut potestas, qui est caput officij & in quo residet potestas torquẽdi, non torquet ipse per se, sed iussit militibus, & aliis officialibus, vt torquerent aliquem, an si tortura est indebita, teneantur ipsi milites, & officiales. Super hac qõ. licet aliquid tetigerim supra in v. q. prin. in ver. & aduerte circa prædicta, vbi vide, tamen quia non erat locus suus, sed melius cadebat hic, ideo cum minus perfecte ibi dictum fuerit, dicamus hic perfectius, capiendo distinctionem Dy. in c. ꝙ quis mãdato, de regul. iur. in vj. ꝙ aut iussus potestatis est expresse contra legem, aut expresse secundum le- 5 gem & sic iustus, aut dubitatur. † Primo casu officiales non debent ei parere. immo potius resistere, & si non resistunt puniuntur; vt quia potestas mandat in casu illicito, vel torqueri decurionem, vel alium qui de iure torqueri, non potest, casus est in l. omnes. C. de decu. lib. x. & l. qm̃. C. de ap. cum si. & superius fuit dictum. & hoc casu, officiales debent protestari potestati, ꝙ hoc non faciat, & ꝙ ipsi contradicunt, & consentire, si fiat, non intendunt. vt colligitur ex d. l. qm̃. Secundo casu, parere tenentur, alias si non parerent, punirentur ff. si quis iusd. non obtem. l. j. & ff. de re iud. contumacia. in prin. Tertio casu officiales non puniuntur, si indebite torquent aliquem quia parere tenẽtur ar. ff. de iudi. l. si quis ex aliena & ita intelligo. l. liber homo. la ij. ff. ad l. Aqui. vbi obedientia debita, vel promissa excusat a delicto, per quã l. dixit ibi Bald. ꝙ fuit reiectus quidam libellus, qui dabatur contra quendam officialem potestatis, qui de mandato potestatis, quendam torserat illicite, quia iste excusatur, ratione iussus superioris secundum eum. Intelligo tamen dictum suum, in casu in quo officialis debet parere secundũ distinctionem supradictam, & non aliter. Sic etiam intelligo, qđ scripsit Ang. in l. iniuriarũ actio. §. si 6 quis eo. ff. de iniur. vbi dixit † ꝙ miles, aut alius de familia rectoris, ponens aliquem ad torturam de mandato rectoris, iuste vel iniuste, non tenetur per illum tex. coniuncta gloss. in l. non videtur. §. qui iussu. in glo. magna. ff. de reg. iur. Et ideo dat cautelam, ꝙ rector oblato libello cõtra aliquem de sua familia de aliquo iniuste facto, ꝙ elapso tẽpore dandi libellos contra seipsum faciat reum conuictũ articulari & probare ꝙ hoc fecit de mãdato rectoris, & hoc etiam rector cõfiteatur, ꝙ fecit pro officio exercendo & erit securus vterq;, quod est valde notãdũ: intellige tñ secundũ distinctionem prædictam, & non aliter, videlicet in casu quando debet parere. Aduerte ꝙ multoties cõ-

ceditur

ceditur rectori, arbitrium torquendi aliquem, an poterit torquere non præcedentibus legitimis indiciis. 7 † Respondeo multi dicunt ꝙ sic, sed contrarium est de iure verius, quia non poterit non præcedentibus legitimis indiciis, vt c. quintaualis. & c. veniens. de iureiur. & no. in cle. sæpe. de verbo. signi. ita dicit Pau. de Leaza. in c. grauis. de deposito & sic per istud arbitrium non excusaretur rector a pœna si torqueret, non præcedentibus legitimis indiciis. Quid si est datum arbitriũ ꝙ possit torquere, nullis præcedentibus indiciis, in aliquo crimine. Dic, ꝙ intelligitur ꝙ debeat torquere arbitrio boni viri, & moderate. ideo si excessit modum deberet puniri argu. l. pen. ff. de arbit. ita dicunt quidam, argu. eorum. quæ not. Bartol. in l. sed si vnius. §. ait prætor. ff. de iniur. vnde si rector cupit habere amplam potestatem super maleficiis, & maxime in torquendo, prout multoties fieri vidi, & concedi, siue a gubernatoribus, siue a cõmunitatibus, sint cauti, vt bulletinũ siue reformatio, sit large & plene certũ, videlicet torquendi cum indiciis vel sine, & alte, & basse, & moderate & immoderate, prout sibi visum fuerit. 8 † Insuper quæro ponamus, quidam inculpatus de crimine, sponte ingerit se torturæ, puta dicendo, ego non commisi tale delictum & offero me velle stare torturæ, ponatis me in tortura, costui e vn pazzo. an potestas possit iuste istũ volẽtem ponere ad torturam, si alias de iure hoc ei nõ liceret. puta quia non præcedunt indicia. Respondeo ꝙ non potest, quia liber homo non est dominus membrorum suorum l. liber homo. ff. ad l. Aquil. secundo quia potestas torquendi, est meri imperij, vt l. defensores. C. de defenso. ciui. & tenet Guil. de Cun. in l. imperium. ff. de iurisdi. omn. iudic. sed ea quæ sunt meri imperij, non possunt pacto priuatorum concedi. C. de iurisdi. omn. iudic. l. priuatorum. 9 † Tertio quia non potest quis committere alteri, ꝙ ipsum percutiat. l. j. §. vsqueadeo. ff. de iniu. & hoc tenuit Bartol. in l. pen. ff. de condi. ob cau. & in l. interdum. §. qui furem. & ibi gloss. contrarium senserit. ff. de fur. & licet gloss. & Bartol. loquantur quando committat se ad torturam priuato, tamen ego idem dico, si committit se iudici, quoniam vt iudex, in casu illo torquere non potest, quia habetur vt priuatus, quando quid facit extra terminos iuris l. prohibitum. C. de iure fisci. cum si. Et propterea quando iudex, in casu prædicto, torqueret aliquem volentem non excusaretur a pœna per prędicta applicanda fisco. sed excusaretur ab actione iniuriarum, & ab ipsius interesse, quoniam volenti non fit iniuria l. j. §. adeo. & ibi Barto. ff. de iniur. & per Bartol. in l. quamuis. in fin. ff. de in ius vocan. Ex his deciditur alia q. quæ sæpe occurrit, nam aliquis inculpat aliquem de delicto, & quia non habet veras probationes neque indicia sufficientia ad torturam, dicit domine potestas, ponatis me, & ipsum ad torturam, multi fatui, vt ita loquar, putant hoc posse, & debere fieri per potestatem sed per supra proxime dicta est contrarium in persona volentis, ergo multofortius in persona illius qui nollet.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Reum torquendum nemo debet subtrahere dum locus est torturæ.*

Torturæ si locus sit, detineri personaliter quis poterit.

2 *Tortura facilius adhibetur in maleficiis. occultè factis, quàm in aliis.*

3 *Tortura pro crimine explorando facta, non reddit tortum infamen.*

Præsumptio iuris & de iure dr̃ indicium euidẽs.

4 *Suspicio vna præsumptionem non inducit, sed plures suspiciones bene inducunt vnam præsumptionem.*

5 *Præsumptio illa censetur potior, quæ vero reperitur proximior.*

Iudex in tortura procedere debet quamuis tortus asserat se nihil dicturum.

7 *Innocens reputatur is contra quem indicia non reperiuntur.*

8 *Res de crimine delati, & si non omnes nec omni casu possint torqueri, possunt tamen vultu iudicis terreri.*

9 *Quæstio in certis delictis datur ex solis indiciis.*

Quæstio viij. secundæ partis.

Circa octauam partem princip. in qua pollicitus sum colligere, & describere aliqua notanda communia, de indiciis, & tortura. 1 † Et primo not. ꝙ quando est locus torturę, non licet alicui subtrahere torquendum a tortura, nec facere ꝙ veritas non possit apparere, vt l. quicunq;. C. de malefi. & mathe. quod facit contra celantem testem, ne testificetur in criminali secundum Bal. ibid. Secundo not. ꝙ quando est locus torturę quis potest cogi. & detineri personaliter, vt in c. si clericos. de sen. excom. lib. vj. Facit quod not. Inno. in c. vt famæ. & c. quia contingit. de sen. excom. & Bald. in l. nemo. C. de epis. audien. iuxta fin. 2 † Tertio not. ꝙ tortura facilius adhibetur in clandestinis, & nocturnis maleficiis, ꝙ̃ in aliis d. l. nemo. & ibi Bald. vel in crimine falsi l. sicuti. C. de fal. & in crimine proditionis, & sic in crimine læsę maie. l. fallaciter. C. de aboli. & in crimine adulterij, & similibus, vt ff. qui & a quib. l. prospexit. facit. de fur. l. interdum. §. qui furem. & l. pen. ff. de condi. ob cau. & ideo in maleficiis de nocte commissis, non requiritur arguta probatio, arg. not. in c. in fidei fauore. de hæreti. lib. vj. & l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod met. cau. & facit. C. de iusti. codi. emend. circa medium. et l. j. §. tria. ff. de ven. inspi. & vide omnino infra in ver. fin.
3 † Quarto no. ꝙ tortura, quæ fit ad crimen explorandum, non infamat, siue quis torqueatur vt testis

testis siue vt principalis.l.nullam.iuncta glo.C.de infami. Quinto not. ꝙ indiciū in criminalibus, ponitur pro quodā signo maleficij,sed in ciuilibus ponitur pro veritate rei,vt l.fi.C.de fal.her. Sexto no. præsumptionem iuris de iure appellari indicium euidens l.si qui.C.de adul. Septimo not. differentiam inter præsumptionem,& suspicionē, quia suspicio stans in suis finibus nunꝗ est causa condēnationis,sed præsumptio sic,secundum gl.& Bal.in l.quāuis.C.de adul. 4 † Octauo not.ꝙ ex multis suspicionibus inducitur vna p̄sumptio, sed vna suspicio,non inducit præsumptionem.facit ꝙ not.gl.in l.ij.§.ętas.ff.de excusa.tu.Bal.in authē. si quis.C.de adulte. Nono not.ꝙ illud,quod dicitur,semel malus semper prҽsumitur malus.intelligitur in eodem genere mali, & non in diuerso;vt si tractatur de homicidio,& aliquis sit homicida, præsumatur contra ipsum, sed si esset adulter, non præsumatur homicida et his si.l.omnes.§.a Barbaris.ff.de re mili.& p Bal.in l.fi.ff.de hære.insti.

Decimo no.ꝙ differentia est inter suspicionem, & præsumptionē,indicium,& argumentum,et adminiculū, vt not.Bal.in l.ea quidem.C.de accu.j. & ij.col. 5 †Vndecimo not.ꝙ inter p̄sumptiones illa est potior, quę vero videtur proximior, vt l. eum filiū,diffinimus.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur.Item ꝙ posterior præsumptio tollit priorem. ff.de in integ.resti.l.diuus.pares vero præsumptiones inuicem se confundunt;quia nulla victoria fit a pari.ff.de ritu.nup.l.nō solum.§.vno, argu.ff.de fideiuss.l.generaliter.versicu. sua & de excu.tuto. l.sed & milites.in princip. vnde pariter operantur , & non pręponderat altera alteri, sed remanet factum simplex,ab omni suspicione abstractū. si vero essent plures præsumptiones pro vna,quā alia parte. tunc plures rationes vincunt vnam , si quælibet per se,est ita bona,sicut illa vna quæ est in cōtrariū,argu.in authē.de consangui. & vteri. fra.§.j.Item præsumptio violentia,tollit non violentam.de præsumptio.c.literas. 6 † Duodecimo no.ꝙ licet existens in tormēto,dicat iudici se nunquam dicturum aliquid,tū iudex debet procedere in tortura,alias facile esset vnicuiq; vitare tormēta,quorum dolore forte mutabit sermonem,scđm Pau.de Leaza.i c.grauis.de deposito. Decimotertio nota. ꝙ sicut potest torqueri accusator , ita potest torqueri instigator et consultor. l.si quis. C.ad legem Iulia.maiesta. Decimoquarto not. quod accusator non excusatur calumnia , propter quælibet indicia , sed solum propter indicia manifesta.ita dicit Bald.in d.l.si quis. Decimoquinto not.ꝙ vbi tortura est prohibita non habet locum tortura,et si præcedunt indicia,dicit Bald. sumendo argu.a contrario sensu in l.milites.C.de quæsti. 7 †Decimosexto no.ꝙ lex habet quēlibet pro innocente,contra quē non pręcedunt indicia, scđm glo.& Bald.in l.pe.C.eo. Decimoseptimo no.qđ licet ex forma legis vel statuti,debeat stari indiciis,quantum ad plenam probationem,tū semper necesse est,ꝙ tale indicium probetur per duos testes.ita dicit Ang.in authen.de testi.imperfe.in fin.in prin.col.viij.vbi ex glo.posita quæ incipit, valet.nam lex.C.dicit stari testamento paterno, quibuscunq; indiciis probetur,tamē ista gl.& illa dicunt ꝙ ista indicia debent probari per duos testes.Et ideo si statutū dicit ꝙ in maleficiis nocturnis, pro plena probatione habeatur indicium , ꝙ licet vnus testis deponat de veritate, & sic faciat indicium vt l.in bonę fidei.C.de iureiuran.& ff.de testi.l.cum probatio.& ff.de excu.tuto.l.ij.§.ętas. tū ex isto indicio non potest sequi condemnatio; quia non est probatum tale indicium per duos testes.& si tu dicis,quid operetur statutum;nā si duo testes probarent de veritate , sine dubio deberet sequi cōdemnatio;sed dic quod multum operatur. nam si duo erunt testes,qui deponant super aliquo adminiculo indicium faciente,certe ex tali indicio probato per duos testes, sequitur condēnatio, licet nihil deposuerint super veritate, per istā gl. vt dicit ibi Ang.Mihi durum videtur,ꝙ plus probent indicia remota,ꝗ̄ propinqua, quæ fiunt per vnum testem de veritate,per ea quæ no.Bar.in l. fi.ff.de qō. 8 †Decimooctauo not. ꝙ licet non omnes,nec omni casu liceat torquere,tū possunt terreri,quia vultus iudicis,in talibus debet apparere terribilis, vt in authen.de manda.princi.§.talem vero.scđm Bal.in l.ij.C.quo.ap.non reci. Decimonono no.ꝙ si aliquis probauit indicia,propter quæ ventum est ad torturam,nō meretur præmiū, quod datur probanti maleficium,quia ista probatio potius est facta officio iudicis inquirentis,ꝗ̄ ꝑ ipsum delatorem, dixit Bal.in l.in fi. C.pro qui. cau.serui.pro præmi.li.ac. 9 †Vigesimo no.ꝙ in certis delictis,consiliis,& tractatibus.propter difficultatem probationis,peruenitur ad torturam,et quandoq; ad condēnationem , ex solis indicijs. si sunt ita certa,ꝙ vix negari possint.C.de qō.l.milites.§.oportet.& de excusa.tuto.l.ij.per Dyn.ita dicit Bald.in l.quicunque.C.de seruis fug.& vide omnino de hoc supra in hac parte.in vers.iij.not.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cui relatum est aliquod delictum esse cōmissū,statim ad illud vidēdū mittere debet.*

2 *Miles seu alius missus per iudicem seu potestatē ad videndum excessum,quid facere debeat.*

3 *Potestas informationes ab offenso vel syndico debet habere de delicto, & vicinorum nomina et testium, scripta tenere debet.*

4 *Indicia leuia & leuiora quam ad torquendū sufficiunt ad inquisitionem formandam.*

5 *Iudex ad capturam personalem procedere nō debet nisi prohibita informatione, & formata inquisitione.*

6 *Captura ꝑsonalis quibus cōcurrētibus fieri possit.*

7 *Iudex delatum de crimine habens præ manibus, qualiter eum verbo absque tortura interrogare debeat.*

8 *Reus delatus corporaliter puniendus , debet in carceribus publicis detineri , sed si pecuniariter,*

ter, idoneo præstito fideiussore poterit relaxari.

9 *Iudex examinatis testibus eorum dicta & processum parte citata publicare debet.*

10 *Iudex indiciis purgatis, interlocutorie debet pronuntiare non esse deueniendum ad torturam.*

11 *Iudex neminem debet questioni subiicere si veritatem aliunde possit percipere.*

12 *Condemnatio in criminalibus nonnunquam ex probationibus præsumptiuis sequitur nedum ex veris.*

13 *Iudex ad torturam moderatè & temperatè debet procedere.*

14 *Iudex confesso in tortura non debet statim credere, quinimmo ipsum facere debet perseuerare & ratificare.*

15 *Iudex aliquem indebite torquens, in syndicatu tenetur ad pœnam fisco applicandam.*

16 *Arbitrium torquendi collatum alicui, quod hoc legitimis præcedentibus indiciis fiat debet intelligi.*

Quæstio.ix.secundę partis.

Circa nonam & vltimã partem principalem in qua describetur, quo ordine. et modo, iudex se habere debeat in cognitione maleficiorum, colligendo quasi omnia compendio. quæ in hoc tractatu continentur & aliqua addendo, dico † ꝙ iudex quam primum ad eius notitiam peruenerit, delictum esse cõmissum, mittat ad vidẽdum dictũ delictũ, vt sibi de eo constet, quia anteꝗ̃ constet de delicto, nihil potest fieri, vt dictum fuit supra in iiij.quęst.prin.torturę.in ver.item not.ꝙ antequam & de hoc faciat ad cautelam apparere in bastardello, hoc modo videlicet, die tali &c. supradictus dominus potestas cum ad suam suæq; curiæ notitiam peruenerit ꝙ fuit cõmissum tale maleficium, in tali loco, cõtra talem &c.& intendat super eo procedere, ex suo suęq; curiæ officio, per inquisitionem. Ideo commisit tali socio militi suo, ꝙ vadat & se personaliter conferat ad talem locum prædictum, & diligenter se informet, et per oculorũ inspectionẽ, de dicto maleficio &c. † Qui miles debet accedere, & videre personã offensi, & vulnera seu percusiones, et si est furtum, vel aliud delictũ, debet considerare, & inspicere vnde fur intrauit, & quomodo fuit fractum ostium & si apparent vestigia, puta, tẽpore niuis, velluti, & ceni. debet accipere, mensuram dictorum vestigiorũ, vt alias fieri vidi, & omnia debet referre potestati. quę relatio similiter ponatur in bastardello hoc modo, dicta die, supradictus miles socius, iens et rediens, retulit supradicto domino potestati, & mihi notario iuisse ad dictũ locum, & diligenter omnia vidisse, et intellexisse, et explorasse, et inuenit hoc &c. vt qualiter talis erat vulneratus, in tali et tali loco &c.& ponatur quicquid vidit & audiuit, & laudo ꝙ si esset delictum alicuius importantię, videlicet furtũ magnę quantitatis, ꝙ potestas ipse postea accedat ad vidẽdũ locum, & ita quandoq; feci, & ab alijs obseruari vidi. † Deinde curet dictus potestas habere informationem de delicto, ab offeso, vel a syndico, & scribat nomina vicinorũ, & domesticorum, atq; suspectorum, & testiũ. si qui sunt, qui aliquid viderint vel audierint, aut aliter sciuerint. & postea in eodẽ bastardello, describat inquisitionem specialem, quo ad dictũ maleficiũ. & generalem, quo ad personas, qñ non habet certitudinem de persona delinquente. hoc modo videlicet, hæc est quædam inquisitio quę fit & fieri intenditur per supradictum dominum potestatẽ, contra omnes, & singulos homines, & personas quæ de anno præsenti. M.cccc.xciij. & mense Octobri, dicti in tali loco &c. cõmisisse tale delictum, videlicet vulnerasse talem &c. de qua inquisitione & habetur per Ang. in l. si vacantia. C. de bon. vac. lib. x. & per Are. in tracta. malefi. in j. glo. circa princi. de qua habetur in l. iiij. §. mandatis. ff. ad l. Iul. pecul. & super ista inquisitione examinet omnes testes supradictos, & eorum dicta, & attestationes similiter describat in bastardello, post dictam inquisitionem, nec ad hæc requiritur citatio alicuius. & si ex dicto ipsorum testium habet aliqua indicia, et leuia contra aliquẽ, tunc deueniat ad inquisitionem specialem, contra illum super illo delicto, de qua inquisitione habes formam per Are. in d. tract. in prin. et per Papiensẽ in sua practica, in forma inquisitionis, & dicta inquisitio non describatur in bastardello, sed in lib. malefi. † Et aduerte, ꝙ ad formandam inquisitionẽ, sufficiunt indicia leuia, & leuiora, ꝗ̃ ad torquendũ, vt puta diffamatio de tali delicto. vt hr̃ in cap. qualiter, & qñ, el. ij. de accu. & per Are. in d. tracta. in glo. in verbo, fama publica. in prin. vbi. et dicit ꝙ bonũ est, quod iudex faciat apparere i bastardello, post examinationẽ prædictã. & prædicta facta fuerunt ad banchũ iuris, iudice pro tribunali sedente. vbi etiã habetur quod sine istis indiciis, inquisitio est nulla, si est oppositum, nisi in certis casibus ibi enumeratis. Item est sciendum ꝙ cum istis indiciis poterit iudex deuenire ad capturam inquisiti vel inquirendi, vt dicit Bald. in l. & si certus. ff. ad Sylla. & Salyc. in l. nullus. C. de exhi. re. per illum tex. dicit ꝙ iudex in maleficiis statim põt deuenire ad capturã inculpati habita aliquali informatione de maleficio, et malefactore. Sed idem Saly. in l. fi. C. de qõ. † vult ꝙ antequam in criminalibus iudex deueniat ad capturã debet esse pręhabita informatio, et formata inquisitio, quod ego intelligo de supra dicta generali inquisitione; generali quo ad personas, & speciali quo ad delictũ, de qua supra dictũ fuit, & eodẽ modo intelligo qd dicit Bal. in l. consentaneũ. C. quomodo & qñ iudex. vbi vult. ꝙ in criminali, põt incipi a captura. & alleg. ca. si clericus. de sen. excom. in vj. et non præcedentibus indiciis, quia non intelligo de indicijs, quæ sunt talia qualia sufficiant ad inquisitionem. Sed aliqui moderni in l. j. C. de execu. rei iudi. dicunt, ꝙ tunc demum potest incipi a captura in criminalibus, qñ delinquens reperitur in crimine vel timetur

ne vel timetur de fuga, & non aliter, vt habetur in authen. vt nulli iudi. §. si quis vero cōprehensorum colla. ix. & in l. ait prætor. §. si. ff. de his quæ in frau. credi. Ego aūt sic distinguerem. 6 † Aut est delictum de quo venit imponenda pœna corporalis, vel corporis afflictiua, et tunc pōt deueniri ad capturam præcedentibus tñ aliquibus indiciis, de quibus fuit supradictum, ne inquisitio esset frustratoria quantum ad excusationem. & ita loquitur Bal. in d. l. si certum. & in d. l. consentaneum. & Saly. in d. l. nullus. Aut est delictum de quo venit imponenda pœna pecuniaria, & tunc non præcedentibus aliquibus indiciis saltem leuibus, & quę sufficiant ad inquisitionem, non poterit deueniri ad capturam, per supradicta. Aut præcedunt aliqua indicia, & tunc potest deueniri ad capturam, solum in duobus casibus, videlicet quando est repertus in flagranti crimine, per text. in dicto. §. si quis vero comprehensorum. & quando timetur de fuga. per dictum. §. fina. l. ait prætor, sicut ibi dicitur in ciuili de suspecto de fuga, vt possit capi, in qua tamen captura requiritur aliqualis causæ cognitio, scilicet vt constet de debito, & suspectione de fuga, vt ēt habetur per Ange. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tri. lib. x. 7 † Item tunc cū iudex habet inculpatū de crimine præ manibus & in sua potestate, debet ipsum interrogare, & examinare verbo sine tortura. & faciat scribere dictum suum per notarium in bastardello, hoc modo videlicet, a tali die mense Octobri, Anto. cole. detentus per curiam, occasione talis maleficij, vt dr, per eum commissi, & perpetrati, interrogatus, & examinatus per supradictum domi. potestatē, dixit hoc. videlicet &c. & hoc faciat pluries, diuersis horis, et tpibus, et semper faciat scribere eius dictū, & videat iudex an loquatur pauide, & trepide, et de hoc ēt faciat apparere in bastardello, vbi notarius debet hoc scribere de mādato iudicis, secundū Bar. in d. l. minore. §. tormēta. ff. de quęst. nam si iudex, ex dictis eius viderit aliquā variationē vel trepidationē & pauorē, & vultus pallorē, quod relinquitur iudicis arbitrio, fiet indiciū ad torturā, & de hoc vide plene dictū supra de indicijs. in iij. q. prin. in ver. alia quędam indicia in vj. car. Facta dicta inquisinione speciali, & descripta in li. malefi. mittat iudex copiā ad cameram, vbi ex forma statutorū hoc fieri debet. Et deinde faciat inquisitum citari cum tenore inquisitionis, put habetur per Areti. in d. trac. maleficiorum in gl. in verbo, supradictus do. iudex su- 8 prasedens &c. † Et si comparuerit, & confessus fuerit, vel si erat detentus respondendo similiter confessus fuerit. & tunc aut venit ex delicto imponenda pœna corporalis, vel corporis afflictiua, & tunc debe ipsum mittere ad carceres publicos, vt ibi detineatur. Aut venit imponēda pęna pecuniaria, & tunc dato idoneo fideiussore de soluendo omnem pœnam, debebit relaxari, vt not. per Bartol. in l. j. ff. de custo. reo. & si pœna erat conditionalis, quid iudex debet facere vel inquisitus. vide per Aretin. in dicto tractatu in glo. in verbo, pro quibus Anto. fideiussit, Aut citatus nō cōparuit, & tunc debet poni in banno, pro pęna ad quam venit condemnandus, secundū formam statutorū quę cōmuniter sunt in Italia, Et si in termino, in dicto bāno assignato, non cōparuerit, tunc habebitur pro confesso, & cōdemnari poterit, secūdū formā statutorū prędictorum. Si autem cōparuerit, & confessus fuerit, tunc iudex faciat, vt est superius dictū. Si autē negauerit, & pœna est corporalis, vel corporis afflictiua, & tūc ipsum retineat in carceribus, vt superius similiter dictum est. Si autem est pecuniaria vel conditionalis, ex supradictis similiter instruitur iudex, quid habeat facere circa detentionem vel relaxationem. Et tunc cum negauerit debet iudex iterum testes examinare, in forma valida, citata parte ad videndum iurare testes, quorum dicta debet ponere similiter in libro maleficiorum. Et huius tempore potuerunt testes torqueri, maxime vicini, & domestici qui præsumuntur scire facta in vicinia, & in domo. De hoc tamen, an & quādo testes torqueri valeant, vide supra in iiij. quęstio. princip. in versi. secundum autem. & in versi. serui autem. Et an debeant præcedere aliqua indicia, & quæ, vt testes torqueri valeant, vide ibidem. in d. iiij. quæstio. princip. post princip. in versic. quod autem dictum est. Et an de indiciis, quæ habetur contra testes, debet dari copia, vide ibidem in versi. sed tunc quæro. Et si testis in tortura dixit vnum, & extra torturam aliud, cui dicto debeat stari, vide ibidem, in versi. item notandum. 9 † Demum examinatis testibus, iudex eorum dicta, & processum publicet, parte citata. Et hoc facto, si viderit iudex ex dicto testium, vel aliunde, habere indicia sufficientia ad torturam, quę qualia esse debeant, vide supra de indiciis. in iij. qō. princ. tunc citet inquisitum ad torturam. de cuius citationis forma vide supra de tortura. in v. qō. prin. versic. quinto iudex aduertere debet, quod antequam. Et an de necessitate requiratur dicta publicatio testium, dixi supra in dicta v. qō. prin. in versi. insuper quomodo iudex formauit. Et si in dicto termino citationis prædictæ non comparuerit, ponatur iterum in banno. & eo non comparente in termino banni habebitur pro confesso & conuicto, & poterit condemnari secundum Bart. in l. penul. ff. de quæstio. & fuit dictum in d. ver. insuper quomodo iudex. Si autem comparuerit, & petierit copiam indiciorum. tunc iudex debet dare copiam cum termino ad opponendum & reprobandum indicia, in quo termino poterunt reprobari testes, tam circa dicta, q̄ circa personas, 10 & per consequens purgari indicia. † Et si ex hoc erunt purgata indicia non erit deueniendum ad torturam. Et super hoc iudex debebit pronuntiare, non esse deueniendum ad torturam. a qua pronuntia non licebit appellare, ab eo cuius interesset de iure ciuili, cum sit interlocutio, quæ reparari potest in diffinitiua. Sed si non erūt purgata indicia, debebit pronuntiare esse deueniendum ad torturam, a qua pronuntia poterit appellari, etiam de iure ciuili, cum contineat grauamen irreparabile. Et statim facta appellatione, erunt ligatæ manus iudici, absque alia inhibitione, & hæc omnia vide supra, in tortura. in v. qō.

v.q.prin.in versi. quinto iudex debet aduertere. Si aut no fuit petita copia indicioru, vel si petita fuit sed non fuit oppositum,& tunc ex quo no fuit super ipsis discussum,non debebit, vt reor, tunc pronuntiari, vt l.de qua re.ff.de iud.arg.a contrario sensu. Et eo casu poterit deueniri ad tortura, et similiter qn pronuntia de veniendo ad tortura, transisset in rem iudicatam,vt quia ab ea non fuit appellatum,vel quia appellans succubuerit in ca appellationis. Et his oibus peractis poterit ad torturam deueniri,& non aliter,nec alio modo, nisi in certis casibus specialibus. in quibus sine indiciis,& et sine aliis supradictis poterit deueniri ad tortura,de quibus vide supra v.q.prin.post prin.

11 † Sed antequam iudex ad ipsam torturam deueniat debet aduertere, ꝙ ad ipsam no deueniat, qn alias veritas haberi pot, vt fuit dictum supra,in d.q.prin.in versi. sexto iudex considerare debet. Et debet hoc facere apparere in actis, ꝙ non possendo aliter veritate habere, deuenit ad tortura, vt ibidem fuit dictum & erit melius,iudicio meo, si hoc inseratur in pronuntia, qua pronuntiatur deueniendum esse ad tortura,hoc modo videlicet die xxij. Octobris. Mccccxciij.supradictus d.potestas,visa supradicta inquisitione & resposione, cu negatione dicti inquisiti, visis supradictis testibus,& eorum dictis, & attestationibus, & exceptionibus,& oppositionibus &c. & viso ꝙ aliter veritas haberi non pot de dicto maleficio, pronutiauit,& declarauit deueniendum esse ad tortura contra dictum inquisitum.&c.

12 † Item debet aduertere, ꝙ non solum ex veris probationibus,sed & præsumptiuis,pot qnq; ad condemnationem deueniri in criminalibus,quod qn sit, vide supra,de indiciis in iiij.q.prin. Item debet aduertere iudex, an sint tales personæ,quæ torqueri valet,qm sunt multæ quę non possunt torqueri,de quibus fuit dictum supra de tortura, in iiij.q.princ. Item debet aduertere,an sit talis ca,in qua ad torturam deueniri valeat,quia non in omni ca,et criminali fieri pot,vt fuit dictum supra de tortura in iij.q. prin. per totum. Item, si erunt personæ,q torqueri possint,& ca in qua hoc fieri liceat,debet aduertere, si sunt pro eodem delicto plures torquendi, a quo incipiat, de quo fuit dictu supra de tortura. in v. q.prin.in versi.an autem iudex debet aduertere.

13 † Item multum aduertat, ꝙ ad torturam moderate,& temperate,no inefrenate deueniat,quod quo intelligatur,fuit dictum in d.v.q.in versi.vij. aduertat iudex. Et inter alia debet aduertere, ne procedat eodem modo in torquendo in paruo sicut in magno delicto, vt fuit dictum in dicta v.q. prin.in versi. nunc cum fecerimus. Et quid si tortus moritur in tortura,vide in ver.sed cum dictu sit.& quo probetur alique esse tortum, vide ibide in versi.subnectamus. Ite debet aduertere iudex, vt no repetat torturam sine nouis indiciis, quod quo intelligatur,vide supra ibidem,in versic.sed ponamus ꝙ tortus. Item debet aduertere in examinando & interrogando torquendum quo debet facere,vide ibidem,in vers.videamus modo. Et an possit torquendum & tortum interrogare de aliis delictis,de quibus non agitur,de quo fuit dictum ibidem,in versi.quid aut si quis fuit positus. Item quid habeat facere iudex si tortus non vult confiteri,& quo & cu qua cautela debet ipsum relaxare vide ibide. in dicta v.q.prin. in versi.sed ponamus quod quis.

14 † Item si reus fuit confessus in tortura debet aduertere iudex vt non credat illi confessioni, sed debet facere ipsum perseuerare,& ratificare.de quo fuit dictum supra,de tortura,in vj.q.prin.& in versi.& ideo.Et quo, intra quantum spatium & tortura et in quo loco debeat fieri ista ratificatio vide ibidem in vers.sed quero quo. & ver.se. Et si confessus in tortura non vult ratificare, quid habeat iudex facere. vide ibidem in vers.sed ponamus ꝙ tortus. Item si fuit sponte confessus sine tortura, vel coacte cum tortura,an ex sola confessione,sine aliis probationibus,possit deueniri ad condemnationem. Et quid si confessione, sine aliis probationibus,possit deueniri ad condemnationem. Et quid si confessio facta et de delictis aliis forte alibi commissis, qd debeat iudex facere in verificando dicta delicta, & an illis non verificatis. possit deuenire ad condemnationem ex sola confessione vide optime in d.vj.q.prin.in versi. & quia supra facta est mentio. Et an sufficiat vnica tm confessio in criminalibus,et sponte facta.vide ibidem, in versi.rursus quæro. Item si tortus confiteatur per torturam,si postea in illa perseuerat & illam ratificat ad bachum, an tunc iudex vel notarius possint scribere,ꝙ sponte fuit confessus. Et an & qn hoc faciendo incidant in falsum,vide ibidem, in ver.sed ponamus quod quis. Item an in criminalibus possit deueniri ad condemnationem sine processu, vel ad executionem sine processu & condemnatione ex confessione,vide ibidem in versi. si.

15 † Item aduertat iudex, ne aliquem indebite torqueat,qa in syndicatu teneretur ad pœnam fisco applicandam,& parti actione,iniuriarum,& ad damna & interesse,vide supra in pen.parte prin. in prin. Et an si torsit,licet alias indebite, si fecit ob bonum publicum,forte propter sedandum tumultum, vt alios terreret,an excusabitur,vide ibide,in vers. sed quid si propter. Et an ex iniusta tortura tenea tur alij officiales vltra potestatem,vide ibide. in ver.sed ponamus, vbi et ponitur cautela.qua tuc debeant vti officiales in syndicatu.

16 † Item aduertat iudex cui datum est arbitrium torquendi,quia intelligitur, ꝙ hoc faciat præcedetibus legitimis indiciis.vide ibi in ver.aduerte. Et si arbitriu sit ꝙ possit etiam sine indiciis,intelligitur tame moderate,& arbitrio boni viri vt ibidem, in versi. quid si est datum. Vltimo aduertat iudex ꝙ iniuste non potest torquere et volentem se torqueri.

Explicit vtilissimus Tractatus de Indiciis & Tortura. Excellentissimi do. Francisci Bruni, Iuris vtriusque docto.

TRACTATVS DE INDICIIS, HOMICIDII EX PROPOSITO COMMISSI, ET DE ALIIS INDICIIS HOMICIDII, ET FVRTI, AD legem finalem. ff. de quæstionibus Marci Antonij Blanci Patauini.

INDICIA HOMICIDII PRAEMEDITATI.



Testis

SVMMARIVM.

1 Sine accusatore de iure contra reum non proceditur.
2 Quæstio ad instantiam partis haberi debet.
3 Officium iudicis non impartitur nisi petenti.
4 In inquisitione frequenter ad inuestigationem partis proceditur
5 Per inquisitionem hodie in quocunq; casu ex consuetudine proceditur.
6 Iudex ex aliquali informatione procedere potest ad capturam, non ad quæstionem.
7 Iudex ex indiciis vrgentibus procedere potest ad quæstionem.
8 Iudex an antequam ei constet de crimine. malefactorem, ne fugiat, capere possit.
9 Sententia interlocutoria, quòd ad torturam procedatur, appellationem recipiat.
10 Leuia, & grauia indicia qualiter cognoscantur
11 Iudex ex indiciis vrgentibus semel procedere potest ad torturam.
12 Iudex ex indiciis multum vrgentibus potest repetere quæstionem.
13 Iudex ex indiciis multum vrgentibus quoties, quæstionem repetere possit.
14 Iudex cum moderamine debet procedere ad torturam.
15 De delicto iudici constare debet antequam ad inquisitionem procedat.
16 Iudex stare non debet confitenti se hominem occidisse, si de corpore non constat.
17 Assassini (si fateantur hominem occidisse) nec de homine constet, an ex illa confessione puniendi sint.
18 Iudex quomodo, & quando procedere possit ad inquisitionem ex confessione rei si de corpore non constet.
19 Iudex viso cadauere, vt ad inquisitionem procedat, quid agere debet.
20 Practica iudicum cadauera inspicientium, & vulnera describentium.
21 Testes examinati in inquisitione generali, vt reo noceant, iterum examinari debent reo citato.
22 Rei citatio non requiritur super spetiali inquisitione, & accusatione, si testes examinentur.
23 Testes in inquisitione spetiali quare iterum examinari debeant.
24 Reus petere debet copiam indiciorum.
25 Iudex antequam ad quæstionem procedat, tenetur dare reo copiam indiciorum.
26 Reus petens copiam indiciorum an allegare debeat causam, quare illam petat.
27 Reo an danda sint nomina testium cum attestationibus.
28 Reo nomina testium separata a suis attestationibus stante consuetudine dantur.
29 Reo non petenti an danda sit copia indiciorum.
30 Iudicis officium, si miserabiles personas, aut actu pium respicit, etiam non petenti impartiendum est.
31 Ignorantia iuris in damnis euitandis non nocet.
32 Testis, vt indicium faciat, verisimile deponere debet.
33 Verisimile quid dicatur.
34 Verisimiliora dicuntur illa, quę magis consonant iuri communi.

Confessio

278 Fuga multis modis consideratur.
279 Inquisitione valeat debet habere famam praecedentem.
280 Fugiens per loca inuia, & non solita maius habet indicium contra se.
281 Fuga arrepta post accusationem seu inquisitionem formatam non facit indicium.
282 Fuga facta ab eo (qui timet) de accusatione, seu inquisitione indiciet necne.
283 Fugæ suspitio an per iuramentum remoueatur.
284 Purgationis iuramentum quod dicatur.
285 Fuga ex aliquibus causis excusatur.
286 Fugiens & statim rediēs nō indiciatur ex fuga.
287 Fugientes ex carceribus si ex statuto puniatur, non comprehendentur fugientes, qui statim reuersi sunt.
288 Fuga facta per officialem (qui syndicatur) inducit plenam probationem.
289 Fugatus cum rumore a loco delicti habet indicium contra se.
290 Vociferatio mulieris asserentis se vim passam facit indicium.
291 Fuga accusat fugientem.
292 Fugiens cum gladio euaginato ex loco delicti indiciatur ad torturam.
293 Contumacia an faciat indicium contra contumacem, & quid si sit solum indicium contumaciæ ibi.
294 Prohibens aliquem capi an habeat indicium cōtra se, cum conscius criminis videatur.
295 Repertus prope mortuum cum cultello indiciatur ad torturam.
296 Et in loco delicti est indicium propinquum.
297 Gladius sanguinolentus in manu exeuntis domum occisi indiciat ad torturam.
298 Mortuus si inueniatur prope domum alicuius, an dominus indicietur.
299 Mortuus in domo indiciat existentes in ea.
300 Inuentus in loco delicti, habet indiciū cōtra se.
301 Inuentus in loco propinquo delicti an habeat indicium contra se.
302 Admenare gladium visus, licet non sit visus percutere, an indicietur.
303 Potens prohibere nec prohibens an habeat indicium contra se.
304 Potens hominem a morte liberare, nec liberans occidere videtur.
305 De iure ciuili an quis teneatur delicto obuiare.
306 Criminis Pax seu transactio an faciat indicium.
307 Pax seu transactio tractata, sed non conclusa de crimine an faciat indicium.
308 Petitio veniæ an indiciet.
309 Cautela, vt petitio veniæ non noceat.
310 Negligens punire delinquentes habet indicium participationis contra se.
311 Fama an faciat indicium ad torturam.
312 Fama quæ requirat, vt probata sit.
313 Fama an faciat semiplenam probationem, & nume. 314.
315 Causa & qualitas in fama consideratur.
316 Testis de visu an faciat indicium ad torturam.
317 Testis dicitur omni exceptione maior, quando imputatio nulla fieri potest contra eum.
318 Aequo, & bono datur æquior, & melior.
319 Testes omnes esse possunt, nisi repellantur.
320 Testis dicitur integer, qui a iure non repellitur.
321 Gradus inuestigationis veritatis, & probationis diuersi dantur.
322 Testes non integri, aut idonei aliquando examinantur, vt iudex informetur.
323 Iudex, vt procedere possit ad torturam debet habere testes, qui a iure non repellantur.
324 Testis vnus de visu facit semiplenam probationē dummodo aliæ circumstātiæ non resistāt.
325 Testis, vt semiplene probet quo ad condemnationem, debet esse omni exceptione maior.
326 Indicium est minus quam semiplena probatio.
327 Testis examinatus sine iuramento an faciat indicium.
328 Informatio gratia iudicis facta non requirit iuramentum.
329 Iudex an teneatur citare facere reum, cū vult testes examinare.
330 Testes an debeant recipi lite contestata seu post nomen rei receptum inter reos.
331 Rei nomen quando inter reos dicitur receptum.
332 Lex is qui reus. ff. de publi. iud. non bene a doctoribus intelligitur.
333 Porrectio libelli per accusatorem facta non est de processu.
334 Citatio rei de commissione iudicis fieri debet.
335 Reus vt quis sit, vel eius nomen sit receptum inter eos differunt.
336 Citatio est principium iudicii ciuilis.
337 Argumentum a contrario sensu non capitur, quando legum correctio insurgit.
338 Lex fraudibus obuiat.
339 Testis examinatus post terminum assigna-

Facilius



LEX hæc cum tota eius materia pro inueniendis criminibus, quæ pleriq; occulte fiũt, iuxta verbum Domini, qui male agit, odit lucem, frequens, & quotidiana est, ideo diligentius, & accuratius pertractanda venit. Indicia vrgentia præcedere debent vt quis torqueatur h.d.

1 †NOTO PRIMO in tex. ibi, sine accusatoribus ꝙ; si de iure nõ procedatur contra reũ nisi existẽte accusatore. l. rescriptũ. §. si quis accusatorem, infra de mu. & hono. & in l. iij. C. de accu. & in c. quisquis. xx. q. iiij. 2 †Et etiam antequam quis torqueatur debeat iudex requeri, & ad instantiam partis quæstio haberi, siue sit accusator siue sit inuestigator in inquisitione. 3 † Cũ officium iudicis non impartiatur nisi petenti. l. iiij. §. hoc autem iudicium, supra de dam. infec. & per Bal. in c. j. §. iudices. col. ij. ver. quæro vtrum iudex faciat litem suam, de pac. iur. fir. & ibi in addi. loquens de inquisitione, & est in accusatore glo. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. q̃uis Hyp. in l. j. hoc ti. in prin. in quinto requisito dicat per glo. ibi nil probari, attamen optime probatur dũ tex. vult, ꝙ seruus possit torqueri, vt manifestet, vtrũ propter lucrum capiendum callide, a domino ad domum, vel ad agrũ eius qui eum suscepit immissus sit. glo. in verb. oportet dicit, torqueri oportet mancipium ad petitionem conuenti. & sic petente parte. 4 † In inquisitione et frequenter proceditur ad instigationem partis prout no. in c. qualiter & qñ. el ij. & maxime per Abb. ibi colum. iij. ver. & pondera gl. hic, tñ proceditur sine accusatore, & sic per iudicem ex inquisitione. 5 †Nam & si regulariter inquisitio non concedatur, attamen multi sunt casus, in quibus inquisitio datur et sunt illi, de quibus per gl. & Bar. in l. ij. §. si publico, de adult. & per Ang. in l. si vacantia. C. de bo. vac. & no. in d. c. qualiter & qñ, maxime ꝑ Sozi. & per Spe. in tit. de inquisi. §. ij. Sed aduertendum est ꝙ hodie de consuetudine in quocunq; casu ꝓceditur per inquisitionem, vt dicit Gãdi. in trac. male. in rub. quomo. de malefi. cogno. per inquisi. col. j. ver. sed hodie, & Albe. in l. ea quidem, col. ij. ver. de consuetudine tamen. C. de accu. & Are. in trac. malefi. in ver. hæc est quædam inquisitio, col. v. & ibi in addi. Hye. vbi multos adducunt. Et ita quotidie seruatur in locis Lombardiæ, & credo et in aliis ciuitatibus, in quibus proceditur per inquisitionem pro quocunque delicto.

6 †NOTO SECVNDO, ꝙ ex hoc text. probatur illa communis conclusio, ꝙ iudex habita aliquali informatione põt procedere ad captu-

7 ram & carcerationem rei. †Non tamen ad quæstionem, nisi sint maiora indicia, quæ vrgeant, vt dicitur in tex. constat namq; ꝙ rei de quibus in l. nostra erant carcerati, & difficultas oritur super eo. An possint torqueri, Iurisconsultus determinat, ꝙ non, dato ꝙ fuerint capti, nisi appareant indicia vrgentia, & sic ex hoc text. probatur ꝙ informatio, seu indicium per quod datur libertas iudici procedendi ad capturam, non est habile, vt possit deueniri ad quæstionem. ad diem est tex. in §. audient. in authen. de densef. ci. vbi defensores ciuitatum possunt capere malefactores & carcerare, & tamē non possunt cognoscere de crimine,
8 Ex quo dicit ibi Ang. †ꝙ antequam constet de crimine malefactor potest capi, ne fugat, adducit tex. in l. ij. C. vbi de crimine ag. oportet, & ad idē est bo. tex. in l. diuus Adrianus, supra de cust. reo. & per hæc dico Ange. in trac. malefi. in ver. qui iudex in princ. male sensisse dum vult, procedendum esse ad capturam. quando sunt indicia sufficientia ad torturam, nam illud non est expectandum ex quo in istis datur gradus probationis. Cū minor probatio requiratur ad capturam, & sufficiat qualisqualis informatio, prout dicit Saly. in l. ij. in versi. no. v. C. de exhib. re. & in l. absentē, col. ij. ver. prouident tamen iudices. C. de accusa. Et ad operandum hoc ꝙ iudex possit inquirere, leues probationes requiruntur, vt per Bal. in l. j. in v. oppo. C. de sum. Trini. & dicam infra in versi. testis. Minor, & in seq. maiores autem probationes requiruntur, quando iudex vult procedere ad torturam, vt probat tex. noster, dum non concedit de carceratis quæstionem haberi, nisi indicia vrgeant, nec ad quæstionem fallaciter est procedendum, cum tortura est pœna non modica vt dicit Abbas in capitu. primo in primo not. de confes. Ex quo habetur, ꝙ licet ab interloquutoria regu-
9 lariter non appelletur. †Tamen ab ea interloquutoria, ꝙ ad torturam procedatur. appellari potest l. ante sententiam, infra de appel. recip. & habetur in c. ante sententiam. ij. qō. vj. nec iudex ita faciliter procedere debeat ad quæstionem, vt per Ang. in l. item apud Labeonem. §. quæstionem su-
10 pra de iniur. †Distinctio autem indiciorum leuium & iudiciorum grauium cognoscitur hoc modo. Nam si frequenter & facile hoc ab illo contingit abesse. Tunc est leue indicium vt no. in l. cū res. C. de proba. & in l. ciuile. C. de fur. Si autem frequenter & facile cōtingit adesse. Tunc est graue indicium, vt no. per Cyn. in l. metum. C. de dol. & hoc verum, siue agatur de probando vero hominis actu, siue de probādo animo. l. j. §. sed si clausu. supra ad leg. Corne. de sica. & c. significasti. de homi. & hanc no. doctri. tradit Bald. in l. non hoc in fi. C. vn. cog. Alius gradus est probationis, qn̄ procedendum est ad sententiam, & condemnationem, nam tunc luce merediana clariores probationes requiruntur. l. fi. C. de proba. & l. qui senten-
11 tiam. C. de pę. †Noto tertio, ꝙ quando sunt indicia vrgentia, Iudex semel torquet reum vt in tex.
12 †Sed si essent multum vrgentia, tunc fit repetitio in tortura, vt dicit Bart. in l. vnius. §. j. hoc ti. Sed
13 aduerte. †ꝙ repetitio hęc non potest fieri vltra tertiam vicem, vt per Ange. in l. fin. col. j. C. de qō. alle. tex. in l. fideicommissa §. si quis decem. de leg. ij. & sequitur. Par. de Pu. in tract. de synd. circa finem in versic. viso de repetitione, col. fin. & Mod. ponunt in l. repe, hoc titu. & in hoc est aduertendum ad dictum Bar. hic, dum dicit, iudicem nō debere cogere reum ad confitendum; quia tunc ex indiciis & suspicionibus ipsum condemnaret. Et propter istud debet procedere in tortura cum moderamine in eo enim ꝙ dicit Bart. quod non debet cogere reum ad confitendum, cum damnaretur ex suspicionibus, dici posset ex verbis Barto. reum condemnari ex confessione, non autem ex
14 suspicionibus, qnia confitetur. †Ideo dictum Bar. intelligi debet, quod iudex si habuerit suspiciones, & indicia contra reum, non debet procedere in infinitum in tortura, sed cum moderamine. Quia procedendo per quatuor vel v. vices, aut in infinitum vsque quo confiteatur, ex ea impressione prima, quam cepit ex contentis in processu. Tunc ipse reus vi coactus confiteretur. & tunc iudex damnaret ipsum ex illa prima impressione habita per indicia, cum confessio esset violenta. & ideo quæstio debet esse moderata, & moderatio ista reducitur ad tres vices id est, ad tres dies separatos. & pro qualibet vice habere debet ipse reus tres saccatas, seu elleuationes, & depositiones, vt practicatur quotidie, & hoc modo dictū Bar. intelligit Pau. de Ca. in cōsi. clxxxxvij. visa inquisitione supra scripta ac etiam testibus. in antiq. & ccxcix. in nou. vol. ij. Indiciorum materia latius per Barto. hic tractatur, ꝙ̄ alibi. Sequendo eius vestigia, cum in diuersis locis super ipsis verba habeantur, colligendo, quæ sparsim dicta sunt per alios, & ad certum ordinem redigendo, vt facilior sit eorum cognitio. Ideo procedam per partes infrascriptas. sed pro cognitione generali totius materie amplectendo
15 ea. quæ Barto. in l. hac nostra ponit. †Primo præmitto id quod dicit Barto. in princ. Iudicem inquirentem debere esse certum de corpore interempto, vel si est furtum, ꝙ sit fama de re subtracta, vel in vicinia, vel alibi, prout iudex informari poterit de ipso delicto. Iaso. in l. iusiurandum. §. procurator. col. viij. versic. ij. limita. supra de iureiu. referens Ange. in l. certum. §. j. supra de
16 confes. †Dicit, quod si quis confessus fuerit hominem occidisse, quod nisi appareat de corpore, non statur eius dicto. Limitat tamen ex men-
17 te Ange. †Nisi fuerint assasini, ꝙ verisimiliter potuissent hoc facere ob qualitatem loci. Et qnod ita fuit iudicatum per Nico. de Iamel. de Prati. & cessante tali verisimilitudine, & existente bona fama non possent puniri, nisi corpora apparent. referens Bald. in addi. ad Speculato. in titu. de senten. §. pen. in additio. mag. in versicu. Titius fuit confessus, ꝙ si quis confessus fuerit hominem occidisse & proiecisse in mari, non statur eius dicto, nisi subsit fama de homine mortuo, nec refert, an certo nomine sit nominatus mortuus vel sine nomine, vt per gloss. in cap. libellorum. ij. q. viij. & not. per Bald. in l. quoties §. si quis. de hære. insti. Ange. in d. l. certum aliud sensit,

sensit, quod Ias. in d. loco referat, cum velit confessionem incertam de corpore non valere per tex. ibi. sed si esset confessio de certo homine, de quo potest liquere eum esse mortuum, tūc valeret quãuis dicat Nic. seruasse contrarium, non tamē eius opinionem apprehendit. In hac materia difficultatem faciebat text. in l. j. §. item illud. supra ad Sylla. per quem probatur debere esse certum iudicem de homine mortuo. Et de delicto ibi dum dicit nisi constet, & ibi liquere igitur debet. Ex quo vera probatio, non autem fama requiritur, facit etiam tex. in d. l. certum in princ. ibi, si quis incertum veluti corpus confiteatur, & text. in l. j. in fi. supra eo. Facit etiam difficultatem gloss. in l. inde neratius. supra ad l. aquil. vbi confessio nocet, si non probet confitens eum viuere, quem dixit interfecisse, vnde ex mente Ang. in d. l. certum, & Bald. in addi. ad Specu. in titu. de sent.

18 †In hoc articulo sic distinguerem, quod aut delictum de quo quæritur subiici potest oculis vt corpus mortuum, vel quid simile, & tunc iudex non procedat ēt ex inquisitione generali, nisi viderit cadauer. & ita intelligatur id quod dicitur hoc & quod habetur in l. j. §. item illud supra ad Sylla. ibi dū dicit liquere autem debet, Aut secundo casu res non potest subiici oculis, prout est de homine proiecto in mari, vel igne consumpto, vel de re furto subtracta, tunc si fama est de certa persona & in indiuiduo iudex procedat, & ita sentit Barto. & Ang. in d. l. certum, per tex. ibi dum dicit, certum est vt puta Titius, & ita etiam procedat quod dicit Bal. in addi. ad Spe. Aut incerta est persona, et incerta res, tunc quia confessio non præiudicat existente tali magna incertitudine neque iudex poterit procedere ad inquisitionē, vt sensit Ange. in d. l. certum, cum tex. ibi dicat incertum veluti si corpus, nā eo casu ex tali incertitudine fundamentum aliquod haberi non pōt, prout dixit tex. ibi. & in l. j. in fi. hoc tit.

19 † Secundo præmitto quod rectores mittunt militem, vel alium officialem ad videndum hominem mortuum, & ad videndū vulnera, & hoc faciunt scribi vt per Bar. hic. & per Ang. in l. j. §. item illud. supra ad Sylla. Nam inquisitio quandoq; fit per inspectionem oculorum, vadit enim iudex personaliter, & inspicit quendam. l. fi. C. de cust. reo. l. iudices. C. de epis. audi. ita Bar. in l. ij. §. si publico, col. ij. ver. circa primum, in fi. supra de adul. Vnde per iudicē maleficiorum, vel saltem per militem contemplari debent vulnera.

20 †Et ideo seruat consuetudo mūdi, vt homine interempto habente plura vulnera siue ab vno siue a pluribus, miles curie inspiciat cadauer, & vulnera, et ea in scriptis reducet mortalia pro mortalibus, et non mortalia pro nō mortalibus. Ita no. Ang. in l. fi. C. de sica. Moder. vltramontani in sua prac. dicunt, quod iudex debet mittere chirurgicos, & medicos pro contemplatione vulnerum, & illos consulere, qui cōsiderata qualitate vulnerum secundum artem suam exponāt, & referant si vulnera sunt mortalia, vel occasione eorum vulnerum mortis causa data sit, & oīa scribantur. l. fi. & l. si semel. §. causa. C. de re mili. lib. xij. l. j. §. iij. supra de ven. inspi. l. cum ita. supra de verb. ob. Et hanc practicam existimo meliorem, cum medicus magis cognoscat mortalia a non mortalibus, quod alius miles, vel iudex, & etiā ex quo genere armorum sint facta, cum expertis in arte sua sit credendum. l. j. supra de ven. inspi. & ibi Bar. in prin. & c. proposuisti. de proba. & ibi Deci. & relatio medici multum faciet ad cognitionem causæ, & ad iudicandum in pura rixa, quis teneatur de occiso, & quis non & maxime ex quo genere armorum iux. l. fi. supra de sic. & ibi no. Erit etiam vtilis talis relatio, quod si vulneratus iacuerit post vulnera per aliquod tempus ut per xj. dies, quod medicus referendo declaret, an vulnus a prin. fuerit mortale nec ne, nam si a principio non fuerit mortale, de occiso non teneatur, vt dixi in ea. quæst. Quādo quis dicatur mortuus ex vulnere.

21 † TERTIO præmitto ex mente Bar. hic, quod si iudex fecerit inquisitionem generalem, & examinauerit testes, ad hoc vt præiudicent reo, debēt iterum examinari citato ipso reo, & existente cō tradictore, alias non præiudicarent. l. si qū. C. de testi. & tales testes lite contesta, sunt reexaminandi. & dicit Saly. in l. fi. in fi. C. de quæst. quod eo tunc reus debet dare interrogatoria, prout etiā refert, & sequitur Ang. in suo tra. in ver. quod fama publica ver. quæro qualiter. et dicit Hip. in l. j. in prin. col. ij. quod aliqui iudices errant, qui examinant testes non citato reo, nec ipso præsente, adducit multas authoritates.

22 † Aduerte quod stylus, & consuetudo est in Ciuitatibus Lombardiæ, quod testes siue super generali siue super speciali inquisitione, & etiam super accusatione examinantur sine citatione partis. & ista talis practica & consuetudo seruanda est, vt dicit Alex. in consi. xlj. incip. habita super contentis, col fin. ver. & data vol. ij. quod duplicatum est in cons. lxv. vol. j. adducens, quod stylus debeat obseruari tex. in l. fi. C. de iniur. & in l. iij. §. fi. supra de testi. & quæ no. Cyn. in l. ij. C. quæ sit long. cōsue. & in c. fi. de consti.

23 †Ratio autem dictæ consuetudinis potuit esse ex duplici capite, quia si testis primo examinatus deposuerit vnum cum iuramento, si postea iterum examinetur, & contrarium, vel quid diuersum deponat, neutrum valet, et testis punitur de falso, prout no. Bart. per illum tex. in l. eos. C. de fal. & But. in c. cum in tua, de testib. & Ancha. in c. ij. de testi. in cle. & secundū alios valet primum no. Abb. Car. Fel. in d. c. cum in tua, & est periculosum quod secundo examinentur. Item nulla potest oriri vtilitas ex secunda depositione, quia testis primo examinatus potest referre se ad primum eius dictum, & petere, quod sibi legatur prima attestatio, no. Bar. in d. l. eos. supra de fal. Item alia potuisset esse ratio; quia qū in criminalibus proceditur ex argumētis & indiciis. eo casu testes examinantur sine citatione partis, text. est in c. j. de homi. lib. vj. & ibi Gemi. & Phil. Fran. in ver. argumentum, sed qū agitur de homicidio, proceditur ex argumentis & indiciis. l. milites §. oportet. C. de quæsti. l. fin. C. de proba. ideo inoleuit practica, quod citatio non fiat, cum frequētius procedatur ex indiciis, & ita quotidie seruatur & ex cōsuetudine lis nō contestatur,

statut, sed primo examinantur testes, postea proceditur super accusatione, vel inquisitione, & accepto constitutio rei ꝙ est loco litis contest. ex dictis testium prius examinatorum proceditur ad torturam sine publicatione processus.

24 †QVARTO præmitto ex mente Bart. hic in q. pe. ꝙ reus petere debet copiam indiciorum. 25 †Et iudex tenetur eam dare ipsi reo antequam procedat ad torturam, & ratio est, quia disputandum est super ipsis indiciis, ideo eorum copia est danda l. vnius. §. cognititurum, hoc ti. Item alia est ratio, quia actori non debet licere, quod reo nõ liceret, sed pares esse debent in procedendo. c. ij. de mu. peti. c. non debet, de reg. iur. Nã actor produxit testes, ergo reus debet se defendere. Item quia iudex fidem non adhibet quæstioni, sed de confessione habita in tortura põt ex post cognoscere. l. j. §. fi. hoc ti. Ergo & ante debet cognoscere, & defensiones rei videre. Cum quęstio sit remedium irreparabile. l. ij. C. de appel. recip. 26 †Sed aduerte, ꝙ indicia petens debet allegare aliquam causam ob quam velit sibi dari copia indiciorũ, quæ sit legitima, no. Pau. de Elea. in c. grauis, de depo. Alex. in consi. lxv. col. j. & pen. vol. j. & Alber. in d. §. cogniturum. Sed ex communi vsu defensiones pro reo petuntur, & indicia absq; eo, ꝙ causa aliqua allegetur, nisi hæc ꝙ vult defendere ipsum reum. 27 †Item & testium nomina sunt dãda cum attestationibus. c. qualiter et quando. §. debet, de accu. & ibi Hosti. Aret. Fely. Ioã. de Ana. & Imo. istud limitantes. Si esset timor potentiæ ipsius rei, ne offendere testes, nam tunc non darentur nomina argu. tex. in c. fin. de hære. 28 †Ideo inoleuit practica, ꝙ nomina dentur confusa, & separata a dictis testium ob potentiam reorum, ne possunt scire quid dictum fuerit ab vno quoque ipsorum testium. Item dantur indicia omnibus & non certis, vt si esset male conditionis vel ꝙ ex officio procederetur vt dicunt Ang. & August. in prac. in ver. fama publica, nu. xxxvij. xxxviij. volentes, ꝙ in his casibus non detur copia indiciorum, quia dico istud est contra æquitatem naturalem, vt sentit Ang. loco de quo supra, nam defensio non est deneganda, cum sit de iure naturæ c. pastora. de re iudic. in clemen. 29 †Sed an iudex ex officio teneatur dare copiam indiciorum ipsi reo, an vero requiratur hoc, ꝙ pars petat indicia. Hip. in sua prac. in. §. nunc videdum, in prin. dicit pro ea opinione, ꝙ iudex nõ teneatur dare copiã ipsi reo, nisi petatur, facit tex. in l. vnius. §. cognititurum, in verb. reo postulante, hoc ti. & tex. l. j. §. magistratibus. supra de mag. conue. item & gl. in l. vniuersa. C. de preci. Impe. offe. & ibi Paul. de Cast. inferens ad statutũ mandans fideiussores præstari, intelligitur enim si fuerit petitum. Item et regula illa, ꝙ officium iudicis non impartitur nisi petenti. l. iiij. §. hoc autem iudicium, & quæ ibi no. per. Doct. supra de dam. infe. Pro contraria opi. ꝙ immo iudex teneatur dare copiã indiciorum etiam reo non petente, adducit, ꝙ ista datio indiciorum est defensio, quia reus opponit contra personas, & dicta testium, sed iudex ex officio ẽt nemine petente quærere debet defensiones rei. l. si non defendantur, infra de pœ. & per ea quæ no. in l. j. §. fi. hoc ti. ponderando verbum debebit, positum in d. l. si nõ defendantur, ꝙ importat necessitatem, vt per glo. in c. attendẽtes, in ver. debet, de stat. mo. in clem. cum alijs. 30 †Item quia iudex debet exercere officium suum etiam non imploratum, quando tale officium respicit miserabiles personas, vel actum pium, vt per Bart. & alios in d. l. iiij. §. hoc autem iudicium. Sed carcerati dicuntur miserabiles personæ. l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cle. l. j. C. quã. imp. int. pup. & vid. & ibi Docto. & causa carceratorum dicitur pia, vt per Barto. in tra. de carcer. in fin. et per Bal. in l. si quis pro redemptione. C. de don. ipse tamẽ distinguit, ꝙ aut reus carceratus est homo idiota, aut rusticus, mulier, pupillus, vel alius verisimiliter ignorans ius, & nesciens facere suas defensiones & hoc casu iudex etiam reo non petẽte teneatur dare copiam indiciorum per tex. in l. nec quicquam. §. aduocatos. supra de offi. procõ. Cum etiam in actibus piis debeat supplere ex officio, vt per Inno. in cap. ad nostram. de iureiu. & per Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, col. x. Cum etiam iudex in causa dotis interponit officium etiam non petitum, quia est causa pia. l. si cum dotem. §. eo autem tempore, ver. nec vero supra solu. mat. & per Alex. in d. §. hoc autem iudicium. cum etiam iudex teneatur supplere quæ desunt partibus & aduocatis to. tit. C. vt quę desunt aduo. par. Et etiam quia iudices tenẽt reos in carceribus secretis, ne possint consulere peritiores, quo casu non est eis imputanda ignorantia iuris, vt per gl. in l. iuris. C. q admit. & ibi p Alex. volentem, ꝙ quando quis facile aliquid facere non põt, perinde est, ac si illud facere non possit. cap. quãuis. & ibi gl. in ver. cõtinuatis, de of. or. in vj. 31 †Cum etiam ignorantia iuris non noceat in dãnis euitandis vt habetur in l. iuris, & in l. error, & in l. regula. & ibi gl. supra de iur. & fac. igno. Si vero reus carceratus sit prudens, sagax, & literatus, & q verisimiliter scit petere copiã. tunc iudex ex officio nõ teneatur dare copiam, si reus nõ petierit, cum imputari debeat sibiipsi, cur non petierit p reg. ꝙ quis sua culpa sentit, sibi imputet c. damnũ. de reg. iur. in vj. Item quia scientia & patientia cum taciturnitate æquiparatur consensui. l. si filius. C. de pe. hær. ibi Barto. & Ange. & in l. qui in aliena. §. ꝙ si non adierit. supra de acqui. hær. In hac q. puto indistincte iudicem non teneri ad dandum indicia reo, nisi fuerint petita, & istud iuridicum puto, nam aut reus sponte venit ad carceres, & tunc antequam præsentet se ad carceres, debet aduocatos consulere, & res suas, & mestos parentes componere, vt dicit tex. in l. secunda C. de exhi. re. ibi adhibita aduocatione. & si istud non egit, sibi est imputandum, & hoc casu iudicis officium non debet impartiri, cum habuerit potestatem ipse reus consulere rebus suis, stante etiam eo, ꝙ infra dicam. aut capitur a iudice, & carceratur, & tunc non debet iudex ex officio indicia dare; quia sine traditione indiciorum potest iudex procedere ad sententiam, ita est gloss. in cap. fin. in ver. iudicis, de hære. lib. vj. & sibi

& sibi imputet reus potuit enim iuri pro se introducto renuntiare, & tunc tacite renunciat, vt voluit glo. in c. j. in versi. fuerunt, de accu. lib. vj. & sequitur. Cæpol. in consi. lxvj. teneo idem. ver. nec potest, alleg. Ang. in l. si vacantia. C. de bon. vac. lib. x. col. xiiij. & xxxv. Præterea si ipse iudex ex officio instaret, ꝙ reus acciperet indicia, & sic ipso non petente vellet defensiones ipsi reo dare, videretur iudex habere intentionem, ꝙ probationes factæ cotra reum non essent legitimæ, & ipse reus esset in casu, ꝙ posset se defendere ab obiectis contra ipsum, & sic propalaret ipse iudex opinio. suam antequam sententiā feret, quod fieri non debet. Præterea superflua, & inanis esset datio indiciorum ipsi reo, si ipse non haberet aduocatos, quos consuleret, & quorum medio eius defensiones & iura sua deducerentur, quia ipse existens in carceribus, & ignarus literarum, vt puta rusticus, mulier, vel alia persona idiota ignoraret, ꝙd sibi esset agēdum pro sua defensione. ex quo dico, ꝙ cautius & melius faceret iudex dare aduocatos ipsi reo, qui eius defensiones considerent, & iura sua deducant, ipsum defendendo, & ita procedant ea, quæ deducuntur pro ista parte, ꝙ iudex debet supplere & officium suum impartiri etiam nō petitum in causa carcerati, nam intelligendum est in dando aduocatos ad hoc vt reus defendatur, vt est tex. in l. nec quicꝗ. §. aduocatos, & alia superius adducta, et debet supplere iudex in eo casu, in quo vtilitas aliqua oriri potest ad beneficium rei, non autem innaniter, quod eueniret ex sola indiciorum præstatione sine constitutione aduocatorū, nam dato aduocato reo ipse habens iuris cognitionem petet copiam indiciorum & alia peraget, quę erunt necessaria pro defensione rei, & cessabunt exinde omnia, quæ deducuntur in contrariū & verificabitur id quod habetur in l. custodias. supra de publi. iudi. & ita quotidie seruat ꝙ iudices & potestates dant aduocatos carceratis, & cum proceditur in causa, quicunque vult indicia, illa petit, & ita vidi seruari.

32 † QVINTO præmitto, ꝙ ad hoc vt testes faciant indicium, necesse est, vt deponant illud, quod est verisimile, alias autem indicium nō facerent.

33 † Et verisimile est illud quod vero videtur simile, & nō verisimile est, quod a vero dissimile videtur, vt dicit Bal. in l. ea quidem, col. ij. versi. verisimile. C. de accu. adducit text. in l. miles. §. mulier. supra de adul. & in l. fi. supra quod met. causa. Et dicit Inno. in c. auditis, circa med. de præs. ꝙ

34 † illa sunt verisimiliora, quæ magis consonant iuri communi, vnde Bald. in l. non hoc. C. vn. legi. dicit ꝙ indicium est coniectura ex probabilibus & non necessariis orta, a quibus potest abesse veritas, sed non verisimilitudo veri, quæ quandoq; mentem indicantis perstringunt, vt cogant conscientiam iudicis iudicare secundum ipsa vt not. in l. neque natales. C. de proba. Et verisimile dicitur tripliciter. Vno modo quando testis deponit ea quæ consonant iuri cōmuni, vt dixit & voluit Ancha. in c. j. de rescr. lib. vj. & Ro. in rub. de arb. col. x. vers. Item præferuntur verisimiliora. Secundo q̄n cōsonat rationi vt per Bal. in l. qui accusare de eden. & in l. testium. col. pe. C. de test. Tertio quando melius factum narrat vt per Bal in l. testium. & voluit Cur. in tract. de test. q. xix. Vnde Bal. in l. j. C. qui & aduer. quos. dicit, ꝙ ad hoc vt ex semiplena probatione deferatur sacramentum, debet esse non solum semiplena, sed verisimilis, nam si in contrarium est verisimile semiplena probatio eliditur, & sacramentū non defertur, idem Bald. in c. j. de confes. post glo. ibi dicit.

35 † ꝙ confessio de homicidio sine alia probatione habet pęnā, vt cōfitens capitaliter puniatur. quod est verum dicit ipse, si confessio sit verisimilis; vt quia præcesserunt inimicitiæ capitales. vnde iudex debet perquirere rationem, cur fecerit, & si iudici constaret de innocentia, nō debet sequi cōfessionem eius, adducens tex. in l. j. §. si quis vltro. supra eo. & in l. j. C. ad l. Corn. de sica. & in l. inde Neratius. in. §. vlt. supra ad l. Aquil. Et idem Bal.

36 in l. clarum. C. de auc. præstan. dicit. ꝙ † confessus extra iudicium potest cogi ad perseuerandum in illa confessione, si modo est verisimilis. l. quæro, in fi. supra de ædi. edi. l. capite quinto. supra de adul. secus si non esset verisimilis. l. milites. §. opponet. C. eo. l. j. C. si quis Imp. male. Et Are. in c.

37 cum p. de accu. col. v. nu. xxij. dicit. ꝙ † socio criminis creditur in criminibus exceptis, si modo ex qualitate deponentium, vel ex persona eorum, cōtra quos opponitur, verisimile sit eum non mentiri, et casum esse singularem dicit in c. in fidei fauorem, in fin. de hære. in vj. & dixi de hoc infra versi. confessio extra iudicialis, in prin. & Ang. in l. ij. C. de quęst. ibi, verisimilia causæ dicit, ꝙ cum procedunt argumenta accedentia ad verisimilem causam criminis, ex ipsis solis potest deueniri ad tormenta. cum non omne indicium sit sufficiens. sed debet esse tale, ꝙ verisimile sit argumētum illud maleficium esse perpetratum per eum, & in hoc dic. esse notabilem illam literam quam ponderare debet multum, qui assidet in criminalibus. Vnde attenta tali verisimilitudine Fely. in c. auditis, col. xj. ver. inquantum postea, nu. 36. de præscriptio. dicit posse limitari glos. in c. clerici. lxxxj. di. volentem ꝙ cæteris paribus immo aliquali disparitate preferantur testes rei. Quam gl. dicit peregrinam & singularem in criminalibus fauore absolutionis. & didicisse a Bald. in l. lata. C. qui accu. non pos. Ro. in l. in illa stipulatione. supra de verb. oblig. de qua meminit Cur. in trac. de test. in xxvij. concl. eam limitat, & restringit ipse Fel. non procedere vbi testes actoris deponerent verisimiliora, & idem Fely. in d. c. auditis, late insistit in demonstrando verisimilitudinem attendi. & Ias. in l. si extraneus. in iiij. no. supra de condi. cau. dat. cau. nō secu. & Hip. in rub. de ꝓba.

38 nu. cviij. Vbique adducentes illud. ꝙ † non verisimile est species falsitatis per dictum Bald. in l. j. in iij. col. C. de ser. fu. qui dicit, ꝙ remotum a verisimili est species falsitatis, quod etiam voluit Car. in cle. ne romani, in prin. de elect.

39 † SEXTO præmitto, ꝙ propter diuersitatē, quæ in legibus habetur, an vnum seu plura indicia requirantur, cum omnes fere leges videantur loqui in plurali, vt in l. j. in prin. & in l. vnius. §. j. &

j. & in l. nostra. & in l. milites. C. eod. & cum loquantur in plurali vnius numero non sunt contentæ. l. vbi numerus. supra de testi. Aliquæ tamē gl. sint, quæ sentiat vnum tātum sufficere in l. si quis. C. ad leg. Iul. maie. & glo. hic in ver. suspicionibus, dum de suspicione loquitur in singulari, & exinde Doc. cogantur dicere, ꝙ istud relinquitur arbitrio iudicis, vt per Bar. hic, & per Saly. in l. fi. C. eod. & per Ioan. And. Anto. de But. Cardi. Abb. & alios in cap. cum in contemplatione, de regu. iur. & Bal. in l. obseruare, colum. j. C. quo. app. non recip. 40 † Qui dicit, ꝙ relinquitur arbitrio iudicis, quæ indicia sint sufficientia, quæ non, quia nulla certa doctrina, dari potest. l. j. §. si expillatores. supra de effra. & expilla. & idem Bald. in l. milites in prin. C. de quæstio. & Angel. in d. l. milites, dicit ꝙ certa reg. tradi non potest, in materia tormentorum. Sed aduerte, ꝙ istud arbitrium iudicis regulatur secundum dispositionē iuris communis vt sensit Bart. in extrauag. ad repri. in ver. videbitur, & in l. si in lege. supra loc. & Ang. in l. j. supra de testa. mil. & dicit Rom. in l. filiusfa. col. iij. versi. iiij. casu ꝙ quando potestas habet arbitrium simpliciter, ꝙ tunc in omnibus habet seruare regulas iuris ciuilis. 41 † Quia intelligitur in dubio de arbitrio boni viri. d. l. si in lege & l. hæc venditio. supra de contrahen. emp. & l. si cum ea, cum simil. C. de do. promi. & Parisius nunc Reueren. Car. & pceptor meus in consi. clj. paucis agam, col. iij. ver. ex quibus vol. iiij. dicit. ꝙ licet iudicis arbitrio committatur, an indicia sint sufficientia ad torturam vel ne. 42 † Tale arbitrium nō debet esse absolutum sed limitatum a lege, & secundum legis dispositionem. 43 † Ideo Bart. in hac l. distinguit, quædam esse indicia generalia, & remota, & ista non sufficiunt de per se sine alijs indicijs, nec sola sunt sufficientia ad inferendam torturam vt puta mala cōditio, & mala fama in homine facit indicium qualequale. l. de minore §. pen. supra. eo. Item conuersatio in domo Item notitia rei subtractæ. ista enim de per se non faciunt indicium, sed coniuncta insimul bene illud inducerent, vt per Bart. hic & Saly. in l. fin. C. eo. dicens, ꝙ si est indicium generale contra plures de delicto, cum exterus committere non potuerit, & in dubiū sit, quis ex pluribus deliquerit. 44 † Tunc mala fama vnius iuncta cum illo generali indicio faciet indicium sufficiens ad torturam. Ita dicit Saly. in d. l. fi. versi. quero, an sufficit, arg. eius ꝙ dicitur de nauta in l. quoties. C. de naut. lib. x. idē dicerem de inimicitia, de fuga, de armorum delatione, & aliis similibus indiciis, quæ in homicidio simplici non sufficiunt ad torturam, & ratio est; quia talia indicia de per se frequēter & facile contingunt abesse a delicto, nam quandoque quis interficitur ab alio ꝗ inimico, & quis aufugit absque eo ꝙ quid deliquerit, timens iuris sæuitiā, quę in delictorum cognitione adhiberi solet. & ēt quis defert arma absque eo, ꝙ delinquat, & istud frequenter, & facile euenit, & est indicium leue, vt dicit Bald. in l. non hoc, in fi. C. vn. cog. & dixi supra in ij. not. in fi. & exemplificari potest in similibus. 45 † Quędam vero indicia sunt propinqua tangentia negocium de quo quæritur, & ista faciunt indicium ad torturam, vt puta vnus bonus testis de visu. Item confessio extraiudicialis, vel captus in loco delicti, vel si res reperta est apud aliquem, ita Bart. hic & Saly. in d. l. fi. Quos communiter Doc. sequuntur, & ratio est quia frequenter & facile contingit delictum esse cōmissum ex ipsa probatione vt per Bal. in d. l. non hoc. in fin. C. vnd. legit. nam si quis viderit, præsumitur id esse actum, et si testis vnicus fuerit idoneus, erit indicium ad torturam, vt dicam infra in ver. testis de visu, & oculus videtur habere certitudinem quandam in se, quā sensus auditus, cum certior aure arbiter sit oculus. § fi. insti. de gra. Item ex confessione extraiudiciali detur idem, cum nulla sit maior probatio ꝗ propria oris confessio. l. generaliter. C. de nō nu. pecu. quod idem dici potest de reperto in loco, & de re subtracta reperta penes tertium. Nam hoc frequenter & facile contingit habere delictum in se. & hoc idē dici pōt in alijs similibus indiciis, de quibus infra et secūdum istā distinctionē intelligi potest illud, quod dicit Ioan. And. in addi. ad Spe. in. §. species, in addi. inci. lex vnica. in fin. de prǽsum. & quod dicit Iac. de Bel. in. §. si vero, in authen. de exhib. rei.

46 † SEPTIMO præmitto, ꝙ indicium debet probari per duos testes per glo. in l. fin. C. familer. Saly. hic dict Bart. male allegare glo. in d. l. fi. cum loquatur de indiciis diuersis ab his de quibus est præsens materia, sed ꝙ sufficit regula generalis. l. vbi numerus. supra de testib. & quod dicitur. in Euangelio, ꝙ in ore duorū vel trium. stat omne verbum. c. nouit. de iudic. hoc idem voluit Ange. in l. fi. in prin. in versic. est tamen indicium supra quod met. cau. dicens, ꝙ indiciū semper debet probari per duos testes, alias non est probatum exemplificando in eo teste, qui dixit, ꝙ reperto homine occiso vidit titium fugientem cum gladio sanguinolento in manu, non enim est probatum indicium sufficiens ad torturam, exemplificando ēt in furto, vt dicam infra. Adducit & ipse glo. in d. l. fi. Bru. & plerique alij Moder. dicunt indicium probari per vnum testem de visu, sed si erit remotum a maleficio debet probari per duos testes. adducunt multas decisiones, & Hippo. hic in ij. col. quem videas quia communis est. 47 † Aduerte tamen, ꝙ Bar. in præced. q. dum distinguit de indicio. & dicit indicium propinquum esse tangens negocium, vt vnus testis de visu, confessio extraiudicium, captus ibi, vel res reperta apud eum indicium vero remotum dicitur homo malæ conditionis, & similia, ideo si velimus dicere, ꝙ indicium remotum debeat probari per duos testes, indicium propinquum probaretur per vnum testem, & tamen confessio extraiudicialis, & alia superius enumerata vltra testem de visu probari debent per duos testes, & ex regula generali superius tradita, ꝙ indicia debeant probari per duos testes etiam ꝙ sint propinqua, vt in exēplo Ange. tradit in d. l. fi. 48 † Vnde dico, aliud esse, ꝙ probetur maleficium. Aliud ꝙ probetur indicium, ad ostendendum maleficium id est. ꝙ probetur qualitas aliqua, vel facti, vel verbi separata a maleficio,

cio, ex qua oriatur suspicio penes iudicem, vt dicat indicium esse contra reum, si enim testis deponit de maleficio per vnum ex quinq; sensibus videlicet visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum, per quos sensus fit plena probatio. †Et testis per illos rationem reddere tenetur, vt voluit Cice. in lib. ij. ad Heren. in c. in causa coniectura li. in ver. Argumentum ibi, nunquid aliquo sensu perceptum sit aspectu, auditu, tactu, odore, gustu, nam quis horum sensus potest cõflare suspicionẽ. idem voluit Bar. in trac. de testi. col. j. in verb. testis causam sui dicti, & per Sozi. in consi. liiij. visis testibus, col. j. ver. ex quibus. vbi vult duos rixantes cognosci ad vocem per testem & directe deponi super maleficio. In his casibus si testis deponit non dicitur probare indicium, sed probat maleficium, vt si testis dicat vidisse titium vulnerantem, vel audiuisse blasphemãtem, vel iniuriãtem verbis. vel noctis tempore duos sibi cognitos tetigisse simul se cognoscentes, vel quid simile directe demonstrans delictum, nam si duo essent testes deponentes de ipso delicto, oriretur plena ꝓbatio, sed quia est vnus tantum testis, et ex eius dicto imperfecto, quo ad plenã probationem oritur indicium, & per consequens indicium prouenit ex probatione super maleficio, non aũt ꝙ probetur indicium, & istud est quod voluit Bart. hic dũ dicit, illud ꝙ dixi ꝙ vnus testis facit indicium, est verum de vno teste, qui testificatur de maleficio ipso. Ex quo male dicunt Moder. ꝙ indicium ꝓbatur per vnum testem de visu, sed si quis vellet probare qualitatem aliquam separatam a maleficio, siue propinquam, vt est in cõfessione extraiudiciali, vel in capto in loco delicti, vel de re reperta apud aliquem furto subtracta, vt exemplificat Bar. hic, & Ang. in l. fi. vel ꝙ vid t talem fugere cum gladio sanguinolento, sed non vidit percutere, vel ꝙ vidit portare vnũ fardellum subtus clamidem, sed quid portaret ignorabat, vel libellus diffamationis reperitur positus in aliquo loco, & inde visus est exire vnus, & non alius, vt exemplificat Ang. in proprijs terminis in l. ij. C. de qõ. dicens, ꝙ ista sunt indicia vehementia, & tñ vnus testis ita deponens non faciet indicium, sed requiruntur duo testes, Et eodem modo, si voluerit probare qualitatem remotam ab ipso maleficio, vt in mala fama, & similibus, eodem modo duo testes requiruntur. & ex his apparet non esse faciendam distinctionem inter probationem indicij remoti & indicij propinqui, cum vtrunq; probari debeat per duos testes, ex regula generali iam dicta. Sed an plures testes singulares coniungantur ad faciendum indicium, videbimus infra in verb. Testes singulares.

50 †OCTAVO præmitto, ꝙ processus, & testes qui dantur per iudicem ipsi reo, ad hoc, vt se defendat, habent diuersa nomina, aliquãdo appellantur probatio vt in l. j. §. j. ibi, ita probationi, supra eo. aliquando argumenta vt in d. l. j. et in l. milites. C. eo. & per Ang. in l. ij. C. de quæst. Aliquãdo præsumptiones, & aliquando coniecturę, prout eas Cic. appellat in lib. ij. ad Heren. in c. in causa coniecturali. & per Bal. in l. nõ hoc, C. vnde legi, dicens rusticos Papienses appellare has coniecturas, vt etiam per Deci. in dicto c. tertio loco. col. fina. de proba. Aliquando verisimilitudines. Aliquando adminicula, vt ponit Bal. in l. ei quidem. col. j. C. de accu. & Alex. hic in addi. fi. & multa ponit Bru. in d. trac. de indic. in j. quæstio. disputatio tamen istorum nominum relinquenda est pertinacibus glo. in rub. supra solu. mat. & de istis nominibus loquens Abb. in d. c. tertio loco. & in c. quanto in princ. de præsum. & ibi Felyn. col. fi. & Innoc. in c. quia verisimile, eodem titulo dicunt relinqui pertinacibus.

51 †NONO præmitto, ꝙ indicium est minus semiplena probatione, vt in l. cum probatio. supra de proba. quam refert & sequitur Bar. in l. iij. de excus. tut. quanuis illa lectura sit Nico. de Neap. & Ang. idem voluit in l. ij. C. de quæstio. & idem voluit Alex. & Sozi. in l. j. §. j. supra si ex noxa. cau. aga. dicentes magnum esse, ꝙ ex minore deductione ꝙ̃ sit semiplena probatio procedatur ad torturam, & ꝙ sit minus ꝙ̃ semiplena probatio, tenet Cy. in l. iij. C. ad l. Iul. maiest. & in l. fi. ver. nunquid ergo. C. eo. de quæstio. & Bal. in d. l. cum probatio, & in l. non hoc, in fi. C. vnde legi. & in l. fi. C. de proba. Ange. in l. fin. in prin. supra quod met. cau. & in. § si vero vsusfructus, in fi. in authẽ. de nup. & Albe. in l. sine possidetis. C. de probatio. & Iaso. in l. admonendi. supra de iureiuran. nume. xlvij. & Deci. in d. c. tertio loco, col. fin. de probatio. Est etiam indicium qualequale quod oritur ex testibus, qui examinari non possunt, si examinati fuerint. † Et istud indicium operatur, ꝙ iudex potest procedere ad inquisitionem, vt per Saly. in l. seruos, in fi. C. de testi. & dixi superius in ij. nota. & dicã infra in versi. testis qui non debuit examinari, & de ista dictione qualisqualis, loquitur text. in l. Item apud Labeonem. §. prætor ait si quid, supra de iniur. & in l. merito. supra ne quid in loco publ. & per Bald. in l. si duo patroni. supra de iureiur. et Bar. & Alex. ibi in l. maritus. supra eo. Et quia indicia frequentius per ll. ac scri. habetur circa homicidia, furta, & adulteria, ideo incipiam ab homicidio, siue ab vno siue a pluribus committatur. Fit enim altero ex his modis. Aut ex proposito siue apensate, & tractatu præhabito, aut in pura rixa.

53 † Principium itaq; erit ab homicidio ex proposito & apensate ac per tractatũ facto, cum magis puniatur, ꝙ̃ homicidium in pura rixa l. j. §. j. supra de sica. l. absentem, in fi. de pœ. ibi, consulto aliquid committatur, an casu, & l. respiciendũ. §. delinquunt. infra eo. titu. & de pœn. & ibi Barto. not. Abb. in c. inter alia, col. vij. versi. secundo casu, nu. xxv. de immu. eccle. & Ange. in tract. malefi. in vers. & apensate, cum si plures fuerint omnes tenentur de occiso, si homicidium sit secutum per tractatum, secus si in pura rixa no. & Bart. & Angel. in d. l. fina. supra de sicar. & Moder. ibi.

54 Vlterius sciendum est non præsumi factum ex proposito, & apensate homicidium, nisi illa qualitas pensamenti probetur, & iustificetur, ita sensit Innocen. in cap. inter alia, de immu. eccle. & ibi Hostien. & Ioan. Andr. † Qui dicunt

ꝙ la-

ꝙ latrones publici, et qui obsident stratas semper præsumūtur insidiose facere, nisi aliud probetur, argumen. l. qui semisses. supra de vsucap. & c. j. et iij. de præsump. In aliis vero non præsumitur, nisi probetur. l. quotiens. §. qui dolo, supra de dolo. l. vt vim. supra de iusti. & iur. Idem voluit Butri. ibi colum. ij. & Car. quęstio. viij. Pet. de Ancha. sensit contrarium ibi dicens, ꝙ dolus semper pręsumitur, postquam constat delictum esse commissum l. si non conuitij. C. de iniuriis. Abb. ibi col. vj. saluat dictum Hostien. & aliorum dicens.

56 † Quod licet in actu delicti præsumatur dolus. tamen non præsumitur ex proposito prius deliberato deliquisse communiter in omnibus. In istis aūt latronibus, qui stant in stratis publicis, p̄sumitur, ꝙ ex deliberato proposito hoc fecerint, ex quo in illis rapinis se assuefecerint, & inspiciatur hominis consuetudo d. l. qui semisses, Sciant etiā ꝙ si plures fuerint in rixa in dubio præsumitur ibi existens causaliter affuisse, ita determinat Fely. in c. sicut dignum. in iij. colum. versi. septimo & vltimo in fi. de homicid. allegat Bald. in l. j. in lect. antiq. supra de ser. corrup. & in cap. j. de benefi. frat. Homicidium si ab vno tantum fuerit factum, illud præcogitatum (& vt vulgo dicitur) apensate, & apostate fecisse dici potest, si indiciū aliquod ex infrascriptis in processu appareat, p̄batio nanque liquida haberi non potest, cum huiusmodi cogitationes in animo delinquentis con-

57 sistant. † Et quanuis animus a solo Deo cognoscatur, vt est text. in clemen. exiui in. §. quanuis. de verbo. signifi. ibi, quæ omnia fecit ipse Deus, tamen qui absconditorum est cognitor, ad animum sibi ministrantium respicit. & per illum tex. ita decidit Bald. in tracta. schisma. colum. x. & est text. in c. nunquid de pœ. distinct. j. ibi, quia ego sum scrutator rerum, & cordis. & dicit Ang. in l. j. C. de sica. ꝙ dolus & bona fides sunt passiones animi, quæ soli Deo sunt notę, & ibi etiam Salycet. colum. prima quos sequitur Cæpol. in consil. xxj. super homicidio colum. secunda, & est gloss. in l. secunda. supra de interrogat. actio.

58 & ibi Alberic. † Attamen animus probatur præsumptione verbi, vel facti. Talis enim animus præsumitur, qualia sunt verba, aut facta. l. is qui. §. diuns. supra de tuto. & cura. da. ab his l. Labeo. supra de sup. leg. l. repræhendenda. C. de institu. & substitu. & in l. j. §. diuus. & ibi Bartol. & alij supra de sicar. Et dicit Bartol. in d. l. is qui. §. diuus, ꝙ quandocūq; de aliqua animi qualitate quæritur, testis debet testificari per actus exteriores, quos vidit, nam ex qualitate facti animum facientis metimur l. j. supra de peti. hæredi. l. si tamen. §. ei qui seruum. supra de ędil. edic. vbi videns seruum vinctum non tenetur ędilitio edicto, multo enim amplius est id facere, q̄ pronunciare in vinculis fuisse, & est text. in l. si vt certo. §. custodiam. supra commo. & in l. si hominem.

59 supra deposi. † Nam per extrinseca probantur intrinseca. l. si. circa fi. supra de diuor. & in l. quidam in suo. supra de cond. insti. & in. §. seruos. insti. de re. diui. Et dicit Cyn. in l. fin. C. de sica. ꝙ extrinsecus actus probat intrinsecum animū. Et Gandi. in ti. de præsump. in trac. malefic. col. fin. ver. octauum etiam, vbi per multa confirmat prędicta. Idē voluit Bal. in l. si ex plagis. ff. ad leg. Aquil. qui dicit post gl. ꝙ facto datur voluntas intelligi, & est gl. in c. & si q̄ones. de simo. & idem voluit Sozi. in consi. cxxxj. in pręsenti colum. ij. versi. pręterea vol. j. determinans, ꝙ possidens nō dicitur mutare causam possessionis, nisi appareat de animo, qui animus demonstratur per exteriora. & dicit Rom. in consi. cxcvj. super eo ꝙ quæritur, ꝙ quis non tenetur actione iniuriarum, nisi animum iniuriandi habuerit, qui animus probatur pręsumptione verbi vel facti. & dicit Gandi. in tracta. malefi. in tit. de præsump. col. j. versicu.

60 præterea. † Quod iudex debet considerare factum, quod animum metimur, & dicit Albe. in l. aut facta. in versic. qualitate, infra de pœn. ꝙ ex qualitate facti præsumitur incendium, vel ferita per tractatum facta, per not. in l. & si amicis quis domum. supra de adulte. Vnde ex prædictis dico Hip. de Marsi. male sensisse in eius cons. xcvj. dum vult, ꝙ stante statuto, ꝙ quis non possit puniri, ꝙ alium occiderit, si non apparet id tale fecisse animo occidendi, ꝙ iste animus nō possit aliquo modo probari per testes, eo, q̄m animus per actus exteriores non vere sed ficte comprehenditur, vt latius ibi per eum: quia dico satis cōstare ex prędictis animum demonstrari & probari verbo aut facto, & ex coniecturis, vt ēt voluit Bart. in l. si concubina. §. j. supra re. amo. et in l. si cui. §. j. supra de accus. & Bal. in l. libertæ. C. de oper. liber. dicens, ꝙ qualitas factorum describit qualitatem intellectus, quod idem voluit ipse Hipp. in l.

61 j. col. iiij. nume. xxvij. C. de sica. † Præterea causæ criminales non deciduntur iuramento ipsius rei vt est tex. in l. fi. C. de proba. & in c. nos in quemquam, secunda quęstione prima, et vult Bar. in l. maritus. supra eo. ti. & in l. admonendi, et ibi Ias. & alij repet. supra de iureiur. & Bald. in l. in bonæfidei. col. j. versi. quinto oppono. C. de iureiuran. & in l. j. col. ij. versic. oppono. nam contumax. C. quo. & quan. iud. nulla enim est difficultas ꝙ quilibet reus ad hoc vt euitet pœnam, & vitam conseruet. iurabit non semel, sed per centum vices, prout late insistit idem Hippo. in d. l. si maritus & in sua pract. in. §. postquam, in prin.

62 † Præterea non statur iuramento alicuius de dependentibus ab animo, quotiens potest probari ex coniecturis, ita voluit gl. in clemen. j. in fi. de pœn. ibi hoc tenet Cardi. in vltimis verbis, & sequitur Fely. in c. significasti. el. j. col. ij. versicu. tertio fallit de homi. Non ob. glo. allegatæ per Hippo. in d. consil. vt est illa in. §. aliæ. institu. de actio. & in d. c. significasti, & quod voluit Pet. de Anch. in cōs. clviij. quia omnes illæ gl. & decisiones loquuntur in causa ciuili, prout est legere in

63 omnibus illis decisionibus. † Nam causę ciuiles alio modo regulantur q̄ causæ criminales, vt per Bar. in d. l. admonendi. & tresdecim differentias ponit ipse Hippo. in sua pract. in. §. expedita col. viij. & sequen. vbi ponit etiam differentiā in iuramento. Non ob. alia gl. in l. si cui, prout dicā infra quia loquitur de iuramento purgationis.

Aduerten-

Aduertendum est circa prędicta ad vnum dictũ Bart.in d.l.maritus,in fin.qui distinguendo dicit. 64 †Quod iuramentum,quod defertur a iudice in defectum probationis reo ad absolutionem, bene potest deferri.l.præsenti.§.sicubi.C.de his qui ad eccle.confu. & dicitur iuramentum purgationis, nam de hoc dicto Barto.nullam facit mentionem Hippol. in d.l.maritus, nec alibi, & tamen ipse Bart.videtur innuere,ꝙ reo potest deferri iuramẽtum pro causa criminali per ipsum iudicem. Et ideo pro intellectu dicti loci Bart.est sciendum,ꝙ quando aliquis est infamatus de aliquo crimine, nec sunt probationes, aut præsumptiones contra eum,& illa fama perduret, quæ etiam non habet totum a probis personis, vel a quocũq;. 65 †Tunc iudex qui videt illũ talem laborare infamia debet deferre ei iuramentum,& ille corporaliter iurabit se esse immunem a crimine, super quo dicitur infamatus prout est text.in c.j.ij.& iij.de purga.cano. Et istud dicitur esse iuramentum purgationis,& ita de hoc loquitor Specu.in ti.de abol. in.§.ij.per totum tit. Et istud tale iuramentũ erat in vsu de iure canonico,& raro reperiebatur cautum de iure ciuili,vt dicit Ancha.in c.excommunicamus, de hære.& dicit reperiri in l.vbi.C.de fal.& ꝙ non recordatur, ꝙ de iure ciuili propter infamiam, quæ remanet, debeat se purgare, sed Ioan.de Ana.in d.cap.excommunicatus, col.iiij. in versi. qui autem in primo nota. dicit reperiri multos casus,in quibus quis de infamia se purget. alleg.tex.in d.l.præsenti,et in l.Marcellus,supra rer.amo.& in l.lex Cornelia.§.hac lege,supra de iniur. in quibus habetur de iuramento purgationis, quod secundum ipsum dicitur purgamentum necessarium de quo in l. generaliter in princi.supra de iureiuran.& adducit tex.in authen.Gazaros.C.de hære.& in l.fi.supra de requi.re.in quibus secundum ipsum expresse dicitur de purgatione.& hoc modo intelligit dictum Bart.in d.l.maritus, ꝙ loquatur de isto iuramento prout etiam ipsemet Bart.exprimit ibi dicendo,& dicitur iuramentũ purgagationis,& de hoc etiam iuramento loquitur glo.in l.si cui,in.§.ijsdem,supra de accus.& clarius gl.in l.j.C.de sic.& sic Bar.in dicto loco intelligenduus est, ꝙ iudex deferat iuramentum, quando de crimine non est probatio, neque præsumptio contra aliquem, sed tantummodo est infamatus vndecunque proueniat talis infamia, & de hoc iuramenio loquitur Spec.in ti.de fur.in col.iij.versic.quid si peregrinus dicens ꝙ si peregrinus,qui vadit, vel redijt vltra mare,intrat nauem,vel tabernam,vel stabulum, nec ostẽdit res. quas habet,ꝙ tunc si perdantur res,non statur eius dicto vel iuramento. sed bene potest cogi caupo, vel stabularius,vel natura iurare, ꝙ res illas non subtraxit, nec subtrahi fecerit, & erit sacramentum, per quod quis purgatur, cum de eius mala conscientia queritur ab eo,allegat tex.in d.l.præsenti.& in l.fi.C.de iur.do.impet. & in l.fina.C. de bo.auc.iud.pos. idem voluit Bald.in l.j.C.loc. in versi.& no.dicens,ꝙ hospes tenetur de ammissione rei,etiam ꝙ locus sit fractus,in quo erant,& hoc de generali præsumptione,quæ est contra hospites, ꝙ sint rapaces ex mente Nicol.de Matar. si tamen erunt bonæ famæ tunc debent se purgare per iuramentum suum.

INDICIA vero homicidium præcogitatum demonstrantia sunt infra posita, in quibus tamen aduertendum esse puto, ꝙ aliqua ex infrascriptis non sunt de per se sufficientia ad faciendum plenũ indicium.Sed vnum coadiuuat aliud,ex quo deueniri potest ad torturam, vt dixi in præmisso.vj. Et de istis indiciis demonstrantibus homicidium ex proposito ponuntur sex per Alberi.in tracta. statu.qõ.lxiiij.in iij.par.& in l.et si amicis domũ, supra de adul.& per excellentissimum præceptorem meum Mant.in consil.cccxxv. nisi innocentia, col.iij. vbi ponit septem indicia tractatus & pensamenti. 66 †Et procedendo super illis diuidã ipsa indicia in tria tempora,vt dicit Cic.in libr. ij.Rethor.ad heren. in princ.in causa cõiecturali in verbo argumentum. In præteritum, instans, & consequens,prout etiam sensit Bald.in l.mulierem.C.si quis alt.vel sib.dicens, ꝙ dolus,& fraus probantur a priori & posteriori, & ab vtroque simul iuncto.l.si qui adulterij.C.de adul.& vt dicit Bart.in l.in furti.§.ope.,supra de furt.dum cõsiderat auxilium ante delictum,in ipso delicto,& post delictum. ideo videbimus de tẽpore ante homicidium per infra posita indicia.

67 †PRAEPARATIONES,& ordinationes indiciant pensamentum & homicidiũ præcogitatum, vt puta. 68 †Emptio armorum, quæ in vsu non ita frequenter habentur, & maxime in emente. Item & exercitatio in armis,vt est ludus scrimiæ in eo,qui non erat solitus, & maxime si per ætatem id sibi non licebat, & repertum fuit homicidium cõmisisse cum illis armis, cum quibus exercebatur. Item si cum armis per eum solitis deferri experientiam aliquam fecit super clipeo,vel toraca,vel simili genere armaturæ, & cum illis homicidium fecit,prout vidi,ꝙ quidam fecit experientiam super armatura cum pugione, an pertransiret ipsam armaturã,& in die sequenti interfecit hominem,repertum fuit hunc præcogitasse homicidium, & in tortura confessus fuit, id tale apensate fecisse,& luit pęnas debitas.& quod eam experientiam faciebat ad hoc,vt videret,an pugio esset sufficiens ad interficiendum eum hominem,quem percusserat,qui armatus incedebat. Item si arma habiliora ad incidendum & vulnerandum, vt puta (prout vulgo dicitur)limare fecerit, vel molare, de quo loquitur Par. de Put.in tracta.syndi.in verbo.mandauit col.vj. versicu.si quis reperitur,prout etiam vidi in alio,qui eo modo pro homine interficiendo arma pręparauerat, & repertus fuit ex proposito hominem interfecisse. Item si reposuit arma in aliqua domo,vt custodirentur, & ibi propinque homicidium fecit. Itẽ si præmonuit amicum, vt audito rumore deberet accurere cum armis,vel si præmonuerit amicum, vel alium, ꝙ audito rumore non ammoueret, se quia res ad ipsum non pertinebat. ista enim præparamẽta, & ordinationes,& alia similia faciunt indicium, ꝙ homicida tale delictum ex proposito, & appensate fecerit,vt voluit Cic.in d.lib.ij.

Reth.

Reth. in c. in causa coniecturali, in verb. argumentum ibi, nunquid appararit. & Barto. hic col. ij. versi. item quod fuit visus, & Ange. in l. fin. C. de quæst. quem sequitur Par. de Put. in tract. syndi. in verb. viso de indiciis, col. j. char. cix. & Brun. in tract. de indic. colum. xij. versi. item dat aliud, vbi determinant per hæc indicia posse deueniri ad torturam, si aliquis infamatur de homicidio, eo magis autem dicendum est in faciendo indicium super pensamento, cum de ipso actu homicidij constet, & tantummodo deducatur in quæstionem, an propositum interuenerit in homicidio ipso, & prædicta omnia demonstrent præcogitationem, cum ad eum finem homicidij tendant, & est tex. hoc probans in l. j. §. vi possidere, supra de vi & vi arm. ibi qui in hoc ipsum optatus & præparatus venit.

69 † Facit pro hoc ꝙ in probandis occultis quæ ex præsumptionibus, demonstrãtur prout in adulterio, ex præparatorijs inducitur probatio, nam deosculatio, tactus mamillarum, apparatus, conuiuia, & alia similia præparatoria probant adulterium, vt est glos. tertia in l. qđ ait lex supra de adulter. & ibi Bar. & idem Bart. in l. ij. §. fin. & in l. capite quinto, supra eo. & tex. in cap. præterea, de testib. & ibi Doc. Sed aduerte ꝙ glo. in d. l. quod ait lex, dicit, repertum in rebus venereis esse illum qui, prædicta facit, & ēt dicit Bart. in d. l. capite quinto, res venereas esse prædicta. Attamen Bud. in suis anno. secun. anno. xxxv. repræhendit locum illũ Accursij per multorum authoritatem volens rem veneream esse, quando pudenda in pudendis, vel in obscena in obscenis sunt posita, ꝙ puto in l. illa Iurisconsultum sensisse, dum dicit, si in ipsa turpitudine filiam deprehendat, habens respectũ ad actum ipsum carnalem, dum postea subiungit verba Labeonis confirmantia prædicta dum dicit, in rebus venereis, ꝙ idem est cum prædictis. Adduci potest ad præmissa illud, ꝙ dicit Bal. in cap. tuæ, de procu. ꝙ ita punitur mulier, quæ osculum luxuriosum dat, quemadmodum & pro adulterio, ꝙ Dec. intelligit quo ad probandum adulterium, & non quo ad prædicta, dicens illa esse præparatoria, vt vult in rub. C. de eden. in princip. et in rub. de proba. extra, & in cap. cum super col. j. de offi. deleg.

70 † TRANSITVS non solitus & istud indicat pensamentum. Si enim ego in regione non ita frequentata, & per quam aut nunquã solitus sum iter facere, si per ipsam transitum faciens reperto homine, ipsum interficio, indicium oritur, ꝙ id præcogitauerim, ex transitu namq; in solito oritur indicium, ꝙ pertransiens homicidium commiserit. Si eo sero homicidij ibi fuerit visus, nec erat solitus per ea loca pertransire, ita determinat Cic. in dicto lib. secundo ad heren. ibi nam quo in loco præter consuetudinem fuerit, & Bar. in d. l. si. col. ij. in fin. supra de quæstio. & Saly. in l. fina. col. ij. C. de quæstio. & Par. de Put. in dicto tracta. de syn. in verb. viso de indiciis, col. j. char. cx. allegat text. in l. iij. §. eiusdem supra de testi. eo magis dicendum est, ꝙ secuto effectu homicidij occidens habuerit animum occidendi. & prægcogitauerit ipsum homicidium, & ꝙ venerit illuc gratia interficiendi, cum aliud præsumi, non possit. Facit pro hoc id, quod dicit Bar. per illũ tex. in l. ij. C. de curs. publi. lib. xij.

71 † Quod repertus extra viam publicam habet malam suspitionem contra se, vt est in portante contra deuentum per tex. in l. si quis. eo. tit. quod sequitur Ioã. An. de Plat. in d. l. ij. Dicens. ꝙ euntes per viam non publicam nec consuetam habent præsumptionem contra se & idem esse in eo, qui ingreditur, vel egreditur ciuitatem aliunde quam per portam publicam & consuetã l. si. supra de rer. diuis. In homicidio autem puro non ita simpliciter habeas transitum insolitum pro indicio, vt quis torqueatur, cum sit indicium remotum a maleficio. & ideo alia requiruntnr, vt dixi supra in vj. præmisso.

72 † FREQVENTATIO vie, in qua delictũ est commissum. Si enim Titius visus fuerit per plures vices pertransire per aliquam viam eundo, & redeundo vno die, vel diebus successiuis, & eodem vel sequenti, vel alio die non multum post interfecerit hominem in eadem via, præsumptio oritur contra ipsum, ꝙ sæpius eam viam transierit causa committendi tale homicidium, et ad id animum applicauerit, vt sensit Cice. in dicta l. secunda. ad her. ibi vbi fuerit, vbi visus sit, facit tex. in l. iusto supra de vsucap. vbi propter frequentiã rei id statuitur, & in l. legatis. §. si vnus. supra de lega. iij. Et dicit Rayn. in dicta l. iusto.

73 † Quod si quis reperitur mortuus in strata publica. nec appareat occisor, ꝙ ille præsumitur occidisse, qui frequentabat locum illum, ea namq; loci frequentia indicat frequentantem, ꝙ occiderit, idem voluit post Ray. Angel. Rapha. Cum. & Imol. in dicta l. iusto & vt in præcedenti indicio dixi. Si frequentatio viæ facit præsumi frequentantem occidisse, eo magis constito ꝙ occiderit, pręsumendum est, ꝙ apensate ad id processerit.

74 † Et ratio est, Quia ex actuum proportione, & aptitudine præsumitur maleficium argu. l. si dolo. & l. dolus. C. de rescinden. vendi.

75 † Indicium vero pro homicidio puro facit frequentatio viæ (vt iam dixi) & reperto cadauere in via, si ignoratur, a quo sit interfectus, præsumitur contra frequentantem, & indiciatur ad torturam, ita determinat Ange. in tracta. maleficio. in verbo fama publica col. ix. ver. quid. autem si quis in strata. Idem voluit Bolog. in addi. ad tracta. de tormen. Guid. de Suza. col. vij. & Par. de Put. in tracta. sydica. in verbo si quis est inuentus. Vltra prædictos videlicet Ray. Angel. & alios supranotatos in dicta l. iusto. Sed aduerte ꝙ Areti & alij supranominati in suis tracta. alleg. Bart. & Bal. & Ange. in diuersis locis, & maxime in dicta l. iusto. qui tamen nihil dicũt de hac re, sed voluerunt allegare Ray. & alios supranominatos in dicta l. iusto. idẽ voluit Alexã. referens. Rayn. & Ang. in consi. l. visis & opportune ponderatis, col. iij. versi. comprobatur, vol. j. subdens, quod eodem modo pręsumitur incendium processisse a facto serui, seu ministrorum eius qui habet mercantias in fonticis propter conuersationem, quam habent in eis.

76 † Intellige pręedicta. ꝙ in homicidio puro frequentatio prædicta non sit

sit sufficiens ad torturam, si frequentans esset homo, bonæ conditionis, qui consueuerat per stratã illam transire. cum sit indicium nimis generale per ea, quæ not. Bar. in l. fi. supra de qõ. ita intelligit Imol. in d. l. iusto, volens restringere dictũ. Ray. Attamen. Ray. & Cuma. & ibi idem senserunt, dum dicunt, ꝙ frequentans præsumitur occidisse, maxime si talia committere consueuit, arg. tex. in l. si cui. §. iisdem. supra de accusa. & in l. si ita. §. fin. supra de fun. instru. & idem etiam sensit Aret. in d. versi. quid autem si quis in strata. Dicens præsumi, si ille erat malus homo, & sic constat ex mente prædictorum, ꝙ ex frequentatione simplici non inducitur indicium ad torturam, nisi alia concurrant, & quamuis addentes ad tracta. Areti. in dicto loco sibi ipsis attribuant hanc restrictionem. Tamen (prout dictum fuit) Antiqui & clarius Imo. dant istam intelligentiam. Facit secundum ipsos, ꝙ voluit Ric. Malumb. in quęst. quæ est mihi xiiij. incip. Cum in statuto Ciuitatis Paduæ.

77 †Vbi vult, ꝙ stante statuto, ꝙ male auiati teneantur de maleficijs commissis in suis villis, ꝙ ex hoc solo, ꝙ reperiatur corpus interfecti iacens in terra in quadam villa, nec apparet quis maleficium fuerit perpetratus, non tenetur villa, cum corpus mortuum non præbeat testimonium de loco cedis, nisi constet homines illius villæ esse malefactores & ibi conuersari, & morari, & alia vel similia concurrant, nam tunc villa tenetur, quod idem voluit Alber. in quæst. lxxiiij. in ij. par. referens q. Ricar. ad literam, & sequitur Bal. in l. iij. in §. cognoscit supra de offic. præfec. vig.

78 †ARMORVM delatio in non solito, & non habente iustam causam deferendi, si per deferentem homicidium committatur, præsumitur & indiciatur, ꝙ ex proposito arma detulerit causa hominem interficiendi.

79 †Nam deferens arma maliuolum habet animum, vt est glo. fina. titu. de pac. const. & eor. viol. & ibi hoc not. Bal. & Mar. de Lau. in versi. si quis rusticus, & etiam voluit. And. de Iser. Præpo. Aluar. in d. titu. in versi. mercator, & Alexan. in additio. ad Bartol. in l. j. supra ad leg. Iul. de vi pub. Vbi omnes concludũt deferentem arma malum animum habere, nisi ex causa deferat, vel ea ligata habeat, vel prout dicit Præpo. & Aluar. ꝙ licentiam habeat, & dicit Mar. de Lau. ꝙ causa, an sit iusta portandi arma, relinquitur arbitrio iudicantis inspecta persona & tempore l. j. & ij. C. ad leg. Corne. de sica. l. j. C. vnde vi.

80 † Facit pro hoc illud, ꝙ armorum vsus regulariter est interdictus & prohibitus, vt in l. j. & in rub. C. vt arm. vsu. lib. xj. & in authen. de arm. in. §. sinautem. & per Bartol. & Angel. in l. prima per illum tex. supra ad legem Iul. de vi pub. & per Abb. & alios in c. clerici, de vit. & hone. cleri. Et dicit Franc. Bru. in trac. de indic. colum. xiiij.

81 †Quod ille qui se armat de rixa & bello præsumitur cogitare, alleg. Bal. in l. j. C. de ser. fug. col. j. versi. ex consilio, & in l. vt vim supra de iust. & iur. & pro indicio ad torturã hanc delationem armorũ ponit Iac. de Bel. in sua prac. crim. in ti. de quæst. in col. xvj. in fi. dicens, ꝙ gladij delatio est indiciũ, nã de portantibus arma lex male p̃sumit vt in auth. de mand. prin. in §. fi. quod dictũ intellige (vt iã dixi) nulla subsistẽte ad deferẽdũ arma causa legitima.

82 †Et hoc magis præsumi debet, si defert arma euaginata, ex eo. n. præsumitur se præparasse ad aggressurã d. l. j. §. vi possidere, supra de vi & vi arm. Et ponit Cæp. in consi. xxviij. col. ij. ver. ij. quia.

83 †ARMORVM genus, & istud ostẽdit animum & præmeditationẽ ad occidẽdũ, nam si quis ambulauerit cũ armis hastatis, vel cũ arco & sagittis, vel cum arcobusio, vel simili genere armorum. quæ faciliter hominem interficiunt, & vulnerando occiderit, indicium est, ꝙ habuerit animum ad occidendum, & id præcogitauerit, vt est text. & ibi not. in l. j. in. §. diuus. supra ad leg. Corne. de sic. & in c. significasti. el ij. & ibi Doc. de homi. Et dicit Bald. in cap. j. de præsumptio.

84 †Quod ille qui alium sagitat cum arcu vel balista, vel lanceam mittit in ipsum, præsumitur habere animum occidendi. intelligendo, quãdo mittit iaculum cum ferro. Et eum sequitur Felyn. in d. c. significasti, col. iij. nu. 8. & dicit Bald. in l. sed & si. §. si magister, supra ad leg. Aquil. ꝙ ex genere armorum præsumitur animus & atrocitas maleficij per tex. in d. cap. significasti. & idem dicit Flor. in d. §. si magister, nulla facta mentione Bal. quem tamen refert, & sequitur Ioan. de Ana. in d. c. significasti, col. x. versi. not. ꝙ moderamen, & Bal. & Saly. in l. j. C. de emenda. ser. & Albe. in d. l. j. §. diuus. & Cy. in l. is qui cum telo. C. de sic. idem determinat, & deducit Hyp. in l. j. col. v. C. de sica. & consi. lxvij. domine Deus, & Cæp. cõsi. xliiij. Magnificę, ante fi.

85 †ASPORTATIO bonorum, ante homicidium facit indicium pensamenti, nam si portauero res meas de loco ad locum, & maxime ad eum locum, ad quem poteram confugere, vel saltem preciosiora, ex eo demonstratur animus ad interficiendum, & verificatur secuto homicidio. ita not. Saly. in l. fi. col. ij. ver. nunc transeamus, in fin. C. de quæstio.

86 †ALIENATIO bonorum suorũ inducit malum animum, & præmeditationẽ ad homicidium. & ista talis alienatio consideratur, prout dicit Bar. in l. post contractum supra de dona. ex sex præsumptionibus.

87 †Prima est, si donauit, vel vendidit bona sua, nam ex donatione, seu venditione præsumitur malus animus, prout etiã considerat Alex. ibi in addi. post Bald. in l. j. C. qui bon. ce. pos. & in l. pen. C. de bon. dam. & Cy. ibi. & dictũ Bar. sequũtur Raph. Cu. Imo. & Ro. ibi. Idẽ Bar. in l. iij. §. eorũ. supra de priui. cred. Et Io. An. in addi. ad Spec. in ti. de p̃sumpt. ĩ ver. pone ꝙ Tit. & Luc. de Pe. ĩ l. queadmodũ. C. de agr. & cẽsi. lib. xj. col. ij. qui ẽt loquitur de casibus de q̃bus infra. Istud intelligitur cõiter per Doc. post Bar. quoties est inimicitia cũ aliquo, & secutũ sit delictũ in eius personã, vt ex ea causa dicatur & donasse, & animũ ad delinquendum habuisse arg. tex. in authen. post iam. C. de secun. nup. & in c. fina. de renuncia. in vj. Secunda est præsumptio, quotiens quis donat partem bonorum alicui

propinquo subsistente tamen prædicta causa inimicitiæ, vel consimili, & magis credendum est, illud euenisse ex donatione facta ipsi propinquo, de quo credendum est, ꝙ magis se cõfidat, & possit suffragari ex re donata, & ꝙ etiam non secuto delicto sibi restituat, ꝓut deducit Pau. de mon. pie. in d. l. post contractum, impugnando opi. Imo.
88 & Roma. dicens ita practicari. † Tertia est præsumptio si donando, vel alienando, ex post reperiatur in possessionem, nam tunc signum est donasse fraudulenter, & dolose, & animo delinquẽdi, restringitur tamen per Bar. & alios ibi. Si emptor, vel cui facta est donatio fructus habuerit. vel alienatio sit facta cũ reseruatione fructuũ, vel ꝙ facta donatione, vel vẽditione discesserit, vel mortuus fuerit acquirens. Quarta est præsumptio, quotiens quis donauit, vel vẽdidit clam, vt puta ex chyrographo subscripto a testibus, vel sine, vel adhibitis testibus sine scriptura, nã tunc præsumptio est mali animi, & volẽtis delinquere. Quinta est præsumptio, si post donationem, vel vẽditionem inimicum interfecerit statim, aut rx paruo interuallo, quod est arbitrarium iudicis in videndo ex qualitate personæ, loci, & temporis, an sit magnum vel paruum interuallum vt per Doc. in d. l. post contractum. Restringitur hoc, vt non procedat, si interfectus fuit ex improuiso, nam ex subsecuto homicidio etiam in continenti non est præsumendus malus animus, vt etiam dicam infra in verb. inimicus, in prin. Sexta præsumptio est, si in donatione apposuerit conditionem, ꝙ valeat, si bona eius confiscabuntur. Nam clarũ est esse animum ad occidendum, qui verificatur, eo secuto.

89 † INIMICITIA inducit tractatum, & cogitationem ad interficiendum præcessisse, si quando constat de ipso interfectore, & ille prout dictum fuit interficiens erat inimicus, nam tunc oritur indiciũ contra ipsum, ꝙ appẽsate & aposta
90 te, & præhabito tractatu interfecerit eũ. † Inimicus enim mala semper cogitat de inimico. l. inimicitia, supra de his quib. vt indig. d. l. j. §. præterea, hoc titu. l. iij. §. non solum, supra de adimen. lega. c. repellantur & c. cum oporteat, de accus. & ita determinat Albe. in d. l. & si amici domum, supra de adul. & in tra. statu. in iij. par. quæst. lxiiij. Intelligo prædicta sine aliqua distinctione, vt locũ habeant in quocunque inimico siue capitali, siue non capitali, nam ex effectu demonstratur ipsum esse inimicũ capitalem, eo ꝙ illum, cũ quo erat inimicitia interfecit, ꝙ secus esset in indicio, quod oriri deberet in homicidio puro, nã tunc requiritur inimicitia capitalis, vt dicam infra. Intelligas ẽt, ꝙ tunc demum inimicitia faciat indicium pensamenti. Si modo ex processu nõ appareat homicidiũ fuisse ex improuiso, vt puta, quod obuiati sint a casu, vel ꝙ inimicus occisus fuerit aggressor, vel ꝙ sit pura rixa præcedentibus verbis, nã tunc ex inimicitia non datur pensamentũ, vt determinat Bar. in d. l. post cõtractũ, de dona. in ij. col. ver. quinto præsumitur, vbi si rixa fuit inopinata, etiam ꝙ causa præcedat, vt voluit Bal. in
91 l. j. in fi. C. ad leg. Corn. de sic. † Inimicitia ex triplici causa oritur. Ex iniuria. Ex lite, & ex opinione. Primum signum inimicitiæ est, si
92 inter partes iniuria est inducta. † Iniuria autẽ inimicitiam generat in casibus infra enumeratis & hæc tripliciter causatur. Re. Verbis, & Literis, vt in l. j. §. j. & l. lex Cornel. in fin. supra de iniur. Re fit iniuria in casibus infra positis.
93 † Occidens consanguineum, vel affinem meũ mihi iniuriam facit & inimicus efficitur ita Bar. in l. iij. in. §. fi. supra de adimen. lega. alleg. text. in d. l. lex Cornelia, in princ. Idem voluit Bald. in consi. xlij. præsupposito statuto, volu. v. dicens, ꝙ testis repellitur vti inimicus capitalis. si ille contra quem deponit fuit ad occidendum fratrem consobrinum ipsius testis, ea ratione, quia præsumitur inimicus ille, cuius frater est inimicus, immo omnes de genere. l. j. C. si quacnn. prædi. potest. l. humanitatis. C. de excusa. tuto. & per not. in c. j. de eo qui interfe. frat. dom. sui. Subdens.
94 † quod inimicitia capitalis est illa vbicunq; offensus directe, vel per obliquum se vindicaret, si posset, hoc idem voluit Luc. de Pen. in l. j. col. ij. versi. item propter homicidium. C. de his qui se def. lib. x. adducit tex. qui hoc determinat in c. fi. de spon. in Lomb. & hanc inter capitales enumerat Hyp. in l. j. §. præterea, nu. 58. supra de quæst.
95 † Verberans, Pulsans, Domumve meam vi introiens mihi iniuriam facit d. l. lex Cornelia & inimicitia oritur. Nam cum primum quis offensus est in persona, statim fit inimicus not. Bald. in l. in his. §. naturalis, supra solu. mat. & dicit Luc. de Pen. in d. l. j. C. de his qui se def. lib. x. colũ. ij. ver. & scias ꝙ ex offensa illata oritur inimicitia, immo re atrox iniuria inducitur, vt puta, si vulnus illatum vel os alicui percussum sit l. Prætor edixit. §. fina. in fin. supra de iniur. & §. atrox
96 insti. eod. † Et ex atroci iniuria paratur inimicitia grauissima, vt per Bar. in l. iij. §. fi. supra de adimen. leg. quem sequitur Alex. consi. xcix.
97 in causa inquisitionis, colum. j. volu. j. † Bona nostra tollens nos iniuria afficit, & inimicus noster præsumitur c. idem cum quis, de resti. spol. & ibi Bald. dicens prædicta procedere siue vi, siue clam hic talis bona nostra abstulerit, quod etiam sequitur Abb. ibi in iij. no. & But. Imo. & Card. cũ ẽt ex spoliatione rei particularis detur inimicitia capitalis. c. accedens. el ij. vt lite non contest. & ibi But. in v. notab. & Imo. adducentes illud vulgare, non est amicus noster, qui bona nostra tollit, quod idẽ sequitur Abbas ibi & Mari. Sozi. in vij. notab. & Ioan. de Ana. in c. cum oportet, col. ij. in fi. & ibi Fely. col. vj. nume. 13. de accus. Albe. in authen. si testis, colum. ij. C. de test. & Luc. de Pen. in l. j. col. ij. C. de his qui se deff. & Hyp. in l. j. §. præterea, hoc tit. nume. 43. Limita prædicta (vt nõ procedant) quando res ablata est vilis, nam tunc non oritur inimicitia capitalis, ita not. Abb. & Mari. Sozi. in d. cap. accedẽs.
98 † Vxorem, vel alienam terram detinens contrahit inimicitiam cum eo, cuius sunt, eo modo, vt si secutum sit homicidium, de ipso detinẽte præsumatur appensatum & persona illius, cuius est vxor vel terra, si occiderit. Et ꝙ sit inimicitia capitalis

pitalis est tex.in d.c.accedens vt lit. non contesta.& ibi Bald.ad hoc not.ꝙ detur inimicitia capitalis,quod etiam voluit Abb.Ioan. de Ana. & Sozin.ibi,& Hypp.in d.l.j.§.præterea.nume. 58.

99 †Detinens in vinculis præsumitur contrahere inimicitiam cum detēto, cum ipsi iniuriam faciat & corporalis sit,& ex ea inimicitia oriatur nam ille(qui detinet aliquem in vinculis) præsumitur inimicus,& odiosus arg.text. in l.in ipsius.C. fami.ercis.& ibi hoc not.Bald. in ij.notab. & in l. ignorat,in fi.C.ad exhiben.& in auth.si dicatur, immo carcerans aliquem iuste largo modo dicitur facere iniuriam l. cum filij. C. qui bo. cede. pos.Fely.deducit hæc in c.cū oportet, colum. vj. nume.13.de accus.Et ꝙ detentione oriatur inimicitia,voluit Hyp.in l.j.§.præterea, nu. 52. supra de quæstio. & in consi. xxvj. colum. ij. nume. 8. Et dicit Amade.de Cast.ī tract.de synd. in verb. supra dictus Dominus potestas,in ver. aduerte ꝙ testis non est idoneus contra officialem , quia ab eo fuit carceratus,quia pręsumitur odiosus , infero & hoc , ꝙ tortus per iudicem præsumitur inimicus,cum præcedat detentio in carceribus realiter. Et etiam quia ex causa pecuniaria oritur inimicitia,prout dicam infra & tamen quælibet pœna corporalis est maior & grauior quam pecuniaria damnatio l.in seruorum,in fi. infra de pœ

100 nis. †Expellens aliquem de domo præsumitur odio prosequi ab expulso, & eius inimicus iudicatur,nec potest testificari contra expellentem vt est tex.in argu. in l.Lutius Titius in.§.Lutius Titius damam,& ibi hoc not.Bald.supra de leg. ij.refert eum & sequitur Alexā. in l.j.in addi. ad Bar.quæ incipit oppono probatio, supra de test. & refert,& sequitur prædictos Hypp. in d. l.j.§.

101 præterea.nume.54.supra hoc tit. †Diuortium si secutum fuerit inter maritum & vxorem, oriuntur inimicitiæ inter eos , ita est text. in l. Cicero in ij. respon. ibi ne iam inimico marito infra de pœn.& ita per illum tex.not.Luc.de Pen.in l.j.

102 col.ij.C.de his qui se def.lib.x. † Non obediens superiori,nec eius statuta seruans pręsumitur eius inimicus gl.est in c.si diaconus, in verb. & inimicos,l.dist.quæ dicit,not.ꝙ eo ipso ꝙ aliquis nō obedit prælato,est eius inimicus.xxiiij. q.j.c.quoniam vetus,istud idem determinat Præpos.& Domi. de san. Gemi.ibi in iiij. not. idem voluit Luc.de Pen.per eam glos.in l.j. C. de his qui se deff.lib.x. istud idem determinat Albe. in auth.si testis.C.de testi.in j.col.dicens,ꝙ si subditus spoliat prælatum vel superiorē subtrahendo se ab eius obedientia,quibus est obediendum etiā lite pendente,etiam a subiectis , qui eos accusarunt c.olim de accus. connumeratur inter inimicos. Subdens ꝙ ideo Canon dicit de spoliatio cō tra spoliatores,nec nudi contēdere, nec inimicis inermes opponere nos debemus cap. oportet iij.

103 q.j.cap.frequens de resti. spol. lib. vj. †Non osculans dum datur pax in celebratione missæ. vbi ex consuetudine datur osculum , præsumitur inimicus nam ex consuetudine aliquarum Ecclesiarum prælati inferiores admittuntur ad osculum pacis per episcopum cap . de delicto , de præben.& non admittens recusatur ; quia præsumitur inimicus no. Cardi. Abb.& Barb.post gl. in c.cum super,de offi.deleg.Et dicit Hosti.ibi,ꝙ signum est rancoris non admittere ad osculum pacis,quod etiam voluit Steph. Auf.in trac.de recusat.versicu.xxxix.& Hyp.in d.§. pręterea enim

104 lij. † Verbis iniuria fit,si quando conuicium factum sit in aliquem prout est text.in d.l.j.& in l. item apud Labeonem.§.primo.et non tantum oritur,si præsentialiter alicui verba iniuriosa,& diffamatoria sint prolata,verum etiam si absenti,vt puta ad domum stationem,vel tabernam proferātur,vt est tex.in d.l.item apud,in prin.& ex verbis iniuriosis capitalis inimicitia oritur vt est tex.in c.veniens,in prin. de iureiur. & ibi Bald. no.in fi.quem referunt,& dicunt esse menti tenendum,Moder.in d.§.præterea. Sed ante ipsum idē determinat Ias.in l.procuratoribus.C.de procu. per illum dictum Bal.& est tex.in d.l. si inimicitiæ,de his quib.vt indig.ibi sed & si palam. Sed istud idem(ꝙ ex conuicio,& verbis iniuriosis detur capitalis & grauis inimicitia) voluit Ancha. Ant.de But.& Imo.in d.c.veniens,subdens Imo. ꝙ istud docet experientia, vt ex verbis iniuriosis oriatur inimicitia.verba autem iniuriosa sunt si reimprobo tibi aliquod maleficium vel crimen per te commissum,seu aliquam iniuriam in te vel in tuos cōmissum, vt per Bar.in d.l. item apud.§. sed quod adiicitur, Henr.Boych.in d.c.cum opor

105 tet de accus. † Minæ faciunt præsumi inimicitiam capitalem,si minatus est mortem glos.in l. licet supra de arbit. Bartol.in l.iij.§.fin. supra de adim.leg. Alb. in auth.si testis.C. de testi.& dicā

106 infra in verb. Minę. † Dicens se nociturum, si posset dicitur inimicus,vt voluit gl.in c.cum super de offi.deleg.& ibi Abb. Car.& Imol.& faciunt ea,quæ adducit Hyp.in d.§.pręterea, col.ij. nu.x.dicens,ꝙ non tantum est inimicus , qui nocet,sed etiam ille qui noceret si posset vt per Bal. in auth.si dicatur.C.de testi.et in l.j.in fi.C.si qua prędit.pot.post Barb.in c.repellantur,de accusa.

107 † Dicens non diligere Petrum si talia verba proferens interfecit Petrum,habet indicium pensamenti , nam ex illis verbis præsumitur inimicus not. Albe.in l.si inimicitię,supra de his quib. vt indig.& in l.metum.C.quod met. cau.per tex. in c.inquisitionis de accus.& per ea quę not.in c. cum super Abbatia,in glos.j.de offi. deleg.& ex

108 inimicitia pręcogitatio inducitur. † Dicens se inimicū est inimicus c.inquisitionis.§. ad hęc, versi.aut etiam aduersus eos, de acc.ita no. Alb.

109 in auth.si testis,col.ij.C.de test. † Non loquēs cum aliquo nec salutans cum esset solitus salutare & loqui,pręsumitur inimicus text.est in c.si inimicus.xciij.dis.per quę iura ita determinat Luc. de Pen.in l.j.C.de his qui se defe. lib.x.& gl.in c.cum Adrianus.lxiij.distin.quæ dicit,ꝙ eo ipso, ꝙ quis non salutat aliū præsumitur eius inimicus alleg.tex.in c.cū super,de offi.deleg.et ibi Card. Imo.Abb.& alij eam sequuntur, quā gl.refert & sequitur Abb.in c.ad hęc.& in c. repellantur, in ij.no.de accu.et Ias.in l.apertissimi,col.ij.in ver. & dicit gl.C.de iudi.inferens,ꝙ iste talis,qui non

salutat, si iudex est, recusari potest, quod idem voluit Alb. in l. si inimicitię. supra de his quib. vt in dig. dicens, ꝙ si quis non salutat aliquē præsumitur eius inimicus, ex quo præmissa sunt restringēda in eo. qui solitus erat salutare, nā non salutādo pręsumitur inimicus, ita Abb. Io. de Ana. et Fely. post ipsos in d. c. repellantur, in princ. de accu. & Abb. in d. c. ad hæc, & Fely. in proœ. decret. col. v. nu. xxij. 110 † Literis fit iniuria, cū quis librū, carmen, vel historiā ad infamiā alicuius pertinētē scripsit, cōposuit, vel edidit, vel dolo malo fecerit, quo quid eorū fieret, & in oibus illis casibus, de quibus loquitur tex. in d. l. lex Cornelia, in fi. cū l. seq. itē si quis sine scriptura in notā alicuius aliquid produxit puta veste lugubri, vel squalida vtitur ad iniuriā alicuius, aut barbā demittat, vel capillos submittat. vel cantet aliquid, ꝙ pudorē alicuius lædat, vt est tex. in d. l. item apud Labeonem. §. ait prætor, supra de iniur. vel ꝙ fideiussores idoneos reprobet, vel fideiussores interpellat existente parato ad soluendū, vel domū absentis debitoris signet, & alia faciat, de quibus per Hostien. & Azo. in sum. de iniur. & est tex. in l. si creditor, cū seq, supra. de iniu. in istis. n. omnibus casibus, ex iniuria oritur inimicitia, vt est tex. in c. cū in iuuentute, de purg. can. ibi, sed inimicus homo, & per illū tex. Luc. de Pen. in d. l. j. C. de his qui se defe. lib. x. dicit ꝙ ille, qui publicat ea, quæ pertinent ad infamiam alicuius, est eius inimicus. Pro confirmatione præmissorum facit illud. 111 † Quod damnū famæ est maius dāno pecuniario, vt ē tex. in l. si duabus infra de reg. iur. & i l. iusta in prin. cum gl. supra de manu. vind. & in l. iusiurandū. §. ꝓcurator. supra de iureiuran. et ibi Alex. i ij. col. ver. itē no. qui dicit per illum tex. ꝙ parū dr̄ quis prouidere alicui, cū aduersus dānum pecuniarium succurritur. Si ēt nō conseruatur aduersus dāna honoris & famæ, cū tale damnū pręferatur pecunia. Sed ꝓ dāno pecuniario, et ꝓ lite pecuniaria oriūtur inimicitiæ, vt dicam infra ergo & pro hac re maiori. Cū ēt habeamus illud. 112 † Quod crudelis est qui famā suam negligit. c. si quis presbyter, de purga. cano. & c. nollo. xij. q. j. & dicit Alberi. in auth. si testis, col. ij. C. de testi. inimicitiam oriri, si aliquis spoliatur bona fama quæ præciosa res est ix. q. iij. c. facta, et magnum damnū est eam ammittere l. infamia. C. de Decur. 113 † Est. n. quædam mors ciuilis perdere honorē, statū, & famam l. pe. infra. de var. & extraor. cog. & l. j. §. deportatos, supra de contratab. l. fi. supra de ca. di. & ideo quibuscunq; modis redimi pōt infra, de bo. eo. qui sibi mor. consci. l. j. 114 † Secundum signum inimicitiæ est, si causa, vel lis est inter partes, pluribus enim respectibus potest esse lis, nam quandoq; est criminalis, quandoq; ciuilis. Illa quæ est criminalis, aut est capitalis, aut non capitalis. illa quæ est ciuilis, aut agitur de crimine ciuiliter, aut est personalis, aut omnium bonorum, aut maioris partis, aut paruæ rei. Et ideo de omnibus istis videamus infra. 115 † Accusatio criminis capitalis generat capitalem inimicitiam inter partes glos. est in l. licet. supra de arb. & in. §. itē inimicitiæ, in verb. si capitales. insti. de excus. tu. & in. §. si vero quis dicat, in verb. de crimine, in authen. de testi. Bart. in l. iij. supra de test. & in l. iij. §. fi. supra de adimen. leg. Abb. & Mar. Soz. in c. accedens el ij. vt lite non contest. Albe. in authen. si testis, colum. ij. C. de testib. 116 † Accusatio criminis non capitalis adhuc inimicitiam inducit, nam ille qui accusat, prosequitur suam vel suorum iniuriam l. j §. j. & §. fi. supra de iniur. & §. patitur, institu. eod. Et tunc aut iuste accusat, aut iniuste. Si iuste iniuriam passus est. Aut re, aut verbis, aut literis. Ex quibus oritur inimicitia, vt dixi sup. in ij. signo pręcedenti. Aut iniuste accusat, & tunc non iure facit, & iniuria oritur dicta l. j. §. j. supra de iniur. & præsumendum est, ꝙ accusans malo animo, & quia eum non amat, accusationem instituerit, nam crimen imponendo infamat apud probos & bonos viros de facto, & si non sit vera imputatio per not. in l. prima supra de his qui not. infa. & in c. testimonium, & ibi glos. & Docto. de test. & oritur contumelia, de qua supra in eodem signo secundo. 117 † Vnde lex accusatorem appellat inimicum, text. est in cap. j. in. §. illum, ibi, nec inermes inimicis, de resti. spol. lib. vj. & in c. item cum quis eo. tit. & in c. meminimus. de accusatio. 118 † Personalis causa siue de statu inimicitiam facit; vt si quis agat contra aliquē, asserendo eum esse seruum suum, & ille negat. Item si quis dicat illum esse libertum suum, & ille negat, iste enim sunt quæstiones status, vt dicit Bar. in l. imperium, col. fi. ver. quæro ꝙ quæ sunt, supra de iurisdi. omn. iudic. & ibi omnes Doc. & appellat ibi causam hāc maximi præiudicij, & expediri debet per magnos iudices. nec potest delegari l. placet. C. de ped. iudi. not. Doc. in. § præiudiciales, insti. de actio. & ex hac causa oriuntur capitales inimicitiæ in l. fi. supra de his quib. vt indig. & no. Bal. in l. athletę. §. dat remissionem, in iiij. no. supra de excusa. tut. & dicit Ias. in l. quotiens. C. de iudi. in prin. ꝙ causa seruitutis, & causa vitæ æquiparantur. Cum seruus reputetur pro mortuo. l. quod attinet, infra de reg. iur. 119 † Matrimonialis causa si tractatur. Tunc dicitur quasi causa status. Cum mulier vocet virum in matrimonium, quæ dicitur seruitutis, & econtra, si vir mulierem, ita gl. in c. mulieri, de iureiur. & ibi But. Cardi. Imo. Abb. & reliqui eam sequentes. & hoc maxime, quia causa criminalis, & causa liberalis, & matrimonialis æquiparantur vt est text. in cap. pen. de restitu. in integ. & glos. in l. iij. §. quacunque. supra de iureiur. & ibi Bart. 120 † Alexand. & Pau. de Cast. appellant hanc causam arduam et grauem eo modo, vt in ea non, deferatur iuramentum in supplementum probationis, vt per glo. & Doc. superius adductos & per Bart. Rom. & reliquos Rep. in l. admonendi, supra eo. de iureiuran. & ibi Ias. numе. cclxxvij. Doc. in c. fin. de iureiur. & dec. in consi. cxxxiij. de isto processu, col. j. vol. j. Et ita consuluit Alexan. æquiparando causam matrimonialem criminali in consi. cxliij. quoniā abunde, col. ij. ver. ij. non est, volum. ij. quam refert, & sequitur Dec. in consi. ccx. Visis diligenter, vol. ij. et Hyp. in l. de minore. §. plurimum nume. lxiij. supra de quæstio. ex quo necessario est dicendum inter hos litigantes,

litigantes, vt est in præmissis, inimicitiam oriri.
121 † Monachationis causa est eiusdem iuris, cuius est præcedens. Cum in ea tractetur de graui præiudicio, & ex domino redigatur quodammodo in seruitutem, & priuetur omnibus bonis, cum monachus nihil proprium habere possit, c. cum ad monasterium de statu monac. & auc. ingressi. C. de sacr. san. eccle. & ob eius præiudicium, & grauitatem iuramentum necessarium non defertur, quemadmodum & in causa matrimoniali non datur. & æquiparata sunt hæc, vt per glos. in l. j. §. j. supra de iureiur. & ibi Bartol. Ang. Paul. de Cast. Saly. Alexã. & Ias. qui eam sequuntur, not. Anch. Abb. Car. & Imo. in c. fi. eo. tit. Lap. alleg. lxxxvj. colum. vlti. Cum itaque causa sit tanti præiudicij, nulli dubium ex ea oriri inimicitiam
122 inter litigantes. † Filiationis causa, vt si agenti dixero eum illegitimum & inhabilem ad successionem, & ad dignitates, nam ista causa est ardua, & tractatur de statu, & in tali casu non defertur iuramentum in suplementum, quando est necessarium ita determinat Bald. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. & rationem reddit, quia dicere aliquem esse illegitime natum est quædam infamia. Et istud refert, & sequitur Iaso. in d. l. admonendi supra de iureiu. nu. cclxxx. dicens, ꝙ iuramentum necessarium non defertur in causa status personæ puta filiationis, vel legitimationis, quia sunt graues, & hæc grauitas, & præiudicium cõstat ex eo quia vt in pluribus quando opponitur ista illegitimitas, id fit ad excludendũ ab aliqua successione, vel paterna, vel alia, seu ad excludẽdum ab aliqua dignitate, quæ omnia sunt grauia, vt in infrapositis signis, & ideo in hac causa ori
123 tur inimicitia. † Famosa si est lis dicitur causa status, si quando agit quis contra me, vt ammouear ab ordine, vel vult prohibere ne fungar officijs publicis, vel ꝙ agatur pro socio, tutelę, mandati, depositi nomine suo, vel ex alijs causis. de quibus in l. j. §. j. supra de his qui not. infa. & in l. cognitionum, in ver. existimatio infra de var. & extraor. co. & ita intelligit illum tex. in l. cognitorum. Roma. in l. admonendi. nu. 105. ꝙ causa fa
124 mosa sit causa status. † Ex quo nec in ea defertur iuramentum necessarium in supplementũ. Eo maxime quia (si non defertur iuramentum in causa bonorũ maioris partis, vel totius patrimonij) multomagis non est deferendum in causa famæ, quæ magis preualet ꝙ̃ omnia bona mundi l. Iulianus, supra si quis omis. cau. testa. l. alias. supra de iureiur. Iaso. in d. l. admonẽdi, nu. cclxxviij. sequens hanc opinionẽ dicit, ꝙ causa famę, & cã vitę ęquiparantur l. iusta, cum glos. supra de manumis. vind. glo. in. §. suspectus autem, ver. ob culpam, insti. de suspec. tuto. & hoc (ꝙ non deferatur iuramentum necessarium in hac causa) sequuntur commu. Doc. in d. l. admonẽdi, & Ioan. And. But. Imo. Cardi. & alij in c. fin. de iureiur. improbãdo opinionẽ Bar. in d. l. admonendi, quamuis Ias. ibi dicat verba illa non esse Bart. Ex his ita constat ex hoc litigio causę famosę, cum sit status inimi
125 citiam oriri. † Causa omnium bonorum vel maioris partis inducit inimicitiam capitalem. Nam causa bonorum dicitur causa vitę l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudi. & ibi Bald. & dicit Saly. in d. l. admonendi, colum. pen. versi. quęro an sit, ꝙ pecunia est alter sanguis, vnde videmus, ꝙ causa omnium bonorum, seu maioris partis sunt ęquiparata per text. in cap. frequens. de testi. spolia. in vj. & glo. in authen. de testib. in. §. si vero dicatur, in fi. in versi. quæstiones, & glo. in authẽ. si testis, in fi. C. de testi. coniungit hæc de omnibus bonis, vel parte maiori, vel de statu per text. in. §. item propter litem. insti. de excus. tut. & gl. in cap. cum partium, de reg. iu. in vj. cõiungit hæc causam criminalem, famosam, & arduã. Et Iaco. de Aret. Odof. Bart. Albe. Saly. Ful. & Rom. in
126 d. l. admonendi dicunt. † Quod causa magna æquiparatur causæ criminali per text. in l. propter litem, supra de excus. tuto. & prædictos sequũtur Io. Crot. Cacialup. Curt. & reliqui repet. in d. l. admonendi, & idem voluit But. & Imo. in cap. fina. de iureiu. Sed aduerte, ꝙ Ias. in l. properãdum, in prin. in iij. no. C. de iudi. dicit, ꝙ ille tex. in eo, ꝙ determinat instantiã nõ esse eandẽ in causis criminalibus quę est in causis ciuilibus, vr tñ esse contra hanc decisionem, ꝙ istę causæ magnę ęquiparãtur causis criminalibus, & idẽ sensit Ias. in d. l. admonendi, nu. clxxj. ob id, quia quęlibet causa corporalis est maior quacũq; pecuniaria ꝑ l. in seruorũ in fi. infra de pen. Vnde vult restringere illud in personis vilibus, vel in illis casibus, in quibus pro crimine imponitur pœna pecuniaria, & in d. l. properãdum infert, ꝙ istę causę non possunt dici capitales, & per cõsequẽs, ꝙ nõ oriatur inimicitia capitalis, sed quasi capitalis vt consuluit Io. de Ana. in consi. lix. visa inquisitione, qui dicit, ꝙ ex litigio non oritur inimicitia capitalis cũ Imperator, & Iuriscõsultus ponãt de per se inimicitiã, quæ oritur ex litigio, & inimicitiã capitalẽ vt insti. de excu. tuto. §. itẽ propter inimicitias, subdens, ꝙ Doc. in d. c. cum oportet. dicũt, ꝙ ex prędictis oritur inimicitia quasi capitalis. idem sensit Felyn. in d. c. cũ oportet col. iiij. nu. 8. vbi quasi capitalẽ appellat. Non puto esse recedendum ab opinione Bartol. & aliorum dicentium ex prædictis causis oriri capitalem inimicitiam. & pro prædictis considero text. in. §. item propter litem, & alios. §. §. subsequen. vbi lex determinat, ꝙ ob cãs magnas tutor habeat excusationem, & inter alias, si est lis de omnibus bonis, vel hæreditate. item si est inimicitia nec sufficit simplex inimicitia, sed requiritur, ꝙ sit capitalis, vt in. §. inimicitiæ. cum itaque lex velit capitalẽ inimicitiam ad excusandum tutorem, necesse est ẽt, ꝙ alia litigia, quę excusationẽ inducũt sint talia, ex quibus oriatur capitalis, nõ aũt simplex inimicitia; nõ. n. est pręsumendũ, ꝙ vna & eadẽ dispositio diuerso iure cẽseatur, & ex diuersa causa sit inducta l. iã hoc iure, supra de vulg. & pup. nec opus est dicere, ꝙ Imperator posuerit separatim inimicitiã oriẽtẽ ex litigio, & inimicitiã capitalẽ, quia immo oĩa sunt posita sub eodẽ cõtextu, & sub eadẽ determinatione, & sub eod. tit. & ex eadẽ causa sunt inducta, & ordinata, vt iam dictum est. Pro prædicta opi. adduco text. & ibi Bald.

in l. athletæ. §. dat remisionem, supra de excus. tut. ibi capitale certamen eis ad inuicem constitit, quæ verba exponuntur per Bald. si de statu, omnibus bonis, vel maiori parte litigetur, & dicit Anto. de But. in c. accedens el ij. in v. not. vt lit. non contesta. 127 †Quod inimicitia capitalis non solum concluditur ex morte, vel ex sanguine primo, sed etiam ex secundo bonorum, vel honoris, & Bartol. in l. pen. in fin. supra de condi. ob tur. cau. dicit, ꝙ promittens tyranno ob metum ẽt tempore solutionis durat, nec debuit deserere patriam & bona, quia ammissio omnium bonorum æquiparatur morti, & Pet. Cyn. Ray. Fulgo. & Alex. in l. reum criminis. C. de procu. dicunt, ꝙ quemadmodũ accusatus de crimine non potest esse procurator, ita & ille qui habet litem omnium bonorum, quæ æquiparatur criminali, & Bald. in l. certa forma. in fin. C. de iur. fis. lib. x. ꝙ quasi maior pœna est ammissio omnium bonorum ꝙ̃ mors per tex. in l. fin. C. ad leg. Iul. maiest. Vnde licet offendere aggressorem ad defensionem bonorum sicut ad defensionem personæ glos. in l. vt vim, supra de iusti. & iur. & ibi Iaso. Et Alcia. in c. j. de iudi. nu. 17. & Bald. in l. iij. §. j. supra de test. æquiparat inimicitiam capitalem causæ omniũ bonorum, & Alex. in l. post legatum. §. his vero, supra de his quib. vt indig. Nec obstat, ꝙ dicatur, si non est causa capitalis primo, nec inimicitia capitalis oritur, quia istud est falsum, nam ex iniuria verbali oritur inimicitia capitalis, & ex alia iniuria simili, vt dixi in præced. sig. & tamẽ non est causa capitalis. Nec ob. consideratio l. in seruorum, infra de pœn. quia dato ꝙ pœna corporalis si maior quacunque pecuniaria, attamen propter hoc nõ sequitur ꝙ ex causa bonorum nõ possit oriri idem effectus, quo ad hominis intentionem, qui oritur ex causa habente pœnam corporalem. Cum enim inimicitia sit ranchor animi, eodem modo oritur, ex eo, ꝙ quis vexatur grauiter, vel bonis, vel in corporale. Et in hoc habent hæc duo ęquiparationem, & in illis agens demonstrat habere malam opinionem aduersus reum, & eius ruinam perquirit, siue agat in bonis, siue in corpore, ex quo datur inimicitia grauis, quæ capitalis est, & sufficit, ꝙ quantum ad hunc effectum inimicitiæ, & eius ortus hæc duo sint æquiparata & similia, dato ꝙ vnũ excedat aliud quo ad executionem, & maior sit pœna, quæ in corpus infligitur, ꝙ̃ pecuniaria, quæ bonis applicatur. 128 †Sufficit enim æquiparatio, & similitudo sit in ea re (de qua agitur) nec requiritur, ꝙ tota res sit alteri similis cap. cum dilecta de confir. vtil. vel inutil. Cum simile non sit idem not. Bart. & alij in l. quod Nerua. supra deposi. & l. nõ possunt. supra de legib. l. ad similitudinem. C. de epis. & cle. no. Fely. in c. translato, col. v. nu. 16. de cõsti. Cũ ẽt maior sit inimicitia, quæ oritur ex causa omniũ bonorũ, ꝙ̃ illa, quæ oritur ex accusatione capitali. ita Paul. de Cast. in auc. si dicatur. C. de testi. Quod aũt ex litigio omniũ bonorum vel maioris partis causetur capitalis inimicitia vltra prędictos, tenuit gl. Io. And. Host. Car. & Abb. in d. c. cũ oportet, adducit tex. in d. c. freques de rest. spol. lib. vj. & idẽ Ioan. de Ana. sibi ipsi cõtrarius in d. c. cũ oportet, col. ij. ver. qualis aũt, & Anch. in d. c. frequens de resti. spol. per text. in d. §. dat remissionem, & Hipp. in d. l. j. §. præterea, nu. 58. supra de qõ. Intellige prædicta non procedere in casibus, de quibus loquitur Bart. in d. l. admonendi, quando. s. tractatur de possessorio omnium bonorum. Nam tunc non dicitur magna, vel grauis causa, vel quando tractatur de aliquo incidenti, ꝙ non tolleret, nec diminuere veritatem negocij, vt puta ꝙ aliquis non esset procurator meus, nec potuisset agere pro me, vt per Bar. exemplificatur, & per omnes ibi Scrib. Nam in casibus prædictis cum de paruo præiudicio tractetur, non est dicendum capitalem inimicitiam oriri. Intellige etiam, vt inimicitia capitalis interueniat qñ est lis inferens graue damnum in bonis rei conuenti, vt puta, ꝙ aut sit amissio lucri, vel ammissio bonorum. Nam quemadmodum infertur iustus metus ob mortem vel quasi. ita etiam ex amissione lucri, aut bonorum, ita not. Cyn. in l. interpositas. C. de transac. & ibi Bald. & Saly. qui dicunt. 129 †Quod quando nõ timetur mors, vel quasi. Sed graue damnũ in rebus ꝓprijs, iustus, & legitimus metus infertur. Et Bald. in c. j. de iudi. colum. iiij. versi. quid enim dicit, ꝙ inimicitia capitalis oritur, si est contentio omnium bonorum, vel maioris partis. Idem si est quæstio de meliori re, quam haberet in bonis per text. singu. in l. summa cum ratione, supra de pecul. & idem si esset quæstio amissionis magni lucri per singulare dictum Cy. supra allegatum. 130 †Infertur ex prædictis, ꝙ si causa erit leuis, & parua inter partes non præsumitur inimicitia. Nam modicum damnum quilibet æquo animo ferre debet c. terrulas. xij. q. ij. Cum lex paruam læsionem non cõsideret l. scio, supra de in integ. resti. & dolus ex parua re non præsumitur l. si oleum. supra de dol. Et pro parua re non præsumitur quis velle peierare, cum detur in ea iuramentum in supplementum per not. in d. l. admonendi supra de iureiur. 131 †Aduerte tamen ꝙ quandoque ex contentione etiam de re leui maxima oritur inimicitia, vt dicit Dec. in d. c. j. de iudi. in ij. lect. col. j. ver. & ex supradicto not. allegat Abb. in d. c. j. & in c. non accedens vt lit. non contesta. & in cap. cum oportet, de accus. 132 †Parua. n. res quandoq; dicitur, quæ ad sumptus iudiciales non sufficit c. anteriorum. §. illud. ij. q. vj. not. in c. de appellationibus, de appellat. Quãdoq; minor. x. libris auri in auc. de mand. prin. §. si tibi, & de appellat. §. illud. Quandoque vsque ad quadraginta aureos, vt in l. j. C. de defen. ci. quandoque ad trecentos aureos, vt in auth. de defen. ci. in. §. & iudicare. Sed in casu (de quo agitur) parua res dicitur secundum qualitatem personarũ. Nam causa ducentorum aureorũ pœnes magnũ virũ est parua, vt est gl. & ibi Bar. & alij in l. sed si susceperit, supra de iudi. loquens de illa cõmitissa Matilda, quę donauit triginta miliaria terreni, & dixit aliquantulum terreni. Econtra aũt causa sui seu porci dicet magna respectu pauperis vt est glo. in l. illicitas. §. ne tenuis, supra de offi. procon. Et sic personæ faciunt paruam & magnam

gnam causam. Et arbitrium est iudicis iudicare ob personas, quæ parua, quę magna, et grauis causa dicatur, not. Bar. & alij omnes in d.l. admonendi, & ibi Ias. nu. 272. no. Inno. Card. Abb. & alij. in c. fi. in. §. is autem, de offi. delega. et de istis paruis & minimis late prosequitur Anto. Cor. in tra cta. de mini. quarum aliqua transcripsit Hip. in l. furem. supra de sica. & in l. si vt allegas. C. de sic.

133 †Quæro præmissis inhærendo, an lite finita inimicitia durare præsumatur Doc. in c. j. de iudi. in j. not. loquendo de testibus & indicio fuerũt varij, & ex diuersis rationibus moti. Aduersantur insimul Ant. de But. et Abbas videntur sensisse, ꝙ inimicitia non duret. Deci. Rip. Alciat. ibi sequuntur hæc dicta, quamuis per distinctionem se restringant. Prædicti ad hoc tenendum mouentur. Primo ex dicto Ioan. And. in additio. ad Spec. in rub. de testib. versicu. sciendum, & versi. sexto, vbi illi qui habuerunt contentionem, vel causam cum episcopo, non repelluntur a testificatione. Secundo adducitur tex. in. §. si vero quis dicat, in authen. de testi. ibi donec de crimine iudicetur. Tertio facit tex. in §. item propter litẽ, insti. de excusa. tuto. ponderando verbum sit, ꝙ excusetur qs a tutela, si sit lis, de oĩbus bonis, vel de hæreditate, adeo ꝙ requiritur actualis existentia litis, & si fuerit finita aliud sit. Quarto pro hoc est text. in c. omuipotens, de accusa. tunc glo. & tex. in l. reus delatus, infra de mu. & hono. vbi cessante infamia cessat effectus ipsius. Quinto adducitur tex. in c. item cum quis, de restitu. spol. vbi non agitur ante restitutionem spolij criminaliter, cum præsumantur inimici, facta vera restitutione, vt innuit tex. agi poterit, & sic non perdurat inimicitia. Sexto facit tex. in c. postremo, & ibi Abb. in ij. not. in fi. de appellatio. ibi in eodem negocio aduocati officio functus ex quo apparet, ꝙ ille qui fuit aduocatus in vna causa, si datus fuit iudex in alia causa, non potest recusari. & tamen aduocatus dicitur aduersarius, vt not. in d. cap. primo de iudi. & dicam infra sub sig. ter. & sic functo officio per eum non dicitur durare inimicitia. Septimo adducitur text. in capit. ad hoc, el j. & capi. proposuit, de appella. vbi iudex in vna causa, a qua fuit appellatum, potest appellatione pendente recusari in alia causa, ergo finita causa non poterit recusari. Et sic aliquis ranchor non videtur perdurare. Aliam opin. ꝙ finita lite adhuc duret inimicitia tenuerunt Areti. Barb. & Bosc. Codeq. Adducunt. Primo cum vt superius dictum est, inimicitia inducatur ex lite, vt

134 in casibus præcedentibus. † Tunc, si semel inimicus fuit, præsumitur durare inimicitia, nisi probetur reconciliatio, vt per Innocen. in cap. cum oportet, de accusa. & Bald. in authenti. si dicatur. C. de testib. & est text. in l. in ipsius, & ibi Bald. C. fami. ercifcun. ergo repelli debet

135 nunc sicut tunc. † Cum etiam inimicus reconciliatus repellitur vt suspectus, vt per Specu. in titu. de leg. in. §. superest ver. item ꝙ quondam & hoc quando reconciliatio est de recenti, vt dicam infra in verb. reconciliatio, ita hic, dato ꝙ finita sit lis, tamen adhuc durat causa inimicitiæ. Secundo adducitur Bart. in l. j. §. idem numimio, supra de qõ. Vbi domesticus tempore contractus si desijt esse domesticus tempore attestationis faciendæ, & duret causa reuerentiæ. i. ranchor & odium, non potest esse testis. Tertio mouentur, voluntas semel posita durare præsumitur l. sancimus C. de testam. c. maiores de Baptis. ex quo inimicitia semel in esse deducta præsumitur perpetuo durare. Quarto adducitur, quæ ex solo cursu temporis non mutãtur semel in esse posita, semper in ipso esse præsumuntur, nisi contrarium ꝓbetur, voluit Abb. in c. proposuit de cler. excommini. per gloss. ibi in verb. absolutione, quæ vult, ꝙ semel excommunicatus, nisi contrarium probetur semper præsumitur excommunicatus: quæ conclusio ex pluribus confirmatur posita per Fely. in c. scribebam, in glo. ij. in prin. de præsump.

136 & per Bal. in l. ex persona. C. de prob. †Quinto facit, cessante causa non cessat effectus iam per fectus & consumatus Bart. in l. cum lite mortua, supra iud. solu. & in l. fiscos, la ij. infra de iur. fis. Bal. in l. cum antea, in fin. C. de arb. in c. illud de præscri. Fely. in c. causamq;, el j. col. pen. ver. fallit primo, de testi. Sexto allegatio inimicitie facta per alteram ex partibus ostendit eam subesse, dato ꝙ lis sit extincta, cum in hoc standum sit as-

137 sertioni partis, eo quia pendet ab animo. †Nam amicitia & inimicitia dicuntur passiones mentales, quæ animo retinentur, & continuantur, vt per Bal. in d. l. ex persona. C. de proba. Et per Felyn. in d. c. scribendum, prout in simili dicit Bar. in l. siue possidetis. C. de proba. ꝙ standum est assertioni dicentis possidere, cum hæc animo retineatur.

Septimo adducitur tex. in c. cum P. Manconella de accusa. Octauo facit text. in c. accusatores el j. iij. q. v. vbi etiam post reconciliationem quis repellitur vt suspectus, & dicam infra. Aduerte circa prædictam conclusionem, ꝙ quamuis allegentur prædicti, ꝙ teneant alteram ex prędictis partibus, attamen non simpliciter sequuntur dictas opiniones. Nam Areti. in dicto cap. j. de iudi. dicit moderando eius opinionem, ꝙ non repellitur in totum, qui habuit litem respectu inimicitiæ. Sed non adhibetur plena fides. Rip. in dicto cap. cum P. tenet eandem modificationem, Dec. in dicto cap. j. concludit arbitrarium iudicis esse in admittendo vel non admittendo considerato, ꝙ orta esset aliqua magna inimicitia, tunc præsumitur durare aut solum allegatur lis præterita, ex qua erat præsumptio inimicitię lite pendente, finita lite, suspicio illa purgatur, Alciat. in d. c. j. intelligit, vt non duret inimicitia, nisi iudex cognouerit, etiam post litem subesse inimicitiam. Et sic omnes prædicti videntur inclinare, ꝙ sit quodãmodo arbitrariũ ipsius iudicis, Alex. in l. iij. in addit. ad Barto. in verb. inimicitias, in fin. supra de testi. nõ se firmat in hoc articulo. Sed vr̃ sentire, ꝙ aliqualis inimicitia duret, quia diminuitur de dicto testis & eius fide. Ego indistincte verum puto, ꝙ si orta sit inimicitia capitalis, aut grauis (vt supradictum est) ꝙ finita lite adhuc pręsumptio sit eã durare. Nam cum amicitia, & inimicitia sint animi passiones, & in intentione

consistant, & inimicitia sit ira vlciscendi tempus obseruans, vt ait Cice. in lib. quarto qõ. Tuscul. quõ possumus dicere, ꝙ per recessum litis hęc recedant, cum sint radicata in corde, quæ non ita de facili amouentur. Si enim inimicitia desiderat vltionem, & obseruat tempus ad se vindicandũ, non potest ex hoc dici, ꝙ cesset ob cessationem litis, immo ꝙ obseruetur tempus ad se vindicandum, ex quo finis litis non debet esse illius potentię, vt dicatur extincta inimicitia. Sed requiritur reconciliatio, quæ etiam non sit de præsenti, vt voluit Bart. in d. §. si vero quis, in authen. de testi. & ita intelligit gl. in l. iij. in princ. in verb. inimicus supra de testi. Pro hac opinio. credo esse tex. clarũ in. §. inimicitiæ, insti. de excus. tut. vbi inimicitia perseuerat & perdurat, nisi interueniat reconciliatio, ibi nec reconciliatio interuenit, & tex. in. §. seq. dum vult passum quęstionem status a pupilli patre excusari, ita ꝙ ex ea lite status inimicitia subesse dicitur, dato ꝙ lis sit finita. & istã sententiam indistincte tenet Præpo. Alex. in c. accusatores iij. qõ. v. in j. no. Tertium signum inimicitię oritur ex hominum opinione, & ex diuersis

138 causis inferius annotatis & primo. † Aduocatus, vel procurator si patrocinium pręstiterint cõtra accusatum. An cõtrahatur inimicitia cum eo, dicas, ꝙ contrahitur, vt est tex. iunc. glo. in l. j §. sed & constitutio. supra de calũ. vbi iudici & aduersario prohibitum est pecuniam dari. Et gl. ibi in verb. aduersario exponit procuratori, & aduocato, & ex ea demonstratur procuratorem & aduocatum partis, mihi contrarie aduersarium dici. Ita etiam per illum tex. Albe. appellat hos aduersarios in suo Dictiona. in verb. aduersarius, & ita per illum tex. dicit procuratorem & aduocatũ inimicum. Luc. de Pen. in l. j. col. ij. versi. item aduocatus. C. de his qui defer. lib. x. Anch. in c. cum P. de accusatio. in iij. no. dicit sub verbo forte ꝙ aduocatus, procurator, & fideiussor accusatoris præsumitur inimicus accusati per text. in l. post legatum. §. his vero, supra de his quib. vt indig. Ioan. de Ana. ibi. in ver. quid aũt si aliquis relato dicto Anch. tenet, ꝙ sit inimicitia, cõsiderando, ꝙ tex. in d. §. his vero, loquitur in teste, & fideiussore, & subdit, deneganda est actio accusatori, q ad fuerit. & Dy. intelligit tanꝙ procurator, & Bart. ibi intelligit tanquã aduocatus. Inducendo ad q. de banito, & cõsulendo, ꝙ nõ sit aduocatus bãniti vllus

139 Doctor, Dec. in c. j. de iudi. in ij. not. dicit. † quod procurator. et aduocatus dicũtur aduersarij scdm Nicol. de Mathar. alleg. But. ibi in ij. not. & in c. testimoniũ, in ij. not. de testi. qui nihil dicit de hoc, allegat. et tex. iam per prędictos põderatum in d. l. j. §. qui autem, Ioan. Franci. Rip. in d. c. j. in ij. no. in iij. ampliat. dicit procuratorem & aduocatum dici aduersarios per tex. in d. §. qui autem, & per tex. in c. ij. de confes. lib. vj. & ex hoc esse, ꝙ procurator, & aduocatus nõ sunt idonei testes in causa, in qua patrocinantur per glo. in c. Romana de testi. lib. vj. & per Barto. in l. deferre infra de iur. fis. & per Felyn. & alios in c. a nobis de testi. cogen. & in d. cap. j. sensit hoc, ꝙ dicatur aduocatus aduersarius in vij. col. & ex his prædicti in eam partem inclinare videntur, ꝙ detur in istis inimicitia. Sed ista dicta non videntur sine dubio procedere. Nam text. in l. qui cum natu maior. §. pen. supra de bon. liber. dicit, ꝙ si filius patroni aduocationem accusatori liberti pręstitit, non repellitur a contratabulas bonorum posses-

140 sione subdens rationem. † Quia aduocatus nõ accusat, & Bart. per illum text. in l. iij. §. fi. supra de adimen. leg. dicit, ꝙ inimicitia capitalis est si occidit meum consanguineum. Idem si accusauit vel minatus est interficere. Secus tamen videretur, si auxilium præstiterit contra eum in causa capitali per tex. in dicto. §. pen. & sic sensit inimicitiam in prædicto casu non dari. Areti. in cap. j. de iudi. colum. j. in fin. dicit, forte posset dici, ꝙ aduocatus, & procurator posset dici inimicus, si fuisset in causa capitali cõtra me, vel actione famosa, per ea quæ habentur in l. penulti. in princi. supra de inoffi. testa. & quæ ponit Bart. in l. post legatum. §. sunt qui putant, supra de his quib. vt indig. hoc tamen non affirmat. & sic nõ audet dicere inimicitiam oriri. Hoc idem videtur sensisse Cur. i trac. feud. in iij. par. in xxxiij. q.

141 † Credo in casu præmisso contrahi inimicitiã. Cum ex cohabitatione, & familiaritate quã quis habet cum inimico meo, oritur mecum inimicitia, vt est tex. & ibi Bar. in l. sciendum. §. si accusatio, infra de legation. & Iaso. in l. apertissimi, col. ij. C. de iudi. & dicam infra in verbo conuersatio cũ inimico. Eodem modo & tanto magis detur inimicitia in eo, qui auxilium præstat inimico meo contra me, et ad meam iniuriã qui. n. aduocat contra accusatum necesse est ꝙ exprimat causam accusationis, & delicta declaret, & instet contra eũ, vt puniatur, & aperte, & palam maledicat, iafaustasq; voces aduersus eum iactet. Ex quibus inimicitia causatur, vt est tex. in l. si inimicitię, ver. sed si palam, supra de his quib. vt indig. facit pro hoc, quod dicit Abb. per illum tex. in d. c. cum P. col. ij. dum vult, quod clericus non possit aduocare ne videatur alteri nocere. Non ob. text. in d. l. qui cum natu maior in. §. pe. quia filius patroni ad hoc vt excludatur a bonorum possessione, debet de causa capitali accusasse, alias si capitalis non fuerit accusatio. sed minor, non excluditur, vt est

142 text. in d. l. qui cum natu maior. §. si tñ. † Et sic quælibet accusatio & iniuria ipsum non excludit. Sed debet esse capitalis, & istud est, qd dicit Bar. in l. post legatum. §. sunt qui putant, supra de his quib. vt indig. post gl. ibi ꝙ non ita de facili perditur portio debita patrono, sicut legatum quod est mere lucrum. et sic dato ꝙ ex aduocatione fiat iniuria liberto, & oriatur inimicitia non tamen capitalis. Vnde Bart. dictum in d. l. iij. §. fin. supra de adimen. lega. debet intelligi, ꝙ ex auxilio præstito non oriatur inimicitia capitalis, de qua locutus fuerat in præcedentibus casibus: nõ tamen negat, ꝙ alia inimicitia esse non possit, dum dicit Secus tamen videretur &c. & sic aliter ꝙ̃ dixerat in tribus casibus præcedentibus, in quibus locutus fuerat de inimicitia capitali. eo maxime; quia quando aduocat, infaustas voces exprimit ex necessitate sui officij, non tanquam inimicus, &

ideo

ideo excusatur. Secus est in eo qui ad iniuriam verba diffamatoria profert, vt in d.l.si inimicitiæ, necessitas autem excusat, ex quo dico grauem inimicitiam oriri cum aduocato non autem 143 capitalem. † Præmissa intellige sine difficultate procedere, vt si post aduocationem, vel procurationem contra aliquem sequatur mors aduocati, vel procuratoris ex vulneribus accusati, vt detur indicium pensamenti contra illum procedens ex inimicitia. & etiam si fuerit alia causa, ex qua oriatur capitalis, vel grauissima inimicitia cum principali agente vt in casibus præceden 144 tibus. † Iudex an dicatur inimicitiam contrahere cum ipsis partibus, inter quas iudicat. Cōsidero in hoc duo tempora, quamuis aliter considerent Moder. in c.j.de iudi. videlicet ꝙ aut pendet iudicium, aut est iudicatum, in primo casu, aut est causa ciuilis. aut criminalis. Si ciuilis, tunc nulli dubium est ꝙ non contrahitur aliqua ini- 145 micitia. † Cum iudex debeat ipsas partes audire, & iustitiam vtriq; administrare in auth. de iudi. per tot. & in l.nemo. C. de sen. & fauorem vtriq; præstare secundum sua tempora, vt not. in l.fauorabiliores, infra de regu. iur. & in cap. cum sunt, de regu. iur. lib. vj. & si iudex esset suspectus partibus ex inimicitia ante contracta, vel ex alia causa, tunc datur adiunctus de iure ciuili, secundum ꝙ not. in l.apertissimi, & ibi Ias. late in ij.col. & in authen. si vero contingerit. C. de iudi. & de iure canonico recusatur iudex vt in cap. cum speciali, de appellat. Si vero causa est criminalis. Tunc aut super accusatione proceditur, & idem est dicendum ꝙ in causa ciuili. Cum sit persona accusatoris, qui causam agit. aut proceditur per viam inquisitionis per ipsum iudicem, et est mera inquisitio non intentata ad requisitionē alicuius, vt dicit glo. & ibi Ioan. And. Car. Abb. Fely. in c.qualiter & quando, el ij. in prin. de accu. Et tunc dico ꝙ contrahitur inimicitia, prout vult Dec. in d.c.j. de iudi. in ij. not. in secunda lec. 146 motus. † Quia iudex, qui contra me proceditur inquirendo, dicitur aduersarius meus, quia subrogatur in locum accusatoris, & omnes exceptiones, quæ opponi possunt contra accusatorem, tali casu opponi possunt contra iudicem, vt not. Barto. in l.ij. §.si publico supra de adulte. col. iiij. ver. quæritur vtrum. Et vt per Alex. in cons. liij. 147 viso themate volu.j. † Item quia ille qui in litem subrogatur dicitur aduersarius meus vt no. Gemi. per illum tex. in c.si hi, vt lit. pend. lib. vj. item per gloss. in l. si appellante. C. de appella. in verb. aduersarium, quæ exponit iudicem. Et respondet ad text. in cap. cum speciali de appella. quod quamuis ponantur ibi tanquam diuersa aduersarius & iudex non tamen sequitur, ꝙ iudex aduersarius non dicatur. Nam sæpe genus & species ponuntur tanquam diuersa, vt in rub. C. de seruit. & aqua. Et in Euangelio dicite discipulis & Petro, quamuis. Rip. in dicto cap.j. nitatur impugnare dictum Dec. præsupponens, ꝙ fama sit loco accusatoris, quem Codeg. ibi defendit attendendo verba Bar. in. §.si publico, ꝙ iudex succedat loco accusatoris. & si fama est loco accusatoris, iudex partes ipsius famæ assumit, & assumēdo subintrat, vt ibi per eum. Confirmat prędicta, nam procurator & aduocatus dicuntur aduersarij, licet nomine alieno interueniant, vt in l.j. supra de calum. Et sunt inimici, vt dixi supra proxime. Et prædictam intellige, quando iudex formata inquisitione citari fecit partem, vel ad se defendendum, vel se carceribus præsentandū, & sententiam non tullit. In secundo casu quando sententia est lata. Tunc si sententia est in causa ciuili, & pars (contra quam lata est) non appellauit. Sed ipsi sententiæ acquieuit, videtur agnouisse bonam fidem non appellando, puto aliquam inimicitiam non oriri. Eo tamen casu quando ille habebat potestatem appellandi. Secus si non poterat appellare, quia tunc inuictus sententiæ acquieuit, & inimicitia contrahitur, vt dicam in- 148 fra in casu sequen. † Aut appellauit, & tunc inimicitiam contrahi. Cum per appellationem ille (qui appellat) grauatur, & iudici fit iniuria. Cum eius imperitia arguatur & iniquitas, quamuis de iniuria agi non possit glo. in l.fin. C. quan. prouoc. non est neces. in verbo. iniuriam. Et ex hac causa potest iudex allegari suspectus. Imol. & Dec. in c.ad hæc, el j. de appella. Et dixi in tractatu meo de compromis. int. coniunc. in qō. viij. princ. col. pen. nu. xxxv. & inimicitiam ex hoc dari determinat Alb. in auc. si testis C. de testi. Intelligo tamen prædicta, quando causa agitur, quæ sit de toto patrimonio, vel de maiori parte, vel ꝙ sit causa magna spectans ad honorem. Secus si esset parua (vt iam dixi.) Si vero sententia est criminalis. Si quidem est pecuniaria. Tunc distinguo (vt dixi) sup. de causa ciuili inter 149 magnam, & paruam. † Si autem est corporalis. Tunc dico, ꝙ si est sententia capitalis, nulli dubium, ꝙ contrahitur capitalis inimicitia. & ꝓ hoc facit illud quod dicit And. de Iser. in cap.j. colum. penul. de rapt. virg. in constitu. reg. ꝙ si quis fuerit tortus non præcedentibus legitimis indiciis, & confessus, & lata sententia mortis contra ipsum appellauerit, non est neganda appellatio, & iudex ad quem videbit, an legitime sit appellatum. Cum iudex a quo per sententiam præsumitur suus odiosus. Idem voluit Matth. de afflic. ibi col. vij. versicu. decimo quęro, subdens, quod ex tali sententia efficitur iudex odiosus, & inimicus. Sed si fuerit sententia corporis afflictiua, & non capitalis. Idem dico, Cum si ex sententia omnium bonorum, seu maioris partis contrahitur inimicitia, tantomagis ex pœna afflictiua corporis, quæ maior est quacunque pecuniaria l.in seruorum infra de pœn. & dixi supra 150 in hoc signo in verb. causa magna. † Sed quid si lata sententia capitali ille condemnatus habeat debitum supplicium, an inimicitia oriatur inter iudicem & propinquos occisi Anchara. in cap. cum P. in iij. not. de accusa. determinat, inimicitiam oriri, quia in ea contrahenda non consideratur, quod verum & iustum est, vt patet in teste, qui si verum dicat, præsumitur inimicus. Sed consideratur, ꝙ potest animum ad iracundiā prouocare, licet possit illud fieri impune, & etiam

etiam cum premio, vt accusare, testificari, & aduocare, & est casus not. & ibi Bartol. in l. j. supra de his quib. vt indig. & facit text. in d. c. cum P. vbi animus offendendi sine effectu inducit inimi- 151 citiam. † Nam attestatio super accusatione nulla, & accusatio nulla inducit inimicitiam. Ioan. de Ana. in d. c. cum P. sequitur hanc opinio. adducens tex. in l. post legatum. §. quidem & præsiden. supra eo. de his quib. vt indig. Sed dicit, ꝙ est aduertendum, quia sententia primi iudicis, qui dicitur indignus, fuit reprobata per iudicem appellationis. Sed si fuisset confirmata. reliquit cogitandum. Tu dic idem esse quo ad inimicitiã: quia principium attenditur & causa, quæ præsu- 152 mitur durare, vt supra dixi. † Testis, si contra aliquem deposuerit in causa criminali, & prȩcipue capitali, an præsumatur inimicus. Sed quia varie senserunt Doc. in hoc articulo. Ideo faciam duo capita. Primo casu quando semel deposuit. Aut sponte deposuit. aut coactus a iudice; si sponte, prȩsumitur inimicus. Ita determinant Hostien. Ioan. And. But. Abb. Ioan. de Ana. & Felyn. in c. meminimus, de accusatio. & Cardi. Abb. Ioan. de Ana. & Fely. in cap. cum P. de accusa. & hoc modo intelligi debet, quod dicit Bar. in l. post legatum. §. his vero, supra de his quib. vt indig. in quãtum vult inimicitiam contrahi ex depositione facta in causa capitali, & illud, quod dicit Alber. in auc. si testis col. ij. versi. item qui testificatus. C. de testi. & Luc. de pen. in l. j. col. ij. C. de his qui se 153 defe. lib. x. † Sponte autem & voluntarie testis dicitur deponere, quando examinatur, & non fuit productus a parte, nec citatus a iudice. Item si fuit productus a parte & non citatus. Item si fuit citatus a iudice, sed poterat recusare ex aliqua causa, ne cogeretur ad testificandum. Nam in prædictis omnibus casibus dicitur spontanea attestatio. ita declarat Bartol. in dicta l. post legatum. §. his vero, supra de his quib. vt indig. & Ioan. de Imol. in cap. j. de iudi. & aliqua ponit Ioan. de Ana. in dicto c. meminibus, de accu. & de spontanea depositione dicam infra in verb. Testis qui cogi non potest. Et hoc modo intelligendo de spontanea attestatione tollitur dictum Anchar. in d. cap. meminimus, qui dicit, nimium restringi decisionem ibi positam, & reduci ad casum reprobatum, & non contingentem, quando quis vltro ad testimonium se obtulerit, quod nunquam accidit, nec valeret argu. l. quæ omnia, supra de procu. Nam vt vides in pluribus casibus verificatur hæc spontanea attestatio. & ita impugnant Anchara. Ioan. de Ana. & Felyn. ibi. Intellige prædicta vt procedant etiam quando testis fuit solus productus ad testificandum, & ad locum accessit, vbi examinaretur super crimine, & non deposuit, quia præsumitur ex solo actu inimicitia. ita Cardi. in d. cap. cum P. de accusa. si spon- 154 te venit, (vt iam dictum est.) † Aut deposuit coactus. Tunc dico, ꝙ non præsumitur inimicus prout concludunt omnes supradicti Doct. tam in c. meminimus, quam in capi. cum P. de accusa. Et est ratio originaliter posita per Hostien. in d. cap. meminimus, quia bonum obedientiæ ab omni suspicione excusat ipsum testem cap. quid culpatur xxiij. q. j. & cap. ad aures. §. j. de temp. ordi. & ex ista ratione omnes postea secuti sunt hanc sententiam. Et quando testis in causa criminali possit compelli ponunt Doct. in cap. dilectorum, 155 de testib. cog. † Intellige, vt ille qui coactus deposuit non præsumitur inimicus ex parte sua. Sed ille contra quem deposuit, si grauatur per tale dictum, inimicitiam contrahat cum teste, adeo ꝙ ille contra quem testis deposuit non possit esse testis contra eum, nec ipsum accusare ex prȩsumpta inimicitia, not. Abb. in d. c. cum P. de accusat. & Præpo. in c. ij. §. in criminali. iiij. quȩstio. j.

Aduerte ad vnum, quod dicit Bartol. in dicta l. post legatum. §. his vero, supra de his quib. vt indig. ꝙ licet quis cogatur dicere testimonium, non tamen cogitur sic dicere. & ex eius dicto, si grauauerit defunctum, efficitur indignus & sic Bart. videtur innuere, ꝙ quis deponendo potest contra veritatem deponere, ne efficiatur indignus & ne incidat in inimicitiam, quod idem dicit Ioan. de Ana. in dicto cap. cum P. referendo Bar. Sed hoc dictum videtur periculosum, vt quis pro euitanda inimicitia deponat falsum, & sit periurus, quod ius abhorret, vt tot. titu. supra & C. de 156 fals. † Secundo casu quia bis deposuit contra aliquem, ex secunda attestatione facta in causa criminali præsumitur inimicus, est text. in cap. secundo. §. in criminali. iiij. quæstio. iij. Vbi Gratianus interpretando text. in l. produci. supra de testib. dicit, ꝙ in causa criminali produci testis non potest, quia antea in eum reum testimonium dixerit, quamuis Bartol. Bald. Salycet. & Flor. dent varios intellectus ad illum text. in dicta l. produci. & solus Fulgo. ibi post alios intellectus referat hunc canonistarum. Hoc idem voluit gloss. in cap. fraternitatis, in verb. receptos de testi. quæ dicit, quod qui semel tulit testimonium contra aliquem, præsumitur inimicus eius, si iterum velit contra ipsum testificari. & gl. in d. §. in criminali, secundum primũ intellectum sequitur hanc opinionem, & intellectum gloss. simpliciter sequitur etiam Gemin. ibi, Innoc. in d. c. cum P. de accusat. in fin. dicit, ꝙ qui dixit semel testimonium contra aliquem, vlterius contra eũ testificari non potest, allegat tex. in dicto. §. in criminali. Contrarium tenuit Abb. in dicto cap. fraternitatis, dicens, si testis sponte se non obtulit, non potest præsumi in eo inimicitiæ causa arg. l. quæ omnia, supra de procur. & cap. cum 157 non deceat, de elec. lib. vj. † Nam & iudex pluries iudicando non præsumitur inimicus, ita vt repelli possit tanquam suspectus, nisi aliter ꝓbetur grauamen, iuxta not. in c. ad hoc, & c. proposuit, de appel. Fortius nec testis, qui deponit super facto capitu. inter dilectos, & quod ibi not. de fi. instru. vnde intelligit d. §. in criminali, in eum qui malum testimonium dixit, vt secundum aliã interpretationem intelligit gloss. ibi. & eodem modo intelligit Spec. in ti. de test. §. j. col. xxiiij. ver. item ꝙ in alia causa & Præpos. idem voluit in d. §. in criminali. In casu præsenti puto plures casus dari posse, qui ad alterã istarũ opinionum

adaptari

adaptari possunt, in primis. Aut proceditur ex inquisitione.aut per accusationẽ. Primo casu aut inquisitio fit ex mero iudicis officio.aut ad instan tiam partis, vt declaret gl.& ibi But.& Abba.in iij.colum.in c.qualiter & quando.el ij.de accusa. Quando igitur fit inquisitio ex mero iudicis offi-
158 cio. †Tunc dico ꝙ etiam si testis fuerit bis exa minatus, dummodo fuerit citatus, prout de iure re quiritur non potest dici inimicus. Cum nec timor subornationis oriatur in eo casu, vt dicit But.Car. & Abb.in d.c.qualiter & quando.in v.differ. Aut inquisitio fit ad instantiam partis & tunc idem dico, ꝙ & in casu accusationis, de quo infra.ideo secundo casu quando proceditur super accusatione. Et tunc si primo fuit examinatus ex mero officio inquirentis, & secundo loco super accusatione, & addit aliquid quod grauat accusatum in eius depositione. Et tunc pręsumerem inimicum, siue sit coactus siue non, quia facile est impetrare praeceptum pœnale a iudice, & facilius est, testem & accusatorem esse in concordia ad intimandũ praeceptum pœnale. Sed quia ipse testis super inquisitione examinatus, & super toto casu nil deponit super ea re, de qua attestatur, in accusatione si deponit, praesumendum est, ꝙ ex inimicitia dixerit, & ad iniuriandum reum, & hoc maxime quando post inquisitionem reus praesentat se ad carceres, & instituta querela per offensum denuo post praesentationem factam testis examinatur. Et istud euenit mihi saltẽ per duas vices. Et talium testiũ dicta vti per inimicos prolata reijciuntur. Aut iste testis nil addit vltra contenta in prima attestatione, & tunc non praesumam inimicum. Et istud est, quando est eadem causa & indicium. Si vero non est eadem imputatio in inquisitione, quae est in accusatione, sed diuersa, & tamen est eadẽ persona. Tunc dico, ꝙ si super vtraque fuit citatus (vt conuenit) non est praesumendus inimicus. Si vero examinatur super accusatione primo. & deinde super eadem accusatione, dato ꝙ videatur coactus, praesumerem inimicum, cum (vt dixi) facile sit facere istas coactiones, & accusator videtur habere paratum hunc testem ad omnia probãda, & ꝙ ipse testis velit ei inseruire super omnibus necessarijs ad querelam, tantomagis praesumerem. Si vero querele sunt diuerse, et testis examinatur primo super vna deinde super alia, et iste testis fuit citatus vel coactus, & apparet ex processu, ꝙ veritas aliter haberi nõ posset, quia alius non erat ibi praesens, & cum difficultate alij possint id scire, super quo deponit, vel ꝙ sit testis instrumentarius. Tunc non praesumerem inimicum
159 respectu probationum. † quę non debent angustari l.quoniam, in fi.cum aliis.C.de haeret. Et ita intelligo, & restringo dictum Abb.in d.c.fraternitatis, cum alijs. Si vero testis examinatur super secunda accusatione, & est casus, qui posset sciri ab alijs ꝙ̃ ab ipso teste primo contra reũ examinato super alia querela. Tunc siue testis cogatur, siue non praesumerem inimicum. Et sic intelligo dicta praecedentium Doctor. Restringe tamen praedicta, vt non procedant, quando ex processu apparet de manifestissima coactione, vt quia iudex processerit ad acceptionem pignoris, vel aliã multam contra testem negantem deponere, nam tunc apparet, ꝙ non ex inimicitia sed coactus deposuit, & hoc modo etiam posset intelligi dictum
160 Abb.& aliorum. †Causa autem inimicitiae an sufficiat ad inimicitiam probandam, dato ꝙ per partem ignoretur, vide late Iaso.in l.apertissimi, nu.vij.C.de iudi.& Felyn.in cap.cum oportet nu. xiiij.de accusa.& Hippo.in l.j.§.praeterea.nu.iij. supra de quaestio. & in sing.clxxviij.inci.inimicus. Concludentes ꝙ sufficit ad demonstrandum inimicitiã causam subesse. ex qua iudicari posset ipsa inimicitia, dato ꝙ etiam illa causa esset incognita pręsumpto inimico, vt exemplificat Hippo. in d.singu.in eo qui me accusauit de aliquo crimine, licet ego ignorem esse accusatum ab eo. Tñ non potero esse testem contra ipsum. Item si Titius adulterauit vxorem vel filiam Caij, & istud non sit cognitum ipsi Caio. Tamen ipse Caius nõ poterit testificari contra Titiũ, quia subesset causa inimicitiae incognita ipsi Caio. Et sic sufficit causam posse considerari.
161 †RECONCILIATIO an tollat praesumptionem mali animi ex inimicitia, dicas quod non, maxime secuto homicidio, & si facta sit pax de recenti, praesumitur enim ꝙ iste laesus voluerit se vlcisci, & iratus voluerit nocere, vt est tex.loquens in teste in c.ij.iij.q.v. in ratione sui, & ibi gl.dicit, ꝙ ex recentia temporis aliquid praesumendum est per tex.in c. si quis viuente.xxxj.q. j. Vnde a pari procedunt aliquid non esse factum vel esse factum sed de recenti l.j.versic.caeterum. supra de his qui eiec. vel effu. Equalia enim ibi haec sunt viam nõ frequentari, vel de recenti esse ceptam frequentari. Et dicit Pręposi. in d.c.j. ꝙ ex praecedenti offensa redditur suspectus affectus
162 offensi. †Idem in iudice de recenti reconciliatio, vt non possit esse iudex & tanquam suspectus repellatur vt voluit Iaso. in d.l.apertissimi colũ. ij.in fi.C.de iudi. Arguendo per text.in d.cap.ij. Idem determinat in teste per eundem text. & per glo.in c.per tuas.de simo.no.hoc Inno.Abb.Ioã. de Ana.in c.cum oporteat, de accu.Et Alexan.in consi.xcix.in casu inquisitionis, vol.j. Et Hippo. late in l.j.§.praeterea, col.j. ver.amplia etiam supra hoc ti.& Ioan.Crot.in tract.de testi. q ix.iij. q.princi.ex quo infidelitas praecedens non nocet conuerso in promotionibus, nisi sit nouus ad fidẽ, vt per Fely.in c.eam te col.iij.in verbo infidelis, de rescrip. Parificando vt supra aliquid non esse factum vel esse de nouo factum per gl.in cle.ne in agro.§.sane, in verbo.nouicijs.de statu monacho.
163 †CONVERSATIO cum inimicis occisi facit indicium contra illum, qui delictum com misit. Ex tali enim conuersationem cum inimicis occisi, seu iniuriati praesumendum est interfectorẽ ex animo interfecisse, & sic appensate, cum amicus inimici mei sit meus inimicus l. sciendum.§. si accusatio.supra de legatio.et l.liberi, et ibi Bal. & Saly. et Ias. C.de inoffic.testa.c. repellantur, & ibi Abb.Ioan.de Ana.& Felyn.in iiij.no.c.cũ oporteat, de accusa.glos.in l.j.§.cum patronus.supra de offi.praefec.vrb.& Bart.not.d.§.si accusatio.

tio. Et pro indicio ponit Gandi. in tract. malefi. in ti. de præsum. col. penul. ver. secundum ꝙ potest cognosci indicium, & dicit Fely. in d. c. cum oporteat, in vj. not. ꝙ eo ipso ꝙ quis conuersatur cum inimico meo præsumitur meus inimicus, Et sic nō solum cohabitantes, sed etiam conuersantes dicuntur inimici, quod idem voluit Luc. de Pen. in l. j. C. de his qui se defer. lib. x. col. ij. Et dicit Bald. in cōsi. cxij. punctus, in fi. vol. v. ꝙ conuersatio, & cohabitatio cum inimicis patris, & associatio sufficit ad exhæredandum filium per tex. in d. §. cum patronus, & hoc indicium considerauit. Cic. in d. lib. ij. ad Heren. in c. de causa coniecturali, in parte argumenti, ibi, quo cum visus sit & ibi, num quē habuerit de consociis, de adiutoribus. 164 † Vnde videmus quod conuersans cum inimicis meis non potest esse testis contra me. d. c. repellantur, & d. c. cum oporteat. & ibi Doc. omnes, voluit Cyn. Bal. in l. si quis. C. de testi. & Albe. in authen. si testis. C. de testi. & Luc. de Pen. in l. j. C. de his qui se defer. lib. x. col. ij. & Crot. in tracta. de testi. in ix. q. nu. xcviij. & Ias. in l. apertissimi. col. iij. ver. adde quarto. C. de iudi. Videmus etiam ꝙ conuersans cum inimicis meis si fuerit iudex, potest allegari suspectus. c. insinuante. & ibi Doct. de offic. deleg. Sozi. in c. accedens. & alij. Doc. vt lit. non contesta. Ias. in d. l. apertissimi. 165 † Idem videmus, ꝙ offendens cohabitantem mecum dicitur mihi fregisse pacem. Bal. in l. j. C. de epis. & cle. Fely. in d. c. repellantur, circa fi. 166 † Isti conuersantes recipiunt diuersa nomina, Aliqui enim appellant eos participes. Alij cohærentes, sequaces, seu complices. 167 † Participes ex mente Bart. in l. j. C. si rec. prouin. dicit esse filios, nepotes, & propinquos consiliarios, ac domesticos quod idē voluit Fely. in c. olim. col. ij. de accusa. Sed aduerte ꝙ text. in d. l. j. C. si rec. prouin. dicit totum cōtrarium illius, quod dicunt Bart. & Felyn. Nam postquam dinumerauit filios, nepotes, & propinquos subiunxit postea & participes, declarando illud verbum id est consiliarios, & domesticos. Adeo ꝙ illi tantūmodo duo domesticus, & consiliarius comprehenduntur sub illo verbo particeps. Et rectius sensit Bal. in d. l. j. in addi. ꝙ particeps dicatur ille, qui est de parte, & præbet consilium. 168 † Adhærentes sunt, qui sponte eiusdem velle sunt, cuius est principalis, vt dicit Ang. in authen. de hær. & fal. col. ij. ver. ex hoc no. & in. §. æconomis. in authen. de alie. & emph. Et ponit Fely. qui multa adducit in d. c. olim. col. ij. & in rub. de treuga & pac. col. pe. vbi insistit in declarando istud verbum adhærere, per multas authoritates sacræ scripturæ, & dicit Ang. in consi. cclvij. Inter capitalia, ꝙ adhęrentes & sequaces sunt, qui & operibus & intentioni alicuius adhærent per text. in l. j. C. de rap. virg. 169 † Complices dicuntur socij ad malum, prout voluit Ioan. Andr. in c. cum oporteat. de accusa. & ibi Ioan. de Ana. in iiij. no. & Felyn. in d. rub. de treug. & pac. col. pen. nu. xix. quod facit ad accusationes, & inquisitiones, in quibus dicitur, Caius cum suis complicibus fecit tale quid, intelligitur de sociis ad malum. Intellige prædicta, vt non procedant, quando aliquis conuersatur cum inimicis meis & paruo tempore. 170 † Nā tunc non est præsumendum ex paucitate temporis voluisse delinquere, & me odio prosequi. Sed requiritur longa cohabitatio. l. pe. §. in factum. supra nau. caupo. stabu. per quem tex. Ioā. An. But. Imo. Are. Car. Ioan. de Ana. dicunt, ꝙ cohabitatio (de qua supra) non est intelligenda de qualibet. Vnde si hospes repentinus tibi dedit damnū, nō teneor, secus si is qui mecum habitat. & sic debet esse cōtinua, vel magna cohabitatio prout etiam voluit Hippo. in l. j. §. præterea. col. ij. hoc. tit. Requiritur enim ꝙ sit cōuersatio illius qualitatis, vt resultet odiositas ex parte conuersantis aduersus, eum, qui est inimicus illius, cum quo conuersatur, nam ex amicitia simplici non præsumitur malus animus, vt dicit Bald. in l. si quis, in fi. C. de testi. amicitia enim simplex nō inducit suspicionem in teste. Sed requiritur, quod sit maxima, seu talis, & tanta ꝙ reddat eum in tantum amicum vni, ꝙ ex hoc habeat aduersarium odio, alias autem amicitia, quæ est actus virtuosus nō repellit testem l. sciendum. supra de vsur. c. quotiens. de test. cog. Bart. & omnes. Doc. in l. admonēdi. supra de iureiu. & Alex. multa deducens in consi. iiij. viso processu. col. fin. & Crot. in dicto. tracta. de test. in iiij. par. in fin. nu. cxciij. Et sic requiritur longa conuersatio, ex qua resultet magna amicitia. Intelligas & secundo in eo, qui compulsauit amicitias, & conuersationem voluntarie, & non coacte per ea, quæ voluit Bald. in c. j. qui. mod. feu. amit. & deducit Hipp. in d. §. præterea. col. iij. cōprobans per multas authoritates in illis casibus, in quibus aliquid coacte dicatur factum, vt ex inde quis non teneatur. Sed hæc limitatio optime comprobatur ex eo, quod dictum est supra de adhærente, ꝙ sit ille, qui sponte est eiusdem velle, cuius est principalis.

171 † IVVANS inimicum meū præbendo sibi commeatum, iuuando ipsum armis, telis, equis, aut pecunia, pręsumitur mihi inimicus, & habeat indicium contra se facta iniuria mihi, vt de inimico iam dictū est, prout inter inimicos enumerat Luc. de Pen. in d. l. j. C. de his qui se defert. lib. x. adducit tex. in l. cuiusq; dolo, supra ad legē Iul. maies. & ex mente Bar. ibi intelligitur etiam cōmodando, seu mutuando. Idem dicas in eo, qui dat consilium inimico meo, vt sit mihi inimicus, vt vult Luc. de Pe. in d. l. j. per tex. in c. qđ olim. de iudic.

172 † PROPINQVITAS iniuriati inducit argumentū, & indicium pensamenti; pone ꝙ facta est iniuria. Petro, cuius propinquus interfecit iniuriantem, ex tali propinquitate pręsumendum est, interfectorem voluisse vindicare iniuriam Petri propinqui sui. Et ꝙ ex animo eum interfecerit. 173 † Cum iniuria facta vni de cognatione intelligatur facta omnibus de eadem cognatione. l. j. ij. & iij. supra de libe. cau. l. sororem. C. de his qui. vt indi. glo. in clem. ij. in versic. quomodolibet. de sen. excom. Bar. in l. lex Cornel. in prin. de iniur. & in l. cum scimus. C. de agri. & cen. lib. x. dicens ꝙ iniuria facta vni consortium toti consortio facta videtur l. j. supra ad Sylla. Et omnes poterunt vindicare tanquam consortes prosequentes eorum iniuriam. l. si fœminam. supra ad turpilia. etiam si vindicans

vindicans sit spurius d.l.j.de lib.cau.& Cardin. in clem.j.de exce.præla.in xiiij.no.dicit, ꝙ iniuria facta domesticis meis censetur facta mihi, qđ sequitur Fely.in c.Petrus.in j.not.de homi.adducit tex.in c.sciant cuncti,in verbo cōsanguineos. de elec.lib.vj.hoc idem voluit Alex. in l.de pupillo.§.si quis ipsi.quem legit in l.prouinciali.nume.xxiij.supra de no.ope.nun. & Ioan. de Ana. in d.c.Petrus.& Alex.in consil.lxxxix.in causa inquisitionis. volu.j. † Intellige inimicitia durare vsq; ad quartum gradum agnationis,Bal. in c.vasallus.el.j.si de feu.fue.contro.quem sequitur Fely.in d.c.cum oporteat. col.v.nu.xij.de accusa.& voluit ēt Ancha.in c.repellantur. eo.tit. Vel dicas inimicitiam durare ad arbitrium iudicis inspecta qualitate loci,& patriæ.vt per Bart. in l.tutor.§.si tutor.supra de suspec.tut. dicens,ꝙ standum est arbitrio iudicis secundum facti qualitatem,& consuetudinem regionis. Nam in Tuscia est consuetudo,ꝙ qui iniuriatur, vel inimicatur vni ex consortibus (hoc est descendentibus ꝑ lineam masculinam) iniuriatur vel inimicatur omnibus,alibi autem aliter obseruatur.

175 † INIMICITIA an faciat indicium, si vulneratus vel interfectus sit quis, & ignoratur a quo, Doc.cōiter distingunt inter inimicitiam leuem,et grauem,seu capitalem,de qua iam dixi,vt ex leui inimicitia non oriatur indicium contra inimicum, vt not.in c.cum oportet.de accus.& in auth.si dicatur.de testi. & ibi Saly. & no.in l.licet.de arb. & dixi supra ex graui inimicitia tūc oriatur indicium.l.j.§.præterea. supra eod.Bart.

176 hic,& oēs Doc.indifferēter tenent istud. †Sed difficultas est, an inimicitia capitalis vel grauis sola faciat indicium ad torturam. Spec.in titu.de præsum.§.species.versi.& idem est,dicit,ꝙ si aliquis est interfectus, & nescitur tamen a quo, sed probatur ꝙ P.erat inimicus illius, & ab illo offensus,poterit P.ex tali præsumptione torqueri. l.si seruus cōis. supra de don. inter vir. & vxo. & l.cum hic status.§.si mulier.& l.vir vxori. supra de leg.iij.et l.vxori.§.fina.supra famil.ercis. Roma.in l.j.§.si quis in villa. in j. not.supra ad Sylla. sequitur dictum Spec. subdens, ꝙ istud videtur intelligendum de inimico inimicitiæ capitalis, aut maioris partis bonorum, non autem si inimicitia ob paruum litigium interuenisset, per ea quę no.in d.l.licet. supra de arbi. & in auth. si dicatur.C.de testi.& in.§.item propter.insti.de excu.tuto. Ang.in l.fin.C.de quæstio. col. ij.ver. possunt, dicit ꝙ in homicidio & in vulnere possumus ponere,si reperitur aliquis mortuus, & nescitur de quo est inquirendum de inimicis, & istud est magnum indicium ad torturam. l.j.§. præterea. supra eo.Fely.in c.afferte.col.fi.de prȩsump. relatis dictis Rom.& Specu.sequitur eorum sententiam.& Bolog.in addi.ad trac.Guid.de Suza. de quæst.colum.vij. sequitur opinionem Specul. & Calcan.in cons.lxij.Christi Saluatoris nostri. colum.iiij.sequitur prædictas opiniones. & idem voluit Angel. in tracta. maleficio. in verbo fama publica.numero 50.

177 † Contrarium,ꝙ immo inimicitia sola non sit indicium sufficiens ad torturam tenuit Augu. de Arimin. in addi. ad Angel.in d.verb. ꝙ fama publica, in vers.quæro an vnum indicium.colum.vij.in fin.dicens, ꝙ præcedens decisio Spe. non est vera, quia sequeretur,ꝙ vnum indicium remotum a maleficio esset sufficiens ad torturam,quod tamen non est verum.

178 † Quia si est remotum a facto hoc est a maleficio,tunc vnum indicium non sufficit ad torturam, per ea quæ vult Bartol.hic, & dixi supra in præmisso.vi.eandem opin. tenuit in alia addi. in d. loco. in versicu. quæro quid si reperiatur. idem voluit Gandi. in titu. de præsump. & indi. dubi.colum.v.versi.sed quæ & qualia, volens ꝙ fama coadiuuatur,vt ex ea quis possit subiici tormentis, primo si probetur, ꝙ inculpatus de crimine extitit inimicus offensi, aut suorum. Item si probetur, ꝙ inculpatus contraxit conuersationē, vel amicitiam cum inimicis occisi, vel iniuriati. Aut quia contra eundem occisum, vel iniuriatum fuerit taliter versatus, ꝙ credebatur esse potius inimicus ꝙ̄ amicus, quæ ex variis causis possunt procedere, ex talibus enim dicit ipse intercedentibus crimen potest præsumi,& coniectura capitur, ꝙ in delinquendo fraudis insit consilium. & sic ibi vult inimicitiam de per se nihil agere, sed famam per eam coadiuuari.hoc idem voluit Iacob.de Belui.in titu.de quæstio. col.ix. ver.ex indicio vero, dicens,formam coadiuuari per inimicitiam, vt quis torqueatur,hoc idem sensit Bart.hic, dum exemplificando in homicidio quo ad torturam imponendam dicit,ꝙ possunt cōtra reum apparere indicia, vt quia inimicus,vel quia fecit præparamenta, & sic vult indicia in plurali existere ad quæstionem habendam, non autem vnum indicium tantum. Facit pro hoc ꝙ frequenter & de facili contingit, quem esse inimicum, non tamen occidere eius inimicum, & exinde non potest dici, ꝙ sit indicium graue, & vrgens vt requiritur ad quæstionem habendam in tex.nostro.et loquitur Bal.in l.nō hoc.C.vnde legi.in fi.Et dixi supra in d.præmisso.vi.ex quibus magis semper iuridicum putaui,ꝙ inimicitia sola non sit indicium sufficiens ad torquendum stante ratione iam dicta, ꝙ inimicitia sit quoddā remotum a maleficio, quod etiam tenuit Ioan. And.in addi.ad ver. sed pone in verbo tormentis,& dixi supra in vi.pręmitto ꝙ male senserint prædicti ita simpliciter transeuntes cū dicto Spec. cum etiam contrarium senserit Imol.in l.fi.supra de hære. insti. & dicam in indicio seq.de minist. hoc idem de inimicitia tenuit Hipp. in sua pract. in.§.diligenter. nu. lxx. adducens multa in hac materia. Possumus tamen saluare dictum Spec. vt procedat quotiescunque sumus in loco, in quo necesse est vnum ex pluribus & certis hominem interfecisse, adeo ꝙ certum esset delictum & certę personæ. Sed incertum sit de indiuiduo, videlicet de Petro, seu Titio, nam tunc existēte aliquo inimico ex illis pluribus,poterit iudex ob inimicitiam procedere ad torturā,vt determinat.Saly. in simili,in eo qui ex pluribus est malæ famę.vt is possit torqueri,vt dixit Sal.in l.fi.in ver.quęro an sufficiat in fi.C.de qō.& dixi supra.

MINAE,

adulter.dicens, ꝙ ex quantitate vulnerum demonstratur homicidium tractatim factum per text.in l.aut facta.§.qualitas &.§.quantitas.infra de pœ. Idem voluit in q.lxvij.in iij.par.tract. statu. subdens, ꝙ magnitudo & multitudo vulnerum ostendit pensamentum. Hoc idem voluit Hip.in l.j.col. v.nu.xxxvij. C.de sica.dicens. ꝙ licet quis percutiat in loco corporis non periculoso, & cum re non apta ad vulnera mortalia. Tamen posset toties in tali loco pcutere, & reiterare percussionē, ꝙ percussus perueniret ad mortem, & ideo ex multiplicatione, seu reiteratione seu geminatione percusionum percipitur animus ad occidendum. Adducit quāplura, quæ ex geminatione actus inducuntur. Sed lxxvj. operationes geminationis adducit Corse.in trac.de ver.gemin. & maxime in xviij.ꝙ geminis homicidium est sine spe veniæ allegat Bald. post Guiel. de Cun. in l.nemo.C.de epis.audi.& in q.lij.vbi dicit. 196 † Quod delictū, ꝙ alias non erat capitale ex reiteratione efficitur capitale per not.per Bar.in l. licitatio.§.ꝙ illicite.supra de publi.& per Rom.in l. si vero in.§.de viro in xiij.casu supra sol.mat.& per Bart.Bald. Ang.Ioan.de Plat.in l.j.C.de suspec.exac.lib.x. Et alia multa, quæ adducit Hip.in d.l.j.subdens et idem Cors.in seq.q.liij.ꝙ constitutiones disponētes aliquod peccatum in foro conscientiæ debere reputari veniale, non extenduntur ad casum quando illud reiteratur, quoniam ex tali reiteratione efficitur grauissimum, & sic mortale, adducit tex. in.§.criminis.xxv.dis.Et Rom.in d.§.de viro.in xv.casu in xxxv.falen. Præmissa intellige vera in dubio, quando non apparet, ꝙ a principio rixa non erat pura, sed si propter verba, vel perfricationem data fuerunt vulnera, vel secuta mors et si multitudo vulnerum appareat, Et per longum spacium rixa fuerit commissa. 197 † Attamen attendi debet principium, nec debet existimari pēsamentum, vt est text.& ibi not.Barto.in l.ꝙ ait lex.§.ꝙ ait.supra de adul. Et ita habui pluries de facto, & obtinui, & maxime in quodam improbo qui habuit vigintisex vulnera, & iudicatum fuit rixam esse puram et homicidium secutū non fuisse præmeditatum, maxime si vulnerans, vel interficiens timebat potentiam vulnerati, ne surgens ipsum interficeret, & vere ille mortuus fuisset viuēs rixosus.& magis potens prout euenit in debilitato in vno pede, q aprehendidit virum fortem ensem habentem, & cum gladio paruo interfecit eū tresdicim vulneribus, timens semper ne surgens ipsum occideret.

198 † TEMPVS vt puta nox facit indiciū præcogitationis, nam si aliquis hominē interfecerit, seu vulnerauerit tempore noctis, præsumptio est occidentem, & vulnerantem delictū præcogitasse & illud apensate fecisse. Cum lex male præsumat contra agentem de nocte, vt est gl. in l.furem, circa medium supra de sica.iux. illud euangelij. qui male agit odit lucē, de quo in c.perniciosam.xvij. q.ij.& in c.consuluit de offi.deleg.& factum tempore noctis est suspectum l. fin.supra de effrac. & expil.l.hoc edictum.§.Labeo.supra de his qui deiec.vel effud.glo.& Doc.in l.more romano.supra de fer. & Bal. in l.acceptam, in ij.q.C.de vsur.& Saly.in l.non minorem, in fi.C.de transac.& per Alexan.in consi.ciij.videtur prima consideratione, col.iiij.ver.non obstat etiam vol.j. 199 † Consideratur enim tempus in delictis ad ipsum grauādum.l.aut facta.§.tempus infra de pœni.gl. in l.si vt allegas.C.de sica. & Bald.in consi.ccccxxvij. quædam mulier, circa finem volu.v. dicit ꝙ per motionem, et vestigia pedum significatur qualitas luporum & vulpium, sic & præambulare de nocte, & ad loca suspecta, & per personas suspectas facit supicionem ad torturam.& Deci.in d.c.cōsuluit, col.ix.nu.viij.dicit, ꝙ quando aliquid est factum tempore noctis dedita opera.tunc præsumptio insurgit contra facientem tali tempore allegat glo. in c.j.vt ecclesia benefi.& Abb.in c.j.de clandes. despon.et multa alia, quod etiam sequitur in l.non minorem.in j.not.& dicit Tanchred. in sua compendio.quæ alias dicitur practica.Bal. in xvij.q. v.q. prin.ꝙ si delictum committatur de nocte, & inuentus fuerit reus illo tempore, præsumptio est contra ipsum: quia tenebræ factæ sunt ad male agēdum l.j.§.tria luminaria. supra de vent.inspi. & ꝙ præsumatur præcogitatio & tractatus in eo homicidio tali tempore perpetrato, ponit Alber. in l.& si amicis domum. supra de adult.& in suis. q.statu.q.lxiiij.in iij.par.allegat.Inno.in c.inter alia de immunit.eccles. & Mant. in dicto.consil. cccxxv.nisi innocentia, versi.quinto.

200 † LOCVS agrauat delictum, ꝙ præcogitationē ostendit, argu.tex.in l.aut facta.§.locus, infra de pœn. Nam si quis hominem interfecerit in prætorio. in ecclesia.& in alio consimili loco, præsumptio est, ꝙ ibi accesserit ad homicidium committendum.quia non est præsumendum, ꝙ nisi ex magna causa, et deliberate in eo loco voluerit hominem interimere. Cum etiam ex loco sumatur argumentum, vt per Pari.de Pute.in trac.de syn. in verb.& indicijs, & Gandi.in tract.malefic. in tit.de præsump.& indic.col.j.in prin.& pro indicio pensamenti dat Alber.in q.statu.d.q.lxiiij.in iij.par.& Mant.in d.consil.cccxxv.nisi innocentia, colum.iij.versic.iiij.

POST HOMICIDIVM INDICIA.

201 ASSOCIATIO vel auxilium † præstitum post homicidium, cū tripliciter posit auxilium præstari, videlicet. ante delictū post delictum, & in delicto, vt per Bart.in l. in furti.§.ope.supra de furt.& dixi.supra in princ. Faciunt indicium, vt si quis post commissum delictū statim habuerit propinquum.vel amicum eum associantem, & ducentem exra ciuitatem. ad ecclesiam, vel alibi secure. Nam ex ista associatione incontinenti facta oritur præsumptio, ꝙ iste præparari fecerit affinem, vel amicum ad delictum committendum.& sic præcogitatum fuerit homicidium. Secus autem est si ex interuallo post delictum amicus, vel affinis superuenisset, Nam tunc nulla

nulla præsumptio, seu indicium orietur, ita distinguit Bald. & dat pro indicio in l. non ideo minus, in fin. C. de accus. per tex. in l. si ventri. §. fi. supra de priuil. credit. de quo etiam dicam in verbo assistentia. 202 †Idem dicas in receptatore, vt si aliquis vulnerat, vel occidit alium & homicida est in domo te sciente, cum nullam affinitatem vel amicitiam ante maleficium haberes, & ipsum defendis, præsumitur enim contra te, ꝙ fueris conscius maleficij, maxime si vulneratus aut occisus erat inimicus tuus, argu. l. j. C. de his qui latro. ocul. & l. j. supra de recep. & l. ij. §. non tantum. supra de incend. rui. nauf. ita pro indicio tradit Bonifa. de Vitel. in rub. de indic. in prin. & Gandi. in titu. de præsumpt. & indic. dub. col. pen. versi. Tertia ratio, & in tali receptatione requiritur scientia delicti commissi, quia hominem recipere est humanum, vt per Bal. in l. quicunque, in prin. C. de ser. fug. Requiritur etiam ꝙ non sit consanguinitas, vel affinitas vt dixi, & ita intelligit Bart. in l. fi. supra de recep. & ponit Ang. in trac. malefi. in verb. dicto malefi. nu. xxiij. & per Hip. in l. j. nu. cxcvij. C. de rapt. virg. vbi late. Vnde Pari. de Put. in tract. de synd. in verb. mandauit. col. iiij. ver. filius occidit determinat, ꝙ si filius occidit aliquem. & probatur, ꝙ pater erat prope locum homicidij, & ꝙ pater filium arripuit de manu capientium, & gladiũ euaginauit, & ipsum receptauit. iste pater non est torquendus, si modo ex parte patris probatur bona fama, & ꝙ occisus dixit patrem esse innocentem, & ꝙ pater filiũ reprehendidit in prin. rixæ, ea ratione, quia non præcedunt indicia ad qualitatem delicti legitima l. j. in princip. l. vnius. §. fi. supra hoc tit. l. milites. §. oportet. C. eo. & quia non est nisi vnum indicium, cum plura requirantur, multa adducens in hac materia. Luc. de Pe. in l. j. colum. iij. versi. sunt etiam alia. C. de nu. actuar. lib. xij. dicit, quod magnum est indicium maleficum receptare, defendere, visitare, associare, donare, numera ei mittere seu fauorem sibi impendere, & his similia c. accusatus. §. ij. de hæret. lib. vj. & quamuis loquatur in hæresi, idem est dicendum in alijs grauibus. c. j. de homici. lib. vj. & ibi per eum.

203 †CONFESSIO facta per reum diuersis modis potest indicium constituere. Nam aliquando est extraiudicialis, & hæc parte absente & parte præsente fit. Aliquando est iudicialis. Et hæc fit coram iudice non suo & penitus incompetenti. Aliquando coram iudice incompetenti in quem põt fieri prorogatio. Aliquando coram iudice competenti, & in tortura, de his omnibus videamus. 204 †Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam Bar. hic col. fi. glo. & Bart. in l. capite quinto. supra de adul. gl. in l. ictus fustiũ. supra de his qui not. infa. & Bar. & alij. Doc. in l. quoniam. supra de infam. Alex. & Sozi. qui dicunt hanc esse cõem opinionẽ in l. magistratibus. & ibi Dec. & alij. supra de iurisd. omn. iud. Abb. & cõiter Cano. in c. at si Clerici, de iudi. Vnde si quis dixerit extra iudiciũ hominem interfecisse ex proposito, vel eũ expectasse in insidijs, vel similia, ex ea confessione poterit torqueri. 205 †Ratio potuit esse, quia confessio extraiudicialis facit semiplenã probationẽ. Bart. & alij cõiter in l. admonendi supra de iureiur. & glo. & Doc. in c. fin. de succes. ab intest. & indicium est minus semiplena probatione l. cũ probatio, supra de probat. Ergo faciet indicium, cum faciat, quod est maius. 206 † Requiritur primo in tali confessione, ꝙ sit probata per duos testes, cum sit indicium a remotis, & in eo requirantur duos testes glo. sing. & ibi Bart. in l. fi. C. famil. ercis. idem Bar. hic col. fina. & dixi supra in vij. præmis. 207 †Secundo requiritur, ꝙ ista confessio sit verisimilis, vt puta, ꝙ habeat causam præexistentẽ, in qua consistit honor, vtilitas, vel quid aliud simile ex his, quæ deducit Cic. in lib. ij. ad hæren. in c. in causa coniecturali. & quæ deducit etiam Alciat. in l. fugitiuus, infra de verb. signi. Et probat tex. hoc in d. l. capite quinto, vbi repertus fuit adulter in domo, qui confessus fuit extra iudicium. Et sic propter verisimilitudinem, & causam quæ est ꝙ erat in domo, oritur indicium ad torturam, not. Bald. in l. clarum. C. de auth. prstan. Et Cæpo. qui multa adducit in consi. xxxij. multa possent colũ. pen. & Dec. post ipsum in d. l. magistratibus, col. fi. quamuis Iaso. relinquat cogitãdum. Sed (prout dixi) optime probat text. iunct. glo. in d. l. capite quinto, & dixi supra in v. præmisso. 208 † Ex hoc infero, ꝙ Iaso. male sentiat in d. l. magistratibus, dum dicit, ꝙ facta confessione extraiudiciali, si sequatur cõfessio in tortura, non requiritur ratificatio, per glos. quam dicit sing. d. l. capite quinto, quæ vult secundum ipsum, ꝙ facta confessione in tortura illi est standum. Nam dico ꝙ ista non fuit intentio glo. per iura. quæ allegat. Sed hæc, ꝙ præcedenti verisimilitudine siue causa si reus confessus fuerit extraiudicialiter, & postea confiteatur in tortura ꝙ standum sit illi confessioni, non ꝙ ratificatio non requiratur. Sed iudex non debet perquirere post sententiam nec post ratificationem de veritate delicti, vt in l. prima. §. diuus. & . §. pen. & fin. hoc titu. allegatis per glos. in dicta l. capite quinto, vbi de confessione serui, qui dixerat hominem interfecisse, & confessus in iudicio fuerat condemnatus, adhuc tamen perquiritur de veritate. Et ideo non est aliud perquirendum in dispositione d. l. capite quinto, quia verisimilitudo delicti, & causa præcedebat, cum esset repertus in domo mariti, & verisimile erat adulterium commisisse, & dicit Bal. in l. bonæfidei. col. ij. versic. modo quæro. C. de iureiur. ꝙ confessio in d. l. capite quinto erat iuncta cum verisimili ratione tẽporis, & loci, & ita intelligatur l. quæro, supra de ædil. edic. 209 †Ista conclusio de confessione extraiudiciali limitatur per Felyn. in d. cap. at si clerici, non procedere, quoties ante ceptum iudicium reus reuocauerit talem confessionem, per doctrinam Bald. in l. j. §. fiua. C. de confes. Hanc limitationem sequitur Deci. in dicto cap. at si clerici, & Iaso. in d. l. magistratibus, dicit ꝙ est magna limitatio, si vera est, sed Deci. in d. l. magistratibus, eã impugnat. Primo quia dato, ꝙ reuocatio cõfessionis tollat errorem iuris, non tamen ammouet factum. Item quia animus iudicis indu-

citur ad suspensionem ex ea confessione, item ex doctrina Abb. in c. illud, de præscrip. vt per eum. In casu quæstionis nostræ habendo respectum ad indicium pensamenti, & homicidij præmeditatis. Dico ꝙ reuocatio nil operatur, quia cōfessio extraiudicialiter facta, ꝙ apensate & ex animo hominem interfecerit, inducit maximam probationem cum illa, quæ pendent ab animo, confessio extraiudicialis plene probat Bart. in l. Celsus, colum. pe. ver. sed qualiter, supra de vsucap. Vbi ad ostendendam malam fidem confessio extraiudicialis sufficit, idem Bart. in l. certum. §. si quis absentem, supra de confes. vbi ad demonstrandā additionem, & animi declarationem confessio extraiudicialis sine præsentia partis plene probat. istud & in ciuilibus, vt inducat plenam probationem. Ergo in criminalibus faciet saltem indicium quod est minus semiplena probatione l. cū probatio. supra de proba. & dixi supra. Et ideo si talis confessus dixerit per errorem confessionem fecisse, & eam reuocet non admittitur, quia est animi declaratio. Aut sumus in homicidio puro. Et iste reuocans allegat errorem in facto proprio, & non admittitur error, nisi probetur l. quāquam, supra ad velle. Aut reuocat dolose, vt euitet torturam. Et tunc non admittitur, quia dolus, & fraus non debet alicui patrocinari. l. verum. §. hoc quoque, supra pro soc. Nō ob. decisio Bald. in l. j. C. de confes. quia loquitur, vt dicam in confessione facta coram iudice incompetenti, vt eius verba dicunt, & ita eum locum intelligit Rim. in

210 d. l. magistratibus, colum. iiij. †Præsentia partis an operetur hoc ꝙ confessio extraiudicialis faciat plenam probationem. Abb. in d. c. at si clerici. & in c. olim, col. fi. de rescrip. tenet, ꝙ plene præiudicat. Aret. in d. c. at si clerici, impugnat hoc, quia argumentum, quo vtitur Abb. nō est validum. Nam dicere in ciuilibus confessio facta parte præsente plene præiudicat. ergo in criminalibus non procedit. Quia probationes factæ in ciuili non probant in criminali, in quo requiruntur clariores probationes Bart. in l. ij. §. hoc edicto supra vi bon. rap. Item & alia ratione, quia respectu Reipub. talis confessio videtur facta parte absente, vnde fisco nihil acquiritur, ex quo necesse est, ꝙ nomine fisci aliquis interueniat. Dec. in dicto cap. at si clerici, impugnat has rationes.

211 †Et primam ꝙ loquitur in probationibus, secus in confessione, quæ semper & in alio iudicio nocet & probat. l. generaliter. C. de non num. pec. c. per tuas de probat. Bald. Alexan. & alij in l. ij. C. de eden. Quo autem ad secundum dicit, quod in tali acceptatione esse debet persona publica, quæ acceptet. per ea, quæ not. Bald. in l. ij. C. vt in posses. legat. & per But. in c. per inquisitionē, col. v. ver. ad secundum de elec. & multa alia deducit, de quibus per Iaso. in l. stipulatio ista. §. alteri. supra de verb. obli. Dico præsentiam partis, seu alterius nomine publico interueniētis nil operari, vt maius inducatur ex confessione, quam quod sit indicium & de hoc puto text. in dicta l. capite quinto iunc. glos. Nam ibi maritus habebat adulterum in domo eius rei testandæ gratia, glos. exponit vt confessionem extraiudiciariam haberet, quæ facit indicium, & sic ibi erat maritus præsens, attamen inducitur minus semiplena probatione. Præterea pro præmissis facit glo. quæ ibi not. Bald. Saly. & alij in l. iubemus. C. de lib.

212 cau. †Vbi confessio rei facta coram notario solo, vel coram iudice solo non præiudicat ipsi reo, attamen facit indicium; quia perinde habetur ac si esset facta extra iudicium, vt est glos. & Bar. ibi in l. cum scimus. C. de agric. & censi. lib. xj. & deducit Sozi. in d. l. magistratibus, colum.

213 pen. †Et nulli dubiū est, ꝙ notarius est seruus publicus & potest stipulari alteri, & maxime publico & fisci nomine, publico enim stipulatur, vt in l. non aliter, supra de adop. & ibi not. glos. & Doc. in c. quamuis, iunc. glo. de vsur. lib. vj. not. Card. per illum text. in c. j. §. j. in xij. not. de exces. prælat. in clem. iudex etiam qui publicas res pertractat & tuetur præsens, si nō in forma iudicij confessionem recipit, non inducit aliam probationem nisi indicium. & eam accipit nomine publico, & interrogationem permittit, ꝙ maius est, vt respondeat interrogationi, quam ꝙ de per se dicat per not. in l. prima supra de verb. oblig.

214 †Confessio facta coram iudice penitus incompetenti veluti confessio per clericum facta coram laico, An faciat indicium. Doct. antiqui in cap. at si clerici, de iudi. in princi. tenuerunt, ꝙ sic, mouentur per tex. in l. iubemus. C. de lib. cau. & in l. si duo patroni, supra de iureiur. & l. generaliter. C. de non nume. pecu. & ex ea reg. ꝙ vtile non debet per inutile viciari, quotiens recipit separationem, confessio autem potest recipere separationem ab ipso indicio, ergo &c. Adducuntur etiā not. in l. ij. C. commu. vtr. iudi. item ex alio, quia quod nullum est quo ad expressionem voluntatis, & eius declarationem aliquid inducit l. fin. & ibi Bart. supra de reb. eor. Cum etiam consuetudo quæ est nulla exprimit intentionem vt per Ang. in. §. ex non scripto insti. de iur. natu. & hanc sententiam sequitur Deci. in l. magistratibus. supra de iurisdi. om. iud. & in d. c. at si clerici, respondendo obiectis per aliam partem factis, simpliciter transit Abb. & alij Cano. in d. c. at si clerici, in prin. de iudi. & Bar. intellectus secundum iura, quæ alleg. videlicet tex. in d. cap. at si clerici. & Alex. Ias. Rimi. & alij communiter Doc. tenent contrarium per d. c. at si clerici, ponderando eum in duobus locis ibi dum dicit aliquatenus. & ibi dum dicit propter hoc ꝙ denotat causam remotam l. eo tempore, supra de pac. Nam si talis confessio faceret indicium, ductus ad torturam si confiteretur, & fieret ex inde indicium & sententia, principium & causa fuisset illa confessio facta coram iudice incompetenti, cuius virtute fuerat tortus, & ex tortura iudicatus. Item quia hic talis clericus confitens videtur metu confiteri, & per

215 iniuriam. †Cum laici sint opido infesti clericis c. laici. c. laicos. ij. q. vij. præterea quod nullū est, nullum producit effectum l. iiij. §. condemnatum supra de re iudi. l. si pater supra ne de sta. defunc. præterea confessio facta per reum erat iudicialis, ergo tanquam extraiudicialis, non debet valere,

quia

quia actus non valet vltra intentionem agentium l.non omnis.supra si cert.peta.& ita resident communiter Doc.Deci.in d.c.at si clerici.tenendo vt dixi contrarium respōdet omnibus his adductis, vt non valeat id,ꝙ iam dictum est, ad hoc vt sententia fieri possit. Sed valeat tanquam indicium. Abb. in d.c. at si clerici. dicit distingui debere, ꝙ aut sponte iste talis Clericus fatetur.& tunc faciet indicium, Aut coacte, & tunc non faciet indicium.ista distinctio est contra text.in c. si diligenti,de for.competen. vbi clericus volens, vel inuitus non potest iudicari per laicum, & omnia acta sunt nulla. Aduerte quia indistincte puto, ꝙ confessio non faciat indicium,primo per text. in l.prima.§. Antoninus seuerus, supra de quæst. & in l.diuus.§.ex causa.eo. titu. vbi Iurisconsultus arguit hoc modo. Seruus non potest torqueri in dominum,vt probet contra eum,ergo nec indicium facit & sic intelligit Bart.in l.maritus eod. tit.distinguendo,ꝙ si testis non potest examinari propter reuerentiam,si non probet. nec facit indicium. Item si testis non fuerit recte examinatus ob non seruatam formam iudicij non facit indicium. Ex quo si propter reuerentiam, quam habere debet iudex laicus in clericos, vel propter obseruantiam iuris,& eius ordinem,iudex laicus prohibetur clericos examinare, si eius dictum nō probat,nec faciat indicium. Accedat ad hoc,ꝙ clerici prohibiti sunt respondere coram iudice laico in causa maxime criminali etiam ꝙ vellēt c.diligenti,de fo.compe.Et iudex laicus non potest ipsos interrogare.d.cap.at si clerici, quo casu succedit illud quod dicit Saly.in l.seruos.C.de testi.ꝙ si iudex non potest interrogare, & reus etiā volens non potest respondere. quod non probat eius dictum nec facit indicium.

216 † Præterea indicia debent esse legitima l. j. hoc titu. l. milites.C.eod. Sed confessio facta coram iudice incompetenti est illegitima.quia facta contra ius l. legitima supra de pac. Ergo indicium non dabitur maxime quia indicia, per quæ deuenitur ad torturam sunt indicia iuris, ista vero, per quę deuenitur ad inquisitionem,sunt facti Bald. in l.seruos. C. de testi.

217 † Præterea text. in dicto cap. at si clerici dicit,quod confessio non valet quia contra ius,si ergo confessio,quæ est quoddam integrale non valet ergo nec eius pars debet valere. Cum indicium sit pars confessionis. Et pars probationis cum sit minus semiplena probatione dicta l.cum probatio,supra de probat. quia sequeretur quod in parte esset valida,& in parte inualida,cum tunc lex totam inualidat. Et a quo remouet genus, remouentur & quælibet eius species l.fina.C.de vsur.re.iudi.& l.fundi. supra de fund.instruc.

218 † Confessio facta coram iudice incompetenti cuius iurisdictio prorogari poterat an faciat indicium,vt si laicus coram iudice laico non suo sit confessus delictum Bald. Ang. & Alex.Ias.Dec.in l.magistratus, supra de iurisdi. om.iudi.dicunt facere indicium.& ibi dicit Sozi. ꝙ ista est communis conclusio.& Cano. cōiter in d.c.at si clerici,& ibi late Aretin.& Dec. tenent indicium dari, & quod ista confessio operetur hoc, ꝙ per torturam possit compelli ad perseuerandum.moti primo per tex.in l.ictus fustium.secundum vnam opin.supra de his qui not.infa.Secundo per tex.in l.diuus.supra de cust.& exhib. reo. Tertio mouetur Dec.ea ratione.Nam si cōfessio extraiudicialis facit indicium, & assertio in facto proprio probat,eo modo, & talis confessio,maxime quia fit ad interrogationem & respōsionem,ideo debet esse validior q̄ꝙ sit extraiudicialis confessio iux.not. in l.j.supra de verbo. obli.Item quia & si deficiat ius in eo casu,factum tamen remanet, ex quo facto oritur indicium.

In hac conclusione puto distinguendum inter hæc duo,ꝙ aut iudex incompetens procedit contra reum errore facti,quia putat se competentem. Aut scit se incompetentem,& videns reum tacentem procedit. & tunc confessio coram eo facta operetur indicium,siue putauerit se iudicem competentem siue non.& ita procedat communis conclusio. Aut & secundo casu,huic iudici opponitur de incompetentia,& ipse inuito reo vult procedere. Tunc dico,ꝙ confessio rei nō facit indicium; quia videtur contra ius elicita. & exinde iudex dicitur facere iniuriam ipsi reo,arg.l.eum qui.§. si.supra de iniur.& per ea quæ determinat Saly. in l. decuriones.C.de qō.volens tunc demum iniuriam fieri ipsi decurioni eum torquendo, quando iudex de eo notitiam habuit, si itaque contra ius iudex processit, factum per ipsum est nullum l. non dubium.C. de legib. & simus in casu.de quo loquitur d.l.diuus,ibi, sed si maligne interrogasse,aut non dicta retulisse pro dictis compererit. Cum iudex videatur iniuria affici si opponatur contra eius intentionem declinatoria,ex quo præsumendum esset, ꝙ non fideliter processit in habēda tali confessione, ideo non nocet. Intellige prædicta.vt confessio noceat,& faciat indicium, nisi reus coram iudice competenti & in actis reuocauerit eam confessionem sub illa ratione, ꝙ confessus est sciens illum esse iudicem incompetētem. Et ꝙ confessio sua propter illud sibi non nocebat. Et ꝙ noluit opponere de incompetentia; quia timebat sæuitiam iudicis; & ne deteriora contingerent. Si hæc reuocatio haberet verisimilitudinem in se respectu personæ iudicis. Puta rem ipsam ammouere vires indicij vt dicam infra in verb.fuga.

219 † Confessio facta in tortura an faciat indicium,si reus ductus ad ratificandum negauerit. Doc.communiter tenent indicium oriri per not.per Bar.in l.vnius.§.j.in prin. hoc tit. & tenet Bal.in l.bonæfidei.col.ij.versi.item quęro.C.de iureiur.& ratio est.

220 † Quia variatio in reo facit indicium & ex ea potest torqueri, vt per Bal. in l.multum interest,& per Bart. in l.de minore.§.plurimū hoc ti.propter hoc poterit torqueri.Et erit indicium, cum sit primo confessus, postea extra torturam id negauit. intellige in eo, qui confessus est in tortura præcedentibus legitimis indiciis antequam torqueretur.

221 † Alias si absque indiciis fuerit tortus, confessio sibi non nocet,vt per Bar.in l.pen.supra eo.& per Bal.in l.si in fi.C.de accu.rationē reddēs,ꝙ torqueretur tam cōtra ius partis,quam contra ius torti Ang.

& Imo. in l. q in aliena. §. Celsus, in fi. ff. de acqui. hæredita. & per Ang. in tract. malefi. in verbo fama publica nu. xxxvj. & ibi add. late. & Hip. in l. pe. supra eo. nu. x. Difficultas est, si reus per plures vices ductus ad torturam confessus est delictū, & ductus ad ratificandum negauit, id faciendo per plures vices an debeat procedi in infinitum ad torquendum. Par. de Put. in tract. de syndi. circa finem, quem referēdo sequitur Hip. in sua prac. §. quoniam. in ij. colum. dicit ꝙ non est procedēdum nisi ad tertiam manum torturæ. & sic per tres dies diuersos est torquendum, vt in simili declarat Ang. in l. fin. C. de quæst. & vidimus supra.

222 †In hoc casu puto distinguendum. Aut sunt indicia leuia contra reum vt ex illis possit semel torqueri. Et tunc si fuerit tortus sufficienter pro illo indicio & semel, & confessus fuerit post torturam si postea ductus ad ratificandum negauerit delictum confessum poterit ex tali variatione torqueri. Et si confessus fuerit, & postea dum ratificatio fieret iterum negauit non est amplius torquendus cum purgauerit indicia sua. Et illa secunda variatio non faciet aliud indicium quia non est diuersitas inter præcedentē variationem & hanc secundam. Et indicia de nouo non dicuntur venire propter quæ debeat torqueri, quia non sunt diuersi generis, vt per Bar. in dicta. l. vnius, & Doct. in dicta l. repeti. hoc titu. Si vero sunt indicia vrgentia, propter quæ debeat his torqueri, si primo tortus sufficienter confessus sit, & postea ad banchum negauerit, debet iterum torqueri & secundo pro indiciis quæ habet contra se & si tortus confessus est, & eo modo quo supra. & post negauerit, debet tertio torqueri. & ista tertia tortura est tanta pro variatione iam dicta per reum his facta, quod facit vnum indicium tantum, & est prædicta ratione si habet indicia vrgentissima, Tunc si in prima sufficienter tortus & in secunda, & in tertia confessus sit. Et postea negauerit vt supra Tunc quia ob illam trinam variationem ortum est indicium, debet quarto torqueri, et in hoc recedendum est ab ea regula, quod non sit procedendum nisi ad tertiam manum torturæ; quia dum indicia, quę merebantur trinam torturam expurgantur, oritur aliud indicium, ex quo & quarto est torquendus. nam si reus, non torqueretur nisi ter, vt dicunt prædicti Doct. omnia indicia rei non essent expurgata.

223 †LITERARVM acceptatio an faciat indicium, vt puta scriptæ sunt literæ Seio per Sempronium quod sunt multi testes qui dicunt te per insidias occidisse Caium, & exinde mandatum esse per iudicem, quod capiaris, ideo sis cautus, Seius accipit literas & nil dicit de ea re, nec se excusat an oriatur indicium ad torturam, Hippo. in practic. in. §. diligenter, nume. cxxxvj. dicit hanc quæstionem nouam & dici posse oriri indicium ad torturam: quia in criminalibus proceditur ad instar ciuilium, Sed talis receptio literarum cum taciturnitate facit probationem plenam, vt per Bart. in l. filiusfamilias, la ij. supra ad Macedon. Bald. in l. literas. C. manda. & alij per multi quos allegat Ias. in l. admonendi, supra de iureiur. ergo talis exceptio debet operari hoc ꝙ faciat indicium.

224 †Quia ea quæ faciunt semiplenam probationem in causa ciuili faciunt indicium in causa criminali, vt per Bar. in l. fi. in fi. supra de in lit. iur. Relinquit tamen cogitandum per ea quæ habent in l. si cum dos, & ibi Bar. supra ref. ammo. & per Paul. de Cas. & Ias. in l. si quidem. C. de transact. Aduerte ꝙ existimo istud non esse indicium habile ad torturam. Nam adhoc, vt argumentum de ciuili ad criminalia valeat requiritur, ꝙ sit par ratio eadem in vtroque, vt voluit Saly. in l. j. C. vbi de poss. agi opor. Sed in hoc casu non est ratio ęqualis de causa ciuili ad criminalem ergo &c. Nam quando aliquis accipit literas in causa ciuili, & obligatione pecuniæ arbitrij est accipientis dicere ꝙ nō tenetur, nec debitor est quantitatis contentę in literis: quia optime scit se non esse debitorem, sed quando recipit literas de delicto, & quod sunt testes qui hoc dicunt potest subsistere, & timere ꝑpter testes falsos, & nil dicere ne difametur de tali delicto, nam penes probos, & bonos posset oriri suspicio & infamia ob illas literas, & posset nocere propalanti ob famā ideo non est inconueniens, si ipse tacet cum ex expresione contentorum in literis posset sibi nocumentum oriri, non autem vtilitas, quod secus est in literis debiti quia propalatio contentorum in ipsis non posset sibi in aliquo nocere. Sed prodesse, & ideo nulla adest causa propter quam non debeat dicere portanti literas debiti, quod non est debitor scribentis. Item ex alio, quando committitur citatio personalis ob delictum a communiter accidentibus, secreto committitur. vnde ille qui scribit amico literas scribit quoddam secretum, dum dicit ꝙ aduertere debet ne capiatur quo fit, vt non conueniat, quod ille qui accipit literas id palam dicat ad præiudicium illius, qui ostendit se velle fauere illi qui literas accepit, ex quo cum nullum, sit commodum scribenti, vt frequenter accidit, ergo nec debet habere hoc incommodum, vt imputetur diuulgasse, & notificasse per literas id, quod erat secretum, & hæc communiter contingunt, itaque debent considerari. Et in indicijs argumentum a communiter accidentibus validissimum est vt per Bald. in l. fin. in fin. supra de hæredi. institu. & dixi supra in indicio a communiter accidentibus. Et ideo putarem istud non facere indicium nec ad inquirendum, nec ad torturam. Dato ꝙ habitis literis aufugeret ex loco in quo erat cum iustam causam fugę haberet fidem præstans literis sibi scriptis vt dixit, dicam infra in indicio fugæ. Dum ob suspensionem inquisitionis fugam esse licitam diximus. Idem dicerem in quocunque delicto & maxime si scriberentur literæ super furto quod maxime multum infamat, vt in l. prima. ff. de his qui not. infa.

225 †TRACTATVS dicitur esse, quotiens plures conueniunt inter se, & insimul consilium faciunt, & in eandem opinionem deueniunt ad delictum committendum, text. est in l. si & amicis domum, ibi, conuenire ad tractandum,

dum, supra ad leg. Iul. de adult. & in l. fi. §. fin. ibi ampliori tractatu habito. C. de iur. delib. & in l. nam cum tractatu, supra pro socio & in l. si auiã. C. de ingen. manum. & Innoc. iu c. bonæ memoriæ, el ij. de elec. in versi. tractatum dicens, quod tractare est deliberare, ac cogitare de aliquo, & oportet ꝙ fiat discussio, & examinatio rei, de qua agitur, quod voluit etiam Alb. in d. l. & si amicis domum, & in d. l. fi. §. fina. & in tract. statu. in q. lxiiij. in iij. par. dicens, ꝙ tractatum dicitur quãdo consilium, deliberatio, & tractatus præcessit inferens ad statutum puniens homicidium per tractatum factum pœna mortis, & per non tractatum puniens in centum, vbi examinat, quando præsumatur homicidium per tractatum factum, & quãdo non. 226 †Per tractatum homicidium factum habet hoc grauius, vt maiori pœna puniatur. & si plures fuerint in rixa per tractatum facta omnes tenentur de occiso glo. Dyn. Bart. & Mod. & l. fin. C. de sica. & hoc modo redducuntur ad concordiam glo. quæ videntur contrariæ, vt est glos. in l. item Mella. §. si plures. supra ad leg. Aquil. volens. 227 †Quod si vnus est interfectus, & plures sint inculpati, nec appareat, cuius ictu perierit, ꝙ nullus teneatur. & glos. in l. idem Pomponius. supra de rei vendi. contrarium voluit, quod omnes teneantur, glo. in l. ita vulneratus. §. fin. in fi. supra ad leg. Aquil. & in l. vulgaris. §. si duo supra de furt. & in l. quoniam. C. ad leg. Iul. de vi volentes insolidum omnes obligatos esse, Iac. de Beluis. in prac. crim. in tit. de quæst. circa fin. concordando hanc glo. dicit esse distinguendum, ꝙ aut sumus in homicidio facto ex proposito & per tractatum, & tunc omnes, qui interfuerunt dicto homicidio tenentur de occiso. Aut sumus in pura rixa, & tunc quilibet tenetur de eo, quod gessit, iux. tex. in l. fina. supra ad leg. Corn. de sic. quod etiam voluit Bart. & Ang. ibi, & Moder. Cyn. & Saly. in d. l. quoniam. & aduerte, ꝙ quando sumus in pura rixa. nec appareat, quis vulnerauerit omnes torquebantur dicam infra in verbo vita in ver. dictum Saly. & persistentibus in negatiua, fit abolitio criminis, non autem absolutio: quia non omne illicitum punitur l. pen. supra de his qui not. infam. Maxime vbi nõ deficit ius sed probatio. l. duo sunt Titij. supra de test. tute. 228 †Et ista est practica, de qua per Saly. in l. si qui adulterij, in verb. ex ista glos. C. ad leg. Iul. de adul. & in l. si quis. in fin. C. ad leg. Iul. maiest. & idem est, si existentibus indicijs cõtra aliquẽ, & eo posito ad torturam, & negante ac sufficienter torto fit abolitio, quæ hodie dicitur relaxatio pro nunc poterunt tamen omnes pecunialiter puniri quoties est certum ꝙ aliquis ex illis interfecerit & sic incertus de certis. sed quoties est incertus de incertis quia poterat aliter interfecisse qui non sit de illis, tunc nemo damnatur etiam pecunialiter, ita vult Io. And. in addi. ad Spec. in titu. de homic. §. j. ver. pone ꝙ quatuor, in verbo. Si lapis & ita debet intelligi quod dicit Rom. in l. j. §. si quis in villa in fi. supra ad Syllan. 229 †In tractatu hoc requiritur, ꝙ cõmittentes homicidium, vel vulnera inferentes sint coacti. & conueniant ad hoc. i. causa committendi illud delictũ, vt in l. ij. §. homines, supra vi bon. rapt. dũ dicit homines coactos accipere debemus ad hoc coactos. Si vero sumus in pura rixa, tunc homines dicantur conuenire in hoc. i. causaliter, & alio respectu quam ad homicidium vt est tex. in l. fina. supra de sica. ibi, ictus vniuscuiusque in hoc collectorum & ibi Ang. ponit hanc differentiam inter hæc verba, & sensit hoc Ancha. in consi. ccxvij. Nos Bartholameus de Saliceto. In tractatu hoc sufficit, ꝙ cõstet tractatum fuisse factum, dato ꝙ non appareat de cõclusione finali. Si modo secutus sit effectus, ita voluit Bal. in l. multum interest. C. si quis alte. vel sibi. Et quæ not. Ang. in simili in tract. maiesi. in verb. & ad hoc colloquium, in princi.

230 †Difficultas est si tractatus fuit habitus præsente aliquo, & nihil dicente. An constito de ipso tractatu, & ꝙ ille fuit præsens pro quo gratificando factus fuerit tractatus, si tacuerit, & nil de ea re dixerit, an obligetur. Videbatur obligationẽ non oriri ob præsentiam, & taciturnitatem, vt est tex. in l. filiusfam. §. inuitus. supra de procur. vbi tacens non habetur pro consentiente. Idem videmus in magnis & arduis, ꝙ taciturnitas non habetur pro consensu. In contrarium est veritas ꝙ immo iste talis præsens & tacens teneatur & obligatus sit pro delicto, vt est tex. & ibi glo. in cap. Petrus, de homic. facit quod voluit Inno. in c. ex parte, de rescri. vbi determinat, ꝙ si quis procurat nomine meo me præsente & tacente videor cõsentire, quemadmodum & glo. in d. c. Petrus, dicit ꝙ si præsente eo, ad cuius beneficium tractabatur de homine interficiendo, etiam ꝙ taceat, tenetur eo, quoniam expresse contradicere debet, vt est text. ibi & ita sentiunt Anch. Ioan. de Ana. & Fely. & alij ibi. Non ob. ꝙ quis inuitus non astringatur ad officium procuratoris, quia agitur in eo casu de obligatione personali ad aliquod gerendum in qua requiritur expressus consensus, vt per Iaso. in l. quæ dotis, nume. xcvij. supra solut. matri. vbi multa adducit, immo quando sumus in materia delicti quo ad obligationem taciturnitas habetur pro consensu, vt per Innocen. & Abb. in c. primo. de his quæ fi. a maio. par. cap. & in cap. ij. de his quæ fi. a prælat. si conf. cap. & per Iaso. in d. l. quæ dotis colum. xiiij. versi. decimusquintus casus. 231 †Indicia demonstrantia tractatũ possunt esse eadem fere, de quibus iam diximus in indicijs ostendentibus homicidium ex proposito, & exemplificari potest in præparationibus ad delictum. vt si præparauerit æquos habiles ad fugã, vel si illos ascenderunt antequam conferẽt se ad locum delicti. item si vnus minus aptus ad arma & rixam acceperit vestimenta aliorum, dum se conferunt ad eum locum in quo facta est rixa. Item si relinquerunt homines inutiles domi & coniunxerunt se robusti & fortes, & ex post secuta sit rixa. Item si iussus præcessit, vt vnus ex pluribus colligeret vestimenta aliorum sociorum. Item si ad sonum campanæ, cornu, vel alterius rei cõtulerũt se plures in vnũ locum, & facta sit rixa. Et eo modo exemplificari põt qñ plures trãsierunt per locum non solitum cum armis

hastatis, Archobusijs, sagitis, & arcu, & alio simili genere armorum. Et deniq; in omnibus suprapositis indicijs, potest etiam verificari & ostendi tractatum in infrascriptis casibus.

232 †SECRETA conuentio, & locutio habita inter plures si post exeuntes ex loco hominē occiderunt, oritur indicium tractatus arg. l. si ventri. §. fi. supra de priuileg. cred. & ibi not. Bart. de domino loquente ad aurem famuli si sequatur homicidium vt præsumatur mandatum. Idē not. Bald. in l. multum interest. C. si qui. alt. & in l. j. col. ij. ver. & ille præsumitur. C. de ser. fug. Intellige prædicta, vt faciant indicium. si modo hæc tria non concurrant. Primo locutio secreta. Secundo inimicitia capitalis occisi. Tertio quod incontinenti sit secutum homicidium. nam concurrentibus his tribus oritur plena probatio, vt per Ias. in d. l. j. C. de ser. fugi. & per Raph. Fulg. in d. l. si ventri. §. fin. Est tamen dura opin. vt per hæc possit quis commendari. Cum in contrariū sint ea quæ ponit Ioan. And. post Thom. de Pipe. in addit. ad Specu. in titu. de præsump. in versicu. xiij. ideo cogita.

233 †RIXA secūda vice parū post primā facta, vt si vno die sunt rixati. & ijdē altera die sint rixati. vel parū post iterū accesserunt ad rixā, ex ea geminatione ita breui tpe facta præsumptio est mali animi, & ꝙ inter se cōuenerint pro homicidio committendo cum geminatio actus demonstret deliberatam intentionem rei agendæ, & delicti perpetrandi. Cum de iure actus geminatio demonstret expressam voluntatem, vt in pacto nudo geminato. Ex quo demonstratur animus obligandi not. in. §. de constituta. insti. de actio. & in l. iurisgentium. §. igitur nuda. supra de pac. & in muliere, quæ ex actu reiterato dicitur obligari per auc. siue a me. C. ad velle. & de geminatione habetur in cap. & si Christus, de iureiuran. Cum etiam ex præterito arguatur in præsens l. iubemus, & ibi not. C. de proba. & in c. scribam. de præsump.

234 †AGGRESSIO nullis dictis verbis, vt si plures aggresi sunt vnum vel plures nil dicto. Tunc facit indicium, ꝙ conuenerint pro delicto committendo, & iam illud deliberassent, & istud pro indicio tradit Anch. in consi. ccxvij. Et pro hoc facit l. respiciendum. §. delinquunt. infra de pœn. ibi dum dicit, ex proposito latrones delinquunt; quia habent factiones, & ibi Bart. in eo capite dum vult, ꝙ ex proposito antecedenti sit homicidium. 235 † Quando sit insultus qui est motus de loco ad locum & in alium saltus l. j. §. cum arietes, supra si quadr. paup. fecis. dica. & l. is qui. C. de sica.

236 †ASSISTENTIA ad delictum facit indiciū ad tractatū, vt si vnus hominem occiderit, & plures ibi fuerint armati, vel propinqui facto, vel remoti, dummodo potuissent in casu necessitatis ipsius delinquentis auxilium præstare, nam tunc ob eorum præsentiam, ille qui insultū facit efficitur audatior. Et ille in quem delinquitur fit timidior. Ideo de auxilio tenentur. & præsumptio est de tractatu, vt per Bald. in l. ob hęc verba, supra de infam. & in l. j. C. de rapt. virg. & in l. data opera. C. qui accus. pos. & in l. j. C. de ser. fug. col. j. versi. ex consilio dicens, ꝙ ille qui associat tempore delicti, dicitur opem pręstare, etiam si nihil aliud facit, nisi ꝙ ex proposito associat eum 237 qđ præsumitur si secū stat armatus. † Nā ille qui armat se præsumitur de rixa, vel bello cogitare l. licet inter priuatos, supra de pac. & pro indicio dat Bru. in trac. de indi. colum. xiiij. versi. item insurgit, & de materia auxilij loquitur late Felyn. in c. sicut dignum de homici. & Dec. in c. j. de offic. deleg. Et Aret. in c. tertio loco, col. fi. de probatio. Hoc intellige eo magis procedere, si tales ibi astantes nulla tamen facta demōstratione seu armorum euaginatione statim perpetrato delicto insecuti sunt, & associati fuere delinquentem. Bald. in l. non ideo minus, in fin. C. de accu. a remotis aūt præstatur auxilium vt ponit Alexā. in l. is qui opem, in addi. ad Bar. in addi. mag. circa medium supra de fur. dicens, ꝙ ille qui mecum stat a remotis armatus, si per eū efficiar audatior & offensus timidior, dicitur præstare opem mihi. Istud autem indicium potest tolli si ibi stans probauerit casu venisse in eum locum, nam tunc nō erit indicatus, vt per Bal. in dictis locis.

238 †DVCENS verbis aliquē sciens malefactores esse in certo loco & ille occidatur vel derobetur, si verbis suis fidē adhibendo inde transierint, vt puta ꝙ dixerit mercatoribus, ꝙ secū ire deberent, quia duceret eos per bonam viam & securam. Et fuerint interfecti vel derobati, indicium est cōtra illum, ꝙ fuerit particeps criminis, & causam delicti præbuerit, cum etiam teneatur pœna leg. Cornel. de sic. l. iij §. alio Senatusconto, & arg. l. qui occidit. §. pen. supra ad leg. Aquil. & l. pe. §. si cum eo, supra vi bon. rap. Et pro indicio dat Gand. in tit. de præsumpt. & indi. dubit. colum. fin. ver. decimum colligitur, subdens quod quæstionibus est subdendus, & sic erit indiciū ad 239 torturam ea ratione. † Quia de his est quæstio habenda, qui suspensione cedis consentientes videbuntur l. j. §. occisorum, &. §. si quis in villa, supra ad Syllan. Et etiam pro indicio ad torturā tradit Boni. de vita. in tit. de indic. circa prin. in ver. item si suasit.

EX PERSONA INDICIA.

240 
NDICIA † in homicidio, si qñ aliquis est interfectus, et ignoratur a quo oriuntur ex causis infrascriptis. Primo ex vita, & ex persona imputati. Secūdo ex verbis prolatis. Tertio ex facto. Quarto ex processu, & testibus examinatis.

241 VITA hominis, † ex antea factis spectatur vt ait Cice. in lib. ij. ad Heren. in causa coniecturali. & Doct. considerant istud pro indicio, vt si quis fuerit malæ conditionis, & solitus similia facere habeat indicia contra se, vt præsumatur deliquisse. 242 †Nam ex consuetudine delinquēdi

per

per legem præsumitur contra hominẽ l. si cui.§. primo ibi, qui semel calumniatus sit, supra de ac cusa.& l.de minore.§.j.hoc titu. l. non omnis.§.a
243 Barbaris. infra de re mil. † Et ex præterito præsumitur in præsens l.iubemus & ibi no. C. de proba.& Gandi.in tit.de præsump.col.j.ver.aliquando,& ver.fi.& cõsuetudo patrisfamilias siue in bonis siue in malis est attendenda.l.siue negotia,supra de neg.gest.l.Olympico,supra de ser. vrb.prędi.& si delictum fuerit reiteratum magis præsumitur, nam ex ea geminatione ostenditur
244 determinata voluntas ad malum agẽdũ. † Cũ actuum geminatio demonstret apertam voluntatem not.in.§.de constituta,institu.de act. & in l.j. C.de plus petit.& in c.& si Christus, de iureiur. Vnde statutum ꝙ pro crimine imponatur pœna pecuniaria non habet locum, si secundo deliquerit,vt per Hip.in l.j.C.de sica.nume.47. adducit tex.in l.j. C.de superexac.lib.x.& ibi Bar. Bal.
245 Ang.& Ioan.de plat. † Sed aduerte, ꝙ in eo casu ex geminatione sola non proditur beneficium legis nec crimen magis grauatur.Sed requiritur,ꝙ saltem per tres vices deliquerit. ita declarat Luc.de Pen.ibi per text. in.§.veruntamẽ, in auth.vt immob.ante nupt.donat.& in l. seruos.C.ad leg.Iul.de vi pub.& per Inno.in c.j. de
246 fideiuſ. † Difficultas fit,an ex eo, ꝙ quis solitus sit delinquere,& sit malę vitę, habeat indiciũ contra se,vt possit poni ad torturam. Hip.in.§.diligenter,nu.xcix.mouet istam q.& dicit,ꝙ Doc. fere oẽs post Bar.hic dicunt ꝙ habet indicium ad torturã,vt per Saly.in l.fi.C.eo.& Guid. de Suz. in trac.de tormen.in iiij.col. Et Alexã. in consi. lxxvij.i causa accusationis in iij.col.& in cõsi.l. visis & oportune in primo vol.adducit regulã, ꝙ semel malus semper præsumitur malus. Et dicit multũ facere dictũ Salyc.in d.l.fi.ꝙ si plures fuerint in rixa,& mortuus nõ habet nisi vnicũ vulnus,& ignorat, a quo sit illatũ,& oẽs torqueri nõ possint,si tñ fuerit vnus malę vitę is torquebitur, & multa adducit ad probandũ illud, ꝙ præsumatur cõtra solitũ delinquere. Contrarium tñ post multa tenet Hipp.in dicto loco,dicens malã qualitatem personę non facere indicium legitimũ ad torturam; mouetur, ꝙ quando sumus in aliqua
247 dispositione. † Verba illius dispositionis multum sunt attendenda capit.porro. de priuileg. & ibi gloss. Sed in hac dispositione habetur id, ꝙ semel malus semper pręsumitur malus, & sic ex mala qualitate personæ oritur pręsump. Sed
248 sic est. † quod præsumptio est minus quã indicium,vt per Bal.in l.ea quidẽ.C.de accusa.& per Iaso. in l.j. supra de eo per quem fact. erit. Adducit etiam Bald.in l. prima. de excusatio. tuto. vbi pręsumptio dicitur esse ad probandum, indicium vero est probatnm, & sic minus est pręsumptio ꝙ̃ indicium, adducit etiam glos. in l. absentem,in verb.damnari,infra de pœn. & glos. in c. literas, de prępsump. Item quia ex prępsumptione oritur argumentum. sed indicium est idem ꝙ semiplena probatio.l. fina. & ibi Bartol.supra de in lit. iura. l. ij.§.si absens, supra si ex nox. cau. aga.& sic concludit nouam esse opinionem,ꝙ nõ oriatur indicium. Adductis aliis permultis, quæ
249 longum esset referre. † Aduerte ꝙ qualitas personæ dupliciter est considerabilis, ꝙ quis dicatur bonus, vel malus in genere, vel ꝙ dicatur bonus vel malus in specie. De bonitate & malitia in genere est tex.in l.nõ omnes.§.a Barbaris. infra de re mil.& l.de minore.§.fi.hoc tit.de qualitate personæ in speciæ, & de consuetudine rei vel imputati est in d.l.si cui.§.primo.& in l.si seruus plurium.§.fin.supra de lega.j.& in dicta l. vel vniuersorum, supra de pigno.act. Bar.ita distinguit in fama in dicta l.de minore.§.plurimum,colum.prima versic.pro declaratione,vt sit in genere,vel in specie,& de his duobus loquitur Cic.in præallegato loco, ꝙ si accusatus est de occiso reperiatur par causa, t quandoque in suspicione fuerit homicidij, & si non potest reperiri par causa,reperiatur dispar,& sic generalis obiectio circa mores accusati. In vtroq; casu si fuerit facta probatio, ꝙ ille sit malus vel in specie vel in genere orietur indicium contra reum,& maius erit indicium contra eum qui habet præsumptionem malitię in specie & sic in eodem genere mali vt in regula semel malus de regul.iur. lib.vj. & ibi Dyn.Franci.& alij,et dicam infra in indiciis fur
250 ti in verbo vicinus. † Attamen ex tali indicio solo non poterit torqueri,quia Bart. in hac l. & Salyce. in l.fi.C.de quęstio. dicunt post omnes Docto.ꝙ quando est indicium remotum a maleficio,vt est mala fama & similia, de quibus diximus supra in præmissis, ex hoc solo non poterit reus torqueri. Sed requiruntur alia indicia pœnes istud. Ex quibus animus iudicis deduci possit in suspicionem contra reum,& sic superflua est disputatio Hippolyti in hac materia, quia Doct. omnes distinguunt inter indicia,vt dixi supra in vj.premisso. Dictum Saly.allegatum per ipsum in d.§.diligenter nu.xcix.& in rub.C. de proba. non dicit id, ad quod deducitur, ꝙ si plures fuerint in rixa.& ignoretur per quem fuerit factum homicidium, ꝙ torquebitur ille, qui est peioris vitę inter imputatos. Nam si plures fuerint imputati,& ignoretur,quis interfecerit, & omnes fuerunt in rixa, omnes torquebuntur ad habendam veritatem.ita est practica.ita determinat Dy. & Rom.post eum, & Mod.in l.j.§. hoc rescriptum, supra ad Sylla. Sed Saly.in d.l.fi.dicit.ꝙ si fuerit suspicio contra plures, quia faciliter potuissent delictum committere. Tunc stante ista verisimilitudine,& suspicione malę vitæ poterit is torqueri, non autem alij torquebuntur ob illam simplicem suspicionem, ꝙ potuerint delinquere.

Non ob. quod considerat præsumptionem mi-
251 nus ꝙ̃ indicium, quia dico. † Quod prępsumptio est genus quo ad indicium, vt vult Bald. in rub.C.de proba.diffiniendo indicium dicit,ꝙ indicium est prępsumptio minima hominis boni,seu
252 distans argumentum a specie probationis. † Immo præsumptio habet plures gradus,cum alia sit iudicis, & contumatiæ.vt si iudex citat Clericũ, ꝙ reddeat ad ecclesiam & nisi reuersus sit prępsumit iudex, ꝙ habeat Ecclesiam pro derelicta. Alia famæ per quam proceditur ad inquisitionẽ,

vt in c. qualiter & quando, el ij. de accus. Alia sit naturę. vt si pater exhęredat filium, pręsumitur ꝙ iniuste agat, quia non permittit natura præsumere, quod filius patrem offendat, vel e contra l. omnimodo. C. de inoffi. test. l. vlt. C. de curat. fur. & de his, & seq. loquitur. Host. in ti. de præsump. in. §. quot eius species. Alia sit iuris contra quam admittitur probatio, vt in possidente, quod pręsumatur dominus l. siue possidetis. C. de proba. & quod Chyrographum laceratum pręsumatur solutum l. si chyrographum, supra de probat. Alia sit iuris & de iure contra quam non admittitur probatio. l. si quis adulterij. C. ad leg. Iul. de adulte. & ponit Bar. in d. l. siue possidetis. ideo id, quod dicit Ias. quod præsumptio sit minor indicio in d. l. j. supra de eo per quem fac. erit, illud est verum in terminis, in quibus loquitur Iaso. quod est in indicio oriente ex dicto mortui vel iniuriati. Nam illud est indicium vile, & de eo loquitur gl. in d. l. si mater. C. de calum. & sic in eo casu est minus indicium quam præsumptio, quia ville & tenue, vt dicam infra in versi. mortui depositio.

253 †CONVERSATIO malorum, & ista facit indicium cōtra imputatum arg. tex. in l. iij. §. nullus putat, supra de excusa. tuto. & l. item apud Labeonem. §. adduxisse, in fi. supra de iniur. l. nullus. §. j. supra de act. empt. Nam ex mala conuersatione bonus efficitur malus & vitiosus l. ædiles. §. pedius, supra de ædil. edic. Nam similis similem sibi querit c. recollentes de stat. mona. & secundū Phylos. talis qualis quisque est, talium consortio delectatur, & dicit text. in cap. sæpe. xxviij. q. j. ꝙ malorum consortia sæpe etiam bonos corrūpunt, & tanto magis eos, qui ad vicia proni sunt. istud pro indicio tradit Gandi. in ti. de præsumptio. & indic. dubita. col. j. versi. item habet indagare, & Guid. de Suza. in trac. de tortu. col. vj. versi. quæ-rat iudex. & Are. in tract. malefi. in verb. ꝙ fama

254 publica. col. vj. nume. xix. †Istud autem extendit Iaco. de Belui. qui malos famulos tenet, vt sit indicium contra ipsum in sua prac. titu. de qō. col. v. versic. quartumdecimum crimen, allegat text. in. §. hos autem, in auth. de non alien. & in c. licet heli. in prin. de simo.

255 †QVALITAS personæ potest indicium facere, vt cognoscatur, si respectiue ad eius conditionem & qualitatem sit causa aliqua, quæ ipsum induxerit ad maleficium committendum, vt si cōmodum aliquod ex maleficio acquisierit vt honorem, pecuniam, dominationem, aut aliquam cupiditatem amoris, aut voluntatem libidinis explendæ. Aut ꝙ voluerit incommodum vitare, vt puta inimicitias, infamiam, dolorem, & supplicium, quæ omnia pro coniecturis tradit Cic. in d. lib. ij. ad Heren. in prin. in cap. causæ coniecturalis in parte probabili. Et hæc a legibus compro-

256 bantur. † Nam spes commodi assequendi, aut incommodi euitandi probatur in l. cum ratio infra de bon. damnat. vbi pater interficiens eum, qui filium instituerat, propter istud commodum fecisse videtur, & ideo filius non succedit, & habetur in l. prima. §. si dominus, supra si quis ali. testa. & prohibu. & in to. titu. vbi succedens ab intestato si prohibuerit agnatum testari priuatur successione, & etiam filius ob prohibitionem patris & etiam demonstratur in l. si ab hostibus. §. j. supra sol. mat. in quo priuatur maritus dote, si non adhibuit diligentiam in curanda vxore infirmitate vel non adhibuit medicos peritos. & multomagis si interficeret eam, & istud est quod dicit Bar. in hac l. Item ꝙ res cedebat ad commodum suum, non alterius, & dicam infra in indicijs furti in verbo commodum. Item verificatur id, quod dixit de honore, quando per simoniam, seu ambitum vult consequi honorem vt in to. tit. de simo. & supra ad l. Iul. de ambit. & exemplificari posset in duobus ambientibus eundem honorem, vt si aliter fuerit interfectus oriatur indicium contra alium ad idem aspirantem; quod idem dict potest in duobus riualibus, vt vno interfecto pręsumatur ab altero factum, & verificetur illud, quod dicitur de cupiditate amoris explenda, & probatur in l. idem si ad stuprum. supra de condi. ob turp. cau. Et quod dictum est de pecunia, declaratur in l. iij. supra de his quib. vt indi. & in d. l. j. §. si dominus, & in d. l. si ab hostibus, & quod dicitur de incōmodo vitando videlicet infamia, inimicitia, dolore, & supplicio probatur hęc in l. j. in. §. prætera, & in. §. cum quis. supra eo. vbi præsentans latrones iudici quandoque facit, ne infamiam, dolorem, & supplicium subeat, & ne de his accusetur, ideo illos iudici tradidit.

257 †A COMMVNITER accidentibus oritur indicium. vt si probetur ꝙ homines certæ nationis communiter homines interficiunt pro parua causa, vel ꝙ communiter contingit aliquem deferre genus armorū, ex quo reperitur ille talis interfectus, vel aliud simile, nam ex hoc oriatur indicium vt per Bal. in l. fi. in fi. supra de hæred. instit. exemplificans post Iaco. But. in l. neque natales. C. de proba. in muliere, ex cuius domo visus est exire iuuenis, vel quod passim eos admittebat. ex quo existimatur meretrix. idem Bald. hoc determinat in addit. Spe. in tit. de sen. & de his. quæ ipsi seq. in. §. viij. in addi. Magna circa fi. in versi.

258 ad mortē facit illud quod. †Argumentū a cōiter accidentibus validum est in iure, vt per Alexan. Iaso. Deci. & alios qui accumulate ponunt in l. non hoc. C. vnd leg. & per Felyn. in c. quia verisimile. de præsump. in fi.

EX VERBIS INDICIA.

259 TREPIDATIO, †incōstātia, varietas, vox balbutiens, loquella timida pallor, hæc omnia si concurrant in personam rei, vel aliqua ipsorū, erit indiciū ad torturam text. est in l. de minore. §. plurimū. supra eo. et ibi Bar. & Mod. ꝙ dicit. iudicem debere operari, hæc omnia scribi, quod loquēdo trepide, pauendo, variando, reus respondit ad hoc vt possit ostendere ꝙ præcedentibus indicijs precessit ad torturam, istud idem voluit Bal. in l. presbyteri. in prin. C. de epis. & cle. dicens ꝙ trepidatio, mutatio coloris in faciem sunt signa ī teste quod falsum dicat, sed an exinde possit torqueri,

queri, istud relinquit arbitrio iudicis: quod est et ex mente Bart. hic. † Vt vnum ex istis indiciis non sufficiat ad torturã sed plura, & talia, quę ex dispositione iuris moueant iudicem, et hoc magis est dicendum quia hæc indicia sunt remota a maleficio, ex quo vnũquodq; de per se non debet esse sufficiens ad torturã, vt dixi supra in vj. præmisso post Bar. hic, quod autem hæc omnia describi debeãt in actis. Bar. adducit Inno. in c. quoniã contra, de probat. & Spe. in ti. de testi. §. nunc tractandum. versi. hoc autem scias. Ista facere indicium ad torturã ponit Guid. de Suza. in trac. de tormen. col. v. ver. item poterit iudex, & Iaco. de Belui. in practi. crimi. in ti. de quęstio. col. iiij. qui etiam ponit inter pręmissa declinationem oculorũ versus terram & rationem reddit. † Quia vacilans testis quæstionatur. l. super statu. C. eod. et Par. de Put. de syndi. in verbo viso de indiciis, & seq. vers. & Are. in tract. malefi. in verbo quod fama publica. nu. cv. & Brun. in tracta. de indi. col. xij. Hippol. in sua practi. in verbo diligenter nu. lxxiiij. qui multas quotas adducit in hac materia. † Intellige prædicta procedere quando is qui torquetur habet legitima indicia contra se, antequam duceretur ad torturam alias autem si reus iniuste torqueretur indicia ex his non orirẽtur, cum etiam ratificatio non valeret, ita determinat Aug. de Ari. in addi. ad Ang. in d. loco, & eum sequitur Brun. in d. loco, & Hipp. in d. §. diligenter. nu. lxxv. Sed aduerte quod Bar. aliter videtur sentire in hac nostra lege dum vult, quod iudex faciat adducere ad se illũ de quo suspicatur, & interroget de circunstantiis vbi stetit illa nocte, cum quo comedit vel cenauit, et similia & tũc ex sermonibus, ex voce, ex trepidatione, seu conscientia poterit contra eum aliquam præsumptionem habere ex quo Bar. demonstrat ibi ꝙ iudex recipit eas præsumptiones, & ex illis (si ipsi videbitur) procedere poterit ad torturam, & tamen nulla indicia præcedebant, erat simplex suspicio contra illum interrogatum, ideo hęc limitatio nõ potest adaptari ad casum Bar. & de ea videbimus infra in verbo confessio in tortura. † Intellige secundo prædicta procedere, quando variatio esset circa negotium principale, vel circa circunstantias negotij principalis. alias autem non faceret indicium contra variantem, vtputa, si esset varius circa locum delicti, vel tempus ipsius delicti, ista enim variatio noceret. Secus si esset circa nomen, agnomen, loci originis vel quid aliud simile, aut voluit Bar. in l. eos. col. ij. versic. quæro quæ dicãtur, supra de fals. & Spe. in tit. de teste. §. j. ver. Item quod est varius & versi. item per aliquod Bald. Imo. in l. his verbis. §. fi. supra de hæred. instit. Ioan. An. & Inno. in c. fraternitatis de testi. & Pau. de Cast. in l. si ex falsis. C. de transf. & ibi Ias. col. fin. qui dicit istud esse not. in eternum ad practicam in teste quãdo dicatur varius, quod etiam voluit Tind. in tract. de testi. in vij. q. iij. q. prin. & Paris de Put. in materia nostra in trac. de synd. in verbo viso de indiciis in fi. † Intellige præmissa, ꝙ varius dicitur is, qui primo dicit vnum postea dicit contrarium nullam variationis causam assignans. Contradicens vero qui primo dixit duo incompatibilia, vt si dixit interfuisse contractui tali die, & loco, & postea dicit tali die, se alibi fuisse, vacillans autem dicitur, qui dubitando, & tremendo loquitur. item & qui varie loquitur: de vario ponit Bar. in d. l. eos, & de his omnibus dat doctrinam Anto. de But. in c. præterea versi. sed dubium, de test. cog. & Dec. multos adducit in dicto cap. quoniam contra, nume. lxiij. de prob. intellige etiam prædicta vt dicam infra in seq. indicio.

† MENDACIVM an faciat indiciũ ad torturam Bar. hic in j. col. dicit, ꝙ si repertus fuerit in mendatio. erit maxima præsumptio contra eum per tex. in l. vnius. §. testes. supra eod. & in c. literas. de pręsum. idem voluit Rom. in consi. viij. viso facto, & Bar. in trac. de qõ. † Et ratio est, quia mendacium est falsa significatio vocis. cum intentione fallendi glo. in l. de ætate, in prin. supra de interrog. act. in. §. qui tacuit. gl. dicit ꝙ mendax vr̃ velle decipere iudicẽ, ideo punitur l. & debuit. supra de infam. & ratione mendacij quis vr̃ esse in dolo. l. seruus. §. si persuaserit. ff. de dol. & sequitur hæc Brun. de indic. col. ix. ver. quæro an mendatiũ. Aduerte, quod in hac materia mendacij, et varietatis ipsius rei adducitur in contrariũ dictũ And. de Iser. in const. incip. in dãna, col. x. ver. itẽ nota. qui dicit, ꝙ si reus interrogatus a iudice neget, seu fateatur, & postea dicat contrarium. † licet assertio eius dicatur testimonium large l. generaliter in fi. C. de non nu. pecu. non torquebitur, quia licet cõtraria dicere, & ponere propter salutem. l. nemo. supra de excep. l. j. infra de bo. eor. et Matth. de Afflict. in d. consti. si damna. in xiiij. no. in j. q. sequitur hoc dictũ And. de Iser. Luc. de Pen. in l. quotiens, col. vij. ver. sed quid si reus tenet contrarium cum Bar. hic, ꝙ ꝓpter contrarietatẽ. torqueatur reus quãuis loquatur ipse Luc. in reo, cui delatum erat iuramentũ. Par. de Put. in d. trac. de synd. in verbo viso de indiciis relatis his opinionibus dicit magnã esse authoritatẽ And. de Iser. tñ quod vtraq; opinio posset saluari, vt dicta per Bar. non habeant hoc, ꝙ ex variatione quis torqueatur, & male ad hoc allegatur. Si bene verum esset, quod facit pręsumptionem, & sic ꝙ vterq; dicat non torqueri ipsum reum ob contrarietatem licet præsumptio insurgat. Sed ista saluatio nõ potest stare, quia Iser. in dicto loco dicit ꝙ tantum non est torquendus. Sed licite poterit dicere, & contraria ponere ob eius salutem, ex quo nulla præsumptio debet oriri ex actu licito. Vnde existimo, ꝙ And. de Iser. non contradicat Bar. ex alio. Si eorum dicta recte cõsiderentur. Nam habemus eam conclusionem communiter approbatam. † Quod accusatus de homicidio, potest opponere negando se commisisse homicidium. & si probetur potest dicere se illud fecisse ad sui defensionem, vt per Bart. in l. cũ de indebito. supra de proba. & in auth. contra qui propriã. C. de non nu. pec. & ibi Bald. col. pe. Abb. in c. is qui, in prin, de solu. voluit Sozi. in l. nemo prohibetur, in fin. supra de excep. qui dicit istã esse communem opinionem, vt voluit Ias. in l. j. col.

Marginal numbers: 260, 261, 262, 263, 264 (left column); 265, 266, 267, 268 (right column).

l.j. col.fin.ver.quid in criminalibus.C. de fur.& Deci.in l.nemo ex his,de regu.iur. vnde ista varietas & contrarietas concessa est ipso reo a iure, ex quo præsumptio nulla esse potest contra ipsum, nec in casu isto loquitur Bar.in l.nostra & secundum hanc conclusionem debet intelligi id quod dicit And.de Iser.in d.const.ne damna. 269 †Ideo distinguerem quod aut reus est contrarius in his quæ spectant ad eius defensionem, vt contrarietate constita & probata posset consequi liberationem vel minorem pœnam, vt si primo negauerat postea dicat ad sui defensionem fecisse, vel se putasse ꝙ esset bannitus, & iustus esset eius error, vel ꝙ esset ebrius, vel ꝙ a casu percussit, & sic de similibus, tunc hoc casu non tenet præsumptio, quia a iure conceditur, & probatio offeretur. Aut iste reus est contrarius in his quę non spectant ad eius defensionem, vt dicat, in die delicti loquutum esse cum Petro, & postea dicat eum non vidisse, & similia, vel ꝙ dicat tali die fuisse Venetiis, & postea dicat eo die fuisse Mediolani, ista enim nõ respiciunt eius defensionem immediate, ideo faciunt præsumi contra reum, cum ista sint in facto incompatibilia, & nulla exinde vtilitas oritur ad beneficium rei, quo casu est credendum ꝙ illa cõtrarietas oriatur, quia veritas aliter se habet, & ꝙ incompatibilia non admittantur tenet Sozi. post Cuma. in d.l. nemo prohibetur, in fi.secus si vtilitas daretur reo ob eius cõtrarietatem nam tunc præsumitur, ꝙ dicat pro veritate, vt se defendat. 270 † Cum habeat necesse probare id, quod dicit asserendo fecisse ad sui defensionem, vel similia. vt not. in l.vt vim.supra de iust.& iur.& in l.j.C.vnd.vi.& in c.auditis,de prẹsum.cum eodem tempore non proposuerit confessionem cum exceptione defensionis, vt per Abb.in d.c.auditis.& Sozi.in l.non vtiq;.supra de excep. & sic exceptio illa contraria admittitur, quando reus vult eam probare vt loquitur Iser.secus in mendatio, & variatione, de qua loquitur Bar.hic.

271 †NON respondens interrogationi habet indicium contra se, vt si interrogatus si sit reus, nollit iudici respondere, indicium est ꝙ delinquerit. & ex inde torqueri poterit, vt respondeat ita pro indicio dat Iaco.de Beluis.in sua pract. in titu.de qõ.col.v.versicu.sextum est, adducit text.in l.de ætate.§.qui tacuit. supra de interrog.actio.ibi, nã qui omnino non respondet, contumax est. Et ex hoc dicas, ꝙ quando non respondens sit contumax. 272 † habemus, quod contumacia facit indicium ad torturam. vt per Bald.in l.j.col.v.vers. sequitur videre.C.de hæredi.instit.& videbimus infra in verbo contumacia. Et aduerte ad ea, quę dicit Bart.in d.§.qui tacuit, in fi. 273 † Quod non respondens ad hoc vt dicatur contumax.requiritur ꝙ sit præsens, & iussus respondere recuset absq; rationabili causa.c.ij.de confe.lib.vj.et ideo sis cautus tu, qui defendis reos, vt postquam iudex accepit constitutum a reo de plano, si ducitur ad torturam instruas eum, vt respondeat iudici, & replicet ea, quę dixit in constituto de plano, secundum ꝙ interrogabitur a iudice, & non faciat ea, quæ sunt in ore rusticorum. Si quando interrogantur ad torturam quid sciant de tali re, ipsi respondent dixisse, interrogati quid dixerint, respondent esse scriptum, nec aliud responsum volunt dare, ex quo si indicia erunt leuia poterunt optime torqueri, vsque quo respondeat iudici, & istud obleuitatem præsentatorum, & instructionem malam, quam habuerunt a carceratis, contingit bis mihi in his mensibus elapsis, & rei fuerunt optime torti. Confessio an & quãdo faciat indicium dixi supra in parte pensamenti post delictum.

274 †TACITVRNITAS domestici facit indicium ad torturam, vt puta Marito interfecto & existente in domo vxor taceat per aliquot dies, nam ex taciturnitate præsumitur conscia delicti, & particeps ita Bal.in l. excipiuntur. supra ad Sylla.qui simpliciter dicit hoc nulla data distinctione, an persona sit honesta, vel non, istud idem voluit Rom. ibi in fin. & Pari. de Pute.de syndi.in verbo tortura lo primo. col.iij.sequitur hanc conclusionem, & dicit in facto contingisse, ꝙ quædam mulier diuturnitate de morte viri qui non reperiebatur, quæ quadam die clamauit plorando dicens reperiisse virum mortuum in stabulo iam fetentem, accurerunt vicini, & capta muliere, & torta, confessa est interfici fecisse maritum, ꝙ etiam voluit in eo. trac. in verbo mandauit, col.vij.versicu.an si reperiatur, & Aug. in addi.ad Angel.in tracta. maleficio. colum.xx.in ver.tu autem in hoc materia adde de ista qõ. quã posuit Ioan.Andr.nu.liij.in verbo fama publica, & Hipp.in prat.in.§.expedita, in fi.dicit quod nõ habet hanc doctrinam pro expedita per ea quæ dixit in.§.diligenter, nume.cl.in eo qui se ingerit perquirendo malefactorem. & qui solicitat. Sed aduertite ꝙ illa dispositio non tollit hanc conclusionem, nam hæ duæ conclusiones habent extremitatem in se, quod in hoc casu nil dicit domesticus & tacet per multum tempus in alio autem multum solicitat, vt dicam infra in sequenti indicio. ex quo istæ duæ extremitates nil dicere, & multum dicere generant suspicionem & indiciũ contra agentem, vel tacentem. Sed si seruetur in his causa media non erit suspicio, vt si domesticus denuntiet mortem domestici statim & non solicitet. Si ad eum non spectat res, & hoc modo non erit suspicio contra ipsum vt infra.

275 † SOLICITANS, multum petens, ꝙ inquiratur, cum res ad eum non pertineat dici debet suspectus, & habet indicium contra se, vt vult Par.de Put.in tracta.syndic. in verbo tortura in fine dicens, ꝙ indicium aliquando sumitur contra aliquem, qui primo dicit occisum inuenisse, & contra aliquem, qui primo dicitur vidisse homicidium & contra aliquem qui valde solicitat in curia, ꝙ de maleficio inquirat, de quo ad eum nihil spectat, & ꝙ vidit bis occurrisse de quodam, qui dixit inueuisse occisum, & hoc curiæ nũciauerat, & ipse occiderat. Quod sequitur Hip. in prac.in.§. diligenter nu.cl.& addit rationem. 276 † Quia qui se ingerit suspectus est l. vnius.§. seruo qui vltro.supra hoc tit.& in l. quæ omnia. supra

supra de procu.cum alijs. Nec sunt multi anni, ꝙ cum fuisset captus quidam pro furto, quia reperta fuerunt quædam bona furto subtraxisse, & vendidisse, quidam eius socius de quo nil habebatur veniebat ad officiū maleficiorum assidue & importune solicitabat pro socio carcerato, & eo modo vt venerit in suspicionem, cur hæc ageret, & ob id captus fuit, & positus ad torturam confessus est se fuisse socium ad furta, & fuit causa, ꝙ alter socius qui negabat. ad tormenta contemnebat, confessus est, & ambo vidi suspensos, vnde iudex in his debet esse multum circunspectus.

EX FACTO INDICIA.



277 FVGA an faciat † indicium? sciendum est, quod fuga. † Multipliciter consideratur. vno modo vt 278 per eam oriatur delictum, & probata fuga probatū sit delictum, vt in l. desertorem. infra de re mili. & in l. quis sit fugitiuus. supra de ædil. edic. & in tit. de ser. fugi. & monachus fugiens ex monasterio probatur apostata. c. fi. de regular. c. fi. de renunt. & captus fugiens in bello iusto peccat. ca. iurisgentium. j. distin. Alia est fuga, quę facit suspicionem, & illa probata oritur delictum in l. impuberibus. supra de suspe. tu. Alia est fuga vt in casu nostro, vt si quis post homicidium aufugiat a ciuitate, vel loco, in quo delictum est commissum. Bar. in l. lege Cornel. supra ad Syllan. dicit ꝙ oritur indicium seu semiplena probatio, idem Bart. in l. admonendi. supra de iureiur. dicit ꝙ oritur præsumptio. Doct. cōmuniter post ipsum dicunt in d. l. admonendi, ꝙ oritur indicium ex fuga, & cano. communiter in c. nullus. de præsump. & ibi Fely. late. Sed an oriatur indicium sufficiens ad torturam Ias. in d. l. admonendi, nu. clxix dicit oriri indicium sufficiens ad torturam, per ea, quæ dicit Barto. in hac l. nostra. & Bald. in l. cum probatio. supra de proba. in lectu. antiq. Oldr. et Ioan. And. post ipsum in addi. ad Spec. in tit. de præsumpt. in addi. magna circa finem dicunt indicium oriri ad torturā arg. text. in l. iij. §. de is qui. supra ad Syl. Et dicunt ibi ꝙ ita seruatur, & Ias. dicit ꝙ ista est cōis opi. contrarium tenet Iac. de Belui. in authē. de exhib. re. in. §. si vero, & Gandi. in trac. malefi. in ti. de quæstio. in ea. q. quæ debent præcedere, vt quis torqueatur. & Guid. de Suza. in tracta. de qō. in rubr. qual. rei subijci. tormen. mouetur Iaco. de Beluis. ex eo quoniam lex ad hoc vt procedatur ad torturam vult plura argumenta, plures suspiciones, & sic plura indicia dari l. j. in prin. hoc titu. l. milites. C. eod. & hanc. opin. dicit de iure veriorē Curt. in d. l. admonēdi, nu. cxxxj. per dicta Guid. & Gand. qui in lib. meo contrarium dicunt. Sed aduerte ꝙ etiam Barto. in hac l. nostra sensit hoc. quia coniunxit fugam cum alijs indicijs. & sic ostendit non esse indicium sufficiens de per se ad torturam. Item ex alio quia istud indicium est a remotis ideo de per se non est sufficiens ad torturam vt Bart. in hac l. & Saly. in l. fi. C. eo. & dixi supra in vj. præmisso. Item ex alio, quia iudex volens procedere ad torturam debet formare in-279 quisitionem. † Quę inquisitio habere debet famam præcedentem alias non valeret. Ang. in l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. Cano. in c. qualiter & quando de accusa. Ang. in tracta. malefic. in verbo fama publica, & Rapha. Fulg. consil. cvij. super eo. formata inquisitione super fama quę causam habeat ab ipsa fuga, si vltra famam probata sit fuga, hoc modo erit indicium sufficiens ad torturam, quia erit fama, & fuga probata vt in præcedenti indicio & hoc modo poterit stare vtraq; opinio ꝙ fuga sit sola pro indicio & causa & habeat famā adiacentem. & his concurrentibus procedi possit ad torturam, & ita se habet practica communis. Et aduertendum est ad illud ꝙ dicit Ioan. And. in add. ad Spec. in d. titu. de præsum. ꝙ eius quęstio est super famulo, qui aufugit a domino conquerenti de subtractione bonorū, nam tunc penes fugam est qualitas personæ: quia famulus, qui habet inditium furis, vt dicam infra in indic. 280 furti. † Intellige fugam eo magis indicium facere quando quis aufugit per loca inuia, & nō solita. ita not. Ioan. de Plat. in l. ij. & ibi tex. C. de 281 curs. publi. lib. x. † Hæc conclusio restringitur, vt fuga non faciat indicium, quando post accusationem institutam, & post inquisitionem ipse inculpatus fugam arripuit vt per Barto. in l. j. C. de bon. eo. & per Roma. & alios in d. l. lege Cornel. supra ad Syllan. & per Doct. communiter in d. l. 282 admonendi. † Istud ꝙ non detur indicium post accusationem & inquisitionem ex fuga. extenditur in eo casu, in quo quis habet suspicionem de accusatione, & inquisitione vt eo tunc liceat illi aufugere. vt per Rom. in d. l. lege Cornelia, & per 283 Decium in consi. ccxxxiiij. in effectu. † Extenditur & hoc, vt si quando aliquis aufugerit, & reuersus dicat ex suspicione aufugisse, et iuret, ꝙ per tale iuramentum remoueatur omnis imputatio fugę ex doctrina Cy. in fi. i l. fi. C. de requi. re. & ex dicto Frā. Bru. in tracta. de indic. col. v. ita decidit Hippo. & dicit singulare in sua pract. in. §. diligenter. col. iiij. & hoc modo si erimus post accusationem seu inquisitionem fuga non faciet indicium, si antea, eodem modo non faciet indicium, quando reus iurauerit se habuisse suspicionem, ne accusaretur, & ꝙ non causa delicti aufugit. Aduerte ꝙ Cyn. nil dicit in l. fi. sed est in l. j. & iuramentum de quo loquitur Cy. in l. j. non est iuramentum excusationis per quod possit tolli indicium seu præsumptio fugæ quia criminalia non dirimuntur iuramento, no. Doc. in d. l. admonendi, & dixi supra in prin. Sed iuramentum de quo loquitur Cyn. est iuramentum purgationis & tale iuramentum purgationis datur reo quotiens non habet contra se pręsumptionem, aut indicium, sed tantummodo ob imputationem delicti est diffamatus apud bonos, & probos viros. & super illa imputatione non est 284 aliqua probatio. † Nam hoc casu vt se expurget ab illa infamia facti, defertur iuramentum, quod appellatur iuramentum purgationis. Et de hoc iuramento loquitur Cyn. in d. l. j. & Bart. in l. maritus, in fin. hoc tit. & Cano. pręcipue Ioan. de Ana. in c. excommunicamus. de hæret. & dixi supra

pra in princi. huius l. propter quod non debet intelligi, vt per iuramentũ tollatur fuga, quia nullo casu fuga operaretur contra reũ, quod est absonũ.

285 † Limita secundo, vt si quis aufugisset ex loco ob causam rationabilem, puta ratione partialitatis, vel factionis existentis in ciuitate, vel quia locus non esset sibi securus. vel quia officialis esset valde crudelis, vel similibus ex causis. Tunc ex fuga nulla causatur. suspicio, quia ex quo inculpatus de homicidio, seu delicto ibi secure, & tute stare non posset, sibi fuga imputari non potest. c. accedens. el. j. extra vt lit. non conteste. ita deciditur per Bald. in l. in bonæfidei. C. de iureiur. in pen. col. alle. cle. pastoralis. de sen. & re iudi. glo. in c. statutum. §. j. de rescript. lib. vj. ex quo si iusta causa fugiendi, & iniusta posset considerari, præsumendum est potius iustam causam adesse. l. merito. supra pro socio.

286 † Limita tertio in eo, qui aufugit a familia potestatis, & citatus post venit statim, & rediit ad potestatem. Tũc fuga nullam facit suspitionẽ vt est tex. in l. quis sit fugitiuus. §. j. & ibi Bar. supra de ædil. edic. & per eundẽ Bar. in l. aut facta. §. tempus, col. j. infra de pœn. & per Bald. in l. j. in iiij. col. C. de ędil. actio. & in l. j. C. de ser. fug. volens.

287 † quod si statutũ puniat fugiẽtes carceribus, non includit eos qui exierunt animo redeundi, & statim redierunt, dummodo cito reuertantur, secus si non tam cito, vt per Bal. ibi, & tex. in c. vulgaris. §. diuortium. de pœ. dist. j. & in c. pręsenti. de præben. in sexto.

288 † FVGA officialis, dum syndicatur inducit plenam probationem; quia habetur pro confesso, vt per Bart. in l. consiliarios. C. de offi. asses. & in l. lege Cornelia. supra ad Sylla. Imo. & Felyn. in c. nullus. col. j. versi. fallit primo, de præsump. vbi multa adducit, & per Ias. in l. admonendi, nume. clxxvij. vbi insistit in demonstrando, ꝙ tex. in d. l. consiliarios, nõ probat intentionem Bar. & alij Moder. post ipsum, & hoc secundum eum locum habet in ciuilibus. Sed in criminalibus dicit Ias. ibi ꝙ talis fuga facit indicium ad torturam per dictum Ang. post. gloss. in. §. oportet, in authen. vt iud. sine quo. suff. col. ij. qui dicit ꝙ per fugam redditus est suspectus, vt no. glo. in l. bonæfidei. C. de iureiur. adeo ꝙ potest ad torturã perueniri, vt per tex. in. §. super hoc, in authẽ. de colla. istud dictum sequitur Rip. ibi nu. clxxv.

289 † FVGATVS cum clamore, seu rumore a loco maleficij habet indicium contra se l. itaque. supra ad l. Aquil. facit text. & quæ ibi not. in c. si perfodiens, de homic. ita pro indicio dat Brun. in tract. de indi. col. xij. versi. aliud erit inditium ad delictum. alle. Barto. hic. & in l. de minore. §. plurimum hoc tit. qui nil dicit de hoc. Sed facit illud quod vult And. de Iser. in consti. de viol. muli. in prin. qui dicit.

290 † Quod vociferatio, & aclamatio in muliere quæ dicitur vim passa, facit indiciũ, & etiam fuga prope domum. & Iaco. de Belui. in pract. in tit. de quæstio. col. ix. in prin. dicit ꝙ visus fugere a loco maleficij, habet indicium contra se, ea ratione.

291 † Quia fuga accusat fugientẽ. vt ĩ auth. de exhiben. & intro. rei. §. si vero, & in auth. de sanctis. episco. §. si quis autẽ ad ordinationem.

292 † FVGIENS cum gladio euaginato, & reperto mortuo in loco, a quo aufugit. habet inditium ad torturam contra se, quia est homicidium manifestum ita Bart. in l. fur est manifestus. supra de furt. Quem locum Bart. vt faciat indicium ad torturam adducit Ange. in tracta. malefi. in verbo fama publica col. vj. versi. quero an vnum indiciũ in prin. & dicam infra. & pro tali indicio ponit Gandi. in tit. de præs. & indi. indub. in fin. Ex hoc dico, ꝙ Abb. in c. tertio loco col. fi. male sensit dum vult, ꝙ ex isto solo indicio homicidium sit probatum per dictum Barto. in d. l. fur. & Are. in d. c. tertio loco. col. fin. improbat dictum Abb. dicens, ꝙ rerum est ex mente Bart. maleficium probari præsumptiue per tex. in l. iij. §. interdum. supra de his qui deiece. vel effu. Quem sic intelligit glos. in l. j. §. fin. supra de proba. inducendo vt ibi, subdens ꝙ tutior videtur cõis opin. ꝙ ad minus requiratur alia qualitas, videlicet ꝙ gladius esset sanguinolentus, cum etiam tex. in l. fi. C. de prob. requirat indicium indubitatum, de quo non dicit Bart. nec videtur esse tale, nisi concurrant inimicitia, minæ vel alia, quia posset esse ꝙ aliquis euaginauit gladium videns alium insultari, timens forte de se ipso: vnde hęc probatio est ęquiuoca, fatetur tamen ꝙ istud est vrgens indicium ad torturam adducens multa ex indiciis infra positis. de quibus videbimus & sensit hoc Angel. in l. ij. C. de quæstio.

293 † CONTVMACIA an faciat indicium, vt si quis citatus secundũ ꝙ hodie per totam fere Italiam seruatur, existens cotumax bannitur ad inquirendum cui datur biennium ex lege dominij nostri ad purgandum contumaciam, & se præsentandum, si præsentauerit se, vel ꝙ infra illud tempus fuit captus, an ex eo solo quod fuit contumax, possit torqueri. Hipp. in sua pract. in §. diligenter, nu. cxxxvj. tenet ꝙ facit indicium ad tortura per doctrinam Bal. in l. j. col. v. versi. sequitur videre. C. de hære. insti. & Brun. in trac. de indi. col. mihi xxvij. versic. addo alium notabilem casum. idem vult Alciat. in tit. de præsump. in reg. iij. præsumpti. xxij. in fi. dicens ꝙ sine alio indicio ille contumax poterit torqueri ar. l. milites. C. de quæsti. & l. j. & ij. supra de requir. rei. Iaco. de Beluis. in prac. in tit. de crim. remis. in prin. dicit ꝙ criminosus remissus est talis bannitus audietur plene super crimine, & bonis si infra annum venerit, post annũ super crimine duntaxat, & ex sua fuga orta est violenta præsumptio contra ipsum, ex quo est carcerandus, etiam ꝙ alias pro crimine illo carcerari non debuit. Item onus probandi innocentiam inducitur contra eum. Et ex tali fuga poterit quæstionari, cum sit suspectus. Aduerte ꝙ Bald. in d. l. j. simpliciter non dicit, ꝙ contumax possit torqueri. Sed ꝙ ex qualitate personæ poterit subijci tormentis. Ideo conclusio supra facta non habet fundamentum indistincte ex dicto Bal. & dura est decisio ita generalis. nam si quis absens principio ex causa legitima, vel ex causa necessaria pœnitus ignorans ꝙ contra ipsum procedatur, si bannitur, vt multotiens euenit, & sit persona bonæ qualitatis, iniquũ esset ꝙ contra ipsum

esset

esset indicium ad torturam, ideo secundum Bal. est consideranda qualitas personæ, & modus absentiæ ex mente Iac. de Bel. Ideo distinguerem in hoc casu, ꝙ aut talis bannitus aufugit post delictum, siue ante inquisitionem, siue post. Et hoc casu si fuerit bannitus, fuga & contumacia insimul generant præsumptionem grauem contra eum, ex qua poterit torqueri. & ita procedat ꝙ dicit Iacob. de Belui. ꝙ ex tali absentia, & fuga possit quæstionari, & habeat onus probandi innocentiam, & hoc quando fuit remissus, siue sponte venerit, siue captus fuerit infra tempus datum ad se præsentandum. Aut iste non aufugit, sed post delictum ex aliqua legitima causa contulit se ad aliã ciuitatem, vt quia haberet ibi domicilium, vt in scholaribus. qui recedunt a studio & conferunt se in suas patrias. & illis absentibus iudex procedit citando in valuis, & ad domum suæ solitæ habitationis, & tunc si iste absens potuit habere verisimiliter ignorantiam de his, quæ gerebantur, & sit persona bonę conditionis, in qua non possit considerari ꝙ per malitiam se absentauerit, & fuerit bannitus. Tunc dicerem, non esse indicium ad torturam contra eum ex tali contumacia sola, & ita intelligerem qualitatem personæ consideratam per Bal. in d.l.j. Aut hic absens potuit scire verisimiliter se esse citatum, & ꝙ proceditur contra eum, nec curauit comparere. sed ex contumacia fuit bannitus & hoc casu dicerem oriri indicium ad torturam. Cum ex culpa sua id ꝓcesserit. & ideo si se sponte præsentauerit, vel infra tempus ad purgandam contumaciam fuerit captus, ꝙ isto in casu ex sola contumacia possit quæstionari et ita procedat, quod supra dictum est ex opinione Alcia. Brun. & Hippo.

294 † PROHIBENS ne quis capiatur habet indicium contra se, vt si quis prohibuerit ne delinquens, vel imputatus caperetur, vel duceretur ad iudicem. Ex eo enim videtur conscius criminis, & ꝙ in delicto illo dolum cõmiserit arg. l.fi. supra de custo. & exhi. reo. & in l.j. in prin. supra de eo per quem fac. erit. l. eos. C. de fur. & ꝓ indicio tradit Guid. de Suza. in tit. de præsum. & indi. dubit. col. pen. ver. quartum indicium & Bonifa. de Vital. in tract. malefic. in titu. de indi. in prin. dicens, ꝙ si procurasti, ꝙ quis fugeret, vel euadaret, vel non permisisti eum capi & ad potestatem duci, tunc oritur indicium, arg. l. ij. §. ij. supra de crim. pecul.

295 † PROPE mortuum cum coltello habet indicium contra se, ex quo poterit torqueri, ita dicit Ang. in verbo fama publica in iiij. col. in vers. quero an vnũ indiciũ in prin. alle. Bar. in l. fur manifestus. supra de fur. in prin. Sed Bar. loquitur de indicio, de quo supra ideo melius facit id quod dicit Bar. hic in versi. sed quæro vtrum, in fin. dum

296 dicit, vel captus ibi. † Et sic repertus in loco delicti habet indiciũ ad torturam, quia est indiciũ propinquum, vt per Bar. hic et dicã infra & ꝙ sit indiciũ propinquum dixi supra in vj. præmisso.

297 † GLADIVM sanguinolentum habens exiens domum, in qua reperitur homo mortuus, facit indicium ad torturam arg. l. fi. supra de hære. insti. ita determinat Bal. in d. l. fi. per locum a communiter accidentibus per no. in l. neq; natales. C. de proba. quod est vt cõiter contingat hoc, quod exiens eo modo domum interficiat aliquem non tñ concludit necessario, quia posset esse, ꝙ alter hominem interfecisset, non aũt is qui exiit cũ gladio. istud idem voluit Imo. ibi col fin. & Ioan. And. in tit. de proba. §. fin. in versi. xiij. in addi. ad Spe. volens etiam ꝙ si concurrerent alia indicia cum prædicto ꝙ nihilominus est torquendus, nõ condemnandus. Et idem voluit Guid. de Suza. in tit. de præsum. & indi. indub. col. v. versi. sextum indicium. Et clarius ꝙ de per se non probet, sed alia requirantur in titu. de præsum. & indi. dub. col. fi. vers. ponitur septimum. Et hoc indicium facere ad torturam determinat Are. in c. iij. loco col. fi. de proba.

298 † MORTVVS prope domum alicuius inuentus facit aliquam præsumptionem contra dominum domus, voluit Barto. in l. ædiles. supra de via pub. Rom. in l. j. §. si quis in villa, in princ. ff. ad S.C. Syllan. dicit ꝙ dubitabilis est hæc decisio Barto. quam saluat, & veram esse dicit si ille, cuius est domus, alias consuetus esset facere homicidium, arg. eius quod no. in l. in ciuile. C. de fur. in gl. Aduerte, ꝙ puto Bar. in d. l. ædiles, sensisse, ꝙ faciat præsumptionem nõ habilem ad torturã. Sed dicit aliquam, vt de per se non sufficiat ad quæstionem. Sed bene vt per eam possit iudex procedere, & inquirere contra dominum domus, vt in teste, qui alias non debebat examinari, qui facit aliquam præsumptionem, per quam iudex inquirit, vt not. Saly. in l. seruos. C. de testi. Et dicam infra in vers. testis. qui non debebat examinari. Hoc aũt puto verum, vt si dominus domus solitus sit homicidia committere, vt sit indicium ad torturam, vt voluit Alexã. in d. l. ædiles, post Ro. istud eo magis putarem vrgere, si dominus domus esset inimicus defuncti, vel ꝙ minæ præcessissent, vel ꝙ esset aliquod aliud simile indicium iunctũ cum prædicto, ꝙ sit repertus mortuus ante domum, & aliquo existente habebit indicium habile ad torturam.

299 † MORTVVS in domo facit indicium contra existentes in ea, vt præsumatur interfectus ab his, qui in ea erant, & ex eo poterunt torqueri, non autem condemnari; quia posset esse qđ aliquis alius ibi eum portasset, seu interfecisset, ita determinat Dy. per illum text. in l. j. §. si quis in villa. supra ad Syllan. & Rom. ibi, qui sequitur. Dy. & etiam Moder. ibi idem tenent, argu. tex. in l. j. §. fi. supra de exerc. & in l. j. in fi. supra de his qui deiec. per quæ iura idem voluit Par. de Put. in tract. de synd. circa fi. in verb. mandauit. col. v. versi. si reperiatur corpus, & Ang. in trac. malefi. in verb. fama publica nu. liij.

300 † INVENTVS in loco delicti habet indicium contra se l. j. §. quid ergo. & §. hoc autem.

301 supra ad Syllan. † Idẽ est, si reperiatur in loco propinquo, videtur ex eo ac si reperiretur in loco ipso ar. l. ædiles, in prin. supra de vi pub. & l. pen. §. j. supra de flumi. & l. fi. §. si quis. supra de mu. & ho. et l. si locus. §. cum via. supra quęad. ser. ammit.

ammit.& c. si ciuitas, de sent.excom. lib.vj.ita pro indicio tradit Paris de Put.in tract.de syndi. in ver.si quis est inuetus.intelligens, qñ est nimis propinquus,vt quasi contiguus videatur.cap.j.de consec.lib.vj.Indicium hoc,vt dixi in præced.putarem de per se non habile ad torturam, nisi repertus sit cum armis, vt verificetur id quod dicit Bar.hic, dum vult indicium propinquum esse si captus est ibi, & dicitur ꝙ est propter hęc vt dici supra in ver.prope mortuum, vel quod cum ista inuentione concurreret aliquod aliud indicium, vt supra proxime. Hanc autem inuentionem id operari existimarem vt iudex posset inquirere, & ad capturam procedere, cum quælibet suspicio sit sufficiens ad capturam, seu inquisitionem, vt dixi supra in notab.

302 † VISVS admenare gladium, seu vibrare, licet non fuerit visus percutere,& reperiatur homo interfectus, erit indicium ad torturam, quia propinquum est delicto, ita vult Ioan. And.in addi.ad Spec.in tit.de proba.in.§.iij.ver.xiij.dicẽs, quod,& si concurrerent aliqua alia, nihilominus procedi debeat ad torturam non tamen ad condemnationem contra opin. Thom. de Piper. in trac.de fam.de quo etiam facit mentionem Ang. in trac.malefi.in verb.fama publica col.vj.vers. quæro an vnum indicium,prin.

303 † PROHIBERE potens si non prohibuit, habet indicium contra se, puta si delictum est cõmissum in conspectu alicuius qui armatus erat.et sine periculo eius vitæ impedire poterat,ne homicidium committeretur,& non interposuit se,indicatus est ꝙ sit particeps & socius facinoris.Nam carere culpa eius criminis non videris. l. culpa.

304 infra de regu.iur.c.j.de offic. delega. † Et si potuit prohibere, & hominem a morte liberare, & non liberauit,occidisse videtur.l.scientiam,in prin.supra ad l. Aquil.& l.in omnibus,& l.in delictis.supra de noxa.& l.iij.§.is cui.supra ad leg. Corne.de sicar.nec carere videtur scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.cap.sicut dignum & c. quanto de sent. excom.& l.ij.C.de commer.merca. ita pro indicio ponit Gandin.in titu.de præsump.& indic.dubit. col.fin.ver.nonum potest. Et Ioan. igne.in l.j.§. si quis in villa nume. viij. supra ad Syllan.

305 † Aduerte ꝙ præcedens indicium videtur esse dubium,si quando nulla alia coniectura concurrat nisi hoc ꝙ fuerit præsens,& non prohibuerit, cum de iure ciuili quis non tenetur obuiare delicto per gloss.in d.l.culpa, & per Bart. in l.j.§.sed in eos.supra ad Syllan.& l.metum.§.sed licet.supra quod met.cau. per illum text. vbi quis licite accipit pecuniam,vt alium defendat, & sic licite accipit pecuniam pro defendendo, & licite potest negare defensionem.idem voluit Bald.& Angel. ibi,& Saly.in l.quisquis.C.ad l.Iul.maie.& Ias. in l.vt vim.supra de iusti.& iur.col.penul. Et ibi Claud.nu.clxviij. qui multos adducunt tenentes hanc opin. quam dicit communem. Dec. in c.j. col.iij.nu.vij.de offi.deleg.& in d.l.culpa caret.

Si itaq; non tenetur quis alium defendere regulariter & nullam culpam incurrit,non est dicendum ꝙ ex eo ꝙ non defendit, habeat indicium contra se;quia lege permittente factum non est punibile l.Gracchus.C.de adult.& l.nemo damnũ. infra de regu.iur. Et sic non indicium, nec suspicio oriri debet ex hoc, nisi aliquod aliud adiungeretur, vt puta, si post delictum fecit se socium cum delinquente. Nam tunc bene erit indicium participationis vt dixi.supra in verb.assistentia.

Item prędicta non procedere in casibus,in quibus quis tenetur defendere, vt in crimine parricidij, & in alio, qui subditus est aliqua ratione, ex qua defensionem præstare obligatus est, vt per Dec.in d.c.j.& Clau.in d.l.vt vim, quod etiam extendunt in clerico, vt laicus teneatur eum defendere.

306 † PAX seu transactio de crimine an faciat indicium,puto in hoc articulo non esse difficultatem,ꝙ secundum distinctionem traditam in l.trãsigere.C.de transac.vt secuta pace vel transactione non oriatur indicium.Nam aut quis transigit, aut paciscitur in casu concesso a iure,vt in crimine,in quo ingeritur pœna sanguinis, & tunc quia illud ius permittit, non dicitur crimen confiteri, vt per Bar.Bal.Alber. & alios in d.l.transigere. & Alex.ibi in prin.qui dicit, ꝙ reus transigens in casu concesso non videtur confiteri crimen.de quo est accusatus, ex quo lege permittente transegit vt in d.l.& in l.j.infra de bon.eor.& sic cum transactio sit concessa, non oritur confessio, nec successiue indicium quod est eius pars,cum remoto genere sit remota quælibet eius species, vt dixi supra in verbo confessio coram iudice penitus incompetente. Aut transactio seu pactum est factum in casu, in quo non ingeritur pœna sanguinis, vel quod a iure non conceditur, vt in adulterio,& tunc transigens intelligitur tacite confiteri,& hoc modo intelligitur.l.quoniam.supra de his qui no.infa.Et no. Bar.Bal.Ias.& alii omnes in d.l. transigere. Dantur autem in hoc casu multæ cautelæ,per quas transigens non dicatur cõfiteri delictũ vt per Ias.in d.l.transigere in fi.Et per Bru.in trac. de indic.col.xj. & Hippo.

307 in.§.deligenter,in prac.nu.clxxviij. † Sed difficultas est,si pax, seu transactio fuit tractata per communes amicos,& nõ fuit conclusa,an oriatur indicium vt si illi tractantes pacem fuerint adducti in testes dicerem vt supra ꝙ in casu licito non oriatur indicium,quia sit cõclusio pacis nõ preiudicat,multo minus & eius tractatus. Aut sumus in casu in quo licet transigere,& tunc per tractatum factum oriatur indicium contra ipsum reum, quia si plena confessio oritur ex conclusione,Indicium oriri debet ex ipso tractatu.

308 † PETITIO veniæ an faciat indicium gl.in c.exhibita.de homic.in fin.sensit,ꝙ petens veniam non fateatur delictum. Ioan. Andr.Host. But.Card. Abb.& Ioan. de An.ibi distingunt,ꝙ aut quis petit veniam sollenniter,& indicio, & tunc videtur confiteri delictum,ita procedat tex. in c.venerabiles.de elec.& in l.decem, supra de verb.obli. Aut quis petit veniam extra iudiciũ,et tunc non fatetur,eodem modo si ex humilitate & benignitate petatur, Hoc idem voluit Roma. in l.j.

in l.j.in princi. supra de no. ope.nun.in ij.not.& Cep.in consi.xxj.ego Bartholameus,col.iiij.ver. sed plus dico nu.x. Sed aduerte ꝙ glo.in d.cap. exibita,iuncto tex.non probat illud ad quod allegatur,ibi enim text.non erat culpabilis ille clericus de morte puniri,cum non percussisset eum,sed ex negligentia,& imperitia mortuus fuerat & petierat veniam a patre pueri,vt eius dolor mittigaretur,& si ex facto constabat ꝙ veniæ petitio non poterat continere criminis confessionem gloss.in verb.postulauit a qua Doct. sumunt argumentum non loquitur de petitione veniæ sed loquitur de dispensatione petita a summo Pontefice quãuis lesam non haberet conscientiam, & sic ibi non erat veniç petitio aliqua. In hoc casu distinguerem in omnibus vt supra dixi de pace petita. 309 †Cautelam tamen est secundum Alber.& Ioã. de Ana. in d.c.exhibita, quod dicatur nõ puto hoc fecisse, sed si in aliquo læsi peto veniam.

310 †NEGLIGENS in puniendo habet indicium contra se vt si iudex, vel alter cui spectat cognitio vel executio neglexerit punire delinquentes habet indicium participationis ad delictũ ita pro indicio ponitur p Iac.But. in sua prac.col.v. versic. nonum est, dicens ꝙ istud tangit dominos temporales l.vnica.C.de pri.car.

EX PROCESSV, ET TESTIBVS INDICIA.

311 FAMA an faciat †indicium ad torturam Doct.diuersa sentiũt,et pro eius cognitione. 312 †Sciendũ est famã multa requirere ad hoc vt dicatur probari. Primo ꝙ testis dicendo famam esse deponat audiuisse a pluribus,& nominet particulariter aliquas personas,ex his a quibus audiuit etiam si de hoc non fuerit interrogatus,not.Innoc.in c.qualiter & quando,el ij.de accu.Bar.sensit.in l.de minore.§.plurimum hoc ti. Abb.in c.cum causam,de testi. Secundo requiritur, ꝙ ille talis testis dicat audiuisse a maiori parte populi seu castri vel villæ,quo in loco delictum est commissum, ita Bart. in d.§.plurimũ.Bald.in rub.C.de probat.& Ang. in l.quid ergo.§.quantũ,supra de his qui not.infa. Tertio requiritur ꝙ testis exprimat aliquã cãm, propter quam fama ita sit orta, vt puta ex inimicitia,ex minis,ex iniuria,vel alia cõsimili causa. Barto.in d.§.plurium. Saly. in l.ea quidem.C.de accu. Abb.& alij omnes in cap.veniens de testi.

313 †Fama hoc modo probata non facit semiplenã probationẽ in causa criminali,gl.Bald.But. Imo. & alij.in d.ca.veniens.de testib.& Dec. ibi dicit hanc esse communem. Sed an faciat indicium ex mente Doc.Bar.videtur se non firmare in d.§.plurimum circa finem dicens debere considerari illa indicia, & illas præsumptiones, ex quibus fama traxit originem,qualiter vigeant,& secundũ qualitatem traditam dicemus,famam facere,vel non facere semiplenã probationem vel indicium. Et sic ex eius verbis Doc.dicunt firmam conclusionem non dari. Vnde Bald.in l.milites, colũ.j.C. eo.& Cyn.in l.fin.eo. tit.& Bal.& Imol.in l.fin. supra de hęre.insti. et omnes alijs,quos refert Ias. in l.admonendi,nu.cclj.dicunt famam non facere indicium,ꝙ ista est communis. Circa hunc articulũ dico ꝙ fama, si habuerit causam expressam. Et aliqua requisita vt supra faciet indicium, sed non habile ad torturam. Cum sit indicium remotum a maleficio, vt dixi supra in vj.præmis. Si vero vltra famam eo modo quo supra deductam, fuerint etiam probatæ qualitates,& causa,ex quibus orta sit fama, Tunc erit indicium ad torturã. Et facit etiam secundũ prbationes vrgentes semiplenam probationem,exemplum,duo testes deposuerunt, ꝙ Sempronius interfecit Caiũ,& ꝙ istud sciunt,quia fama est,Sempronium interfecisse, & causam reddunt dicentes, tale homicidium fuisse factum propter inimicitiam, quæ erat inter Sempronium & Caium, vel quia Sempronius,& Caius aspirabant ad eandem dignitatẽ & ꝙ dicitur in ciuitate,& a maiori parte populi; vel ꝙ exprimatur aliqua alia similis causa. Si duo testes deponunt de fama hoc modo exprimẽdo causam, quãuis de ea non habeant aliam notitiam.nisi ex auditu a maiori parte ciuitatis, erit probata fama, & erit indicium. Sed non habile ad torturam,licet si ex post probatæ fuerint causę expressæ per testes, vt est inimicitia, vel alia consimilis, hoc 314 casu erit indicium sufficiens ad torturam. †Et faciet et semiplenam probationem, & istud est ꝙ 315 voluit Bar.in d.§.plurimum,dum dicit. †Quod qualitates & causę ex quibus fama est orta, sunt considerandæ,qualiter vrgeant,ad faciendũ semiplenam probationem,& indicium.& Angel.in l. fin.C.de quęstio.dicit, ꝙ in quærendo an fama sit sufficiens indicium ad torturã,debes videre vnde ortum habuit ista fama, & ex quibus, & ex qua causa.Nam si ex causa vrgenti probabili & verisimili erit indicium sufficiens ad torturam l.excusantur.§.j.& ibi gl. supra de excus.tuto.subdens, ꝙ nisi trahat originẽ ex causa probabili, & apud fidedignos non est fama, sed est vana vox populi. l.decurionum.infra.de pęn.& idem Bar.in consi. cxcj.in j.volu.dicit ꝙ fama iuncta cum dicto officialis facit indicium ad torturam,idem voluit Ia. de Belui.in prac.crimi.in titu.de quæstio.col.ix. dicens.ꝙ vltra famam probetur inimicitia, vel quid aliud,vnde,si erit causa leuis, ex qua fama sit orta,vt quia testis dicat, famam esse, quia moriens vulneratus dixit fuisse vulneratũ a sempronio.vel ꝙ fama est,quia illi de domo defuncti hoc dixerunt,vel quia erat lis inter eos,sed constitum fuisse eam esse de parua re,& probatę fuerunt causę prędictę,ex quibus fama habuit originem,hoc casu non erit inditium sufficiens ad torturam ex mente Bar.in d.§.plurium.

316 TESTIS †de visu an faciat indicium ad torturam Bart.in hac.l.nostra tenet, ꝙ sic, idem Bar.in l.maritus,et in l.j.§.idem Cornelio.hoc ti. & Bal.in l.milites.C.eo.dicunt & concludunt, ꝙ faciat indicium ad torturam glos.est in l. si quis, ad leg.Iul.maie.& in l.maritus,hoc ti. Hæc decisio restringitur p Hyp.in sua prac. in.§. diligẽter,in prin.vt procedat,quando testis est omni exceptione

ceptione maior, prout dicit Bart. in d. l. admonendi, de iureiur. volens Hyp. ꝙ testis vnus de visu faciat indicium ad torturam, quando est omni exceptione maior, & idem voluit Ias. in consi. xxij. in 317 j. volu. subdens. † Quod testis est omni exceptione maior, quando nulla imputatio fieri potest contra eum, & nil penitus patiatur per gl. in. §. itē verborū, insti. de inutil. stipul. & per gl. in c. circa litem de consangu. & affi. quod etiam secundum Hyp. voluit Bald. in rub. de contra. inuest. & in c. j. §. sacramentum, de consuet. rect. feu. Restringitur & secundo per ipsum vt testis vnus de visu nō faciat indicium nisi alijs concurrentibus ex mente Cyn. in l. fin. C. de quęstio. Circa primam restrictionem aduertite. ꝙ Bar. in hac nostra l. dicit ꝙ vnus bonus testis de visu facit indicium. & sic 318 in prima qualitate. † Cum bono detur melior & etiam optimus l. vbi autem non apparet, supra de verbo. obli. in princi. & æquo datur ęquior, vt est glo. in l. j. supra de iusti. & iur. & l. si seruus cōmunis. §. quod vero, supra de fur. Item Barto. in l. maritus, hoc tit. dicit, ꝙ vnus testis idoneus facit indicium, si scit de visu. Idoneus autem est, qui 319 expresse non repellitur a iure. † Cum omnes possint esse testes, nisi repellantur l. j. §. j. iunc. tex. in l. idonei, & in l. testes idonei. supra de testi. Itē Bar. in l. j. §. idem Cornelio, hoc titu. dicit, ꝙ testis 320 vnus integer de visu facit indicium. † Integer autem testis est, qui a iure non repellitur l. popularis. supra de popul. ac. Bald. in l. milites. C. eod. dicit ꝙ testis vnus de visu, qui non potest repelli facit indicium ad torturam. Testes autem repelluntur a principio. vt infans. seruus, vt per Ange. in authen. de testi. in prin. hereticus, & alij consimiles repelluntur ex officio vt no. in c. intimauit, de testi. Et sic nullibi Bar. aut Bald. faciunt mentionem de hoc, ꝙ sit omni exceptione maior quādo volunt testem facere indicium. Sed bene in d. l. admonendi, dum testis debet facere semiplenam probationem, requiritur hoc ꝙ sit omni exceptione maior. Et ratio est, quia in eo loco istud euenit cum agatur de condemnatione. Nam ille testis cū alia semiplena probatione faceret probationem ad sententiam proferendam eo modo, vt per illum testem inducta sit semiplena probatio & præiudicialis ꝙ non est in teste in causa criminali. Cum faciat indicium, quod tollitur per torturā, & expurgatur nec est tanti pręiudicij. Idem voluit Bal. in d. §. sacramentum, dum loquitur de probatione verisimili, & sic semiplena: quam appellat indicium ad iuramenti delationem dicens ꝙ testis eo casu sit probatæ vitæ, & bonæ opinionis nec habeatur suspectus ex aliqua causa & sit legitime examinatus, vt quia interrogatus de causa scientiæ vel quia dixit plene factum, subdens ꝙ modicus defectus impedit semiplenam probationem vnius testis, pulchram rationem reddens; quia satis exorbitat fides vnius testis a iure communi. c. innotuit, de testi. & sic constat maxime diferre, ꝙ oriatur semiplena probatio, vel indicium detur ad torturam. Ex hoc dico ꝙ male sensit Bart. in consi. xj. illud, colū. antepenul. nu. xj. & Hyp. post ipsum in d. §. diligenter, nu. cxlviij. dum volunt, ꝙ Bald. in d. § sacramentum, loquatur de indicio ad torturam, inducentes, vt per eos; quia immo loquitur in semiplena probatione. Nec ob. glo. in. §. item verborum, insti. de inutil. stipul. quæ exponit idoneos, idest, omni exceptione maiores vt p Dec. in d. c. at si clerici, nu. iiij. quia dico, ꝙ glo. ibi ostendit contrarium. Nam cum in eo text. tractetur de impugnando scripturam & instrumentum publicum, non ita faciliter admitti debet allegatio rei, ꝙ fuerit absens tempore instrumenti celebrati, sed requiritur manifestissima probatio, & liquida, vt in l. optimam. C. de comit. & contrahē. stipu. Ideo glo. non fuit contenta de eo quod dicitur in text. idoneus propter subiectam materiam, de qua ibi tractatur sed declarauit idoneos in eo casu esse omni exceptione maiores, procedendo ad maiorem declarationem idest ꝙ nulla exceptio opponi possit. Et istud necessario requiritur in eo casu cum tractetur de impugnando instrumēto, quod est probatio probata vt per Bal. in c. cum dilectus, de fid. instru. Vnde si propria significatio illius verbi importaret omni exceptione maiorē, frustra declaratio fuisset adiecta p glo. Sed voluit glo. latius verbum illud intelligere & interpretari. Cū ex stricta eius significatione id nō diceret, 321 † Et propter hoc. sequendo ea. quę dicit Bart. in l. admonendi, in iiij. col. in vers. secundo modo, supra de probat. & per Bal. in rub. de cōtr. inuest. qui dant gradus inuestigationis veritatis & probationis. dicerem ꝙ in causis criminlibus, & in probationibus faciendis, ex quibus modus proceden-322 di impartitur. † Primus gradus sit, quando examinantur testes non integri, non idonei, sed suspecti, & hoc fit quando iudex vult inquirere super delicto, & etiam accipiuntur sine iuramēto, ad hoc vt habeat qualemqualem informationem de delicto & procedere possit ad citationem rei vel verbalem vel personalem. & de ista probatione loquitur Barto. & alij in l. si quis in graui. §. si quis moriens, supra ad Syllan. & Saly. in l. ij. C. de exhiben. re. & in l. absentem. C. de accusa. & dixi 323 supra in ij. nota. † Secundus gradus erit quando vult procedere ad torturam, & tunc requiruntur testes, qui non repellantur a iure qui sint idonei. vt in hoc casu si vnus testis examinetur, & deponat de visu. & sit qualitatis prædictæ faciet indicium ad torturam. & ita intelligitur id quod dicit Bar. in prædictis locis appellando testem bonum Idoneum & integrum, & id quod dicit Bald. in d. l. milites. dum vult, ꝙ sit talis, qui non repel-324 latur. † Intellige, ꝙ testis vnus de visu faciat semiplenam probationem, dummodo aliæ circunstantiæ non resistant, vt dicit Bald. in l. ij. colum. j. in versic. & not. ꝙ ad hoc. C. quor. appella. non recipi. dicens istud esse notabile post Ioā. And. ꝙ idem voluit Abb. in c. cum in contēplatione, col. j. versi. secundo quæritur in fin. de reg. iur. dicens testem de visu facere indicium, nisi alia ratio sua-325 det contrarium. † Tertio casu & gradu, quando ex probatione deueniri debet ad condemnationem, tunc, ad hoc vt testis semiplene probet, debet esse omni exceptione maior, & istud est, quod cōsiderat Bart. in l. admonendi, volens testem vnum

de visu

de visu semiplene probare, si erit omni exceptione maior, vt intelligatur illud in casu, in quo per illum testem, & alijs adiunctis deueniri possit ad diffinitiuam sententiam. & ita intelligit Bald. in l.j.C.de sum.tri.& fi. catho.col.v.ver.quinto oppono.& Abb.qui sequitur Bald. in c. testimoniũ. de testi. distinguentes inter probationem, quæ requiritur ad procedendum, & eam, quæ esse debet in diffiniendo. Et hoc modo in procedendo, & in deueniendo ad torturam testis non debet esse omni exceptione maior, sed tum demum quando ex eius probatione oritur semiplena probatio, & prout dictum fuit indicium est minus semiplena probatio. Circa secundã restrictionẽ aduertas, ꝙ Cyn. in d.l.fin. dicit totum contrarium nã vult, ꝙ vnus testis de visu non faciat semiplenam probationem in criminalibus, tamẽ faciat cõpetens indicium. & idem Cyn. in l. si quis. C. ad leg. Iul. maie. dicit, ꝙ non faciet semiplenam probationẽ, vt supra sed faciet indicium ad torturam. Nam & si semiplenam probationem non faciat, vt late per Ias. in l. admonendi. de iureiur. nu. clxxxxvj. 326 in fi. tamen facit indiciũ. †Quod est minus semiplena probatione l. cum probatio. & ibi not. supra de probatio. ex quo Hyp. non aduertit ad verba Cyni.

TESTES omnes examinati an indistincte faciant indicium ad torturam deponendo super indicijs iam dictis vel similibus, & si cognouerimus, qui sint illi, qui nec examinari debent nec examinari possunt, cognoscemus casus, ĩ quibus examinati faciant indicium. Et sequendo vestigia Bar. in l. maritus, supra eo. ti. nostro. videbimus tria, primo quando testis non potest examinari propter reuerentiam. Secundo quando non potest examinari ex alijs causis impedientibus. Tertio quando non potest examinari ratione ordinis, & incipiam ab hoc tertio.

327 †ET PRIMO quæro, an testes examinati sine iuramento faciant indicium, Abb. in c. cum olim. in iij. not. dicit, ꝙ non creditur testibus non iuratis in præiudicium alterius, vt vult glo. in c. sicut. de senten. excom. etiã ꝙ essent religiosi & cardinales, neque creditur tanquam testibus, sed facient pręsumptionem. & not. dicit Abb. pro istis magnis viris, qui propter decorem dignitatis nolunt deponere in forma testimonij cum iuramento, vt recipiatur assertio saltem ad pręsumptionem, idem voluit Ro. in l. si quis in graui. §. si quis moriens, supra ad Sylla. concordando dicta Ang. ibi cum dictis Bald. in authen. si dicatur. C. de testi. dicens, ꝙ dictum testis aut iudicis, qui in mortis articulo dixerit testimoniũ aut sententiam ob pecuniam tulisse, sufficiat ad informationem iudicis; quia non iurati ita dixerunt, & pro-328 pter hoc possit inquirere. † Cum informatio gratia iudicis facta nõ requirat iuramentũ secundũ gl. ordi. quę nõ est alibi in c. j. §. si duo. in verb. testamentum de pa. iura. firman.

329 †SECVNDO quæro, an tpe examinationis faciẽdę ipsorũ testiũ iudex debeat citari facere reũ ad videndũ iurare testes, Bart. hic in fi. dicit citationẽ requiri, adeo ꝙ si examinati fuerint testes super generali inquisitione, quia reus non fuit citatus, quod idẽ voluit Saly. in l. fi. in fin. C. eo. de quęst. & Bal. in l. iubemus. col. iij. C. de proba. & oẽs fere Doc. quos enumerat Hyp. in l. j. in prin. in ij. requis. vbi inuehitur contra assessores non citantes reũ ad examinationem testium. Sed aduerte ꝙ ex consuetudine seruatur contrarium, ꝙ reus non citatur, nec dantur interrogatoria, vt dixi supra in iij. præmisso.

330 †TERTIO quæro, an testes debeãt recipi lite contestata, seu post nomẽ rei receptũ inter reos? Bar. in l. nostra. in fi. dicit examinari debere post litẽ contest. & idẽ voluit in l. si quis adulteriũ, supra de adul. & Alex. in addi. ad Bar. in l. j. in princ. supra hoc tit. & ibi Hyp. in vj. requis.

331 †Nomẽ aũt rei dr̃ receptũ inter reos, qñ proposita accusatione proponũtur exceptiones dilatoriæ, videlicet accusatio nõ procedit, quia lapsum est tẽpus ad accusandũ, vel ꝙ ille, corã quo porrecta est accusatio, non sit iudex cõpetens, vel similes exceptiones, tunc cognoscitur super iliis exceptionibus, & an sit procedendũ super ea accusatione, & cũ iudex pronunciat esse procedendũ, dr̃ recipi inter reos, & absente ipso reo talis receptio fieri põt, & ita loquatur tex. in l. maritus. §. præscriptione supra de adul. & in l. accusatione adulterij. C. de adul. & tex. in l. adulteram. C. eo. de adul. intelligitur, ꝙ ibi erat accusatio inchoata per propositionem accusationis, & reus absens erat receptus inter reos per pronunciationem, de qua supra & in casu, ꝙ dicta pronũciatio nõ fiat, litis cõtestatio habet vim receptionis inter reos, ita est ex sententia Bart. in d. l. is qui reus. in iij. col. in ver. quando nomen rei supra de publi. iud. & istud dictum Bar. tenent omnes Doc. post ipsum de quibus per Alex. ibi in addi. & Hyp. in d. l. j.

332 in prin. in d. vj. requis. †Aduerte ꝙ legendo d. l. is qui reus, fui illius sententiæ ꝙ text. in d. l. is qui reus, non sit bene intellectus a Doct. & in hoc præsuppono, ꝙ accusator, quando vult accusationem instituere, debet eam porrigere iudici anteꝙ̃ quicquã fiat, vt est tex. in l. miles. §. sexaginta, ibi qm̃ de plano, & in. §. socer, ibi, libellis pręsidi datis supra de adul. vt per Lanfr. in c. qm̃ contra. in ver. citationes. in prin. & per Soz. in c. significantibus. in vij. conclus. xiij. princ. arti. de

333 li. ob. †Et talis porrectio libelli non est de processu, vt voluit Bartol. in extrauag. ad repri. in verb. summarie, vt per Lanfran. in d. ver. citationes, & ꝑ Fely. in c. fi. in iij. col. in ver. secũda declaratio, de iudi. ex quo iudex debet videre accusationem & considerare, an sit iusta, & si ipsi non videretur iusta, debet denegare citationis commissionem, vt voluit Bald. in l. cum clericis. C. de epis. & cle. in versi. deinde no. & maxime seruatur hoc in criminalibus, vt nõ citetur reus nisi præcedente iussu iudicis, vt in d. l. cum clericis. in versi. memorati quod dicit esse notatu dignum, & sequitur Ias. in rubri. C. de eden. colum. j. ver. ter-

334 tia difficultas. †Et hæc citatio, si non sit facta de commissione iudicis, nõ valet. vt est text. in l. neminem. C. de exhib. re. & ibi not. Saly. & alij communiter Do. & Innoc. Ioan. An. But. Imo. &

alij in d.c.quoniam contra. & eo tunc quãdo admissa est accusatio per iudicem, & commissa est citatio,nomẽ rei est inter reos, quia facta est notatio,ꝙ vt puta Titius, qui est nominatus in libello accusationis citetur ad videndum se accusari,& talis citatio fit per edictum,& scripturam talia cõtinentẽ videlicet.Titius citatur,vt in termino tali debeat comparere ad videndũ eũ accusari,& ad se defendendũ, & ista citatio hoc modo scripta operatur hoc,ꝙ iste talis est annotatus inter reos,vt est tex.in l.fin.C. de requir. re. ibi, criminalis vero programatis tenor hanc tantam ferat de iure censurã,vt inter reos annotati,sumẽdo ibi programa pro edicto citationis,vt est text. iun.glo.in l.programa. & hr in rub.C.cõmi. vel epist.progra.& sit citatio per edictum , de qua loquitur Bar.in extrauag.ad repri.in verb.per edictum,circa med.Et ꝙ facta tali citatione dicatur esse inter reos est tex.in l.ij.C.eo.de requi.re.ibi, ex eo die, quo reus fuerit in iudicio petitus , & istud magis constat ex rub.ff.& C. de requir. re. & ex l.j.C.eo.ibi,sed annotari vt requiratur, ex quo dico , ꝙ per annotationem factam in citatorio nomẽ rei est inter reos, quia citatur tanquam reus,& vti persona,contra quã de crimine facienda est cognitio,& istud fit reo absente, qui adhuc non fuit in iudicio.Et propter hoc dico multũ differre inter se hæc duo. 335 †Videlicet ꝙ quis sit factus reus,vel ꝙ nomẽ rei sit receptũ inter reos. Nam qñ iudex porrecta accusatione sibi , & ea visa committit citationem,tunc nominatus factus est reus,quia nomẽ eius est annotatum pro reo,& ita loquatur l.j.ij.& fi.C.de requi.re. Si vero facta citatione reus abest,nec curat comparere,tũc iudex annotat bona,& nomẽ rei est receptũ inter reos,& sic quãdo cognita est absentia rei per iudicẽ,recipitur inter reos prout inquit Cic.in verrem act.iij.dũ dicit absentem credo in reos relatũ,& in actio.vlt.sthenij domũ per hospitium exhausit absentem in reos retulit, quod aliud est, ꝙ̃ reum facere.Et istud declarat.Bud. post Cice. in annot.poster.in xlviij. in c. impuberem.§.item si seruo.& secundum hanc differentiam , & cognitionem intelligitur tex.in d.l.adulterã.C.de adulter.qui dicit,ꝙ post crimẽ inchoatum mulier prouinciã excesserat, & ideo inter reos fuit recepta intelligendo ꝙ crimẽ erat inchoatũ per citationẽ,non aũt per litis contestationẽ , vt male sensit glo.ibi,& iudiciũ incipiat ab ea parte edicti, quę est de in ius voc.§.j.insti. de pę. tem. litig . & in rub.supra de in ius voc.& necesse est intelligere, ꝙ mulier excesserat prouinciã ante litẽ contest. cum ibi simus in iudicio publico , & in crimine capitali,in quo requiritur hoc,ꝙ & accusator & accusatus se constituant ad carceres ante principiũ iudicij,prout est casus in l.fi.C.de accus. vnde mulierem non poterat dici recessisse ex prouincia, cũ esset in carceribus , sed si volumus dicere eam aufugisse,nulla erat dubitatio in eo tex.cum haberetur pro conuicta de crimine,vt in l.in eos. & ibi not.per Bar.& alios supra de cust.re.& dixi in l.pe.§.ad crimẽ.supra de pub.iud.& tex.in l.maritus.§.præscriptiones supra de adul.intelligitur,ꝙ ibi fuerat porrecta accusatio , citatus, & quia erat absens, fuit receptus inter reos , habet annum ad se expurgandum, & recuperandum bona vt in l.j.ij.& tot.titu.supra de requi. re . Sed postquã ob absentiam fuerit receptus inter reos, si vult audiri a iudice non potest opponere exceptiones declinatorias,seu dilatorias,per quas impediatur accusatio , & amoueri debeat persona accusatoris,sed ille talis debet super meritis causam suã tueri, & istud euenit propter eius contumaciam,& quia est receptus inter reos, quod voluit text.ibi reddens rationẽ,ꝙ posteaꝙ̃ semel receptus est , non potest præscriptionem obijcere. Non ob.tex.in l.ij.in.§.extraneus supra de adul. in eo,quod vr̃ velle, ꝙ postꝙ̃ est factus reus non possit opponere exceptionẽ lenocinij, & sic ante possit ex quo reus factus dicitur , cognitio super exceptionibus dilatorijs,quia ille tex.intelligendus est in eo,qui cõdemnatus est de crimine adulterij,vt post condemnationem non possit obijcere crimen lenocinij. ex illis verbis in text. dum dicitur, posteaquã reus factus est criminis.i. condemnatus de crimine, vt est text. in l. defuncto supra de pub. iudi. ibi, qui reus fuit criminis.i. condemnatus vt ibi communiter intelligitur in condemnato per doc. Et ex istis dico non recte intelligi tex.in d.l.is q reus,in eo, quod Doc. dicunt,ꝙ anteꝙ̃ quis sit receputus inter reos, possit suum accusatorẽ reaccusare.Nam tempus nullum est,in quo quis possit reaccusare anteꝙ̃ sit factus reus,cũ facta citatione,vt iam dictum est, factus est reus,& clarum est,ꝙ ante citationem non diceretur reaccusare.Sed accusare principaliter.

336 †Et a citatione incipiat iudicium in ciuili vt in d.§.fin.quod & in criminali esse debet,cum ad instar ciuiliũ procedatur l. absentẽ infra de pœ. Præterea,ratio quæ datur in d.l. is qui reus, per Iurisconsultum , est vt non relatione criminum. Sed innocentia reus purgetur, quæ ratio est generalis ad vtrumque tempus,secũdum ꝙ distinguũt Doc. Siue sit receptum nomen,siue non,prout ipsi intelligunt, vsque quo fiat cognitio super exceptione dilatoria. cum itaque ratio sit generalis, & sit apta comprehendere vtrunque tempus secũdum distinctionem traditam per Doc.ergo & eius dispositio debet generaliter in vtroque tempore constituere l.regula.§.si quis, & ibi Bart. & alij supra.de iur.& fac.igno. Præterea istud, quod possit,antequam sit factus reus , reaccusare sumitur a contrario sensu in l.illa,dum dicitur, is qui reus factus est non reaccusat , ergo a contrario si non est factus reus,reaccusat.ista assumptio facta hoc modo inducit vnum quod est in parte correctorium rationis contentæ in lege dum generaliter rationem reddens dicit, ꝙ non relatione criminum,sed innocẽtia reus purgetur. si enim reaccusatio eo tempore daretur,vt dicunt Doct. relatione criminis se expurgaret,& sic per arg,a contrario sensu induceretur.l.correctio,quod esse nõ debet.

337 †Quia tale argu.non assumitur,quãdo insurgit correctio aliqua,prout no.in l.ij.supra de offic. eius.& etiã quia nulla est lex,quæ dicat, ꝙ antequam quis reus factus sit possit accusare, nisi

hæc

hæc assumpta a contrario sensu, & in l. neganda. C.qui accu.non pos.nulla temporis distinctio datur. Ideo intelligerem d.l.is quæ reus, quod non detur reaccusatio aliquo tẽpore per generalẽ rationẽ illius l.& etiam alia ratio dari potest quia reus videns se accusatum desideraret se vlcisci, & lacessitus se vindicare, quæ vindicta esset, accusando suum accusatorẽ.arg.text. in l. iij. supra ad leg. Aquil.ibi naturalis ratio permittit se defendere,& in l.qui cum natu maior.§.si libertus, supra de bon.liber. Item ex alio considerari potest, quia accusatus videns non posse aufugere pœnam accusationis, ad hoc vt rem protrahat, posset fingere crimen contra accusatorem,& querelam instituere,& sic iudicium defraudare ex quo l.voluit fraudibus prouidere,& obuiare, reaccu-

338 sationem prohibendo. † Cum lex fraudibus obuiet.l.iurisgentium.§.sed si fraudandi supra de pac.& ibi no.& in l.non dubium.C. de legib. & in c.finem litibus, de dol.& contu.

339 † QVARTO quæro, an testis examinatus post terminũ assignatum per iudicem faciat indiciũ.Bar.in l.ij.de appel.reci.col.fi.ver.tertio quęro dicit, ꝙ facit aliquod indicium, quia instrumenta non solenniter facta faciunt indicium l.sicut iniquum.C.de fide instru.Bal.in d.l.ij.col.pe. ver.vlterius.xiij.dicit, ꝙ testis receptus post terminum peremptorie assignatũ non facit indiciũ arg.l.qui Romæ.§.Augerius, supra de ver. obl.l. mancipiorũ.supra de opt.leg.& quod not. Innoc. in c.cũ in tua, qui matr.accu.pos.Nisi iusta causa mouisset iudicem, quia ex qua causa potest dare nouam dilationem, ex ea potest sine dilatione te-

340 stes recipere. † Quia dilatio non est de substantia probationis l.in crimine, supra de adult. Ang.Aret.in d.l.ij.concordando hæc dicta Bart. & Bal.videtur dicere, ꝙ dictum Bart. loquitur in criminali, secus in causa ciuili in qua examinantur testes sine dilatione, & ita intelligatur Bald. per not.per Bart.in extrauag. ad repri. in verb. sine figura iudicis, sed distinctio nõ videtur vera, quia & in causa criminali examinantur testes sine dilatione.ita Bartol. in d.l.in criminali.supra de adulte. secundum vnam lecturam. Aduerte ad dictum Bald. dum restringit conclusionem Bart.vt procedat in termino non peremptorie assignato, quia Bar.in l.Titia,in.§.vsuras, supra de leg.ij.& in l.mancipiorum. supra de opt.leg. di-

341 cit. † quod quælibet.ll.assignatio termini probatorij est peremptoria, absque eo quod exprimatur per tex.in l.pecuniarij. supra de fer. & Abb.

342 & Fely.in cap.licet causam, de proba. † Ego in hoc casu dicerem. ꝙ cum depositio testis non valeat post terminum. vt per Doc.maxime Are. in d.cap.licet causam, de testi.& per Ioan.Crot. in tracta.de testib. in vij.requis.nume.cclxx. & istud procedat ex facto iudicis & negligẽtia partis, quæ non examinauit, poterit tale dictum facere indicium qualequale ad instructionem iudi-

343 cis. † Cui nunquam præclusus est terminus ad accipiendas probationes vt not. in c. qualiter & quando.el ij.de accusa.vnde si proposita accusatione in termino assignato nil legitime probauerit, sed postea testes produxerit, poterit virtute illorum testium iudex inquirere,& procedere: quemadmodum dicimus in abolitione, quæ fit ad instantiam accusatoris, nam iudex poterit post ipsam inquirere l.ij.& ibi not.C.de abolit. sed si erunt aliæ probationes contra reum, ex quibus orta essent indicia contra ipsum, hęc examinatio coadiuuat, vt dixi supra quando facit qualequale indicium.

344 † TESTIS qui non debuit examinari ob reuerentiam, si examinatus fuerit, non facit indicium, vt est seruus, qui non debuit examinari cõtra dominum, vt est text.in l.j.§.diuus. supra hoc tit.& in l.diuus.in.§.ex quibus, supra eo. Vbi iurisconsultus argumentatur, ꝙ seruus non debet interrogari contra dominum, nec interrogatio valet.& multo minus indicia,& eodem argd.vtitur Iurisconsultus in d.l.j.in.§. Antoninus Seuerus.et ꝙ non oriatur indicium determinat Barto. in d.l. maritus, hoc titu.& ratio quia serui, vel alij qui ob reuerentiam non deponunt habent hoc, ꝙ de iure non possunt interrogari de ea re, & sunt ꝓhibiti,& etiam prohibentur respondere l.libertorũ C.de testi.& hanc rationem tradit Salyc.in l.ser-

345 uos.C.eod.de testi. † Ex hoc infero, ꝙ filius contra patrem propter reuerentiam non admittitur ad testificandum. ideo non faciet indicium l. parentes.C.de testib.Imol.tenet hoc in c.dilectorum, de testi. cogen. idem dicerem in liberto aduersus patronum, vel filium patroni qui ob reuerentiam nõ debet examinari, vt est tex.in l.iij.§. l.Iulia.in fi.ibi nam quidam propter reuerentiã personarum supra de testi. & idem dicerẽ in quocunque, qui reuerentiam habere debet, vt examinatus non faciat indicium, de quibus in l.quiq; litigandi.§.j.& ll.seq.supra de in ius vocan.

346 † TESTIS minor annis. xiiij. non debet examinari in causa criminali, vt est tex.in d.l. iij.§.lege Iulia ibi, quæue impubes erit, & ratio est, vt prohibeatur propter lubricum consilij sui vt in d.§.lege Iulia,& si examinatus fuerit,& nil opposuerit pars, attamen eius dictum est nullum, ex quo iure repellitur, ita determinat Angel.in authen.de testi.in.§.sancimus, loquens de impubere,& seruo. Subdens ꝙ licet ergo non fuerim ꝓtestatus ante aperturam testium contra personas & eorum dicta, vt est de more, tamen contra personam impuberis & personam serui,& eorum dicta potero opponere attestationibus publicatis, ea ratione, quia ipsorum testimoniũ sit ipso iure nullum quod dictum sequitur Hyppo.in l.de minore, in princ.nu.xxij.hoc titu. Aduerte ꝙ existimo omnes illos, qui enumerantur in d.§. lege Iulia, qui propter reuerentiam personarum,& qui propter lubricum consilij, & propter notam & infamiam, de quibus ibi non admittuntur ad testificãdum in causa criminali, sint prohibiti a principio, vt etiam si examinati fuerint, patiantur oppositiones,& contra personam & cõtra dicta, eo modo,& si adhuc non sit facta oppositio, possit publicatio processu opponi.cum sint ipso iure prohi-

347 biti. † Iste testis in hac ætate examinatus non facit indicium plenum sed qualequale, vt in

l.j.§.impubes.supra ad Syllan.& glo.in l.fina.C. de his quib.vt indig. & idem determinat Bart.in d.l.maritus, & ista talis qualisqualis probatio operatur hoc, ꝙ iudex potest inquirere, & sic facit indicium ad inquirendum, cum sit leuis probatio,& ita ꝙ sit indicium ad inquirendum, tenet expresse Bald.in d.l.fin.C.de his quib.vt indig. dicens,ꝙ impuberes cum leui tortura interrogantur, non ad damnationem sed ad instructionem, per glo.ibi dum dicit ad inquirendum non ad puniendum. Subdens. 348 † quod quędam valent ad præparandum, quæ non valent ad decidendum idest valent ad instructionem nō ad probationem l.fi.C.de accu.l.qui vltimo,infra de pœn.& quod no. Barto.in d.l.maritus.idem Bal.in.l.seruos.C. de testi.est in eadem sententia, dicens, ꝙ minor. xxv.annis. in causa criminali bene facit indiciũ ad inquirendum non ad decidendum per glo.in d. l.fin.idem Bald.in d.l.j.§.impubes, dicit post gl. in d.l.fi.ꝙ impubes non facit indicium,quod possit induci ad decisionem, Sed ad præparationem seu inuestigationem, & sic Bald.in omnibus prædictis locis non dicit,quod dictum impuberis facit indicium ad torturam, quamuis in l.inuiti.supra de testib. dicat ꝙ testis minus idoneus facit indicium, vt ibi not.& in d.l.fin.C.ad Syllan.adducens Cyn.in l. fina.C.de accus. & Spec.in titu.de teste.§.j.versi. item excipitur, in quo loco Bald. idem sensit, quod & in præmissis, vt non faciat indicium simpliciter ad torturam,dum allegat gl. in d. l.fina.quę vt dictum est loquitur de indicio ad inquirendum, & glo.in d.l.inuiti, dicit quod facit aliquod indicium & sic non simpliciter indicium habile ad torturam & Specu.enim d.versi. item excipitur dicit,quod minor.xx.annis admittitur ad indicium ne probationis facultas angustetur, & hoc quantum ad præsumptionem faciendã ex mente Acur.in d.l.inuiti, in quo loco vt dictũ est glo.dicit facere aliquod indicium. Alexan.in d.l.fin.C.de his qui.vt indig.sequitur simpliciter glo.ibi & alias gl.supra allegatas, & dicta Spec. remittens se ad eam declarationem, quam facit Barto.in d.l.maritus.& ex his dico,ꝙ male sentiunt & intelligunt dicta loca Brun.in d.tract.de indic. in iiij.colum. & sequen. dicens quod ex mente Alexan. Bald. Specu.in dictis locis faciat indicium ad torturam, quia istud est omnino falsum, & contra eorum mentem & verba prout retuli superius. & etiam Iaso.in dicta l. fin.C.de his quib. vt indig.dicens quod facit ex mente prædictorum indicium ad torturam, & quod non faciat indicium ad torturam & rectius sensit Hyp. in dicta.l.de minore, in prin. colum.vij. versicu. quæro modo.

349 † MINOR annis.xx.non debet examinari in causa criminali ad instantiam accusatoris, & si examinatus fuerit, non facit indicium nisi qualequale, vt est text.in l. in testimonium supra de testi.& differentiam esse puto ab hoc teste a præcedenti,ꝙ impubes non admittatur,nec faciat indicium etiam ꝙ fuerit examinatus ex officio,per tex.in d.l.iij.§.lege Iul. ibi in reum testimonium dicere,multominus si fuerit examinatus ad instantiam accusatoris, a xiiij. autem anno. & sic ab impubertate vsque ad xx.annum non possit examinari ad instantiam accusatoris per text. in d. l.in testimonium ibi accusator citare non debet. Secus autem si ex officio iudex examinaret,nam tunc existimo ꝙ faceret indicium ad torturam. Si modo alia concurrant, de quibus supra.

350 † MVLIER si fuerit examinata super crimine faciet qualequale indicium propter qualitatem sexus,ita tenet Bart.in d.l. maritus. Aduerte ꝙ communiter concluditur per Doct.ꝙ mulier de iure ciuili potest esse testis in causa criminali per glo.in c.forus.in.§.testes. de ver. sig. & glo.in c.ex eo.xxxv.q.iij.& Spec.in titu.de teste.§.j.in versi.Item quod est mulier. Abb. Aret. & Fely.in c.qm̃.de testi. Pro ista sententia adducitur text. in l. iij.§.lege Iulia.supra de testib. in quo mulier, quæ palam quæstum fecit repellitur deponere contra reum. Ergo a contrario sensu, si non fecit quæstum in causa criminali admittitur, adducitur etiam tex.in l.ex eo.eod.tit. cuius verba sunt clara,& adducitur etiam tex.in l. in quęstionibus.supra ad leg.Iul.maiest. vbi mulier fuluia,quæ erat meretrix. & sic infamis admittitur in eo crimine. ergo a contrario si non fuerit infamis,admittitur in quocunque:quia ius singulare dispositum in lege Iul. maiest. facit ius generale in alijs,ita Fely.in d.c.quoniam,& Ioan.Crot.in tract.de test.col.xij.nu.lxij.ex hoc constat,ꝙ cũ mulier possit esse testis in causa criminali, dicendum est ꝙ secundum eius depositionem debet facere indicium, vt in alijs testibus. Ideo cogita.

351 † De iure canonico mulier non potest esse testis in causa criminali vt in d.glo.c.forus.cap.ex eo. Dec.in d.c.qm̃,circa fi.dicit ꝙ ꝗuis Doct.cōiter ita teneant, attamen ista conclusio non probatur iure,quia tex.in d.c.forus.§.testes simpliciter dicit,ꝙ testimonium mulieris non est tante authoritatis,sicut masculi,quia varium & mutabile semper fœmina, Et sic lex generaliter loquitur non magis in causa criminali quam in causa ciuili. Sed ꝙ minus credatur quã masculo. Nec ob.tex. in c.mulierem.xxxviij.qõ.v.quia non distinguit causam ciuilem a causa criminali, sed tantummodo, quod sine consensu viri non potest testificari. vnde accedente eius consensu poterit testificari tã in causa ciuili quã criminali.& etiam quia de iure ciuili reperitur expressum, ꝙ mulier possit testificari in causa criminali vt d.l.ex eo.supra de testi. Nec contrarium inuenitur decisum de iure canonico, ergo ius ciuile est seruandũ c.j. de no. ope.nunc. Aduerte circa hanc conclusionem ꝙ text.in d.c.forus, satis clare videtur decidere ꝙ mulier non possit esse testis,cōsiderando tres qualitates,videlicet conditionem,naturam,et vitam, vt in illis non sit locus attestationi. Nam in primo conditio serui prohibet ipsum testificari,mala fama,& mala vita repellit testem, & sic in illis duabus considerationibus testis repellitur. Absonum enim esset ꝙ in tertio capite naturæ, quæ est media inter illas duas, admitteretur, ꝙ testis esset bonus, Cum ibi illa tria sint parificata ad ostendendum inhabilitatem testis, ergo

ergo non possumus dicere ꝙ in altero detur habilitas. Nam cum plura sint parificata, non debet diuerso iure censeri. l. iam in hoc iure, & quæ ibi not. supra de vulg. & pupilla.

352 †TESTIS infamis, siue sit infamia iuris, siue sit infamia facti non potest esse testis in causa criminali. Cum probationes esse debent luce meridiana clariores l. fina. C. de probat. & istius testis fides vacillat c. testimonium de testi. Ita no. Bart. in l. j. C. de sum. Tri. colum. iiij. versi. habet ergo, & Bald. ibi col. iiij. in v. opposit. & Saly. ibi in fin. Vnde si infamis fuerit examinatus facit qualequale indicium, vt per Bartol. in dicta l. maritus, & Bald. in d. l. j. qui dicit, ꝙ probat ad inquirendum, & de istis vide late Ioan. Cro. in tracta. de testib. in tertia par. princi. nume. xxj.

353 †Intellige omnes prædictos casus in minore, in muliere, infami, vt non faciant indicium ad torturam, nisi sumus in casu. in quo aliter veritas haberi non possit. Quia tunc non repelluntur, vt in minore loquitur Ioan. And. in additio. ad Specu. in titu. de teste. § primo. versicu. item excipitur ꝙ est impubes. & Alberi. in l. in testimonium. supra de testib. & Iason. In dicta l. fina. C. de his quib. vt indig. & Hyppoly. in dicta l. de minore, in princi. nume. xxiiij. In muliere tenet Ioan. And. in dicto titu. de teste. §. j. versicu. Item quod est mulier. & Alberi. in dicta l. in testimonium. & Alexan. in consi. xxiiij. Animaduersis his, colum. iiij. versicu. non obst. volu. ij. dicens, quod vbi probatio aliter haberi non potest seu difficilis est mulier admittitur not. Hyp. in dicta l. de minore, in princi. nume. xxv. & Ioan. Cro. in tracta. de testi. nume. lvj. In infami. ꝙ admittatur similiter in defectum probationis, habetur per Salyce in dicta l. j. in fin. C. de sum. trini. & fid. catho. & ibi Iaso. colum. xij. nume. lj. & ita debet intelligi quod dicit Ioan. Crot. in dicto tract. de testi. nume. xlviij. vt infames examinati faciant indiciũ si examinatio fiat in subsidium, alias non, vt aperte dicit Salyc. in dicta l. prima. in fin. & ibi Oldra. Bald. & Fulg. vt refert Iaso. in dicta l. j. d. nume. lj. Sed aduerte ꝙ prædicti omnes Doc. pro comprobando ꝙ hoc faciat indicium adducunt tex. in l. qui vltimo infra de pœn. qui tex. ex sententia Bartol. Bald. & Rom. probat hoc ꝙ infamis examinatus faciat qualequale indicium, prout dicam infra in verb.

354 socij dictum in ver. ratio potest esse. †Istud autem ꝙ veritas aliter haberi non possit, intellige quando ex natura negotij vel facti verisimiliter haberi non potest. Sed quando potentia plures interuenire potuissent, licet actu interuenerit nisi isti inhabiles. Tunc procedat præcedens dictum, vt si probatio esset facienda per testes clericos, & in eo loco non reperiatur nisi vnus Clericus alij inhabiles, & qui alias regulariter repelluntur, in subsidium isti admitti debent. Ita intelligit Ant. de But. in c. tertio loco, de probat. & in consi. xxiij. quæstio hæc in dubia, col. fi. versi. non ob. & Ias. in d. l. j. C. de sum. Tri. & in d. l. fin. C. de his quib. vt indig. & Ioan. Crot. in d. tract. de testi. nu. lxxj.

355 †TESTIS qui cogi nõ potest ad deponendũ, si coacte deposuerit, non facit indiciũ aliquod ẽt ad procedendũ l. j. §. si seruus. el j. supra hoc tit. & ibi Bar. no. Bal. & Saly. in l. seruos. C. de testi. volẽtes, ꝙ testis qui nõ põt compelli. si impulsus examinatus fuerit, non facit indiciũ. illi autẽ qui inuiti nõ cõpelluntur ad testimoniũ dicendũ sunt enumerati in l. lege Iulia cũ quatuor seq. ll. supra

356 de testi. †Si vero isti qui nõ possunt cogi voluntarie deposuerint. tunc faciunt indiciũ, vt in d. ll. a cõtrario sensu. & ad hoc ꝙ isti tales dicãtur voluntarie deposuisse, debet istud notari penes acta alias præsumerẽtur deponere inuiti. prout voluit Bart. in auth. presbyteros, la ij. C. de epis. & cle. dicẽs, quod cũ tales testes producũtur volẽtes scribi faciat in actis, ꝙ volẽtes testificantur. & deponunt, alias præsumerẽtur deponere inuiti, & ita vidit de facto seruari. Sed Bal. in d. auth. circa finẽ. dicit ꝙ ista opin. non est vera nec sibi placet.

357 †Eo quia nõ præsumitur coactio iudicis vbi quo cogẽdus nõ est, immo præsumitur spõte fieri, cum præsumatur pro iudice l. ij. C. de offic. ciuil. iudi. Imo. & Fely. sequitur opi. Bal. in c. dilectorũ. de test. cog. Ego existimo, ꝙ opi. Bal. sit verior, nã isti tales qui nõ possunt cõpelli possunt examinari in certis casibus, vt puta volẽtes, & ẽt quando veritas aliter haberi nõ posset, vt dicã infra. Ideo si fuerint examinati, præsumendum est ꝙ in casu

358 præmisso sit facta examinatio. †Nã in dubio quis præsumitur actũ facere in casu sibi concesso, nõ aũt in casu prohibitio, & sic in eã partem per quã potius actus valeat ꝙ̃ pereat l. quoties. supra de verb. obl. & l. quoties supra de reb. dub. & c.

359 Abba. de ver. sig. †Intellige pdicta, qd isti inuiti non possunt cõpelli nisi in casu qñ veritas aliter haberi non possit. prout voluit Hosti. & omnes Doc. eum sequuntur in c. j. de testi. cogen. & hoc ne veritas occultetur. Quomodo autem intelligatur hoc, ꝙ veritas aliter haberi non possit, dixi

360 supra in præced. proxi. indicio. †Insuper aduertendum est ꝙ ille, qui vult compellere testem ad deponendum sub eo prætextu ꝙ veritas aliter haberi non possit, debet illud probare. Ita not. But. Imo. & Fely. in c. super eo. de testi. cogen. ea ratione quia testes ipsi fundant excusationem in iure cõi, ideo volẽs in certo casu ipsos testes compellere debet exceptionem & casum compulsionis probare not. glo. in clemen. fin. de rescrip. in versi. creatum.

361 †TESTIS domesticus producentis examinatus contra aliquem reum non facit indiciũ l. pridem. C. de quæstio. tenuit. Spec. in titu. de teste. §. j. versicu. quid si testis domesticus, dicens ꝙ non inducit præsump. & hoc modo intelligit Bald. dictum Specu. in l. inuiti. supra de testib. dicens quod testis minus idoneus facit indicium vt ibi, quod secus est in teste domestico qui non

362 facit indicium, & hoc clare constat. †Quia domesticus non potest examinari ad fauorem illius, cuius est domesticus l. idonei. supra de testib. l. etiam. C. eod. de testib. & in. §. item idonei. iiij.

363 q. iiij. †Sũt aũt domestici & familiares seu de domo, seruus, colonus, libertus, ascriptitius, merce

narius qui recipit mercedem, non qui seruit gratis, ita Spec. in tit. de teste. §. j. ver. item excipitur, & ver. sed de quo mercenario, & versi. sed quid, sed Io. And. in addit. in d. ver. sed de quo mercenario, dicit ꝙ famulus gratis seruiens dicitur domesticus per tex. in c. fi. de verb. sig. lib. vj. quem sequitur Fely. in c. in literis. col. j. versi. ex quo datur, de testi. Item pater est domesticus filio & ecõtra. Item vxor viro siue timeat maritum siue nõ vt per Fely. in d. c. in literis. colum. iij. versi. fallit quarto, & domestici dicuntur latius qui viuunt ad vnum panem & ad vnum vinum, vt in auth. de Monac. §. cogitandum, & familiares dicũtur omnes qui sunt sub alicuius imperio de iure vel de facto, ita not. Bald. de vtroque in d. c. in literis. per text. in l. qui iurisdictioni, supra de iuris. om. iudi. & in l. j. C. si rector prouinciæ. & in l. j. C. si quacunque prædi. pote. cum alijs. 364 † Prædicta oĩa restringuntur per Doc. & maxime per Fely. in d. cap. in literis, quæ omnia ponit Hipp. in l. j. §. ad quæstionem, supra hoc ti. vt domesticus seu familiaris admittatur, & sic faciat indicinm, quotiens summus in subdito principis, si modo non sit terribilis superior & non solitus inferre violentiã subditis. Item si est familiaris valde honestus, prout sunt familiares episcoporum. Item si verisimiliter melius sciri potest per domesticos, & familiares, quam per alios, vt per Bart. in l. quoties. C. de naufra. lib. x. Item si in eadẽ potestate est, & is, qui deponit, & is contra quem deponitur, vt per Abb. in c. literas, col. iij. de præsump. & latius per Doc. in locis prædictis. 365 † Aduerte ad vnũ ꝙ dicit Brun. in d. tra. de indi. col. iij. in hoc indicio domesticitatis volens, ꝙ Bar. in. l. ij. supra de excu. tu. dicat indicium oriri per testem familiarem, adducendo glos. in l. j. supra de test. quia in primis illa lectu. non est Bar. Sed Nic. de Neap. & glo. quæ allegatur in d. l. j. supra de testi. nil dicit, nec est verum. ꝙ per ipsum concluditur, quia testis familiaris regulariter ex iuris dispositione repellitur a testificando, vt dixi, nec dici potest bonus, nec idoneus, & tamen vnus testis de visu (ad hoc vt faciat indicium) debet habere dictas qualitates, vt dixi supra in verb. testis de visu.

366 † TESTES plures singulares deponentes super diuersis indicijs, an coniungantur ad faciendam probationem, vt oriatur indicium ad torturam Bald. in l. si quis ex argenterijs. §. j. supra de eden. dicit, ꝙ si species probationum sunt in sua specie imperfectę. verbi gratia vnus testis probat de veritate, vnus de fama, vnus de indicio, hæc probatio non valeret; quia non est in sua specie perfecta, nam vnus testis de fama non probat famam, vnus testis de indicio non probat indicium, immo requiruntur saltem duo testes l. fi. C. fa. ercis. & ibi not. Et per Inno. in c. sicut de simo. & dicit Alex. in consi. clxxxj. in causa Angelorum col. ij. ver. rursus, vol. ij. ꝙ vbicunque contingat fieri probatio indicij per vnum testem, & similiter si fiat probatio de alio indicio per vnum aliũ testem, vbi requirebantur duo, tunc tales testes singulares non iunguntur ad faciendum vnũ indicium perfectum quia vnumquodque de per se est imperfectum, vt per Bald. in d. l. si quis ex argentarijs, & per But. in c. licet, de testi. hoc idem sensit Bar. in lec. antiqua in l. ij. in. §. ætas autem, supra de excu. tut. dicens ꝙ quando plura veniũt ad perfectionem vnius toti, vt in casu illius legis, tunc verificatur illa regula quæ non prosunt singula, multa iuuant, si vero sint multa, quæ veniunt ad perficiendum diuersa tota, tunc quæ non prosunt singula, nec multa iuuant l. spadonem. §. qui auitam. eo. tit. vnde cum probationes veniant ad diuersa indicia, ideo non coniunguntur, idem Bal. in l. spadonem. §. qui iura, tenet idem, dicens quod quædam sunt quæ requirunt certam speciem, & tunc diuersæ species imperfectæ nihil operantur; quia ex pluribus concurrentibus non augetur effectus, cum non veniant ad integrationem vnius speciei, ita ex pluribus testibus singularibus non resultabit plena probatio, quod dictum sequitur Alex. in consi. xxj. Repetitio in causa merici. col. j. vol. iiij. 367 † Volens non coniungi testes singulares ad faciendam probationem. & idem Alex. in consi. xiij. ex his, quæ in themate, col. fi. volu. j. sequitur dicta Bald. in d. locis, & voluit Ant. de But. post Cald. in c. veniens, circa fin. de test. & multi alij Docto. quos adducit Hip. in sua pra. in. §. diligenter nu. cxlix. Contrarium sensit Raph. Fulg. in l. fina. C. fami. ercis. vt refert Brun. in trac. de indic. col. ij. dicens ꝙ vnicus testis facit aliqualem pręsumptionem, & ideo si plures sint testes singulares de singulis indicijs deponentes dicetur plures esse præsumptiones, quæ faciant vnum indicium ad torturam arg. l. instrumenta domestica. C. de probat. & l. ij. §. ætas, supra de excu. tu. exemplificando. Pone ꝙ vnus testis dicit se vidisse Seium vulneratum, & in terram prostratum & interrogatus, quis vulnerauit, respondit Titius, hic est vnus testis super indicio deponens. Alius dicit se vidisse Titium sanguine aspersum, & euntem, euaginato ense. Alius dicit se vidisse hunc Titium exeuntem directo tramite, & voluentem se versus nemora & occulte se latitantem, Certe hi singuli testes de singulis indicijs deponunt, & tamen nemo sanæ mentis negabit, quin hæ præsumptiones faciant sufficiens indicium ad torturam ar. d. l. & illius regulæ & quę non prosunt singula multa iuuant. subdens idem Brun. ꝙ Ioan. de Mon. sperel. in l. admonendi. de iureiur. dicit, ꝙ licet plures semiplenæ vnius semiplenæ probationis non coniungantur ad faciẽdum vnam semiplenam, tamen coniunguntur ad faciendum indicium ar. no. in l. fi. C. de probatio. & vt refert Cacialup. in d. l. admonendi, subdens etiam idem Brun. ꝙ istud putaret verius, quando illi singuli testes essent multum notabiles, & magnæ authoritatis. quoniam licet testes singulares non probent, tamen si sunt ita notabiles, quod adducant iudicem ad indubitatam fidem, iudex nõ debet curare de illa singularitate per dictũ Paul. de Cast. in l. Lucius. in recollectis Florentinis. supra de infam. & in d. l. admonendi. præcedens dictum Fulg. refert & sequitur Sozi. in consi. liiij. visis testibus examinatis. col. j. ver. tertio & vlt. vol. iij. Et Hip. in. §. diligẽter. in sua prac. nu. 194.

In hoc

368 †In hoc articulo ex mente, & intentione dictorum scrib. Distinguerem, ad cōcordandas prędictas opin. quod aut sumus in indicijs remotis a maleficio, & in quibus vna probatio non infert in aliam, vt puta, si per vnum testem probetur inimicitia & per alium probetur transitus viæ, in qua quis fuit interfectus, & per alium probetur delatio armorum in non solito, vel fama, vel minæ, & sic probentur tria ex prædictis indicijs per testes singulares, hoc in casu non fiet coniunctio ad faciendum indicium, & eo modo, si per vnum testem probetur vnum indicium propinquum maleficio, vt puta, ꝙ visus fuit exire cum gladio sanguinolento, vel visus admenare. & non percutere & postea per alium testem probetur inimicitia, minæ, transitus, vel quid aliud simile, & hoc in casu dicta testium non coniungentur ad faciendum indicium stante singularitate. Et ita procedat pręcedens opi. Bald. in d. l. si quis ex argentarijs, & aliorum post ipsum tenentium testes non coniungi ad faciendum indicium. Aut sumus in indicio propinquo maleficio, & vrgenti, & tunc si erit probatum per vnum testem, & per alios testes singulares sint probata indicia, quæ veniant ad declarationem, & coadiuuationem primi indicij. Putarem, istas singularitates, coniungi ad faciendum indicium ad torturam, vt puta, si vnus testis dicat vidisse Titium admenantem cum gladio, sed non vidisse percutere, alter dicat vidisse gladium sanguinolētum, & alter dicat vidisse ipsum Titium espersum sanguine se mundantem, vel ꝙ visus fuerit vnus prope mortuum cum cultello, & dicat testis vnus hoc, & alter dicat vidisse aufugere ex loco delicti cum gladio, & alter dicat vidisse gladium sanguinolentum. Hæc nanque tria per testes singulares probata facerent indicium ad torturam, & coniungerentur, & ita procedat opin. Ful. & sequatium, & ratio potest esse quia in istis testibus dictum vnius coadiuuat dictum alterius, nam hoc casu, quia vnus adminiculatur alteri, & continent verisimilitudinem seinuicem coniungentem fiet accumulatio ad probandum indicium, ita voluit Bald. in c. licet causam. col. iiij. 369 versi. & not. de probat. †Dicens, ꝙ singularitas testium coniungitur quando dictum vnius coadiuuat dictum alterius, & idem Bald. in rub. de controuer. inuest. Et in auth. rogati circa fin. C. de testi. & voluit Dec. in d. c. licet causam. nu. xvj. versicu. & hoc primo, de probat. & sensit Sozin. in dicto consi. liiij. Istud autem magis procedere existimarem, quando essemus in casu. in quo delictum esset occulte perpetratum, & exinde esset difficilis probatio, per ea, quæ voluit Anto. de But. in cap. veniens, in fin. de testib. quamuis Iaso. videatur eius dictum impugnare in d. l. admonendi. nume. cclvij. loquens tamen de plena probatione.

370 †SOCII dictum an faciat indicium ad tor-371 turam, pro eius cognitione præmitto. †Quod reus non potest interrogari de consocijs nisi in certis casibus pro vt distinguit Bartol. in l. repe. §. primo hoc tit. dicens, ꝙ quædam sunt delicta, quæ non committuntur principaliter in offensam alicuius seu odium, sed propter commodum committentium, vt falsare monetam seu fabricare falsam monetam. Item latrocinia facere. Nam latrones non odiunt aliquem, sed diligunt ea alterius, & isto casu possunt interrogari de sociis, & probatur in l. diuus, supra de custo. reo. & l. prouinciarum. C. de fer. & l. fi. C. de malefi. et mathe. ita intelligo l. qui vltimo. infra tit. j. Et ita intelligit. l. fi. supra ad exhiben. quædam sunt delicta quę committuntur principaliter in alterius iniuriam, & odium & in istis confessus de se non debet interrogari de aliis, vt hic & l. fi. C. de accus. fallit in casu d. l. si prius, supra ad Sylla. ex prædictis dico ꝙ fures possunt interrogari de sociis, & de receptatoribus, & similibus arg. d. l. diuus, supra de custo. reo. Ratio prædictorum est quando committitur delictum in alicuius iniuriā, quia alios delinquentes possunt accusare, sed non est ita in delictis quæ non committuntur principaliter in alterius iniuriam, Ideo magis permittitur iudici inquirere, Dictum hoc Bar. sequitur Butr. Abb. in c. j. de confes. Alex. in addi. in d. l. repeti. dicit, ꝙ Salyc. distinguit in alia materia, & idem Alex. sequitur opinionem. Bar. in consi. lxix. visa facti naratione, vol. ij. Et Dec. in c. quoniam in fi. de testi. Salyc. in l. fin. col. ij. versicu. sed Bart. C. de accus. dicit hanc distinctionem Bartol. sibi non videri veram. Nam & si latro affectet res & non personam nisi propter res tamen hęc affectio fit cum iniuria domini, Ideo est, qui eos accusare potest. Et sic eius diuersitate attenta non deberet de sociis interrogari, quod tamen est falsum. Item maleficus in alienum odium sua facit maleficia, & tamen de sociis interrogatur vt infra de malefi. & mathem. l. fin. Item crimen lęsæ maiestatis contra principem committitur, & tamen de socijs interrogatur vt infra ad leg. Iul. maie. l. pen. & fin. Quinimo in crimine homicidij fuit interrogatus seruus de consociis & probatur in l. j. §. fi. hoc tit. vnde dicit Saly. aliter distinguē-372 dum esse. † Et hoc modo. ꝙ aut persona inquisita, vel accusata est seruilis conditionis, & tunc de mandatoribus vel consocijs interrogari potest ea ratione, quia vt plurimum tales personæ vtimeticulosæ sine socij instigatu, vel mandato non consueuerunt grandia delicta cōmittere, vel attentare, ad hoc accedat l. cuicunque circa medium, supra de ser. fug. l. fi. infra ad le. Iul. maie. & supra ad exiben. l. fi. Ad Syllan. l. si certus, & l. prius, & d. l. j. in fi. hoc titu. quę omnes in seruis loquuntur. aut persona accusata, vel inquisita est libere conditionis, & est vtilis, & tunc in criminibus, quæ sine sociis regulariter nō committuntur, credi de sociis interrogari posse, vt prouincia purgetur eis arg. l. congruit supra de offi. præsid. & ad hoc accedant ll. quę dicunt latrones interrogari, de sociis vt l. prouinciarum. C. de feri. et l. diuus. supra 373 de cust. re. †Cum enim latrones sint, qui stratas aggrediuntur publicas vt l. capitalium. §. famosos. infra de pœn. & hi soli nō sunt sed plures, nec sine receptatoribus, ideo faciliter lex permisit de eis interrogari, cum vt plurimum sint ignoti & occulti, Idem potest dici de falsificantibus

monetam vt l.j.C. de fals. mon. cum regulariter plures in eo ministerio sint necessarij, idem de eo qui contra Principem mollitur, quia talia non cõsueuerunt sine sociis attẽtari, in criminibus vero, quæ sine sociis pluribus committi solent, tunc aut delictum est contra salutem communem omnium. & tunc de sociis potest interrogari vt l. fin. C. de malefi. & est ratio, quia etiam contra socios inquirere intendit ad communem salutem omnium, nisi radicitus tale vicium extirpetur, saluus communis non habebitur, dictum hoc Salyc. sequitur Barba. in addit. ad Abb. in d. cap. j. de confes. Et Ang. in trac. malefi. in verbo. fama publica col. iiij. versi. quæro an particeps, transit cum opinione. Saly. Imo. in d. c. j. de confes. dicit, ꝙ hęc ratio Bart. de qua supra forte non est multum generalis, quia etiam passus furtum vel robariam verisimiliter procurabit punitionem, & ideo videtur, ꝙ ratio sit odium ipsorum latronum, vt l. prouinciarũ. C. de feri. Item maleficus in alienum odiũ suam maleficia facit, & tamen interrogatur de sociis l. fi. C. de malefi. Item crimen læsę maiest. cõtra Principem committitur, & tamen de sociis interrogatur vt hic, & in l. j. in fi. C. ad leg. Iul. maie. Item in crimine homicidij seruus interrogatur de consociis l. j. §. fin. hoc tit. Si volumus verba Bar. ita simpliciter intelligere prout intelligit Saly. fuisset crassa deductio per Bar. si præsumeremus, ꝙ ignoraret hoc ꝙ ex furto rei alienæ non fiat iniuria domino. vnde potest saluari Bar. ꝙ bene intellexit distinguendo, ꝙ principaliter fiat ad commodum proprium. & non principaliter ad iniuriam, Nam Bart. in l. ambitiosa. infra de dec. ab ord. facien. in cognitione principalitatis distinguit ꝙ aut est principale ordine, naturę, vt est iniuria facta filio, vt principali. & sic ipsius filij est post sit patris, cui competit actio iniuriarum & iste est ordo naturæ demonstrans iniuriã principaliter in filium. Alio modo considerari secundum ordinem intellectus. vt principaliter dicatur respectu finis, vt est in fideiussore, vel mandatore qui obligatur respectu rei principalis. Nã dato quod primo obligetur fideiussor, & mandator, attamen finis est, vt obligatio sit facta post reum debitorem, & istud est principaliter in facto, vt reus obligetur, & postea fideiussores, vnde in casu nostro possumus dicere Barto. considerasse principalitatem respectu ordinis naturæ, vt qui furto subtrahit, qui falsam monetam fabricat, istud agit principaliter pro eius vtilitate, & comodo dato quod postea oriatur iniuria in personam principis, vel in personam domini, & iste est ordo naturæ consideratus per Bart. in secundo etiam capite datur iniuria etiam principaliter respectu animi iniuriantis, & hoc modo posset saluari decisio Bart. vt persona domini & principis

374 sit secundario non autem principaliter. † Aduerte quod possumus attenta ea dispositione, quod ex consuetudine fiat interrogatio in omni casu vt dicit Gandi. siue Bartol. in tract. de quæstio. in iiij. col. & Iaco. de Bel. in sua prac. crimi. in titu. de quæstio. colum. xj. versi. iuxta hoc quæritur, & attenta ea consuetudine quæ est in tota Italia, ꝙ iudices de quocunque casu possunt inquirere, & inquirunt vt per Gand. in trac. malefi. in rub. quõ de malefi. cogno. per inquisit. col. j. vers. sed hodie, & Alber. in l. ex quidem col. ij. versi. de consuetudine tamen. C. de accusa.

375 † Distinguerem in hac materia, ꝙ aut sumus in accusatione & in alijs casibus, in quibus proceditur virtute accusationis, & tunc interrogatio non possit fieri de cõsocio, & ita loquatur text. in l. fin. C. de accus. eo maxime quia omnia, quæ geruntur per iudicem procedendo super accusatione, fiunt ad instantiam accusatoris.

376 †Nec potest iudex procedere ad torturam in iudicio accusatorio, nisi sit facta instantia per accusatorem glos. in l. quicunque. in verbo oportet. C. de ser. fug. Bal. in c. j. in. §. iudices, de pac. tenen. & etiam nimis graue esse, ꝙ plures personæ interponerentur in eo iudicio accusatorio, & onus non debet imponi nisi volenti, & sic in casu accusationis non dabitur interrogatio de consocijs ne fiat iniuria & grauamen ipsi accusatori. Aut sumus in casu, in quo iudex procedit ex inquisitione, vel in eo iudicio, ex quo nullum grauamen infertur accusatori, sed totum pendet ab officio iudicis, & tunc interrogatio fieri possit de consocio, quia ad officium iudicis spectat expurgare ciuitatem malis hominibus l. congruit. supra de offi. præsi. & ideo procedendo ex officio poterit interrogare de consocijs, & ad hoc faciunt omnia iura quæ adducuntur pro ista parte, & eo casu, in quo interrogatio de socio fit. primo tex. in l. diuus, la ij. supra de cust. & exhiben. reo. loquitur in casu inquisitionis, dũ vult. ꝙ Irenarchiæ debent captis latronibus eos interrogare de socijs, & receptatoribus, & sic ibi non proceditur per accusationem sed ex officio, eodem modo in l. prouinciarum. C. de feri. dicit procedi contra latrones diebus festiuis, & sic ordine iuris non seruato ob id, quia proceditur ex officio text. in l. fi. C. de malefi. & mathe. admittit interrogationem de socio eo, quoniam in eo crimine dato ꝙ in eo casu sit instituta accusatio, non proceditur super accusatione ob id, ꝙ accusator teneatur in aliquo, neque in eo delicto potest grauari ex nominatione sociorum: quia non tenetur de calumnia accusator, neque habetur tanquam delator, sed pręmium consequitur vt est text. in l. nullitas. C. de malefi. & math. & in simili est tex. l. nulli. C. de episco. & cle. in fin. tex. in l. qui vltimo, infra de pœn. loquens de eo, qui damnatus fuit ad bestias, intelligi potest in eo casu, in quo iudex vult procedere ex officio inquirendo, non autem ad accusationem. Sed aduerte quod Bart. in l. maritus. eo. titu. dicit, quod deponens in casu illius l. non facit indicium sed qualemqualem præsumptionem. vt dicam infra, & intelligendus est quando proceditur ex officio. Eodem modo tex. in l. fin. supra ad exhiben. Item & tex. in l. j. C. de fal. mon. loquuntur, quod, & si detur accusator, non tamen tenetur in aliquo virtute accusationis, sed habet præmium. neque tenetur ex calumniatore, nec pœnam patitur, ideo fit interrogatio de socio ita est tex. in d. l. j. de fal. mon. tex. in l. j. §. j. hoc ti. loquens de seruo q finxit crimen

tamen in se, & mentitus est, potest intelligi dupliciter in eo, ꝙ dicit, interrogationem fuisset factam de socio primo, quia ibi interrogatio erat facta pro liberando ipsum seruum; quia dubitabitur, ꝙ delictum imputatum non esset verum. & ideo interrogatio fit ab liberationem, & sic ad finem bonum & exinde admittitur ita intelligit illum tex. Alb. in d.l. fin. C. de accu. vel aliter possumus intelligere ꝙ ibi procedebatur inquirendo cõtra seruum, nec erat accusator, cum ipsemet crimen finxisset tex. in l. prius. supra ad Sylla. intelligi debet ꝙ fiat interrogatio de consociis propter naturam criminis & Senatuscon. Syllan. per quod proceditur contra omnes seruos de quibus est suspicio. & prius interrogantur de eorum criminibus, & postea de consociis & possumus dicere prout dicit Bar. in d.l. repeti. ꝙ istud est speciale vt serui interrogentur de consociis, vt habetur in to. titu. ff. & C. ad Syllan. 377 † In ea quæstione. An dictum socij faciat indicium ad torturã, quia Doc. communiter confundunt isto casus, ideo videbimus. 378 † Primo an nominatio facta per reũ in tortura faciat indicium contra nominatum in illis casibus, in quibus de iure permissa est nominatio. Secundo an faciat indicium in illis casibus, in quibus non conceditur nominatio. Tertio an socius tanquam testis assumptus nõ vti reus faciat indicium contra nominatum. In primo casu Salycet. in l. fin. C. de accus. dicebat ꝙ talis depositio & nominatio socij non faceret indiciũ, eo, quoniam est criminosus, ideo repellendus, cũ etiam sit particeps criminis. Ideo eius dicto non sit standum l. si filius. C. de libe. cau. & ibi not. Item quia militat ratio de qua in d.l. fin. Contrarium tamen determinat dicens, ꝙ ex eo dicto solo & nominatione non oritur indicium ad torturam, sed oritur iuncta præsumptione, seu indiciis, quæ erant contra ipsum reum. Ex quibus indiciis oritur verisimilitudo contra ipsum nominatum. nam si non fuissent indicia existentia contra reum, is non fuisset positus ad torturam nec interrogatio subsecuta, & hoc modo intelligi debet dictum Salyce. in d.l. fi. ver. quæro nunc, dum dicit ꝙ non debet torqueri reus super sociis, nisi cum socios negaret & legitima præsumptio esset contra eum, ꝙ socios sciret, & vbi de eius scientia non est præsumptio iusta torqueri non debet, & eodem modo non fit interrogatio specialis, nisi contra eum contra quem interrogatur præcedat legitima præsumptio. vnde si fur seu latro contra quem erant indicia de spoliatione, subtratione, et furto, quæ delicta verisimiliter non possunt fieri in eo casu, nec fiunt ab vno solo, & hic talis indiciatus de his delictis, si ponitur ad torturam, & nominat socium, coniungitur verisimilitudo oriens ex primis indiciis insimul cum dicto rei quæstioniati. & ex tali coniunctione oritur indicium ad torturam contra nominatum, non autem intelligi debet dictum Saly. vt nominatus habeat indicium ad torturam existentibus aliis præsumptionibus contra ipsum, sed sufficit nominatio facta, præsupponendo, ꝙ ille, qui est tortus, sit legitime tortus, & infrapositi Doct. tenent indistincte dictum correi in prædictis casibus facere indicium ad torturam, & istud tenuit Cyn. in d.l. fin. But. Abb. Imo. in c.j. de confes. Barto. in trac. de quæstio. col. iiij. versi. sed nunquid, quod etiam positum est in operibus Gan. de malefic. in titu. de quæstio. d. versic. sed nunquid, sensit Alex. in consil. lxxxix. viso themate col. ij. versicu. quinimo vol. iij. quamuis Hip. in d. §. diligenter, nu. lx. adducens multos pro ea opinione, ꝙ requirantur præsumptiones vltra confessionem, & præcipue Imol. in d.c.j. de confessis qui tamen indistincte tenet opinionem iam dictam, ꝙ nominatio sola faciat indicium ad torturam, & Augu. de Arim. in addit. ad Ang. de malefi. in verbo. fama publica nu. xxxj. male allegat Gand. & Guid. de Suza. in suis trac. quod requirantur. alia indicia penes dictum torti; quia simpliciter loquuntur indicium facere, quod tamen intelligo vt supra. Ratio potest esse, quia videmus ll. concedere in casibus iam dictis, interrogationem posse fieri de sociis legitime, tamen vt supra si indicium non orietur habile ad torturam, frustra lex voluisset, ꝙ interrogatio fieret, & ideo ad hoc (vt talis dispositio effectum habeat) necesse est dicere oriri indicium ad torturam. 379 † Cum lex & eius verba intelligi debent cum effectu l. pen. §. pen. supra ne quis eum qui. l.j. supra quod quisq; iur. gloss. in c. fin. de sponsal. sed aduerte ꝙ l. qui vltimo allegatur per Bar. & Bal. & Roma. ꝙ faciat qualequale indicium, ideo in hoc casu distinguerem ꝙ aut reus legitime interrogatur, quia præcedunt indicia de consociis in generali vel speciali interrogatione, & tunc oriatur indicium aut non præcedunt alia indicia, & tunc faciat qualemqualem præsumptionem, & hoc modo intelligatur d.l. qui vltimo, & quod dicit Bart. in l. maritus, hoc tit. & Bal. in l. seruos. C. de test. & Ro. in l. & si certus, supra ad Syllan. volentes ꝙ ex d.l. qui vltimo oriatur qualequale indicium. 380 † Requiritur hoc tamen primo ꝙ talis confessio sit facta, seu nominatio in tortura, aut statim deposito reo de tortura, alias non valeret arg. tex. in l. petens. C. de pac. Ita tenet Alb. in d.l. fi. C. de accu. Ea ratione quia. 381 † Personæ turpes, cum in testimonium recipiantur eorum dicto sine tormentis non creditur l. ob carmen. §. si ea rei conditio supra de testi. Et per hanc rationem idem tenet consulendo Raph. Fulg. in consi. clxxiij. in causa inquisitionis, col. j. versi. quidam doctor. allegat tex. in. §. si vero ignoti, in authen. de testi. & Hip. in. §. diligenter, in sua prac. nu. lxij. similem rationem adducit per text. in c. illi qui. v. q. v. & in c. in primis. ij. q. j. gl. in c. cum. p. de accu. Alex. in consi. xj. circa primum col. ij. vol. j. 382 † Secundo requiritur, ꝙ interrogatio fiat generaliter per iudicem de consociis, nam si particularis fieret interrogatio diceretur sugestio. l.j. §. qui quæstionẽ, supra hoc ti. glo. in l. prius & in l. si certus supra ad Syllan. Dy. in d.l. fi. C. de accus. & Salyce. ibi col. fi. qui dicit non deueniri ad interrogationem particularem, nec ad speciem nisi contra aliquẽ in specie sit legitima præsumptio, vt dixi supra. 383 † Quæstio, & difficultas oritur, an reus

facta

facta nominatione in tortura de socio debeat iurare dicta per eum esse vera Hip. in sua prac. in §.diligenter, nu.lxij. dicit iurare debere, & ꝙ assessores erant in hoc in non deferendo iuramen-
384 tum reo. mouetur. † quia depositio sine iuramento est nulla l. iusiurandum. C. de testi. c. tuis eo. titu. item etiam ꝙ vtraq; pars velit, non potest testis deponere sine iuramento Ang. in l. si vacãtia. C. de bon. vacan. libr. x. Felyn. in c. significasti de hómic. item quia etiam ꝙ sit commissa cã alicui secundum eius conscientiam terminanda, requiritur iuramentum ex mente Ang. & Pau. de Cast. in l. de pupillo. §. qui apud. supra de ope. no. nun. Item summus pontifex non potest tollere, nec dispensare cum iuramento, vt testis sine eo deponat c. constitutus, & ibi no. de rescrip. & cũ reus existens in tortura habeat manus ligatas non potest iurare, ideo eius dictum non valebit. In hac q. existimo reum non debere iurare, & eius dicto standum esse denominatione facta consocij in tortura in casibus concessis ad interrogandum, nam Abb. in c. j. de confes. vt Alb. de Ros. in d. l. fi. C. de accusa. dicunt magnam esse differentiam, ꝙ deponat tanꝗ testis vel ꝙ deponat tanquam reus, & ideo cum reus deponat non vti testis, requisita necessario in teste non adhibenda sunt in personam rei, & sic iuramentum non erit necessarium, cum lex statuat in teste iuramentum dari, in reo, autem nihil aliud dicat, nisi interrogari, nec de iuramento aliqua fit determinatio. & exinde cum diuersitas sit inter ipsos, diuersum ius statui debet nec de vno ad aliud licita erit argumentatio. l. Papinia. exuli. supra de minori. Demonstratur etiam hoc verum, quia depositio in tortura excedit dictum testis in aliquo. & dictum testis excedit dictum rei in tortura, nam si plures fuerunt consocij, qui deponant de altero socio in tortura ex dicto plurium nominatus non habebitur pro conuicto, & ex dicto vnius contra se habet indicium ad torturam sensit Bar. & ibi gl. in l. j. §. idẽ Cornelio hoc tit. Et Bal. in l. quoniam. C. de testi.
385 volens. † Quod ex quatuor consociis tres nõ probent contra quartum delictum commisisse, determinat etiã Alb. post Gabr. de Ossel. in trac. de fam. in l. fi. ij. col. C. de accusa. & in hoc casu si plures testes deposuerunt de visu, probant plene, & habebitur reus pro conuicto, ratio est. quia quando sunt plures correi, est vna tantum qualitas indicij, & ad hoc vt indicia dicantur plura, requiritur diuersitas inter vnum & aliud, non autem ꝙ sint eiusdem generis, prout sunt plures socij, qui faciunt vnum & idem indicium, secus in pluribus testibus; quia vnusquisq; deponit ex sensu suo, & si bonus fuerit, quilibet parum minus semiplena probatione dicitur facere dicta l.
386 cum probatio, supra de probat. † Quod autẽ indicia debeant esse diuersi generis sensit Bar. in l. vnius. §. j. hoc ti. & Paris de Put. in trac. Syndi. circa fi. in ver. viso de repetitione, præterea vidimus ꝙ maior virtus est in eo qui deponit in tortura ꝗꝫ ꝙ sit in illo, qui deponit tanquam testis. Nam deponens in tortura non est bonus, quia socius criminis nõ est idoneus, quia deliquit. potest repelli; quia infamis saltem de facto, & ipse solus facit indicium ad torturam, vt dictum est supra. & tamen testis vnus de visu, nisi habuerit qualitates prædictas, vt sit bonus, idoneus, nec repellatur non facit indicium ad torturam, vt vidimus supra in indicio de teste de visu, & sic ista duo reus et testis habent se vti excedentia, et excessa. Præterea reus potest dicere contraria in eius dicto & tolleratur. l. nemo. supra de exce. & dixi supra in vers. mendacium. quod non est in teste, vt ibi. Non obst. quæ adducuntur in contrariũ, quia loquuntur in teste in quo de substantia requiritur iuramentum, secus in dicto rei, quia hoc tantum conceditur a iure, vt interrogetur per iura iã dicta. Istud ꝙ iuramentum non requiratur sensit
387 Alex. in consi. lxxxix. in iij. vol. † Tertius casus est, quando interrogatio fit in ea persona ꝗ de iure interrogari non potest, difficultas est, an faciat saltem præsumptionem, per quam iudex pos. it inquirere, Dec. in consi. clxxxix. inci. Letatus sum, tenet ꝙ si reus fuerit interrogatus in illis casibus in quibus iure interrogari non potest, ꝙ non faciat præsumptionem vt inquiratur. allegat multa consilia Fulg. idem voluit Hipp. in sua prac. in §. diligenter nume. lxvij. Contrarium puto verius, quia communiter Doc. tenent iudicẽ per talem dispositionem posse inquirere. vt voluit Hosti. Ioan. Andr. But. Abb. Anchar. in d. c. j. de confes. per illum text. & hoc si depositio sit facta in tortura, vel post torturam statim, idem voluit Salyc. in d. l. fi. C. de accusa. Ang. & Ro. qui dicit hanc esse cõmunem in l. & si certus. supra ad Sylla. quod idem voluit Imo. in d. c. j. de confes. subdens, ꝙ si fama contra nominatum insimul cum dicto correi, sufficiens erit indicium ad torturam.
388 † Tertio casu quando aliquis deponit tanquã testis, & nominat aliquem in socium, vel deponit contra ipsum socium, eius attestatio vti a delinquente facta inducit qualemqualem præsumptionem, ita no. Abba. in d. c. j. de confes. dicens æquiuocum esse in hac materia socij criminis, idẽ velle disponere in reo, quod in teste, quem sequitur Dec. in c. quoniam, in fi. de testi. vbi multa adducit, & pro eadem sententia est tex. in c. j. de testi. lib. vj. & in l. quoniam. C. de testi. nec in hoc casu facerem eam differentiam, quam multi faciunt, & de qua supra distinguendo, ꝙ aut deponit in eo casu, in quo non possit interrogari, vt tunc sit verum, ꝙ iam dixi, aut si posset interrogari de con socio tunc faceret indicium, quia dico Abba. optime hunc casum vti separatum a præcedenti, posuisse; nam si deponit tanquam testis & extra turam, non debet facere indicium, cum requiratur tortura vt dixi, nec aliter ei credatur. nisi di-
389 camus. † quod etiam qñ talis socius assumitur tanquam testis debeat torqueri, iuxta l. ob carmen. supra de testi. & gloss. in l. iij. §. lege Iulia. in verb. palam, eo. ti. de test. tunc enim si ponetur ad torturam optime distinguetur, an sit casus, in quo possit interrogari nec ne.
390 † MORTVI depositio an faciat indiciũ ad torturam Bartol. Bal. & Ro. in l. si quis in graui. §. si quis moriẽs. supra ad Sylla. dicunt ꝑ illum tex.

tex.indicium non oriri adducitur glos.in l.mater. C.de calum.quæ appellat dictum defuncti vilem præsumptionem,& gloss.in c.literas.de præsum.in prin. dicens dicto morientis non esse credendum. & Bald.in versi.vasalli in tit.de pa.constan.dicit morientem non esse sanctum Ioan.Baptistam, & ratio redditur quia si dictum morientis probaret, esse testis in causa propria,quod a iure prohibetur l.nullus.supra de test.l.omnem. C.de testi.in con-391 trarium,ꝙ immo eius dicto sit credendū. †Quod quis non debet esse immemor, nec præsumitur salutis æternæ.l.si.C.ad l.Iul.repet.c.sancimus.j.q.vij.adducitur gl.in l.j.C.de fal. cau.adie.item & ratio,confesio sine causa facta non valet secundū But.in c.si cautio.de fi.instru.cum etiam a communiter accidentibus, ꝙ de breui moriturus nō vult esse mendax & tenentes hanc partem respondent ad text. in dict.§. si quis moriens , ꝙ ista verba intelligantur non esse credendum quo ad condemnationem & sic in potiori significatu.§. sed quotiens.Insti.de iur.natu.l.j.§.qui in perpetuum. supra si ager vecti.vnde Hip.in.§.diligenter, in sua prac.distinguit ꝙ aut ille, qui moritur grauat aliquem eius dictum,& tunc si cognoscitur,ꝙ non est boni sensus, aut sinceri intellectus,dictum eius nō attenditur per tex.in l.hac consultissima.§.at cū humana fragilitas.C.qui test.fa.pos.in l.iubemus C.de testa. Aut est boni sensus,& tunc, aut aliter potest probari delictū,ꝙ̃ per eius dictum, & tunc dicto decedentis non statur & ita procedat text. in d.§.si quis moriens , aut non potest fieri probatio de delicto nisi ex dicto decedentis, & tunc fa-392 ciet indicium, ea ratione. † Quia multa conceduntur, & testes inhabiles admittuntur ad hoc, vt veritas habeatur.l.quoniam.C.de hær. Saly.in l. ea quidem. C. de accu. Item multa conceduntur ne delicta remaneant impunita iuxta.l.vulne-393 ratus.supra ad l. Aquil. † Item asserenti de gestis a se plene creditur Paul.de Ca.in l.quæro.supra de ædi.edi.& in l.quicunque.C.de ser.fug. & quæ ponit Ia. in l.j.§.si absens. supra si ex nox. cau. aga. In hac q. credo indicium non oriri ex dicto defuncti, quia tex.in d.§.si quis moriens nō videtur hoc probare vt dicā indistincte. Nec ob. ratio Hipp.ꝙ confessio præiudicet , quia verum est, vt dicunt omnes Doct.in d.§.si quis moriens, ꝙ ad sui præiudicium statur confessioni morientis,sed non in alterius damnum:& ita concludunt omnes ibi,nec est verum, ꝙ tex.ille debeat intelligi, ꝙ non credatur quo ad diffinitiuam, non aūt quo ad indicium,quia indicium est pars probationis minus tamen semiplena,si non creditur,& remota est probatio generaliter , ergo & indicium. quod est species probationis, cum remoto genere remoueatur & quælibet eius species l.fundi.§.fin. supra de fun.instru.cum alijs.Nec ob.rationes,ꝙ multa concedantur, vt delicta puniantur,& veritas habeatur,quia hoc nunꝗ̃ conceditur a iure, ꝙ quis possit deponere in facto proprio, & pro exequenda eius opinione , vt sibi aliqualiter credatur,& testis deponens de gestis a se deponit ad beneficium & cōmoditatem alterius,non sui ipsius, vt in casu nostro . & falsum est , ꝙ plene probet, quia requiruntur alia indicia & adminicula , vt per Pau.de Cast.in d.l.quicunq;,& per Ias.in d.§.

394 si absens. † Aduerte ꝙ text.in l.si quis in graui.§.si quis moriens,potest intelligi in eo, ꝙ dicit non esse credendum si moriens dixerit,vt illa dictio, si moriēs, stet conditionaliter,ꝙ̃uis gl.aliter ibi sentiat . vt si in articulo mortis existens dixerit hoc,ꝙ sit vim passus a seruo , non credatur ea ratione,quia existens in eo statu mortis præsumitur non sanæ mentis, nec sinceri intellectus, & ideo eius dicto non statur iuxta d.l.hac consultissima.§.at cū humana fragilitas,& d.l.iubemus,& hoc suadent verba tex.nam sufficiebat,ꝙ Iuriscōsultus dixisset , si quis moriens semel & in prin. sed quia noluit demonstrare quo tempore in particulari non sit credendum,domino,expresit tempus dicens,si moriens,quasi dicat, si non moriens, & sic in articulo mortis non existens hoc dixerit,sibi credatur,vt dicam infra,& expositio glo. in hoc casu non potest stare,vt dicamus secundum eam, ꝙ ꝙ̃uis sit in articulo mortis,non credatur, quia nec crederetur, si non esset in articulo mortis,vt ipsa innuit;quia hoc non est verum cum sit credendum domino vulnerato,et non morienti de seruis ipsis, & ideo per contrarium si vulneratus mortifere superuixerit per aliquod tempus , & fuerit conquestus de seruis , & dixerit a seruis in teremptum sibi credatur vt in l.j.§.si.eod.titu.ad Syllan.ea ratione,quia super viuendo post vulnera præsumitur in bono sensu,& quod dicat veritatem, & ei est credendum : nam si habetur supplicium ex senatusconsulto Syllan.contra seruos ex eo solo,ꝙ fuerint sub eodem tecto.l.j.§.quæstionē, cum.§.seq.&.§.si quis in villa,& hoc ex eo solo, ꝙ est sinistra suspicio contra seruos de morte domini , tanto magis dicendum est , si ipse dominus dicat se fuisse vulneratum a seruis: quia hoc casu cū agatur de re propria,& de seruis propriis,ipsi erit credendum: cum naturaliter quis non præsumatur velle consumere suum l. cum de indebito , supra de probat. Sed aduerte ꝙ mihi videtur ꝙ ista argumentatio , quam faciunt Doc.ex dispositis in titu.ad Syllan. ꝙ decidatur contra liberam

395 personam illud idem non sit bona. † Quia facilius proceditur contra seruum maxime propriū conquerentis & occisi,ꝙ̃ ꝙ procedatur contra liberum,quo ad torturam,& quo ad alia;vt est tex. in l.si quis,& in l.ex libero,hoc tit.not.Barto.in l.j.§. si seruus in prin.hoc titu.& ideo arguere de seruo ad liberum non videtur bonum , quia non est par ratio.

396 †DENVNTIATIO decani, seu centenarij. An faciant indicium ex eorum denuntiatione,quandoque proponuntur isti denuntiatiores ad manifestandum maleficia , quæ fiunt in ciuitate, & in vtilis, vt quotidie seruatur,& tunc istorū denūntiatio facit qualequale indicium,ex quo potest iudex procedere ad inquisitionem,ita intelligitur l.diuus, la ij.supra de custod.& exhib.re.& hoc determinat Bar.ibi in iij.q.idem voluit Saly. in l.ea quidem,in princi.in x.q.C.de accus.adducens pro hoc text.ibi , & text. in l.j.C.de decur. lib.x. & Alexand. in consi.j. in causa inquisitio-

nis

nis formatæ,col.ij.versi.accedat,volum.iij.& pro præsumptione innocentiæ ponit eam Cæp.in consil.xxxj.super homicidio col.j.versi.prima est,& Ang.in trac.malefi.i,verb.nec nõ ad denũciationẽ col.vj.ver.q̃ro an denũciatori,& Hyp.in prac.in princi.nu.xix.& in cõs.vj.nu.ix. Quãdoq; præponũtur ad inueniẽdũ delicta, & tunc in grauibus ipsis nõ credit,nisi vti testibus,aut in leuibus.& si ꝑpositi fuerint ꝑ formã statuti ad inueniẽdũ arma. & tunc ipsis creditur,vt per Bar.in d.l.diuus, & per Ang.addentes in loco predicto,vbi videas.

397 †INCANTATIONES seu diuinationes quæ fiunt per astrologos, geomantes, & per istas mulierculas ex inspectione aquæ benedictæ, vel speculi,vel cum forcipe & cribro,vel simi.sortilegijs,an faciant indicium, vt si dixerint Titiũ fuisse furem vel homicidam,Bru.in d.trac.indic. col.xiij.versi.quæro an diuinatio dicit, ꝙ talibus non est adhibenda fides l.item apud Labeonem.§. si quis astrologus,supra de iniur.& ibi Angel.hoc tenet, ꝙ indiciũ nõ faciunt ad torturam, subdens, ꝙ iudices caueant,vt non errent mori ex diuinationibus l.verbum precibus.C.de infami. dicit tñ Brun.ꝙ Bald.in quodam suo consi.tenet, ꝙ licet ars maleficiorum sit reprobata l. nemo.C.de malefi.& mathem.tamen quandoque permittitur, ꝙ maleficium tollatur per aliud maleficium, si alio modo non potest quam per incantationem demonum,vt not.per Io. And.de Rip.in sum.confes.in rub.de imp.ligami.tamen non debemus recedere a deo quicquid ore proferatur, cum licitum est aliquando de aqua turbida viuere,vbi deficit clara,& medicinæ summuntur ratione sanitatis non delectationis,cõcludens, ꝙ quamuis ars diuinãdi sit reprobata,tamen vbi magnum scandalum imineret, nec Deo nec hominibus reprehensibile videtur,si fieret, & operabitur ad inquisitionem nõ ad torturam,& si diuinator aliquem inculpat,poterit iudex pro illo mittere, & videre, qua cum constantia aut trepidatione, aut quo palore, aut rubore loquatur, & exinde sumere indicium veritatis, & istud sequitur Hyp.in sua prac.in.§.diligenter, nu.clxxxj.ponens exemplum de cadauere emittente sanguinem ob superuenientiam homicidæ,quod dicit vidisse & praticasse. Aduerte ꝙ precedẽs decisio nõ videtur aliquo modo mihi vera,vt non tantum indicium non oriatur,sed nec suspicio, per quam iudex possit moueri ad inquirendum,seu alio modo procedendum,cum sortilegia sint omnino prohibita.

398 † Nec pro inueniẽdo furto ecclesiæ potest fieri incãtatio aliqua, etiam sine demonum inuocatione,prout est tex.in c.j.& ij.de sortileg. Et Abb.& Ioan. And.in d.c. ij.qui dicunt non esse licitum consulere istos diuinatores,seu sortilegos,etiam si hoc fiat sine inuocatione demonum, ea ratione.

399 † Quia occulta solus Deus scit,& est secretorum cognitor, & iudex c.erubescam.xxxij.dist.vnde dicimus, ꝙ ecclesia non iudicat de occultis,& cum non possit probari,discretus iudex se non intromittit,sed diuino iudicio relinquit l. & si restituantur.§.fi.supra de iudi.vbi Bal.dicit per illum text.ꝙ iudex debet iudicare secundum conscientiam, quę cadit in homine ipso tanquã iudice,et licet Deus omnia nouerit,nõ tamen sic euenit in homine.

400 †Praterea sortilegi sunt infames,& repelluntur a testimonio & ab accusatione, & puniuntur faciendo sortilegia, & grauiter peccant vt in d.c.j.& ij.de sortileg.& id d. l.item apud Labeonem.§. si quis astrologus.supra de iniur.vbi post illud,ꝙ iniuris faciat,& cum eo agi possit subdit tex.ꝙ constitutiones eum tenent,& ibi glo.in verb.constitutiones dicit vltore gladio puniendos.vt d.l.nemo.

401 †Quomodo itaq; potest iudex admittere sortilegum,& ex eo accipere fundamentum ad inquirendum, cum non tantum eos reijcere debeat, sed etiam punire,& sic vnde pœna deberet dari per iudicem,inde iudex accipere debeat fundamentũ, argu.eorum quæ habentur in l.non dubium.C.de legi.& l.meminerint.C.vnde.vi,ibi, ne inde iniuriarum nascatur occasio vnde iura nascuntur.

402 † Eo maxime quia vterque iudex tam sæcularis q̃ ecclesiasticus potest cognoscere de tali crimine, & accerrime punitur per ius ciuile, & locus est præuentioni inter eos,ita not. Abb.in d.c. j.de sortile.in versi.credo etiam allegat to.tit.C. de malefi.& mathema.vbi puniuntur vltimo supplicio,de iure vero canonico si sunt viles fustigãtur, si liberi, & honesti damnantur ad perpetuos carceres.c.contra ydolorum.xxvj.qõ.v.Rom.in sing.660.inci.tu scis, ex quibus concludo, ꝙ ex tali re prohibita,& punibili non potest,nec debet iudex sumere fundamentum ad inquirendum. Nõ ob.exemplum traditum per Hyp.ꝙ sanguis exijt ex cadauere superueniẽte interfectore, quia illud non prouenit ex incantatione, aut sortilegio, sed est quoddam miraculum,& ab occolto procedens. de quo dicam infra in indicio signi.

403 † IVDEX si vidit,an si sit indicium ad torturam, vt puta si interfectus fuit homo in platea, & iudex vidit nullis alijs existentibus probationibus,dicas ꝙ nõ,prout voluit Spec.in ti. de sent. & his quæ ipsi sequun.§.qualiter versi.item debet ferri dicens.

404 † Quod iudex debet procedere secundum allegata & probata et non secundum conscientiam.cap. iudicet.iij.qõ.vij.l.illicitas.§. veritas,supra de offi.præsi.& per illum tex.dicit in casu præmisso, quando iudex vidit occidentem Specu.d.§.item debet, ꝙ Azo. & Accur. consulti responderunt ꝙ potestas non potuit ponere illum ad quæstionem quod dictum sequitur Bald.in l.si. in prin.versi.item quæro.C.de appellat.Quod intellige secundũ quod ipsemet Spe.in tit.de notor. crim.§.fin.versicu. Petrus de Samia, vt procedat quando est notum iudici, quia in faciem eius solum homicidium perpetratum sit, secus si alij cum ipso iudice fuerint qui possint delictum probare, & tunc secundum qualitatem probationum orietur indicium,vel plena probatio, & ita intelligitur text.in.§.quando.ij.quæstio.j. Puto tamen, quod iudex ex ea visione poterit inquirere super delicto,& procedere contra eum, quem vidit.

405 †NOMEN malum facit indicium in genere contra illud habentem, vt est text.in cap.j.& ibi Ioan.And. Card. & Imo.in verb.Bellial.de depo.& dicit Ioan.And.in cap.cum secundum,de

preb,

præb. ꝙ si nomina deberent emi bona essent emēda magno pretio. & dicit Abb. in proœ. decre. colum. ij. versicu. ideo quæro, ꝙ ex turpi nomine quandoque oritur sinistra suspicio. credentes non nulli illud nomen fuisse impositum ab euentu, & ibi Felyn. nume. xxxij. dicit post Doct. ꝙ ex malo nomine oritur sinistra suspicio per ea, quę habentur in tex. & gloss. in l. facta. §. si in danda. supra ad Trebel. vbi multas authoritates adducit & Iaso. in rub. solut. matri. nume. xvj. Et Par. de Put. in tract. de synd. in verb. mandauit col. viij. ver. quando delictum, dicit verum esse malum nomen facere suspicionē, & indicium, si cum eo concurreret mala fama (vt puta) ꝙ esset homo malæ famæ, & vocaretur rampinus.

406 † PHYSIONOMIA mala. Et hęc generat suspicionē in genere, & oritur præsumptio de mala natura, & vitiata; non quantum ad prę sumendum in specie de speciali & determinato delicto, bona autem physionomia prodest, vt voluit Bal. in l. ij. in ver. quæ autem C. quor. appel. non recip. & dicit Par. de Put. in d. tract. in verb. mandauit col. viij. ver. qn̄ delictum, bis indicium fecisse per physionomiam vt vnū habentē bonam physionomiam iudicauerit innocentem, & alium habentem malā physionomiam iudicauerit nocētem, & furem & ita reperiit veritatem esse.

407 SIGNVM facit quandoq; indicium (prout voluit Cice. lib. ij. ad Hæren. in c. in causa coniecturali in verb. argumentum dicens) num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus sit, & Par. de Put. in d. tract. synd. in d. verb. mandauit, in fi. volens, ꝙ si reperiatur occisus puer in vna domo, et vicinus dicat, ꝙ per dies ante audiuit vnum puerum ibi plorantem, & hæc probatio valet per viā signi, per ea quæ no. per Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. supra de no. ope. nun. & per Bal. in c. cum terra, in fi. de elec. & ꝙ de eo fuit tractatum Romæ in quodam puero, quem iudæi in die Iouis sancta subtraxerunt, iugulauerunt, & in se-

408 crete sanguinem eius biberunt. † Item si exhibeatur cadauer ante occisores, & ex vulneribus sanguis exibit, erit magnum indicium, a qua experientia non erit per iudicem recedendum, cum sit rerum omnium magistra c. cum sit, de elect. in vj. & clem. j. de æta. & quali. Et istud dicit Par. de Put. admisisse pro vero Henr. de Gand. in suo collib. vij. & c. Thad. medic. & Ange. in titu. de homicid. qui dicit hoc accidisse in quodam egyptiaco, subdens ipse Par. hoc fuisse expertum Romæ tempore, eo quo occisus fuit Cardinalis sancti Marci, & Hyppo. in sua pract. in. §. diligenter nu. clxxxj. dicit se expertum esse istud in ciuitate Albigane, & vidisse per præsentiam occisoris cadauer effluere, & emittere sanguinem; & istud habet communis hominum sermo, ꝙ per præsentiā occisoris cadauer emittat sanguinem, ex quo dixi supra in verb. incantationes, ꝙ ista emissio sanguinis non prouenit ob incantationem, seu sortilegium, sed est quoddam a natura insitum de quo ratio reddi non potest.

409 † FVRTI indicia possunt etiam assumi ex indiciis diuersis cōcurrentibus in homicidio, pro vt est transitus insolitus, frequentatio vię, tēpus vt noctis locus, vt ante domum maleficij confessio, conuersatio cum malis, & alia per multa respicientia testium depositiones, loquella timida, palor, trepidatio, mendacium, dictum socij & alia complura, quæ diligens quilibet poterit colligere ex iam dictis; & quia in diuersis locis Doct. vt ponunt indicia furti, ideo de his subne-

410 ctenus, & primo. † Solitus furari, & sic mala fama facit indicium contra imputatum, ꝙ rem furto subtraxerit, vt est glo. in l. in ciuilem, & ibi

411 Bal. & Salyc. C. de fur. † Volentes ꝙ ex consuetudine oriatur præsumptio, & Salyce. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. facit glo. in l. cum allegat. C. de vsur. Et quod dicit Bart. in l. Cassius. supra de sena. ꝙ malus semper præsumitur malus in alia re simili, & dicit Bar. hic loquens de indicio furti, ꝙ mala fama facit qualequale indicium. Ex quo dico, quod de per se non sufficeret ad torturā, nisi alia concurrent, vt dixi supra in verb. vita.

412 † Vicinus domui, in qua factum est furtum, si eam domum notam habeat, indiciatur ꝙ furtum commiserit, ita est text. in l. dominus horeorum, supra locati, propter ædificiorum notitiam in qōnem peti possunt, & super eo. tex. & Bar. dicit, ꝙ qui habent notitiam domus sunt suspecti quando domus frangitur, & hoc propter ædificiorum notitiam, & ideo tals personæ de facili possunt torqueri ad inuestigationem veritatis, vt in eo tex. & ideo officiales, quando committuntur maleficia occulta, consueuerunt capere vicinos, a quibus verisimiliter potest declarari veritas. l. si ita, in fin. supra de fund. instru. & instr. leg. Idem voluit Bal. ibi per illum tex. dicens, ꝙ si in aliqua contracta committitur aliquod maleficium debēt ad tormenta citius poni vicini, & domestici, & q̄ habent notam domum, quam illi, qui non sunt vicini, nec domestici, subdens, argu. sumi ex eo tex. ꝙ furtum præsumitur factum a conuersantibus in domo, vel saltem, ꝙ illi sciant, quis fecit, quod etiam voluit Salyce. ibi, qui dicit, ꝙ habens notitiam rei potest de facili ad quæstionem torturæ deduci, quod sępius vidit seruari per iudices maleficia, Et ꝙ pręsumatur contra vicinos de d licto habetur Deuter. cap. xxj. quod idem volu Barto. hic in ij. colum. & Angel. & Salyce. in l

413 fin. C. de quæstioni. † Limitatur ista concl sio, vt non habeat locum in vicino, qui sit bonæ famæ, nam tunc propter qualitatem personæ cessat indicium; vt ita voluit Bald. in l. j. in fin. C. loca, & istud est de mente Bar. in d. l. dominus horeorum, dum dicit, a quibus verisimiliter sciri potest, & ista verisimilitudo est contra malos homines non contra bonos, quod idem voluit Bru. in d. trac. de indic. in iij. q. princ. circa prin. Aduerte ad vnum quod dicit Hyp. in sua prac. in. §. diligenter, nu. xcvij. post Iaso. in l. in actionibus, col. pen. de in lit. iur. dicens, ꝙ Bal. in d. l. dominus horeorū ponat limitationē prædictā de homine bonæ cōditionis, qa Bal. ibi nihil dicit, et si cōclusio sit vera in se. vt bonitas ammoueat indicium, &

illud

illud diminuat, etiam in maiori, vt dicam in seq.

414 † Infero ex hoc ad hospitem, penes quē bona sunt depositata per viatorem, vt si fuerint subtracta, sit indicium contra hospitem & eius familiam, vt possint torqueri ob pręsumptionem in genere ex mente Nicol. de Matarel. in dicta l. j. & ibi Bald. C. locat. & per Barto. in l. prima, §. fi. supra fur. aduer. nau. caup. in fi. nisi sit bonæ conditionis, vt per Bal. in dicta l. prima. Et voluit August. de Arim. in additio. ad Angel. in verb. fama

415 publica, nume. cvij. † Debet etiam haberi consideratio personæ viatoris, si verisimiliter habere potuit bona, quæ dicebat subtracta, vt per Bartol. in dicta l. prima. §. fin. supra fur. aduer. nau. caup. & sic verificatur dictum Bart. in dicta l. dominus horeorum, vt attendatur verisimile, quod multum operatur in indiciis, vt dixi supra in v. præmisso etiam est gloss. not. in l. si quando, in verbo qualitate, vbi in rebus inuasis attenditur qualitas personæ, & an sit talis, qui verisimiliter tot res teneat, vt petit.

416 † FVRTIVA res si reperiatur penes aliquē indiciū est ipsum esse furem l. in ciuilē. & l. ciuile. C. de fur. ita Bar. hic. idem voluit Salycet. & Ange. per eadem verba in l. fin. C. eo. Intellige prædicta procedere, nisi habens rem furtiuam penes se ostenderit, a quo habuit vt in d. ll. & ex mēte dictorum Docto. Quid si is, qui habet bona penes se, non potest probare, a quo habuit, nec ostēdere titulum, an habeat indicium contra se, vt possit torqueri, Bal. & Saly. in d. l. in ciuilem di-

417 stinguunt † Quod aut persona, penes quam bona reperiuntur, est grauis, & honesta, & tunc ex possesione non pręsumitur furtum arg. l. non omnes. §. Barbaris. supra de re mil. Si vero est persona quę commiserit, & propter frequentiam actus, vt de eo male sit præsumendum, tunc poterit deueniri ad torturam, vnde Salyce. in d. l. fin. C. eo. dicit, ꝙ si res est reperta penes aliquem attenditur qualitas eius personę, vt si est vir alias bonæ opinionis, vt est emptor, & reuenditor panorum vsatorum, vt sunt strazaroli, qui ab ignoto consueuerunt emere, tunc non erit indicium contra eum, vt dicam in seq.

418 † VISVS exire domum cum fardello sub veste, vel pallio, sed quid esset ignorabatur, et hoc probatum fuit per duos testes, istud erit vehemēs argumentum ꝙ subtraxerit res deficientes in domo, & quæ dicebantur furatæ in loco, vnde ille exiuit, vt voluit Ang. in l. ij. C. eo. de qō. Et tale indicium erit habile ad torturam, cum sit indicium propinquum delicto, prout est illud visus admenare gladium, & alia similia, de quibus dixi in Indic. homic. cum seq. Istud indicium tollitur, si ille qui exiuit domo fuerit vir probus, vt voluit Angel. in l. milites. C. eo. de quęstio. qui dicit ꝙ si esset quęstio de furto pānorum vel etiam pecunię, & probatum sit, ꝙ vnus magnus mercator magnę famæ, et nobilis vitæ illo tunc exiuisset de domo, de qua diceretur tunc subtracta pecunia, & comprehensus fuisset portare sub clamide aliquid, si probetur illud indicium per duos testes, non erit sufficiens ad torturam; quia non est verisimile, ꝙ tantus vir ad tam vile maleficium prorupisset, sed si cum isto indicio concurrent alia, vt puta, ꝙ probaretur, ꝙ incontinenti postꝙ exierit, visus fuit expendere multam pecuniam eiusdem formę cuius dicebatur subtracta pecunia, & quia constabat pecuniam subtractam, & reperitur, ꝙ tēpore subtractionis nullus intrauit domum, nisi ꝙ iste visus fuit exire, tunc dicēdum est eum esse torquēdum; quia ex istis duobus ducitur verisimilitudo, & offuscatur pręsumptio, quod idem voluit (sequēdo hanc doctrinam Ang.) Brun. in trac. de indi. col. ij. Et Augu. de Arim. in addi. ad Ang. in trac. malefi. in ver. fama publica nu. xij.

419 † VISVS exire tempore noctis e domo, in qua furtum est commissum, habet indicium cōtra se; cum lex male præsumat contra agentem de nocte, vt est gloss. in l. furem. supra de sica. & factum tempore noctis est suspectum l. fin. supra de efractor. & expil. Et possunt deduci in hoc, quæ dixi supra in indic. homic. in verb. Tempus, & dicit Bal. in consi. ccccxxvij. quædam mulier, in fi. volu. v. ꝙ perambulare de nocte ad loca suspecta, & per personas suspectas, & a talibus suspicionibus torturæ cœperunt, & necessariæ sunt l. dolum. C. de dol.

420 † EXPENDENS multam pecuniam de illa stampa, seu cuneo, cuius fuit pecunia, quæ dicitur subtracta, habet indicium contra se, vt dixi supra post Ange. in l. milites. C. de quæstio. Et voluit Brun. in tract. de indi. quæstio. iij. circa prin.

Sed aduerte, ꝙ non puto tale indicium esse sufficiens ad torturam, cum sit indicium remotum, a maleficio, ex quo nō debet quis torqueri, vt dixi supra in pręmis. vj. & est de mente Ang. dum vult, per hoc indicium, & alia indicia coadiuuari in d. l. milites.

421 † EXPENDENS pecuniam, cum ante esset pauper homo, nec reperitur vnde habeat, indicium habet contra se, vt voluit Bart. hic argu. text. in l. Quintus. supra de dona. inter virum & vxor. quod etiam voluit Salycet. ponens verba Bar. in l. fi. C. eo. de quæst.

422 † RES subtracta, si cedebat ad commodum imputati, & non alterius, facit indicium contra eum, v. g. instrumentum quod ad eum pertinebat, non reperitur, vt voluit Bart. hic per tex. in l. j. §. sed si quis instrumenta. C. de latin. liber. tol. quod idem voluit Ang. & Saly. in d. l. fin. C. eo. de qō. quod dixi supra in indic. homic. in verbo qualitas personæ: sed puto, ꝙ non faciat indiciū ad torturam, vt dixi in præced. indic.

423 † FVGA famuli ex domo domini, in qua res fuit subtracta, facit indiciū contra eum, voluit gl. in. §. si vero, in verb. factum in auth. de exhib. rei. dicens, ibi esse optimum arg. contra seruientes fugientes, vt eo ipso res amissas videātur subtraxisse, ex quo dicit ibi Iaco. de Beluis. ꝙ erit indicium contra fugientem, sed ꝙ propter talem fugam solam non sit tormentis subiiciendus, qa exiguntur argumenta, siue indicia l. j. in prin. supra eo. & d. l. milites. C. eo. & etiā, quia fuga afficit

cit personam, nec est regulata, siue demonstrata directo principaliter ad crimen, idem voluit Brun. in d.tract.de indi.q.iij.in prin. Aduerte, ꝙ Io. And.in addi.ad Specu.in titu.de præsump. in addi.quæ incipit lex vnica, dicit opi. Iaco.de Bel.in d.§.si vero, de iure procedere, & esse veram in quantum vult indicium oriri ad torturã, sed (dicit ipse) de consuetudine seruatur contrarium. Puto, quod in casu (de quo agitur) & ex fuga famuli oriatur indicium ad torturam si dominus conquestus & verisimile sit, ꝙ potuerit talia bona subtrahere, cum essent penes dominum,
424 nam vltra fugã habet hoc generaliter. †Quod de natura istorum famulorum est furari, vt voluit Bald. per illum tex.iunc.glo.in l.fin.in versic.in tex.ibi,de furtiuis.C.quib.ad liber.proclam.non lic.dicens ꝙ natura seruorum est furari, quod idẽ faciunt famuli scholarium, intellige tamen quod concurrat verisimilitudo ex parte domini, & ex parte serui, vt dixi supra in verb.vicinus domi-
425 ni, in fin. † Culpa custodis, ob quam furtum factum sit, facit indicium, vt ipse custos torqueatur, vt furem iudicet, ita voluit Barto.per illum text.in l.j. supra de offic. præfec.vigil. & etiam voluit Bald. in loco vt infra. Intellige istud procedere, nisi esset factum furtum in loco qui, bene custodiri nõ poterat,vel tẽpore,quo custodiri non poterat nã, tunc per rerũ naturã culpã abesse probatur,vt voluit Bal.in l.iij.§.cognoscit,i fi.supra eo.de offic.præfec.vigil.& dicit esse tex.ibi dum vult, custodes puniendos esse plerunque, quasi dicat non semper l.semper.§.hoc interdictum, supra quod vi aut clam.cum etiam id, quod non est possibile,custodibus non est iniungendum argu.l. titius.§.fin.supra de excu.tuto. Nec est homo, qui semper possit vigilare l.seruitutes.supra de serui.
426 †FORMA pedis Furantis in terra humida, facit indicium, vt voluit Albe.in l.indicia, colum.ij.C.de reb.ven.dicens, quod vidit quendam iudicem maleficiorum,hoc modo, ꝙ quidam inculpabatur, ꝙ furatus fuerat vuas de vinea, & quia terra erat balneata, & humida, & apparebat ibi effigies, siue forma pedum illius, qui furatus fuerat adduxit illum ad locum, & reperijt pedes eius concordare cum forma, & effigie, ex quo indicio quasi indubitato eum condemnauit.

Putarem tamen, quod istud non esset indicium ad condemnationem, sed iunctis alijs posset torqueri, nam posset de facili contingere, quod esset similitudo pedum, & is non esset qui rem subtraxisset,& per consequens de per se non esset sufficiens indicium ad torturam per ea,quę not.Bald. in l.non hoc.C.vnd.legit.& dixi supra in ij. notab. Hoc idem sensit Bald. in consil. ccccxxvij. quædam mulier:volum.v.dicens quod iudex non debet procedere ad tormenta ex furore animi,sed debet habere eum moderatum ratione, & intellectu, subdens, ꝙ per motionem,& vestigia pedum significatur qualitas luporum & vulpium, & ex semita pedum cognoscitur vnde transiuit latro, qui soliciti venatoris laqueum non euadit l.in laqueum, supra de acqui.rer.domi.

427 †RES aliqua (si relicta est in loco furti, quæ iustificetur esse alicuius) facit indicium contra eum, vt vult Cic.in d.lib.ij. ad Heren.in cap. in causa coniecturali, in versi.factum, dicens, si telum, si vestimentum, si aliquid huiusmodi relictum sit,aut si vestigium rei fuerit, quod intelli-
428 ge vt dicam in sequen. † Schala ante fenestram domus, in qua factum fuit furtum, an si dicatur, ꝙ illa schala visa fuit in domo alicuius, sit præsumptio contra ipsum ad tormenta. Par.de Pute. in tracta.de syndic. in verb.an stetur dicto torti,colum.vij.versicu.an si reperiatur, dicit, ꝙ non faciet indicium ad torturam,quemadmodum dicimus de re inuenta penes alium, quæ fuit furto subtracta, & quia potuit alter cepisse schalam, nisi ille talis, in cuius domo reperta est schala, solitus sit talia committere, quod dic, & intellige, vt dixi supra in hac par. in verb. Res subtracta,

FINIS.

FRANCISCI CASONI OPITERGINI IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI, ATQVE CRIMINALIVM RERVM PERITISSIMI DE

Indicijs,& tormentis tractatus duo. Ab Auctore ipso diligentissime recogniti & locupletati, vt his notit {} patet quibus accesserunt. Doctissima quædam eiusdem de Accusationibus, & inquisitionibus singularia.



TRACTATVS MALEFICII

præmeditati secundum Oratores, ius diuinum, & Ciuile Francisci Casoni Iurisconsulti Opitergini.

SVMMARIVM.

1 Indicia omnia oriũtur ex quatuor locis,& per tria tempora.

2 Personæ qualitas indicium in criminalibus præstat. que tamen sola, cum sit remota non sufficit, nisi cum causis iungatur.

3 Causa in reo, ad indicia maleficii elicienda, est perquirenda, quam reus uel affuisse negabit, uel extenuabit, uel non sufficere dicet, nisi cum uicio personæ iungatur.

4 Facta aut consilio, & ratione geruntur: aut impetu, & affectione.

5 Indicium efficax ex consilio, & ratio ne habetur

6 Indicia ex impetu et affectione ad non præmeditatum maleficium nascuntur.

7 Verborum qualitas animum demonstrat, unde is uidetur fecisse, qui prædixit facere.

8 Indicia propositi scire quare expediat?

9 Indicium omne quod indicat propositum, indicat & interfectorem, sed non e contra.

10 Indicia præmeditatum demonstrantia, propter affectum in non præmeditatum euadunt, ut quando rixantes sibi casu obuiant.

11 Prædicamenta, circa quæ uidetur uersari omnis quæstio sunt decem.

12 Iudicare ualens quid probabile, aut non probabile habeatur, idem acerrime iudicabit, quid uerum, aut non uerum in singulis rebus sit.

13 Indiciorum an certa doctrina dari possit?

14 Indiciorum cogonitio non solum ex nobis, sed ex rebus ipsis etiam prouenit.

15 Natura quædam in homine est quæ ipsũ cogit, aut fateri, aut aliter delictum manifestare, & hæc quo nomine uocetur?

Argumentum Tractatus, & locorum indiciorum omnium.



RÆFANDVM EST, 1 † omnia indicia,& actiones humanas oriri ex quatuor locis, uidelicet: persona, Causa, Facto, Dicto, et secundum aliquos Oratores, ex non Facto, ex non Dicto: & per tria tempora, ante, in, & post delictum: & habent locos suos, vt in tabula, quos dispersos collegi: & vim prædictorum, & quid accusatori, & quid accusato cõueniat, dilucide perstringam, & sine ijs omne artificium materia, & eloquentia desunt. 2 Persona † euenit necessario vt cuiusmodi persona sit, eiusmodi actiones sequantur vnde, bene, seu male præsumitur: & qualitas personæ demonstrat animum

animum fuisse, vel non fuisse offendendi. Sed reus dicet indicia personæ sola non sufficere, cum sint remota, et nisi cum causis iungantur. Causa, atti- 3 net † quærere quot, & quantæ sint in reo causæ, vt earum gratia deliquisse videatur, cum nihil sine causa fiat. Reus autem negabit fuisse causam, si poterit: aut extenuabit. Deinde iniquum esse dicet, omnes, ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit, in suspicione maleficij deuocari. Item dicet causas non sufficere, nisi cum 4 vicio personæ iungantur. Facto quæcūque † geruntur a nobis, aut consilio, & ratione geruntur: aut impetu, & affectione. Ex consilio, & ratio- 5 ne † habetur efficax argumentum ad præmeditatum; & caput erit propositi, si demonstrabitur quare, quo consilio, qua spe perficiendi, quidque factum sit, aut quid factum de industria, ante, in, 6 & post delictum. Ex impetu, † & affectione ad non præmeditatum argumenta nascuntur: & reus econtrario dicet, rem perspicere cum consilio, & cura non potuisse, & id, quod fecit, impetu quodā animi potius, quam cogitatione fecit. Quibus etiam rationibus demonstrari posit factam rem non fuisse, facile ex contrarijs suppetet facultas. 7 Dicto nunquid † reus dixerit ante, in, seu post delictum: nam ex qualitate verborum animū metimur; & is videtur fecisse, qui prædixit facere. 8 Et expedit † scire indicia propositi: quia per ea dupliciter quæritur, videlicet: quis fecerit, quādo ignoratur; & quo animo fecerit. Nam omne, 9 † quod indicat propositum, indicat & interfectorem; sed non econtra: Is enim videtur fecisse, qui faciendi habuit voluntatem: quia omnes, quod volunt, & possunt, etiam exequuntur, & faciunt. Est enim maxime consentaneum; vt quod quis instituit facere, fecisse etiam videatur. Sed li- 10 cet † indicia orientia ex supradictis locis natura sua indicent præmeditatum, quandoque tñ propter effectum in non præmeditatum euadunt: & hoc euenit, quando rixantes obuiant forte, & casu. De quibus omnibus singulariter hoc opere dicetur, duce & auspice Christo.

Tabula indiciorum, & omnis actio huma.

I Persona	Fama, Conuersatio, Consuetudo, Natio, Conditio, Fortuna, Aetas, Sexus, Nomen, Phisiognomia, Pallor.
II. Causæ delicti.	Ira, Odium, Metus, Spes, Cupiditas.
III. Facto ante delictum, seu contento cum delicto.	Vbi fuerit. Vbi visus sit, Quo cum visus sit, Nunquid appararit, Nunquem conuenerit, Nunquem habuerit de cōsciis. De adiutoribus De adiumentis, Nunquo in loco præter cōsuetudinem fuerit? Aut alieno tempore.
IIII. Facto in delicto, seu adiuncto delicto.	Locus, Tempus, Modus, Occasio, Facultas.
V. Non facto.	Quid factum sit, quod nō oportuerit, aut non factum, quod oportuerit, &c.
VI. Dicto.	Nunquid dixerit reus ante, in, seu post delictum, prout minæ, confessiones. Item fama, & reliqua.
VII. Non dicto.	Tacens delictum præsumitur particeps, & non respondens torquetur sine indiciis, &c.
VIII. Facto quodam cōsequenti delictum indicante de reo, sed nō de ꝓposito.	Fuga, Cruor, Pallor, Trepidatio, repertus in loco delicti, & reliqua.

Et supradicti loci sunt proprij Iurisconsultorũ, 11 & Oratorum; tametsi Arist. † prædicamenta decem constituerit, circa quæ videtur versari omnis quæstio: Sed secundum Quint. in lib. iij. titu. vnde ducatur, ex ijs prima quatuor ad status pertinere, cętera ad quosdã locos argumentorum videntur. Verũ sine conuicio Quint. non solũ prædicti loci, verum etiã omnia, quæ sunt in Cœlo, in Terra, & in Abisso sub pdicta pdicamẽta cadũt. Nota, ne oriatur confusio in tabula, ꝙ consilia per Cic. sunt attributa personę; rectius tñ referuntur ad factũ, licet personæ accidant. vide Quint. lib. v. & l. sæpe. §. fi. ff. de verb. sig. Itẽ Fama, & Pallor bis legitur in tab. vide in c. j. & pen. tract. primi: atque ex ijs locis omnis argumentatio inueniri poterit, & aut probabilis, aut necessaria erit. vide Cicer. lib. j. c. v. de Inuent. Et secun- 12 dum Aristot. Qui iudicare † perspicienter potest quid probabile, aut non probabile habeatur: idem acerrime iudicabit quid verum, aut non verum in singulis rebus sit. vide in lib. j. cap. vj. Rhetor. De prædictis locis fit mentio in l. fi. ff. de actio. & obligatio. ibi. ex personis, causisque, & l. qui cum vno. ff. de re milita. ibi, examinantur causæ, cur, & vbi fuerit, & quid egerit. Prę- 13 dicta † repugnant scribentibus de indicijs non posse dari certam doctrinam, sed esse in arbitrio, quod tamen regulatur secundum dispositionẽ iuris communis. Contra etiam prædictos est: ꝙ natura hominum id patitur, vt veritatis capax sit, & res maiori ex parte veritatem sortiatur. Hoc 14 amplius † ego dico, cognitionem indiciorum nõ solum ex nobis, sed ex rebus ipsis etiam prouenire: etenim natura homini rerum plurimarum obscuras, & necessarias intelligentias enodauit. Supradicta probari possunt exemplo diuino: vt in c. iij. Genes. ibi: vox sanguinis fratris tui clamat post me de terra. Et in exemplo veneni, 15 vt infra in c. iiij. Et secundũ aliquos † est quædam natura in homine, quæ ipsum cogit, aut fateri, aut aliter delictum manifestare. vnde legitur in lege diuina. fugit impius nemine persequente; Et hanc partem aliqui vocarunt Furiam; alij Cõscientiam scelerum; alij dixerunt fieri natura cõmuni ad manifestandum delictum. Et de prædictis ponentur exempla suis locis.

DE ATROCITATE PRAEMEDITATI, ET quomodo differat à non præmeditato.

SVMMARIVM.

1 *Per indicia proceditur in tribus delictis, homicidio, furto, & adulterio.*

2 *Homicidium quot modis committatur?*

3 *Homicidium præmeditatum est maxime detestabile, & in eo omnes tenentur.*

4 *Aggrediens animo occidendi, licet non occidat, an puniatur tamen vt homicida?*

5 *Pecuniam accipiens vt occidat, si ad proximum actum deueniat, homicidii pœna punitur, licet homicidium non sequatur; Idem in crimine seditionis, & in emẽte venenũ, vt alteri daret.*

6 *Bannitum veneno occidere non licet, quamuis posset per leges impune occidi.*

7 *Mulier bannita licet ex statuto possit impune occidi non tamen potest adulterari.*

8 *Statuta concedentia immunitatem offendendi siue occidendi, an extendantur ad delicta diuersæ speciei.*

Cap. I.



1 PER Indicia † proceditur in tribus delictis, videlicet, homicidio, furto, & adulterio. Homicidium 2 † autem committitur, aut præmeditatum, aut in pura rixa, aut casu. De ijs, maxime de præmeditato legitur in l. Mosis, c. xxj. Exo. 3 & adeo † detestabile est, vt delinquens auellatur ab altari, vt moriatur: Et differt a puro, etiam secundũ Iurisconsultos: nam si plures fuerint in rixa præmeditata, omnes puniũtur de occiso; secus in pura rixa: quia tunc vniuscuiusque ictus considerandus est, not. in l. fi. C. de sic. Idem secũdum Cicer. j. officiorum. Interest vtrum perturbatione aliqua animi, an consulto, & cogitato fiat in- 4 iuria. Hoc amplius † secundum aliquos; si quis animo occidendi aggressus sit aliquem, licet non occiderit, aut vulnerauerit, punitur tamẽ, vt homicida. Sed dic contra, ꝙ punitur arbitrio Iudicis, non autem pœna homicidij. In aliquibus tamẽ 5 potest puniri vt homicida, vt puta, siquis, † accepta pecunia, causa occidendi, cum deuenerit ad actum proximum, punitur pœna homicidij, licet homicidium non sit secutum. Bar. in l. non solum. ff. de iniur. Idem in crimine seditionis, & in emẽ- 6 te venenum, vt alteri daret. Dic etiam † secundũ aliquos, nõ licere exulem veneno occidere, licet posset per leges impune occidi secundum Doc. in 7 l. non ideo. C. de accusa. † {Et licet mulier bannita ex forma statuti posse impune occidi, non potest tamen adulterari, quamuis maius sit homicidium ꝙ̃ adulteriũ, & ratio est, quia adulterare est contra præceptum diuinum, prout non me haberis, ita tenet Deci. in c. quæ in ecclesiarum colũ. vij. de cõsti. Sed Nellus tenuit contrariũ in tract. bannito. ea ratione ꝙ homicidium sit maius ꝙ̃ adulterium, & non debet cui, quod plus est, licet quod minus est, non licere. ff. de regu. iur. Quod tamen non obstat ꝙ homicidium sit maius deli- 8 ctum ꝙ̃ adulterium, † quia est diuersæ speciei, quo casu sub eo quod plus est, non continetur minus, vt per Deci. post Dyn. in d. l. non debet, &

hanc

hanc limitationem nota ad illam regulam, quæ multum seruiet ad leges & statuta concedentia immunitatem ostendendi siue occidendi, quo casu non extenduntur ad delicta diuersæ speciei.}

SVMMARIVM.

1 *Maleficium apparere prius debet, quàm de proposito, aut reo quæri debeat.*
2 *Cadauer prius est inspiciendum, eius qualitas in actis refereda, quatitas vulnerũ, et in qua parte corporis sint, & quo armorum genere illata fuerint & quæ mortis causam præstiterint.*
3 *Propositum ex quibus indiciis arguatur?*
4 *Propositi coniectura ex loco, vbi quis offenditur, capitur.*
5 *Frequentans locum maleficii, habet indicium contra se.*
6 *Cadaueris inspectio fieri debet per peritos, et duo medici super ea requiri debent, & hæc si omittantur processus est nullus.*
7 *Contumax quando non habeatur pro confesso ex forma statuti.*
8 *Reus absens non damnatur si contra eum non fuerit probatum delictum.*
9 *Casus, in quibus proceditur, licet non constet de cadauere.*
10 *Vestigia in luto, niue, aut puluere reperta, seu vestimentum, vel quod simile, in loco delicti inuentum, ad habenda indicia, contemplanda sunt.*

De viso, & reperto faciendo per peritos, & de errore iudicium. Cap. II.

1 DE proposito, † aut reo quæri non debet, nisi de facto constet: naturalis enim ordo est, vt prius probetur factum esse, deinde a quo, postea quo animo: cum in vero de facto, & reo
2 constat, de animo quæri potest. Quare, † curent Iudices, vt inspiciatur cadauer, & referatur in actis qualitas, quantitas vulnerum, & in qua parte corporis sint, quo armorũ genere illata fuerint: & quę demũ causam mortis vulnera pręstiterint,
3 quia per multitudinem, † magnitudinem, geminationem vulnerum, & per modum vulnerandi arguitur propositũ. Item apparere debet in quo lo-
4 co fuit occisus: nam † per locum, in quo quis offenditur, coniectatur de proposito, & de delinquente, quando de eo ignoratur; præsumitur
5 † enim contra frequentantem illum locum, siue contra vicinos, Bartol. l.j. C. de ser. fugiti. & Moyses. cap. xxj. Deuterono. Et animaduerten-
6 dum † est, vt eiusmodi inspectio cadaueris fiat per peritos, licet aliqui Iudices cõsueuerint videre sine peritis. Sed auertant talẽ consuetudinem, cum sit contra religionem iudicandi, & pariat periculum damnandi insonteis, sicut sonteis, præsertim in rixis puris: cum vniuscuiusq; ictus animaduertatur: et standum est in arte peritis. Hoc amplius duo requiruntur medici, licet de consuetudine stetur dicto vnius. Bar. & Hippo. l. fi. C. ad l. Cor. de sicar. conclusiue supradicta in processu apparere debent, aliter per talem omisionẽ, tanq̃ formam substantialem processus redditur nullus. Vnde
7 licet statuta † disponant, vt reus contumax habeatur pro confesso, non habebunt locum non seruata supradicta. l. Raptores C. de Episc. & Cler.
8 vbi etiã dicitur, ꝙ reus † licet absens, non debet tñ damnari, si contra eum non fuerit probatũ delictum; & ratio reddi potest: quia absentia pôt con-
9 tingere ex diuersis accidẽtibus. Sunt tñ † casus, in quibus proceditur, licet non constet de cadauere, vt puta in latronibus, qui abscondunt cadauera eiiciẽdo in flumina, ac mare vt dictũ est in tit.
10 de Tor. cap. ij. Curent etiam Iudices † contẽplari vestigia in luto reperta, siue niue, aut puluere; & similiter si telum, si vestimentum, siquid eiusmodi repertum sit, quod fuerit relictum in loco delicti: per hæc enim, & similia oriuntur indicia.

SVMMARIVM.

1 *Cadauer si effundat sanguinem propter præsentiam suspectorum, an magnum præstet indicium, saltem ad inquirendum?*
2 *Sanguis clamat vindictam contra interfectorẽ.*
3 *Calor in cadauere seruari potest vsq; ad septem horas & ideo intra illud tempus omnis experientia de suspecto fieri debet.*

De sanguine profluente propter præsentiam suspectorum. Cap. III.

1 CONSEQVENS locus est dicere de cadauere † effundẽte sanguinem propter præsentiam suspectorum; de quo indicio meminit Paris de Puteo, dicens, ꝙ magnũ est indicium, & non est recedendũ a tali experientia. vide eum in cap. Mandauit in fine. Hippo. quoque aliquantulum tractat, dicitq; nullibi legi de hoc, & posse inquiri tantum in. §. diligenter nu. cxviij. Attamen apud multos legitur de hoc indicio. Et Aristoteles respondit hoc
2 esse opus diuinum, & naturale: quia sanguis † clamat vindictam contra interfectorem, & rationes multas affert. vide eum in problema. c. de naribus, & Lucretium lib. iiij. in illis versibus.

Emicat in partem sanguis, vnde icimur ictu.

Vbi Ficinus multas adducit causas non dissentientes ab Aristotele. Et vbi Aristoteles dicit, si
3 vulnera fuerint recẽtia, Ficinus ait calorẽ † seruari posse ad tempus, puta, ad oras septem: & tale indicium appellatur diuinum, & fit natura com-

muni ad manifestandum homicidium: & Iudex debet experiri infra dictũ tẽpus; quod nota, quia non legitur apud Iurisconsultos criminalia tractantes. Apud Moysen sunt pleraque, per quę probatur sanguinem clamare vindictam; sed nõ proprie probant supra dictam opinionem, vt in cap. iiij. Genes. ibi. vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Iosephum de bello Iudaico lege, vbi loquitur de sanguine Zacchariæ. Sed de hoc nullibi legitur apud Ciuiles, Canonicosque scriptores; licet Paris de puteo testetur, ac ponat capita quædam non tamen probantia. De hoc etiã apud Oratores nullum verbum reperitur; Sed tãtum de sanguine in vestimentis, armis ve reperto ij meminerunt. Ideo existimo nullum oriri indicium, nisi ad inquirendum: nam talis effusio sanguinis emanat ex causis ignotis, quæ non sunt trahendæ ad consequentiam: & nullum indicium sequi debet necessario, cum ex diuersis accidentibus proueniant, & secũdum aliquos propter vniformem complexionem. Et contentus sit Iudex iudicare secundum prudentiam, quę cadit in hominem, relinquendo cætera iudicio diuino: non enim oportet plus sapere, quam oporteat secundũ Apost. Et l. si restituantur. ff. de iudi. Sed si fiet aliqua experientia fieri debet infra horas septem, vt supra, & ad inquirendum tantum.

SVMMARIVM.

1 Veneno quem esse necatum indicat liuor, aut tumor cadaueris.

2 Cadauer inspici debet a peritis, & alii deponere debeant de credulitate, an de veritate in casu veneficii?

3 Reus & testis qualiter interrogari & deponere debeant, an quis ex veneno perierit.

4 Veneno quem esse mortuum ex quibus cognosci posit?

De viso, & reperto faciendo per peritos in veneficio, & noua experientia. Cap. IIII.



1 CONTINGIT hominem homini insidiari potius veneno, quam gladio. Itaque † quæretur, si liuore, aut tumore decoloratum est corpus mortui, significat veneno necatũ. vide Auctorem ad Herenium lib. ij. Tit. in constitutione coniecturali. Quare Iu-2 dices † curent inspici cadauera per peritos, qui iuramento referant in actis. Sed ambigitur, an tales periti teneantur deponere de credulitate, an de veritate? Vnde dic, quod in casibus, in quibus vere cognosci potest veneficium, tenentur deponere de veritate, aliter de credulitate. Quare Oratores post Ciceronem dixerunt hoc factũ aliquando simplicem quęstionem habere, videlicet: an homo perierit: aliquãdo duplicem, videlicet: veneno, an cruditate perierit, Ideoque vtraq; pars quod pro-3 posuerit, tuetur. {Nota † quod non valet inquisitio nisi constat de delicto per peritos, vt supra, & confessio rei vel dictum testis non est sufficiens ad faciẽdum constare de delicto, cum nõ pertineant ad cognitionẽ vel ipsius rei, vel testis, sed ad cognitionem peritorum. ita in hac materia veneni decidit Alex. in consi. cxvj. vbi dicit quod non debet reus, & multo minus testis interrogari an ille perierit veneni; quia hoc nescit discernere nec testis, nec pars. versatur enim in peritia & scientia medicorũ. Sed debet interrogari an sit mortuus. Item an dederit venenum. Sed quod mortuus sit ex veneno nemo potest deponere hoc, nisi peritus, ea ratione, quod potest esse tam modica quantitas veneni, vel talis qualitas venenati, vt non potuerit ex veneno mori, quod nota perpetuo ĩ hac materia.} Occurrit hic mirabilis experientia, de qua non 4 legitur apud Iurisconsultos. quod mortuus † veneno cognoscitur tum ex liuioribus in toto corpore, & spumis ore fluentibus, tum si cremetur corpus, cor illæsum remanet a veneno præseruatum. vide Suetonium in Caligula in principio. Et vbi de hoc facto controuersia foret, a tali experientia non discederem. Animaduertendum tamen est, quod non solum ijs, qui veneno, sed qui etiam morbo cardiaco perierunt, euenisse, legitur: quo argumento Plinius ait. Pisonem in iudicio defensum fuisse.

SVMMARIVM.

1 Premeditatum maleficium non præsumitur, nisi appareat de antecedenti proposito. Et quomodo id probari poßit?

2 Indicia debent esse perfecta in genere suo, vt de reo quæstio haberi poßit.

3 Indicia remota per duos testes probari debent, aliter non habebunt vires indiciorum: Et an testes debeant esse omni exceptione maiores?

4 Testes quandò omni exceptione maiores ad probandum requirantur, & quando etiam non integri admitantur?

5 Præmeditatum an præsumatur, si non appareet de pura rixa. Et in quibus casibus fallat?

6 Consuetus committere homicidia an ex hoc solo præsumatur ex proposito occidisse: & an poßit pœna ordinaria puniri?

De non præsumendo proposito, nisi probetur, & quomodo probetur, & in quibus fallat. Cap. V.



1 NON præsumitur † premeditatum, nisi appareat de antecedenti proposito, quod cum non posit probari directe, cũ sit intrinseca qualitas, probari debet per exteriores qualitates, de quibus in hoc tractatu disseritur. Et in hoc notandum est, 2 quod indicia † debent esse perfecta in genere suo nam

nam sicut probationes in criminalibus ad condemnandum debent esse luce meridiana clariores, ita & indicia in genere suo ad quæstionẽ habendam debẽt esse clara, nam eadem est ratio de toto, quo ad totum, quæ est de parte, quo ad partẽ, & econtra. vide not. in c. vj. de Tormen. Et remo 3 ta, † aut quæ ipsum maleficium consequuntur, probari debent per duos testes, aliter non habebunt vires indiciorum. Sed scriptores maxime dissident, an testes debeant esse omni exceptione ma- 4 iores? Et secundum † opinionem multorũ quãdo tractatur de inquirendo, siue torquendo, testes nõ etiam integri admittuntur. Hippo. in. §. diligenter nume. iiij. & vide quæ dicentur in titu. per visum 5 vnius testis. Sed aliqui † senserunt præsumi cogitatum, qñ non apparet de pura rixa: quia lex male præsumit de homicidijs. Sed dic. non præsumi cogitatum, nisi probetur, vt supra. Fallit tñ in latronibus; quia de ijs semper male pręsumitur. Fallit 6 etiam in eo, qui † consueuit committere homicidia, licet accusator non probauerit, & quando accusatus nõ probauit. & secũdum Carrer. in tract. homici. potest puniri pœna ordinaria. Sed hæc opinio non placet, & sufficit ex hoc solo indicio posse torqueri, dicetur in sequenti tit. c. iiij.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Accusator & accusatus in casu propositi possunt vtrinque probare.*

2 *Probatio indirecta in criminali causa sæpe conceditur.*

3 *Negatiua facti vbi habet annexam determinationẽ loci, vel temporis, vel alterius rei, indirectam habet probationem.*

4 *Testes deponentes de negatiua, præferuntur testibus affirmantibus etiam dignioribus.*

5 *Negatiua probatio nõ admittitur in probatione intuitiua, vt quãdo testes deponũt vidisse factũ & sunt in sufficienti numero, & quando qualitas testium est in iure approbata.*

6 *Negatiua coarctata loco & tempore potest probari, quia æquipollet affirmatiuæ.*

7 *Reus post didicita testificata, & cõclusum in causa, põt super eisdem probare, secus accusator.*

In causa propositi vtrinque probatur etiam in contrarium. Cap. VI.



1 N CASV propositi † tam accusatus, quam accusator possunt vtrinq; 2 probare. Hoc † amplius in qualibet causa criminali sæpe conceditur indirecta probatio, videlicet: quando reus negat interfuisse die, & loco probatis per testes, & vult probare se fuisse alibi. Iudex admittet eum ad probandam dictam negatiuam: quia vbi 3 † negatiua facti habet annexam determinationem loci, vel temporis, vel alterius rei, tunc indirectam habet probationem l. iij. & ibi Bal. ff. de probat. Et secundũ Collumba. in tract. malefi. te- 4 stes † deponentes de negatiua, vt supra, præferuntur testibus affirmantibus, etiam dignioribus. Attamen Bal. sibi contrarius in l. fi. C. de testi. di- 5 xit, quod † in probatione intuitiua quando testes deponunt vidisse factum, & in sufficienti numero, & quando qualitas testium est approbata in iure, tũc non admittitur probatio negatiua in contrarium. 6 Sed credo † quod quando negatiua est coarctata, vt supra, possit probari; quia tunc æquipollet affirmatiuæ, & quod vtrinque possit probari, videtur cõ- 7 cedi, in l. Moysis c. xxj. Ios. Sed reus † post didicita testificata licet sit conclusum in causa, potest tamen etiam super eisdem probare: secus accusator. Hippo. in. §. sequens nu. vj.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicium varie diffinitur, & diuersimode nuncupatur.*

2 *Argumentum, signum, & præsumptio sunt minora, quàm indicium.*

3 *Indicia ad torturam sufficientia quomodo cognosci possint?*

4 *Indiciorum duo sunt genera.*

5 *Indicium indicans propositum, indicat & interfectorẽ, licet non semper puniatur de proposito.*

6 *Indicium aliud est remotum & leue, aliud propinquum, & graue.*

7 *Indicium propinquum quodnam sit? & quod remotum?*

8 *Negotiis attributa quomodo considerentur?*

9 *Tempus præteritum maxime valet, nam & quæ fiãt, et quæ futura sint, ex pteritis colliguntur.*

10 *Propositum indicantia qualia esse oporteat?*

11 *Præsumptio iuris et de iure non recipit probationes in contrariũ, secus de præsumptione iuris.*

12 *Negotium omne per tria tẽpora certioribus argumentis arguitur.*

13 *Indicia ante delictum ex quibus capiantur?*

De diffinitione, & genere indiciorum. Cap. VII.

1 INDICIVM † varie diffinitur, & dicitur signum alicuius maleficij commissi, vel alterius rei, de qua agitur, & varie nominatur videlicet, argumentum, signũ, 2 & præsumptio. Sed hæc † duo sunt minora, quam indicium. Et dicunt omnes, quod non potest dari certa doctrina. Sed secun- 3 dum Bar. in l. fin. ff. de quæstio. potest dari † aliqua via ad cognoscendum indicia sufficien- 4 tia ad torturam. Indiciorum † duo sunt genera,

nera, vnū quod indicat aliquem deliquisse, & ex 5 proposito, & omne quod † indicat propositū, indicat & interfectorem, licet non semper puniatur de proposito, & hoc euenit, quando rixantes obuiant forte, & casu. Aliud indicat deliquisse, sed non ex proposito, vt in tabula. Et in prædictis 6 † indiciū aliud est remotū, & leue: aliud propin- 7 quum, & graue. Propinquū est, qđ † tangit negotiū, vt vnus testis de visu, captus in loco delicti, & reliqua. Indiciū vero remotum dr̄ homo malæ conditionis, & similia. Et secundum Oratores 8 † attributa negocijs, partim sunt continentia cum ipso negocio, partim in gestione negocij cōsiderātur, partim adiuncta negocio sunt, partim gestum 9 negocium cōsequuntur. Sed præteritum † tēpus maxime valet, nam & quæ fiant, & quæ futura 10 sint, ex præteritis colliguntur: & ea, quæ † in delicto fiunt, siue post, ad hoc vt indicent propositum oportet esse eiusmodi, vt consequantur ab ante delictum gestis, & de industria facta videantur, de qua industria loquitur tex. in c. xxj. Exod. & l. militis agrum. ff. de re milita. Cice. in lib. ij. de Inuenti. tit. nunc ad causam coniecturalē. In præ- 11 dictis † duplex est præsumptio vna iuris, & de iure, & hæc non recipit probationes in contrariū, alia est iuris, & hęc recipit probationes in contrarium. Qualiter aūt probentur indicia dicetur in titulo, de Indicijs per visum vnius testis. Po- 12 stremo † quia per tria tempora omne negocium arguitur certioribus argumentis, itaque per ea excutiam locos indiciorum in specie, de quibus 13 hactenus in genere dictum est; Ante † igitur delictum capiuntur indicia a Persona Causa, Consilijs. et is ordo est, facere voluerit, potuerit, fecerit. Sed quæstio, an fecerit, incipit a secūdo tēpore.

DE INDICIIS PRAEMEDITATI ANTE delictum ex persona.

TRACTATVS PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Persona rei qualis sit in omni delicto ante omnia intuendum est.*

2 *Personæ qualitas demonstrat animum fuisse, aut non fuisse offendendi.*

3 *Malitia, & Incontinentia rei, indicia maleficii præstat, vnde caput erunt accusationis, vel inquisitionis.*

De Malitia, & Innocentia. Cap. I.



IN OMNI delicto ante omnia intuendum, qualis sit, de quo quæritur: quia secundum naturam incipiendum est a persona: licet Cic. causas sæpe prætulerit. Persona autē summitur, qua alius ab alio differt, tum in animo, tum in corpore, tū in extra 2 positis, & qualitas † personæ demonstrat animum fuisse, aut nō fuisse offendendi l. si mater. C. ne de stat. defunct. Sed qui, qualesve homines iniuriā faciant, & qualibus iniuria fiat, & quid cuiq; rei, & quid cuiq; homini soleat accidere, scripsit Arist. in lib. j. & ij. de arte Rethori. Sed Oratores post eū non sunt exequuti: quia impossibile, ac potius infinitū est, vide Quint. de argu. lib. v. c. x. At res, quarū causa homines constituūt cōtra ius lędere, duæ fere capitales habētur, videlicet, Malitia, & Incontinentia: nā quibus quisque affectus est vitijs, siue vno, siue pluribus teneatur, in ea re, cuius gratia vitiosus est, in iuris quoque, atque iniustus euadit, malus enim male cogitat, & cor iniqui inquirit mala c. xxviij. & xxix. Prouerbi. vide Arist. Rethori. i. c. xxvij. Quare Malitia, et Incōtinētia caput erūt accusationis, siue inquisitionis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Fama rei est à iudice examinanda.*

2 *Fama quid sit, & quomodo consideretur, & an faciat sufficiens indicium ad torturam?*

3 *Torqueri non potest reus ex indicio remoto à maleficio, sed alia simul requiruntur.*

4 *Fama mala an non solum in eo, in quo quis infamatur, sed etiam in aliis, rei opinionē grauet?*

5 *Fama mala ad hoc vt noceat, debet esse in eodem genere mali.*

6 *Fama, seu infamia præcedere debet inquisitionem, aliàs non proceditur, nisi in casibus exceptis.*

7 *Famæ malæ indicium cessat, si probetur a tribus annis citra reum fuisse bonæ vitæ.*

8 *Fama mala non sufficit, nisi conuictus fuerit de infamia.*

9 *Fama bona tuetur reum à tortura.*

10 *Fama bona in genere tollit indicia in spetie.*

11 *Testes spetialiter examinati super mala fama an præferantur testibus deponentibus in genere de bona fama?*

De fama reorum. Cap. II.

1 EXAMINARI debet † per Iudicē, cuius ęstimationis, & famæ sit reus, qualis ēt fuerit: propter. n. malam famam delinquentis, facile præsumitur de insidijs, & dolo c. vj. lib. Iudi. l. iiij. ff. de suspec. 2 tuto. Et fama † est cōis opinio voce manifestata ex suspitione pueniēs l. de minore. ff. de qō. & ibi Bat. & c. ij. Reg. pri. Et varie cōsideratur, videlicet, in genere, & in specie: in genere qn̄ fama est, ꝙ aliquis est bonus, vel malus, vel ēt in aliquo genere mali: & per hāc non oritur aliquod indicium ad torturā secundum Bart. in l. fin. ff. de qō. ibi,

ibi, est homo malę cōditionis, est indicium quale quale, & non sufficit ad torturā sine alijs secus si esset vnitū. Et † est regula generalis, ꝙ ex indi- 5 cio remoto a maleficio reus nō torquetur; sed requiruntur alia simul. Sed scdm Brun. fama generalis parit indiciū ad torturā, quoties iungitur cū fama speciali; & vita præcedēs magnā partē de- 4 fert ad pręsumendum qd, quid sit; Vnde† caueat vnusquisque quia non solū in eo, in quo quis infamatur, sed ēt in alijs grauatur eius opinio. Vide 5 eundem in glo. circa tertiā, & quintā. Sed † oēs dicunt, ꝙ ad hoc, vt mala fama noceat reo, debet esse in eodē genere mali. quia ex dissimilibus nō 6 oritur coniectura. Fama, seu † infamia præcedere debent inquisitionē, aliter non procedetur, nisi in casibus exceptis per Hipp. in. §. constante nu. xij. Item qn̄ ex pręsumptione hominis pręsumitur cōtra aliquē propter malam famam in eodem genere malitiæ, potest admitti probatio in contrariū.
7 Et indicium † malæ famæ cessabit, si a tribus annis citra probabitur fuisse bonæ vitæ cap. cum in 8 tua. extra de sponsalib. Item fama † mala ꝓbari debet, & nō sufficit, ꝙ ita dicatur de aliquo, nisi fuerit conuictus de infamia. Et qualiter probetur vide in c. j. de Patenti. Et diffinitio prædicta declarat, quæ requirantur in fama: quæ ēt probari debet secundum Hipp. in. §. constante nu. cxvj. Idem secundum Oratores, quando dicunt, deinde vita hominis ex ante factis spectabitur, in quo cōsiderabit accusator, num quando simile quid fecerit, si id non reperiet, num quando venerit in similē suspitionem de quo per auctor. ad Heren. lib. j. & Cic. lib. ij. de Inuent. titu. ij. Quare mala fama cōtra aliquem oriri nō debet, nisi vtsupra, & nisi reus conuictus fuerit, & qn̄ mala fama apparebit vtsupra, nō solū inditia summētur in eodē genere mali, sed ēt in diuerso secundū Brun. vtsupra, & ratio Oratorū reddi pōt. Deinde qui fecerit illud tā nequiter, eundē hoc tam perperā fecisse, non est 9 mirandum. Econtra aūt † propter bonam famā non torquebitur secūdum Bal. in l. j. C. locati. vbi multa similia dicit. Sed aliqui limitant non tor- 10 queri ita grauiter. Hoc amplius dixerūt † aliqui per bonam famam in genere tolli indicia in specie. Sed multi contra dicunt, ꝙ quādo testes sunt 11 † specialiter examinati super mala fama alicuius, tūc tales testes pręferuntur testibus deponētibus in genere de bona fama, notatur in c. cū oportet extra de accusa. Alia vero est fama in specie de aliquo particulari facto, & ꝙ tale quid sit, vel non: & differt a supradicta: quia respicit vitā hominum, vtsupra. Hæc vero respicit negocium, de quo quis accusatur, & oritur ex circunstantijs negotij; ideo de ea dicetur in tit. post delictum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Conuersatio mala est malæ actionis indiciū.*
2 *Suspitiones malæ trahuntur ex conuersatione, & uictu.*
3 *Conuersans cum inimicis occisi præsumitur ex proposito occidisse.*

De conuersatione, & victu. Cap. III.

1 
MALA † conuersatio est malæ actionis indicium: nam qualis quisque est, tali consortio delectatur: & ideo si commissum sit homicidium, & Titius sit solitus conuersari cum homicidis, ex tali cōuersatione habebit contra se indicium dicti homicidij. Guid. Suza. in titu. quę, & qualia: Hippo. in. §. expedita in fine. Idem in l. Mosis c. iiij. & xxiiij. Prouerb. & xvj. Isaiæ, & 2 xxj. Deut. Idem † secundum Oratores ex conuersatione, & victu multæ trahuntur suspitiones. secundū Cic. lib. j. de inuēt. tit. xiij. & ij. tit. ij. Pręterea cōuersatio † sępe accipitur in alio genere, 3 videlicet, si occisor fuerit visus conuersari cū inimicis occisi, præsumetur ꝙ ex ꝓposito occiderit. Sed talis conuersatio non respicit personam, sicut supradicta; sed potius respicit tractatum, & consilium; ideo de ea dicetur in tit. ex consilio in vers. quo cum visus sit, vbi magis congruit.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Cōsuetus delinquere, ex hoc solo indicio an torqueri pśsit?*
2 *Associans post delictum præsumitur occulte auxilium præbuisse.*
3 *Indicia potiora quare requirantur quando quæritur interfectore quam quando quæritur de proposito?*
4 *Solitus delinquere quis dici possit?*

De consuetudine delinquendi. Cap. IIII.

1 
QVI assueuit † delinquere, pōt torqueri ex hoc solo indicio secundū Gand. in tit. de præsump. Idē secū dum Oratores: est enim consuetudinis vis naturę perquā similis. Idē secundū Moysen, is, cui mos est delinquendi, cōtemnit omnē correctionē, & pęnæ cōminationem, cap. xviij. prouerb. Sed Hippoly. cū aliis contrariū tenet in. §. diligenter nu. xcix. Circa prædicta dic, aut ignoratur de interfectore, & de eo quæritur, & tūc aliquis nō torquebitur ex hoc solo; aut constat de interfectore, sed quæritur de proposito, & tunc torquebitur, si constabit eū solere occidere, & hoc qn̄ non probabitur pura rixa. Sed Lud. Carer. sentit in dicto casu posse damnari sine tortura in tract. homic. nu. xlvij. Sed hæc opinio non placet, & potiora indicia requiruntur ad explorandum quis fecerit, ꝙ̄ ad explorandū quo animo, cum de homicida constat: quia tunc in dubio præsumitur occidisse propter talē præsumptionē, ꝙ sit solitus: & hoc casu oneratur probare contrariū, licet regulariter non pręsumatur propositū, nisi probetur, put 2 in simili dicitur, ꝙ cōtra † associantē post delictū oritur præsumptio de occulto auxilio, & reus co-

 gitur

gitur probare contrarium secundum Hippo.in §. constante nu.lv. Quare autem † potiora indicia requirantur, quando quęritur de interfectore, quam quando quæritur de proposito, ratio est, ꝙ quando constat, quis fecerit, lex de eo præsumit omne malum, & iungitur cum alia præsumptione, ꝙ cõsueuerit, & sic duæ emergunt præsumptiones; & hoc casu affines delicto propter secutum effectum, secus quãdo quæritur de homicida: quia tunc ꝙ assueuerit, est solum indiciũ, & remotum a maleficio: quia non constat de effectu aliquo.

4 Sciendum est, ꝙ solitus † dicitur quando quis est conuictus bis deliquisse, & secundum aliquos ter. vide Innocen.c.j.de fideiuss. Idem secundum Oratores secundum Cic.ij.de Inuent.tit.ij.de constit.coniec.ibi. Si quo in pari ante peccato conuictus sit. Et secundum Aristotelẽ consuetudine fieri videntur, quæ idcirco facimus, quia sæpe numero fecimus. vt p eundẽ Rhetoricorũ primo c.xxix.

SVMMARIVM.

1 *Progenies bona, vel mala, bonum, vel malũ indicium præstat.*

2 *Natio præsumptionem de hominũ natura præbet.*

3 *Sexus, ætas, animi natura, conditio, fortuna, amictus, risus, & ingressus suspition econtrà reum præstant.*

De progenie, & natione, & talibus similibus. Cap. V.

1 QVOD quis sit † natus de bona, seu mala progenie bene, seu male præsumitur scdm Gand.in tit.de præsump.& indi.dubi. Moysen c.j.& xxvij.et lxv. Isaię. A natione † similiter pręsumitur de natura hominũ: nam gentibus proprij mores sunt: sunt.n.nationes, quæ homines facile interficiũt, & diuersis vicijs tenentur. Bal.in l.fi.C.de hæred.instituen. Apost. ad Titum c.j. ibi Cretenses semper mendaces. A sexu † aliud in viro, aliud in fœmina creditur l.quisquis.C.ad l.Iul.maie. Ab ætate, aliud alijs annis magis cõuenit.l. qui cũ vno.ff. de re milit. Ab animi natura: Et enim auaritia, iracundia, misericordia, crudelitas, aliaq; ijs similia afferunt frequenter fidem, ac detrahunt: nam quibus quisque obuolutus est vitijs, quorum gratia vitiosus est, iniurius quoque, atq; iniustus euadit, vide Arist. cap. xxvij. Rhetori.libr.j. A conditione, & fortuna: distat enim an clarus, an obscurus quis sit l.capitalium.ff.de pœ.secundum Suzza.in tit.quæ, & qualia. Ab amictu, risu, ingressu. vt per Moysen c.xix. Ecclesias.in fin. Sed quæ supradicta sunt de natura hominis pariunt tantummodo aliquam suspicionem secundũ Antiquos, quando dicunt, & de natura licet aliquantulum ducere suspiciones: Omnia enim hæc, vir, an mulier, huius an illius ciuitatis sit quibus sit maioribus, quibus consanguineis, qua ætate, quo animo, quo corpore, quæ naturæ sunt attributa, ad aliquam coniecturam faciendam pertinebunt. Cice.lib.ij.de Inuentio.tit.ij.de consti. coniectu. Et ratio prędictorum reddi potest: quia virtutes, & vicia in potestate nostra sunt, & non est quid positum in naturalibus causis, sed in voluntate, studio, disciplina, quæ tollunt omnia, cap.j.ij. & iij.prouerb. vide Cic.de fato in principio.

SVMMARIVM.

1 *Physiognomia mala facit præsumi in genere quem ad scelera procliuum, sicut a bona, bene præsumitur.*

2 *Tortura inchoanda est ab eo qui habet malam physiognomiam.*

3 *Hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronteqne Zopirus Physiognomus noscere profitebatur.*

4 *Chyromantia de homine præsumptionem probet.*

De Physiognomia, & Chyromantia. Cap. VI.



1 X Physiognomia † mala pręsumitur quem ad scelera procliuum, sicut etiam a bona bene præsumitur secundum Bald. in l.ij.C.quorum appel.non reci. Idem in l. Moysis cap.xix. Ecclesiasti. ibi, ex visu cognoscitur vir, & cap.iij. Isaiæ, ibi, agnitio vultus eorum respondet eis. Sed ex ijs pręsumi potest in genere, non autem in specie de aliquo delicto, nisi alijs concurrentibus, licet Paris de Puteo dicat per Physiognomiam bis iudicasse; vide eum 2 in dicto tractatu, col. viij. Vnde dixerunt † aliqui, ꝙ si plures rei sunt torquendi incipiendum est ab habente malam physiognomiam. Legitur etiam 3 † ꝙ Zopirus physiognomus profitebatur hominũ mores, naturasq; ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere. Sed dic ꝙ aliquant ulum præsumitur per textum c.xvj. Reg.j.ibi, ne respicias vultum eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum ho4 minis ego iudico. A Chyromantia † secundum multos præsumitur de homine, nullum tamen verbum legitur apud Iurisconsultos. In l. Mosis legitur ca. xxxvij. Iob, ibi, qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua. Vnde elicitur, posse præsumi arte ea media, & illum textum Iudęi sic fuerunt interpretati, asserentes lineas esse naturales, & non frustra positas. Sed nostri intelligunt in manu, idest, in potestate hominum. Verum pro opinione Iudæorum est textus c. xiij. Exo. vbi videtur probari lineas esse positas ad aliquid significãdum de homine, & esse signũ naturę. Apud Oratores nõ legitur de supra dicto indicio, sed de Physiognomia sæpe.

SVMMARIVM.

1 *Indicium oritur a nomine si cum eo mala fama concurrat.*

De

De nomine. Cap. VII.


1 A NOMINE † secundum scribẽtes oritur indicium, si cum eo cõcurrat mala fama, vt puta ꝙ quis esset malæ famæ, vt ꝙ vocaretur Rampinus. Sed secundũ Cice. ij. de inuent. nonnunquam aliquid suspicionis nascitur; & secundum Quint. lib. v. de argumentis Nomen in argumentum raro cadit, nisi cum aut ex causa datum est, aut & ipsum alicuius cogitationis attulit causam: & hæc est verior opinio. Idem in I. Mosis primo Regum, cap. xxv. ibi, quoniam secundum nomen suum stultus est.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicium propositi a pallore oritur contra reum.*
2 *Affectus animi exterioribus indiciis cognoscitur.*
3 *Pudorem rubor, terrorem pallor, ac tremor, & dentium crepitus consequuntur.*
4 *Animus & corpus propter affectionem sæpissimè commutatur: quod ante, vel post delictum contingit.*
5 *Indicia ex animi & corporis commutatione ante delictum contingentia a quibus tractata, et an indicent propositum?*
6 *Indicia ex animi & corporis commutatione contingentia ante delictum magis vrgent ad indicandum propositum, quàm post delictum ad indicandum maleficium.*

De Pallore. Cap. VIII.


1 A PALLORE † aliisque similibus oritur indiciũ: propter enim temporarios animi motus ante delictum apparentes male præsumitur, & torquetur reus, vt puta, si quis visus fuerit pallere, pauere, aut aliter vultu moueri, & non appareat causa, si paruo interuallo aliquẽ occiderit, seu vulnerauerit, præsumitur proposito deliquisse: natura † enim 2 comparatum est, vt siquis cogitet delinquere, sitq; in actu proximo delinquendi, vultu moueatur, detque indicia qualitatis intrinsicæs vnde oriuntur signa conscientiæ: & sic exterioribus indiciis 3 cognoscitur affectus animi. Et reuera † quid accidit diffuso sanguine, aut contracto: nam pudor extra sanguinem diffundit, timor vero cõtrahit. Et pallor eiusmodi secundum Philosophos accidere solet vehementi cogitatu, in subito motu, sanguine se ad interiora recipiente: Ex quo fit, vt pudorem rubor, sic terrorem pallor, ac tremor, & dentium crepitus consequantur secundum Cicer. 4 iiij. Tuscul. quæstio: & etiam euenit † propter affectionẽ, quę est animi, aut corporis ex tempore aliqua de cã commutatio, vt Lætitia, Cupiditas, Metus, Molestia, & alia similia, quæ ponuntur a Cic. lib. j. de inuentio. tit. confirmatio. Et prędicta contingunt bifarie, videlicet, ante delictũ, & post: De contingentibus post delictum fit mentio per omnes, maxime in l. de minore. §. tormenta. ff. de 5 quæstio. Sed de contingentibus † ante delictum, & sic de supradicto indicio non, nisi per Græcos, & Quint. lib. v. de argumẽtis cap. x. Sed in I. Mosis cap. xx. Neemiæ, ibi, quare vultus tuus tristis est, cum te egrotum non videam? non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Item supradicta differunt, quia ante delictum indicant propositum, post aũt delictum indicant solum deli 6 quisse. Item † differunt, ꝙ ante delictum magis vrgent ad indicandum de proposito, ꝙ̃ post delictum ad indicandum de delicto. De ratione diuersitatis dicetur infra in tit. post delictum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Reus potest probare contrarium etiam post didicita testificata, & potest retorquere: et an prædicta indicia sine aliis sufficiant?*
2 *Causa delicti debet ostendi, alias indicia contra reum nullam vim habent.*
3 *Indicia personæ sine causis non valent.*
4 *Persona sicut indicat potestatem & voluntatem fuisse reo, ita ex contrariis non fuisse demonstratur.*

Pro reo. Cap. IX.


D ICTVM est supra contra reũ. Sed pro reo ex contrariis facile suppetet contradicendi facultas. 1 Potest enim † incontrarium, & post didicita testificata probare. Secundo potest retorquere: quia indicia personæ in diuersum trahuntur. secundum Quint. de coniec. Tertio prædicta indicia nõ sufficiunt sine aliis, cum sint remota. Bar. in l. fin. de 2 quæstio. Quarto secundum † aliquos nullã vim habent, nisi aliquid quare factum sit, ostendatur: cum nihil sine causa fiat, vt in sequenti tit. in prin. vide Cic. de inuentio. lib. ij. tit. ij. ibi, vt enim animũ alicuius improbare nihil attinet, cum causa, quare peccarit, non intercesserit, si causam peccati intercedere leue est, si animum nulli minus honestæ rationi affinis ostendatur. Et per prędictã 3 sententiam concluditur notabile, ꝙ indicia † personæ non valent sine causis, & e contra. Demum nota pro reo non solum hic, sed in omni causa, & contra quælibet indicia locum habere. Aristo. in lib. ij. c. xxxv. Rhetor. ibi, quibus autem rationibus demonstrari possit factam rem non fuisse facile ex contrariis suppetet facultas. Quare sicut 4 † persona indicat potestatẽ, & voluntatem fuisse reo; ita non fuisse demonstratur, & sic in reliquis.

DE

DE INDICIIS PRAEMEDITATI ANTE delictum ex causis TRACTATVS II.

SVMMARIVM.

1 *Indicia causarum quæ sint?*
2 *Quærendum est quot, quantæ sint in reo causæ, ut earum causa deliquisse videatur.*
3 *Causa quæ proprie dicatur?*
4 *Cā in impulsionem,& ratiocinationē diuiditur.*
5 *Impulsio quid sit?*
6 *Ratiocinatio quid sit? et quādo interfuisse uideat̄*
7 *Propositum non arguitur, quando rixa fuerit inopinata, licet causæ præcedant, tam secundū legem Mosis, quam iura ciuilia.*
8 *Propositum non censetur, nisi industria, & insidiæ intercesserint.*

Quid sint causæ, & quomodo distribuantur, & ꝙ ex ijs oriatur propositum. Cap. I.

POST supradicta indicia sequuntur indicia † causarum, quæ sunt, Impulsus ad aliquid agendum, cū nihil sine cā fiat: nam nihil factū esse cuiquā probatur, nisi aliquid quare factum sit, ostenditur. Itaq; † decet quærere, quot, & quantæ sint in reo causæ, vt earū gratia deliquisse videatur l. qui cū vno. ff. de re milit. in fi. Idē in l. Mosis c. xxj. Iosuæ, ibi, nec ante biduū, triduūue probatur inimicus. Idem secundū Oratores secū dum Cic. lib. ij. de inuent. tit. ij. de constitu. coniectura. Causa † proprie dicitur id, ex quo, vel propter quod aliquid fit. Sed quando per causas oriatur propositum, ex infrascriptis locis Oratorum accepi. Causa distribuitur † in Impulsionē, & Ratiocinationē. Impulsio † est quæ sine cogitatione per quandam animi affectionē aliquid hortatur, vt amor, iracundia, ęgritudo, violentia, & oīa, in quibus animus ita vr̄ affectus fuisse, vt rē perspicere cum cura, et consilio non potuerit: et id quod fecit, impetu quodam animi potius ꝗ̄ cogitatione fecerit. Ratiocinatio † aūt est diligēs, & considerata faciendi excogitatio. Ea dr̄ tunc interfuisse, cum aliquid faciendum certa de cā vitasse, aut sequutus esse animus videtur, vt si amicitiæ quid causa factum dicetur, si inimici vlciscendi, si metus, si gloriæ, si denique alicuius retinendi, augendi, adipiscendiue commodi; aut contra rapiendi, diminuendi, deuitandiue incommodi causa. vt per Cice. loco quo. supra. Idem apud Moysen, quis † non punitur de proposito, licet voluerit occidere, & sint causæ, dummodo non occiderit per industriam, & insidias. cap. xxj. Exo. ibi, qui percusserit hominem volens occidere, & ibi, si quis per industriam. Idem apud Iurisconsultos, qn̄ rixa fuit inopinata, licet causæ præcedant, nō tamen erit propositum Bal. in l. j. C. ad l. Cornel. de sicar. Conclusiue secundum omnes, propositum † non censetur, nisi industria, & insidiæ intercesserint, vt in locis supra traditis. Nec mihi detur vicio integros locos Oratorum recitasse, eorumque verba vsurpasse: quia tanta vis est, vt nec syllaba quidem prætereunda sit.

SVMMARIVM.

1 *Causæ, quas in maleficio quærere oportet, quot sint?*
2 *Causas in adulterio, vel furto quærere nihil attinet, quia illas ipsa crimina secum habent.*
3 *Competitorū, vel riualum altero interfecto præsumitur contra alterum.*
4 *Phyltra amatoria ab amante propinita libidinis saciandæ gratia censetur.*
5 *Causæ ad hoc vt probent debent esse in processu probatæ in specie non in genere.*
6 *Testes deponentes in genere, & non in specie super causis non probant.*

De causis quinq; per quas delinquitur, & quomodo probentur. Cap. II.

CAVSAE, vnde † omnis humana oritur actio, & quas in maleficio quærere oportet, sunt septē secundū Arist. lib. 1. de arte Reth. c. xxvij. Sed secundum alios post ipsum hęc maxime spectātur, Ira, Odium, Metus, Spes, Cupiditas; nam reliqua in has species cadūt, & de iis in homicidio pręcipue quæritur: in aliis vero, † vt in adulterio, & furto de causis frequēter quęrere nihil attinet: qa illas per se ipsa crimina secum habent secundū Quint. de coniectura lib. vij. c. ij. De supradictis causis fit mentio in l. cū ratio. ff. de bo. damna. vbi pater interficiens eum, qui filium suum hæredē instituerat, ꝑpter istud cōmodum fecisse vr̄. Idē de aliis causis l. si ob stuprum. ff. de condi. ob tur. caus. l. vni. ff. de ambi. vbi potest † summi indicium in duobus competitoribus eiusdem honoris, siue ēt in duobus riualibus, vt vno interfecto præsumatur contra alterum. Præterea ob libidinis faciandæ appetitum pocula † amatoria, quæ phyltra vocantur, cæteraque huiusmodi flagitia commisisse homines deprehensi sunt l. iij. & toto titu. C. de malefi. Causæ ad hoc † vt probent, debent esse probatæ in processu in specie, non autem in genere: & testes deponentes † in genere, & non in specie super dictis causis non probant. vide notata in cap. cum oporteat de accusatio.

SVMMARIVM.

1 *Causæ quot circūstatias continere debeāt?*
2 *Occidisse ille ꝑsumitur, ꝗ occidendi cām habuit.*

Deliquisse

3 *Deliquisse ille præsumitur, qui ex delicto commodum consequitur. vel incommodum euitat, vel cui ita forte videtur.*

4 *Iudex animaduertit quo animo quid quisq; faciat, non quo euentu vtatur.*

5 *Accusator reum ex causis demonstrabit.*

6 *Iudices per causas reum quærēt, cū is ignoratur.*

7 *Causæ nō solùm indicant propositum, sed ēt reū.*

8 *Causæ debent esse grauiores, quotiens quæritur quis deliquerit quàm quando quæritur propositum, cum de reo constat.*

9 *Propositum ex leuibus causis præsumitur, non delictum.*

10 *quando constat quis fecerit, lex de eo præsumit omne malum propter secutum effectum: secus quando quæritur quis fecerit, quia non præsumit pro leui causa occidere.*

11 *Animi vicium cum causa conglutinari ad indicandum reum licet, atque quibus sit viciis subiectus reus ostendere oportet.*

12 *Malus qui semel fuit in eodem genere mali semper præsumitur malus.*

Quomodo causæ indicent propositum, & reum, quando de eo ignoratur. Cap. III.

1 IN CAVSIS duę † circunstantiæ insunt, videlicet: quis fecerit, & quamobrem fecerit. Vnde † siquis fuerit interfectus, & ignoratus a quo, quęretur per supradictas causas: nam is præsumitur fecisse, qui faciendi causam habuerit. Idem 3 secundum Oratores, probabile est, † quod probatur reo expedisse peccare, vt cum quæritur nunquid commodum maleficio acquisierit, num honorem, num pecuniam, num dominationem, num aliquam cupiditatem amoris, aut nunquid incommodum vitarit, inimicitias, infamiam, dolorem, supplicium. Nihil tamen refert non fuisse, aut non esse aliquid commodi, aut incommodi, dummodo ostendi possit ei visum esse, qui arguitur: Iudex 4 enim † animaduertit quo animo quid quisque faciat, non quo euentu vtatur l.j.§.siquis instrumenta: C. de latina libert.tollenda, vide Auctor. ad Heren.lib.ij.tit.in causa coniecturali. Et secun5 dum † Oratores in hoc loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit alij nemini fuisse causam faciendi, secundo loco tantam, aut tam idoneam nemini, sin fuisse alijs quoque causa faciendi videbitur, aut potestas aliis defuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluntas. Itaque 6 † Iudices per supradictas causas reum quærent, 7 cum is ignoratur: quia causæ non solū † indicant propositum, sed etiam reum, quando ignoratur, vt supra. Et regulariter omne, quod indicat propositum, indicat & reum. Animaduertendum 8 † est, ꝙ causæ debent esse grauiores, quoties quæritur quis deliquerit, ꝗ̃ quando quæritur propositum, cum de reo constat, & ratio est: quia nemo pręsumitur leui causa hominem occidere. Secus 9 quando † constat de delinquente, sed quæritur propositum: tali enim casu præsumitur propositum etiam propter leues causas. Et ratio diuersi10 tatis est: quia quando † constat quis fecerit, lex de eo præsumit omne malum propter sequutum effectum l.qui cædem.C.de sicar. Secus quando quæritur quis fecerit: quia tunc lex non præsumit omne malum, imo non præsumit pro leui causa occidere. vide quę dicta sunt in pręcedenti ti.cap. 11 iiij. Præterea in † omni causa aliquid eorum, quæ personis attributa sunt, ad eam causam, qua commotus peccasse dicetur, adiungere licebit: & ita poterit animi vitium cum causa conglutinari, hoc modo. Si dicetur pæcuniæ causa fecisse, ostendet accusator eum semper auarum fuisse: si honoris, ambitiosum. Idem in cæteris, quibus obnoxij sint, animaduerti potest; vti in ijs rebus; & earum rerum causa, quę singulis vitiis; cupiditatibus que subiecte sunt, omnes immoderate, & impotente versentur. Arist. libr.j. Rheto. cap. xxvij. Sed Oratores post Arist. voluerunt, atq; ex dispari genere culparum, si ex pari summendi facultas non erit, improbare animum aduersarij oportere; & ratio est secundum eos, qui fecerit illud tam nequiter, eundem hoc tam perperam fecisse non est mirandum. vide Cic.in lib.ij.titu.de inuent.& libr.ij.ad Heren.titu.in causa coniect. Verum prædictis repugnat regula Legistarum, 12 semel † malus præsumitur malus in eodem genere mali. Quandoq; tñ etiam per ipsos cōceditur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Inimicus an poterit torqueri, quando quis fuit interfectus, & nescitur a quo, si inimicitia fuerit capitalis?*

2 *Inimicitia est indicium remotum a maleficio.*

3 *Pluribus rixantibus si quis fuerit occisus, contra inimicum si de indiuiduo non constet præsumitur, & ex hoc is poterit torqueri.*

4 *Nemo reperitur, qui non metuit, oderit, speret, & irascatur per quas causas delinquitur.*

5 *Inimicus etiam suspectus quæ probare debeat ne torqueatur.*

6 *Reus suspectus debet interrogari, vbi fuerit, cum quibus comederit tempore delicti.*

An inimicitia sola, & sic aliæ causæ sufficiant ad torquendum. Cap. IIII.

1 SI QVIS est interfectus, & nescitur a quo; sed probatur † ꝙ Petrus erat inimicus illius, ex tali pręsumptione poterit Petrus torqueri, secundū Spec.in.§.species. de pręsumptio.& secundum Rom. in l.j.ff.ad Sylla.per textum.ibi. In suspicionem cædis,

cædis, per quem tex. multi cõsentiunt semel posse torqueri; dummodo inimicitia sit capitalis: Adde cap. xij. Ecclesiast. ibi. Nunq̃ credes inimico. Sed moderni cõtra tenent, Hipoly. in. §. diligenter nu. lxx. quem multi sequuntur per multas rationes;
2 maxime ꝙ † inimicitia est indicium remotum; & dictum Speculat. intelligunt quoties necesse est vnum ex pluribus hominem interfecisse; & certũ est delictum; & certæ personę; sed incertum est de
3 indiuiduo; & tunc † ex illis pluribus poterit inimicus torqueri. Oratores multi consentiunt: quia multę causę sunt, quæ inducunt ad maleficium, et
4 latentes, & ignotæ, cum nemo † reperiatur, qui non metuat, oderit, speret, & irascatur, per quas causas delinquitur. Quare non consequitur, Petrus inimicus est, ergo occidit; cum alius potuerit occidere propter supradictas causas, etiam latentes. Ego in hac difficultate pro conciliandis opinionibus distinguo secundum Cic. in lib. ij. titu. ij. de Inuent. ibi. Maxime enim quæri oportet in hac constitutione. Primum potueritne aliquid fieri. deinde ecquo ab alio potuerit. Concluditur,
5 † ꝙ si Petrus probabit alium ecquo potuisse occidere, non torqueatur, aliter sic. Quare demonstrabit reus, aut alijs quoque bono fuisse; aut alios quoq; id, de quo ipse insimuletur, facere potuisse. vide Aucto. ad Heren. lib. ij. tit. collatio. Hac defensione vsus est Cicero pro Murena in familiam Ancharianam, & pro Scauro circa mortem Bostaris in matrem auertens crimen. { Verum id breui faciendum est, vt ne alterius defendendi causæ hunc accusare videatur. Sed sufficiat a se crimen transferre. secũdum Oratores, si aut commodum nullum fuisse, aut paruum, aut alijs magis fuisse, aut nihilo sibi magis q̃ alijs demõstrabit.} Maximum autem est remedium diffiniendarum quæstionum hoc casu, & omni alio: videlicet, ꝙ
6 suspectus † interrogetur, vbi fuit, & cum quibus comedit tempore delicti. de hac interrogatione vide Bar. in l. fi. ff. de questio. & ita per locum, & tempus Oratores diffiniebant omne negotium.

SVMMARIVM.

1 Rei defensiones contra causas.
2 *Causæ non indicant nisi cum vitio personæ iungantur.*
3 *Propositi suspitio ex quibus tollatur.*

Pro reo contra causas. Cap. V.

1 PRIMO reus negabit † fuisse causam, si poterit: aut eam vehementer extenuabit, deinde iniquũ esse dicet, omnes, ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit, in suspicionem maleficij deuocari.
2 Tertio Causæ † non indicant, nisi cum vitio personę iungantur: quia non in omnibus personis valent. Item dicet, aut commodum nullum fuisse, aut paruum, aut alijs magis fuisse, aut nihilo sibi magis, quam alijs. Cic. in ij. de inuenti. titu. ij.
3 Item † monstretur, aut facultas, aut potestas, aut voluntas defuisse reo; per hæc enim videbitur reus aut non occidisse; & si occiderit, non ex proposito.

DE FACTO ANTE DELICTVM, SEV CONTENTO cum delicto indicante consilium.

TRACTATVS III.

SVMMARIVM.

1 *Consilia post causas sunt intuenda.*
2 *Consilia quæ sint, & quomodo diffiniantur?*
3 *Consilia ante delictum quomodo considerentur, & proponantur?*
4 *Animus præsumptione verbi, vel facti probatur.*
5 *Coniecturæ ex consiliis quæ vere indicent reum delicti?*
6 *Consilia referuntur ac partem indiciorum, quæ ex causis ducuntur.*
7 *Propositum ante delictum a quibus factis, dicti siue indicatur.*
8 *Indicia dicti & facti, quibus non solum cognoscitur propositum, sed et reus, cum ignoratur.*
9 *Facere qui instituit, & potuit, fecisse præsumitur.*

1 POST causas † intuenda sunt consilia: nam sicut causæ sunt impulsus ad aliquid agendum, ita consilia sunt ordo gerẽdorum ex causis
2 venientium l. sæpe. ff. de verbo. & rerum sig. Et consilia † sunt aliquid faciendi, vel non faciendi, excogitata ratio, & sunt pręteriti, instantis, & fu-
3 turi temporis. A pręterito † consideratur quid ante delictum factum sit, ex quo spes perficiendi nata, & facultas faciendi quæsita videatur. Ideo in reo consideratur, vt nihil actum, nihilque dictum, nusquam ventum, aut abitum, nihil denique factum siue causa putetur. Et Iurisconsulti con-
4 sentiunt per regulam, animus † probatur pręsumptione verbi, vel facti. Sed imprimis coniecta-
5 tur, an credibile sit reum sperasse † id a se scelus effici posse, an ignorari, cum fecisset; an si ignoratum esset absolui, vel pœna leui transigi. Hoc indicium fuit Arist. in. j. lib. Rhetor. c. xxxj. quod Quint. per eadem verba vsurpauit, in c. de coniectura lib. vij. Sed in hoc differt, ꝙ per Aristotelem refertur ad personam, Quint. vero refert ad
6 consilia. Et secundum † eundem consilia referuntur ad hanc partem indiciorum, quæ ex causis ducuntur. Et ita loquuntur Iurisconsulti. Vn-
7 de omnia † dicta, & facta, quæ indicant propositum ante delictum, comprehenduntur sub elementis xj. secundum Auctorem ad Heren. libr. ij. & ante

ante eum Aristo. prædicamenta decem constituit, de quibus dictum est in tabula. Quare ordine Au-
8 ctoris excutiam indicia † verbi, & facti: & hoc modo non solum cognoscetur propositum, verum etiam reus, cum ignorabitur, Bar. in l. fi. ff. de quę stio. ibi, vel quia inimicus, vel quia fecerit apparatus. Idem secundum Oratores: est enim maxime consentaneū, atque probabile, vt quod quis instituit facere, fecisse etiam videatur. Si statuit
9 † facere, & potuit, fecit igitur: si attentauit, perpetrauit igitur: quia omnes quod volunt, & possunt, etiam exequuntur, & faciunt. vt per Aristotelem lib. ij. Rheto. cap. xxxv.

SVMMARIVM.

1 *Tractatus præsumi potest ex loco, vbi reus fuerit.*
2 *Reus vt de tractatu possit condemnari, tria concurrere debent, secreta locutio, inimicitiæ capitales cum occiso, & quòd homicidium sit seeutum incontinenti.*
3 *Homicidium si noctu sequatur, quomodo iudex suspectum interrogare debeat?*
4 *Conuiuia indicant propositum, & seditiones.*
5 *Locus quot modis accipiatur?*
6 *Tractatus initia, & consiliorum ex loco comprehenduntur.*

Elementa autem, de quibus supra, sunt vt infra.

I.

1 VBI fuerit † videlicet, secundum textum in l. qui cum vno. §. fi. ibi, examinantur causæ, & cur, & vbi fuerit, & quid egerit. ff. de re milit. Idem apud Cice. in oratione. i. in Catilinam ibi, vbi fueris, quos conuocaueris, quod consilij cæperis, quem nostrū ignorare arbitraris? Vnde si qui secreto fuerint in aliqua domo, seu loco: si exierint, & occiderint, præsumetur de tractatu, & poterunt torqueri: notatur in l. j. C. de ser. fugi. Sed aliqui volunt, ꝙ interueniat secreta locutio: sed credo sufficere, ꝙ conuenerint in illum locum: nam secreta locu-
2 tio necessario subintelligitur. Sed multi † tenent posse damnari, si tria concurrant. Primo secreta locutio, secundo inimicitiæ capitales cum occiso, tertio ꝙ homicidium sit sequutum incontinē-ti secundum Ias. in supradicta l. Sed de hoc dubitatur secundum Ioan. Andr. in additio. ad Specu. de præsumptio. versic. xiij. Itaque tutius erit tor-
3 quere, ꝙ̄ damnare. Item sequuto † aliquo delicto noctu Iudex interrogabit suspectum, vbi fuerit illa nocte: cum quo pransit, vel cœnauit, & si reperietur mendax, orietur contra eum maxima præsumptio vide Bar. in l. fin. ff. de quæstio. & vt
4 † plurimū constituta conuiuia indicant proposita, seditiones, et similia, vt Catilinæ, Lentuli, Ce-
5 thegi. Sciendum, † locum diuersis modis concipi, & tanquam speciem dicetur infra in delicto:
6 ex hoc autem † comprehenduntur initia tractatus, & consiliorum vt supra.

SVMMARIVM.

1 *Loci si sint diuersi, diuersa coniectura concipitur contra reum.*
2 *Frequentatio loci indicat propositum.*
3 *Transitus per viam inconsuetam propositi indicium præbet.*
4 *Propositum indicat, si quis visus fuerit frequentare viam, qua illum, quem occidit, transiturum sciebat.*

II.

1 VBI visus sit, videlicet, ob diuersos † locos diuersa coniectura cōcipitur secundum Gandi. in tit. de præsumptio. & indi. dubi. Vnde
2 † si quis visus fuerit sæpe ire, & redire ex aliqua via, siue loco, vbi eo die, vel postero hominem interfecerit, præsumitur, ꝙ sæpe transierit causa committendi tale delictum, argumen. l. iusto. ff. de vsucapio. Item
3 si quis visus † fuerit ire, vel venire per viam non consuetam, si hominem postea interfecerit, erit indicium propositi: nam præsumetur voluisse cœlare scelus perpetrandum, aut vt occidendum magis incautum inueniat. faciunt doctrinæ in l. fi. ff. de rerum diui. nā lex male præsumit de iis, iuxta illud Euangelij, qui non intrat per ostium fur est,
4 & latro. Item alij † dixerunt, vbi visus est videlicet: ante delictum illic fuisse, qua transiturum inimicum suspicabatur: solent enim qui hostibus insidiantur, ea loca insidere, qua illos iter facturos arbitrantur, vt incautos opprimant. Item oritur indicium pręmeditati secundum Bru. in gl. circa tertiam ibi, & illo sero, quo fuit factum homicidium, fuit visus ire per aliqua loca, in quibus vicinia eum non consueuerat videre.

SVMMARIVM.

1 *Sociorum qualitas suspicionem maleficii & propositi inducit.*
2 *Conuersatio cum malis hominibus inducit indicium ad torturam contra delinquentem.*
3 *Associatio mali hominis inducit indicium præmeditati, & consilii.*

III.

1 QVO cum visus sit. qualitas † sociorum inducit suspicionem maleficij: quare si delinquens visus fuerit conuersari cum inimicis occisi, orietur indicium, ꝙ de industria occiderit. Et secundum ali-
2 quos † per cōuersationem cum malis hominibus

oritur

oritur indicium contra delinquentem ad torturã secundum Hippo. in.§. expedita nu. xciij. Sed de hoc dubitatur, dictum est supra de indicijs ex persona c.iij. Sed in l.Mosis vrgens est indicium c.xvj.Isaiæ.ibi, socij.furum, & c.iiij.prouer.ibi, peruersi corde non inueniunt bonũ. Item si sequatur † homicidium, si intercesserit associatio mali hominis, licet in ea nihil fecerit, præsumetur de malo consilio, & de præmeditato l.non ideo minus & ibi doctores C.de accusa.& sic ex hoc simplici sociatu oritur indiciũ, & supra, propter qualitatem personæ: nam consilia impiorum sunt dolosa c.xij. & xiiij. prouerb.

SVMMARIVM.

1 *Apparatus indicat propositum.*
2 Arma *ferens qui non assueuerit, præsumit præcogitasse, nisi contrariam causam ostenderit.*
3 Arma *euaginata portans præsumitur portasse ob facilitatem aggrediendi, & perficiendi delictum.*
4 *Exercens se in armis cum non sit solitus, præsumitur de delicto præcogitare. Idem si acuerit arma, vel aliquam experientiam fecerit, vel in loco vicino arma reposuerit.*
5 Præ*sumptio propositi insurgit contra illum, qui asportauit bona sua de loco, ubi homicidium cõmisit, ad locũ, ad quem postea confugit. vel si bona, vel eorũ maiorẽ partem alienauerit.*
6 Apparatus *non debet videri frustra factus.*

IIII.

NVNQVID apparatit, videlicet, equos † ad eũdum, arma ad cædem, & alia, quæuis instrumẽta ꝓ facinoris, quod obijcitur, qualitate. Vnde armans se non solitus: item ferens † arma, qui non assueuerit, præsumitur præcogitasse, nisi contrariã causam ostenderit, per quã tollatur prædicta prçsumptio l.j. C.ad l.Corne.de sica. Item portans † arma euaginata præsumitur portasse ob facilitatem aggrediendi, & perficiendi delictum. Itẽ exercens † se in armis, cum non sit solitus. Itẽ si acuerit arma, aut aliquã experiẽtiam fecerit de illis. Item si reposuerit alicubi arma, ibi, vel etiam in loco vicino, postea deliquerit, præsumitur propositum.arg.l.j.§.vi posidetis.ff.de vi, & vi armat. Quidam addiderunt nunquid fecerit, videlicet, si asportauerit bona † sua de loco, vbi postea commisit homicidium ad locũ, ad quẽ postea confugit: vel siquis alienauerit bona, vel maiorem partem bonorum suorum, si postea hominẽ occiderit, prçsumetur contra eum de proposito secundum Blan. in glos.alienatio nu.lxxxvj. Non enim videri † debet frustra factus apparatus, cum nihil actũ, nihilque dictum sine causa putetur l. qui cũ vno. ff.de re mili.ibi, vbi fuerit, & quid egerit.

SVMMARIVM.

1 *Amicorum, vel sociorum certo loco & tempore conuentus, & adunatio, vt eos ducat ad maleficium indicat propositum.*
2 *Amicus secutus amicum cum ense, vt aliquo eum comitetur, si obuiam forte inimico fiat, an & quando de auxilio teneatur?*
3 *Ducens aliquem per locum, in quo scit inimicum offensi adesse, præsumitur particeps criminis.*

V.

NVNQVEM conuenerit, videlicet: cum aliquo † statuit perficere certo loco, aut tempore. Vel secundum aliquos, nunquem iuerit inuentum, vt ducat ad maleficiũ. vide Fulgo.in l. ꝙ si fugitiui.ff.de edili. edic. ibi, Amicus meus venit † ad me, & dicit veni mecum, quia volo esse in vno negotio meo. Ego accipio ensem, & sequor eum: ipse autem fit obuiam inimico suo, et occidit eum, an ego tenear quasi auxiliator? Dicitur, ꝙ si ignorans sum sequutus eum, & cum ipse insultatus est illũ, ego me retraxi, ꝙ nullam pati debeo pœnam: idem etiam si discedere non potuissem; vbi autẽ cum potuissem recedere, stetissem, tunc sine dubio non essem innocens. Item sciens inimicum † offensi esse in certo loco, conueniens, & ducens eũ per dictum locum, præsumitur particeps criminis l.pen.ff.vi bon.rap.

SVMMARIVM.

1 *Associans delinquentem ante delictum videtur socius criminis, licet nihil fecerit, modo armatus fuerit.*
2 *Conscii qui sint, & qui teneantur de delicto?*

VI.

NVNQVEM habuerit cõscijs, videlicet, aliquem de ijs, cum quibus prçsumitur tractasse ab initio. Potest etiam † aliter intelligi videlicet: associans delinquentẽ ante delictum videtur conscius criminis, licet nihil fecerit, modo armatus fuerit, secũdum Bald.in l.j.C.de ser.fug. Et hoc dicetur etiã in titul.post delictum. Alij etiam † sic intelligunt videlicet, hic, vel ille cõscius fuit, vt in oratione pro Milone dicitur Mrcũ Fauonium fuisse conscium voluntatis Clodij, cui dixerat, Milonem triduo periturum.

SVMMARIVM.

1 *Propositum indicatur, si veteres hospites, aut clientes domi delinquentis fuerint, vel si delinquens habuerit malos famulos.*

Adiutorum

2 *Adiutorum conquisitio, & conuocatio, propositi consilii indicium præstat.*

3 *Adiutores varie considerantur.*

4 *Mutuans pecuniam ei, qui statim deliquit, præsumitur adiutor.*

5 *Delinquens si sit persona vilis præsumitur cum auxilio fecisse.*

6 *Comitatus, & multitudo adiutorum parit indicium deliberationis.*

7 *Coadunatio quando plures occidunt, in dubio an præsumatur de industria facta?*

8 *Rixa quando censeatur pura, & quando præmeditata?*

9 *Coadunatio censetur malo animo facta, delicto secuto.*

10 *Præsentia si delicto adhibeatur, deliberationis indicium oritur, modo illa præsentia fiat animo se immiscendi, si opus esset. Secus si forte fortuna, & quando quis dicatur adesse causa se immiscendi?*

VII.

De adiutoribus, videlicet veteres 1 † hospites, aut clientes domi delinquentis fuerunt, vel habuit malos famulos: qua de re ꝓcogitasse videtur per tex. in.§.hoc autē in 2 auct.de non alienan. Itē † aliter si delinquens elegit idoneos, relinquendo inutiles domi: vel etiam potest dicere de potentibus amicis: hæc enim præsidia non solum qui habent, plurimum posse videntur, sed etiam ij. qui tales amicos habent, aut conscios: siquidem auxilijs ijs, ceu adminiculis, & instrumentis fræti delinquunt.

3 Prȩterea varie † considerantur adiutores secundum Bald. in l. hæc verba. ff. de infa. Vnde siquis 4 mutuat pecuniam alicui, & is, † cui mutuauit, statim conduxit gentes contra ciuitatem mutuantis, vel quid simile fecerit, præsumitur mutuauisse tali causa, eritquæ præsumptio iuris, & de iure secundum Brun. in gl. circa quartam. Et simili 5 † modo quando delinquens est persona seruilis, & magnum facinus commisit, prȩsumitur cum auxilio fecisse l. quicunq;. C. de ser. fugi. Item aliter 6 potest intelligi, sicut apud Cic. spectatur comitatus Clodij, & Milonis. Et multitudo adiutorum 7 parit indiciū deliberationis: licet scdm † aliquos in dubia re non præsumatur coadunatio in pluribus occidentibus, nisi probetur clare de industria coadunatos esse, secundum Bald. in l. non ideo. C. de accusa. Hippoly. in. §. constante nu. xlv. Dice-8 rem † tamen præsumi casu euenisse rixam, nisi probetur ante rixam coadunatos fuisse: nec est necesse, (iudicio meo) probare ꝙ coadunatio sit facta de industria; sed sufficit ꝓbare, qđ sit facta coadu-9 natio: et. n. † prȩsumitur fieri malo animo ob effectum sequutum: nam si facta sunt ea, quæ posterius fieri, ac sequi solent, facta esse priora, & quȩ illorum gratia instituebantur, existimandum est.

10 Per præsentiam † adhibitam delicto oritur indicium deliberationis, modo illæ præsentia fuerit animo se immiscendi, si oporteret: secus si forte fortuna secundum Bald. in l. j. ff. de ser. corrup. & tunc dicitur adesse animo se immiscendi, cum fuerit quis coadunatus ante delictum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Armorum, ac cæterorum instrumentorum genus deliberationem ostendit.*

2 *Ambulans cum armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat habere animum occidendi.*

3 *Adiumenta diuersis modis considerantur.*

4 *Pecuniæ suggestæ, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.*

VIII.

1 De adiumentis, videlicet, de ijs rebus † quas delinquens auxilio fore arbitrabatur, vt puta, arma, & quælibet instrumenta: ex genere enim armorum, cæterorumque instrumentorum præsumitur animus, & atrocitas maleficij, secundum Bald. & Saly. in l. j. C. de emenda. ser. Quare siquis 2 † ambulauerit cum armis hastatis, arcu, balistis, et similibus indicat animum occidendi l. j. §. diuus. 3 ff. de sica. Adiumenta † quoque diuersis modis considerantur, sicut supra de adiutoribus: nam pe-4 cuniæ † suggestæ, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Locus, in quo quis præter consuetudinem fuerit, vel in quo uersari non consueuerat, vel non debebat, propositi indicium præbet.*

2 *Occidens aliquem in loco, in quo versari non soleat, præsumitur consultò occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa.*

IX.

1 VNQVO in loco † prȩter consuetudinem fuerit, videlicet: in quo suspectus erat, siue sibi vbi versari non consueuerat, nec debebat, notatur in l. j. §. diuus. ff. de sic. Vnde 2 etiam † siquis hominem occiderit in aliqua ciuitate, siue loco, in quo non sit solitus versari, præsumetur consulto occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa, vide Bald. in l. fin. ff. de quȩstio. & in l. fin. C. eod.

SVM-

SVMMARIVM.

1 ☞ *Tempus præpositi argumēta præbere potest,*
2 *Temporis duplex est significatio, generaliter enim, & specialiter accipitur.*
3 *Tempus speciale ad inditia magis confert, probationesque affert inexpugnabiles.*
4 *Tempus ad indicia elicienda quomodo, considerari debeat?*
5 *Temporis longinquitas est inspicienda, nam sæpe oportet commetiri cum tempore negotium.*

X.



1 AVT alieno † tempore videlicet, minus conuenienti, vt si noctu dicatur egressus domo, vel ex vrbe, & in aliquo loco eo tempore visus fuisse; & sic ex antecedentibus deducuntur argumenta, videlicet: noctu exijsti, proficiscentem antecessisti, nunquid etiam noctu, quod in die fieri commodius videbatur posse. Et temporis † duplex est 2 significatio: generaliter enim, & specialiter accipitur, præteritum habens, instans, & futurum: & constituta discrimina, vt ęstate, hyeme, noctu, interdiu, & fortuita, vt in pestilentia, in bello, 3 in conuiuio. Speciale autem tempus † ad indicia magis confert, probationesque affert inexpugnabiles. Vnde † considerari debet tempus, et anni, 4 & mensis, & diei, & noctis, & vigilię, & horæ, & in aliqua parte alicuius horum, vt apud Cicer. in oratione pro Milone, dicitur Clodium pridie eius diei discessisse, quo discessurum sciebat Milonem, cuius iter solenne, & necessarium ignorari non poterat. Et Iurisconsulti consentiunt per tempus oriri indicium ante delictum, in delicto, & post delictum, in quibus potest considerari. quid ocyus, & quid serius futurum sit. Et communiter 5 † in tempore perspiciendo longinquitas eius est consideranda: nam sæpe oportet commetiri cum tempore negotium, vt in sequenti titulo dicetur.

DE INDICIIS HOMICIDII PRAEMEDITATI in delicto.

TRACTATVS IIII.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicia propositi ex quibus in delicto oriantur, & deducantur?*
2 *Coadunati plures si delinquant, præsumuntur ex proposito delinquere.*
3 *Obuians sorte si occidat, non punietur de præmeditato, licet animum occidendi habuerit.*
4 *Accidentia, quæ in delicto spectentur, vt indicia deliberationis oriantur?*



1 IN HOMICIDIO deducuntur indicia, cōsiderando, cur † aliquid in delicto de industria, & data opera factum sit, vt spes perficiendi nata, & quęsita esse videatur: de qua industria legitur tex. cap. xxj. Exod. & l. fin. ff. de sica. & l. ij. ff. de vi bon. rapt. quibus iuribus probatur, ꝙ si homines 2 † ducti, & coacti fuerint committere illud delictum, tunc pręmeditatum censetur, sec s quando id cum consilio, & cura perspicere non potuerunt, & impetu quodam animi potius, quam cogitatione fecerint, vide Cice. lib. ij. de inuentio. tit. ij. de constitu. coniectu. Idem secundum Bald. in homicidio ex aliqua causa, siue re non oritur indicium deliberationis, quando apparet ꝙ rixantes sibi obuiauerint casu, vide eum in l. j. C. ad l. Cor. 3 de sica. Quinimo siquis † habuerit animum occidendi, modo sorte obuians occidat, non punietur de pręmeditato per tex. in cap. xxj. Exod. de hoc diximus supra in titu. de causis cap. j. In delicto autem hæc spectantur, Locus, Tempus, Modus, & Facultas, & per hæc accidentia oritur indicium deliberationis. Et sicuti inimicitię, & reliquæ causæ, atq; consilia, pro vt supra, impellunt ad maleficia, ita per hæc ostenditur idonea perficiendi facultas esse quęsita.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Locus in delicto deliberationis indicium an præbere possit?*
2 *Loci opportunitas ex quibus quæratur?*
3 *Occidens hominem in prætorio, vel ecclesia, præsumitur deliberate occidisse.*



1 A LOCO præcipue coniectatur, cum euidentia loci † sit vna ex quinque speciebus probationum, de quibus notatur extra de testit. spoliatio. c. cum ad sedem, quare spectetur locus, in quo homicidiū factum est ex opportunitate, quam 2 reus videtur habuisse. Ea vero † opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, & demum natura ipsius loci opportuni, siue aduersi cōsiliis. Nunquid etiam eo loco occisus perspici, aut exaudiri potuerit: & num demum locus publicus, 3 vel priuatus, an sacer fuerit. Vnde siquis † occiderit hominē in pretorio, vel ecclesia, præsumetur cōsulto, vel (vt aiunt) deliberate occidisse: quia nō est præsumendū, ꝙ nisi magna cā voluerit in tali loco occidere. vide Albe. in trac. iij. stat. ix. lxiiij.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Tempus reddit graue delictum.*
2 *Noctu agens præsumitur male agere*
3 *Temporis spacium quomodo consideretur?*

A Tem-



A TEMPORE præsumitur: qa 1 †reddit graue delictũ l. aut facta .§. tempus. ff. de pœn. nam lex præ 2 sumit contra† agentẽ noctu iuxta euangelium, qui male agit, odit lucem. Qua de re si delictum fiat nocte, præsumitur deliberatum secũdum Alberi. in tract. supradicto. Sed secundum Oratores latius dic, videlicet: qua parte anni, noctu, an interdiu, & quota diei ac noctis hora homicidium factum esse dicatur: nam etiam momenta valent, 3 †& eiusmodi temporibus spatium ita consideratur, satisne longum fuerit ad eam rem transigendam; & potueritne reus scire satis ad id perficiendum spatij futurum, et sæpe oportet commetiri cũ tempore negotium, & videre potuerit ne aut magnitudo negotij, aut multitudo rerum in eo tempore transigi: nam parum refert satis spatij fuisse ad id perficiendum, si id ante sciri, & ratione prouideri non potuerit. Idem probatur per glo. & quæ ibi. not. in l. si vt allegas. C. de sica.

SVMMARIVM.

1 Occasio deliberationis indicium præbet. & quomodo ea consideratur?
2 Occasio quæ proprie sit? & ex quibus oriatur?
3 In tempore quæ considerari oporteat, & quæ in occasione?
4 Tempus, & occasio in quibus inter se differant?



1 AB occasione oritur † deliberatio: nam malus animus occasionem quærit. Sed dupliciter contingit, primo quæritur idoneane satis fuerit ad delictum adoriendum; & hæc aliquid cogitato factum ostẽdit. Secundo an alia melior, quæ præterita sit, aut non expectata, & hæc excusat. Exempla extant apud Cic. in oratione, pro Milone, quem, fatetur habuisse occasionem occidendi Clodium. E contra autem, inquit, Clodium captasse occasionem occidendi Milonem. Sed opor 2 tet scire, † quæ proprie sit occasio; quare dic, ꝙ est pars temporis habens in se alicuius rei faciendæ, aut non faciendæ opportunitatem. Et tempus actionis alicuius oportunum occasio est. Hæc oritur ex actionibus humanis non impedientibus, vt puta seruus dormiens dat furantibus occasio- 3 nem. Item in†tempore, mensura, & spacium cõsideratur; in occasione qualitas temporis ex qua nascitur opportunitas, seu commoditas faciendi, 4 & non faciẽdi aliquid. Itaque† hoc tantũ distat Tempus, & Occasio; genere autem similia sunt.

SVMMARIVM.

1 Modus delicti perpetrati, deliberationis indicium præstat.
2 Modus percutiendi præcogitationem ostendit.
3 Caput percutiens, videtur fecisse, vt certius offendat, & occidat, & quid si baculo percusserit?
4 Multitudo, magnitudo, multiplicatio, & geminatio vulnerum propositum indicat.
5 Proditorium propositum per modum percutiendi concipitur.



1 A MODO, quo quæritur quemadmodum quid sit† factum, idque secundum Oratores tum ad qualitatem pertinet, tum ad coniecturas, pōt probari in l. aut facta §. qualitate. ff. de pœn. Vnde siquis 2 percusserit † aliquem post terga, vel nullis dictis verbis in capite, seu pectore, per hæc demonstrat præcogitasse: quia percu- 3 tiendo† in capite videtur fecisse, vt certius offendat, secundum docto. in cap. significa. de homici. Vnde senserunt aliqui, ꝙ siquis percusserit aliquẽ super caput baculo, siue alio simili instrumento, tamen, quia percussit in capite præsefert animum occidendi: secus si in alia parte corporis, vide Bald. in l. sed si quæcunque. §. si magister. ff. ad l. 4 Aquil. Per multitudinem, † & magnitudinẽ vulnerum præsumitur præmeditatum. Idem per multiplicationem, aut per geminationem, & hoc qñ 5 non apparet pura rixa. Item per † modum concipitur propositum proditorium secundum Bart. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. videlicet, proposito antecedenti insultando, & alio modo proditorio videlicet, si sedens tecum in mẽsa, nulla interueniente rixa te offendero, vel quid simile fecero, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 Facultas delinquendi quomodo consideretur?
2 Tractatus præsumitur quando homicidiũ committitur cum multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superuenerint.
3 Facultas occidendi quando præstari videatur, & vnde indicium tractatus oriatur?
4 Astans armatus dum delictum committitur, licet aliquam demonstrationem non faciat, facultatẽ delinquendi præbere dicitur, modo delinquenti auxiliari potuisset.
5 Associans delinquentem post delictum, delinquendi facultatem præbuisse dicitur.
6 Auxilium præstare dicitur ille, qui contra eum, qui offenditur, acclamat.
7 Auxiliari ille dicitur, per quem insultatus redditur timidior, & insultans audacior.
8 Præsentia adhibita delicto facit indicium occulti auxilii, si personæ fuerint ante delictum congregatæ.
9 Prohibere potens si non prohibeat, præsumitur

participes criminis, & an hinc oriatur præsumptio occulti auxilii?

10 *Prohibere valens, si non prohibeat an, & quando particeps criminis, & auxiliator existimetur?*

11 *Domini tenentes famulos malæ vocis, famæ & cōditionis, de illorum delictis tenentur.*

12 *Personæ qualitas ad argumenta, & indicia habenda, est consideranda.*

13 *Personæ vicia sicut onerant delinquentem, ita contraria eleuant.*

14 *Qualitas offendentis inducit excusationem, siue accusationem, & demonstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi.*

15 *Atrocitas delicti ex quibus crescat?*

1 A FACVLTATE considera tur†copia, & potestas instrumentorum, aut earum rerum, ob quas aliquid facilius, aut sine quibus omnino confici non potest. facultates quoque præcipue considerādæ sunt, credibilius est occisos a pluribus paucio res; a præparatis inopinantes. hinc illa apud Cicer. coniectura, insidiatus est Clodius Miloni, nō Milo Clodio. ille cum seruis robustis, hic cū mulierum comitatu. ille equo, hic rheda. ille expedi

2 tus, hic penula irretitus. Idem secūdum† Iurisperitos præsumitur tractatus, quando committitur homicidium cum multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superuenerint, dic vt in antecedenti trac. in versi. de Adiu

3 toribus. Item facultates † occidendi præstari vi

4 dentur, & indicium oritur tractatus, quando† aliquis aggreditur aliquem, si ibi vnus, vel plures fuerint armati, siue etiam remoti, modo potuissent auxiliari delinquenti; licet aliquam non faciant demonstrationem secundum Bald. in l. j. C. de ser. fugi. Intellige tamen prædicta, si post delictum

5 †associant delinquentem secundum eundem in l. non ideo minus. C. de accusa. tollitur tamen dictū indicium, si probauerint casu venisse, vt in supra

6 dictis legibus. Quin etiam † dicitur præstari auxilium acclamando contra eum, qui offenditur, et

7 regula iuris est, ꝙ ille dicitur† auxiliari, per quē insultatus redditur timidior, & insultās audacior secundum Bald. in supradicta non ideo minus.

8 Demum† præsentia adhibita delicto facit indicium occulti auxilij, si tales personæ fuerint congregatæ ante delictum. vide Hippo. in. §. constan

9 te nu. xlv. Item cui potestas† est prohibendi, ne quis offendatur, & non prohibet, præsumitur particeps criminis per regulā, videtur occidere, qui potest prohibere. & l. scientiam in princi. ff. ad l. Aquil. vide Gandi. in tit. de præsumptio. & indi. indubi. & quandoque oritur præsumptio occulti auxilij. Sed secundum aliquos neque indicium, neque suspicio oritur, nisi alia concurrant, vt puta, si post delictum associauit delinquentem, aut aliæ insint causæ, & circunstantiæ; aliter non præsumitur particeps. no. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Sed in hac materia est bona glo. in l. culpa caret.

10 ff. de reg. iur. ibi. Sed quid† si possum prohibere Titium iniuriari Sempronio, an debeam iuuare? Respondeo secundum canonicos doctores, ꝙ sic, verbis interponendo me honesto modo. Sed secūdum Iurisconsultos non, nisi in ijs, quos habeo corrigere, vt in permissis videlicet, filijs, & seruis. {Hinc de delicto ammisso a filio vidente patre & non prohibente nec clamante contra filium, tene

11 tur sicut ipse. Idem in domino cōtra seruū. † quod extende ad nobiles tenentes seruitores malę vocis, conditionis & famæ, vt de illorum delictis teneantur, nec audiuntur ignorantiam per allegātes, cum debuerint considerare ea facile, euenire posse, & per similes personas committi, vnde si famulus ignem mitteret in domum conductam dominus non tenetur nisi habuisset seruos malæ conditionis, quia tunc in causa est, tenēdo similes personas. not. in l. seruus. ff. ad leg. Aquil.} Circa prædicta vide Iason. in d. l. vt vim. Aliqui tamen senserunt, ꝙ siquis potuit sine periculo vitæ suæ prohibere, & non prohibuerit, tali casu præsumatur particeps criminis: quia quisque cogitur defendere bona etiam inimici, tanto magis personam iux. text. c. xxiij. Exod. in princi. Haberi

12 †tamen debet ratio personæ: nam multi sunt ita natura timidi, ꝙ ob timorem patiuntur verberari, licet possent verberare. Vnde ex qualitate personæ sæpe apud Iurisconsultos arguitur, & fit con

13 sequentia: & sicut† vicia personæ premūt, & onerant delinquentem, ita contraria eleuant: nā qua

14 litas† offendentis inducit excusationem, siue accusationem, & demonstrat animum fuisse, aut nō fuisse offendendi. not. in l. si mater. C. ne de sta.

15 defunc. Et demum† atrocitas crescit ex ijs, videlicet, quid factum sit, a quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo.

DE INDICIIS MALEFICII PRAEMEDITATI post delictum.

TRACTATVS V.

SVMMARIVM.

1 *Indicia post delictum ex quibus oriantur.*

2 *Associans delinquentem ante, vel post delictum nunquid videatur socius criminis?*

3 *Consilii, vel occulti auxilii præsumptio oritur contra associantem post delictum.*

4 *Receptās sciēter malefactorem in domo sua post delictū præsumitur particeps criminis, & poterit torqueri; nisi receptus sit recipientis consanguineus, vel aliqua alia iusta causa probetur.*

Prohibens

5 *Prohibens reum capi videtur conscius criminis, si affuit delicto, non si incidenter accurrit.*



OST DELICTVM 1 †oriuntur indicia, considerando, quid postea factum sit, facta enim quæque antecesserunt, quæq; insequuta sunt, spectanda sunt. Occurrunt hic nonnullę quæstiones scribentium, videlicet, siquis 2 associatus † fuerit delinquentem post delictum commissum, nunquid videatur conscius criminis? Et multi tenent, quod sic. Conclusiue tamen dicendum est, & distinguendum, aut iste associatus est delinquentem ante delictum, & tali casu tenetur, & conuincitur: quia per præcedentem, & subsequentem actum associationis accusat se, atque propalat; sin autem post delictum tantum, tunc distinguendum, videlicet: si subito apparuit, tunc præsumitur sciuisse: aut ex mora, & interuallo apparuit, & tunc non præsumetur contra eum: quia tali casu præsumetur accurisse incidenter, & per rumorem. vide Salic. in l. vnica. C. de rap. virgi. Bald. in l. non ideo minus. C. de accus. Hippoly. in. §. constante 3 nume. lv. qui tenet contra associantem † post delictum oriri præsumptionem consilij, vel occulti auxilij, per quam cogitur probare contra- 4 rium, Siquis scienter † receperit malefactorem, seu delinquentem in domo sua post maleficium perpetratum præsumitur particeps criminis, & poterit torqueri l. j. C. de ijs, qui latro. Fallit tamen, si receptus erat consanguineus recipientis, siue etiam aliqua alia iusta causa probabitur se- 5 cundum not. in supradicta l. Prohibens reum † capi videtur conscius criminis. vide Blanc. nume. ccxciiij. Sed intellige quotiens prohibens affuit delicto, secus si incidenter accurrit, quod cogitur probare. vide in simili Hippo. in supradicto. §. cõstante, & in princi. huius tract.

DE INDICIIS MALEFICII PRAEMEDITATI ex non facto seu cur facto, ante, in & post delictum.

TRACTATVS VI.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicia secundum antiquos, ex quibus locis capiebantur?*

2 *Solicitans, siue quæritans quod ad eum non spectat, indicat contra se.*

3 *Faciens id, quod fieri non solet, nec debet: at non faciens id, quod fieri solet, aut debet, contra se indicat.*



T si apud Legistas supradicta videantur comprehendi sub facto. Expedit tamen scire locos Antiquorum, ex quibus capiebant indicia, quos Cicero est sequutus in lib. ij. cap. ij. de inuent. cuius verba non sunt prætereunda: quia per ea totius negotij gestio pertractabitur.

1 Quare, quo cõsilio, † qua spe perficiẽdi, quidq; factum sit: cur hoc modo potius, q̃ illo: cur ab hoc potius, q̃ ab illo: cur nullo adiutore, aut cur hoc: cur nemo sit conscius, aut cur sit, aut cur hic sit: cur hoc ante factum sit, cur hoc ante factum non sit: cur hoc in ipso negotio: cur hoc post negotiũ: aut quid factum de industria: aut quid rem ipsam consequutum sit: constet ne oratio, aut cum re, aut ipsa secum: hoc huiusne rei sit signum, an illius, an huius, & illius, & vtrius potius: quid factũ sit, quod non oportuerit: aut non factum, quod oportuerit. Solicitans, siue † quæritans quod ad eũ 2 non spectat, indicat contra se. vide Hippo. §. diligenter nu. cl. Et suspicio oritur † quotiens quid 3 facit quod fieri non solet, neq; oportet, neq; est ratio, quare hoc propter hoc fiat; & econtra, quoties quis non facit, quod fieri solet, aut debet. {Quandoq; etiam ex abundante cautela in hac materia & in omni fienda suspecta, & tam facti q̃ dicti p reum fraus & dolus præsumitur, & sinistra oritur suspicio. secundum Glo. not. in l. si quis sub conditione hæredes, ff. de condi. instit.}

DE INDICIIS MALEFICII PRAEMEDITATI ex dicto.

TRACTATVS VII.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicia maleficii præmeditati ex dicto.*

2 *Indicium propositi cõtra eum oritur, qui dixerit, q traheret occiso vnam pennã de ala: Vel q faceret eum male capitare, vel quid simile.*

3 *Propositum præsumitur contra eum, qui dixit, nõ diligo talem, uel sum ei nociturus si potero, si eũ postea occiderit.*

4 *Occidisse ex proposito ille præsumetur, qui alicui prædixerit, q si senserit rumorem, non se moueat. Vel q sentiet aliquid noui.*

5 *Mandatum seu consilium præsumitur siquis locutus fuerit cum aliquo, & ille statim iuit, & occidit.*

6 *Locutio in aure quando indicet mandatum, vel consilium?*

7 *Causæ ni præcedant, nec causatum præsumitur.*

8 *Mandatum præsumitur contra dominum, qui famulo suo dixit, non redeas domum, nisi simile*

aliquid noui, si famulus aliquem occiderit.
9 *Iactans se aliquem occisurum, si eum occidat, propositum præsumitur.*
10 *Minæ præcedentes indicant propositum, quando constat minantem occidisse eum, cui minatus est.*
11 *Indicia verbi duplicem vim habent.*
12 *Is videtur fecisse, qui prædixit facere.*
13 *Minans, & iactans de aliquem occidendo, an sit solitus minas exequi, quomodo consideretur?*
14 *Minatus si minantem occidat an præsumatur ex proposito occidisse?*
15 *Minatum fecisse ad sui defensionem quando præsumatur?*
16 *Factum quid ad defensionem fuisse per coniecturas probatur.*
17 *Minans, quando non constat de interfectore, an possit torqueri?*
18 *Causæ, quæ inducunt homines ad maleficia patranda, vltra inimicitias sunt multæ.*
19 *Minans an possit impune offendi ab eo, cui minatus est, in illo actu minandi?*
20 *Pœnam homicidii iusta causa & dolor diminuit.*

1 DICTA, quęque † antecesserunt, quæque sequuta sunt, considerari oportet; nam ex qualitate verborũ animũ metimur, & probatur præsumptione verbi. Quare capiemus indicia ante delictum. Et secundũ 2 Gandi. oritur indicium propositi † contra eum, qui dixerit, ꝙ traheret occiso vnam pennam de ala; vel ꝙ faceret eum male capitare, vel quid 3 simile. Item si quis dixerit, non †, diligo talem, si eum postea occiderit, pręsumetur propositum. Et similiter si dixerit se nociturum, si poterit. vide Alberi. in l. metus. C. quod metus cau. Item si di- 4 xerit † alicui, ꝙ si sen serit rumorem, non se moueat, vel ꝙ sentiet aliquid noui, præsumetur ex proposito occidisse, vt per Bar. in l. si ventre. ff. de 5 priuileg. credi. Item † siquis locutus fuerit cum aliquo, & ille statim iuit; & occidit (ꝙuis nesciatur quid dixerit) præsumetur de mandato, siue cõsilio: sicut in domino loquente in aurem famuli. 6 Intellige tamen pędicta, si incontinenti † sequatur delictum; & quando ille, quem alloquitur, pariter est inimicus capitalis: aliter illa loquutio, ẽt cum facto subsequuto non facit indicium: nam si 7 non præcesserunt † causæ, nec causatum præsumitur secundum Bru. in quæstio. inci. circa tertiam. 8 Item si dominus † famulo dixerit, non redeas domum nisi sentiam aliquid noui; si famulus aliquem 9 occiderit, præsumetur de mandato. Item † siquis iactauerit de occidẽdo aliquem, si eum occiderit, præsumetur ex proposito occidisse, et poterit damnari propter esequutum effectũ: & hoccasu non cõsideratur qualitas personæ; si vero non constabit de occisore, tunc spectabitur personæ qualitas secundum Guid. Suz. in gl. sed si præter famã. Idem 10 propter † minas pręcedentes oritur indicium propositi, dummodo constet minantem occidisse eum, cui minatus est; nec distinguitur quando constat, an solitus sit exequi minas. Et in præmissis no- 11 tandum est, ꝙ indicia † verbi duplicem vim habent, sicut alia indicia, videlicet, quis fecerit, qñ 12 ignoratur, & quo animo. Etenim † is videtur fecisse, qui prædixit facere: sed in hoc differt, ꝙ 13 quando per supradicta indicia † quæritur quis fecerit; tunc distinguitur, an minans, & iactans sit solitus exequi minas, & sic de alijs: secus autem quando constat prædictos occidisse; quia tunc pręd icta omnia indicia sunt grauia, & sufficientia ad cognoscendum de proposito; Et per ea procedi potest ad torturam, siue in aliquibus ad condemnationem vt infra dicetur. Scribentes dicunt præsumi 14 † de proposito contra minatum, si continget eum occidere minantem: quia metus est vna ex causis impellentibus ad maleficia. Sed ego dico præsumi contra minatũ; quando constat ipsum cæpisse 15 rixam; aliter præsumi † contra minantem; & ꝙ minatus fecerit ad sui defensionem: quia in crimi 16 nalibus, ꝙ † quis fecerit ad sui defensionem, probatur per coniecturas, vide Ias. in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. Postremo maximum est certamen 17 apud doctores, an minans, † quando nõ constat de interfectore, possit torqueri, Et secundum Speculatorem potest. vide in tit. de præsump. §. fin. Sed cõtra notatur in l. fin. ff. de hære. insti. Alij distinguunt, ꝙ si minans est potens, & solitus exequi minas, ꝙ tunc possit torqueri: alij autem, ꝙ possit dãnari. Hippo. in §. diligenter nu. lxxxj. Alii vero dixerunt posse damnari, quando tria concurrunt, videlicet, inimicitiæ, minæ, percusio cum paruo interuallo. Vide Brun. in tit. circa tertiam. Sed hæc opinio non placet, maxime, quando of- 18 fensus habet alios inimicos, ac etiam, quia † plures sunt causæ, quæ inducunt homines ad maleficia, vltra inimicitias. Quare non consequitur necessario, ꝙ sit occisus a tali, cum ab alijs potuerit 19 occidi. Occurit hic quęstio, ꝙ minans † possit impune offendi ab eo, cui minatus est in illo actu minandi secundum Hippo. in d. §. diligenter. Sed contra existimo: quia non dicitur factũ cum moderamine. not. in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. Non 20 tamen punietur pęna ordinaria. {† quia pęnam homicidij iusta causa & dolor diminuit, not. in l. quiquid calore de regui. iur.}

EX DICTO IN DELICTO, SEV POST delictum.

TRACTATVS VIII.

SVMMARIVM.

1 *Clamor vulnerantis exauditus an faciat indicium ad torturam?*
2 *vox hominum est fallax, quia reperiuntur multi consimilem habere vocem.*

Vox

3 *Vox clamantis exaudita non habet vim probationis, sed indicii, nisi alia concurrant.*
4 *Clamor vulnerati, dicētis se offendi a tali, an contra nominatum indicium faciat?*
5 *Offenso non creditur sine aliis qualitatibus, etiam* ꝙ *haberet in manibus corpus Christi. Et quid si sit in articulo mortis, & id iuret?*
6 *Indicium ad torturam ex dicto offensi quando oriatur?*
7 *Offensi dicto quando non sit credendum? nec inde oriatur indicium ad torturam?*
8 *Offensi dictum, quando cognoscere non potest ob aliquas circunstantias offendentem, non facit indicium ad torturam.*
9 *Offensus quando non præsumatur mentiri?*
10 *Mulier clamans sibi vim inferri, facit indicium, si reus fuit cognitus.*
11 *Clamans contra offensum, licet nihil agat, censetur conscius.*

De dicto offensi, & delinquentis.
Cap. I.

1 VAERITVR, an per † clamorem vulnerantis sine alijs oriatur indicium ad torturam? videcet, quando testes deponunt audiuisse delinquentem, & cognouisse ad vocem? Et secūdum aliquos testimonium eiusmodi valet, et probat, videlicet, quando quis audiuit vocē alicuius, licet non viderit loquentem, vtputa, ꝙ sit paries de medio; vel aliqua alia res inter loquentē, & testē: & de hoc est glo. notab. in l. ij §. idem Labeo, & in l. ij. in ver. audierunt. ff. de aqua pluuia arcen. & Bald. in l. conuenticulam. C. de epis. & cler. Idem in l. Mosis cap. xxij. Exod. & Iudicum cap. xviij. ibi agnoscentes vocem adolescentis, & lib. j. Regum c. xxvij. circa finem, ibi, cognouit Saul vocem Dauid. Sed prædicta credo non esse vera, nisi alia concurrant, prout in dictis iuribus: & re
2 vera † vox hominū fallax est: quia reperiuntur multi † consimilem habere vocem; & simili modo
3 potest dissimulari. Vnde alijs † non concurrentibus (iudicio meo) non habebit vim probationis, sed indicij, & ita semel iudicaui. Econtra autem
4 † per clamorem vulnerati, & offensi clamantis se offendi a tali, potest oriri aliquod iudicium, licet variæ sint opiniones scribentium: nam secūdum aliquos dicto offensi, etiam in mortis articulo constituti non creditur, neque oritur aliquod indicium ad torturam, nisi fuerit vallatum alijs circunstantijs, vt puta inimicitijs, et similibus. vi-
5 de Alex. consi. xiiij. tertij vol. vbi dicit, † non creditur offenso sine alijs qualitatibus, etiam ꝙ haberet in manibus corpus Christi. Alij autem senserunt, vt credatur offenso etiam ad torquendum: limitando tamē, vt is offensus illud dicat in articulo mortis, & cum iuramento Bald. in auct. si dicatur. C. testa. Hippolytus i. §. diligēter nu. cxvij. sensit, ꝙ si offensus in mortis articulo est in plenitudine sui intellectus, homo bonæ conditionis, ac famæ, & tale delictum non possit per alios pro-
6 bari, tali casu † oritur indicium ad torturam contra criminatum. Hanc opinionem multi Recentiores mordent, & refellunt: Mihi autem Hippo. opinio æqua videtur: non est enim existimādum offensum velle excusare offendentem, et alijs imputare, cum non sit maius odium, quam cōtra vul-
7 nerantem, & occidentem. Limito † tamen dictum Hippo. hoc pacto videlicet: si delictum sequutum fuit nocte, tempore obscuro, tunc tali dicto non est credendum: quia verisimile est offensum scire nō posse certe offendentem, argu. l. hac consultissima. §. cum humana fragi. C. qui testamen. fac.
8 possunt. Idem in alijs † casibus, in quibus similes circunstantiæ resistunt, & contradicunt, vt puta, licet foret in meridie: sed offendentes erant personati: quia similiter dicto casu offensus nō potest cognoscere offendentem. Et hunc casum semel iu-
9 dicaui. Et in duobus † temporibus offensus nō præsumitur mentiri. videlicet, in articulo mortis, & subito quando fuit offensus, nam tempore medio per suggestionem plures mentiri deprehensi sunt.
10 Mulier † clamans sibi inferri vim, facit indiciū:
11 si reus fuerit cognitus. Item siquis † clamet contra offensum, licet nil agat, censetur conscius.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Famæ, seu dicto gentium an & quando sit credendum?*
2 *Fama quando faciat indicium ad torturam?*
3 *Fama sola quis torqueri non debet.*
4 *Fama quid sit, & quomodo diffiniatur?*
5 *Credulitas testium etiam fidedignorum nō condemnat, & multominus vulgi, aut populi.*
6 *Voces populi vanæ non sunt audiendæ nec eis est credendum.*
7 *Fama est solum præparatorium inquisitionis, non autem fundamentum torquendi reum.*
8 *Deo explorata sunt omnia, & intuetur cor.*
9 *Fema vnde originē traxerit, an sufficiat inspicere ad hoc, vt ex ea possit ad torturam procedi?*
10 *Fama sola non debet parere aliquod indicium ad torquendum, sed ad inquirendum tantum, siue ad coadiuuandas alias probationes.*
11 *Intellectus l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio.*
12 *Fama vehemens an faciat indicium ad torturam?*
13 *Testibus non testimoniis creditur.*
14 *Christus ob voces populi fuit crucifixus.*
15 *Intellectus l. decurio. C. de pœnis.*

De fama, seu dicto gentium. Cap. II.

DE FAMA apud Oratores, sicut apud nos exempla non desunt: 1 Alij enim † dixerunt non temere famā nasci solere, quin subsit aliquid. Sed alij dixerunt famę credi, quando est sine certo auctore dispersa, cui malignitas initium dedit, incrementum credulitas, ꝙ nulli non, etiam innocētissimo possit accidere fraude inimicorum falsa vulgantium. Sed secundum Gandi. in titu. de quæstio. pu- 2 blica vox, † & fama orta contra aliquem statim commisso delicto in loco commissi criminis a personis fidedignis parit indicium ad torturam: & ratio est; quia fama orta subito commisso cri- 3 mine, crimini inesse videtur. Propter tamen † solam famam quis torqueri non debet; & ratio est; quia dictum vnius multitudo facile sequitur. qua de re fama, & infamia cōtra aliquem facile oriū tur; & ita fere omnes sentiunt, vt in l. admonendi. ff. de iureiuran. Et arguendo a diffinitione fa- 4 mæ, nullum affert indicium: nam fama non † est aliud, nisi dicto gētium, siue vulgi ex imaginaria opinione, siue credulitate procedens: & sub tali diffinitione comprehenditur tam bona, quam mala fama l. iij. §. Idem diuus. ff. de testi. Et tali famæ, siue dicto Iudex non debet fidere, cum credu- 5 litas † testium quamuis fidedignorum non cōdemnet l. testium. C. de testi. tanto minus vulgi, aut populi, iuxta illud.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

6 Idem in l. decurio. C. de pœ. ibi. Vanæ voces † populi non sunt audiendæ; nec enim vocibus eorum 7 credi oportet. Quamobrem existimo † famam esse præparatorium tantum inquisitionis, non autem fundamentum torquendi reum. Idem videtur probari sententia diuina, iuxta illud: descendam, & videbo si clamorem, qui venit ad me, opere perfecit, vbi Deus per clamorem non aliquid iudicauit. Qua de re dixit, descendam, & videbo; & intellige ꝙ dixit tanquam Iudex, non tanꝗ 8 Deus: quia † Deo explorata sunt omnia, & intuetur cor. cap. xvj. Regum primo. Alij dixerunt 9 oportere considerari, vnde fama habuit † originem, et sic per originem procedetur ad torturam, si origo erit talis, vt per eā procedi possit. Istud non satisfacit (quamuis origo famæ sit semper habenda) nam considerata origine procedetur secū dum eam, consequenter secundum indicia præcedentia famam. vtique erimus in casu indiciorum, per quæ procedetur ad torturam, si erunt, talia vt procedi possit, non tamen propter solam famam, 10 quæ † sola non debet parere aliquod indicium ad torquendum, sed ad inquirendum tantum, siue ad coadiuuandas alias probationes: & ita iudi- 11 tio † meo intelligitur l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Secus secundum Hippo. in vehemen- 12 ti fama in. §. diligenter nu. xviij. ibi. ꝙ fama † nō faciat indicium ad torturam, non habet locum in vehementi fama. Nam vehemens fama est sufficiens indicium ad torturam secundum Bartol. in consi. cxcij. Hæc autem opinio non placet: quia Iudex non debet considerare, quia dicitur sic, sed vnde, & quid, & quale dicitur, & a quibus, testi- 13 bus † enim non testimonijs creditur l. iij. ver. tu magis scire. ff. de testi. Et pro hac opinione vide tex. c. xxij. Exod. ibi, nec in iudicio plurimorū acquiesces sententiæ, vt a vero deuies. Exemplo etiam perniciosum est cum magni, sanctique viri vulgi opinione perierint, & trucidati sunt. Omit- 14 to antiquos, & in vnum finio; Christus † enim per voces populi crucifixus est, quare &c. Et lex 15 Decurio † supra allegata loquitur de hac fama. Nam vt dictum est in c. de fama reorum in prin. fama dupliciter consideratur vt ibi.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Cōfeßio extraiudicialis facit indiciū ad torturam, dūmodo sit verisimilis, & sit probata per duos testes.*

2 *Confeßio facta ab irato, ebrio, vel stolido non valet.*

3 *Confeßio extraiudicialis sine causa non valet ad obligandum, inducit tamen semiplenam probationem, licet sit factum sine scriptura.*

4 *Confessus legitime in iudicio, potest ad totū id, super quo proceditur cōtra eum ciuiliter vel criminaliter cōdemnari, licet processus sit ineptus.*

5 *Indiciū oritur cōtra eum, qui dicit se primo occisum inuenisse, vel primo homicidium uidisse.*

6 *Ingerens se est suspectus.*

Ex dicto post delictum. Cap. III.

1 PROPTER confessionem † extra iudicialem potest torqueri, dummodo sit verisimilis, & sit probata per 2 duos testes. Item confessio † facta ab irato non valet glos. est in cap. ex literis de diuor. Idem ab ebrio, siue aliter sto- 3 lido. Item confessio † extra iudicium sine causa, secundum omnes non valet ad obligandum. inducit tamen semiplenam probationem, licet sit facta sine scriptura. vide Matthesil. in singul. xiij. secus facta in iudicio; quia tunc calor iudicij supplet defectum not. in l. j. C. de confes. Item quo- 4 tiens apparet † reum in iudicio legitime cōfessum totum id, super quo proceditur contra eum criminaliter, seu ciuiliter potest condemnari; quamuis totus processus sit ineptus. Sed de confessione, ne bis repetatur, vide in c. viij. & fi. de 5 tormentis. Item indicium † aliquando sumitur cō tra aliquem, qui primo dicit occisum inuenisse, & contra aliquem, qui primo dicit vidisse homicidium secundum Paridem de Put. in verb. tortura 6 in fi. Et ratio est, ꝙ qui † se ingerit suspectus est, vide Hippo. §. diligenter nu. cl. Sed dic contra, nisi alia concurrant, vt inimicitia, & similia.

EX NON DICTO TRACTATVS IX.

SVMMARIVM.

1 Taciturnitas imitatur confessionem.
2 Taciturnitas domestici parit indicium ad torturam exemplum hic ponitur.
3 Reus interrogatus per iudicem, si non respondeat, potest etiam sine indiciis torqueri.
4 Recipiens literas debiti, si nihil dicat, videtur debitum fateri, & quomodo id procedat? Et an id in criminalibus habeat locum?
5 Positioni duo continenti respondes, si dicat de vno non credere, an de alio fateri credatur?
6 Tacens habetur pro contradicente in onerosis, & obligantibus personam, nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, qui videatur venire ad probationem actus.
7 Taciturnitas nocet, quotiens reus tenetur respondere negando, aut confitendo.
8 Constitutio si fiat tertio præsente, & tacente, ille non dicitur consentire.



EXTREMVM autem, aut taceatur oportet, aut cōcedatur, aut negetur. Si tacebitur, aut elicienda est responsio, aut quoniam † 1 taciturnitas imitatur cōfessionem, ac si cōfessum sit, cōcludere oportebit, vide Cic. in primo de inuēt. c. viij. Taciturnitas † 2 domestici parit indicium ad torturam. & dicit Paris de Puteo, ꝙ quædam mulier diu tacuit mortem viri sui, & quadam die clamauit reperisse eum mortuum. quæ fuit capta, & torta confessa fuit interfici fecisse virum. vide eū in verb. tortura col. iij. Sed hæc cōclusio non est tuta; & requiruntur alia simul secundum Hip. in .§. expedita. Item reus † 3 interrogatus per iudicem non respondens potest torqueri, etiam sine indicijs. vide in tract. de tormen. cap. iij. Item si scribis † 4 alicui, ꝙ reddat tibi centum ei mutuatos, recepit literas, nihil dicit, vr̄ fateri. Bart. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. Sed limita, ꝙ testes, quibus præsentibus dabitur litera habeant copiam, & ꝙ adsint quādo aperitur. vide Matthesi. in sing. xxij. Item si scribetur tibi, ꝙ sunt testes, qui dicunt; te per insidias occidisse Gaium, si accipis literas, & nihil dicis, oritur indicium ad torturā, licet multi cōtra sentiant. vide Hippo. in .§. diligenter nu. cxxxviij. & Blanc. nu. ccxxiij. Item siquis † 5 respondet positioni, quæ continet duo, videlicet, ꝙ cōmodaui tibi Codicē, & Volumē. tu respōdes, nō credo de Codice, videris fateri de Volumine. Idē & si quis interroget extra iudicialiter scd̄m gl. in c. nō ne. de presump. Sed secūdum aliquos ex supradicta cōfessione tacita solū oritur semiplena probatio. vide Rom. in singul. lxxviij. Et scd̄m † 6 multos in onerosis & obligātibus personam tacens habetur pro contradicente: nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, qui videatur venire ad probationem actus. not. in l. qui patitur. ff. mand. Sed in prædictis † 7 credo taciturnitatem nocere, quoties reus tenetur respondere negando, aut confitendo, prout criminaliter, quando interrogatur per Iudicem: & ciuiliter, quando monetur respondere positionibus, siue aliis actibus. argumen. l. ij. §. quod obseruari. C. de iur. calum. Et dicit Rom. in singu. cccclxxxij. ꝙ si est facta † 8 constitutio, tertio præsente, & tacente non dicitur consentire: quod est notandum in hac materia.

SVMMARIVM.

1 Mendaciter respondens an possit torqueri?
2 Variatio, seu mendacium in quibus & circa quæ noceat?
3 Mentiri in quibus liceat propter salutem?
4 Accusatus de homicidio, si negauerit, si postea probetur occidisse, poterit dicere fecisse ad sui defensionem.
5 Delictum quo casu per mendacium approbari videatur?
6 Accusatus de homicidio, qui negauit se occidisse, & fuit conuictus, an possit alia defensione uti.

Mendacium an faciat indicium ad torturam? Cap. II.

REVS mendaciter † 1 respondens potest torqueri: quia tacendo veritatem, videtur esse in dolo. l. seruus. ff. de dolo. Alij contra, quia licet reo contraria dicere propter salutem. Propterea aliqui distingunt, ꝙ quādo mendacium est circa negocium principale, seu circunstantias, tunc facit indicium ad torturam, vt puta, si esset varius circa locum delicti, vel tempus, tūc variatio † 2 seu mendacium nocet, vt in exemplo Bar. in l. fin. ff. de quæstio. vbi propter delictum de nocte, Iudex interrogat suspectum vbi, & cum quibus fuit illa nocte; & si reperitur mendax, oritur maxima præsumptio. Secus autem † 3 si mendacium fuerit circa diuersa: vt puta, circa nomen loci, & originis, & alterius reisimilis; tunc enim licet mentiri propter salutē. Omitto alias distinctiones scribentium; & dico, quotiens tractatur de aliquo facto, quod habet annexam determinationem loci, vel temporis, vel alterius rei, de qua agitur; tunc mendacium nocet, vt in exemplo Bart. quoniam dicto casu reus videtur deliquisse: quia non apparet alibi fuisse; & reperitur mendax: qua de re reus potest torqueri. Itaque si accusatus † 4 de homicidio negauerit occidisse, si probabitur, poterit tamen dicere fecisse ad sui defensionem: licet mentitus sit, secundum Bar. in l. cum de indebito. ff. de proba. quia mendacium non est circa

5 negocium principale; vel quia † non approbat delictum terminatum per locum, & tempus; vbi reus videtur fuisse: quoties alibi se fuisse dicit, & mentitur; & si approbat delictum per mendacium. {Quod si accusatus de homicidio negauerit se occidisse & fuerit conuictus numquid possit alia defensione vti, excipiendo se illum ad suam defensionem fecisse vel aliter, responde secundũ Bar. & alios scribentes posse, prout not. in l. nemo. ff. de regul. iur. & est communis opinio.}

DE INDICIIS INDICANTIBVS DE REO, sed non de proposito.

TRACTATVS X.

SVMMARIVM.

1 *Indicia per quæ arguitur de delicto, sed non de proposito.*
2 *Quærẽdum non est de animo, nisi vbi de reo cõstat.*
3 *Probatio coniecturalis est triplex, circa ea quæ indicant delictum, sed non propositum.*



DICTVM est supra per quæ cognoscitur de delicto & proposito simul. Superest videre de alijs 1 indicijs † per quæ arguitur de delicto, sed non æque de proposito sine alijs; & hæc etiam scire 2 oportet: quia (vt sæpe dictum est) quæri † non debet de animo; nisi vbi de reo constat. Et in ijs tri 3 plex est coniecturalis probatio. Prima † per visum. Secunda per auditum. Tertia per tactũ, quibus tñ adijciunt Oratores gustum, & odoratum: sed hęc duo ad venena pertinent; vt infra dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio quæ fit per visum, omnibus aliis est maior. Et tũc dicitur plena probatio, quãdo fit per duos testes de uisu omni exceptione maiores.*
2 *Torqueri an possit reus ex dicto vnius testis de visu maxime si testis sit omni exceptione maior?*
3 *Testis de visu vt faciat indiciũ ad torturã debet deponere, quod interfuerit maleficio, alias secus.*
4 *Testes duo requiruntur ad probandum indicia remota à maleficio.*
5 *Testis vnus de visu facit indicium, nisi aliæ circunstantie resistant.*
6 *Testis, qui non est omni exceptione maior, in quibus probet?*
7 *Testis non idoneus per aliquod priuilegium idoneus fieri non potest.*
8 *Testis debet esse omni exceptione maior, quando tractatur de condemnando, secus de torquendo.*
9 *Testes non idonei in casu inquisitionis admittuntur, quia tunc cessat periculum corruptionis.*
10 *Testes etiam infames non nisi instigati falsum deponunt.*
11 *Testi inimico etiam in casu inquisitiomis credendum non est.*
12 *Testes inhabiles in casu accusationis admitti non debent etiam ad torquendum.*
13 *Iudex uidens delictum committi, non potest tamen sine aliis probationibus reum torquere.*
14 *Visus vibrare gladium contra uulneratum, licet non sit uisus uulnerare, poterit torqueri.*
15 *Testes si dixerint uidisse duos solos rixari, & uidisse in fine rixę uulneratum, ex hoc poterit ad condemnationem procedi.*
16 *Inimicus interfecti, si uisus fuerit solus ambulare in loco delicti cum gladio euaginato, reperto interfecto, poterit condemnari.*

De indicijs per visum vnius testis, seu Iudicis. Cap. I.



1 PROBATIO, quæ † fit ꝑ visum secundum omnes est maior omnibus alijs; & tunc dicitur plena probatio, quando fit per duos testes de visu, & omni exceptione maio-2 res. Sed dubitatur, an per † solum dictum vnius testis de visu posit torqueri reus? Et non est maius indicium isto: vnde secundum multos potest torqueri: dummodo testis sit omni exceptione maior. vide Bart. in l. 3 admonendi. ff. de iureiuran. Item debet † deponere, ꝙ interfuerit; aliter non facit indicium ad 4 torquendum: nam quando † deponeret super remotis a maleficio, & his, quæ consequuntur, requiruntur duo testes vt not. in l. fin. C. fam. ercisc. 5 Adde secundum Bald. ꝙ vnus testis † de visu facit indicium; nisi alię circunstantiæ resistant, vt per eum in l. ij. C. quorum appella. Volunt ta-6 men aliqui, quod licet † testis non sit omni exceptione maior, probet tamen in aliquibus videlicet, quando concurrit leuitas vitę rei Item in criminibus exceptis vide glo. in l. iij. ff. de testam. Hoc tamen multi respuunt. vt Alexan. in con-7 sil. xi. primi vol. quia testis † non idoneus per aliquod priuilegium non potest fieri idoneus. Alij sentiunt, quod talis testis, licet non maior omni exceptione, probet tamen quando alia merita processus concurrunt Demum restringunt, quod 8 testis † debet esse omni exceptione maior quando tractatur de condemnando, secus de torquendo: & ratio est, quia maius versatur periculum in condemnando, quam in torquendo, vt tradit Hippo. §. diligenter nume. iiij. In prædictis 9 † distinguo, quod in casu inquisitionis testes etiam non idonei admittantur secundum Bald. in l. j. C. de summa trinita. Et ratio reddi potest, ꝙ hoc casu cessat periculum corruptionis: quia

† licet

10 † licet testes sint infames, non nisi instigati falso deponunt, quod non accidit in supradicto ca
11 su: Limitarem † tamen non esse credendum inimico, licet in casu inquisitionis per regulam, ꝙ inimici de inimicis semper male cogitant, & faci
12 le mentiuntur. In casu vero accusationis † testes inhabiles admitti non debent neque ad torquendum, quamuis sint in contrarium supradictę auctoritates: Et si velis sequi opinionem prædictorum, saltem restringe, ꝙ ex natura ngotij non possint haberi alij testes, & aliter veritas haberi nequeat, & ꝙ tractetur de torquendo tantum. Iudex
13 quamuis † viderit committi delictum, non potest tamen sine aliis probationibus torquere reum, vt per Spec. titu. de sent. §. qualiter. Visus vibrare
14 † & iacere gladium contra vulneratum, licet non sit visus vulnerare, poterit tamen torqueri secundum Specula. titu. de proba. §. & si. Si testes
15 † dixerint vidisse duos solos rixari, & vidisse, in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit procedi ad condemnationē; & ratio est, ꝙ non est defensio in
16 contrarium. Reperto interfecto, inimicus † interfecti visus ambulare solus in loco delicti cum gladio euaginato, poterit condemnari. vide Ang. de indiciis indubit.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Reperti in crimine an ex hoc solo conuincantur, vt de facto puniri possint?*

2 *Reperti in domo, vbi perpetratum est maleficium, & nescitur a quo, poterunt torqueri, & an ex hoc possint damnari?*

3 *Tortura incipienda est ab eo, qui solitus est delinquere.*

4 *Reperti in loco delicti, vel in loco proximo possunt torqueri, maxime si fuerint inimici interfecti, & reperti cum armis.*

5 *Repertus prope mortuum cum gladio poterit torqueri, & an damnari?*

6 *Vicini habent indicia contra se, quandu rei non reperiuntur, maxime in furtis, quia saltem scire præsumuntur.*

De repertis in crimine, siue in loco criminis. Cap. II.

1 REPERTI † in crimine ex hoc solo conuincuntur, & de facto possunt puniri secundū glo. in l. ictus fustium. ff. de ijs, qui not. infam. Sed hæc opinio non placet: quia quamuis reus fateatur crimen (qđ est maius) monetur tamen, vt suas faciat defensiones not. in l. j. §. siquis in villa ff. ad Syl. & cap.
2 xxij. Exod. Si in aliqua † domo perpetratū est maleficiū; & nescitur a quo; reperti in illa domo tempore delicti torquebuntur: & ratio est: quia præsumuntur scire, & secundum aliquos possunt damnari: Sed dic, vt tit. fin. ne quis per aliqua in-
3 dicia conuincatur. Et supradicto casu † tortura incipiet a solito delinquere secundum Rom. l. j. ff.
4 ad Syl. Reperti † in loco delicti possunt torqueri. Idem si in loco proximo l. j. §. qui tergo. ff. ad Syl. Prædicta multi limitant, ꝙ inuētus sit inimicus interfecti, vel ꝙ aliæ adsint causæ. Alij addiderunt, ꝙ sit inuentus cum armis. Sed ego crederem do sufficere, vt inuentus sit inimicus interfecti, licet non inueniatur cum armis; quia post delictum potuisset celare arma. Conclusiue distinguēdo, vt supra, procedetur ad torturā, & nō aliter: quia pōt
5 quilibet obuiare forte, & casu. Repertus † prope mortuum cum gladio poterit torqueri; sed secundum alios damnari ob manifestum indiciū. vide
6 Bar. in l. manifestus. ff. de furt. Sciendum est † ꝙ si non reperiuntur rei, vt supra dictum est, capientur indicia contra vicinos, qui saltem præsumuntur scire, maxime in furtis Bal. l. j. C. locati, & in l. diuina Deuter. cap. xxj. in principio.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicia, quæ trahuntur ex his, quæ consequuntur delictum, quæ sint?*

2 *Arma, vestes & similia in loco delicti reperta, an faciant indicium ad torturam?*

De armis, veste, & similibus repertis. Cap. III.



1 OST supradicta indicia visus, et repertorum in loco delicti, quæ per omnes appellātur propinqua, superest videre † de aliis, quæ reperiuntur in loco delicti, seu consequuntur delictum vt per aucto. ad Heren. lib. ij. titu. vj. ibi, in consequenti tempore spectabitur, a quo factum sit, hoc modo, si telū, si vestimentum, siquid eiusmodi relictum sit, aut vestigium repertum fuerit, &c. de quo etiam vide Quint. lib. v. cap. ix. & x. Cic. de inuent. tit. xiij. in l. Diuina cap. xxxix. Gene. Paris de Put. de
2 Syndi. col. vj. Sed per hæc † indicia proceditur ad torturam, nisi aliæ circunstantiæ resistant, & nisi accusatus aliquam iustam causam ostenderit, vt puta, ꝙ vestimentum, siue aliud repertum vendiderit, aut quid simile.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Fuga sola an præstet sufficiens indicium ad torturam, vel tantum faciat suspicionem, nisi cum aliis iungatur?*

2 *Intrinseca in criminalibus probantur per extrinseca.*

3 *Fuga quando tantū pariat indicium ad torturā?*

4 *Reus præsumitur discessisse ob causam, per quam accusatur, siue inquiritur, nisi aliam iustam causam probet.*

Fugiens

5 *Fugiens post querelam, seu inquisitionẽ formatã, contra se non indicat.*
6 *Fuga quotiens potest aliqua probabili causa colorari non facit indicium.*
7 *Fugiens post commissum homicidium, an excusetur, si dicat se fugisse, quia timebat ne consanguinei occisi, ipsum offenderent?*
8 *Fugiens ab suspicionem accusationis, vel inquisitionis an excusetur? vel si aliquod indicium inde oriatur, an iuramento rei tollatur.*
9 *Iuramento probantur ea, quæ in animo consistũt.*
10 *Suspicio non est iusta causa fugæ, sed per eam arguitur, quòd reus deliquerit.*
11 *Conscientia scelerum mille testes.*
12 *Criminales quæstiones iuramento reorum non deciduntur.*
13 *Iuramentum aliquod in criminalibus non præstatur causa purgandi aliquas suspiciones, siue indicia.*
14 *Tortura datur in supplementum in causis criminalibus, quando veritas haberi non potest.*
15 *Tortura in criminalibus succedit loco iuramẽti.*
16 *Iuramentum purgationis est quoddam remediũ extraordinarium.*
17 *Fuga probata in aliquibus casibus dicitur probatum delictum.*
18 *Fuga si alicui obiiciatur in crimen, probata fuga, probatum etiam crimen dicitur.*
19 *Fuga probata, probata etiam dicitur suspicio.*
20 *Fuga per duos testes probari potest, sicut quodlibet aliud indicium.*
21 *Famulos fugiens a domino, an præsumitur domini res, si non adsint, furto subtraxisse?*
22 *Fuga famuli an contra eum faciat indicium ad torturam pro furto.*
23 *Fuga an aliquo casu faciat probationem.*
24 *Innocentia rei etiam confessi et condemnati omni tempore est quærenda.*
25 *Indicia quæ oritur ex fuga, oriuntur etiam ex præparamentis fugæ.*
26 *Fuga in prõptu idẽ operatur, quod fuga in actu.*
27 *Probandi onus incumbit accusatori & accusato quando quis fugit, sed quando quis non aufugit, incumbit solum accusatori.*

De fuga. Cap. IIII.



1 PROPTER solam † fugã quis torqueri non debet: quia non facit indicium, sed suspicionem secundum Barto. in l. fin. ff. de quæstio. Secus si fuerit iuncta cum aliis, vt fama, inimicitiis, & similibus circunstantiis. Alij autem senserunt per solam fugã posse torqueri reum: quia est animi indiciũ, 2 & accusat fugientem; & in † criminalibus per extrinseca probantur intrinseca l. fin. ff. de diuor. Idem in l. Moysis cap. xxviij. prouerb. {Fugit impius nemine persequente iustus.} Sed conclusiue dic, ꝙ quando constat iudici, ꝙ reus abest ob causam, qua accusatur, siue inquiritur, tunc fuga 3 † parit indicium ad torturam. Et notandum est, 4 ꝙ reus † præsumitur discessisse ob causam, per quam accusatur, siue inquiritur, nisi aliam iustã causam probet l. de minore & ibi Bal. C. de adul.

5 Limitant † tamen prædicta scribentes, ꝙ quis non possit torqueri, quando aufugit post querelã, siue inquisitionem formatam: quia quilibet rationabiliter sciens se esse accusatum, licet sit innocens, quærit fugam, & tunc fuga non potest dici animi indicium, siue conscientiæ signum, ex quo prouenit ex diuersa causa, & timore iudicij, Et similiter limitant si alia simili causa iusta fugerit, 6 & sic succedit regula generalis, quoties † fuga potest aliqua probabili causa celari, aut colorari, non facit indicium, vt puta, si ille, qui aufugit, est solitus transcurrere per diuersas ciuitates. Occurrit hic exemplum Bru. videlicet: siquis commisso 7 homicidio † aufugerit, dixeritq; aufugisse, ne cõsanguinei occisi ipsum offendant, nõ videbitur suspectus, & excusatur, vide eum in quæstio. incip. circa tertiam. Hoc tamen non placet, quia si tale concederetur, nunquam fuga faceret indicium: nam quilibet per prædicta se excusaret. Itẽ non est æqua excusatio: quia non debet quis timere cõsanguineos, si delictum non commisit, imo ex tali excusatione oritur indicium: quia propalat se, & dat signa certa conscientiæ. Quare dic, vt supra, nisi probaretur consanguineos defuncti ante fugã minatos esse accusato, quia tunc recte potest dici ob præcedentes minas fugisse. Item secundum 8 Hippoly. suspicio ꝙ sit formata † accusatio, siue inquisitio excusat fugientem, & si ex fuga aliquod oritur indicium, illud tollitur per iuramentum, & sic fuga nunquam faciet indicium; quia fugiens poterit semper dicere, & iurare quod aufugit propter suspicionem, vide eum in. §. diligenter numer. xlij. quem omnes recen- 9 tiores sequuntur defendendo eum, ꝙ ea, † quæ in animo consistunt, directe per alios probari non possunt, nisi solo iuramento, cui creditur secundum gloss. in. §. sed istæ instit. de actionibus vbi Iason multa ait. Sed contra teneo per infra- 10 scripta, primo quia suspicio † non est iusta causa fugæ, imo per eam arguitur, ꝙ reus deliquerit iuxta regulam diuinam: fugit impius, nemine persequente: suspicio enim rei, ꝙ procedatur contra se, dat signa conscientiæ iuxta illud, con- 11 scientia † scelerum mille testes. Et dum Hippo. dicit tale indicium tolli per iuramentum, respon 12 deo, ꝙ non probatur aliqua lege, imo † quæstiones criminales non deciduntur iuramento reorum, not. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Idem tenuit Hip. in. §. postquam in princ. Et iure merito 13 in criminalibus non datur † iuramẽtum aliquod causa purgandi aliquas suspiciones, siue indicia: quia

14 quia tortura † datur in supplementum in causis criminalibus, quando veritas haberi non potest 15 secundum Bart. in l. fin. ff. de quæstio. & sic † loco iuramenti succedit tortura, quæ etiam quia plures gradus habet, potest dari secundum qualitatem indiciorum. Et notandum est ꝙ doctrinæ, quas 16 citauit Hippo. loquuntur de † quodam iuramento, quod a scribentibus purgationis dicitur, & est remedium extraordinarium, & affertur exemplū per prædictos de aduena conquerente sibi sublata esse aliqua bona in hospitio, nulla tamen habente indicia, aut suspicionem contra hospitem, tunc & simili casu potest Iudex deferre iuramētum. Hoc idem in l. Moysis cap. xxij. & xxiij. Exod. ibi, si latet fur dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit, ꝙ non extenderit manum in rem pro- 17 ximi sui ad perpetrandum fraudem. Sunt † quidam casus, in quibus probata fuga probatur delictum, qui cognoscuntur per regulam generalem, 18 videlicet: quando † fuga obiicitur alicui, tanquā crimen, tunc probata fuga, probatum est crimen: quia lex tunc ponit ipsam fugam, tanquam specificum crimen, non autem tanquam signum criminis l. desertorem. ff. de re milit. Idem in cœnobita 19 fugiente ex cœnobio. Itidem † quando agitur, an quis sit suspectus, vel non, probata fuga, proba- 20 tur & suspicio. Item fuga probari † debet per duos testes, sicut quodlibet aliud indicium, est gl. de hoc in l. fin. C. fami. ercisc. Multos alios casus 21 ponit Hip. in §. diligenter vt puta de famulo † fugiente a domino: nam si reperiuntur amissę aliquę res domini, videbitur talis famulus subtraxisse; Sed multi hanc opinionem respuunt, refellunt. 22 Hoc amplius † sentiunt, per tale indicium non posse torqueri, cum exigantur alia indicia cum fuga. not. in l. j. in princ. ff. de quæstio. vide Brun. in tract. de indic. col. iij. Sed in hac difficultate sentio, ꝙ ex fuga famuli oriatur indicium ad torturam, quando hęc concurrunt, videlicet, dominū habuisse dicta bona, & seruū verisimiliter potuisse auferre. Item ꝙ dominus sit bonæ fidei, & e contra seruus sit aliquantulum suspectus: Aliter enim non est procedendum ad torturam: quia contingit sæpe famulos fugere propter timorē domini, siue aliam similem causam, & domini sæpe mentiun- 23 tur contra seruos. Item dicit fugam † facere probationem, videlicet, si sunt duo exules eiusdem nominis, & nescitur vere vter ipsorum sit exul, tunc ille, quia aufugit, iudicabitur esse ille, qui est exul. Prædicta opinio non placet: quia fuga potest contingere ex diuersis accidentibus, vide quę not. in l. j. ff. de in ius vocan. Qua de re ob solam 24 fugam non damnarem: quia omni † tempore de innocentia rei etiam confessi, & condemnati quærendum est, si de innocentia constat. Et 25 indicia, quæ oriuntur † contra fugientem extenduntur contra parantem aufugere per regul. 26 idem † operatur fuga in actu, sicut fuga in promptu secundum Bald. in l. pignoris gratia. C. de pignor. actio. Postremo notandum, est quod tradit Brun. in gloss. circa tertiam in versicu. adde notabilem effectum fugæ, & absentiæ, ꝙ licet 27 † quando quis fugit, incumbit onus probandi accusatori, & accusato, tamen quando quis non aufugit, incumbit solum accusatori.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Vestigia, seu forma pedis in niue luto, aut puluere relicta an faciant indicium ad torturam, vel ad condemnationem?*

De forma pedum. Cap. V.



1 PER vestigia † seu formam pedum relictam in niue, luto, seu, puluere oritur indicium ad condemnandū, vide Alberi. in l. indicia col. ij. C. de rei vendi. vbi. dicit, ꝙ cum quidam criminaretur de vuis ablatis a vinea, adductus fuit reus ad locum vestigiorum; & quia Iudex reperit formam pedum conformem, condemnauit eum. Sed dico hoc non sufficere ad torquendum, & minus ad condemnandum: contingit enim inter homines quædam similitudo, & forma pedum; vnde facile Iudex potest errare; Quamobrem tale indicium, nisi fuerit vallatum non sufficit: accedentibus vero alijs poterit reus torqueri, vide Bald. in l. non hoc C. vnde legit. in l. diuina de simili indicio in psalmo Dauid nu. li. Ibi. in medio ipsi calcaneum obseruauerunt.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Cruor si in vestimentis, aut armis alicuius appareat, an oriatur indicium ad torturam?*

2 *Visus si aliquis sit exire cum gladio sanguinolento, vel visus fueritt fugere versus nemora, delicti indicinm manifestum habere diciur.*

De cruore in vestimentis. Cap. VI.



1 SI cruor † in vestimentis, aut armis alicuius apparebit, oritur indiciū ad torturā secundum multos. Credo tn̄ hoc non sufficere quia talis sanguis potest accidere ex diuersis accidentibus; & secundum Quint. lib. iiij. cap. ix. ibi, sanguis, vel ex hostia respersisse vestem potest, vel e naribus profluxisse: non vti, qui vestem cruentam habuit, homicidium fecerit. Sed, vt per se hoc indicium non sufficit, ita cæteris adiunctum testimonij loco ducitur, vt puta, si reus fuerit inimicus interfecti: si ante minatus: si eodem in loco fuit, vbi de delicto constet: ijs enim & similibus cruori additis, orietur manifestum indicium, vide Quint. lib. v. de signis c. ix. & Cic. lib. j. de inuent. tit xiij. vbi de prædicto, & similibus fit mentio. Apud iurisconsultos 2 id indicium est manifestum, vt puta visus † exire cum gladio cruento a loco delicti, vel visus fugere versus nemora: de ijs dicetur in tit. ne reus per aliqua indicia conuincatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pallor an indicium faciat ad torturam.*
2 *Cordis dispositio magis apparet in facie, quam magis vrgent omnes sensus, quam alias partes.*
3 *Pallore in reo superueniente, quando interrogatur a iudice, ob id reus non torquetur.*
4 *Sapientis animum paulisper moueri & contrahi, & pallescere necesse est, non opinione mali percepta, sed quibusdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis atq; rationis peruertentibus.*
5 *Confidentiæ signum est non pallescere, & non expauescere, cùm naturaliter quis expauescere debeat.*
6 *Intellectus l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstio.*

De pallore, & trepidatione, & similibus. Cap. VII.

1 A PALLORE,† & similibus oritur indicium, ad torturam secundum Bar.in l.de minore.ff.de qō. & ratio est secūdum Philosophos: 2 quia † cordis dispositio magis apparet in facie,quam magis vrgent omnes sensus, quam alias partes. Et vere quid accidit diffuso sanguine,aut contracto, vide Gel. lib.xix.cap.vi. Idem in lege diuina cap.ij.Neemiæ,ibi, quare vultus tuus tristis est, non est hoc frustra; sed malum nescio quod in corde tuo est. Et cap.iiij.Gene.ibi,cur concidit facies tua. Sed ex prædictis secundum Bru.non oritur indicium ad torturam vt per eum in gl.circa tertiam, quem multi scribentes sequūtur. Vnde distinguo si ante delictum quæratur, de hoc dictum est in tract.primo in c.viij. Si autem post delictum subito quis appareat ex accidenti pallidus, & non appareat de causa, poterit torqueri;dummodo sint inimicitiæ,vel alia,ex quibus possit vltra pallorem coniectari. 3 Secus quando reus † interrogatur a Iudice, aut alijs personis,tunc enim licet palleat, trepidetque;non tamen torquebitur;& ratio est;quia pallor, & similia contingunt ob diuersa accidentia. Et primo ob magnitudinem periculi:sapien- 4 tis enim † animum paulisper moueri,& contrahi, et pallescere necesse est,nō opinione alicuius mali percepta,sed quibusdā motibus rapidis, & inconsultis officium mentis,atque rationis præuertentibus. vide Gel. lib. xviij.cap.j. Et licet prædicta possint contingere,etiam conscientia peccati, tamen in causis non vere apparentibus non præsu- 5 mitur causatum: Immo secundum † Oratores, & Philosophos potest dici eum,qui non expauescit, vsq; adeo præmeditatum fuisse quid sibi esset vsui futurum,vt confidentissime resistens responderet, quæ signa confidentiæ, non innocentiæ sunt, de quo ad Herē.lib.ij.tit.vij.& Gel.in libris,& cap. vt supra. Et ratio est secundum supradictos auctores, ꝙ quoties homo non expauescit,cum naturaliter expauescere debeat, & soleat, præcogitasse, & præsciuisse credi oportet.& ita potest intelligi. l.de minore.§.tormenta. licet doctores aliter intelligant.ff.de quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Tactus indicium affert, sed fallax. Idem de odore, gustatu, & simili alio sensu. possunt tamen facere suspicionem.*

Ex tactu, odore, gustatu. Cap. VIII.

1 EX tactu † oritur indiciū,cum reus cognitus est:quia ei tacta sunt arma,vel alia instrumenta,quæ sub pallio gestasset: vel ꝙ manus, & alia pars corporis tacta sit. Sed indicium huiusmodi fallax est,vt in cap.xxvij.Gene.ibi,vox Iacob est,sed manus sunt Esau.Idem ex odore,& gustatu,& simili aliquo sensu: nam quiuis horum sensus potest conflare suspicionem.vide auto.ad Heren.lib.ij.tit.vi.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus per contumaciam si se præsentet,an ob id tantum, sine aliis indiciis possit torqueri?*
2 *Absentiæ indicium tollitur per spontaneam præsentationem rei.*
3 *Iudex non debet plus oneris imponere, quam lex, imo mens iudicis debet esse conformis legi.*
4 *Absentia rei potest contingere ex diuersis causis, & accidentibus.*
5 *Iudex non debet male præsumere de his,quæ lege conceduuntur.*
6 *Contumacia sola quis torqueri non debet.*
7 *Absens non damnatur, si contra eum delictum probatum non fuerit.*
8 *Cōtumax reus si capiatur, ex hoc solo poterit torqueri.*

De absentia exulum ad inquirendum. Cap. IX.



SECVNDVM Brun. in tract. v. principaliter per supradicta oritur indicium ad torturam, vbi dicit. Addo alium casum, in quo potest ad torturam perueniri sine indiciis,videlicet:quando accusa- 1 tus † vel inquisitus: quia non cōparuit positus fuit in banno: nam si postea compareat; ꝙ vult purgare contumaciam, & respondere,quod forte ei a statuto permittitur, poterit torqueri sine aliis indiciis.vide Hip.§.diligenter nu.cxxxvj. Sed prædicta non sunt vera: Primo 2 quia indicium † absentiæ tollitur per præsentationem rei.argumen. l. diuus.ff. de in inte. restitutio. Secundo quod lege permittente fit, iure 3 fieri videtur: Iudex enim † non debet plus oneris

ris imponere, quam lex: & mens Iudicis debet esse conformis legi. vt per Bal. in l.ij. C: si pendẽ. appella. vide cap. xij. Deute. Tertio quia absen-
4 tia † potest contingere ex diuersis accidentibus, & de absente (lege concedente) non est male prę
5 sumendum: quia de iis, † quæ cõceduntur Iudex non debet male præsumere. l. si tutor C. de priuil.
6 tuto. Postremo † non debet quis per solam contumaciam torqueri, cũ nec possit exulare. l. raptor.
7 C. de epis. & cle. vbi plus dicitur, ꝙ licet † reus absit, non damnatur tamen, si contra eum non fue
8 rit probatũ delictum. Et intellige in † reo se prę sentante in termino legis: secus quando reus fuerit captus, quia tunc poterit torqueri.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegiis, & diuinationibus multi ad tormenta procedunt.*

2 *Maleficium tollere licet ẽt per incãtationes dæmonũ, dummodo animus non recedat a Deo.*

3 *Sortilegia nec etiam ad inquirendum indicium præstant.*

4 *Sortilegiis nec vitæ salus est quærenda, vel recuperanda.*

5 *Iudex per sortilegia inquirens potest puniri, quamuis reus reperiatur culpabilis.*

6 *Illicitum committens ab illiciti pœna non excusatur, quamuis tale illicitum ad optimum finem peruenerit.*

7 *Sortilegiis & diuinationibus Caldei præcipue vsi sunt in Syria.*

De Sortilegiis. Cap. X.

1 PER sortilegia, † siue diuinationes multi procedũt ad torturam, freti credo consilio Baldi incipiẽ
2 te; quia qõ ista, vbi dicit † licere maleficium tolli ẽt per incãtationes Dæmonum, dũmodo animus non recedat a Deo. Sed Hip. tenet per prædicta posse inquiri, in. §. diligenter nu. clxxxj. Cæterum prædicta confutari oportet, cũ
3 intersit religionis Christianæ. Vnde dico, nec † ẽt posse inquiri per prædicta: quia ab orbe condito fuerunt prohibita, vt in cap. xiij. Deuter. Deinde per ius Canonicũ, & Ciuile, vt in suis tit. Quomodo ergo põt inquiri, & torqueri lege prohibente? Et horresco a supradictis literis esse traditũ hæc prophana; cũ non liceat recedere a Deo, nec ore, nec corde. iuxta verbum Dñi; Qui negauerit me
4 corã hominibus &c. Nec licet ẽt pro † salute recuperanda quęrere talia; licet aliter sanitas recuperari non possit; ita dicit tex. in cap. admonẽdi
5 dis. xxvij. Hoc amplius sentio; ꝙ Iudex † inquirẽs p similia possit puniri: quãuis reus reperiatur culpabilis; ex quo Iudex delinquit in legem, &
6 contra naturam legis. & quoties † aliquis committit illicitum, ab illiciti pœna non excusatur, quãuis tale illicitum peruenerit ad optimum finem secundum Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offici. præsid. De talibus indiciis Oratores non meminerunt: quia pro nihilo habita sunt; quãuis tunc temporis multa oraculis, somniis, & portentis declararentur: vsum tamen prædictorum ad exploranda delicta renuerunt; Imo eo tempore multi prophana existimarunt. de quo Horat. 1. carmi. ibi.

Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi, quẽ tibi
Finem Di dederint Leuconoe: nec Babylonios
Tentaris numeros; vt melius quicquid erit pati.

7 Hac arte † præcipue Caldei vsi sunt in Syria, & Babylon caput olim Caldeorum, vt tradit Cicer. de Diuinat. Et vide Valer. lib. 1. de Auspi. loquentem de. C. Cor. Hyspalo: & Soly. & Diod. lib. ij. Sed prædicta omnia, vt supra dictum est, per om-
8 nes leges fuerunt prohibita: quia † tales malefici sunt, & appellantur per leges hostes humani generis. l. final. C. de malefic. cap. vij. Exod. Reliquum est ergo, vt non solum Iudices a prædictis abstineant, nec etiam inquirendo: licet Hippo. inquiri posse tradiderit. Sed tales hostes humani generis & Christianæ religionis persequãtur (dicente Domino) maleficos non sinas viuere. cap. xiij. Deut.

SVMMARIVM.

1 *Somnia an indicium præstent ad indicandum, & de causis somniorum. & quot sint somniorum genera & effectus. & an eis sit credendum.*

De Indicijs somniorum. Cap. XI.

1 DICTVM est supra de sortilegiis & similibus diuinationibus, † cõsequẽs est videre de somniis, p somnia enim antiqui capiebant indicia & pronostica ad iudicandum demonstrandumq; tam facta ꝙ futura. Hinc illud Virgilij in illis versibus.

Pellibus incubuit stratis somnosq; petiuit
Multa modis simulachra videns volitantia miris.

Hoc amplius supra omnem stultitiam in indiciis obseruabant somnia, non solum ad torquendum, sed etiam ad condemnandum. Legitur enim cum ex æde Herculis pacera aurea surrepta esset, Sophoclem in somniis vidisse ipsum Deum dicentem qui id fecerat; vnde Ariopagitam comprehẽdi iusserunt eum qui a Sophocle nominatus fuit, is quæstione adhibita confessus fuit. Amplius legitur Claudium Cæsarem mori iussisse Apium propter Messalius somnium, teste Cic. in lib. j. de diuina. & suce. lib. vj. Philosophi de causis somniorum tam intrinsecis ꝙ extrinsecis maxime discrepant; Nã Platonici illas referunt in species & notiones animæ concretas; Auicena in intelligentia

gentia vltimam vouetem lunam, aut medio illius luminis, quo irradiatim phantasia hominum, dũ dormiunt. Aristoteles refert in sensum communẽ, sed fantasticum. Albertus in influxum superioribus mediis cũ quibusdam speciebus, quæ defluunt a cœlo: Cicero autem refert ad naturam. qua nunquam animus insistens agitatione & ex metu vacuus esse potest. is cum langore corporis, nec mẽbris vti, nec sensibus potest: incidit in visa varia & incerta ex reliquiis inhærentibus earum rerũ, quas vigilans gesserit, aut cogitarit, quare per turbatione mirabiles interdum existũt species somniorũ. Vide in lib. ij. de Diui. Alij ponunt causam somniandi esse vapores & humores, & somniosos fieri sumpto lepore in cibo, magisq; supino cubitu, ac prono nihil plurimumq; somniari circa vernum ac autumnũ. Plin. lib. xxviij. Macrob. in lib. v. ponit quinq; genera somniorum, & ex eis aliqua vera sed aliis in tres tantũ partiuntur species, videlicet naturalem, animalem, & cœlestem. Naturalem vocant per quam Phisici, de humoribus indicant. Nam somniantibus aquam flegmaticos humores dicuntur designari, per rube sem calorem sanguineum & per ignes colerata, terris autem humoribus melancoliam; Animalia autem somnia dicuntur, quæ sub animi passionibus, quę interdum contingunt proficiscuntur; quẽadmodum Paulo Apostolo in Macedoniam proficiscenti euenit. Cœlestia dicuntur somnia quæ diuina, rerum monita esse censentur, vt in literis hebreorum de Iacob Patriarcha. Item de Pharaone cuius somnio fames pulsa fuit sub vaccharum spicarumq; velamine. Itẽ de Propheta Daniele. Itẽ de Ioseph. Postremo de magis monitis ne ad Herodem redirent. Infinita alia exempla externa ponuntur per scribentes quę omitto breuitatis causa. Circa præmissa Philosophi veros effectus somniorum casu cõtingere scribunt; Alij tollũt omnem auctoritatẽ somniorum nullamq; vim diuinam esse affectricẽ somniorũ asserunt & genera atq; distinctiones somniorũ respuit Cic. dũ dicit, quę est eandẽ ista distinctio: quæ vera: quæ falsa habetur: & si vera a Deo mittũtur, falsa vnde mittuntur? Et licet sint exẽpla externa, attestãtia veros effectus somniorũ; respondet idẽ Cic. argumentis et rationibus disputandũ esse non exẽplis, quę aut casu veniant, aut malitia falsa fictaq; esse possunt, pdicta sunt munita lege diuina dicẽte non obseruabitis somnia c. xix. Leuit. et xxxiiij. &c.

In pdictis aũt q̃n et quatenus credatur somniis, confugiendũ est ad distinctionẽ phisicorum; nam secundũ eos genera morborũ iure declarari possunt secundũ causas internas naturales & insitas homini; prout similiter in affectibus curarũ & vigiliarũ, iusta verbũ diuinũ multas scuras sequuntur somnia. Itẽ vbi multa sunt somnia ibi plurimę vanitates, prout cap. v. eccle. In prædictis aũt in quadã conuenientia, consensu, et cõuentione naturę, ex somniis significationes morborũ, & quid quãq; rẽ sequatur intelligi põt. in alio vero genere somniorũ prout somniãtibus thesaurũ hęreditatẽ, honorẽ victoriã, et multa eiusdẽ generis, cũ nulla cã haud naturalis rõ subsit, nihil est cõcedẽdũ.

NE REVS PER ALIQVA INDICIA CONVINcatur vt pœna capitali damnetur.

TRACTATVS XI.

SVMMARIVM.

1 *Reus non conuincitur ob aliqua indicia, vt pœna capitali damnetur.*

2 *Indicia aliqua non sufficiunt ad procedendum ad aliquam pœnam capitalem.*

3 *Nemo debet ex præsumptionibus damnari, sed probationibus luce clarioribus, cum de hominis vita agitur.*

4 *Indicia indubitata, nõ sunt adeò indubitata, quin aduersus ea probari possit.*

5 *Visus exire cum gladio sanguinolento non habet tam indubitatum contra se indicium, vt ex eo damnari possit, cum esse possit, ꝙ eo non obstãte non solũ non occisor, sed nec vulnerator fuerit.*

7 *Indicia necessario non concludunt, quando veritas potest aliter se habere.*

7 *Probatio contra indicia et indubitata admittitur.*

8 *Iudices ex indiciis etiam indubitatis quempiã condemnare non debent.*

9 *Conuictus quis aliqua lege dici non potest ex indiciis etiam indubitatis.*

10 *Iudices non nisi auditis, & pensitatis defensionibus, reorum iudicare meminerint.*

11 *Dominus dat sapientiam, & consilium, & qui negligit legem, & consilium eius, perdetur a paruulis, & a stultis.*

12 *Iudex ex seipso etiam nemine petente debet quærere defensiones reorum.*

13 *Iudices debent esse soliciti, & curiosi in exploran do facto, & defensionibus reorum, & non debent quærere ius ante factum.*

14 *Reus captus an debeat audiri, an vero possit statim de crimine condemnari?*

15 *Testes non publicati non inducunt aliquam probationem.*

16 *Captus ex hoc solo, quia captus, non debet de crimine damnari, nisi aliter de maleficio conuincatur.*

17 *Quilibet admittitur ad defendendos reos.*

18 *Iudices cauere debent, ne homicidas quærendo, homicidæ fiant, & ne alios iudicando, seipsos condemnent.*

Defensio

19 *Defensio reorum non potest lege Pontificis, aut Imperatoris tolli, cum sit de iure naturali.*
20 *Defensioni reus non potest renuntiare.*
21 *Nemo ex dominus membrorum suorum.*
22 *Iudicis interest ratione humanitatis, & intuitu religionis iustum non occidere.*
23 *Defensionis renunciatio a reo facta, quando a iudice sit admittenda?*
24 *Reus repertus in flagranti crimine, an de facto puniri possit?*
25 *Confessus crimen debet tamen moneri ad faciendum suas defensiones.*
26 *Indicia quamuis vrgentissima non sufficiunt ad damnandum reum in crimine capitali, etiam si sint talia, quæ mentem iudicis adeo coerceant, vt aliter credere non possit.*
27 *Iudex licet viderit homicidium committi damnare tamen non potest delinquentem, nisi de homicidio fuerit legitime probatum.*
28 *Iudices scire debent per aliqua indicia hominem non posse damnari.*
29 *Indicia, quæ vim plenæ probationis habent in ciuilibus, non sufficiunt ad condemnandum in criminalibus.*
30 *Iudices non nisi per probationes luce meridiana clariores debent reum condemnare ad mortem, cum in occultis verseтur iudicium Dei tantum.*
31 *Iudices huius mundi debent iudicare secundum prudentiam, quæ cadit in hominem, relinquendo cætera iudicio Dei.*
32 *Iudex debet iudicare ea quæ certo scit, non autem per indicia, quamuis vrgentissima.*
33 *Indiciis hominem iudicare exemplo perniciosum est, cum sæpe per ea innocẽtes fuerint damnati.*
34 *Indiciis etiam vrgentissimis quis non est damnandus capitaliter, sed est torquendus potius, vt possit super certo iudicari.*
35 *Torquendum esse neminem nisi in subsidium probationum, quomodo intelligatur?*
36 *Indubitata legi, debent esse indubitata iudici.*
37 *Sententia capitalis contra reum proferri potest, ex indiciis indubitatis, & a iure approbatis.*
38 *Indicia a iure approbata non minorem auctoritatem & fidem præstant, quam testes & instrumenta videntur continere.*


DICTVM est supra de indicijs, per quę torquetur reus, & per quę non: dicendum foret ordine scribentium de indiciis manifestis, ob quę non torquentur rei, sed damnantur, de quibus indiciis fit men- 1 tio ab omnibus. Sed quia sentio † ob aliqua indicia reos non conuinci, vt pœna capitali damnentur, propterea omitto, excutiens propter aliqua 2 † indicia non esse procedendum ad pœnam capi- 3 talem: quia nemo debet † ex præsumptionibus condemnari, sed ex probationibus luce clarioribus, cum de hominis vita agatur l. fi. C. de proba. 4 Et alia ratio est in promptu: quia indicia, † quæ scriptores indubitata appellant, non sunt adeo indubitata, quin aduersus ea possit probari, vt in exemplo, si quis visus fuerit exire de loco, qui solum aditum habet, cum ense sanguinolento, quod exemplum apud scribentes maximum est, & indubitatum, vide Gandi. in tit. de indic. indubit. Sed 5 in contrarium † potest argui, ꝙ ille vulnerauit tantum, & alius exanimauerit; sed fortius esse potest, ꝙ neque vulnerauerit, prout nostris temporibus euenit, ꝙ quidã occidit quendam cum ense: relicto ense fugit: superuenit amicus interfecti, & apprehendit ensem cruentum sequẽs homicidam, captus fuit, fuitque liberatus, quia in contrarium 6 probauit: Et re vera indicia † non concludunt necessario, quando veritas potest aliter se habere, vt supra, vtique per indicia huiusmodi rei condemnari non debent. Idem in l. Moysis cap. xxxix. Genes. in fine. Nam nulla res est, quam non suspicionibus & indicijs quis uis possit criminari. Verum in supradictis dupliciter consideratur, vno 7 modo, quando † reus vult aliquid probare, et tunc sine dubio audiendus est: quia prædicta indicia nõ sunt adeo indubitata, vt supra, licet multi Iudices 8 † contra ius, & fas aliter obseruent, & reos tanquam conuictos condemnent, quibus potest obijci.

Quod genus hoc hominum? quæuè hunc tam barbara morem.
Committit patria?

Abhorreant igitur hanc opinionem Christiani Iudices, tanquam prophanam: nam exordiendo 9 † ab orbe condito iudicia dei repugnant, & primo nunquid Adam de peccato conuictus fuit apud Deum? Nunquid Chain de homicidio? Nunquid villicus de iniqua villicatione apud CHRISTVM? cui dictum fuit, redde rationem. Nunquid lex vestra iudicat hominem, & non prius 10 audiuit, seu cognouit eum? Meminerint † itaque Iudices non nisi auditis, & pensitatis defensionibus reorum iudicare exẽplis vt supra, quia maiora tradi non possunt, cum Dei sint, & homines ea imitari oporteat, iuxta illud, ne innitaris pruden-11 tię tuę, quia † dominus dat sapientiam, & consilium; & qui negligit legem, & consilia eius, perdetur a paruulis, & a stultis, & qui detrahit, aut addit, mentitur c. j. ij. iij. viij. & xij. Prouerbiorũ. 12 Hoc etiam † apud multos Iurisperitos certi iuris est: quippe fatentur omnes Iudicis esse ex se ipso nemine petente quærere defensiones reorum l. fi. non defen. ff. de pœn. Quo pacto ergo Iudices volunt condemnare reos; aut conuincere per ea, quæ necessario nõ concludunt? Et probari potest quid tale, quo probato non damnarentur: ex facto enim 13 ius oritur. Quare Iudices † oportet esse sollicitos, & curiosos in explorando facto, & defensionibus

nibus reorum; & non debent quærere ius ante fa-
14 ctum. Occurrit † hic glos.in c.fin.de hęre.lib.
vj.quæ contra religionem iudicantium tradit reū
captum non audiri,sed posse condemnari:quā gl.
multi Iudices sequuntur, Contra quos tamen est
15 ratio concludens, ꝙ testes † non publicati non af
ferunt,siue inducunt aliquam probationem,per re
gulam,non dicitur quicquam probatum, nisi pu-
blicato processu l. solam C.de test. nec sequitur,
captus est,ergo damnari debet: quia in contrariū
16 est iuris regula,ꝙ ex eo, ꝙ quis sit captus † non
debet de crimine damnari, nisi aliter de malefi-
cio conuincatur: interest enim reip. ne innocens
17 puniatur. Vnde † quilibet admittitur ad defen
dendos reos: quia cuilibet propria debet esse hu-
manitas vt per Paul. de Castro in consi. clxviij.
18 Quanto magis interest † Iudicum quærere defen
siones reorum,ne homicidas quęrendo homicidę
fiant, & iudicando se ipsos condemnent? Sciant
19 † cuncti non Pontificem, non imperatorem pos-
se reorū defensiones tollere per suas leges:etenim
defensiones sunt de iure naturali.clemen.pastora-
lis de re iudi. l. defensionis facul.C. de iure fisci
20 lib. x. Hoc † amplius rei non possunt renuncia-
re propriæ defensioni.est gl.in l.pactum inter hę-
redem.ff.de pact. Ratio reddi potest, quia nemo
21 est † dominus membrorum suorum . l.j.§. vsque
adeo.ff.de Iniu. Aut aliter insigniter dici potest:
22 qa interest † Iudicis ratione humanitatis, & in-
tuitu religionis nō occidere iustum c.xxij.Exo.
23 Nec aliud genus†renuntiæ Iudex admittet, nisi
reus dicat se alias non habere defensiones, & Iu-
dex cognoscat reum carere defensionibus. Bald.
24 in l.seruum quoq;.ff.de Procur. Fallit tamē† se-
cundum aliquos in reo reperto in crimine,qui de
facto potest puniri,vt in glo.l. ictus fustium.ff. de
ijs qui not.infam.Quæ tamen opinio non placet.
25 quia licet quis confiteatur†crimen (quod maius
est)debet tamen moneri suas facere defensiones.
not. in l.j.§.siquis in villa.ff. ad Syl. dicetur in
tit.de confess. Altero modo considerandum est,
quando sumus in supradictis indicijs,& reus non
26 potest in contrarium probare. Similiter†dicitur
in supradicto casu ad damnandum reum in crimi
ne capitali non sufficere argumēta quamuis vrgē
tissima. Et si sint talia, quæ mentem iudicantis
ad eo coerceant,vt aliter credere non possit, ita
dixit Paul.de Cast.in consi.cxcvij. quem recitat
Cępo.in consi.vj.& xxxij.criminali: vbi reddi-
27 tur pulchra ratio, ꝙ licet Iudex † viderit com-
mitti homicidium,damnare tamen non potest de-
linquentem,nisi de homicidio fuerit legitime pro
batum; minus potest damnare,quia credit ita esse
per indicia. Hanc opinionem tenuit Brun. in v.
q̄ō.quasi in fine dicens esse potuisse, fugientem cū
gladios sanguinolento fecisse,ad sui defensionem.
Contra tamen rationem Brun.teneo;quia solū tra
ctatur per supradicta indicia de conuincendo reo
de delicto commisso, & sic an occiderit? non autē
si potuit impune occidere.Primo enim quæritur si
occiderit,postea si occidere potuit:nam per prędi
cta indicia ambigitur an occiderit:an potuerit iu-
re occidere,alterius est speculationis. Vnde licet
opinio Brun. sit bona, non tamen per prædictam
rationem,quæ non congruit quæstioni. Sciant et
28 Iudices † per aliqua indicia hominem non posse
dānari exemplo Salomonis,qui licet iudicauerit
vni mulieri filiū,non tamen voluit aliam ad mor-
tem condemnare,tametsi essent iudicia contra eā:
29 quia indicia†quæ vim plenę probationis habent
in ciuilibus , non sufficiunt ad condemnandum in
criminalibus,vt per Innoc.in cap.afferte,de præ-
sumptio.& Bald.in l.fi. C.eod.Et ratio reddi po-
30 test;quia Iudices non † nisi per probationes luce
clariores debent reum condemnare ad mortem,
cum in occultis versetur iudicium Dei tantum. Et
31 Iudices orbis † debent iudicare secundum pru-
dentiam , quæ cadit in hominem relinquendo cæ-
tera iudicio Dei.ca.xxj.Exod.& iuxta illud,de-
scendam, inquit Deus, & videbo:dixit enim vi-
debo,tanquam iudex, non tanquam Deus: ita in-
telligunt omnes. Vnde elicitur Iudicem debere
32 iudicare † quia certo scit, & per probata legi-
time ita vt videat, & cognoscat sic esse, non aūt
per indicia,quamuis,vt supra,vrgentissima. Exē-
33 plo enim † perniciosum est per talia indicia ho-
minem condemnare : quia contingunt contra ho-
mines quædam verisimilia indicia , quæ etiam
inficiari non possunt,& multi per ea damnati fue-
runt,quos per superuenientiam delinquentium co
gnitum fuit innocentes damnatos esse. Vnde pro-
34 pter †periculū iudicij tutius esse existimo reū tor
queri, vt possit super certo iudicari.Nec obstant,
quæ apparent in contrarium, neminem torqueri,
nisi in subsidium probationum : quia respondeo
35 prædictam † regulam habere locum,quando con-
stat de delicto per aliud genus probationis, quam
per indicia supradicta , vt puta si per testes fuerit
legitime probatum , siue in ijs, per quæ lex vult
condemnare exemplo l.si quę.C.de Adulter.nam
36 quæ † sunt indubitata legi, debent esse indubita-
37 ta iudici.l.si tutor.C.de pri.tutor.† {Quando
ergo indicia sunt simul iuncta,vel mixta,et sunt a
lege approbata , possunt dici indicia indubitata ,
ex quibus potest procedi ad condemnationem, ea
ratione,ꝙ sufficit ꝙ sit testibus superatus vel pro-
pria uoce confessus, ad hoc vt possit sententia ca-
pitalis contra eum proferri.l.qui sententiam. C.
de pœ.& l.siquis.C.de episco.& cleri. Ita eo mo-
do prædictis indicijs a iure approbatis poterit sen
tentia capitalis proferri,vt l.si qui adulterij.C.ad
lag.Iuli.de adulter.& l.excipiuntur. ff. ad S. C.
38 Sylla. † Nam talia indicia non minorem aucto-
ritatem et fidem probatam ꝙ̄ testes & instrumen-
ta videntur continere, vt l.ad probationes.C.de
probatio. & dixerunt oratores plus oportere si-
gnis & argumentis credi, ꝙ̄ testibus : hæc enim
eo modo exponunt quomodo re vera sunt gestæ :
testes corrumpi posse vel pretio , vel gratia, vel
metu , vel simultate.}

TRACTATVS DE TORMENTIS

SECVNDVM ORATORES, ius diuinum, & Ciuile, Francisci Casoni Iurisconsulti Opitergini.

SVMMARIVM.

1 *Tormentis, humanitatis, religionis & Iurisconsultorum argumenta repugnant.*

2 *Tormentis & quæstionibus non semper fides est adhibenda.*

3 *Tormenta multi populi renuerunt, quia plus mali, quam boni ciuitatibus attulerunt.*

4 *Tormenta & quæstiones nisi certis in rebus interponi antiqui voluerunt.*

5 *Iudices abhorrere debent tormenta, nec facile ad ea prosilire, nec in omni causa, nec in omni persona, nec quibuslibet indiciis.*

6 *Indicia sufficientia ad torturam cognosci possunt, licet de eis non possit tradi certa doctrina.*

7 *Indiciorum loci, & origo, remissiue.*

8 *Indicia ad torturã debent esse talia, vt suspectus sit reus, & aliis argumentis, ita probationi admoueantur, vt sola confessio deesse videatur.*

9 *Confessioni rei ne credant iudices licet sæpius ratificatæ, nisi ipsa confessio fuerit per signa declarata.*

10 *Torquendi arbitrium iudices sibi arrogare non debent quia nullum arbitrium habere possunt, nisi pro reo.*

11 *Intellectus l. quæstionis modum. ff. de quæstio.*

De periculo tormentorum & de errore Iudicum. Cap. I.



1 ORMENTIS † & humanitatis, religionis, nec non Iurisconsultorum argumenta repugnant. In primis exordiendo ab orbe cõdito exempla fori diuini non desunt. Etenim absque tortura reos, aut condemnatos, aut liberatos fuisse constat. Deinde† secundum Iurisconsultos 2 quæstionibus fidem non semper, non tamen nunquã habendã constitutionibus declaratur: etenim res fragilis est, atque periculosa, & quæ veritatẽ fallit. Nam plerique patientia, siue duritia tormẽtorum, ita tormenta contemnunt, vt veritas ab eis exprimi nullo modo possit. Alij tanta sunt impatientia, vt in quouis mentiri, q̃ pati tormenta velint. Et ita fit, vt etiam vario modo fateantur, & non tantum se, verumetiam alios criminentur. l. j. 3 ff. eod. Quamobrem † multi populi tormenta renuerunt: quia plus mali, quam boni ciuitatibus attulerint, & eorum pernicie plures innocentes, quam nocentes damnauerint. Et hodie in regno 4 Aragoniæ non torquentur rei. Præterea † legitur maiores voluisse nisi certis in rebus interponi quæstiones: cum, quæ vere dicerentur sciri: quæ falso in quæstione pronunciarentur, refelli possent hoc modo. Quo in loco quid positum sit: & siquid esset simile: quod videri, aut aliquo simili signo percipi posit, vide aut. lib. j. ad Heren. Quamuis supradictæ sententiæ verba vetustis in codicibus aliter ac in nouis legantur. Reliquum 5 † est ergo, vt Iudices aut abhorreant tormenta, aut non facile ad ea prosiliant, nec in omni causa, nec in omni persona, nec quibuslibet indicijs: Et licet (vt dicunt omnes) non possit dari certa 6 doctrina, potest tamen † dari aliqua via ad cognoscendum indicia sufficientia ad torturam. Bart. in 7 l. fi. ff. eod. De locis, † & origine indiciorum dictũ est in opere de indicijs, per quos locos videre est, quid in quacunque re verum sit, & quid verisimile, atque probabile: Et maiori ex parte vnusquisque coniector est veri. Sed vltra prædicta, 8 indicia † debent esse talia ad torturam, cum suspectus est reus, & alijs argumentis, ita probationi admoueatur, vt sola confessio deesse videatur: 9 Et confessioni † ne credant Iudices, licet sæpius ratificatæ, nisi dicta confessio fuerit per signa declarata. de quibus signis dicetur in c. xx. quod est maxime notandum in hac materia. Est & cõ10 munis † error Iudicum putantium torturam esse arbitralem, quasi natura corpora reorũ arbitrio suo ad lacerandum crearit; Contra quos dico, q̃ quando esset simpliciter arbitrium (quod tamen non cõceditur) tale arbitrium reduceretur ad ius cõe, secundũ Ang. in l. j. ff. de testa. milit. Et omnes scribẽtes consentiunt. Vlterius dico, q̃ iura loquẽtia de arbitrio intelligũtur cõtra accusatorẽ, non contra reũ, videlicet, Iudicẽ posse desistere, & supersedere a tortura pp periculum, & fragilitatem torturę, nõ aũt excedere modũ, de quo modo l. ex dispofuit, vt in l. j. ibi, quando, vel quatenus facien11 dum sit videamus. ff. eod. Et ita † intelligitur lex quæstionis modum eiusdem tit. dicente Iurisconsulto, ibi. Itaque quæstionem haberi oportet, vt seruus saluus sit innocentiæ, vel supplicio.

SVMMARIVM.

1 *Ad tormẽta nõ est deueniẽdũ, nisi cõstet de homine mortuo, & de cadauere, et de vulneribus.*

2 *Cadaueris et eius vulnerum inspectio spectat ad peritos, & non ad iudices propter periculum iudicandi.*

3 *De ictu & vulnere standum est in arte peritis. Et ad hoc duo requiruntur medici, licet de consuetudine stetur dicto unius.*

4 *Contra latrones proceditur ad torturam, licet de delicto non constet. Et quæ sit ratio?*

5 *Confitens occidisse aliquẽ an sit damnandus, si non constet de corpore, vel id non sit verisimile?*

6 *Torquere aliquem si non constet delictum, exemplo pernitiosum est, quod etiam procedit in accusatis de furto, & veneficio.*

De non torquendo reo nisi constet de delicto. Cap. II.



IMPRIMIS sciendum est non 1 †deueniri ad tormēta, nisi cōstet de homine mortuo, & cadauere, nec non de vulneribus, & quæ mortifera sint, & quæ non, & in qua parte corporis, & quo gene- 2 re armorū. Et talis†inspectio spectat ad peritos, licet a multis Iudicibus fiat, quæ tamen fieri non debet propter periculum iudicandi; cum rei damnentur secundum ictum suum, in 3 puris tñ rixis: & de ictu† standū est in arte peritis. Hoc amplius duo requiruntur medici, licet de consuetudine stetur dicto vnius, vide Bar. & Hippoly. l. fi. ad l. Corn. de sic. Abstineant igitur Iudices maleficiorum a tali prophana consuetudine, vt dictum est in opere de indicijs c. ij. In quibus- 4 dam†tamen casibus, licet regulariter torqueri, nec etiam inquiri posfit, nisi constet de delicto, proceditur ad torturm, vt puta in latrones, qui abscondunt cadauera eijciendo in flumina, aut 5 mare. Vnde si† Reus confiteatur occidisse aliquos ignotos, damnabitur, licet non appareat corpora fuisse interēpta, vide Brun. in gl. sexto principaliter, vbi dicit fuisse iudicatū in ciuitate Senensi. Limitat tñ hoc non obseruari, qñ non esset verisimile propter distantiam loci, vel bonam famam criminati. Sed ego in hoc casu dico, reū non damnari, nisi constet de certa persona, & indiuiduo, vel saltem constet de certis signis: quia delictum debet verificari, vt infra dicetur, de verificanda confessione, vt puta de vestimentis, vel pe- 6 cunijs ademptis occiso. Exemplo† enim pernitiosum est torquere, nisi constet delictum. Legitur enim seruum. M. Agrij argentarij insimulatum occidisse Alexandrum Titi Fannij seruum, eoq; nomine tortum, confessum facinus, supplicio affectum, paruulo tamen tempore interiecto, ille, cuius de nece creditum erat, domum redijt. vide Valerium Max. lib. viij. de Quæst. cap. iiij. Et qđ dictum est de homicidio, extende ad furta, licet hoc tēpore Iudices statim, ꝙ aliquis dicit, sibi aliquid furto subtractum, torqueant suspectos. De tali errore vide Brun. in glo. circa quartam. Idem si quæstio erit veneficij, cōstare debet veneno necatū. De hoc dictū est in opere de indicijs. c. iij.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Processu nō formato non deuenitur ad tormēta, & an id procedat in manifesto, & notorio criminoso, & in inuento in flagranti crimine?*

2 *Accusatus, vel inquisitus si recuset respōdere accusationi, vel inquisitioni pōt torqueri etiam sine indiciis ad eruendam responsionem, vt possit procedi.*

3 *Reos ter interrogatos non respondentes accusationi, perinde ac confessos Brutus damnauit, cuius tamen opinio non est seruanda.*

4 *Rei ad torturam ducti, & interrogati quid sciāt de tali re. si respondeant dixisse. Et interrogati, quid dixerint, respondeant, esse scriptum, & aliud respōsum dare nolint, an possint torqueri, donec iudici aliter respondeant?*

De non torquendo reo nisi formato processu, & de errore Iudicum. Cap. III.



1 NON formato†processu non deuenitur ad tormenta, nisi in manifesto, & notorio criminoso, & inuento in flagranti crimine, quo casu de facto proceditur. Et secūdum multos scribentes ex hoc solo dicuntur esse conuicti, & de facto possunt puniri. argu. l. vnicæ. §. j. & quæ ibi not. C. de rapt. virg. & gl. in l. ictus fustium. ff. de his qui not. infa. Sed hæc opinio non placet, quia licet quis cōfiteatur crimen, debet tamen moneri suas facere defensiones, prout dicetur infra de cōfessione spōtanea. Eo magis in supradicto casu, & in quocunque alio oportet formare processum, antequam 2 deueniatur ad torturam. Fallit†tamen quando Reus inquisitus, siue accusatus recusat respondere accusationi, siue inquisitioni: tunc enim torquetur, etiam sine indicijs non ad eliciendam cōfessionem; quia non formato processu nihil agi oportet, sed ad eruendam responsionem affirmatiuam, siue negatiuam, vt possit procedi, vide Bal. in l. si accusare. C. qui accusare non pos. Sed volunt aliqui reos recusantes respondere, tanquam confes- 3 sos damnari. Legitur Brutum† reos ter interrogatos non respondentes accusationi perinde ac confessos damnasse, vide Plutarchum in vita Publi. in prin. Sed hæc Bruti opinio non est obseruanda, nisi forte in reo criminoso, vel in inuento in flagranti crimine. Sed aliquando contingit 4 ꝙ postquam acceptum est constitutum† a reis de plano, si ducuntur ad torturam, & interrogantur, quid sciant de tali re, respondent, dixisse. Interrogati, quid dixerint, respondent, esse scriptum, & aliud responsum nolunt dare. Hoc casu quamuis indicia sint leuia, poterunt tamen torqueri, donec respondeant iudici, quia tenentur respondere, & replicare. Simile cōtigit hoc anno ī quibusdā incēdiarijs, ex quorū respōsione, accedētibus quoq; alijs non leuibus indicijs, extraordinaria pœna condemnati fuerunt Prętore MARCO Antonio Geno, Patritio Veneto, ac ꝑclarę indolis iuuene, vt de eo omne bonū sperari, ac expectari possit.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Torqueri nō debet reus nō publicato ꝓcessu*

2 *Testes nō publicati nō inducunt aliquam probationem*

tionem concludentem, quia eorum dicta possunt per oppositiones minui, ac tolli per aliam probationem etiam contrariam.

3 *Indiciorũ copia debet dari à iudice ante torturã; licet iudices captos statim torqueri hodie iubeant, quorum obseruantia nulla lege nititur.*

4 *Reus ex eo quia captus, nõ debet de crimine damnari, nisi aliter de maleficio conuincatur.*

5 *Reus ante torturam est audiendus, quia potest tale quid probare, quo probato non deueniretur ad torturam.*

6 *Cautius est agendum in causis criminalibus quàm in ciuilibus, & in eis forma iudicii est fortius obseruanda.*

7 *Testium nomina, dictaq; & depositiones sunt exponenda reo, vt contra dicta & personam testis posit opponere & excipere.*

8 *Iudex tenetur inquirere de conditione testis, licet pars non dicat.*

9 *Indiciorum exemplum dari debet reo opponere volenti.*

10 *Papa, aut Imperator non põt facere aliquam legem, per quam tollantur defensiones reorum.*

11 *Iudex tenetur ex officio dare copiam indiciorum reo, licet ipse eam non petat.*

12 *Iudicis interest ratione humanitatis, & intuitu religioris, indefensum non occidere.*

13 *Iudex non admittet aliquod genus renuntiæ defensioni factæ per reum, nisi vere iudex cognoscat reum nullas habere defensiones.*

De non torquendo, nisi publicato processu & exhibita copia indiciorum & de errore Iudicum. Cap. IIII.

1 NON publicato † processu nõ torquetur reus, quia nõ dicitur quicquam probatũ, nisi publicato processu l. solam. C. de testi. Nam te-2 stes† non publicati non inducunt aliquam probationem concludentem: quia dicta eorum possunt per oppositiones minui, aut tolli per aliam probationem, etiam cõ-3 trariam. Quare† secundum omnes Iudex tenetur dare exemplum, indiciorum ante torturam. Hodie vero Iudices reis captis non exhibent indiciorũ exemplũ, & procedunt ad torturã. Sed hæc opinio in iure vndiq; refellitur, & ego sum senio confectus, & nunquã inueni aliquam legem, siue rationem pro tali obseruãtia: nã non cõsequitur, captus est ergo torqueri, siue damnari debet, imo 4 ex eo† ꝙ quis sit captus, nõ debet de crimine dãnari, nisi aliter de maleficio conuincatur. Quã-5 obrem † reus audiri debet: quia potest quid tale probare, quo probato non deueniretur ad torturã; põt enim reus opponere, siue in contrariũ probare: vtiq; audiendus est: quia sequeretur absurdũ, ꝙ substantialis modus, & forma iudicij opponendi testibus non seruaretur in causis criminalibus, 6 in quibus tñ † cautius est agẽdũ, quã in ciuilibus: et secundũ ipsos Iudices tolli debet de corpore iuris supradicta l. solam. C. de testi. vbi est casus, ꝙ ex dictis testiũ ante publicationẽ nõ fit probatio. 7 {† Et omnino nomina dictaq; & depositiones testiũ sunt reo exponenda ad hoc vt possit opponere & excipere indicta & personã testis, ita dicit text. in c. qualiter & qñ, el ij. extra de accusa.} 8 Præterea † Iudex tenetur inquirere de conditione testis, licet pars non dicat, notatur in c. p tuas. 9 extra de testi. Eo magis † debet dari exemplum indiciorũ reo opponere volenti: quia tã testes, quã dicta testium debent esse explorata reo, cũ oppositiones sint de iure Diuino. & audacter dixi nul-10 lã reperiri legẽ pro dictis Iudicibus: quia † nec Pontifex, nec Imperator põt aliquam legẽ condere, per quã tollantur defensiones reorũ; cum defensiones sint de iure naturali, vide in opere de Indiciis in tit. nequis per aliqua indicia: vbi teneo, Iu-11 dicẽ † teneri ex officio dare exemplum indiciorũ, licet pars non petat. quia reus non põt renunciare propriæ defensioni. vide gl. in l. pactũ. ff. de 12 pact. Et interest † Iudicis ratione humanitatis, & intuitu religionis indefensum non occidere. 13 cap. xxij. Exo. Quare Iudex † non admittet aliquod genus renuntiæ, nisi reus dicat se alias non habere defensiones, & re vera Iudex cognoscat eum carere defensionibus. Et hæc obseruantia multum placet, vide Bald. in l. seruum quoq; ff. de procurato.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Torqueri non debet reus non præcedentibus indiciis, alias iudex punitur, licet per talẽ torturam reus repertus fuerit commisisse crimimen obiectum.*

2 *Illicitum si quis committat, ab illiciti pœnam non excusatur, licet talem illicitum ad optimum finem peruenerit.*

3 *Indiciis non precedentibus si inquisitio formetur, & reus confiteatur, & ratificet, damnari tamen non poterit,*

4 *Confessio nulla non confirmatur per indicia superuenientia post quæstionem habitam. secus si sponte cõfiteatur, nã tunc sine indiciis dãnabit.*

5 *Iudex debet esse promptior ad torturam in delictis, quæ occulte commituntur, præcedentibus tamen aliqualibus indiciis.*

6 *Casus, in quibus deuenire potest ad torturam sine plenis indiciis.*

7 *Reus ob contumatiam bãnitus si postea capiatur poterit sine aliis indiciis torqueri.*

8 *Torqueri licet reus conscientia, iudex eum tor-*

 quere

quære non debet sine indiciis.

9 *Rei terreri possunt in casibus, in quibus non possunt torqueri.*

10 *Iudices an quando desunt indicia contra aliquem, procedere possint per sortilegia?*

De non torquendo sine indiciis etiam in crimine læsæ maiestatis, & de errore Iudicum. Cap. V.



SINE indiciis † non torquetur reus. Vnde Iudex, qui non præcedentibus indiciis reũ torquet, puniri debet, licet per talem torturã reus repertus sit cõmisisse crimen obiectum: & ratio est; quia Iudex delinquit in officiũ, & contra naturã officij: & qñ 2 † aliquis cõmittit illicitum, ab illiciti pœna non excusatur, quãuis tale illicitũ peruenerit ad optimum finem. vide Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. præsi. Et simile legitur exemplum Torquati: qñ bello aduersus latinos cum esset Cõsul filiũ suũ securi percuti iussit, qui speculatũ ab eo missus ne pugnaret interdictus, hostẽ a quo prouocatus fuerat, occidit. & ipsi naturę prætulit ius interdicti Maiestatis, atq; Imperij. vide Ciceronem 3 de finibus in vers. accurate. Item † qñ indicia nõ præcedunt, & inquisitio formatur, licet reus confessus fuerit, & postea ratificauerit, non poterit tñ 4 damnari: quia ab initio fuit illicitum. Et † confessio nõ confirmatur per indicia superuenictia post quæstionẽ habitam, glo. est in. l. maritus. ff. eod. de qua gaudet Bal. in. l. fi. C. de accus. Secus autem si reus sponte, & sine tortura confessus fuerit: quia tunc sine indiciis dãnabitur. dicetur infra de spontanea confessione. Sed secundum aliquos in prodimentis, & tractatibus qui fiunt secreto, propter probationis difficultatem deuenitur ad torturam sine indicijs. vide Bru. tracta. v. Conclusiue dic, ꝙ 5 in † supradictis casibus, & generaliter in delictis, quæ occulto committuntur, & de sui natura secreto perpetrantur, vt puta adulterium, simonia, sodomia, veneno aliquem necare, monetã falsificare, & maleficijs de nocte commissis, Iudex debet esse promptior ad torturam, præcedentibus tamen aliqualibus indictis, sed sine indicijs nunquam: & ratio est: quia in dictis casibus non inueniuntur testes. l. si cũ exceptio. ff. ꝙ metus causa. At apud Plutarchum in vita Marcelli legitur Capitolinũ condemnatum fuisse ob sodomiam, licet nullus testis adfuisset: sed solum animaduersione pudoris, 6 lachrimarum iuuenis ad iudices acciti. Sunt † & alij casus, in quibus torquetur sine indiciis, vt puta si de furto constat, possunt custodes torqueri. Itẽ si hospitanti in aliquo hospitio aliquid sublatum erit, & ignoratur a quo, familia hospitis poterit torqueri, nisi hospes fuerit bonæ famæ. vide Bar. in. l. j. ff. de præfec. vigi. Sed considerando prædictos casus, omnino non carent indicijs, licet non sint plena, & talibus casibus proceditur per qualia indicia; vt supra dictum est. Est & alius casus secundum scriptores, in quo torquetur reus, etiam sine indicijs, quorum verba sunt videlicet, quan- 7 do † accusatus, vel inquisitus, quia nõ comparuit, fuit positus in banno propter contumaciam: nam si postea comparet, quando vult purgare contumaciam, & respondere, ꝙ forte hoc ei a statuto permittitur, poterit tunc quęstio haberi sine alijs indicijs. vide Brun. in gloss. quinto principaliter. & Hipp. in. §. diligẽter nu. cxxxvj. Sed animaduerte hanc opinionem esse falsam, & solum habere locum in reo capto, secus in se sponte præsentante vide de Indicijs exul. ad inquirendum. Vlterius 8 licet † reus consentiat se torqueri, Iudex tamen non debet eum torquere sine indicijs. vide infra in cap. quæ personæ torqueri possunt & quæ non. 9 In casibus tamen † in quibus torqueri rei nõ possunt, terreri tamen possunt, vide Bald. in. l. ij. C. de 10 custo reo. Sed aliqui Iudices † quando desunt indicia, procedunt per sortilegia, & similia licet per hæc nec etiam inquiri possit, vide in opere de indicijs in tit. de Sortileg. Legitur tñ Claudium Cæsarem mori iussisse Appium; quia Messalina somniasset ei intulisse vim. vide Sueto. lib. v. capit. de pœnis per eum innocentibus ob leues suspiciones illatis, Quod iudicium tanquam prophanum non est dignum foro principum.

SVMMARIVM.

1 *Indicia debent esse probata in genere suo aliter per ea non proceditur ad torturam.*

2 *Indicia in genere suo debent esse clara & perfecta, & plene probata.*

3 *Signa leuia in hæresi sufficiunt ad torturam, ea tamen debent plena probari.*

4 *Indicia debent esse plene probata per testes reddentes rationem dicti sui etiam non interrogatos, q testes ẽt de circunstãtiis sunt percũctãdi.*

5 *Interrogatoria in criminalibus sunt a Iudice ex se testibus deponentibus facienda, nec debent omitti, cum sint de iure Diuino.*

6 *Iudex examinans testes ad offensam, eos debet interrogare de toto negocio, vnde possit explorare reorum innocentiam nam testes debent deponere pro vtraque parte.*

7 *Indicium remotum a maleficio per duos testes probari debet, proximum vero & immediatũ per unum, quod si per duos probetur, non indicium sed plenam faceret probationem.*

8 *Indicium proprie non est, quod facit unus testis de uisu sed semiplena probatio,*

9 *Testes inducti ad probandum indicia an debeant esse omni exceptione maiores?*

10 *Indiciorum gradus ut cognoscantur, non est recedendum a locis Oratorum.*

11 *Testes plures singulares super diuersis indiciis deponentes an coniungantur ad faciendam* probationem,

probatione, vt oriatur indicium ad torturam?

12 *Indicia imperfecta vbi tendunt ad diuersa tota, non coniunguntur ad probationẽ faciendam, secus si tendant ad vnum totum.*

13 *Vnum capitulum vel diuersa qualiter intelligatur: & qualiter capitula conexa vel diuersa. vel non.*

De non torquendo per indicia, nisi plene probata, & quomodo probentur, & de errore iudicum. Cap. VI.



1 INDICIA † debent esse probata in genere suo, aliter per ea non proceditur ad torturam, nam sicuti in criminalibus probationes debent esse luce clariores ad condemnandum, ita & 2 indicia † in genere suo debent esse clara, & perfecta, & plene probata, per regulam, ꝙ eadem est ratio de toto quo ad totum, quæ est de parte quo ad partem, & econtra. l. quæ de tota. ff. de rei ven 3 di. Quare † licet in aliquibus leuia signa sufficiãt, vt in hæresi, oportet tamen illa plene probari. 4 vide Inno. in c. sicut de simo. Item debent † esse probata per testes reddentes rationem dicti sui, etiam non interrogatos, licet multi cõtradicant. Item per testes bene interrogatos a Iudice de circunstantijs, per quas veritas haberi possit: quia Iudex debet formare interrogatoria ex seipso. 5 vide Bal. consi. cclxxvj. Et ego † consueui dicere, interrogatoria esse de iure diuino, & nõ omittenda a Iudice, vt in exemplo Danielis in testi- 6 bus contra Susannam. Occurrit hic † maximum vitium Iudicum, qui in examinando ad offensam non interrogant testes totum negotium, vnde possent explorare innocentiam reorum, cum testes debeant interrogari, & deponere pro vtraque 7 parte, vt supra dictum est. Sciendum est etiam † ꝙ duo requiruntur testes pro quolibet indicio remoto a maleficio, siue mediato ipsi maleficio: secus in ijs, quæ ex maleficio oriuntur, in quibus sufficit vnus testis: quæ si probarentur per duos, non 8 facerẽt indiciũ, sed plenã probationem. vnde † secundũ aliquos id, quod scribẽtes indiciũ appellãt, vt puta vnus testis de visu nõ est proprie indiciũ, sed semiplena probatio: quia directe probat maleficium. Hæc opinio placet, licet qđ Iuriscõsulti 9 dixere, sit idẽ re ipsa. Sed difficultas † est, an testes ad probandum supradicta, debeant esse omni exceptione maiores? vide in opere de Indicijs 10 vnius testis. Ad cognoscendum † aũt gradus indiciorum non est recedendum a locis Oratorum, videlicet, quæ sunt attributa negocio, partim sunt continentia cum ipso negocio, partim in gestione negocij considerantur, partim adiuncta negocio sunt, partim gestũ negocium consequuntur. Dictũ est supra indicia probari per duos testes. Sed sæ- 11 pe quæritur † an testes plures singulares super diuersis indicijs deponentes coniungantur ad faciẽdam probationẽ, vt oriatur indicium ad torturã? Vnde primo considerandum est, si species probationũ sunt in sua specie imperfectæ, vt puta vnus testis deponit de veritate, vnus de fama, vnus de indicio, hæc probatio non valet; quia non est in sua specie perfecta. Secũdo quotiẽs fiat probatio indicij per vnum testem, si fiat probatio de alio indicio per vnũ testẽ, vbi requiruntur duo, ex ijs, non oritur aliquod indiciũ perfectum: quia vnũquodque per se est imperfectũ, & diuersę species imperfectæ non probant: quia ex pluribus nõ augetur effectus, cũ non veniant ad integrationem vnius speciei. Sed alij senserunt contra. vide Hip- 12 po. in. §. diligenter. nu. cxlix. Sed conclusiue † qñ indicia imperfecta tendunt ad diuersa tota, non coniunguntur, vt supra. Sed quotiens tendunt ad vnum totũ, tunc coniunguntur, vt puta vnus testis deponit Titium percussisse Seium, hic est vnus testis super indicio. Alius dicit vidisse eundẽ Titiũ sanguine aspersum, & euntem euaginato ense. Alius inquit vidisse exeuntẽ recto tramite, & gradientẽ nemora versus. Per hæc. n. & similia oritur indicium sufficiẽs ad torturã. vide Bru. gl. circa secundum. Sed secundũ aliquos ex supradicto exemplo Bruni oritur plena probatio ad condẽnandũ: quia vnus testis de visu est semiplena probatio, & reliqua coniuncta faciunt aliam semiplenã. Quare exempla dari debent indiciorum per se imperfectorum, vt coniuncta faciant vnum indicium perfectum ad torturam. Idem secũdũ Oratores, tum ex singulis, tũ ex coniunctis argumenta certa nascũtur. vide Cicer. ij. de inuen. tit. ij. de cau. coniec. in fi. Sed aliqui dixerunt tunc coniungi, qñ testes singulares sunt personæ condignæ, & quotiens dicta indicia si essent probata per duos testes, sufficerent ad torquendum, aliter nõ coniungi, licet dicta indicia tendant ad vnum totũ, quia sunt imperfecta numero, & qualitate testium. 13 † {Hic ẽt quęri põt qualiter intelligatur vnũ capitulũ, vel diuersa, & qualiter intelligantur capitula diuersa conexa, vel non. }Dico secundũ Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsiuit. ff. de libe. lega. ꝙ vnũ capitulũ intelligitur vnũ factũ, cum qualitatibus suis, seu plura conexa, vt puta promisi tibi centũ sub cõditione hoc est vnũ capitulũ, }hic vna confessio sic qualificata. Item si promitto tibi. x. pacto statim apposito, ꝙ vadas pro me Romam, ista sunt plura capitula conexa, sed diuersa capitula sunt plura diuersis temporibus facta Glo. est in l. si quidẽ. C. de except. Item si incontinẽti sunt plura facta quorum vnum non venit ad alterius determinationem, sed quolibet est per se, tũc sunt diuersa capitula. l. etiam. §. j. ff. de minoribus l. scire debemus. ff. de verb. significa.}

SVMMARIVM.

1 ☞ *Tormenta haberi non debent, si alia leuiori, vel veriori via veritas haberi potest, licet indicia præcedant.*

2 *Tortura grauior est pœna, quam vtriusque manus abscissio.*

3 *Iudex antequam torqueat reum, tenetur declarare, veritatem aliter haberi no, posse.*

4 *Appellari nõ potest ab interlocutoria in criminalibus, nisi quotiens ad torturam proceditur, nã ad eam stante appellatione non procedetur.*

5 *Indicia ad torturam vbi extant, contra aliquem pro delicto, debet etiam concurrere leuitas vitæ ad hoc vt torqueri poßit.*

De non torquẽdo licet sint indicia probata, si aliter veritas haberi potest, & de errore Iudicum. Cap. VII.

1 NON est deueniendum† ad tormẽta, si alia leuiori, vel veriori via potest haberi veritas, licet præcedant indicia: Iudicem enim omnia experiri oportet, antequã ad tormenta ipse perueniat: namque 2 † tortura grauior est pœna, quam vtriusque manus abscissio. Præterea secundum † multos ante- 3 quã Iudex torqueat reum, tenetur declarare, veritatem aliter haberi non posse. vide Gandi. de 4 quæst. in prin. Et notandum† est in criminalibus ab interlocutoria appellari non posse, nisi quoties ad torturam proceditur: & stante appellatione nõ procedetur. l. ante sententiam. ff. de appella. recip. Vnde valde errant Iudices, qui non seruata supradicta forma procedunt ad torturam. Et om- 5 nis confessio erit nulla.† {Et licet indicia ad torturam contra aliquem pro delicto extent, debet etiã cõcurrere leuitas vitę, et sic mala fama, vltra requisita, de quibus meminit Marsi. in l. j. de qõ. Ita voluit And. de Iser. in consti. regni si damna clandestina. col. ij. Tho. Gram. consi. xv.}

SVMMARIVM.

1 *Tortura vtrum in causis ciuilibus adhiberi poßit?*

2 *Mercatores falliti possunt torqueri, vt indicent pecunias, scripta, & alia credita.*

3 *Tortura non adhibetur in causis criminalibus leuis præiudicii, licet legitima præcedãt indicia & an pro talibus vilis persona poßit torqueri.*

4 *Viles personæ pro re parua torqueri non possunt.*

5 *Leuia delicta quæ dicantur?*

6 *Fur an poßit occidi pro parua re.*

De non torquendo in causis ciuilibus, nisi in casibus, neq; in criminalibus pro parua re, & de errore Iudicũ. Cap. VIII.

1 IN causis† ciuilibus nõ torquetur, nisi qñ causa cõtinet in se turpitudinẽ, & crimẽ annexũ habet, Vel ꝙ agatur ciuiliter ex aliquo delicto, & ꝙ aliter veritas haberi nõ 2 posit Quare mercatores† fugitiui, seu decoctores, & (vt ita dicã) falliti possunt torqueri, vt indicent pecunias, scripta, & alia credita. vide Bald. capit. cum delictus 3 de appel. In causis † criminalibus leuis momenti non torquetur, licet legitima præcedant indicia. {Quæ autem leuia delicta dicãtur, & quæ atrocia declarat Bar. in l. leuia. ff. de accusa. & Saly. in l. non ideo minus, col. iij. C. de accusatio.} Limitãt tamen aliqui, vilem personam pro leui re posse torqueri testatur. §. oportet in auct. vt Iudi. sine quoquo suffra. Sed hæc opinio non placet, cum 4 pœna non debeat esse maior delicto. & licet† Ius præsumat contra viles personas, nõ propterea cõsequitur pro re parua torqueri posse. Nec doctri- 5 na, quã testãtur, hoc dicit. Quę aũt † dicãtur delicta leuia, notatur in l. leuia. ff. de accusa. Cõclusiue delictũ dr̃ leue, quando de re parui momẽti agi- 6 tur. & iura† quæ dicunt furẽ posse occidi, nõ habẽt locũ in parua re. l. si ex plagis. ff. ad l. Aqui.

SVMMARIVM.

1 *Iudex si habeat plenas probationes, vel manifesta indicia reum damnat, & non torquet.*

2 *Iudex si torqueat reum testibus cõuictum, & ille negando perseueret, postea propter aliquas probationes non poterit damnari, licet aliqui Veterum contrarium obseruauerint.*

De non torquendo reo quando sint plenæ probationes, & de errore Iudicum. Cap. IX.

DICTVM est supra reũ non torqueri causa indiciorũ non legitime constantium. Super est scire 1 †reum non torqueri, sed damnari, quando Iudex habet plenas probationes, vel manifesta indicia contra eũ. Sed de ijs indicijs dictũ est in opere de indic. tit. ne reus per aliqua indicia conuincatur, vt pœna capitali damnetur. Et supradicta intellige, qñ probationes sunt luce clariores, & nõ sunt 2 sublatæ per defensiones rei. Sed si Iudex † torserit reum, qui perseuerauerit negando, non poterit eum postea condemnare propter aliquas probationes, quamuis luce clariores. & ratio reddi potest, quia rei constantia in tortura dictas probationes debilitauit. vide Alberi. de Rosa. in l. edicto. ff. eod. At apud antiquos aliter obseruabatur: nam legitur Alexandrum Fannij seruum septies tortum pernegasse, sed perinde atque confessum a Iudicibus fuisse damnatum. Idem legitur de Philippo seruo Fuluij Flacci octies torto, quem nullum emisisse verbum constat. vide Valerium lib. viij. de quæst. cap. iiij. Sed antiquorum opinio non est obseruanda, & opinionem Alberici omnes obseruant in Italia. Quidam tamen Iudices extraordinarie punierunt.

SVMMARIVM.

1 *Torqueri possunt tam mares, quàm fœminæ, & omnes, qui non sint iure excepti.*

2 *Minor.xxv.annis non potest torqueri, nisi ei sit datus curator.*

3 Contra minorem doli capacem sine curatore de obseruantia communi proceditur.

4 *Vtilis reip.nõ torquet̃,nisi ĩ criminibus atrocibus.*

5 Surdus,& mutus, à natura non possunt torqueri,nec etiam damnari,nisi ex dictis testium.

6 *Mulier prægnans non torquetur,sed expectatur, vt pariat, & post partum supersedetur per quadraginta dies,& si dubitetur, an sit prægnans, obstetrices & medici sunt consulendi, quos sufficit de credulitate deponere.*

7 *Medici quãdo in criminalibus examinati debeant deponere de veritate,& quãdo de credulitate?*

8 Valetudinarii torqueri non possunt,si morbus talis sit,vt torturam pati nequeant sine periculo vitæ,vel corporis.

9 *Minor.xiiii. annis non torquetur, sed ferula cæditur,vt veritas sciatur,non vt damnetur.*

10 *Minor ætas in quibus casibus non excuset, quin reus torqueatur?*

11 Senes,seu decrepiti non torquentur. nec alias corpore imbecilles.& nu.12.

12 *Aetas senilis, & decrepita quæ dicatur?*

13 Confeßio senis torti, etiam solenniter ratificata nulla est,nec ei in aliquo præiudicat.

14 *Decuriones,& eorum liberi, milites,doctores,& aduocati propter dignitatem torqueri nõ possunt hodie tamen hoc non obseruatur.*

15 *Rei sponte se tormentis supponentes, siue indiciis torqueri non debent. Idem si accusator & reus petant se torturæ subiici.*

16 Testis vacillans torquetur,alias secus.& quando dicatur vacillare?

17 Testis vacillans, seu aliter de falso conuictus in causa ciuili æque punit̃,ac in causa criminali.

18 Viles personæ,& exercentes viles artes an non admittantur in testes,nisi cum tortura?

19 Testes celeriter respondentes,antequam totus articulus eis legatur præsumuntur falsi.& an ex hoc poßint torqueri?

20 Testis qui dicit vnũ in iudicio,et aliud extra iudiciũ,incidit in falsum,vt saltẽ torqueri poßit.

21 Testis si vnum dicat in iudicio, & aliud extra iudicium cui dicto standum sit?

22 *Mercatores fugitiui,& decoctores torquetur,vt indicent scripta,& pecunias sibi datas ad negociandum.*

23 Accusator,& accusatus in crimine falsi possunt torqueri,modo sint indicia.

Quæ personæ torqueri poßint, & quæ non. Cap. X.

1 ORQVERI † possunt tam mares, q̃ fœminæ,& demum omnes, nisi sint a iure excepti.l.edicto.ff. de quæst. Infrascriptas autem personas per leges exceptas accepi, & hoc ordine intelligemus, quæ personæ torqueri poßint. Minor 2 † natu vigintiquinque annis, licet sint indicia legitima ad torturam contra eum, non poterit torqueri, nisi ei fuerit datus curator. Hoc amplius, non cogetur respondere inquisitioni sine curatore:& si responderit, processus erit nullus. Vlterius confesßio facta per eum sine curatore erit nulla,vide Hipp.§. nunc videnđ ũnu. xxxj. Gand. sub rub.de alijs quæstionibus vari. & ita dicunt obseruari. Hodie vero per Illustrißimos Venetos, multaque italiæ loca non obseruatur. 3 Et † quando delinquens est doli capax, proceditur contra eum sine curatore.Prædicta obseruantia defenditur bonis iuribus, vide Bal.cap.j.§.sacramẽta de pace iur.fir. 4 Vtilis reip.†non torquetur, vide Hippol.l.edicto.ff. de quæstio. vbi multos ponit casus. Limita tamen,ꝙ aliquod priuilegium non habet locum in criminibus atrocibus,sicuti in crimine læsę Maiestatis,siue venefi- 5 cij. Surdus, † & mutus a natura,licet indicia sint contra eos,non possunt torqueri, nec etiam damnari,nisi ex dictis testium,vide Bru.in glo.Quar- 6 to principaliter. Mulier†prægnans non torquetur, sed expectatur vt pariat,& post partum non potest torqueri infra dies xl.Et si ante torquetur, confesßio non valet, vide Hippo.§.nunc videndum nu.xlviij.Et Iudex quoties dubitatur an sit prægnans, debet consulere obstetrices, & medicos, quos sufficiat deponere de credulitate,licet secundum aliquos debeant deponere de veritate. 7 Sed dic, † ꝙ in morbis,qui vere cognosci possunt,vt puta in febre, quæ ex pulsu, & vrina cognosci potest, tunc periti tenentur deponere de veritate, aliter de credulitate,vide Par.de Puteo 8 trac.de syndi. c.officialis Veletudinarij, † siue qui morbo aliquo laborant, torqueri non possunt,si talis est morbus,vt torturã pati nequeant sine periculo vitæ,seu corporis,vide Bald.consi. cclxxv.in quo consulit per medicos videri torquendum, cum iura exigant tale moderamen,vt tortus sanus, seu saluus innocentiæ siue supplicio 9 conseruetur.Minor † natu xiiij. an.non torquetur ferula autem potest terreri,vt veritas sciatur, 10 non autem vt damnetur. Sed in quibusdam † casibus minor ætas nõ exscusat,quin torqueatur,vt in crimine læsæ Maiestatis,& in proditoribus,et similibus l.fi.C.ad Sylla.& l.desertorem.ff.de re 11 mili. Senes, † seu decrepiti non torquentur l.iij. 12 .§.ignoscitur.ff.ad Sylla. Quę autem † dicatur senilis ætas, & decrepita scriptores se remittunt ad supradictam legem,ex qua tamen nihil elicitur de prædicta ætate. Imo aliqui interpretando eam tenent contrariũ.Sed dic,ꝙ sicut impuberes propter minorem ætatem torqueri non possunt,

æquæ & senes propter imbecillitatem torqueri non debent. Simile supradictum est de muliere prægnante, & similibus. Et hæc conclusio satis probatur in l.j.C.qui ætate liberantnr lib.x. Et conclusiue senes dicuntur qui sunt annorum lxx. qui excusantur a tutela l.ij.C.de excusa.tut.Specul.in tit.de test.§.nunc tractandum. Sed iudicio meo in hac materia tormentorum spectanda est qualitas personæ torquendæ: multi enim ante supradictum tempus propter corporis imbecillitatem, senescunt: quare concurrente supradicta, aut simili causa etiam infra dictum tempus non torquebitur reus, nam multi propter imbecillitatem, & infirmitatem in tormentis perierunt.

13 {†Nota q confessio senis torti vt supra, etiam solenniter ratificata est nulla, nec ei præiudicat in aliquo, Glos.Bar.& alij.in l.pe.ff.de quæstioni.}

14 Decuriones, † & eorum liberi, milites, doctores, & aduocati propter dignitatem torqueri non possunt, vide Hipp.§.expedita. Hodie vero per Illustrissimos Venetos, & per totam Italiam prædicta priuilegia non obseruantur, & consueuit aliter iudicari. De tali consuetudine vide Odofre.

15 tracta.de quæstio. Rei licet † sponte se supponat tormentis, non debent tamen sine indicijs torqueri. Et quia sæpe accusatores, quando nequeunt probare, instant se, & accusatos torqueri, non debent tamen torqueri, licet ambæ partes consentiant: & rationes non desunt, primo quia nemo est dominus membrorum suorum, & per consequens non potest quis committere se percutiendum, siue torquendum. Secundo quia ea, quæ sunt meri imperij, non possunt facto priuatorum dirimi, & concedi.l.priuatorum.C.de iurisdi.omnium iudi.

16 Testis † non torquetur, nisi vacillet: & dicitur vacillare, quando modo ait, modo negat, seu quãdo conuincitur per alios testes contrarium deponentes l.is, cui.ff.de questio. Nihilque refert an

17 causa sit ciuilis, vel criminalis: quia testis† vacillans siue aliter de falso conuictus in causa ciuili æque punitur, ac in causa criminali. Viles

18 † personæ & exercentes viles artes non admittuntur in testes, nisi cũ totura, vide Azo. in auct. de testi.§.si vero ignoti. Sed hæc oppinio non est vera l.diuus.ff. de quæst. Possunt tamen torqueri, quando vacillant, seu quando in mendacio cõuincuntur, seu quando tentant corrumpere veritatem, vel quando sponte eunt ad testãdum. Sed hoc postremũ obseruarem in qualibet persona per regulam diuinam, testis spontaneus concinnat lin-

19 guam suam mendacio. Præterea testes † qui repentine & celeriter respondent antequam totus articulus eis legatur præsumuntur falsi, & alij testes eis præferuntur, casus est singularis.ij. q. v. Sed an possint torqueri ambigitur. & sentio ex hoc solo non posit torqueri. Et secundum sententiam diuinam. qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.

20 c.xvij. Prouerb. Item testis, qui dicit † vnum in iuditio, & aliud extra, incidit in falsum, & saltem potest torqueri per doctrinam Bart. in l.eos.ff.de

21 fal. Sed dic contra, nam standum est secundo † dicto in iuditio facto cum iuramento, non aũt primo sine iuramento. Bald. in l.fin.C.de testi. Secus qñ cum primo concurrit aliqua præsumptio: quia tunc statur primo dicto. Roma.in cõs.ccccv. Sed, & hæc opinio non placet, absurdum enim est, primum dictum sine iuramento præualere secundo dicto cum iuramento, Et sentio hoc casu neutrum dictum valere, primum dictum nõ valet, quia non iuratum. Secundum dictum non valet propter præsumptionem contrariam, & propter variationem

22 testis. Mercatores † fugitiui, & decoctores, idest falliti torquentur, vt indicent pecunias sibi datas ad negociandum. Item vt indicent scripta, & alia similia, vide Alexandrum cons.lxxvij. Paridem de Puteo in vers. in causa nu.ij. fol.ccxciij. Ac-

23 cusator † & accusatus in crimine falsi possunt torqueri modo sint indicia ad torquendũ, vide Bal.l. penul.C.de falsis. vbi dicit hoc esse notandum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Clerici multa habent priuilegia in materia torturæ.*

2 *Clerici infames, vel deprehensi in delicto torquentur, alias secus.*

3 *Mutilati mẽbris, vel aliqua parte corporis vitiati in criminali causa an cõtra clericos admittanĩ?*

4 *Testis non idoneus dicitur, qui laborat morbo animi, non corporis.*

5 *Tortura in clericos an non debeat esse ita seuera, sicut contra laicos?*

6 *Testis clericus vacillans non torquetur propter dignitatem.*

7 *Clerici in omni delicto sunt fauorabilio res laycis, & indicia, per quæ conuincuntur layci, contra clericos nihil operantur.*

8 *Per quæ male præsumitur de laycis, bene præsumitur de clericis.*

9 *Laycus deprehensus domi pulchræ mulieris, est manifestus adulter, maxime si probetur aliquod signum venereum, secus in sacerdote.*

10 *Sacerdos amplexans mulierem, præsumitur facere causa benedicendi.*

11 *Religiosis magis creditur, quàm laycis in omni probatione faciẽda, et in quocunq; alio negocio.*

12 *Testes inhabiles inhabilitate iuris positiui vt periuri, & criminosi possunt a Papa ad testificandum habilitari.*

13 *Papa, vel Imperator non potest conceedere priuilegia, vel condere legem contra dispositionem iuris naturalis.*

De non torquendis clericis, & de priuilegijs eorum. Cap. XI.

1 Clerici † infinita habent priuilegia in hac materia torturæ, & hæc pauca ex pluribus

2 collegi. Primo † non possunt torqueri, etiam existen-

existentibus quibuscunq; vrgentibus indiciis cõtra ipsos, nisi ipsi sint alias infames secundũ Alexan.l.fin.ff.de quæsti. Sed deprehensi in delicto possunt torqueri, vide Panor.c.cum non ab homine. de Iudi. 3 Secundo † in causis criminalibus mutilati membris vel aliqua parte corporis vitiari non sunt idonei testes, nec possunt testificari contra ipsos, vide Hippo.§.nunc videndum nu. lij. Sed animaduertendum est hoc nullibi legi. Et quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. Et te-4 stis † nõ idoneus dicitur, qui laborat morbo ani-5 mi, non autem corporis. Tertio † clerici nõ sunt torquendi, & si torquentur, tortura non debet esse ita seuera contra eos, sicut in laicos, vt per Alber. in cap. in contemplatione extra de regu. iur. Sed supradicta opinio nulla bona lege probatur, & non est auribus hominum digna. Quarto 6 † clericus testis inductus si vacillat in dicto suo non torquebitur propter dignitatem, licet laicus torqueatur l.prẽsbiteri. C.de Episc.& Cle. Quin-7 to † in omni delicto clerici sunt fauorabiliores, ꝙ laici, & sæpe indicia per quæ conuincuntur laici, nihil operantur contra clericos. Hoc amplius, 8 per quæ † male præsumitur de laicis, bene prẽsumitur de clericis, & exempla non desunt: nam si 9 laicus † deprehenditur domi pulchræ mulieris, est manifestus adulter, licet secundum recentiores debeat probari aliquod signum venereũ. Hoc tñ 10 fallit in † sacerdote, siue prẽsbitero, qui si amplexetur mulierem, præsumitur facere causa benedicendi. Sed ab hac benedictione liberet nos Deus, vide glo. circa quartam apud Bru. In omni 11 † probatione facienda, & quocunq; alio negotio magis creditur religiosis, ꝙ laicis tex. est, & ibi Abba. in cap. in nostra. de procura. Bal. in d.c. in fine. Et secundum communem opinionem doctorum Papa non solum potest concedere supradicta 12 priuilegia, sed etiam potest † habilitare inhabiles, vt puta periuros & criminosos ad testificandum, ita per omnes not. in c. testimonium. de test. Qua de re præscripserunt sibi priuilegia ampliora, quam laici in cœlo, & in terra. Aduerte tamẽ & sic limita supradictam conclusionem non habere locum, quãdo inhabilitas prouenit ex dispo-13 sitione iuris naturalis: quoniam nec † Papa, nec Imperator possunt condere leges contra dispositionem iuris naturalis. c. per tuas. de simo. facit & singulare dictum Inno. in c. scisci tatus de rescrip. quod dictum refert Ange. in l. cum prætor. ff. de iudi. dictum est in trac. de indi. titu. ne reus per aliqua indicia conuincatur, vt pœna capitali damnetur, vbi indistincte tenui contrarium, videlicet, ꝙ inhabiles non posfint habilitari per Papam, siue Imperatorem ad testificandum.

SVMMARIVM.

1 *Reus non debet a iudice torqueri, nisi ad instãtiam accusatoris, sed de consuetudine contrarium obseruatur.*

2 *Iudex abstinere debet a nouis tormentis.*

3 *Iudex quando reum torquere uult, debet tria considerare qualitatem criminis, tormentorum, & personæ rei.*

4 *Iudex debet ostendere torquendo medicis, vt moderate eum torqueat.*

5 *Tormenta sunt moderate adhibenda.*

6 *Iudex immoderate torquẽs an excusetur, si tortus ad instantiam ipsius Iudicis confessus fuerit, se fuisse legitime tortum.*

7 *Tortura debet constare in processu, aliter ex brachiis rei cognoscetur.*

8 *Carcer est species torturæ.*

Quomodo & quo moderamine procedatur ad tormenta, & de errore Iudicum. Cap. XII.

1 NTEQVAM reus † torqueatur, debet Iudex per accusatorem requiri, ad cuius instantiam habenda est quæstio, aliter non potest reũ torquere, vide Bald. c. j. §. Iudices. de pace fir. Et oẽs scribentes in hac materia consentiunt. Attamen hoc tempore per totam Italiã Iudex nõ expectata requisitionem accusatoris reũ torquet, & ratio reddi potest, quia Iudex ex officio potest prosequi, & facere ea, quæ accusator facere posset. Bar. l. j. ff. de pub. Iudi. Imprimis abstineat 2 † Iudex a nouis tormentis: nam plerique angunt reos siti, fame: quidam immittunt aquam per nares: quidam ponunt taxillum in pede. De iis, & alijs vide Bru. de quæst. in principio. Item Iudex 3 † debet tria considerare, primo qualitatem causæ, seu criminis. secundo qualitatem tormentorum; nam si sufficiunt tormenta leuia, non sunt inferenda grauia. Tertio qualitatem personæ: aliter enim torquentur robusti, aliter imbecilles. 4 Et secundum † aliquos debet ostendere torquendum medicis; quia debet vti tali moderamine, vt reus tortus, sanus, seu saluus innocentiæ seu supplicio conseruetur, vide Bald. consi. cclxxj. De-5 mum † consideret Iudex ꝙ hominem torquet, pro quo (vt Apostolico vtar verbo) non metuit mori Christus. Et adhibeantur tormenta moderate, vt rationis temperamenta desiderant: nam Iudex immoderate torquẽs, grauiter punitur. Oc-6 currit † hic cautela Bru. dicentis, si Iudex indebite torserit aliquem, faciat reum confiteri, ꝙ fuit legitime tortus, de qua confesione faciat notarium rogatum, vide eam glo. in fine. Contra ta-7 men teneo. Primo in † processu constare debet de tortura, & si non constabit, ex brachiis rei cognoscetur: Deinde confessio rei in potestate Iudicis, vbi agitur de interesse eiusdem, non præiudicat: quia carcere detẽti vt liberarẽtur locis atris, omnia bona verba faterentur; & confessio eiusmodi æquipollet confessioni metu tormentorum: 8 cum † carcer sit species torturæ. Quare Iudex non excusabitur cautela prædicta si immoderate torserit reum. Quia vltra prædicta præsumptio est contra ipsum iudicem; ꝙ sicut reum illicite, & immoderate

immoderate torsit, ita, & illicite fecerit eundem confiteri tex. est bonus in l. penul. ff. de quæsti. secundum vnam lecturam quam tenet Bar. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Tortura inferri potest omni tempore, dummodo delictum sit atrox.*
2 *Tormentorum ordo quis sit?*
3 *Tortura an sit incipienda a debiliori, an vero ab eo qui verisimiliter scit veritatem?*
4 *Pater & filius si sint conrei, a filio incipienda est quæstio.*
5 *Nomen turpe habens primo est torquendus.*

Quo tempore, & a quibus incipiat tortura, & de errore Iudicum.
Cap. XIII.

1 OMNI † tēpore rei torqueri possunt, etiam diebus feriatis, & in honorem Dei, dummodo delictum sit atrox, vide Bal. in l. i. C. de episco. & clericis. Tormentorum au- 2 tem † ordo est eiusmodi secundum multos, videlicet: si plures sunt rei incipiendum 3 † est a debiliori, vide Ange. de quæstio. Sed contra incipiendum est ab eo, qui magis scit veritatem, & qui verisimiliter dicet eam, deuenitur enim ad torturam, pro habenda veritate: vtique q magis scit, debet primo torqueri, licet Iudices cō sueuerint incipere a debiliori. vnde euenit quod habetur confessio incertatum ob non plenā scientiam facti, tum ob debilitatem torti: verum si rei pares erunt in delicto, tunc incipiendum est a debiliori: Et ita intelliguntur iura loquentia de hac materia l. quotiens. C. de Naufra. lib. x. l. j. §. Idē diuus. ff. de quęstio. & l. vnius facinoris. ff. eodem. 4 Item † quotiens pater, & filius sunt conrei, a filio, incipiendum est, & torqueatur in conspectu patris l. isti, quidem. ff. quod metus causa. Vnde transijt in prouerbium apud Oratores, torque filium, 5 fatebitur pater. Et dicunt † aliqui, ꝙ quando sunt plures torquendi, & vnus eorum habet turpe nomen, initium potest ab eo fieri, vide Hippoly. in l. j. ff. de quæstio. Et licet varie loquantur scribentes in similibus, dic esse incipiēdum vt supra conclusum est.

SVMMARIVM.

1 *Tortura an & quando possit repeti?*
2 *Tormeutorum modus erit iuxta qualitatem indiciorum.*
3 *Reus pro quolibet sufficienti indicio an possit ter quassari?*
4 *Torturæ repetitio non debet excedere tres vices, ne in infinitum procedatur.*
5 *Tortura reduci debet ad tres dies separatos, & pro qualibet vice reus debet habere tres eleuationes, & depositiones.*
6 *Tortus vltra tres vices, dicitur tortus immoderate, & videbitur fateri vi & cruciatu tormentorum.*
7 *Repetere reum in tortura si Iudex intendat, debet in actis interloqui, ꝙ supersedet a tortura incæpta, sed non perfecte data.*
8 *Indicia noua quæ dicantur?*
9 *Tortus relaxatur, si accusator, dato sibi termino ad probandum, & deducendum quicquid intendit, nil probauerit.*
10 *Reus ter solum debet in tortura repeti, sed antiquitus, ex causa octies repetebatur.*
11 *Confessio facta in tormētis sine legitimis indiciis, sicut non valet, ita confessio facta ob tormenta repetita, quę repeti non debuerunt, non valet.*

Per quot dies, & quanta tortura afficiatur reus, & de errore Iudicum.
Cap. XIIII.

1 SI reus † primo fuerit satis tortus, nunquam potest repeti, nisi superueniāt indicia de nouo, vide Are. in verbo fama publi. colum. xij. Sed alij dicunt quæstionem toties repeti, quoties Iudici videbitur, vide Bar. l. vnius. §. j. ff. de quæst. 2 Sed dic † ꝙ iuxta qualitatem indiciorum erit tormentorum modus: nam sicut indicia suos gradus habent, prout in opere de indiciis dixi, ita & tortura plures gradus habet, vt supra dictum est. 3 Vnde † dixerunt aliqui, pro quolibet sufficienti indicio posse reū ter quassari, & sic obseruari per totā Italiam, vide Hippò. in practi. §. nunc videndum nu. lij. Sed recentiores dicunt, ꝙ quando indicia sunt vrgentia Iudex semel torquebit reum: Sed si essent multum vrgentia, tunc fieret repeti- 4 tio. Sed hęc † repetitio non debet excedere tres vices, ne in infinitum procedatur, & sic quæstio 5 † reducetur ad ternarium numerum, videlicet, ad tres dies separatos, & pro vice qualibet debet habere reus tres (vt ita dicam) saccatas, seu eleuatio- 6 nes, & depositiones: Et rei † torti vltra ternariū numerum dicuntur torti immoderate, & videbuntur fateri vi & cruciatu tormentorum, vt l. 7 repetitio. ff. de quæstio. Et quoties Iudex † intendit repetere reum in tortura, debet interloqui in actis, ꝙ supersedet a tortura incœpta, sed non perfecte data, vide Bru. q. v. in fine, vbi tractat quando superuenientibus nouis indiciis torqueatur 8 reus. Indicia † autem noua differunt specie, vel substantia, sicuti dicitur in materia probationum, ꝙ super nouis licet probare, etiā post didicita, testificata. Et noua indicia sunt, siue procedatur ex dicto torti, siue aliter: notatur in l. per hanc. C. de tempora. appella. Item quoties † Iudex torserit 9 reum, si non superuenerint indicia aliqua noua, dabit

dabit terminum accusatori, in quo probare, & deducere debeat: aliter elapso ipso termino, & accusatore aliud non probante, ipsum reum relaxabit. De hoc stylo vide Ange. in ver. fama pub. col.
10 vltima. Dictum † est reum ter solum in tortura repeti debere. Antiqui vero octies torquebant. Legitur seruum Fannij septies, & Philippum Fuluij Flacci octies fuisse tortum: lege Valerium li. viij.
11 de quæst. Sed dic vt supra. Et hoc † amplius, sicut confessio facta in tormentis sine legitimis indicijs non valet, ita confessio facta ob tormenta repetita, quæ repeti non debuerunt, non valet, notatur l. penul. ff. de quęstio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quo pacto debeat interrogare reum in tormentis, ne videatur suggerere, siue procedatur super inquisitione, siue super accusatione?*

2 *Reus in tortura est de se interrogãdus, nõ de aliis.*

3 *Reus in tortura si de facto proprio interrogetur, aliquæ circunstantiæ an sint exprimendæ?*

De interrogationibus faciendis in tormentis, & de errore Iudicum. Cap. XV.

1 CONSIDERARE † debet Iudex, quo pacto interroget reum in tormentis, cum agatur de vita hominis, & ne videatur suggerere. Imprimis a reo peti debet secundum multos, quis maleficium fecerit, non autem, si maleficium fecerit, vide Gandi. de tormentis. Sed in hac materia varie scriptũ est: Vnde distinguendũ esse existimo: Aut Iudex processit ad torturam super generali inquisitione, videlicet, super inquisitione generali quo ad personam, quando proprie nescitur delinquens, & tunc Iudex debet interrogare reum, quis maleficium fecit, non nominando aliquam personam; quia foret suggestio, & ita intelligitur lex prima. ff. de quęstio. Aut Iudex procedit per specialem inquisitionem, vel accusationem contra certam personam, & tunc si torquetur quis vti testis, interrogetur, si inquisitus, aut alius maleficiũ commiserit, quomodo, & quando, & in qua parte corporis, quo loco, & quo die. Sed Iudex interrogando eum, non exprimat aliquam circunstantiã, aut qualitatem, nec dicat quicq̃ de commisso maleficio, nec in qua parte corporis, percussit, necquiquam de facto, seu dicto, pro quo dicto, seu facto torquetur reus, alioquin non dicetur Iudex interrogare, sed suggerere. Sin autem torquebitur
2 † vt principalis, debet interrogari de se, & non de alijs, & similiter debet interrogari in genere, postea ad speciem descendendo, videlicet, ad nomen tantum offensi, non vlterius quicquam interrogando, nec ad alias facti circunstantias procedendo: nam si Iudex interrogaret, si percussit talẽ in tali loco, & tali via, & tali parte corporis, foret suggestio. Multi quoque dixerunt propter periculum suggerendi Iudices rectius procedere, si interrogabunt, si aliquod maleficium cõmisit, non aliquem nominando, vel vlterius interrogando, vide Aret. in verb. fama publica. Cyn. l. fin. C. de accusa. Idem l. Mosis cap. iiij. Geneseos, ibi, vbi est Abel frater tuus? & cap. vij. Iosuæ, ibi, atque indicia quod feceris. Sed de consuetudine, quan-
3 do rei † interrogantur de facto suo proprio, possunt interrogari de homine mortuo, dummodo nõ exprimantur aliquæ circunstantiæ, videlicet, non exprimendo aliquod dictum, seu factum, pro quo dicto, seu facto torquetur reus, vt supra dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Tortus & confessus de se, an & in quibus casibus possit interrogari de sociis sine indiciis?*

2 *Latrones, falsatores monetæ, & mandatarii, possunt in tortura interrogari de consociis, idque procedit etiam in sex aliis casibus.*

3 *Latrones de se confessi interrogantur de sociis mandatoribus, & receptatoribus.*

4 *Seruus torquetur vt indicet consocios, maxime quando sumus in atrocioribus, vel in nece domini nam interrogatur, quo mandante, id fecerit, & qui sint participes.*

5 *Tortus confessus de se potest interrogari de sociis in omnibus delictis, quæ verisimiliter non committuntur sine sociis.*

6 *Torti & confessi de se ne consuetudine totius Italiæ in omni casu de sociis interrogantur.*

7 *Iudex non expectata requisitione accusatoris hodie reum torquet.*

8 *Confessus crimen, de quo erant indicia, an possit interrogari de delictis etiam eiusdem generis, de quibus non extant indicia contra eum?*

9 *Socius criminis regulariter non potest de socio criminis interrogari in delictis principaliter commissis in iniuriam & odium alterius, nõ autem principaliter incommdum delinquentis.*

10 *Assertio socii criminis interrogari, qui interrogari nõ poterat non facit indicium ad torturã.*

De interrogationibus faciendis in tormentis reo confesso, & de errore Iudicũ. Cap. XVI.

1 QVAERITVR † an tortus, & confessus de se possit interrogari de socijs sine indicijs? Dic nõ in-
2 terrogari, nisi † latrones, monetę falsatores, & mandatarij, qui etiã torquentur, vt manifestent socios, seu mandantes, & sic in reliquis casibus, qui sunt sex secundum Gandi. in tit. de quæstio. videlicet.
3 primo latrones † de se confessi interrogantur de socijs mandatoribus, & receptatoribus. Secundo
4 falsatores monetæ. Tertio † seruus torquetur vt indicet

indicet consocios. Quarto proter attrocitatem, maleficij interrogantur vt supra. Quinto seruus de nece domini de se confessus interrogatur quo mandante. Sexto seruus qui magnas fraudes cōmisit in rationibus domini potest interrogari, qui
5 sint participes. Sed † prædictis addo regulam generalem, ꝙ tortus confessus de se potest interrogari de socijs in omnibus delictis, quæ verisimili-
6 ter non committuntur sine sociis. Sed de † consuetudine totius Italię rei interrogantur de socijs in omni casu. vide Belui. in titu. de quæst. col. ij. Sed Neoterici limitant habere locum prædicta in inquisitione, secus in accusatione: quia Iudex non debet onerare accusatorem, ad cuius instantiam
7 torquet accusatum. Sed hęc † opinio non placet: quia hodie Iudex non expectata requisitione accusatoris reum torquet. vide Barto. l. j. ff. de publi.
8 Iudi. Postremo † quæritur an confessus crimen, de quo erant indicia, possit interrogari de delictis etiam eiusdem generis, de quibus non extant indicia contra eum? Et secundum omnes interrogari nequit. At ijs temporibus per totam Italiam aliter obseruatur, præsertim in furtis, vide Ange. in titu. de tortura. Prædictam tamen consuetudinem multi limitant, videlicet, si non pręcessit infamia generalis, vt puta, ꝙ sit magnus latro, tunc non posset inteorogari. vide Brun. q. v. in fine. Et hæc
9 opinio est obseruanda. {ADDE † generales regulas ꝙ in delictis quæ principaliter committuntur in iniuriam, & in odium alterius, vt est homicidium, non autem principaliter in commodum delinquentis, vt in furto, falsa moneta, & similibus. socius criminis non potest de socio interrogari. vt voluit Barto. in l. repeti, & cæteri. ff. de
10 questio. † & consequenter assertio socij criminis interrogati, qui interrogari non poterat, non facit indicium ad torturam. vt ibidem.}

SVMMARIVM.

1 ☞ *Nominatus per tortum ex hoc solo non torquebitur, sed solum inquiretur, fallit in casibus, in quibus reus interrogari potest.*

2 *Indicium quando oriatur ex dicto torti sine aliis indiciis?*

3 *Homo malæ famæ an aliis non concurrentibus possit torqueri, ex solo dicto torti?*

4 *Nominati per tortum quando sine aliis indiciis possint torqueri, & quando non?*

5 *Tortus an iurare debeat facta nominatione in tortura?*

6 *Nominatio debet esse in tortura, aut statim deposito reo de tortura aliter ea non valet.*

7 *Confessus de se, si sua sponte alium nominat non interrogatus, talis nominatio suspecta habetur a lege.*

8 *Testis sponte se offerens est suspectus.*

De nominato per tortum torquendo, vel non, & de errore Iudicum. Cap. XVII.



1 NOMINATVS † per tortū ex hoc solo nō torquebitur, sed solum inquiretur: & ratio reddi potest, quia rei imputando cogitant habere subsidium. Fallit tamen in casibus, in quibus, potest reus interrogari: quia in dictis casibus crimen obiectum satis est ad torquendum criminatum. vide Angel. in verb. fama publica, Hippo. §. diligenter nu. lix. Sed nonnulli asserunt, etiam in prædictis casibus non procedi ad torturam, nisi præcedant aliqua indicia, saltem pręsumptiua contra criminatum, vt puta conuersatio cum torto, & similes qualitates. Item ꝙ ex qualitate torti siue ex persona criminati verisimile sit non mentiri, & similia. In
2 casibus tamen † in quibus versatur probationis difficultas, oritur indiciū ex dicto torti sine alijs indicijs, dummodo is, cui crimen obiicitur, sit malæ vitæ, intelligendo etiam ꝙ ex dicto torti oritur indicium contra criminatum, quando est malę
3 famæ etiam vltra casus exceptos. Sed † de hoc dubitatur: quia licet quis sit malę famæ, alijs tamen non concurrentibus non torquetur: & ratio est, criminis obiectionem per tortum de eo factam indicium inducere nullum, cum interrogari non debuerit. Ergo quod inde sequitur, lege prohibente non valet. Sed de consuetudine aliter obseruatur. vide Gandi. titu. de quæstio. Ex supradictis autem scribentes videntur potius confundere, quā concludere: quia non videtur differentia inter ca-
4 sus exceptos, & non exceptos. Quare dic † ꝙ in casibus exceptis, in quibus interrogantur rei de socijs etiam sine indicijs, & de quibus casibus dictum est in antecedenti cap. In dictis casibus nominati per tortum possunt torqueri secundum scribentes, etiam ꝙ nulla extent indicia. Sed tu dic ꝙ torquentur, dummodo sint qualia qualia indicia. In alijs vero casibus nō torquentur nominati, nisi fuerint indicia idonea & sufficientia. Quæritur ēt
5 † an reus debeat iurare facta nominatione in tortura? & multi consentiunt. vide Hippo. §. diligenter nu. lxij. Sed hæc opinio non placet. vide Blan.
6 nu. cclxxxiij. & nota † ꝙ nominatio debet esse in tortura, aut statim deposito reo de tortura, aliter
7 non valet. vide, vt supra. {ADDE † regulam generalem: ꝙ inquisitus de se confessus si sua sponte alium nominat, non interrogatus super eo, no-
8 minatio talis suspecta habetur, † sicuti dicitur de teste sponte se offerēte, ita Moder. Senen. in trac. de indi. & tortu. quos citat Grāmati. in cōs. xxj.}

SVMMARIVM.

1 ☞ *Confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si alia non concurrant.*

2 *Confessionum alia spontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis.*

3 *Confessio quando dicatur spontanea, & quomodo debeat ratificari?*

Notarius

De confessione spontanea, & de errore Iudicum. Cap. XVIII.

1 ONFESSIONES † reorũ pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si alia Iudicis religionem probatio instruat nulla l.j. ff. de quaestio. Sed sciendum est confessionem varie concipi: 2 est † enim alia spontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis, de quibus singulariter di- 3 cetur. Spontanea † confessio dicitur, qñ reus sine tormentis, & minis, alioq; actu fatetur contenta in inquisitione, & tunc notarius scribet eum sponte confessum, & aliter non. {Sed aduerte tutius esse notarium nullo casu scribere sponte confessum, & sufficit scribere quo loco, quo tempore, quo modo, & qualiter, & quibus verbis fateatur reus, ea ratione, quia metus potest contingere ex diuersis accidentibus etiam ignotis. ergo &c. dictum est in cap. de confessione metu tormento- 4 rum, ad quem locum me remitto.} nam qñ † est aliquis terror, non debet scribere, reum fuisse spõte confessum. Postea post triduum ducatur reus ad bãchum iuris, vbi legetur confessio rei, & interrogabitur „si dictam suam confessionem ratificare velit, monendo eum de sui vita agi. Contra tamen fere omnes sentiunt confessionem eam non ratam haberi, imo reum sine alia perseuerantia damnari, secus in confessione facta in tormentis, siue metu tormentorũ. vide in l. dic. C. de custo. 5 reo. Vlterius secundũ † alios sponte confessus potest sine vlla defensione statim damnari. Tamen tutius est reum monere, vt seipsum defendat, & sic dari terminum. Et ratio est: quia reus potest reuocare confessionem, vel eam declarare. vide in 6 c. cum dilectus de accusa. Et confessionis † spontaneae vis erit eiusmodi, vt reus possit damnari ex quolibet quãuis inordinato processu. Item licet nulla praecedant indicia, tamen ob sponte confessionem factam poterit reus damnari: secus autem si per torturam, siue etiam aliquem torturae metum reus confessus fuerit: tunc enim quando desunt indicia, nullo modo damnabitur, licet per- 7 seuerauerit. In cõfessione † sponte facta in aliquibus casibus Iudex nõ damnat. Primo quãdo non constat de corpore, de quo in primis constare de- 8 bet Iudici, aliter † reus non torquetur, imo non proceditur nec per inquisitionem, nec per accusationem: quia talis solennitas requiritur ab initio: qua omissa omnia, quae sequuntur sunt ipso iure nulla ob omissionem substantialis modi: nã quotiens solennitas datur pro forma, eius omissio etiam si esset leuis. tamen vitiat actum. vide in c. quoniam frequenter. vt lite non contestata. 9 Sunt † tamen casus, in quibus torquetur, licet non constet de corpore. vide supra cap. j. Secundo in confessione impossibili, siue non verisimili. Tertio in confessione incidenter, & nõ principaliter facta. Quarto in confessione tempore inhabili, videlicet, quando lapsum est tempus, post quod non inquiritur, siue accusatur, quod est post annos. xx. nisi in partu supposito, vel quando fal-

sis medicaminibus partum impediuit. vide Sing. iij.de accusa. Quinto quando contra cõfessionem aliter iudicatum fuit. Sexto in confessione facta coram Iudice carente iurisdictione. & differt a 10 Iudice incompetenti: namq; † cõfessio coram eo Iudice, licet non plene probet, facit tamen indicium ad torturam coram suo Iudice. vide Bald. l. magistratibus. ff. de iurisdi. omnium Iudicum. Et ratio est, quia cõfessio extraiudicialis facit indicium ad torturam. ergo confessio coram Iudice incompetenti, tanquam confessio extraiudicialis debet facere indicium coram suo Iudice, licet Bar. tenuerit contrarium l. diuus. ff. de custo. reo-11 rum. Notandum est, † ꝙ licet confessio extraiudicialis non sufficiat ad condemnãdum, sed solum ad torquendum. Attamen confitens potest puniri extraordinarie, tanquam de delicto se gloriãs. Hippo. in. §. postquam. Septimo in confessione facta virtute gratiæ sibi promissæ per Iudicem. {De hac confessione vigore gratiæ sibi promissę per iudicem multa notantur per Decium & alios Modernos. in l. hæc est. natura. ff. de regu. iuris.} Octauo in confessione coram notario non habente commissionem a Iudice, vel coram Iudice solo non in figura iudicij, & hoc casu non plene probat, facit tamen indicium ad toturam. vide Iaso. in supradicta. l. magistratibus. Nono siquis 12 † vltro, sponteq; confitetur per quandam stoliditatem, non conuincitur per talem confessionẽ, nisi perseuerauerit: & ratio esse potest, confitentem non videri esse in plenitudine intellectus, cũ ita sponte, & sine vllo metu ipse confiteatur. Idem in confessione nuda, & sine causa. Itidem in confessione facta ab irato, quæ calore iracundiæ non valet. Secundo votum. Tertio iuramentum præstitum ab irato non obligat, & ita intelligitur l. quicquid calore. ff. de regul. iur. Hipp. in 13 §. postquam nu. vj. {Sed † distingue de iracundia ad hoc ꝙ non obliget debet esse talis quę mentis alienationem inducat, & distingue quædam esse quæ iuris sortiuntur effectum, vt contractus, repudiatio, confessio, votum & similia. & ista per iracundiam impediuntur, quia non procedunt ex animo, sed ex animi alteratione. quædam iuris non sortiuntur effectum, vt maleficia. & tunc non curatur de iracundia, si enim in delictis excusaret iracundia, raro delicta punirentur. mitigatur tamen pœna quando ex iusto dolore prouenit. Hinc dicitur ꝙ licet prohibitum sit occidere fugientem qui te percussit, occiden-14 do tamen pœna ordinaria non punieris, † quia pœnam homicidij iustus dolor diminuit, not. in l. quidquid calore, supradicta.} Occurrit hic quęstio, quam ibi ponit Hippoly. videlicet: siquis 15 † confitetur occidisse, sed ad sui defensionem, non probato eo, quod ad sui defensionem spectauerit, si non erunt aliæ probationes contra eum, propter talem confessionem non damnabitur ad mortem. Contrarium tenuit Bartol. l. Aurelius. ff. de libera. legat. vide Iason l. vt vim. ff. de iust. & iur. Sed ipse in prædictis distinguo, videlicet, si talis confitens non consueuerit delinquere, neque habuerit causam se vlciscendi, tali casu tenerem cum Hippoly. quia ex prædictis lex bene præsumit pro reo: sed prædictis non concurrentibus tenerem cum Barto. Et præcipue considerandum est, si occisus erat offensus: nam eo casu videtur contra eum præsumptio culpæ, & sic existimabitur voluisse vlcisci se, licet fuerit occisus, concurrente maxime qualitate personæ, 16 Nam qualitas † offendentis demonstrat animum fuisse, aut non fuisse offendendi. l. si mater. C. ne 17 de stat. def. Quare rei † curent probare de moribus: nam sicut ob malos mores oritur sinistra suspicio, ita ob bonos bene præsumitur l. desertorem. §. is, cui. ff. de re mil. l. si militari. ff. de 18 iis, quibus vt indi. {Addo † regulam generalem ꝙ nullo casu credendum est confesso de se & sociis, nisi allegauerit euidentem rationem vel verisimilitudinem quę instruat iudicem, quia tunc publicæ vindictę non erit subtrahendus reus l. sicut. C. de quæstio. Glo. singula. in l. patre. ff. 19 de quæstio.} Obuia † fit hic cautela Iaso. in dicta l. vt vim. videlicet, vt reus respondeat, si feci, feci ad meam defensionem. Sed ego teneo, ꝙ talis responsio non debeat admitti per Iudices: quia reus debet certe respondere negando, aut confitendo, cum etiam possit torqueri ad respondendum, quando respondere recusat, vt dictum est supra cap. ij. Et cautela Iaso. locum habet in causis ciuilibus, quando respondetur inter ipsas partes, secus in criminalibus, vbi respondetur Iudici; tunc enim propter religionem iudicis reus debet certo respondere, cum interrogetur, quid fecerit. vide tex. cap. vij. Iosue, ibi, atque indica quod feceris. Adde ꝙ etiam in ciuilibus, vt positionibus, respondetur clare. nota. in l. j. ff. de vul-20 ga. & pupil. Hoc amplius † teneo reum in dubio respondentem pat ere indicia contra se, quia videtur vere deliquisse, & velle iudicem fallere. {Conclusiue tenetur reus non solum ad responden-21 dum, sed certum respondendum, † quia non videtur respondere qui ad interrogata obscure respondet, Bartol. in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de 22 interro. actio. † Idem dic in reo confitente se occidisse, sed non animo occidendi, quo casu non tenetur de homicidio, nam crimen tunc contrahitur si, & voluntas nocendi intercedat, quia quæ ex improuiso casu accidunt facto plerunque non noxæ imputantur. l. prima C. ad leg. Cornel. 23 de sicar. † Nemo enim videtur delinquere, nisi animum malignum delinquendi habuerit. Nam voluntas & propositum distinguunt maleficia. l. 24 sæpe. ff. de verb. & rer. sig. l. j. ff. de furt. † Et notandum est, ꝙ illa negatiua non animo occidẽdi probatur per præsumptiones probando amicitiã & affinitatem & qualitatem occidentis, & per iuramentum purgationis. prout nota. Gloss. in supradicta l. Idem in l. Mosai. qui percusserit proximum nesciens: & qui heri, & nudius tertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur. tali casu remittenda est ei pœna homicidij, prout in cap. xix. Deuter. Nota tamen ꝙ lex Diuina in supradicto capit. vult reum exuler. non propter crimen quod non est per regulam supradictã ꝙ tunc contrahitur crimen si, & voluntas nocendi intercedat.

intercedat. Sed ne forsitam proximus eius cuius effusus est sanguis dolore stimulatus prosequatur, & percutiat animum eius, qui non est reus mor-
25 tis, vt ibi. † Queritur etiam si accusatus de homicidio negauerit se occidisse, & fuerit conuictus, nunquid alia possit defensione vir? excipiendo se ad sui defensionem illud fecisse, respondetur quod potest secundum Bart. & alios scribentes in l. nemo. ff. de reg. iur. & ista est communis opinio, quam nota: quia multi tenuerunt contrarium.}
26 An confessio † spontanea ratificetur, vide in sequenti titulo in fine.

SVMMARIVM.

1 *Confessio metu tormentorum diuersis sumitur modis.*
2 *Torturæ metus æquipollet torturæ.*
3 *Terror leuis non indicat metum, nisi cadat in constantem virum.*
4 *Torquendi qualitas, circa tormentorum metum est consideranda.*
5 *Notarius non debet scribere reũ sponte confessum, si aliquo terrore fateatur.*
6 *Confessio facta a carcerato fame, & frigore laborante, dicitur facta metu tormentorum.*
7 *Carceratus si aliquid confiteatur sine alia tortura, confessio non dicitur spontanea, quia carcer est species tormenti.*
8 *Confessio vt dicatur facta metu tormentorum an sufficiat probare quem fuisse detentum?*
9 *Notarius non potest nec debet scribere reum sponte confessum, sed sufficit vt scribat, quo loco, quo tempore, quibus verbis confiteatur.*
10 *Confessio etiam spontanea an debeat ratificari?*
11 *Confessus sponte debet saltem moneri ad faciendum suas defensiones rationibus, de quibus hic.*

De confessione metu tormentorum, & de errore Iudicum. Cap. XIX.



1 CONFESSIO metu † tormentorum diuersis sumitur modis. Primo quando fit in tormentis, seu prope tormenta reo ligato, minante Iudice torturam. vide Bar. l. j. §. diuus. ff. de quæst. Sed alij dicunt, si quis ducatur ad funem, licet non habeat manus ligatas retro, si confitetur, dicetur confiteri metu tormentorum. Idem etiam si quis apud torturam fuerit tantummodo spoliatus, & nõ ligatus, dicetur fateri metu tormentorum: quia licet Iudex non torqueat hominem, sed eum spoliat, vt torqueat, inducitur iustus metus, ac si fuisset tor-
2 tus, & secundum † aliquos suspicio, seu metus torturæ æquipollet torturæ. Hoc amplius dixerunt aliqui confessionem factam propter vehementes minas Iudicis, licet extra tormenta intelligi tamen metu tormentorum, et posse reuocari perinde ac facta fuisset prope tormenta. De hoc, & supradictis. vide Bar. l. nouissime. ff. quod fals. tut. Gui. de Suza. sub rub. de quæstio. Sed contrarium fere
3 omnes tenent, ꝙ sola † ductio ad funem fit leuis terror, sed ductio, & ligatio indicant metum: quia debet esse terror cadens in constantem virum. l.
4 interposita. C. de transac. Circa prædicta, ego † dico considerandã esse personam torquendi, vt puta si est fœmina, quia naturaliter timida, siue etiam vir, dummodo sit persona timida, & tali casu teneo cum Guido. metus enim tormentorum consideratur respectu personarum argumento auct. multo magis. C. de sacro san. eccl. In hac etiam mate-
5 ria considerandum est, ꝙ quando † reus aliquo terrore fatetur, notarius non debet scribere eum sponte confessum esse, & in hoc multi iudices er-
6 rant. Ideo etiam si esset † in carcere, in quo fame, & frigore multum patiebatur reus, formidine tormentorum videtur facta confessio secundũ Barto. in l. j. §. diuus. ff. eod. Ego extendo dictum Bart. ad confessionem factam, non solum metu tormentorum, sed etiam aliqua alia de causa, vt in
7 dicta. l. j. §. si quis vltro. Et dixerunt aliqui, ꝙ † si carceratus aliquid confiteatur, etiam sine alia tortura, talis confessio non dicitur spontanea, cum
8 carcer sit species tormenti. Hoc amplius † dixerunt sufficere probare quem fuisse detentũ, vt eius confessio dicatur facta metu tormentorum. vide Hippo. in §. expedita. nu. ix. Sed hæc opinio non placet, quia metus tormentorum consideratur, vt supra conclusum est. Sed quia metus torturæ potest cõtingere ex diuersis accidentibus. Item quia consistit in animo delinquentis. Ideo iudicio meo
9 † notarius propter periculum falsitatis nõ debet, aut potest scribere sponte confessus, & sufficit scribere quo loco, quo tempore, quibus verbis confiteatur reus, & an fuerit sponte, vel metu cõfessus, ex circunstantijs processus Iudex cognoscet, & esse debet potius speculatio iudicis, quam assertio
10 notarij. Propterea † confessio quamuis spontanea debet ratificari per supradictas rationes, & alias, quas dicit Hipp. in §. postquam. nu. xxij. & talis opinio fuit antiquorum, quam Gandi. impugnat, dicens etiam, cum quis confitetur crimen se commisisse illico, & absque aliqua perseueratione, & confessione damnandus est. vide eum de quæst. nu. xv. Sed aduerte, ꝙ licet dubium sit, nunquid cõfessio spontanea ratificari debeat, sentiunt
11 tamen omnes, ꝙ sponte confessus † debet moneri suas facere defensiones. Primo quia potest cognosci de inualiditate cõfessionis vt supra. Secundo, quia potest reuocare confessionem, vel eam declarare. Tertio, quia conceditur posse probari falsitas confessionis. vide Bald. in l. si quis. C. de episco. & cleric.

SVMMARIVM.

1 *Confessio in tormentis facta tunc demum fidẽ faciet, quãdo per certa signa verificabitur.*

Confes

2 *Confessionis in tormentis factæ verificatio ex quibus haberi possit?*

3 *Innocentia rei quandoq; per causas cognoscitur*

4 *Signa maleficii a reo sunt per iudicem petenda ad confessionis verificationem.*

5 *Confessione nõ verificata reos damnare exemplo perniciosum est.*

De confessione in tormentis verificanda, & de errore Iudicum. Cap. XX.

1 DICTVM est † supra confessiones reorum non haberi pro exploratis facinoribus si nulla alia probatio Iudicis religionem instruat. Etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallit: quia aliqui tanta sunt impatientia, vt in quouis mentiri, quam pati tormenta velint. l. j. ff. de questio. Quare Rhetores disputant, & vtrinque argumenta non desunt. Proinde altera pars tormenta testimoniorum loco habet. At altera pars damnat, cũ tormentorum mentiri sæpe faciat dolor. vide Arist. lib. j. de arte rhet. Quint. lib. v. Confessio itaque in tormentis tunc demum fidem faciet, qñ per certa signa verificabitur. & hoc modo tolletur certamen, an reus sit vere confessus, an mentitus cruciatu tormentorum. Et iudicis interest quærere ratione humanitatis, ne innocentem occidat, & ne quærendo homicidam homicida fiat 2 c. xxj. Exod. Verrificatio† igitur dupliciter consideratur. Primo q delictum sit commissum, vnde constare debet de cadauere, aliter non proceditur ad torturam, dictum est supra c. j. Est autẽ alia verificatio magis necessaria ad cognoscendum verum delinquentem, & q reus non sit confessus cruciatu tormentorum. Quare licet confiteatur reus, Iudex tamen debet quærere, & verificare infrascripto modo. In primis petatur a reo, cur 3 fecerit, & cur occiderit: nam per † causas quandoque cognoscitur innocentia rei: etenim si causæ non sunt verisimiles, rei non damnantur, vide Ias. l. magistratibus. ff. de iurisdi. omnium iudi. l. j. C. 4 ad. l. Cornel. de sica. Secundo Iudex petet † a reo aliquod certum signum, videlicet, si agatur de homicidio, interrogabit quid factum sit de armis, & de qualitate armorum: nam ex iis, & similibus veritas elucescit. Sin autem de furto agatur, interrogetur quibus vendiderit, & si reus aliquos nominauerit, nominati examinentur, & ab eis exploretur, an sit verum, vide Bru. tract. vj. ibi principaliter quæritur. Si in causa veneficij quis torquebitur, interrogetur, venenum vbi emit? a quo? quando? quanti? per quem dedit? Supradicto igitur modo, & simili, & in supradictis, & similibus delictis interrogando reum, delicta fient explorata Iudici certis signis, quę ad veritatem adducunt, & non sola confessione, vt dictum est supra. De supradictis signis, vide. l. Mosis cap. vij. Iosu. in fine. Apud Rhetores, auctore Cornificio, legitur, maiores voluisse certis in rebus interponi quæstiones, cum quæ vere dicerentur sciri, quæ falso in quęstione pronunciarentur, refelli possent: hoc modo. Quo in loco quid positum sit, & si quid esset simile, quod videri aut aliquo simili signo percipi posset, vide eundem. ij. ad Herennium titulo in 5 causa coniecturali. Exemplo perniciosum † est non verificata cõfessione reos damnare, & exempla non desunt. vide Valerium Maximum lib. viij. de quæst. in principio.

SVMMARIVM.

1 *Perseuerare in confessione quando & quomodo reus dicatur?*

2 *Confessione facta an statim reus ducendus sit ad eam ratificandam? uel quantum tempus sit interponendum?*

3 *Confessus debet per duos dies conquiescere antequam ducatur ad ratificandum ipsam confessionem, aliter si fuerit ratificata paruo momento, dicetur ratificata metu tormentorum.*

4 *Confessio facta in tormentis & legitimè ratificata non præcedentibus legitimus indiciis, an ualeat, & ex ea an iudex poßit reum damnare?*

5 *Inquisitio non præcedentibus legitimis inditiis est ipso iure nulla, & quæcunque ab ea sequuntur corruunt.*

6 *Confeßio facta in tormentis licet non satis sit ad damnandum nisi ratificetur, an fallat quando præceßit confeßio extrajudicialis?*

7 *Confeßus si non perseueret, an repetatur in tormentis ut perseueret?*

8 *Confeßus sæpius in tormentis, & ad perseuerandum ductus semper negans, an et quot uicibus poßit torqueri, ut perseueret.*

9 *Confeßus aliquando potest damnari absq; ratificatione, quando signa sunt talia, ut non sit probatio in contrarium.*

10 *Inditiis indubitatis non potest quis damnari, sed tantum torqueri.*

11 *Confeßus si in confeßione perseuerare nolit, sed uelit probare contrarium, an non sit amplius torquendus, sed audiendus?*

12 *De innocentia rei quo tempore quæri poßit.*

13 *Confeßio in ciuili an præiudicet in criminali, si per principalem facta fuerit.*

14 *Confeßio facta in uno iudicio nocet inter easdem personas in alio, nisi contra confeßionem in primo iudicio iudicatum fuerit.*

15 *Tortus Bononiæ pro delicto ibi commisso, ob quod non est corporaliter puniendus, si in tormentis confeßus fuerit se plura maleficia extra Bononiense*

nense territorium perpetrasse, an a potestate Bononiæ possit vltimo supplicio condemnari?

16 *Confessio de pluribus delictis licet sæpe ratificata non nocet, nisi constet de illis.*

17 *Confessio licet legitime habita fuerit per tormenta, & fuerit ratificata, non erit tamen sufficiens ad condemnandum, nisi fuerit declarata a reo per signa, per quæ verificetur iudex reũ vera esse confessum.*

18 *Confessio etiam ratificata non habet vim veritatis sine aliis signis.*

19 *Iudex maleficiorum temere, & rei veritate indiscussa iudicare, aut reũ cõdemnare nõ debet.*

20 *Aduocati & defensores dandi sunt reis carceratis, se defendere ob inopiam nequeuntibus, ne innocens indefensus pereat.*

21 *Renuntiare defensioni suæ an reus possit? & an iudex id admittere debeat?*

22 *Iudex quærere debet defensiones rei, et post latã sententiam, si ratio innocentiæ constiterit.*

De confessione ratificanda, & quando reus ratificare recusat, & de errore Iudicum. Cap. XXI.



ONFESSIONES reorũ nõ habetur pro exploratis facinoribus, nisi rei perseuerauerint. Per- 1 seuerare † autem dicitur, quando reus ducitur ad banchum Iuris, prout duci omnino debet, vbi palã moneatur de vita sua agi, ideo bene consideret, si vult perseuerare in confessione sua, et eam ratificari, legente et notario vulgari sermone dictam suam confessionem. Qui si responderit contenta vera esse, tali casu dicetur perseuerare. Et notandum † est, reum non statim 2 habita confessione duci debere ad ratificandum eã: quia non dicitur perseuerare, quando aliquo temporis spacio non quieuerit. Vnde Iudex supersedere debet per aliquod spacium, quod esse debet secundum aliquos per diem, & noctem. Sed se- 3 cundum † alios per dies tres, & ita obseruandum est: nam per solam diem, & noctem reus animo confusus, doloris impaciens facile non resipiscit, & adhuc dicitur esse in cruciatu, nisi aliquo bono spacio cõquiescat, saltem per dies tres: aliter enim si fuerit ratificata paruo momento, dicetur ratificata metu tormentorum. Animaduertendum 4 † est Bald. tenuisse confessionem præcedentibus indiciis factam maxime valere, quando ea ratificatur. Si vero fuerit facta non præcedentibus indicijs legitimis, si fuerit ratificata, valebit, aliter non, vide eum l. j. C. de confess. Sed caue, & contrarium tene, ꝙ per confessionem factam in tormentis licet legitime ratificatam non præcedentibus legitimis indicijs Iudex non poterit damnare: & ratio est, quia accusatio, siue inquisitio caruit suis præcedentibus substantialibus a iure requisitis, videlicet, vt pręcedant legitima indicia, antequam deueniatur ad tormenta, aliter inquisi- 5 tio † non præcedẽtibus legitimis indicijs est ipso iure nulla, & quæcunque ab ea sequuntur, corruũt propter ommissionem, & defectum modi, & for- 6 mæ substantialis. Notandum est, † ꝙ licet confessio facta in tormentis non satis sit ad damnandum, nisi ratificetur ad banchum, vt supra, fallit tamen, quando præcessit confessio extraiudicialis, vide Iason l. Magistratibus. ff. de iurisditio. omnium iudicum. Sed hæc opinio non placet: nam ex confessione extraiudiciali oritur indicium ad torturam, sicut ex alijs indicijs l. ictus. ff. de ijs, qui not. infam. Attamen confessio facta in tormentis ex alijs indicijs ratificatur, cur diuersum in hac extraiudiciali confessione? Quid 7 si reus † confessus non perseuerauerit? dic, ꝙ repetetur in tormentis, modo præcedant legitima indicia, & hoc casu repetetur non ad confitendum, 8 sed ad perseuerandum. Quid si sæpenumero † in tormentis confessus est, & toties ad banchum iuris negauit, an possit torqueri vt perseueret? Dic torqueri ter posse secundum Hippo. l. repeti. ff. de quæst. Sed alij post eum dixerunt, si indicia sint leuia, non posse, nisi semel torqueri. Sed ego sentio, si confessio fuerit verificata signis, vt supra de verificanda confess. posse torqueri arbitrio iudicis. Et ratio est, ꝙ hoc casu Iudex factus est cer- 9 tus. Et alias † tenui reum posse damnari absque ratificatione, dummodo signa sint talia, & non sit probatio in contrarium. Et ratio reddi potest, ꝙ Iudex certior factus non debet amplius certiorari. Deinde quia vbi sunt probationes, & secundum aliquos indicia indubitata contra reum proceditur ad condemnationem absque confessione, 10 & ratificatione. Sed per indicia, † licet indubitata sentio non posse damnari, sed torqueri. Non obstat, ꝙ dici posset, ꝙ modus, & forma torturæ exigunt, ꝙ confessio in tortura, siue metu torturæ ratificetur. Respondetur, ꝙ hoc casu reus damnatur propter signa mediante confessione, non 11 propter confessionem. Quid si reus † non perseuerauerit in confessione, & vult probare in contrarium? Dic ꝙ non torquebitur, sed audietur, licet sit confessus. Et non solum post confessionem sed etiam post ratificationem, & sententiam la- 12 tam. Nam † omni tempore ratione humanitatis quæri oportet de innocentia rei. Nonnunquam enim aut metu, aut aliqua alia de causa in se confitetur, & sæpe falsa demonstratione damnatur l. j. §. fin. ff. eod. Quamobrem Iudex bene aget, si in omni casu confessionis dabit terminum reo ad se defendendum, & dabit aduocatos & defensores ne innocentem condemnet, vt sæpe dictum est. Occurrunt hic aliquæ quæstiones in materia con- 13 fessionis. Primo † confessio in ciuili præiudicat in criminali, si facta fuerit per principalem, secus per procuratorem, vide Pau. de Lizar. in c. fi. de 14 confessis. Secundo, confessio † facta in vno iudicio nocet inter easdem personas in alio, nisi contra confessionem in primo iudicio iudicatum fuerit, notatur in l. j. C. quando ciui. actio pręiudi. crimi.

15 crimi. Tertio, si tortus† Bononiæ pro delicto ibi commisso, ob quod non debet pati corporaliter in tormentis confessus etiam perpetrasse furta,& alia maleficia extra comitatum Bononiæ, quæritur nunquid potestas Bononiæ possit cum vltimo supplicio cõdemnare propter talia maleficia alibi commissa, & digna morte? Conclusiue dicitur non posse, vide Gand. de quæst. nu. xxij.
16 Quarto, confessio†de pluribus delictis licet sæpe ratificata non nocet, nisi constet de illis, dictũ
17 est supra in c.ij. Hoc† amplius notandum est, ꝙ licet constet de delictis,& licet confessio sit legitime habita per torturam,esto, etiam ꝙ sit ratificata,non erit tamen sufficiens ad condemnandum,nisi fuerit declarata a reo per signa,per quæ verificetur Iudex reum vera esse confessum,vide Bru.in glo.Sexto principaliter nu. xiij. vide supra in cap. xx. Et ratio reddi potest,ꝙ confessio
18 † quamuis ratificata non habet vim veritatis sine signis, dicente Iurisconsulto. Siquis vltro de maleficio fateatur non semper ei fides habenda est. Nonnunquam enim aut metu, aut aliqua alia de causa in se confitetur l.j.ff.eod. Itaque Iudices
19 ne†præcipites,aut temere, indigenterque probata,aut quouis modo indiscussa indicent, dicente Veritatis voce, nolite iudicare & non iudicabimini,in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabi
20 mini.Maximum quidem,†memorabile,mentiq; tenendum haud prætermittendum esse duxi.Quoniam miserabilibus, maximeque circunuentis succurrendum esse censeo.

☞ Quare Illust.Iulius Gabriel patritius Venetus,Comes sancti Pauli, & Auiani cum quendam pro homicidio reum cõuentum in carceribus detrusum teneret, qui maxima angebatur inopia, adeo vt se defendere non posset, Prædictus Illust. dominus Comes suis proprijs (quod est notãdum) sumptibus Eximios vtriusque Iuris doctores dominum Alexandrum Federicum nobilem Taruisinum, & Ioannem Baptistã Rotam Serraualensem,ab ipso reo nominatos, in aduocatos, ac huiusmodi causæ defensores assumpsit. Istud quidem maximum misericordiæ opus, & liberalitatis exemplum Illust. dominus ipse Comes ab Illustrissimis, & pientissimis dominis Venetis, orbis terrarum virtutis specimen habuit. Quorũ iustitia plena est terra. Et qui vna cum Dauide incessabili voce misericordias domini in æternũ cantare, ac eam miserabilibus, & inopia ductis
21 impertiri non desinunt. Postremo aliqui † vtuntur hac cautela,videlicet ꝙ rei renuncient defensionibus,siue dicant se alias non habere defensiones:& sic ratificare faciunt confessionem, & nõ amplius audiunt reum.Sed dic, ꝙ rei non possunt renunciare,nec Iudex admittet aliquod genus renũtiæ,nisi certo sciat reum carere defensionibus,
22 & omni tempore audiat, †ipse iudex quæret defensiones cap.xxij.Exod.Bald.in l.seruum quoque.ff.de procur.& l.j.in fi.ff.de quæst.vbi etiam post latam sententiam quærit iudex si ratio innocentiæ constiterit.

SINGVLARIA QVAESTIONVM CRIMINALIVM SVB proprios titulos digesta,& redacta per Franciscum Casonum Iurisconsultum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Accusare quilibet potest,qui nõ prohibetur, & qui sint prohibiti?*
2 *Frater non admittitur contra fratrem, nisi suam, suorumve iniuriam prosequatur.*
3 *Maritus non potest accusare vxorem de adulterio,si ipse de adulterio,vel lænocinio conuincatur,hodie tamen hoc corrigitur.*
4 *Maritus & pater vxoris post quadraginta dies accusare prohibentur,multasque ob alias causas ab vxoris accusatione repellitur.*
5 *Accusare volentes,debent id sine mora facere.*
6 *Calumniæ suspitio ab accusando repellit.*
7 *Personæ quæ ab accusando arceantur?*
8 *Iudex potest procedere ex officio super accusatione proposita accusatore desistente.*
9 *Accusare in crimine priuato quis non potest, nisi sua intersit,vel pœna fisco sit applicanda.*
10 *Accusatus an possit accusatorem suum accusare.*
11 *Pauper prohibetur accusare, nisi sit fidedignus.*
12 *Minor xxv.annis accusare prohibetur.*

Qui accusare possunt,vel non. Cap. I.

1 REGVLARITER† quilibet potest accusare, qui non prohibetur,itaque prohibentur accusare, alij propter sexum, vt mulier propter fragilitatem sexus, Vel ætatem, vt pupillus; nisi suam, vel suorum prosequantur iniuriam;& nisi in crimine læsæ Maiestatis, annonæ, & suspecti tutoris,& pro testamento patris. Alij propter sacramentũ. Alij propter magistratũ. Alij propter delictum proprium, vt infames, vel qui nummos acceperunt ob accusandum, vel non ac-
2 cusandum. Frater†non admittitur contra fratrẽ, nisi suam,vel suorum iniuriam prosequatur l. qui accusare.ff.de accus.& ibi glo. & glos.in rub.C. eodem.vbi multi enumerantur casus. Maritus
3 †non potest accusare vxorem suam de adulterio, si ipse maritus de adulterio, siue lenocinio ante conuincatur, per vulgatam regulam dolus cum dolo compensantur l.si vxor.§.Iudex.ff.de adult. vide Gandi.in titu.qui accusare possunt. Et cum prædictis auctoritatibus aduocati consueuerunt defendere

defendere mulieres, vel pœnam diminuere. Sed aduerte, quod supra dicta lex (licet, Gandi. nihil dicat) hodie est correcta per auct. vt nulli iudic. §. 4 adulterium col. viij. Maritus † prohibetur accusare vxorem suam de adulterio post dies xl. & pater vxoris etiam repellitur l. iure mariti. C. ad l. Iuliam de adult. Item repellitur maritus accusare vxorem suam de adulterio, si primo repudiauit eam, & mox approbauit mores eius l. si vxor. ff. de adult. quod nota pro muliere. Qui accusare 5 † volunt, debent sine mora accusare: aliter enim propter tarditatem Iudex præsumet pro reo, pro quo etiam reo orietur indicium secundum Ias. §. 6 fuerat insti. de actio. Præterea † propter suspicionem calumniæ quis repellitur ab accusando. Itẽ 7 qui † pacem fecerunt de vulneribus sibi illatis. Item qui semel destiterunt ab accusatione similiter repelluntur, prout not. in rub. C. eodem. In 8 prædictis † tamen casibus Iudex procedet ex officio: quia Iudex, producta accusatione, potest ex officio suo prosequi, & facere ea, quæ accusator facere posset, prout dicetur in cap. sequenti. In 9 crimine † priuato regulariter quis non admittitur ad accusandum, nisi cuius interest, & nisi delictum sit tale, ex quo veniret pœna applicanda fisco not. in rub. ff. de popu. act. Accusatus an 10 † possit accusare accusatorem suum, quæritur per scribentes, & adhuc sub Iudice lis est. not. per Bart. Bald. Ang. Imo. in l. is, qui reus. ff. de pub. Iudi. Sed in hoc casu animaduertendum est, & distinguendum: quando accusatus accusat accusatorem suum de maiori, & tunc, aut de tali crimine, quod si esset verum crimen contra se obiectũ non esset verum, & tunc audietur, & plus tunc supersedebitur super primo, donec secundum fuerit discussum, & ex euentu causæ procedetur super primo, vel non. Aut non opponitur tale crimen, sed aliud, & primum, & secundum delictum possunt esse, & tunc super vtraque accusatione procedetur, & discutietur. Limita si talis accusantur accusans accusatorem suum vt supra, non expectauerit nomen suum recipi inter reos, siue iudicem commisisse contra se citationem: quia tunc propter tarditatem accusandi præsumitur facere animo differendi primam accusationem. not. in l. qui accusare. ff. de accusat. Gandi. in tit. qui possunt accusare, & qui non, in versi. sed ego formabo talem quæstionem. Pauper † prohibetur accusare 11 nisi sit fidelis. l. nonnulli. de accusa. Minor 12 viginti annis † similiter prohibetur, sicut testificari. Sed secundum Bar. pōt l. accusare. ff. de accus.

SVMMARIVM.

Qui accusari possunt, et infra quod tempus. Cap. II.



1 ACCVSARI † possunt tam mares, quam fœminæ, & demum omnes, nisi sint a iure excepti l. ij. C. de 2 reis exhib. Accusari † non possunt mortui: quia mortuo reo omnis criminatio extinguitur: fallit tamen in crimine læsæ Maiestatis, Repetundarum, Peculatus, & Hæreseos, quibus casibus propter enormitatem delicti accusatio de iam mortuo recipitur l. Iudiciorũ. ff. de accus. Item fallit, si accusatus sibi mortem consciuerit, Vel etiam, si post litẽ cõtestatam, Vel postquam fuerit in scelere deprehẽsus mortuus fuerit not. in supradicta l. Iudiciorum. Quid aũt † accu3 sato conuicto, & condemnato, si ab illa condemnatione appellatum fuerit, & pendente appellatione moriatur? respondent scribentes, criminationem extingui quoad crimen, sed quoad bona appellationem perficiendam esse, si in illa sententia bona erant adempta, Gand. in. §. Sed pone tit. 4 eod. Accusari † non possunt operarij conducti ad laborandum in alieno loco, sed conducentes accusari debent: fallit tamen, si talibus operariis fuerit protestatum per dominum loci, vel si operarij fuerint vicini loci, de quo agitur, tali enim casu præsumuntur scire locum esse alienum not. per Imo. & alios scribentes l. de pupillo. ff. de operis no. nunciat. Clerici † per laycum non pos5 sunt accusari, quamuis sint primæ tonsuræ secundum Domin. de sanct. Gemi. in c. cum in nouella de accus. vbi dicit perpetuo notandum contra Iudices laycos: sed priuilegium tale clericorum primæ tonsuræ in desuetudinem abiit, & per Iudices laycos hoc tempore puniuntur, & talis obseruantia defendi potest per suasmet leges, vt in c. clerici si in tonsura extra de vita, & honest. cler. 6 Hoc † amplius sacerdotes committentes delicta facinorosa, vt puta, raptũ virginum, & alia similia delicta atrocia possunt accusari & puniri per iudicem laycum l. ij. & ibi glo. & Cyn. C. de ijs, qui ad ecclesia cõfug. & ratio est, quia ecclesia

 odit,

odit, & repellit tales delinquentes c. xxj. Exod. ibi. Siquis insidiatus fuerit ab altari meo repel-
7 latur. Accusatus † ab aliquo de vno crimine non potest de eodem ab alio accusari, nisi primus accusator decesserit, vel impediatur procedere, nam tunc admittitur accusator de eodem l. libellorum. ff. de accusa. Sed multi, intelligunt accusatorem admitti ad persequendum accusationem, non autem ad instituendam de nouo, & hoc quia accusatus non debet de eodem crimine pluries vexari l. licet. §. fin. ff. Naut. Caup. Stabu. Item qui Iudex succedit loco accusatoris, potest enim prosequi, & ea facere quæ accusator facere potuisse Bar. in l. j. ff. de pub. Iudi. Sed quo-
8 ties † propter ineptitudinem, aut aliam malam formam processus formati conditio secundi accusatoris foret facta deterior, tali casu licet trãscendere ad aliam accusationem, & ita intelligitur su-
9 pradicta l. libellorum. Accusari † quis non potest post lapsum annorum viginti. l. quære. C. de fal. Fallit tamen in partu supposito. Item quando falsis medicamentis partum impediuit. Item in crimine læsæ Maiestatis. Item hæreseos, & peculatus l. si cum eo. ff. de pœn. & l. Iudicij. ff. de accusa. Item in stupro admisso per vim in masculo, siue fœmina l. mariti. §. per quinquennium. ff. ad l. Corne. de sica. Dictum est hoc tit. prædictis casibus posse accusari delinquentes ẽt post mortem;
10 Sed † tale ius accusandi post mortẽ durat per quinquennium l. qui Manicheos. C. de hæret. Et ibi glo.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio quid sit?*

2 *Accusatione non præcedente quis regulariter non punitur, nec contra eum proceditur, nisi in certis casibus, in quibus, proceditur officio iudicis.*

3 *Inquisitio est de iure diuino.*

4 *Accusatio non admittitur, nisi constet de delicto, nisi in certis casibus.*

5 *Cõtumax ex dispotitione statuti nõ habebitur pro confesso, quotiens iudici nõ constiterit de delicto.*

6 *Libellus est per accusatorem edendus, hodie talem per Italiam accusatio fit simpliciter.*

7 *Accusatio quid continere debeat?*

8 *Dies an exprimendus sit in accusatione?*

9 *Accusator petere non debet reum puniri certa pæna, sed sufficit, quòd petat eum puniri secundũ formam iuris & statutorum.*

10 *Ciuiliter & criminaliter an eodem libello agi possit?*

11 *Accusari an plures posint in vno libello de eodem delicto?*

12 *Accusari an vnus posit in vno libello de pluribus delictis?*

13 *Accusari quis ex eodem delicto simul et semel diuersis legibus nequit.*

14 *Accusari quis quando possit de pluribus delictis solo libello?*

15 *Accusari quis quando posit a pluribus eodem libello?*

16 *Libello eodem potest agi contra producẽtem falsos testes, & contra falsarios testes.*

17 *Accusator debet subscribere accusationem ad pænam talionis, & an hodie hæc subscriptio habeat locum?*

18 *Calumniosus accusator arbitrio iudicis punitur, & in eadem sententia, qua absoluitur reus*

19 *Accusationem per calumniam fuisse institutam quomodo cognoscatur?*

20 *Accusatione pendente reus ad honores non admittitur, & propter atrocitatem delicti concurrente infamia fit suspensio beneficii, & officii, donec causa finiatur.*

De accusatione, siue libello. Cap. III.

TRACTATVRIS de accusatione nota debet esse vis, diffinitio illius, sequendo ordinem iurisconsulti in l. j. ff. de contrahen. emp. &
1 in. l. j. ff. de furtis. Accusatio † est aliquem reum criminis deferre. l. libellorum, ibi, reum deferre. ff. eod. Et regulari-
2 ter † sine accusatione non proceditur ad criminis cognitionem, nisi in quibusdam casibus in quibus proceditur officio Iudicis. l. ij. ff. de adulter. Hodie vero in quibuscunque delictis (dummodo grauibus) proceditur per inquisitionem, ne propter defectum accusatoris delicta remaneant impuni-
3 ta. Hoc amplius † dico, ꝙ inquisitio est de iure Diuino, prout dicetur in titu. de inquisitione. Ac-
4 cusatio † non admittitur, nisi constet de delicto: nisi in casibus, de quibus dictum est in tractatu meo
5 de tormentis. c. ij. Et nota, † ꝙ vbi statuta illustrissimorum Venetorum disponunt contumacem haberi pro confesso, seu non audiri, non habebunt locum, quotiens Iudici non constiterit de delicto: quia officium suum est ante omnia quærere de delicto, postea de reo. l. ij. C. de iura. calum. & ibi Bar. l. raptor. C. de epis. & cler. vbi fortius proba-
6 tur reum conuinci debere de delicto. Libellus † est edendus per accusatorem, licet diuersimode concipiatur. l. fi. C. qui accus. non possunt. Sed hodie per totam Italiam accusatio fit simpliciter, & ita obseruatur, Gan. in titu. qualiter fiat accusa-
7 tio. Sed talis † accusatio continere debet nomen accusatoris, & accusati, crimen commissum, cum qua persona, quo loco, quo anno, & quo mense, & quo die. Fallit tamen in crimine falsi. Verum secundum Specul. in. §. ij. de accus. nõ est necesse ap-
8 poni diem, neq; horam: Alij † autem post eum dixerunt; ꝙ si accusator scit, aut verisimiliter scire potest diem, tunc tenetur exprimere: & si dies, aut aliud tempus necessarium obmissum fuerit in libello, poterit postea probari, & conualidabitur libellus:

libellus. Sed ſi de alio loco,& tempore vltra poſitum in libello,fuerit probatum, an reus abſolui debeat ab obſeruatione iudicij? dicetur in cap.v.
9 Caueat†accuſator,ne petat reum puniri certa pęna:quia ſufficit accuſatori petere reum puniri ſecundum formam iuris,& ſtatutorũ.l.j.ff.ad Turp.& ibi Bart. Si autem accuſator expreſſerit pœnã in libello,quæ non conuenit, reijcietur libellus propter talem ineptitudinem , ſicuti propter aliã ommiſsionem modi,& formæ ſubſtantialis. Sed alij contradicunt: quia ſuppletur per Iudicem tali defectui, not. in cap. examinata de Iudi.& ratio reddi poteſt: ꝙ vbi aliquis actus non eſt neceſſarius,licet fiat,& inepte,propter hoc non viciatur proceſſus, & in hoc differt a cauſis ciuilibus. {In multis caſibus in quibus expreſsio cauſæ neceſſaria non eſt,vt in libello,ſententia, & ſimilibus,ſi exprimatur cauſa & inepta vitiat, eo quia præſumptio quę erat pro prædictis cauſa non expreſſa tollitur per expreſsionem , & ſic plus nocet inepta locutio ꝙ̃ taciturnitas, vide quæ notant per Doct. in l. quæ dubitationis tollende.ff. 10 de regu.iuris.} Sed † nunquid agi ciuiliter, & criminaliter in eodem libello,ſiue accuſatione cõtra aliquem poſsit? reſpondent ſcribentes ꝙ non, niſi agatur de re familiari,vt furti, vel de talibus exhibendis, vel interdicto: vnde vi, vel crimine falſi,&c.Sed vna intentata & finita,altera poterit intentari,vt no.in ſti.ad l. Aquil.§.liberorum.
11 At nunquid†plures poſsint accuſari in vna accuſatione,ſiue libello? reſpondent ſcribentes, poſſe de eodem delicto, vt.C.ſi re, vel accuſa.mortuus fuerit.Sed de diuerſis delictis non, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur,& non aliter.l.cũ rationibus.vbi not.per ſcribentes.C. eodem, fallit in adulterio, vbi plures rei accuſari non poſſunt,licet de inceſtu accuſari poſsint.l.res.C. eo-
12 dem.Sed nunquid†vnum ſolum poſsim accuſare in vno libello de diuerſis delictis? reſpondetur, poſſe:ſed delicta ſunt clare ſpecificanda, & ſigillatim,vt accuſatus certificetur, vt in c. vt circa.
13 extra de elec. Sed pro eodem†delicto non pôt aliquis accuſari diuerſis legibus ſimul, & ſemel: ratio reddi poteſt: ꝙ non debet bis puniri, ſiue affici duplici pœna pro eodem delicto.c. at ſi clerici extra de iudi.& l.ſenatus.ff.de accuſa.Circa
14 prædicta†eſt aduertendum,aliquem poſſe accuſari de pluribus delictis ſolo libello,ſi dicta delicta ſimul veniunt punienda vna,& eadem lege,aliter eſt ſi delicta veniunt punienda diuerſis legibus, tunc enim diuerſis , & pluribus libellis accuſari oportet.l.non eſt nouum.ff.de act. emp. Accuſari
15 †quis poteſt a pluribus eodem libello , ſi intereſt illorum:ſi autem non intereſt , magis idoneus ipſorum per Iudicem eligi debet. l.licet.§.fina.ff. nau.caup.ſtabul. verum hoc habet locum a principio,aliter proſequẽdum eſt.l.ſi plures. ff. de ac-
16 cuſa.Libello eodem,†ſiue inquiſitione eadem poteſt agi contra producentem falſos teſtes, & contra falſarios teſtes.l.hos accuſare.ff.de accuſ.Po-
17 ſtremo†accuſator debet ſubſcribere libellum,ſiue accuſationem ad pœnam talionis.l. libellorũ. ff.eod. Sed hodie hæc ſubſcriptio eſt ſublata ra-
18 tionibus dictis per Bart.in d.l.Sed quotiens†expreſſe apparet de calumnia accuſatoris poteſt puniri arbitrio Iudicis, & in eadem ſententia , qua abſoluitur reus: Verum tutius erit, ꝙ reus admoneatur,vt ſe defendat occaſione calumniæ ſecundum Bart.in l.athletas.ff.de fal.Et difficultas eſt
19 cognoſcere, quando†quis per calumniam accu-
20 ſauit dicetur in cap.v. Nota,& limita†regulam ꝙ lite,& accuſatione pendente, accuſatus nõ admittitur ad honores , & per atrocitatem delicti concurrente infamia fit ſuſpenſio beneficij, & officij donec cauſa finiatur. Innocen. in cap.j. de accuſa.lib.vj.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Teſtes examinantur citato reo , & existente contradictore,alias repetuntur,& an hodie id obſeruetur?*

2 *Iudex debet examinare , & interrogare teſtes , perinde ac ſi reus contradictor adeſſet.*

3 *Teſtes ſemel examinati non debent iterum ſuper eodem examinari: & quid ſi iterum examinati contrarium primo depoſuerint vtrum dictum valeat?*

4 *Teſtis vnum dicens extra iudicium , contrarium vero in iudicio,an de falſo puniatur?*

5 *Teſtes in criminalibus nunquid debeant eſſe omni exceptione maiores.*

Quando,& quomodo accuſator probare debet. Cap. IIII.



RODVCTA accuſatione,deuenitur ad examinationem,& te-
1 ſtes†examinãtur citato ipſo reo, & exiſtente contradictore,vt poſſit dare ſua interrogatoria : & ſi fuerint examinati teſtes non citato reo,iterum examinabuntur: & Iudices , qui examinant teſtes reo non citato, errant,ſecũdum opinionem Saly.in l.fi.C.de quæſt. Ang.in verb. fama publica ver.quæro.Hipp.in l.j.ff. de quæſt. Aduerte , quod ſtylus Italiæ eſt in contrarium , & teſtes examinantur abſque citatione partis, & teſtes non examinantur iterum , prout examinari non debent. Et hæc conſuetudo examinandi abſque citatione rei vtilis eſt in puniendis delinquentibus , quoniam citati, aut fugiunt, aut teſtes corrumpunt : Et licet omnes ſcribentes dicant teſtes examinari debere reo citato, vt ſupra : attamen hæc conſuetudo defenditur , nec eſt de iure nouum : quod quando proceditur in criminalibus ex argumentis , & indicijs , eo caſu teſtes examinari abſque citatione partis poſſunt, text. eſt in cap. j. de homici. lib.vj.& ibi
2 ſcribentes. Sed in hac † materia aduertant Iudices,ꝙ debent examinare,& interrogare teſtes,

perinde ac ſi reus contradictor foret: cum Iudex teneatur ex ſeipſo facere debita interrogatoria, ſicuti dictum eſt in tract. meo de tormentis in c. de non torquendo reo per indicia, niſi plene probata, & quõ probentur. Et teſtes † ſemel examinati non debent iterum examinari ſuper eodem, quia ſi teſtis ſemel examinatus cum iuramento depoſuerit, ſi iterum examinetur, & contrarium, ſeu quid diuerſum deponat, neutrum dictum valebit Bart. in l. eos. C. de fal. Imo plus tenuit † Bart. ꝙ ſi teſtis dixerit vnum extra iudicium, contrariũ vero in iudicio, punitur de falſo. Sed hæc opinio eſt reprobata per omnes ſcribentes: quia licet teſtis aliter in iudicio, ac extra iudicium dicat non videtur mentiri. Nunquid † autem teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores dictum eſt in tract. meo de indicijs per viſum vnius teſtis.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatore non probante reus abſoluitur, & quid ſi probatum ſit de diuerſo, quàm poſitus ſit in libello, an reus abſoluatur, vel puniatur de eo quod probatum eſt?*

2 *Accuſator deſſiciens in probatione, an eo ipſo calumniari videatur?*

3 *Calumnioſus accuſator, ante litem conteſtatam ab accuſatione deſiſtens, an poßit puniri? & quid de accuſante per modum exceptionis?*

4 *Occidens eum, quẽ tẽpore illatorum vulnerũ bãnitum fuiſſe aſſerit, vtrũ ſi in proceſſu non appareat an antea vel poſt vulnera fuerit bannitus, pro vulneribus ſit condemnandus?*

5 *Probatio ſemiplena releuat accuſatorẽ à calumnia, niſi reus contrarium plene probet.*

De accuſatore non probante, ſeu per calumniam accuſante. Cap. V.

1 ACCVSATORE † non probãte, reus venit abſoluendus. Quid ſi de alio loco, & tempore vltra poſitum in libello fuerit probatũ, an reus abſolui debeat ab obſeruatione iudicij, an vero debeat condemnari de eo, quod probatum eſt? & ſecundum Bart. abſolui debet reus ab obſeruatione iudicij, & de nouo poterit accuſari. vide eum in l. penult. C. de priuil. Alij dixerunt poſſe condemnari de eo, quod probatum eſt, ne delicta remaneant impunita. l. ſi a reo. ff. de fideiuſ. In hoc diſtinguendum eſſe exiſtimo, videlicet, ſi accuſator accuſauerit de facto proprio, ſeu de facto, quod non ignoret, propter quod reus paſſus eſt graues expenſas, ſeu carcerem, tunc dico reum abſolui debere ab obſeruatione iudicij, & poſſe de nouo accuſari ſecũdum doctrinam Bart. quia dicto caſu accuſator videtur accuſaſſe potius per iniuriam, quam ius: ſi vero reus non fuerit paſſus grauiores expenſas, vt ſupra, & accuſator potuit ignorare factum: tũc dico poſſe condemnari de eo, quod fuerit probatum vltra poſitum in libello. Nunquid accuſa2 tor † deſſiciens in probatione eo ipſo calumniari videatur? & videtur, ꝙ ſic, ſecundum Spec. in tit. de accuſ. nu. xxiiij. Sed hæc opinio non placet: quia poteſt contingere, ꝙ iuſto errore accuſauerit, Bart. in l. athleta. §. calumniator. ff. de infami. quare in hoc ſtandum eſt conſcientiæ Iudicis, qui conſiderabit, qua mente ad accuſationem accuſator proceſſerit, & ſi in euidenti calumnia reperiet eum, legitima pœna afficiet. l. j. ff. ad turpil. Et ſi 3 † quis per calumniam accuſauerit, licet ante litem conteſtatam deſiſtat, poterit tamen puniri, licet multi teneant contrarium per regulã, ꝙ qui accuſat, & ſubito deſiſtit, non videtur accuſare: Sed dic poſſe puniri: quia iam iniuria eſt illata accuſato, vt ſupra in dictis iuribus. Sed ſi quis accuſauerit per modum exceptionis, licet expreſſe appareat de calumnia, non poterit tamen condẽnari: quia ignoſcitur illi, qui prouocatus eſt, dice4 tur in ſequenti c. Quid ſi accuſo te, † ꝙ vulneraſti Titium de menſe Nouembris, & probatũ eſt: ſed excipitur, ꝙ Titius fuit bannitus de dicto mẽſe, & ſecundum leges contra exules poteſt impune offendi? vertitur in dubium: quia in proceſſu non apparet, an ante, vel poſt vulnera fuerit bannitus, Nunquid pro vulneribus venias condemnãdus? Et licet opiniones, & authoritates ſint vtrinque, dico te accuſatum abſolui debere: quia in delictis probationes in condemnando debeat neceſſario concludere Ang. in verb. de anno præſenti, nu. vj. vbi vtrinque allegat. Poſtremo notã5 dum eſt † ꝙ ſemiplena probatio releuat accuſatorem a calumnia niſi reus contrarium plene probet. Bal. in l. fi. C. de proba.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio per modum exceptionis quando habeat locum, & per quæ inducatur?*

2 *Accuſatus excipiens contra accuſantem de crimine, & petens illum de eo condemnari, videtur accuſare, & ſuper ea tanquam ſuper accuſatione procedendum erit, & in hoc accuſationis ſubſtantialia erunt obſeruanda.*

3 *Accuſatus non poteſt opponere crimen in modum exceptionis lite conteſtata.*

4 *Accuſatione per exceptionem propoſita contra quem prius procedendum ſit ad capturam, an contra accuſatorem, vel accuſatum excipientem?*

5 *Exceptio accuſatoria in quibus ab accuſatione differat?*

6 *Excipiens de crimine, & non probans, an puniatur vt calumnioſus accuſator?*

7 *Prouocato ignoſcitur.*

8 *Pœna tallionis hodie ſublata eſt, & quare.*

De modo

De modo accuſandi per exceptionem. Cap. VI.

1 EST et alius† modus accuſandi per exceptionẽ, per quẽ proceditur, & cognoſcitur de maleficio vltra ſupradictũ modũ l. qm. C. ad l. Iul. de adul. quo caſu qñq; crimina obijciuntur per accuſatum via exceptionis, qñq; contra producentes falſa, vel ſuſpecta inſtrumenta, ſiue teſtes, & ſimilia: & tunc animaduertendum, & diſtinguendum eſt, videlicet, ſi accuſatus excipit contra accuſatorem ſolum ad repellendum eundem accuſatorem ab accuſatione ſua, ſiue ad derogandum fidei teſtium, ſiue fidei inſtrumentorum: tunc tales exceptiones non habent vim accuſationis per regulam. qui excipit non accuſat l. reſcriptum. ff. de munne. & honor.
2 Si vero crimen† fuerit obiectum per accuſatũ nõ ſolum per exceptionem: ſed etiam fuerit petitum: ꝙ accuſator condemnetur: tunc accuſatus non ſolum excipere, verum accuſare videtur: & tali caſu per Iudicem procedetur tanquam ſuper accuſatione. l. vna. ff. vi bo. rap. l. ij. ff. de tab. exhib. Et notandum eſt, ꝙ in tali caſu debet, & tenetur excipiens ponere locum, annum, & menſem commiſsi delicti perinde, ac in accuſatione. Bart. in l. j. ff. de excep. & eſt ratio, qui excipit accuſare vi
3 detur vt ſupra. Limita prædicta, † ꝙ lite conteſtata accuſatus non poteſt opponere crimẽ in modum exceptionis. l. j. §. extraneis. ff. de adult. &
4 quia plerunque contingit † in facto: ꝙ propoſita ſuprascripta exceptione in modum accuſationis incertus eſt Iudex contra quem procedere debeat ad capturam, & tali caſu ſi pœna corporalis venit imponenda propter grauitatem, & qualitatem delicti accuſatus, & accuſator carcerabũtur, vt verius cognoſcatur de delinquente: nec relaxabuntur, niſi cognito delicto: & eſt ratio, quia in tali caſu vtraque pars eſt accuſata. Si vero non erit pœna corporalis imponenda Iudex relaxari permittet, datis tamen fideiuſſoribus. vide Cyn. l. fina. C. de accu. Quid ſi iſti relaxati non paruerint foro, & Iudici, quomodo procedetur: dicetur infra in titu. de captura, & carcere. Poſtremo animaduertendum eſt: ꝙ exceptio ſupradicta, & propoſita modo, quo ſupra pro accu-
5 ſatione habetur, ſed tamen differt † ab accuſa-
6 tione, de qua in titulo præcedenti: quia† quando crimen obiectum accuſatori per modum, & viam exceptionis non probatur, non proceditur contra ipſum excipientem ad aliquam pœnam, vt puta de calumnia, ſiue in alijs pœnis, in quibus proceditur contra accuſantes de calumnia conuictos. Et ratio diuerſitatis reddi poteſt: quia parcitur accuſato, qui prouocatus eſt: igno-
7 ſcitur † enim illi, qui prouocatus eſt l. ſi adulterium. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adul. vnde accuſatus per exceptionem accuſans excuſatur: quia quouis modo licet ſanguinem proprium redimere. {Sed hoc tempore, & etiam tempore Romanorum, vt membrum pro mẽbro deberetur, ſublata fuit pœna tallionis, ea ratione ꝙ nemo eſt dominus membrorum ſuorum in hoc actu accuſandi, prout not. per Deci. in l. imperium, col. iiij. ff. de iur. omni. iudi. per Moder. in l. inuita beneficium. ff. de regul. iur.}

SVMMARIVM.

1 *Denunciator eſt ad inſtar accuſatoris, fallit in his, qui ratione officii ad id tenentur.*
2 *Denunciare quis teneatur maleficium commiſſum in confinibus duarum villarum?*
3 *Iuratus tenetur denunciare delictum finito officio ſuo, de quo non habuit ante notitiam.*
4 *Chyrurgi, ſiue Syndici, qui tenetur vulnera denunciare, an leues percuſſiones denunciare teneantur, vel eos qui cum vnguibus offenderint?*
5 *Denunciantes malitioſe non aggrauantes delictũ, tenentur de falſo.*
6 *Denunciantes aliquem qui non deliquit, an & quando excuſentur?*
7 *Denunciantes ratione officii, an ad expenſas teneantur?*
8 *Denunciantibus officialibus, quando & in quibus caſibus credatur?*
9 *Denunciare qui tenentur ſub pœna, an excuſentur ſi accuſator præuenerit?*
10 *Iurati an teneantur denunciare delicta, quæ de iure non ſunt punienda?*
11 *Denuncians an poſſit recipi in teſtem.*
12 *Denuncians an conſequatur beneficium ſtatuti præmium proponentis indicanti delictum, vel accuſatori?*
13 *Abſolutus a denuntia an perinde ſit, ac ſi abſolutus foret ab accuſatione?*
14 *Denunciatione facta per ſaltuarium, non dicetur de delicto conſtare.*
15 *Denunciatio ſola non facit aliquam probationem vel indicium, ſed tm̃ ſufficit ad inquirendum.*
16 *Denuncians an teneatur edere libellum, ſicut accuſator?*
17 *Denunciatio quando ſapiat accuſationem, vel inſtigationem.*
18 *Iurati, qui tenentur denunciare, et caſus fortuitos notorie impunibiles denunciare debent.*

De denuntiatione. Cap. VII.



DICTVM eſt ſupra de accuſatione, hic videndum eſt de denunciatione, ꝑ quam Iudices procedunt. l. ea quidẽ. C. de accuſationibus.
1 Denunciator † eſt ad inſtar accuſatoris, & debet aſsiſtere denunciationi,

ciationi, sicut accusator accusationi suæ. Fallit tñ in officialibus, & Iuratis, seu Marigis villarum, & alijs personis, quæ per statuta locorum seu per leges principum tenentur denunciare: tali enim casu Iudex procedit ex officio, vt in supradi-
2 cta. l. ea quidem. Si delictum † committetur in confinibus duarum villarum Iurati vtriusq; villæ tenentur denunciare. l. j. C. vbi de crimi. agi
3 opor. Iuratus † tenetur finito officio suo denunciare delictũ, de quo non habuit ante notitiam. l. nam & si seruus. ff. de nego. gest. Chyrurgi, siue
4 † Syndici villarũ, qui tenentur denunciare vulnera, non tenentur denunciare leues percussiones, nec etiam denunciare eos, qui offenderint cum vnguibus: cum tales offendentes non incurrant pœnam statutorum prohibentium offendere cum armis. Ang. in. l. armatos. ff. de vi pub. Idem in l.
5 pignore. §. qui furem. ff. de furt. Prædicti † Iurati si denunciauerint delicta, & non aggrauauerint contra veritatem malitiose, siue certa pecunia, siue ad suggestionẽ alicuius tenentur de falso, Bal. in l. duobus. §. fi. ff. de iureiuran. Idem etiam habebit locum in eo, qui induxerit ad denunciandum inique aliquod maleficium æqualiter punietur de falso. l. lex Cornelia. §. fi. ff. de fal. & ibi Bartol.
6 Sindici denunciantes † aliquem deliquisse, qui tamen non deliquit, excusantur, si crediderunt personis, quibus quilibet alius credidisset, aliter puniuntur, siue saltem condemnantur in expensis,
7 Bar. in l. athletas. §. fi. ff. de infam. Prædicti † aũt omnes qui per officium denunciant non tenentur ad aliquas expensas, Bar. in rub. de offic. asses. C. sed si prædicti assistent denunciationi suæ, condemnabuntur in expensis: quia tunc funguntur officio accusatoris, & non denunciantis, cum ta-
8 libus sufficiat denuntiare tm̃. Supradictis † officialibus regulariter non creditur si crimen est graue, aliter sic, dummodo denuncient de visu Bart.
9 in l. diuus. ff. de custod. reo. Iurati, qui † tenentur denunciare delicta sub certa pœna, non excusantur a pœna, licet alius præuenerit accusator. Et ratio esse potest: ꝙ interest reip. quoniam potest contingere: ꝙ per accusatorem leuiter accusaren-
10 tur. l. ij. ad Tertul. Item † tenentur denunciare delicta, quæ non sunt punienda de iure, nec excusantur: quia non spectat ad ipsos Iuratos cognoscere, sed ad Iudices, & ipsi Iurati possent semper se excusare. Prædicta multi limitant non habere locum in delicto notorie non punibili, vt puta in occiso, qui erat bannitus, & erat notorium. Ang. in. l. nequis. C. vt nemo priua. sed dic, vt supra di-
11 ctum est. Denuncians regulariter † non potest recipi in testem, imo ipse debet testes idoneos producere, licet non teneatur assistere. l. diuus. §. denuncia. ff. de quæstio. potest tamen recipi in testem: quando Iudex procedit, non ad denunciam, sed procedit per inquisitionem, & sic cauti assessores præuident, ꝙ quando non habent alios testes, procedunt per inquisitionem, & examinant tales deputatos ad denunciandum, et tali casu creditur prędictis vide Barto. in dicta. l. diuus. Si per
12 statutum † datur præmium indicanti delictum, an denuncians possit consequi beneficium talis statuti perinde, ac si accusaret? dic, ꝙ sic. Idem etiam tene, quando statutum daret præmium accusatori: ꝙ haberet locum in denunciatore Ang. in l. diuus. ff. de cust. reorum. Et ratio reddi potest, ꝙ interest Reip. vt quanto citius possit, manifestentur delinquentes l. eum, qui. ff. de iniur. Deinde etiam alia ratio reddi potest: ꝙ idem effectus quo ad dilationem pœnæ, sequitur ex denunciatione, qui sequitur ex accusatione. l. qui sepulchrũ.
13 ff. de sepul. viol. Absolutus † a denuncia, perinde est, ac si absolutus foret ab accusatione, licet multi tenuerint contrarium: ꝙ æque deducitur, & proceditur contra reum per denunciantem, sicut per accusatorem: isti etiam plus dicunt: ꝙ iudex absoluendo a denuncia debet dicere denunciationem minus bene delatam, ad hoc allegant text. in l. diuus supra allegata: Tene tamen, vt in principio dictum est, nisi non legitime fuisset processum, prout supra dictũ est de absoluto ab ac-
14 cusatione. Denunciatio † facta per Saltuariũ, siue iuratũ siue aliter ad hoc deputatũ de aliquo maleficio per dictã denunciationẽ, nõ dicitur constare Iudici delictum esse commissum, quemadmodum de delicto ante omnia constare debet Iudici prout supra dictum est sub titulo accusationis; Itaque Iudex debet se informare de maleficio vltra talem denunciationem, quæ vt supra non sufficit Ant. de but. in c. vestra de coha. cleri. & mulie. Denuncia-
15 tio † etiam sola non facit aliquam probationem, vel indicium, nisi in leuibus Bart. in l. diuus. ff. de cust. reo. Denunciatio de per se est suficiens indicium ad inquirendum Bar. in dicta l. diuus Denun-
16 cians † non tenetur edere libellum, sicut accusator: quia qui denunciat expedite agere videtur c. nouit in fine extra de Iud. Intellige tamen prædicta habere locum in personis denunciantibus vigore statutorum, siue consuetudinis, quæ etiam vt supra non tenentur assistere denunciationi suæ, & intuitu, & ratione talium personarum differt denunciatio ab accusatione nomine, & effectu, secus
17 autem in alijs denunciantibus: quia tunc † denunciatio plus sapit accusationem, siue instigationem, quam inquisitionem, & tali casu tales denunciantes possunt in expensis condemnari, vt supra, & infra dicetur sub titu. Inquisitio-
18 nis. Iurati villarum, † qui tenentur denunciare maleficia, tenentur etiam denunciare casus fortuitos: quia an sit punibile, vel ne, spectat ad iudicem cognoscere Angel. in verb. contra Gaium homici. Extende quod licet: maleficia essent impunita etiam propter aliquod statutum seu cõsuetudinem, attamen tenentur denuntiare, fallit tamen secundum Ang. in l. ne quis. C. vt nemo priua. quando notorium esset occisum esse bannitum, qui per statutum offendi potest impune.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudex quando & quibus præcedentibus ad inquisitionem procedat.*

2 *Clausula, sæpe & sæpius &c. quare in inquisitione ponatur.*

Iudex

3 *Iudex licet cognoscat aliquod delictum, tamen non procedet, nisi præcedant super eo clamor & diffamatio.*
4 *Inquisitio formari non debet nisi pro grauioribus criminibus.*
5 *Iudex indebite inquirens tenere ad omnes expensas, & interesse partis indebite vexatæ.*
6 *Inquisitio loco libelli succedit, & est remedium in defectum accusationis.*
7 *Inquisitio formari non potest post lapsum annorū viginti, nec etiam accusatio admittitur.*
8 *Statutum prohibens accusatorom, videtur etiam prohibere iudicem inquirentem.*
9 *Inquisitio quotuplex sit? & q̄ dicatur generalis?*
10 *Iudici ante omnia constare debet de delicto.*
11 *Inquisitio quid continere debeat? & an idē quod accusatio?*
12 *Inquisitio in quibus differat ab accusatione?*
13 *Statutum tribuens beneficium inquisitioni an extendatur ad accusationem, & e contra?*
14 *Testes post didicita testificata in inquisitione ex officio formata recipiuntur, secus in accusatione.*
15 *Inquisitio facta aliquo instigante sapit accusationem, vnde instigator ad expensas cōdemnatur, si inqnisitus absoluatur.*
16 *Minor vigintiquinque annis pro accusatore regulariter examinari non potest, secus in inquisitione.*
17 *Testes non idonei in inquisitione admittuntur, secus in accusatione.*
18 *Inquisitione pendente si superueniat accusator quando audiatur?*
19 *Accusator superueniens quando a iudice inquirente repellatur?*
20 *Inquisitio an formari possit per iudicem originis contra subditum pro delictis commissis extra territorium?*

De inquisitione. Cap. VIII.



S VPRA dictū est de diuerso modo accusandi, superest videre, quo pacto deficiente accusatore pro purgādis ciuitatibus malis hominibus per Iudices procedatur. Imprimis sciendum est: ꝙ tunc † Iu- (1) dex ad inquisitionem procedit, cum clamor validus ad eum peruenit, & a personis honestis, & non suspectis, & sæpe, & sæpius. (2) Qua de re † in inquisitione ponuntur illa verba. Sæpe, & sæpius, Ange. in verb. non semel, & hæc sunt de iure diuino, vt ibi. Descendam inquit Deus, & videbo, si clamorem, qui venit ad me, opere perfecit. Et dixit omnipotens Deus descendam, & videbo tanquam Iudex, alioquin tanquam Deo omnia certa explorata, & in con- (3) spectu sunt. Vnde elicitur, quod licet, † Iudex cognouerit aliquod delictum, non tamen procedet, nisi præcedant super ea clamor, & diffamatio, vt supra, iuxta etiam dictum euangelicum, mulier quis te accusat? Et sic intelligitur prædicta sententia euangelica: vt non prohibeat inquisitionem simpliciter. Sed quando non præcessit clamor, licet dicta sententia per Gandi. & alios scribentes in principio suæ practicæ aliter (4) intelligatur. Caueant etiam Iudices, vt non, † nisi pro grauibus criminibus inquirant: non enim est inquirendum de leuibus, quia tunc magis inquiruntur marsupia, ꝙ̄ delicta. Deus perdat Iudi- (5) ces auaros. Et tales † Iudices indebite inquirentes tenentur ad omnes expensas, & interesse partis indebite vexatæ, & maxime quando apparet de culpa Iudicum l. filiusfamilias. ff. de Iudi. In- (6) quisitio † loco libelli succedit, & inquisitio est remedium in defectum accusationis, ne delicta remaneant impunita Innoc. in c. super literis de re (7) scriptis. Iudex non † inquiret post lapsum annorum viginti, quo elapso quis non admittitur ad accusandum, sicut dictum est supra. Qua- (8) re † statutum prohibens accusatorem, videtur etiam prohibere Iudicem inquirentem l. non solum in. §. quamque. ff. de iniur. Inquisitio duplex (9) † est, vna generalis, alia specialis, Generalis diuiditur, in quatuor, primo cum prætor inquirit quo ad delicta, & personas, videlicet, si sunt aliqui pœna digni in sua prouincia. Alia etiam generalis quod personas, specialis ad delicta, videlicet, quando delictum est notorium, sed ignoratur delinquēs. Tertia generalis ad delicta, specialis ad personas, videlicet, quando syndici inquirunt cōtra potestatem, & familiam. Quarta est generalis contra personas, videlicet, cum inquiritur contra ciuitatem, specialis est cōtra delicta, et personas. Supradicta probantur l. congruit. ff. de offi. præsi. c. per inquisitionē de accusa. l. aliud. ff. de regu. (10) iu. Iudici ante omnia † constare debet de delicto, sicut dictum est in c. de accusatione, & solennitas, quæ requiritur in ea, requiritur & in inquisitione, licet in aliquibus fallat, & infra dicetur. (11) Inquisitio † debet continere certum tempus, & locum, prout de accusatione dictum est: Non viciatur propter aliquam falsam adiectionem, vt puta cognomen: dummodo aliæ demonstrationes sint veræ, notatur in l. In iis. ff. de here. insti- (12) tu. Inquisitio † differt ab accusatione: quia fit ex mero officio, & est magis fauorabilis. Vnde (13) statutum, † tribuens beneficium inquisitioni, non extenditur ad accusationem, e contra vero sic. glos. in c. in fidei de Hæreti. Inquisitio differt (14) etiam in formando processu: quoniam † post dicita testificata possunt recipi testes, in accusatione non vtique. Intelligo prædicta in inquisitione facta ex officio tantum, secus vbi inquiritur aliquo promouente. not. in auct. qui semel (15) C. de test. Et ratio est, quia inquisitio † facta aliquo

quo promouente, siue instigante sapit potius accusationem, & tales personæ condemnantur in expensis, si inquisitus fuerit absolutus. Bald. in l. obseruare. ff. de officio procõ. Ideo datur cautela, ne tales instigatores sinant se nominare in actis.
16 Minor † vigintiquinque annis regulariter pro accusatore examinari non potest, secus in inquisi-
17 tione, quo casu etiam testes † non idonei admittuntur, qui in accusatione non admitterentur. Bald. in l. j. C de sum. trinit. & fid. cat. Et ratio esse potest, ꝙ testes examinati ex officio non præsumuntur falso deponere: quoniam carent instigatione. Limita tamen dictum Bald. vt in tract. meo de Indicijs per visum vnius testis. Item pœna legis mutari potest, secus in accusatione l. non solum. §. quanquam. ff. de Iniur. Inquisitione pen-
18 dente † si superueniat accusator, audietur quandocunque ante sententiam: quia per accusationem cessat inquisitio, & acta facta Iudice inquirente valebunt in accusatione: quia tendunt ad vnum finem. Assessores autem intimare possunt hæredibus occisi, si intendũt aliquo suo iure vti, quibus existentibus in mora inquisitio procedet, & accusator non audietur. Limita etiam prædi-
19 cta, ꝙ Iudex † repellet accusatorem superuenientem, si certus erit de collusione, siue de præuaricationa. not. in l. iij. ff. de lib. hom. exhib. Itẽ repellet accusatorem, quando est negligens: fallit tamen secundo aliquos, quando suam, vel suo reum prosequitur iniuriã l. ij. §. si. ff. de adul. Quid si interfectus non habuerit hæredes? Iudex proclamari curabit, siquis accusare intendit, statuendo terminum accusare volentibus: Sed aduerte, ꝙ consulitur Iudicem prius inquirere, quam proclamare, et hoc propter periculũ collusionis accusatoris cum accusato. Item pp negligentiam quia tarde examinare posset testes, qui testes interim facile corrumpi possent: Paul. de Castro consi.
20 xxiiij. primi vol. Prostemo † queritur an inquisitio formari posſit per Iudicem originis contra subditum pro delictis commisſis extra territorium? Respondetur vtrinque esse magnas authoritates, & communem opinionem reputari, ꝙ Iudex originis posſit formare inquisitionem, & punire. Secundum tamen statuta loci delicti. Ang. in ver. hæc est quędam inquisitio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quando ad capturam procedere possit.*
2 *Relaxatio rei capti quando statim fieri debeat absque expensis non expectata sententia?*
3 *Captura rei an & quando fieri possit sine authoritate iudicis?*
4 *Repertus in flagranti crimine potest a quocunq; capi, sed non detineri, nisi per viginti horas.*
5 *Commisſio rectoris de capiendo aliquo, durat etiã in tempus successoris si facta fuerit cum causæ cognitione.*
6 *Capi potest in ecclesia reus propter atrox delictũ, & quid in aliis delictis.*
7 *Captus pro leui crimine pro quo non ingeritur pœna sanguinis relaxari debet fideiussoribus, alias iudex tenetur in syndicatu.*
8 *Carcer est speties tormenti.*
9 *Fideiussores non sunt recipiendi vbi pœna corporalis, aut banni ingeritnr.*
10 *Membrorum suorum nemo est dominus.*
11 *Relaxari fideiussoribus quibus casibus reus minime debeat, licet pœna corporalis nõ ingeratur?*
12 *Relaxatus cum fideiussoribus non idoneis potest iterum capi, & cogitur idonee fideiubere, nec fideiussores ob talem capturam liberantur.*
13 *Capi se a familia non permittens, si occidatur, homicidium erit impunitum, fallit quando quis capitur pro delicto ciuili.*
14 *Familia an reum se defendentem impune possit occidere.*
15 *Capti gaudent priuilegio miserabilium personarum.*
16 *Carceratus si est pauper, & egenus debet ab eo ali, qui eum detineri fecit.*
17 *Carceratus an possit citari ad aliquem actum. Et an contrahere possit, saltem cum eo, qui illum fecit carcerare, adhoc vt se liberet?*
18 *Carceratus iuste pro vno debito vel delicto potest recommendari pro alio.*
19 *Captus a iudice incompetẽti debet transmitti ad suum iudicem, & is non tenere stare processui formato per iudicem transmittentem.*
20 *Bannitus captus a familia, non potest ab ea impune occidit.*
21 *Carceratus frangens carceres & fugiens habetur pro confesso, si constet de delicto.*
22 *Carceratus iniuste potest ex carcere fugere, & resistẽtes custodes impune offendere, et occidere.*
23 *Carceratio dicitur iniusta quando per iudicem non fuit seruatus iuris ordo in capiendo.*
24 *Custodes an teneantur, si carceratus pro delicto è carcere aufugiat.*

De captura, & carcere. Cap. IX.

1 REGVLARITER non † proceditur ad capturam sine indiciis, procedi tamen potest habita aliquali informatione. Potest etiam incipi a captura, quando periculum est, ne reus fugiat, vel quando reus reperitur in crimine: & in supradictis non expectatur, ꝙ constet de delicto. Verum
2 † si reus non deliquerit, relaxari debet statim, & absq;

absq; expensis, si ex officio captus fuerit, non expectata aliqua sententia l.ij.C.de exhib. re. Sali. 3 in l.nullus.C.eod. Sine Iudicis † autoritate nemo capitur: fallit in falsatore monetæ, desertore militiæ latrone publico, agrorum depopulatore, fure, virginum raptore, not.l.vnica.C.de rap.vir. Item 4 † repertus in flagranti crimine potest capi vt supra a qualibet persona, Capti tamen supradicti non possunt detineri, nisi per spatium horarum viginti, intra quod spatium debent ad iudicem mitti. Bart. cum gl. in l. capite quinto.ff. de adult. 5 Commissio Rectorum † de capiendo aliquem, durat etiam in tempus successorum, si talis commissio fuerit facta cum causæ cognitione Ange. in l. fundum.ff.de acqui. pos. Propter atrox delictum 6 † detinetur reus in ecclesia c.xxi. Exod.l.ij.C. de ijs, qui ad eccle. confug. Et ibi Cyn. & Bart. Pro alijs vero criminibus detineri non potest in ecclesia, cymiterio, & hoc amplius in hospitali ab episcopo constituto Bald. in l. siquis ad ecclesiam.C.de epis.& clericis, sed de hoc vltimo du- 7 bitatur. Captus † pro leui crimine, pro quo non ingeritur pœna sanguinis, relaxatur fideiussoribus, secus si aliqua pœna corporalis ingeratur, & si Iudex non relaxabit vbi non ingeritur pœna corporis tenetur in syndicatu: & est ratio: quia 8 † carcer est species tormenti Bart.in l. si vero.ff. qui satisd.cog.& in l.i.ff. de custod.reo. Et aduer- 9 tendum est, ꝙ fideiussores † vbi ingeritur pœna corporalis, aut banni, non debent recipi per Iudices: quia licet, fideiussores expresse se obligassent ad pœnam corporalem, siue banni, propter talem obligationem non possent puniri, & est ratio, quia 10 nemo † est dominus membrorum suorum l. liber homo.& ibi Bart.ff. ad l.Aquil. Præterea nota, ꝙ sunt casus, in quibus licet non ingeratur pœna corporalis, reus tamē non relaxatur. Primo quan- 11 do † reus aufugit de carcere alias, perdit priuilegium.secundum Ang. in verb.Fama publica: Sed æquitas est in contrarium dummodo idonee fideiubeat. Secundo quando reus a principio recusauit fideiubere. Tertio si cōfitetur sponte delictum. Quarto si repertus est in flagranti crimine, siue cum armis. De prædictis, & alijs, vide Hip. in.§. attingam in prin. Sed hodie prædicta sunt ad libi- 12 tum Iudicantium. Captus si † relaxabitur cum fideiussoribus non idoneis, poterit iterum capi, & cogetur idonee fideiubere Bal.in l.i.ff. siquis i ius voc. nec propter capturam rei principalis liberantur fideiussores Bart. in l.si hęres a debitore.ff. de fideiuf. Et ratio est: ꝙ licet sit deuentum ad capturam, non tamen est satisfactum: respicitur.n.ad ipsam satisfactionem tanquam causam finalem, quāobrem fideiussores capi poterunt. Siquis se de- 13 fendendo † non permittit capi a familia Prætoris, quæ ipsum iuste capere potest, si interficiatur a familia, homicidium tale erit impunitum licet: multi tenuerint contrariū Paul.de Castro in cōs. nu.cxciiij.incipiente. Viso supradicto punct.. Iac. But.in l.ij.C. de ijs, qui latro. Supradicta limita non habere locum, quando quis capitur pro debito ciuili. Itē limita, ꝙ in causa criminali oportet, ꝙ liquido constet in processu contra reum vt supra interfectum Ang. in l. siquis virginem. ff. de 14 iniur. Caueant † Itaq; Iudices; ne delinquentes capi curent cum periculo vitę, nisi liquido constet contra ipsos delinquentes, aliter puniuntur in syn- 15 dicatu. Capti † gaudent priuilegio miserabilium personarum, & legatum factum carceratis dicitur ad pias cās Bald. in l.si id, qd.C. de sacrosf. eccle. Quare Iudex tenetur visitare, & curare carcera- 16 tos, & si † carceratus est pauper, ꝙ nō possit se sustentare, ille, qui carcerari fecit, debet eum alere. not.in l.iij. & l.Iudices.C. de epis. aud. Carcera- 17 tus † non pōt citari ad aliquē actum, & processus formatus est ipso iure nullus. Item regulariter contrahere nō pōt Bal.in l.vnica.C.de cōfes. Aliqui ponunt cautelā ridiculā tñ, uidelicet: ꝙ carcerati extrahantur de carcere cū custodia tñ officialiū, & tali casu volunt, carceratos posse contrahere. Carceratus pōt contrahere cū illo, qui fecit carcerari, dūmodo sit rite, & debite carceratus, & est ratio: quia aliter se liberare non posset l. qui in carcere.ff.qd metus caus. Aduerte, ꝙ multi tenent: ꝙ carceratus possit citari Hip. in .§. attingam. vbi multa allegat. Ego distinguo, ꝙ si carceratus est diues, & potens, ꝙ possit citari, aliter non. tex. est cū gl. in l.ij.C.ex quibus cau.mai. Carceratus pro 18 vno † debito, pōt recomendari pro alio, sicuti carceratus pro vno delicto pōt recomendari pro alio, licet sint multæ opiniones in contrariū; Hip.in .§. diligēter. Si carceratus fuerit quis indebite nō poterit recomendari pro alio debito. Alexā. in cōs. 19 clviij. Captus † a Iudice non competenti, debet transmitti ad suum iudicem, & iudex, ad quē transmittitur, nō tenetur stare processui formato per iudicem transmittentē. Si exul captus est a familia Pretoris, quāuis statuta locorū disponāt, bannitos 20 † posse impune offendi, & occidi, nō poterit tñ ab ipsa familia impune occidi propter reuerētiā ma- 21 gistratus, & religionē iudicandi. Carceratus † fugiēs de carcere habetur pro cōfesso, & pōt procedi cōtra eū tanquam cōfessum delictum, pro quo fuit captus, quod nota propter aliquas leges disponentes, absentes nō posse diffinitiue exulare, nam dictæ leges non habebunt locum in capto fugiente l. qui in carcerem.ff. quod metus cau. Limita tamen prædicta, si constet de delicto l. raptor. C. de Epis. & cleri. Item limita, si reus fugit fractis carceribuu, aliter enim si aperto carcere. Item 22 quando † carceratio est iusta, nam quando est iniusta, licet, reo fugere, & adeo licita est fuga: ꝙ licet custodes impune offendere, & occidere, Bart. 23 in l.prohibitū.C.de iure fis. Et carceratio † tunc dicitur iniusta, quando per iudicē nō fuit seruatus 24 iuris ordo in capiēdo. Si carceratus † pro aliquo debito aufugerit de carceribus an custodes teneatur? respōdeo ꝙ qñ captura est iniusta nō tenetur, quia captura iniusta est ipso iure nulla. Idē dic de potestate. Bald.in l.obseruare.§.proficisci.ff.de offi. Procōsu. & in l.si bonæ fidei.ff.de rei vēdi, vbi de multis, & similibus quæstionibus quæritur.

FINIS.

INDEX RVBRICARVM, TRACTATVVM ET TITVLORVM IN HOC OPERE DE INDICIIS CONTENTORVM.

INDEX

INDEX RVBRICARVM, ET TITVLORVM CONTENTORVM IN TRACTATV DE TORMENTIS.



INDEX RVBRICARVM ET TITVLORVM CONTENTORUM IN TRACTA. SINGULARIUM QUÆSTIONUM CRIMINALIUM.



SOLENNIS TRACTATVS
de quæſtionibus, editus per domi. Iacobum de Arena.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Quæſtio dicitur multis modis.*
2 *In quæſtione publica, pactio nil prodeſt reo, etiã contra paciſcentem.*
3 *In priuata, quid.*
4 *Reus paciſcendo data pecunia infamis redditur.*
5 *Iudex debet inquirere quamuis accuſator deſiſtat.*
6 *Reus nõ habetur pro cõuicto ſi tranſigit, vbi ex crimine pœna ſanguinis irrogatur, niſi in cauſa adulterii: ſecus ſi gratis paciſcatur.*
7 *Homicidium eſt maius adulterio.*
8 *De crimine falſi potius quàm de aliis quare liceat tranſigere.*
9 *Pactio ſi fiat ante accuſationem inſtitutam, accuſator non incidit in Turpilianum.*
10 *Reo an detur exceptio ex pacto.*
11 *Delinquentis plus, melior non debet eſſe conditio.*
12 *In præſumendo crimine plus proſequitur qui pœnam ſanguinis timet quã qui nõ timet.*
13 *Rei melior eſt conditio in pari cauſa.*
14 *In adulterii quæſtione quæ proponitur ad thori ſeparationem, poteſt fieri reconciliatio.*
15 *Diſtinctio quãdo bona publicantur ipſo iure propter delicta, & quando per ſententiam, & per totum.*



VÆSTIO multis modis † dicitur, nam quædam dicitur ciuilis, quędam criminalis, quædam mixta. ciuilis, aut publica, aut priuata. † In publica, pactio nil prodeſt reo, ẽt contra paciſcentem, vt l. iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. de pac. & l. iij. §. ſi is. de ſepul. viola. & ita authoritatis maioris eſt pactio, quã res iudicata; & illis agere põt quilibet, niſi collatione deteſtata, vt l. iij. ff. de popula. actio. & l. eum qui. §. in popularibus, de iureiur. † In priuata dic, aut e contractu, vel quaſi; & tenet in præiudicium paciſcẽtis, non alterius; nec tunc pactum infamiam notat, niſi ſit aliquis vitians pactum vel tranſactionem: vt l. cauſas. C. de tranſactio. & l. non minorẽ, & l. ſi vnus. §. ante omnia. de pac. & l. in accuſatione. de his qui notan. infa. Nec diſtinguo an nata eſſet actio tempore conuentionis an non, vt l. j. C. de pac. & l. hæreditatis. §. ſilio. et l. pactum. ff. eo. & l. fideicommiſsi. de tranſa. ſaluo eo quod dicitur de pacto per quod dolus remitti procuratur. de quo dicitur in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pac. & l. in commodato. ff. commoda. & l. contractus. de reg. iur. & l. conuenire. de pac. conuenti. ſi vero ex delicto, aut eſt naſcitura, aut eſt iam nata. ſi naſcitura, quia non eſt commiſſum adhuc delictum non tenet, vt l. ſi vnus. §. pacta. &. §. item ne. de pac. ſi vero nata eſt, tenet in præiudicium actoris, vt ſibi tollatur actio, vel ſibi paretur contra actorem exceptio, vt l. iuriſgẽtium. §. ſi paciſcar. & §. fin. & l. ſi tibi. §. quædam & l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pac. & l. poſt deciſionem. C. de furt. † Reum vero paciſcendo data pecunia infamem reddit, ſi eſt famoſa, niſi in tranſigendo iudicis adſit authoritas, ſed ſi gratis impetrauerit, vt ſecum ageretur, non erit infamis. alias non eſſet ratio veniæ, quod eſſet in humanum, vt l. athletas. §. fi. cum l. ſeq. & l. furti. in prin. de infam. & l. non damni. C. eo. In criminali, dic ꝙ aut poſt inſtitutam actionem fit pactum, aut ante. Primo caſu aut cum authoritate Iudicis, & valet; & accuſator non incidit in Turpilianum, nec reus habetur pro conuicto. Item ab eodem accuſatore pœna non rederetur, niſi de licentia Principis abolitionem abolitionis poſtea concedentis vt l. j. & l. quãuis. C. ad Turpil. & l. prima de aboli. & l. furti. de his qui not. infam. & l. miles. § poſt abolitionem. & l. qui deſtitit. ff. ad Turpilian. Alias autẽ ſi eſt publicum crimen, vt in dictis. ll. & probatur in l. maritus. §. ſi negauerit, de adult. & l. qui cætu. §. qui vacante. ad leg. Iul. de vi. interdum nil operatur authoritas iudicis, vt ſi corruptus dedit licentiam deſiſtendi, vt l. venales. C. quan. appella. non eſt neceſſ. & c. fina. de colluſio. Quando autem dare debeat hanc licentiam, & quando non, habetur in l. ij. & l. fallaciter. C. de abolitio. Si vero ſine authoritate Iudicis, & tunc accuſator incidit in Turpilianũ, vt l. j. C. ad Turpilia. & l. ab accuſatione. poſtea reum in iudiciũ deducit, vt l. in accuſatione. C. qui accuſa. non poſſ.

poss. & in l.senatus.& l.qui destitit.ff.ad Turpilia.etiã si sit tale crimen,de quo lex dicat non transigi, vt in adulterio: vt l.abolitionem.C.de adult. & not.in l.quamuis.C.ad Turpilia. 5 † Iudex aut habet inquirere quamuis accusator destitit, vt l.ij. C.de abolitio.& cap.j.& ij.de collu.nam hoc spectat potissime ad eius officium, vt l.congruit. de offi.præsi.& l.iubemus.C.de defens.ciuita.& hoc propter vtilitatem publicam, vt l. si operis.C.de pœn.sed in priuatis accusationibus sit secus,in quibus prætor ad nil aliud intendit, q̃ vt dirimat cõtrouersias litigantium, & in criminalibus intendit vt maleficia puniantur,& terreantur homines delinquere exemplis, vt l.j.§.vnde quæritur. de no.oper.nun.& l. bona fides.ff.de po.& l.j.C.ad leg.Iul.repetun. Si quæratur an eo ipso ꝙ reus est pactus habeatur pro conuicto, cum videatur re fugere veritatis inquisitionem per tale pactum ; vt l.de crimine.C.de adult.& confiteri, vt l.consilia rios.C.de assessor.& in l.ĩ populari.& de suspec. tut.dic, 6 † aut ex crimine irrogatur pœna sanguinis, & tunc non habetur pro conuicto si transigit, nisi in causa adulterij, quod est secus si gratis paciscatur, vt l.transigere.C.de transac.& l.in omnibus.de præuaricat.& l.j.de his qui sibi mor. & l. de crimine.C.de adulte. Ratio est in adulterio, quia pudicitiam inuitiatam in subditis lex exigit per præceptum, vt in authen.de lenon.& propter delicti frequẽtiam.xxx.j.q.vij.quid in omnibus. & ideo maiorem pœnam exegit, vt l.factum.§.fi. de pœn.Idem credo in raptu, vt l.pen.C.in quib. casib.pro præ.li.cum pudicitia violetur,& maior reatus versetur, vt l.qui cætu.§.qui vacantem,de vi publica. Idem in incestu, eadem ratione,vt l.si adulterium cum incestu.ff.de adult.& xxxij.quæstio.vij. si adulterium. Alij vt Ioan.dicunt contra in his duobus casibus,quia sic frequenter committuntur: non autem est ratio in adulterio sola criminis magnitudo.cum iam in 7 † homicidio reprobaretur pactio,quod est maius adulterio.xxxiiij. q.ij.si quid verius.quod non est,vt d.l.transigere. Si vero non irrogatur pœna sanguinis,dic, quod aut gratis paciscitur;& non habetur pro conuicto, vt l.furti.§.pactum, de his qui not.infam.aut per pecuniam; & tunc sic in crimine falsi, vt dicta l. transigere, & l.ipse significat.C.de fal.& l.fisci. & l.eius.de iure fi.& d.l.in omnibus. 8 † Sed quare licet transigere de crimine falsi, potius quam de aliis,cum in accusatione etiam de falso incumbat onus probandi ? vt l.vbi.C.de fal. quod non est in aliis, vt l.fallaciter.C.de aboli. Dico, transigi potest de falso,vbi per hoc a quæstione pecuniaria receditur, vt l.ipse.C.de fal. quam transactionem constat in pœnam pecuniariam esse validam, vt l.causas.C.de transac. Item per transactionem fides instrumenti approbatur, & purgatur turpitudo quæ inerat, si est in causa personalis contractus per dolum vel metum extortus, vt l. ij.C.quod met.cau.& l.si res.ff. de iure dot.& l. transactione.C.de transact.vbi vero non disceditur a pecuniaria disceptatione videtur ꝙ vt in alijs distinguatur, an ingerat pœnam sanguinis, vel non; vt in primo casu non intelligatur conuictus, secundo sic, vt dicta l.in omnibus, & l.transigere, cum ratio diuersitatis reddi non possit, si 9 † ante accusationem institutam fiat pactio, tunc accusator non incidit in Turpilianum, vt l. prima.C.ad Turpil.& l.in senatus.ff.eo. Reus vero in causa sanguinis non habetur pro conuicto, nisi in adulterio,alias sic, præterquam in falso,secundum l. transigere.& l. nondum.C.de infam. & l. quoniam.ff.eo.& dicta l.in omnibus.& l.eius qui. 10 † Sed an reo detur exceptio ex pacto? dic secundum quosdam, ꝙ aut est priuata accusatio,aut publica.primo casu sic, a contrario sensu d.l.transigere, nam propria erat remittentis, vt l. fina. de priua.delic.& l.j.de publi.iudic.ideo potuit eam remittere, vt l.iurisgentium.§.si paciscar.de pact. Secundo casu dic, ꝙ aut irrogatur pœna sanguinis, & datur exceptio contra alium, & tunc ipse idẽ admittitur, vt dicta lege transigere.& dicto.§. si paciscar.& l.tertia.§.si is.de sepul.viola.Secundum hoc videtur 11 † quod sit melior conditio plus delinquentis, quod esse non debet, vt l.iij.§.primo. de dona. inter vir.& vxo.& l. diuus.de offi. præsi.& l. Pedius. de incen.rui.& naufrag. & l. presbyteri.C.de episco.& cleri.& ideo dic, quod in crimine publico exceptio ex pacto non paretur indistincte, vt d.§.si paciscar,& l.si vnus.§.itẽ. & d.§.si is & l.ius publicũ.de pac.Nec obst.l.transigere.quia hoc solum notare voluit, vt pactus in causa sanguinis,non intelligatur confiteri in alijs publicis criminibus pactus pro pecunia intelligitur confiteri, vt l.in omnibus.de præuarica.& l. j.de bon.eo.qui mor.sibi. Ratio diuersitatis est, quia qui in hoc dubio culpatur, per solam dationem pecuniæ, reum vt victum non habebit, cui erat pœna sanguinis irroganda, cum ibi causa sit diligentius examinanda, vt l. addictos.C.de appella.secus vbi talis pœna non imminet;nam præsumitur quod ob malam conscientiam dederit, vt l.non damnatos.C.de infamib. 12 † In præsumendo ergo crimine,plus prosequitur qui pœnam sanguinis timet, q̃ qui non timet. Sed declarato crimine per probationes, plus non subuenitur vni q̃ alteri,immo vterq; punitur secundum qualitatem delicti. Sed quid si reus, qui dando pecuniam habeatur pro victo. velit ostendere suam innocentiam, an ei subueniatur, vt non habeatur pro victo? Respondeo sic, si ostendat,immo repetit datum si euidenter accusatoris calumnia ostendatur, vt l.seruus.§.j.de adulte.& l. si ab eo.ff.de calum. & in l.in summa.de conditio.indeb.Sed an qui ab accusatione destitit, poterit pecuniam petere sibi conuentam ob hoc? Respondeo, refert: quia aut fuit nuda conuentio, aut fuit in stipulationem deducta,primo casu non agit l.siue apud.C.de transact.& l.quamuis. ad Turpillia. Secundo casu si fuit accusantis euidens calumnia,& non agit l.in summa.de condi. indebi. Si vero non fuit, tunc distinguitur;aut irrogatur pœna sanguinis ex crimine, & tunc agit,aut non irrogatur,& tunc non vt l.si quidem.C.de contrahen.stipulat. in prin. quia ex parte agentis,turpis est pactio. Item quia adhuc potest accusare, & sic ex parte sua nullo modo pactum impleuit. 13 † Item quia in pari causa

melior

melior est conditio rei, vt l. apud Celsum. §. Marcellus. de do. except. Sed quid si a propinquis & hæredibus occisi fiat pax, an habebit ex hoc defensionem ne accusetur vel puniatur? Dicunt quidam quod sic, per l. trāsigere. et l. iij. ff. ad Sylla. & l. ij. C. de aboli. econtra quod non cum sit accusatio publica, vt l. j. de pub. iudi. & iure publico per priuatum, nec in se, nec in aliis preiudicari potest, vt dictum est per d. §. si paciscar. & l. si vnus. §. pactus. & l. ius publicum, & l. iij. §. si is de sepul. viol. & l. cætu. §. qui vacantem. ff. de vi publi. & l. maritus. §. quod si negauerit. & ibi per Dyn. de adulte. Nec obstat. l. iij. C. de aboli. quia ibi non dicit parari securitatem reo, sed dicit Iudicem petenti absolutionem debere indulgere, etiam si per pecuniam desistere velit, quia suam sequebatur iniuriam. † Item in quæstione adulterij, quæ proponitur ad separationem thori potest fieri reconciliatio, vt in. §. adulterium, in auth. vt nulli iudi. Item in querela inoficiosi testamenti, vt l. cum mota. C. de transact. & l. si instituta, de inoffi. testamen. Item potest dici in querela ingrati, in spirituali pactio admittitur, & transactio reprobatur nisi in matrimonio vt cap. super eod. & cap. fin. de transac. † Quando autem propter delicta bona publicantur ipso iure, & quando per sententiam, distingue sic; quod aut quis deliquit circa res quæ prohibitæ sunt per legem; & tunc aut deliquit circa illa, circa quæ est prohibitum delinqui, ne fisco præiudicetur, & ne res venditæ transferantur, vel non capaci quis restituat hæreditatem, vel tacitam fidem accommodet de restituendo; & tunc propter suum delictum res circa quas deliquit publicantur ipso iure, vt l. commissa. de publica. & l. j. §. an bona. de iure fi. & l. Imperator. eod. titu. aut deliquit circa res, circa quas est prohibitum delinquit, ne præiudicetur priuato, & ne quis inuadat rem alienam, vel suā quam alius posside; & tunc non ipso iure, sed per sententiam. vt l. si quis in tantam. C. vnde vi. & l. j. C. ne lice. pot. & l. fin. de litig. Aut deliquit faciendo commercium rei contra legem in præiudicium reipublicæ, vt præstando arma hostibus; & tunc non ipso iure, sed per sententiam bonis suis priuatur, vt l. si. C. quæ res expor. non de. Aut deliquit circa prohibitum priuilegium in sui & in reipublicæ fauorem, vt est in milite rem aliquam conducente, tunc accipiens ipso iure suis priuilegijs priuatur, & qui eam locauit, suis priuatur reditibus ipso iure, vt l. fina. §. facturos. C. loca. Aut delinquit mixtim circa res in præiudicium priuati, & reipub. & tunc vbi delictum commissum est, ipso iure domino non aufertur, sed per sententiam, vt l. quicunque. §. si fecerit. C. de hære. Aut deliquit circa res, accipiendo eas ante tempus a lege permissum, vt adeundo hæreditatem ante factam vindictam de morte occisi, & tunc nō ipso iure, sed per sententiam bona auferuntur, vt l. necare. §. j. ff. ad Sylla. & l. si ea. ff. de his quib. vt indig. Secundo casu principali, quando quis deliquit non circa res, sed circa personas; & tunc dic, Aut deliquit circa se ipsum tantum, se occidendo; & bona sua per sententiam publicantur, non ipso iure, vt l. in fraudem. §. eius bona. & §. fin. ff. de iure fis. Aut deliquit in secum alijs, vt in Deum vel Principem; vt essendo hæreticus, vel apostata, vel committat crimen læsæ maiestatis, tunc necessaria est sententia super crimine, qua lata, bona ipso iure publicantur l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. & l. ex iudiciorum de accusat. & l. post contractum. de donatio. l. j. C. de aposta. & licet statim non perdat bonorum dominium, sed per sententiam, perdit tamen administrationem eorum, vt l. pen. C. ad leg. Iuli. maiesta. & l. donationes. & l. si eum. ff. qui & a quib. & d. l. ex iudiciorum. Aut deliquit in se, in Deum, & in legem; vt accipiēdo filiam, vel sororem, vel neptem. vel aliam prohibitam in vxorem; tunc ipso iure omnia publicantur bona, vt in authē. de incest. nupt. in prin. & in authen. de rapt. muli. §. sancimus. Aut deliquit in hominem tantum, & legem, vt liberum hominem pignori accipiendo; & tunc debito priuatur, vt in authen. vt nulli iudi. §. quia vero. Aut in iudicij cōceptione aduersariū fallit; & tunc si circa diffinitionem iudicij in contumaciam perseuerando ipso iure a sua cadit actione, vt in authen. qui semel. C. quomodo. & quando iudex aut circa præparatoria, vt quia non vult præstare sacramentum; tunc non ipso iure, sed per sententiam. vt in authen. vt lice. ma. §. illo. vel potest dic, quod si a lege super his proferantur verba præteriti vel present is temporis, tunc per sententiam, vt in contrarijs, vt l. si quis in tantam C. vnde vi. fallit in authen. de non alien. §. super hoc autem & per hoc est argu. q̄ per verba futuri temporis frustra legata relinquuntur, vt l. Titia cum. in princi. de lega. j. Sed per verba præsentis temporis, sic, vt l. qui volebat. de hæredib. institu. & l. testamento militis. de manum. testa. & l. ex hac de verbo. significatio. & est ratio, quia verbum futuri temporis obtinet vim conditionis, vt l. qui promisit. de conditio. & demonstratio. & notatur in l. penulti. C. de instituti. & substitutio.

Laus Deo.

FINIS.



TRACTATVS DE QVAESTIONIBVS ET tormentis clarissimi ingenij ac legum apicis domi. Baldi de Periglis Perusini.

SVMMARIVM.

1 Iudex humanitate non modica pollere debet: nō enim debet statim ad quæstiones, et torturas procedere.
Quæstio non de qualibet leui causa aut crimine est habenda.
Indicia quælibet non sufficiunt ad torturam.
2 Tortus non est ad torturā repetendus, nisi duobus concurrentibus.
Iudex eo vti debet temperamento, vt tortus aut innocētiæ, aut supplicio seruetur saluus.
Quæstio quid proprie dicatur.
3 Quæstioni possunt subiici liberi & serui, & statuliberi & liberti.
4 Minor tredecim annis non debet torqueri, potest tamen ferula vel corrigia cedi.
5 Decuriones aliquo casu torqueri possunt.
6 Quæstio repeti non potest, nisi nouis superuenientibus indiciis.
7 Iudex æquus in quæstione repetenda quæ attendere debeat.
Tormenta quo ordine sunt proponenda.
Fœmina masculo præfertur in tortura.
8 Tortura ex quibus causis possit adhiberi.
9 Indicia quæ & qualia torturā pcedere debeāt.
10 Cōuersatio mala operationis malę est indicatiua.
11 Indicia sumi possūt ex trepidatione vel cōstātia.
12 Fuga indicium facit de maleficio perpetrato.

Capitulum primum circa diffinitionem quæstionis.



DE QVAESTIONIbus tractaturus videndū est primo quid sit quæstio. Secundo quæ personæ possunt torqueri, & quomodo. Tertio qualiter inquisitio seu quæstio debet fieri; siue cum quo moderamine sunt habēda tormenta; & quo ordine sunt homines torquendi, & ex quibus causis; & quid oportet præcedere quęstionem. Item quis sit quæstionis effectus. demum formabo aliquas quæstiones vtiles & frequentes super prædictis. Et vt iudicibus immoderate sæuientibus aliqua freni temperies imponatur, præ1mittam quinque in generali. † Primum est ꝙ iudices qui intendunt de aliquo quæstionem habere, ante omnia habeant humanitatis rationem siue considerationem: vt non facile ad tormentum prosiliant. nec repente accedant, quantumcūque accedant aut adsint verisimilia argumenta, si alia leuiori via pōt obiecti criminis veritas haberi seu reperiri. ff. eo. l. diuus. j. & ij. respon. & l. edictum. & C. eo. l. quoties. Secundum vero quod non de qualibet leui causa, nec de quolibet leui crimine, nec indifferenter de quibuslibet personis habenda est quæstio, vt d. l. edictum. Tertium vero ꝙ quælibet indicia non sunt sufficientia ad tormenta habenda: tunc enim torquendus est reus cū suspectus est & indicia præcesserunt talia ꝙ sola confessio deesse videatur, vt ff. eo. l. j. ij. respō.
2 † Quartum vero, quod in quæstione non est quis repetendus, nisi duo concurrant contra eum; scilicet quod noua superueniant indicia, & ꝙ tortus in fortitudine corporis durauerit, vt ff. eo. l. vnius. §. j. Quintum vero ꝙ iudices hoc temperamentum tenere debeant, vt tormenta non sumant de aliquo in immensum, nec quantum postulauerit actor; sed quantum moderatæ rationis temperamenta desiderant; adeo ꝙ tortus saluus innocentiæ vel supplicio conseruetur, vt l. de minore. §. tormenta. & l. quæstionis modum. ff. eod. Alias tenetur de iniuria. ff. eod. l. item apud. §. quæstionis. Et quæstio diffinitur sic. Quæstio est inquisitio quędam quæ fit ad eruendam veritatem per tormenta & corporis dolorem. Nuda ergo interpretatio & interrogatio. vel leuis intentio non pertinet ad hoc edictum; vt ff. de iniu. l. itē apud. 3 §. adijcitur. ver. quæstionem. † Quæ personæ torqueri possunt? & certe torqueri possunt tam liberi quam serui, & liberti & statuliberi, vt l. edictum. & l. ex libero. ff. eo. & l. pregnantis. ff. de pœ. Licet quidam dicant liberos homines indubitanter tam in seipsos quam in alios posse torqueri; vt l. ex libero. in prin. ff. eod. & l. vnius. § testis. l. sicut & l. si quis decurio. C. de fals. & l. prodito-

res.ff.de re mili.in auct.vt iudi.sine quoquo suff. .§.omnes.coll.ij.quo ad crimina & quo ad perso nas cuiuscunque conditionis,exceptis in dignitate positis torqueri permittit.C.quib. ex can. infa. irro.l.nullam.vbi de hoc.C. de asses.l. nullus.in fi. Omnia supradicta loquuntur de quæstionibus habendis de liberis hominibus; excipiuntur aliquæ personæ quas ius torqueri non sinit; quædã 4 propter ætatem,vt minores. xiij. annis. † Nam torqueri non possunt; verumtamen ferula cedi vel terreri corrigia, vel virgis leniter possunt ad eruendam veritatem,vt l.j.§.impubes.& l.excipiãtur.ff.ad Sylla.& l.de minore,primo respõ. & l.ex libero.§.de minore.ff.eo. Item decrepitis subuenitur. vt non torqueantur. Sed quæ dicitur ista ætas cui debet subueniri? Respondeo vt ff. ad Sylla.l.ij.§.ignoscitur. Item positi in dignitate non torquentur vt eminentissimi iudices, & milites,& decuriones,& filij,& nepotes.s.prædictorum:ne aliqua macula in eos aspergatur, vt C.eo. l.milites.& l.diuo Marco.& l.decuriones. ff. de decur.l.fi. sed in quibusdam criminibus dignitas non præbet excusationem,nec minoritas quin torqueantur,vt in crimine læsæ maiestatis, proditoribus & quibusdam alijs, vt ff. eo.l. de minore.j. respon.& ff.eod. l. ex libero.§.j.& de re mili. l. 5 desertores.§.is qui.& l.proditores. † Item decuriones in aliquo casu torquentur cum quæritur de fide instrumentorum quæ ante decurionatum fecerant vt l.si quis decurio.C.ad l.Cor. de falsis. Item mulieres dum sunt prægnantes torqueri nõ possunt vt l.prægnantis.ff.de pœn. hic non esse in immensum habenda ne quanta postulauerit accusator sed moderatæ rationis &c. vt l.de minore. .§.tormenta.ff.eod. Et circa hoc non potest certa doctrina dari nec tradi. Sed iudex considerabit cuius fortitudinis sit torquendus,vel cuius debilitatis,vel cuius valetudinis,cuius ætatis, & secundum ætatem,varietatem personarum, veritatem criminis,seu alterius negotij qualitatem,quãdoq; superioribus,quandoque minoribus vtatur tormẽtis. Et quod hæc sint cõsideranda arguitur per iura.ff.de re mili.l. iij.§.fina.l. si quis ad Sylla. in prin.&.§.conueniatur.& l.j.§.impubes. Dic ergo torqueri vt innocentiæ vel supplicio conseruet incolumen.Sed quid si sit semel habita quæstio de aliquo qui nil forte dixit, vult iudex repetere quæstionẽ de aliquo nouo accidenti; nunquid potest.videtur ꝙ sic,per l. repeti.ff.eod. & vbi lex non distinguit,nec nos distinguere debemus, vt l. 6 de pretio.ff.de pub. † Tamen dic ꝙ non, nisi nouis indicijs interim habitis; vt quia tortus dicebat nullum ista nocte fuisse vbi maleficium fuerat commissum,postea inuentũ est per testes quod alius vel similis adijt.Et hæc est cõis opinio, nõ tñ allegant aliquid,tu allegabis.ff.de verb.sig.l. boues §.hoc sermone.ff.pro so. l. si socius. pro filia.§.ne si prior. Assessores tamen honoris & auidi & cupidi hoc non seruant,immo quotidie quæstiones repetunt absque nouis indicijs, quousque de obiectis annuant veritatem:quorum opinio potest argumentari seu defendi per authen. vt iudi. sine quoquo suff.§.oportet.colum.ij. vbi iudices 7 torquent furem & non prius conquiescant † Consideret autem bonus iudex in quæstione repetenda,quomodo tortus in animo & fortitudine corporis perseuerauerit.ff. eod. l. vnius.§.reus. Sed quo ordine sint habenda tormenta? Respõ.sagax iudex æstimabit & considerabit a quo facilius possit veritas erui; vt ab isto quæstionem incipiat,& a timidiori, magis suspecto, a minori, & etiam a debiliori,non autem a fortiori.ff. eod.l.j. .§.j.& l.vnius.j.respon.Item si torquendi sunt pater & filius, a filio incipiat, & in aspectu patris; quia per hoc citius dicet pater, cum ipse magis torqueatur l.isti quidam.ff.quod met. cau. & inst.it.de noxa.ac.§.sed veteres. Item fœmina prius torqueatur ꝙ masculus; quia homo tanquam maioris conscientiæ,& constantiæ tardius confitetur;& mulier cuius; quia momentaneum.& instabile cor habet.C.de inoffi.testam.l.filij. extra de verbo.signifi.cap.forus.l.differre.ff.de iure fisci. 8 † Ex quibus causis torqueantur homines ex ciuili & criminali: & tunc cum aliter veritas non potest inueniri.ff.eo.l.diuus.& l.ex libero. & l. quoties.C.eo.in summa eo.titu.non tamen ex omni causa torquendus,nec quilibet indifferenter.ff. eo.l.edictum.Sed quæritur quæ oportet, præcedere quæstionem.Dic,indicia sufficientia & verisimilia;quia a tormentis non est inchoandum.ff.eo. l.j.j. respon. Nam sine præsumptionibus non est quis torquendus.ff.eo.l.diuus. & l. maritus. & l. fi.C.de fal.l.sicut in fi. Et certe rectoribus est val de considerandum,et ponderose aduertenddm,nũquid præcedentia sunt verisimilia & sufficientia ad habendam torturam; cum alias restitutio vel appellatio subsequens prodesse non possit. Nam plurimi dum torquentur deficere solent.ff. de pœ. l. aut.§.j.& ideo torturam oportet præcedere indicia,vt probatur in iuribus præalleg.& C. eo.l. 9 milites.& l.cũ cognitionaliter. & cum si. † Sed quæ & qualia indicia. Respondeo non bene potest dici, sed committitur arbitrio iudicis.ff.de test. l.iij. in princ. ibi tu magis scire. &c. Sic dicitur de mora & accessionibus. ff. de diuer. & temp.præscri.l.accessionibus.ff.de vsur.l. mora. & istud est generale,quod non determinatur a iure;ideo relinquitur arbitrio iudicis; vt in pœnis a iure non determinatis; vt in l.hodie.ff. de pœn. & l.sancimus.C.de pœn.ff.de effract.l.ij.§.j.& sic de tempore quod indeterminate profertur. ff. de lib.in l.j. in prin. Possumus tamen in genere talẽ doctrinam ponere, ꝙ discretus iudex solenniter instare debet ad indagandum indicia contra delictum ex aliquo crimine.Nam indicia sunt alias probationibus proxima.Et dicuntur indicia quasi demonstratiua mentis, & veritatis, & probationum adminicula.C.de proba.l.instrumenta. & l. fin. sunt autem indicia pars probationis claræ.C. qui testa.face.pos.l. hac consultissima.§.demum, ibi indicia &c. Et dicuntur indicia ab indicando,vnde indicia,id est, debita adminicula ad indagandam veritatem.C.ad l.Iul.de adul.l.si quis 10 adulterij.ff.de præscri.ver. l. solent. † Quærat iudex instanter cum quibus, per quæ loca conuersabatur delatus, quem torquere intendit; quoniã mala

mala conuersatio est malæ operationis indicium. ff. de admin. tut. l. si plures. §. assidue. Nam ex mala conuersatione bonus efficitur vitiosus. ff. de ædil. edi. l. ędiles. §. Pedius ibi. alleator. forte &c. Nam cum Psalmista ait. Cũ sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris &c. Dictum Philosophi, qualiscunque talium consolatio delectatur. Item consideret loca quibus conuersabatur: quia ex locorum varietate varia colligitur coniectura; vt C. si manc. ita. fu. al. l. si. ff. de poen. l. aut. §. omnem. Itẽ iuste quęritur si erat inimicus offensi, vel si aliqua offensio interuenerat inter eos; quia tunc erit pręsumptio culpę; quia inimicum de inimico malum cogitare, & facere facilius ius permittit pręsumi, vt ff. de his qui. vt ind. l. si inimicitię. ff. de adim. leg. l. iiij. §. fina. ff. eod. l. j. §. præterea inimicorum. Item inuestigare debebit cuius ęstimationis, & famę: qualis enim fama, & opinio cuiuscunque in ciuitate, talis pręsumitur. ff. eo. l. de minore. §. tormenta, ibi, vel cuius ęstimationis. ff. de rei vendi. l. si ambo. j. respon. in auth. de testi. l. sancimus. alias. §. j. coll. vij. † Item poterit iudex sumere indicia ex constantia vel trepidatione vocis, vel membrorum, vel pallore, vt d. §. tormenta. locutio enim & constantia & trepiditas est ęstimatio cuiuscunque: ideo ęstimanda & indaganda est: qm̃ multa afferunt ad inuestigandam veritatẽ, & in lucem emergunt, vt d. §. tormẽta. Item inquirat cuius vitę primo fuerit, & an talia vel consimilia de quibus inculpatur ad pręsens facere consueuerit. Nam de vnoquoque bonum vel malum pręsumimus, consideratis primo agitatis ab illo. ff. de re mili. l. desertorem. §. fin. ibi, qui ad hostem confugit, & l. non omnis. §. a Barbaris. eo. tit. ff. de susp. tuto. l. tutor quoque. §. quandoque potest, ex gestis enim preteritę vitę, metimur gesta pręsentis, vt C. de prępo. agen. in rebus. l. ij. §. fin. lib. xij. Item an fuerit eum minatus, quoniam erit indicium ꝙ operibus impleuerit, quod verbis terrendo profudit, cum ex dictis hominum facta pensemus. C. si quis Impe. maled. l. j. ff. de sup. leg. l. Labeo. Item considerandum an talis sit qui consueuerit & posse habuerit; talia implendi, quod est notandum, ad l. Iul. maiesta. l. famosi. ibi, an poterit facere & an ante quid fecerit. † Item si iam fuit indicium contra eum, vel se absentauit post perfectum maleficium, ar. in auth. de exhib. §. si vero. & de confes. §. consiliarios. cum si. Item testes recipiat super maleficio, loco vbi fuit commissum, de voce publica & fama, quę ipsa omnia coadiuuant effectum ad tormẽta. ff. de sol. l. j. §. flumen, ex multis alijs casibus indicia sumat ad formandum conscientiam pro inuenienda veritate delicti & criminis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio rei non statim sibi præiudicat, sed expectari debet eius in eadẽ perseuerantia.*
2 *Crimen sponte cõfessus statim est incarcerãdus.*
3 *Torto in tortura contra alium deponenti quando credatur.*
4 *Tortus in quibus casibus sit de aliis interogandus.*
5 *Accusatus super vno furto & tortus si confessus fuerit an possit torqueri super aliis.*
6 *Torquendus potens dilationem ad reprobanda indicia an sit audiendus.*
7 *Defensio sua nemini est deneganda.*
Testis quando dictum suum retractare possit.
8 *Confessio facta in tormentis an aliquid operetur, si in ea non perseueretur.*
9 *Tortus absque indiciis sibi non preiudicat confitens in tormentis.*

Secundum capitulum loquens de effectu quæstionis.



DENVO restat videre quis sit q̃stionis effectus. Et certe si absq; formidine tormentorum vltro qs crimen confiteatur; dixerunt quidam pręceptores moderni eũ non esse damnandum. † Sed debet iudex stare per diem vel per aliud tempus, secundũ qualitatem criminis, & personæ conditionem, & interim facere reum coram se præsentare, vt tũc interroget an velit perseuerare in cõfessione quã fecit, aut contradicere vel reuocare. Et hoc ideo dicunt ipsi: quia confessio rei statim non præiudicat, nec statim facit plenam probationem. vt C. de cust. reo. l. ij. Item intelligant leges quæ non distingunt formidine tormentorum an sponte habita confessio ad hoc. ff. eodem l. j. §. diuus. ibi, confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere. &. §. si quis vltro. & sic dicebant ipsi interesse inter confessionem habitam in ciuilibus, & habitam in criminalibus: in hoc scilicet in ciuilibus non est opus perseuerantia, sed statim tenet; in criminalibus vero si vltro sine formidine tormentorum habita fuerit confessio, opus est perseuerantia per prædicta iura. Nec mirum dicebant ipsi si intelligatur ponderate, id est, solenniter procedatur tam in criminalibus quam in ciuilibus. Nam vbi est maius periculum ibi est cautius agendum. C. de fal. l. vbi est melius. C. de poen. l. qui sententiam. extra de elec. c. vbi periculum. li. vj. Nec mirum si tam varia quam criminalia indicia nihil commune habent vel simile cũ ciuilibus l. j. in princ. de publi. iudi. Tu dic contra et hęc est communis opinio † quia si quis in se confitetur crimen sponte, statim est incarcerandus, & illico absq; alia confessione, vel perseuerantia damnandus. ff. de cust. reo. l. si. j. respon. & C. de poe. l. conreis, Ita intelligunt. l. confessus. ff. de cust. reo. Non ob. d. §. si quis vltro. &. §. diuus, quia intelliguntur in confessionibus habitis in tormentis, & sic intelligitur. l. ij. C. de custo. reo. secundum veriorem lecturam. vt patet in fin. l. ibi & sic &c. Sed si in tormentis vel formidine tormentorum; tunc non debet statim haberi pro explorato, vt dic. §. diuus & C. app. rescin. non posse. l. ij. & est ratio; vt ff. eo. l. j. §. quæstioni. &c.

Et tunc habet locum.l.ij.C.de custo.reo.vt iudex faciat ad se criminosum redire, & quærat vtrum velit criminosus in sua quæstione perseuerare, an retrahere, vel contrarium dicere, & si perseuerauerit tenet cõfessio; alias nõ, vt d.§.si quis vltro. & lege ij.C.quæ appella.non recip.

3 † Sed quid si aliquis subijcitur quæstioni, & confitetur contra alium, nunquid stetur dicto suo? Respondeo distinguendo, aut torquetur simpliciter in alios, vt in socios non in se: & tunc statur dicto suo cum alijs indicijs, vt iudex ex dictis torti, & alijs indicijs ad condemnationem procedat.C.de asse.l.nullus. in fi.ff.eo.l.edictum. & l.j.§.qui quæstionem, ibi alterum enim magis suggererẽtis quam requirerentis &c.ad idem Tullius in Topicis. Nam in tormentis vbilibet fatigati quæ dicunt, veritas ipsa videtur dicere: saluo si dixisset de inimico; quia non est facile credendum. Sed nec scilicet omnino fides retrahenda; sed causa cognita fides erit adhibenda, alias non.ff.eo.l.j.§.præterea, & arg.ff.de testi.l.iij.in prin. aut loquens in se nihil de se confitetur: tunc habent locum proprie supradicta. Si vero confitetur de se & alijs, & tunc secundum Acc.cuius opin. valuit, est in veritate regula & instantia regulæ regularite de proprio scelere confessus super conscientia non scrutetur aliena; quia tortus de se non confessus debet interrogari de alijs, maxime consocijs, vt ff.eo.l.qui de se C.e.l.sicut, in prin.C.de act.l.fi. Tunc si de facto suo interrogatus dicat, sine interrogatione accusato alios; non statur dicto eius. Fallit in casibus in quibus de se confessus interrogatur de aliis, si tamen contra illos vel alios præcedant indicia.

4 Primus casus in communibus latronibus, & maxime qui de se confessi torquendi sunt, & interrogandi de socijs, de mandatoribus, & receptatoribus.ff.de cust.reo.l.diuus.C.de fer.l.pe. Secundus. C.de fal.mone.l.j. Teritus ad exhi.l.fi. Quartus de seruo de nece domini in se confesso; vt torqueatur, et interrogetur quo mandante &c.ff.ad Sylla. l.prius.& l. & si percussor. Quintus ad l.aquil.l. inde Neratius.§.& si seruus. Et bene dicitur si aliqua præcedant indicia; quia alias non debet de aliis interrogari.C.eo.lib. Item eius responsio nõ erit plena probatio contra alios quos inculpauerit. Sed nunquid propter istam talem præscriptionem poterunt isti inculpari, & ad tormentum poni? Respondeo quod sic in dictis casibus.ar.præal. nullus. & ar.ff.eo.l.edictum, & ar.ff.eo.l.j.§.cum quis latrones.ar.quod idẽ in alijs.ff.eo.l.j.§.diuus Adrianus Calfurnio. In alijs vero non.l.fin.C.de actu.ff.eod.l.is qui. Sed quid si persona inculpata a torto sit homo malę famæ & conditionis, nunquid in alijs casibus q̃ in istis explicatis, poterit subijci quęstioni? Dic de iure, ꝙ si non præcesserint indicia sufficientia nec inculpatio eius facta erit; vt C. de act.l.fina.ff.eod.l.is qui. ergo quod inde sequitur perinde.idest, tanquam prohibente factum non valet; vt l. non dubium. Tamen de consuetudine videtur torqueri: pro qua. ff. eod. l.j.§.diuus.

5 † Sed quid si accusatur quis de furto indiciis præcedentibus, ad istud furtum torquetur, & confitetur illud furtum, nunquid procedit in tortura, siue repetitur vt indicet, & confiteatur de alijs furtis a se factis, & commissis ad quæ nulla habentur indicia? Dic ꝙ non de iuris subtilitate. argu.eorum quę dicuntur in proxima quæstione. Pro ista parte est etiam, quia quantum ad ista furta, de quibus in genere vel specie non quæritur, nulla procedunt indicia, & sine indiciis nemo torquendus est. C. de fals. sicut.ff. eo.l.j.in princip. & l. maritus. Sed de generali consuetudine Italiæ seruamus contrarium, & specialiter in furtis; quia frequentant magis, quæ consuetudo potest adiuuari per l. non omnes.§.a Barbaris.ff.de rę milita.l.congruit.de offi.præsi. Sed quid si aliquis nondum est in tormentis, & dicet tormentetis me quantum velitis; quia non sum culpabilis, nec aliquid dicam, sic omnia diffitetur, nunquid debet statim a tormentis relaxari & dimitti vt recedat? Certe non immo procedatur ad torturam cum temperie vel asperie secundum criminis qualitatem. & si confiteatur, bene quidem; si non iudex debet ipsum in carceribus detinere; & si noua aderunt indicia, quæstionem repetet, & alterius thematis a prima. Si autem non aderunt indicia noua, tunc statuet actori dilationem competentem ad probandum; & si poterit conuinci, condemnabitur; alias non. ff.eo.l.ij.§.præterea, & l.vnus.

6 † Sed quid si prędedunt criminis indicia: per quæ iudex informatus procedere potest ad torturam? Dicit reus domine iudex detis mihi defensionem, alias dilationem antequam ponatis me ad torturam; quia paratus sum incontinenti redarguere contra indicia recepta contra me? nunquid est audiendus, & sibi sit defensio danda anteq̃ torqueatur? Videtur ꝙ non.per l.iiij.C.vbi sena. vel cla.l.ibi, nec quas ante probationes iniurias, & cætera, cum in illis personis in dignitate constitutis sit speciale; ergo in cęteris personis contrarium erit ius commune. ff.ad munici. lib.j.in fin. Præterea primo probat actor fundata intẽtione sua, reus poterit exceptiones suas proponere.C.de except. l. si quidam.& de proba.l.exceptionem. ergo debet fundare; & probatur intentio communiter per testes, & per confesionem rei anteq̃ audiatur in sua defensione seu exceptione reus. Tu dic contra, ꝙ primo sit danda defensio antequam torqueatur, maxime q̃n quid tale allegatur p ipsum accusatũ, quo probato nõ deberet iudex ad tormẽta procedere, illa ratione, q͞a ab interlocutione facta iudice ꝙ aliquis torqueatur, appellatur.ff.de appe. l. ij. & est consideranda causa quare a tali interlocutoria permissum est appellare. Nam si defensio permitteretur post torturam, non posset postea recuperare detrimentum membrorum, vt d.l.aut notatur modo, eadem ratio vendicat sibi locum in proposito seu cũ appellat' vel defensio datur si primo, alias si nõ appellatur. Nam solent quidã deficere in q̄one.ff.de poen.l.aut.§.j.

7 † Præterea ẽt alias confesso sua defensio datur.C.de cust.reo.l.ij.multo magis huic non denegabitur. Præterea ꝙ iam condemnato ex confessione sua in tormentis ẽt perseuerata, princeps subijcit etiam post sententiam retractando si constiterit de innocentia condemnati.

demnati.ff.eod.l.j.§.si quis vltro. Si ergo iam condemnato, & confesso conceditur defensionis facultas, multofortius ante torturam denegari non debet. Cui enim quod plus est conceditur, non debet denegari quod est minus; vt in regula iuris. Quid plura? lex dicit cuicunque petenti defensionem, danda est.ff.eo.l.vnius.§.cognitorum ibi, quoque ipso postulante reo &c. Sed quid si testis fuit tortus, & in tortura confessus, nunc ante sententiam dicit se errasse, nunquid poterit reuocare errorem suum? Respondeo, aut est error facti, aut iuris. Primo casu potest vsque ad sententiam. Et est ratio, quia non videtur fateri; quia errat.ff.de confes.l.ij.in princi. Item talis error non solet vsque ad sententiam obesse.ff.de iur.et facti igno. l.ij. Nam condemnatus ex confessione in tormentis, si nec perseuerauerit in ea, innocentiam suam docere voluerit, & si ostenderit absoluatur. ff.eo. l.j.§. si quis vltro. multofortius errorem suũ ante sententiam probare volens debet audiri. Itẽ iste non perseuerauit in confessione sua, ex quo non expectauit sententiam. Item confessus formidine tormentorum auditur appellans.C. quo.appel.nõ reci.l.ij.si errauerit in iure, tunc non poterit venire contra confessionem suam, vt d.l.error. † Sed quid si aliquis est confessus in tormentis, nec perseuerauerit in ea, nunquid talis confessio aliquid operabitur? videtur quod sic.s.semiplenam probationem, vt no.C.de custod.reo.l.j.& ff.eod. l. j.§. diuus. & intelligitur in confessione torti, in qua non fuit perseueratum. Vel dic, & forte verius, ꝙ ibi perseueratum sit, talis confessio non plenam nec semiplenam probationem inducit: quoniam nullo modo confitetur, & formidine tormentorũ confitenti sine perseueratione æquiparentur.C. quando appel.non sit.l. ij. Sed quid si aliquis est tortus nullus legitimis indicijs præcedentibus, nunquid valet eius confessio? † Dic ꝙ non quantũcunque in ea perseuerauerit: vt est expressum. ff.eo.l.diuus §.ex quibus.& l.pen.secundũ vnam lecturam.& arg.C.si ex fal.instr.l.iij. & iiij. probo quia a tormentis non est incipiendum.ff. eo.l. j.ij.& iij.l.maritus.& l.miles.C.eo.ergo ipsis deficientibus quicquid sequitur ipso iure non valet, vt l.non dubium.C.de legi. & de fide instrumen. l.j.lib.x.de appella.l.nominationis. & ff.de reg. iur.l.diuus.cum simi.&c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Confessio quæ, et quando in tormentis facta dicatur.*
2 *Statuto dictante quod quis nequeat quæstioni subiici, an potestas talem detinens in carcere, vel aliter affligens, incidat in pœna statuti.*
3 *Reus tortus ad quem locum ducendo sit ad perseuerandum confessione facta in tortura.*
4 *Liber homo an, & quando torturę subiici possit.*
5 *Persona accusata an debeat supponi tormentis.*
6 *Iudex seu potestas in tormentis modum debitum excedens puniri debet.*
7 *Iudex debite officium suum exercuisse præsumitur, nisi contrarium probetur.*
8 *Iudex in puniendo modum excedens præsumitur non Iudex.*

Tertium capitulum circa confessiones in tormentis.



DICTVM est supra ꝙ confessio facta in tormentis & responsio facta non præiudicat, nisi in ea non fuerit perseueratum. †Sed quæro quæ dicitur facta in tormentis. Responsio facta in tormentis est, cum ad pedem torturæ ducitur, & ligantur manus, & tortura inducitur; quod nisi incontinenti confiteatur, subijciet eum quæstioni: certe non esset talis cõfessio, nisi fuerit in ea perseueratum; quia lex æquiparat confessionem factã in ipsis tormentis, & extortam formidine tormentorum. Et no.ꝙ ibi dicitur de formidine tormentorum, non autem dicit in tormentis, & ibi ita sentit glo.arg.ff.de iniur.l.item apud.§.ij. dicitur ibi, quæstionem intelligere debemus, & tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem. Nuda ergo interrogatio vel leuis territio, a contrario sensu, non leuis territio habetur per ipsa tormenta, & ad hoc accedit, sufficit terror armorum, & si vsus eius non sit. ff. de vi. & vi arma.l.j.§.si arma.& ad l.Cor.de sica.l.j.vbi æquiparantur hominem perimere gladio, & in manu ipsum stringere. & dicit.ff. ex qui. cau. maio.l. Iul.& C.quod met.cau.l.metum.†Sed quid si cõtinetur in statuto quod quis non possit torqueri nisi in certis casibus; potestas honoribus auidus extra illos casus concessos per statutum vellet eruere veritatem criminis, non tamen vult eum ponere ad tormenta, ne incidet in pœnam statuti. Sed quid facit, præcipit eum teneri in turri vel in alio loco, de negando sibi alimenta donec confiteatur, vel in hyeme facit eum stare spoliatum. Nunquid videtur eum ponere quæstioni, vt sic dicamus eum incidere in pœnam statuti &c? Dic ꝙ sic.l. item apud.ff. de iniu.§ quæstionem. ibi, vel malam intẽtionem habuerit. Sed quid si extra locum torturæ, aut circa tribunal, vbi ius redditur, iudex examinans delatum de crimine, dicẽs, aut tu confitearis, aut te ducam ad tormenta, & torquebo te; nunquid dicetur cõfessio formidine tormentorum facta? Dic ꝙ nõ quia leuis territio, vt l.item apud.§.quęstionem.& C. quod met. cau. l. metum. Quia non iactationibus tantum, sed quæstionis probabilẽ veræ torturæ comparendæ accipere debemus præsentiam, & instantis torturæ, sicut de metu instãtis cruciatus, vt ff quod met.cau. l.metum, primo responso.ex quib.cau.maio.l.iij. ad fi. Leuis autem territio, & extra locum torturę facta. elusoria est.ar.ff.si cui plusquã per l.fal. hæc satisdatio. Dictum est ꝙ confessio facta formidine tormentorum non habetur pro explorato facinore, nisi fuerit perseueratum. † Quæro in quo loco ducendus est reus ad perseuerandum.

Respondeo apud acta, vel in alio loco publico extra conspectum torturæ, & iam vidimus expertos ad defensiones in perseuerantia conuocare testes sub publico testimonio sic facientes, talis tali die perseuerauit, & confirmauit &c. in præsentia talium testium &c. & bene faciunt per l. ij. C. de custod. reor. ibi, sub publico testimonio &c. Sed quantum tempus debet esse in medio inter cõfessionem tormenti, & perseuerantiam? Respondeo, lege non determinatur, vt d. l. ij. C. de cust. reo. ibi, postmodum eductus &c. non tamen dicit quid sit istud modicum tempus. Potest dici quod sit in arbitrio iudicis inspecta personarum qualitate, vel enormitate, vel leuitate criminis. Cum enim a iure tempus non præfigitur, iudicis potestati committitur. ff. de iur. deli. l. j. in fin. de pœ. l. hodie. ff. de effra. l. j. Sed quis debet interesse quæstioni? Respondeo. vt ff. de adul. l. si postulauerit. §. quæstioni. In secreto autem recipiunt dictum suum. testis enim similitudinem habet tortus; vt in summa huius tituli. §. sed habetur. & ff. de qõ. 4 l. j. §. Imperator. † Sed nunquid liber homo possit torqueri? videtur ꝙ non; quia totus est titulus. C. & ff. tantum de tortura videtur sentire. Tu dic liberos homines posse torqueri, non solũ in alios, vt. ff. eo. l. ex libero. primo respõso. & l. vnius. §. testes. & C. de abo. l. fallaciter. §. quod si ingenua vel ingenuorum. C. de asse. l. nullus, ad fin. ff. de custo. reo. l. diuus. Sed etiam in seipsos quando defe runtur de aliquo crimine. C. eod. l. cum cognitionaliter. C. de infam. l. nullam. & ibi de hoc. C. de fals. l. sicut & ff. de re milita. proditores. Decurio potest torqueri, per l. si quis decurio. C. de fal. vbi decurio torquetur; & alius quam liber homo nõ potest esse decurio. ff. de decu. l. seuerus. Et ita cõsuetudo generaliter seruat, & not. do. Azo. in sum 5 ma huius tit §. torqueri. & §. torquetur. † Sed nunquid ista persona accusata debet subijci tormentis? Et certe ti. C. & ff. de quæst. videtur insistere circa seruos torquendos, & liberos homines in testimonio vacillantes. Sed tu dic, ꝙ ipse principales personæ subijciendæ sunt quæstioni, vt C. eo. l. iij. & ff. eod. l. j. §. diuus. & §. si quis vltro. & l. vnius. & ff. de re milita. l. proditores, præcedere tamen debent indicia verisimilia vt supra dixi. Sed quid si iudex in torquendo ita modum excedit, ꝙ hominem extinxit, vel debilis effectus est? Respondeo, videtur teneri. arg. ff. solu. matri. l. si constante. §. si maritus. instit. de his qui sunt sui vel alie. iu. §. j. ij. respon. & melius. ff. ad l. aquil. l. Sed & si quęcunque. §. igitur. ff. de vsuf. l. locum. §. fina. l. eleganter. §. plane. ff. de pigno. act. Nec prodest enim, ꝙ vnus iudex facit cum deliquerit; nam omne maleficium praue præsumimus actum. C. de iniur. l. si non conuicij, & de 6 sicca. l. j. † Præterea si in torquendo modum quis excedit, puniendus est, vt C. de emen. pro. l. j. nec iudicem excuset officium; quia sicut priuatis, ita magistratibus prohibitum est aliquid illicitum facere. ff. de iniur. l. nec magistratibus. Econtra videtur, ꝙ non teneatur; quia hoc fecit causa veritatis eruendæ, & facit exquendo suum officium, non animo interficiendi vel debilitandi: ergo, nõ debet teneri; Neque enim quis delinquere videtur, nisi malignum animum habuerit. ff. de verb. sign. l. sæpe. in fi. nam maleficia voluntas, & propositum distingunt. l. qui iniuriæ, in princi. ff. de fur. & facit ff. de acquir. poss. l. quod in eo. & alibi, & tunc crimen committatur cum nocendi voluntas interuenerit, non alias, vt C. de sica. l. j. ff. de libe. ho. exhib. l. iij. alias. §. j. Præsumit enim princeps bonum de officialibus suis, nisi contrarium manifeste appareat, & doceatur. ff. de offi. præsi. l. j. ad fin. Nam creditor rem obligatam afferendo non præsumitur deliquisse, quia nota- 7 bilis præsumptio. ff. de fur. l. cum creditor. † Sic etiam a simili in proposito, iudex præsumitur sui officij exequendi causa istud fecisse, non autẽ animo nocendi, licet enim culpam etiam torquendo excedendo modum habuerit iudex, per hoc non tenetur lege Corn. de sica. quia in delictis lata culpa dolo non æquiparatur. ff. ad l. Cor. de sica. l. in lege. Item causa propter quam aliquid fit seruandum remanere impunitum, quod alias coercendũ esset, debet attendi. ff. de pœn. l. aut. §. causa. Sed officij necessitas impunitum suadet remanere, quod alias coerceri debet. ff. de his quib. vt indi. l. post legatum. §. aduocatum. & l. tutorẽ, ergo &c. Præterea si non apparet quo animo defecerit, præsumendum est potius zelo iustitiæ, & ex vigore officij facere, quam malo consilio id fecisse. ff. de acquiren. poss. l. videtur. & pro socio. l. merito. & pro hoc arg. C. qui accus. non poss. l. ij. in fin. vbi tutor de falso instrumento procedendi in causa publica, si non probat, non præsumitur nocendi animo accusationem instituisse, nisi euidenter probetur, tamen regulariter qui non probat calumniari videtur. C. de aduo. diuer. iudi. l. j. Solutio, distingunt quidam, si apparet quod hoc fecerit ex voluntate, dolo tenetur. si absque culpa, & casu, nullo modo tenetur. si autem cum aliqua culpa in excedendo modum, non puto teneri, vt C. de emãci. fer. l. j. & est bona argumentatio de potestate, et rectore. ff. de verb. sig. l. potestatis verba, si autem sine moderatione modum excedendo in quæstione hominem extinxit vel debilitauit, tenetur, 8 † quia statim ꝙ modum excedit, fingitur non iudex; & punitur tutor non recte administrando vt non tutor, & tanquã quilibet tenetur; vt ff. de fur. l. tutor. ff. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor. arg. C. de epis. & cler. l. generaliter. Quid plura? est casus. ff. de iniur. l. item apud. §. quæstionem. ver. & si iussu, ideo &c.

FINIS.



TRACTATVS PAVLI GRILLANDI CASTILIONIS Florentini de Quæstionibus & tortura.



IN SVPERIORIBVS titulis vidimus de pluribus criminibus reisque ipsorum & pœnis, sed quia accidit quandoque ꝙ crimina ipsa nō sunt bene probata: & iudex non potest deuenire ad sententiā non præcedente rei confessione vel apertissimis probationibus: vt l. sciant cuncti. C. de proba. tamen contra ipsum reum multoties laborat infamia, & alia indicia vigent, propter quæ necessario deueniendum est ad torturam, in qua vel necesse erit reum ipsum confiteri crimen, vel saltem purgare indicia & suspiciones quæ cōtra ipsum laborant: ideo in præsenti tractatu de quæstionibus & tortura, pro communi maxime iudicum commoditate aliqua breuiter exponemus. In qua materia Doctores quàm plures ex antiquis atque modernis, quidam in ordinarijs lecturis, quidam vero in extraordinarijs compendijs & tractatibus diuersa commentaria ediderunt. Ego vero ne aliorum relatione dictorum frustra videat occupare membranas, ea duntaxat attingam quæ vtiliora sunt, & in quibus Doctorū scripta silent. In alijs vero breuiter & remissiue ad vlteriora procedam. Indiciorum & quæstionis materia admodum frequens est, & in iudicijs practicabilis in causis criminalibus, quæ in iudicis arbitrio plurimū consistit: & iudices, maxime iuniores & parū experti, sæpe solent in istis aliqua de necessarijs prętermittere, aut vlterius quā iuris sit procedere, propterea materiam ipsam vltra alios clarius et facilius ad cōmunē practicā accomodabo. Videbimus enim primo quid sit tortura, et quę sit quæstio, & qūo ista differunt inter se. Secundo quot sunt tormentorum species. Tertio quid sit indicium, & quæ sunt legitima & sufficiētia indicia ad torturam. Quarto quot sunt gradus torturæ. Quinto in quibus criminibus possit dari tortura. Sexto quæ personæ possunt torqueri, & quæ non possunt torqueri, & quibus de causis: vbi dabitur noua declaratio vltra omnes Doctor. ad tex. in l. si quis in graui. §. ignoscitur. ff. ad Syllan. Septimo loco videbimus, an & quando in paruis criminibus possit inferri tortura, & quid in causa pecuniaria. Et an & quando tortura possit dari pro pœna. Et an & quando quis dicatur competenter tortus & purgasse indicia. Et quando & in quibus casibus reus possit repeti in tortura. Et quid si reus moritur in tortura. Et quid si nulla præcedebant indicia ante torturam. Vel si aderant non tamen erant in actis descripta. Et an & quando reus dicatur legitime tortus. Item quid de confessione habita in tormentis, vel timore tormentorum, quando nulla præcedebāt indicia. Vel si præcedebant in veritate, non tamen apparebant in actis annotata, an sufficiat illa confessio ad condemnandū reū, maxime si ratificata reperitur. Et quid si reus ante torturam petiit copiā indiciorū quæ fuit sibi denegata: qua non obstante fuit positus ad torturam, & confessus forte fuerit aliqua crimina: nunquid illa confessio sibi noceat. Et quid si aliquis propter priuilegium ætatē vel aliam iustam causa de iure torqueri non poterit, si tamen fuerit tortus & confessus, an præiudicet sibi illa confessio: & quæ remedia dantur contra iudicem istis qui sic iniuste torti fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio dicitur inquisitio ueritatis, per tormenta & corporis dolorem facta.*
2 *Quæstio est tormentalis inquisitio veritatis.*
3 *Tortura corporis cruciatus dicitur ad veritatem eruendam repertus.*
4 *Tortura in quo differat tormento.*
5 *Tortura remediū dicitur seu via extraordinaria probationis.*



PRIMO igitur quæro quid est 1 † quæstio. Respon. quæstio ꝓprie loquendo est inquisitio veritatis per tormenta, & corporis dolorē, ita dicit tex. in l. Item apud Labeonem. §. questionem. ff. de iniur. iuncta l. j. §. quęstionē. ff. ad senat. consul. Sylla. & gl. in d. l. j. in versic. necatorū. eo. tit. Azo. autem in sum. de qō. in prin. dicit ꝙ quæstio est inquisitio veritatis per tormenta. Nuda ergo interrogatio vel leuis territio non dicitur quęstio. d. l. itē apud Labeonem. §. quæstionem. in versi. nuda. & ꝑ Azo. in d. sum. in tit. de quæstio. in prin. qui dicit ꝙ non debēt quoq; adhiberi tormenta quanta accusator vel instigator postulat,

aut desiderat, sed vt moderatæ rationis temperamenta desiderant l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Panormi. vero in c. cum in contemplatione. de reg. iur. in antiquis. in princi. lectu. idem dicit ꝙ quæstio est indagatio veritatis per tormẽtum. & appellatur quæstio a quærẽdo; quia iudex per tormentum inquirit veritatem, ita dicit ipse. Saly. autem in rub. C. de quæstio. dat duas expositiones siue diffinitiones ad istud verbum, quæstio. Prima est ꝙ quæstio est inquisitio quæ fit ad veritatem per tormenta eruendã. Secunda est. 2 †Quęstio est tormentalis inquisitio veritatis, & ista est breuior, & magis placet, quę omnes tamen descriptiones siue diffinitiones in effectu tẽdunt in vnũ, quod quæstio sit illa indagatio quam facit iudex ad inueniendum veritatem contra reum in tormentis existentem, dum patitur cruciatum in corpore. 3 †Deinde quæro quid est tortura. Respon. tortura est corporis cruciatus ad eruendam veritatem repertus; vt dicit Panormi. in dicto c. cum in contemplatione. in princ. qui dicit etiam quod tortura siue tormentum dicitur quasi torquẽs mẽtem; quia per cruciatum corporis mens quoque torquetur, vt latius dicemus infra eodem titul. quæstio. iiij. in illo quarto gradu torturæ. & habetur v. quæstio. v. illi, qui, in versicul. vbi religiosus tortus vt dum corpora pœnis subiiciuntur quę gesta sunt fideliter, & veraciter exquirantur. 4 †Hæc est differentia inter vnum, & alterum, quia vnum pertinet ad iudicem solum, alterum vero pertinet ad reum solum. scilicet tormentorũ dicta l. item apud Labeonem. §. quæstionem, nihilominus sæpius solent vnum pro altero poni; vt not. in dicto §. quæstionem. & v. quæstio. v. illi qui. & per gloss. in dicta l. j. in princip. ff. ad senatuscon. Sylla. 5 †Et nota hoc ꝙ tortura est remedium siue via extraordinaria probationis, vt dicit Bald. in l. si quis alicui. C. ad leg. Iul. maiesta. via enim ordinaria est illa quæ fit per testes & instrumenta; vt l. sciant cuncti. C. de proba. cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Tormentorum species quot sint.*
2 *Torturæ gradus sunt quinque.*



SECVNDO quæro quot sunt tormentorũ species. 1 † Respon. quod multæ sunt ac diuersæ, vt ponunt Doct. maxime practici in eorum tractatibus. Gandi. in opere suo malefi. in ti. de quæst. & tor. Ang. de Are. in suo opusculo malefi. in glo. fama publica præcedente. in versi. tortura do. Fran. Bru. de sancto Seueri. in alio suo trac. male. de indi. & tortu. in secunda parte. At ille insignis docto modernus Bonon. do. Hippo. de Marsil. clarius cæteris hic aperuit in egregijs commentarijs suis quæ nuper edidit super notabili titulo. ff. de quæstio. in l. prima. in princi. vbi ponit quatuordecim species tormentorum omnes diuersas, quorum plura fuerunt ab antiquis inuenta; quædam vero nouiter ipse inuenisse asserit, prout est illud subtractionis somni quod in veritate per quã subtili ingenij acuitate adinuentum fuit, & ego semel illud expertus fuit Romæ in quadam ardua causa duorum religiosorum, licet alio modo, et faciliori illo vsus fuerim, & profecto vidi ea quę prius non credebam quod illud affert maximum tormentum, & fastidium in corpore absque aliqua membrorum læsione, vide do. Francis. Brun. in materia prædicta in d. suo trac. de indic. & tortu. in ij. parte. Albe. Gandi. in eodem suo tract. in tit. de quęst. & tormen. Angel. de Are. in tract. male. in glo. fama publica. in materia torturæ. Anto. Rose. & do. Abb. in cap. cum in contemplatione, de reg. iur. in anti. Pari. de Put. in tract. quem edidit de syndica. in cap. tortura el primo cum tribus sequ. do. Bonifa. de vitali. in tracta. suo malefi. in ij. parte eundem dominum Hippo. de Marsi. in practica sua Auerolda nuncupata, vbi copiose tractat de hac tortura. Bar. in l. prima in princi. & §. diuus. & in l. fina. ff. de quæstio. Bald. in l. ij. C. quo. appella. non recipi. & in l. milites. & in l. fina. C. de quæstio. & Saly. in d. l. fina. eodem titu. in quibus locis omnes tractant de hac materia torture, et modo torquendi. & Azo in sum. de quæstio. in princi. istud tamen tormentum chordæ siue pendentis funiculi Docto. communiter ponunt pro magis communi, & consueto, quod in se continet plures gradus timoris, doloris, & cruciatus qui adhibentur plus vel minus secundum qualitatem facti, personarum conditionem, & vrgentium indiciorum secundum quod declarant pręfati Doct. in locis supra notatis. 2 † Ego autem vltra alios pro faciliori notitia istius practicabilis materiæ considerani quinq; esse gradus torturæ siue tormenti sub hac specie tormenti chordæ, quibus rei diuersimode cruciantur plus vel minus, grauius aut leuius iuxta qualitatem facti, personarum conditionem, & abundantiam indiciorum, sed antequam ad illorum declarationem deueniam discutiam primo quę sunt aut dicuntur legitima indicia, & sufficientia ad torturam.

SVMMARIVM.

1 *Indicia quæ dicantur legitima ad torturam.*
Indicium duplex est.
Indicium dubitatũ siue semiplenam quod dicatur.
2 *Indicium plenum seu indubitatum quod sit.*
3 *Fama duplex est. quædam hominis inherens altera vero inter homines.*
Fama homini inherens quæ dicatur.
Infamia quid proprie dicatur.
4 *Fama inter homines dicitur rumor, seu dictum gentium seu vulgi ex opinione imaginaria procedens.*
Rumor quid proprie sit.
5 *Suspicio est animi aliqualis applicatio ad aliquid cum titubatione.*

Pręsumptio



TERTIO quæro, quæ sint legitima 1 † indicia, & sufficientia ad torturam, ante quorum declarationem necessarium videndum esse putaui, quid est indicium, quid fama, & quædam aliam quę præcedunt inquisitionem, & torturam. Et primo dic ꝙ indicium duplex est secundum Bald. in l.ea quidem.C.de accusa.& Gandi.in suo tracta. malefi.in titu.de præsumptionibus,& indi.dubita. & indubita. Indicium dubitatum siue semiplenum est præsumptio quædam fortiter mouens animum ad aliquid credendum vel discredendum. & hoc probatur in l. cum probatio. ff. de probationibus. & per Gandi. in d.titu. de præsumptio. &c. 2 † Indicium vero plenum, & indubitatum est demonstratio rei per signa sufficientia, per quę animus in aliquo tanquam improprio existente quiescit, & plus inuestigare non curat: & hoc probatur in l.indicia.C.de rei vendica.et per domi.Gan.in d.tit.vt supra Bald.in d.l.ea quidem, in ij.col. Sed quia in causis criminalibus, maxime, quando proceditur per inquisitionem, necesse est, ꝙ præcedat infamia contra reum de crimine ex quo reperitur inquisitus, vt in c. qualiter,& quando.& ibi per omnes scribentes, de accusa.ideo aliqua de fama, & infamia hic inserere placuit:& dic secundum Bald.in d.l.ea quidē. in prin.ꝙ. 3 † Fama est duplex:vna quę est in homine, scilicet quæ inhęret homini, altera quę est inter homines. Fama enim quæ est in homine, vel quæ inhęret homini, est status illæsæ maiestatis ac dignitatis, moribus & legibus comprobatus in l.cognitionū genera.ff.de var. & extraor. cogni.cuius famæ contrarium est infamia, quę sic diffinitur. Infamia est priuatio famę contingentis ex accidenti præter naturam: vel sic. Infamia est deficientia status,& læsio maiestatis,& dignitatis. ista videtur iudicio meo ꝙ sit melior diffinitio ꝙ̄ pręcedens: quia per istam declarantur oīa contraria bonæ famę, & per id ꝙ diffinitur vnūquodq; contrarium: per eius oppositum diffinitur & reliquum, vt probatur in l.j.ff. de his qui sunt sui vel alieni iur.& Institu.eod.titu. in prin.& de iure perso.in prin.& de tutel.si mulier in prin.

Secunda dicitur fama quæ est inter homines. quæ prædicatur de aliquo homine seu alio facto; & hæc dici potest fama loquens, quæ semper de aliquo loquitur. & ita diffinitur secundum Bald. in d.l.ea quidem. 4 † Fama est dictum gentiū, seu vulgi ex imaginaria opinione vel credulitate gētium seu vulgi procedens quę probatur in l.de minore.§.tormenta.ff.de qō. & sub ista diffinitione tam bona ꝙ̄ mala fama continetur l. iij.§. idem diuus.ff.de testi. & hæc est illa fama quæ est præparatoria inquisitionis; non autem prior, de qua supra. Sed quia solet quandoque non certa fama, sed rumor insurgere in populo qui est minus ꝙ̄ fama, ideo videamus quid sit iste rumor. Rumor est furiosa proclamatio gentium est strepitus multarum vocum. hoc probatur in l.fi.ff.de hęre. institu. & l.miles.§.mulier. ff. de adulte.& iste rumor est initium famę,& minus ea, ita dicit Bald. in d.l.ea quidē. Quoniā vero sunt plures gradus cognitionis, qn̄ res est adhuc dubia anteꝙ̄ perueniatur ad perfectā notitiā veritatis, in qbus gradibus animus iudicis semper remanet titubās antequā perueniatur ad vltimū firmę credulitatis, & certę scientię fine, secundū notabilem doctrinā Bar.in l.admonendi.iiij.col.ff.de iureiu. ideo de ipsis gradibus cognitionis aliqua breuiter declaranda putaui, inter quos offert se mihi suspicio, ideo quęro quid est suspicio. Respon. 5 † Suspicio est aliqualis applicatio animi ad aliquid cū vehementi titubatione. vel sic, suspicio est motus quidā mentis ad aliquid cum vehementi titubatione. ꝓbantur hęc.ff.de testamen. l. de statu. non tamen intelligas suspicionem istam comprehendere suspicionem tutoris, vt intelligatur de illa qn̄ remouendus est a tutela vt suspectus; quia illa est alia species suspicionis. ita dicit Bal.in d.l.ea qdem.ꝑ l.impuberibus.§.fi.ff.de suspe.tuto. Post hæc succurrit præsumptio, videamus nunc q̄ est & quotuplex sit præsumptio. Respondeo. 6 † Præsumptionum plures sunt species, quędā enim est p̄sumptio hominis, alia est pręsumptio iuris, alia vero

præsumptio

præsumptio facti, alia autem præsumptio iuris, & de iure, siue iuris & facti, de quibus vide late Gandin. in dicto tract. & titul. de præsump. & indic.

Præsumptio enim hominis secundum Bal. ibi, est, quidam conceptus causatus in mente ab aliqua probabili coniectura, vt ff. de verbo. oblig. l. continuus. §. cum ita. Præsumptio vero iuris simplex, est similitudo quædam sufficiens ad rem dubiam de qua creduntur credenda. C. de contrahē. & commi. stipula. l. j. & l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact. 7 † Præsumptio autem facti est, cū ex facti similitudine aliquid demonstratur, quod animum videntis ad illud dubitanter applicat.

Præsumptio iuris, & de iure, est status a iure promulgatus ex indubia coniectura. hoc probatur in l. cum ostendimus. in fi. ff. de fideiussori. tuto. Sequitur nūc videre quid sit fictio. & dic quod Fictio est falsitas pro veritate accepta ex specialissima, & iustissima causa in iure expressa; vt no. in l. in bello. ff. de capti. & postlimi. reuer. & l. si is qui pro emptore. & ibi late per Bartol. ff. de vsucap. Argumentum autem sic diffinitur.

8 † Argumentum est propositio ex aliquibus existentibus resultans ad propositum respondendum seu concludendum. vnde quando plura indicia vel plures propositiones siue præsumptiones, testes, vel coniecturæ ad vnam, & eandem conclusionem, tendunt ad effectum aliquid probādi: illa coadunatio siue copulatio ex pluribus in vnum, dicitur argumentū, quod est proprie collatio plurium diuersorū tendentium ad vnā & eandē conclusionē, vt l. iij. §. idem diuus. ff. de testi. l. diuus. ff. de cust. reo. Aliud indicium probationis siue cognitionis dicitur adminiculum: & istud est duplex. aliud est adminiculum vehemens, aliud vero adminiculum leue, siue non vehemens.

9 † Adminiculum enim vehemens est suppletio defectus probationis per se solum non operans, sed cum alia probatione cooperās, probatur hoc extra de successionibus ab intestato c. fi. & in c. fi. de iureiurando. Adminiculum non vehemēs est aliquali pars confirmationis veri, tendens ad aliquid suspendendum de defectu probationis; & alia adminicula per se sola etiam plura non sufficiunt vt l. ij. §. j. ff. de excusa. tuto. sequitur modo coniectura quę sic diffinitur. Coniectura est acceptio seu reputatio veri ex aliquibus signis extrinsecis proueniens, per quæ deuenitur ad verū: sicut per circulum coniecturamus tabernam, dicit Bal. & ibi, & per habitum distinguimus meretricem. l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniuriis. & habetur in c. in nonnullis, extra de iudæis. His omnibus opposita sunt nescientia siue ignorantia, & error quæ nescientia sic diffi- 10 nitur. † Nescientia siue ignorantia est intellectus non determinans se ad verum vel falsum.

Error autem est priuatio intellectus determinati ad verum, & auriga tendētis ad falsum. vel sic. Error est priuatio veritatis causata in intellectu per falsam imaginationem vt probatur. ff. de testa. l. de statu. & ff. de iurisd. om. iudic. l. si per errorem. et l. si quis nec causam. eod. titu. videamus nunc de verisimili, & non verisimili, & dic breuiter ꝙ verisimile est id quod verum videtur, & est vero simile, vt ff. de adulter. l. miles. §. mulier.

Non verisimile vero dicitur illud quod a vero est multum dissimile, vt ff. quod metus causa l. nō est verisimile. in princ. vbi fit mentio etiam de præsumptione iuris tantum, siue hominis, sed credo potius ꝙ illa sit quædam leuis præsumptio.

Postquā vidimus de gradibus probationis per quos ascēditur siue peruenitur ad plenā probationem, & certā fidē credulitatis: videamus nunc de ipsa certitudine veritatis, & quæro quid est notorium generaliter. Respon. secundum Bald. ibi.

11 † Notorium est communis, & indubia certitudo rei de qua queritur, indubiam fidem faciens, an & quando quid dicatur esse notorium, & quot homines faciunt notorium, vide Bald. ibi, qui refert quosdam tenuisse ꝙ maior pars populi facit notorium; & quod in aliqua villa siue paruo castro minor numerus hominum facit notorium quā in ciuitate; & ideo dicit secundum Alber. de Gandi. quod ad sciendum quot homines faciunt notorium, hoc est arbitrarium; quia iudex arbitrabitur quot homines faciunt notorium. de qua materia vide latissime per Canon. in d. cap. qualiter, & quando. de accusatio. Videamus modo quid est probatio, intelligendo de plena & perfecta probatione, quæ sic diffinitur secundū Bald.

12 ibi. † Probatio est actus rem dubiam in lucem cognitionis educens. & hoc notatur. C. de proba. in rub. & ibi Bal. Succedit altera species probationis, & cognitionis veritatis quæ dicitur euidens, & manifestum. ista duo differunt inter se, & differunt etiam a notorio: vt supra dicam. Euidens ita diffinitur, euidens est quod manifeste liquet secundum Bal. in d. l. ea quidem, c. si forte. de elect. lib. vj. & est satis diuersum a manifesto, & plus est quam manifestum. euidens enim illud est quod palam est oculis, & semper apparet. ff. de contra. emp. l. ea quæ. l. non codicillum. C. de testa. & in c. euidentia. de accu. j. q. j. vt euidenter.

13 † Quod enim in euidenti est, nulla potest tergiuersatione celari, & nullam optat probationem, extra de coha. cle. & mulie. c. fi. vide quæ not. per Archid. in cap. cum si forte, de elect. lib. vj. Bald. enim in d. l. ea quidem. diffiniuit manifestum, sed diffinitio sua mihi non placet; dicit enim ꝙ manifestum est, illud quod euidenter apparet. sequeretur ergo ꝙ manifestum esset idem quod euidens, & tamen est satis diuersum, vt proxime dixi, & dicam infra ꝙ minus est manifestum ꝗ̄ euidens, sed secundum diffinitionem Bald. idem esset manifestum quod euidens; ideo putaui sic esse diffiniendum. Manifestum est demonstratio quædam ex qua vehemēter animus dubius informatur ad aliquod; non tamen tollitur tota dubietas. ij. quæsti.

14 j. de manifesto. † & hinc est quod dicitur, manifestum indiget probatione. xj. quæstio. iij. c. eorū. euidens autem nulla indiget probatione, vt d. l. ea quæ. ff. de actio. empti. vide Ioan. And. in cap. constitutum. de verbo. signi. lib. vj. & text. not. in l. quoniam sororem. C. de iure deliberan. vbi de vtroq; fit mentio. Tamen euidens ponitur pro magis claro ꝗ̄ manifestum, vide domi. Alber. de Rosa.

Rosa.in dictiona.suo in litera E.in versi.euidens. el primo.& ij. Bald.tamen in dicta l. ea quidem. aliam ponit differentiam inter ista duo, dicens ꝙ euidens dicitur id solum,quod apparet per oculorum inspectionem: vt ff.fini.regun. l. si irruptione.§.ad officium. & idem Bal.in rubri.C.de probatio.dicit ꝙ illa dicitur probatio per euidentiam facti,quando res subiicitur oculis iudicis. Manifestum autem largius dicitur.s.omne id quod nobis innotescit per quecunque sensum corporis.s. visum,auditum,sicut est sonus Campanæ, aut aliũ sensum, vt l.j.§.occisorum.ff.ad Sylla: de quibus sensibus habetur in l.eum.§.penul.ff de acquiren. 15 possess. † Differunt etiam ista duo secundũ ipsum a notorio; quia manifestum vel euidens est illud quod vni tantum vel pluribus patet:notorium aũt esse non potest, nisi toti populo vel maiori parti publice innotescat; vt supra late diximus.& not. in cap.vestra.& ibi Innocen.de cohabi.cleric. & mulierum. Et per hæc sum expeditus de istis gradibus seu adminiculis probationis, ac de speciebus plenæ, seu perfectæ probationis: qui quidem gradus, & adminicula probationis a quibusdam appellantur indicia non plena, & dubitata; per quæ animus iudicis deducitur quandoque in suspicionem,quandoq; vero in opinionem quæ magis est propinqua indubitatæ fidei quam suspicio, secundum Bartol.in d.l.admonendi. ff. de iureiur. 16 † Ex quibus tamen indicijs dubitatis non datur iudici indubia fides, & firma credulitas, sed quędam suspicio quandoq;, ex qua iudicis mens satis dubia reperitur. & isto casu non facile deueniendum est ad torturam, maxime si persona sit honestę conditionis, quia ista suspicio est primus gradus probationis & minus ꝙ̃ semiplena probatio, secundum Bart.in d.l.admonendi.in glos. magna. Quandoque vero indicia sunt talia quæ adducunt animum iudicis in opinionem, quæ est secundus gradus probationis,secundum Bar.ibi,ex qua animus iudicis multum dependet in illa parte,non tñ est plene certus.& ideo isto casu deueniri solet ad torturam,quę datur in supplementum probationis in causis criminalibus, quando veritas aliter haberi non potest: vt per Bar.in l.fin.ff.de quæstio. quia tormentum illud fuit inuentum causa necessitatis, & in supplementum probationis; vt dixi: quotiescunque reus est valde suspectus,contra quẽ laborant indicia;vt dicit Panor.in dicto cap.cum in contemplatione. in princi.de regul.iur.& Bal. in l.ij.C.quorum appel.non recip.idem Bald.in l. milites.& l.fi.C.de quæstio. Bart.in l.j.in princi. 17 &.§.diuus.& l.fin.ff.de quęstio. † Quæ autem dicuntur esse legitima indicia,dic ꝙ illa sunt quæ sunt proxima facto, quæ quanto propinquiora sunt, tanto sunt meliora l.j.§.preterea,& l.de minore.§.tormenta.ff.de quæsttoni. & ibi per Moder. Quæ autem indicia dicantur esse sufficientia ad torturam,certa regula tradi non potest,sed hoc relinquitur arbitrio, & discretioni boni iudicis, secundum quod dicit Azo.in dicta summa de quęstio. vbi dicit, ꝙ non debet iudex reo adhibere tormenta quanta accusator exposcit, sed quanta moderatæ rationis temperamenta desiderant, idẽ dicit Bart.in d.l.fina.ff.de questio.in princi.dicit tamen Abb.in d.c.cum in cõtemplatione.ꝙ licet super hoc an,& quando indicia dicantur esse sufficientia ad torturam certa regula tradi non possit, argu.l.testium.§.tu magis.ff.de testi.& l.de minore.§.fi.ff.de quæstio.tamen dicit ꝙ omnes Docto. 18 tenent, † ꝙ vnus testis de visu facit indicium ad torturam, intellige tu ꝙ sit testis fidedignus non suspectus, & omni exceptione maior secundum quod dicit Bar.in d.l.fina.& Bald.in d.l.ij.& ita communiter tenet Docto.Bonus itaque,& discretus iudex cuncta circunspiciet, & iuxta criminis qualitatem facti contingentiam,conditionem personæ, & abundantiam indiciorum considerabit, an ad torturam ipsam deueniendum sit, & casu quo ad illam deueniri contingat, iterum mature considerare debet qua grauitate, leuitate vel moderamine veniat infereda, iuxta notata per Azo. in dicta summa de quæstio, scilicet quantum mo-19 deratæ rationis temperamenta desiderant.† Aliter enim sunt torquendi iuuenes robusti, & alio modo debiles, delicati vel senes,alio modo rusticus vel miles, & alio modo ciuis, & alio modo nobilis, & alio modo ignobilis, & plebeus.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstio.& l.j.§.fin.eod. titu.Bart. in d.l.fin.eo.titu.Bald.in d.l.ij.C.quo. appella.non recip.& idem Bald.in l.milites.& l. fin.C.de quæstio. Abb.in d.ca.cum in contemplatione. de reg.iur.in antiq.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Torturæ gradus sunt quinque, & qualiter cognoscantur & inferantur.*

Gradus primus torturæ quis sit.

2 *Confessio rei facta in præparatoriis tormentorum dicitur facta metu, ideo ratificatione eget.*

3 *Tortura largo modo sumpta quid sit, & vnde dicatur.*

Torturæ primus gradus, scilicet terror, quibus inferri possit.

4 *Torturæ gradus secundus quis sit.*

5 *Tortura leuis quæ dicatur, & an vere sit tortura.*

Tortus leuiter potest grauius torqueri militantibus indiciis legitimis.

6 *Priuilegiati ne possint torqueri tormento secundi gradus torturæ potuerunt supponi.*

7 *Febricula leui laborans non excusatur, quominus teneatur comparere citatus.*

Confessio facta in leuibus tormentis ratificatione indiget.

8 *Torturæ tertius gradus dicitur, cum per spatium dicendi vnũ Miserere, reus suspẽsus detinetur.*

9 *Torturæ gradus quartus quis sit.*

10 *Torturæ quintus gradus quis dicatur.*

Torturæ

1 VARTO nunc videndū est † de istis quinque gradus torturæ de quibus supra fit mentio, quo modo cognoscuntur, & qualiter inferuntur. Respon. declarando primum gradum incipiemus a minori vel infimo, ascendendo veluti per gradus scalarum, reducendo materiam ad præcticam dico ꝙ. Primus siue infimns gradus torturæ est territio illa quam infert iudex reo, quando illum cognoscit suspectum: tamen indicia non ad sunt talia vt torqueri possit. isto casu iudex mandat quandoque reum ipsum spoliari ligarique, & in ordine poni, ac si vere torquendus esset; & quandoque ligari mandat ad funiculum, ita vt nihil aliud deficiat quam sola eleuatio, & hoc fit ad incutiendum timorem reo, vt facilius fateatur stantibus, maxime iudicis persuasionibus. Et ista proprie non dicitur tortura, quia vere corpus non torquetur, nec sentit dolorem; sed potius est quidā mentis timor, secundum Bald. in dicta l. secunda. quo. appel. &c. 2 & in l. ij. C. de confes. vbi dicit † ꝙ confessio facta a reo in istis præparatoriis tormentorum, cum sit facta & extorta propter timorem tormentorū, indiget ratificatione, ac si facta fuisset in plenis tormentis: alias nunquam sufficere ad condemnationem. vide Ange. & Saly. in dicta l. ij. & Saly. in l. fin. C. de quæstio. Bart. in l. j. §. si quis vltro. ff. eo. tit. vide not. text. in l. ij. C. de custo. reo. qui loquitur proprie de hac ratificatione, quæ fit apud acta sub publico testimonio, & dicit Imperator ibi, ꝙ isto modo fræni quidem temperies iudicibus immodice sæuientibus adhibetur. Iste autem actus vt dixi non potest dici proprie tortura vt proxime diximus: sed appellatur proprie territio siue terror tormentorum. † Largo 3 vero sumpto vocabulo & improprie posset dici tortura, prout quidam descripserunt hoc nomen tortura, quę dicitur a terrendo; sed isto modo terretur, ergo &cæt. vel dicas quod licet corpus vere non torqueatur, animus tamen bene torquetur, & timoris patitur cruciatum, & sic largo modo dici potest tortura. Et not. quod iste terror siue primus gradus incuti, & experiri pōt contra quoscunque, etiam contra eos qui de iure torqueri non possunt aliqua de causa; vt infra latius dicetur in vj. quæstio. vel quando deficerent indicia propter quæ torqueri deberet, vel qualibet alia iusta de causa ad torturam deueniri non potest, ad istum gradum deueniri poterit, secundū Bald. in d. l. ij. in versi. quæro quandoque &c. vbi dicit ꝙ illi qui de iure torqueri non possunt, poterunt bene terreri, Iste enim primus siue infimus gradus torturæ non solet adhiberi robustis, versutis atq; dolosis viris; sed debilibus, timidioribus, pusillanimis, atque delicatis, quoties contra ipsos militarent aliquæ præsumptiones, & coniecturæ siue indicia leuia. Et licet interdum essent plura indicia. multoties tamen cum isto infimo gradu ab hominibus similis conditionis solet extorqueri confessio, absque eo ꝙ ad vlteriora procedatur; vt sæpius expertus fui in facto; de quo infimo gradu fit sępius experientia in robustioribus, & magis cautis, quoties vt dixi nō militant plena indicia, vide domi. Pari. de Put. in d. suo tract. de syndi. in 4 c. aduertendum. & Bald. in d. l. ij. † Secundus gradus torturæ est cum reus ligatus eleuatur modicum supra terram, paulo momento detinetur eleuatus, & protinus deponitur, vel cum detinetur suspēsus spatio dicēdi Aue maria, vel Pater noster, aut vnum miserere. iuxta qualitatem facti, & personarum conditionem, deinde deponitur absque aliquo impulsu, quassatione vel tractu chordæ & hęc dicitur leuis tortura, ad quam deueniendum est quotiescunque indicia quædam apparent aliqualiter probata, & reus est magis suspectus. Indicia tamen ipsa non sunt plena satis ad inferendum plenam torturam; puta si esset vnus testis de visu deponens, tamen nō esset omni exceptione maior. vel duo testes de auditu ab alijs, nō autem ab ipso reo, & similes præsumptiones vel indicia non plena, præcedente tamen suspicione cōtra personam ipsius rei, vt proxime dixi. Et ista est illa leuis tortura, de qua loquitur Bald. in d. l. ij. C. quorum 5 appellatio. &c. vbi dicit † ꝙ quemadmodum leuis febricula non dicitur febris, & infirmitas talis quæ præstet impedimentum ad comparendum, sicut est vera febris, quæ hominem sternit, vt l. ob quæ vitia. §. fin. ff. de ædi. edict. ita ista leuis tortura non dicitur tortura siue tormentum, ex quo causetur dolor mentis, & corporis cruciatus, sicut in tortura ordinaria. Et nota quod est magni effectus ista doctrina, ex qua infertur, ꝙ quotiescunque contra reum militant legitima indicia, ex quibus de iure quis torqueri potest, si fuerit semel isto modo leuiter tortus, nō obstabit, quo minus posit iterū grauius torqueri ex eisdem indiciis; & tunc secunda vice dicetur competentēr tortus, nec propterea reus conqueri poterit, ꝙ fuerit repetitus in tortura absque nouis indicijs, iuxta ea quæ habentur in l. repeti. ff. eo. titu. de quæstio. quia ista non dicitur proprie repetitio, ex quo prima non fuit habita pro tortura, per ea quę supra diximus, ita etiam sentit Barto. in l. fin. & repeti. ff. de quæstio. & Bald. in d. l. ij. C. quorum appellatio. &c. Ang. de Aret. in dicta glo. fama publica. in versic. quid si aliquis fuit tortus, sed leuiter &c. Hippoly. Marsili. in d. l. j. in princi. & l. repeti. Paris de Put. in

d.tract.in c.sequitur modo. Fran.Brun.Gandi.& ceteri doct.in locis supra notatis. 6 † Quidam tamen dixerunt arguentes ex dicta doctrina Bal.de qua supra, ꝙ illi etiã qui aliqua ex causa vel priuilegio torqueri non possunt, poterunt tamen tormento istius secundi gradus supponi absque periculo, ex quo ista leuis tortura non dicitur tortura; sicut leuis febricula non dicitur febris d.l.ob quę vitia. Ego tamen de veritate istius dicti alias dubitaui, nec videtur esse bona consequentia de leui febricula, ad leuem torturam; quia est diuersa ratio in vno ꝙ̃ in alio: ibi enim in d.l. ob quę vitia. excusatur a comparendo in iudicio ille qui propter febrim est impeditus, & non potest ambulare foris; quia non exit de lecto, nec de domo; is vero qui patitur quartanam febrim aut aliam leuem febriculam quam non curat: nec ꝓpter illam remanet quin vadat foris per omnia 7 loca, saltem in ciuitate. † Ex quo enim vadit p vrbem sicut vadit per alia loca, ita venire potest ad curiam, & coram iudice; quia ratio illa impedimenti de qua in d.l.ob quæ vitia.in prin.cessat in eo qui patitur leuem febriculam; ideo in eodem cessat legis excusatio. Sed hic in leui tortura fieri non potest, quod corpus non torqueatur nec patiatur aliqualem dolorem; licet sit leuis dolor, dolor est, & infertur iniuria dignitati, vel innocentiæ ipsius rei; quia tortura vt diximus supra eodem titu.quæstio.prima. est cruciatus quidam in corpore &c. cum igitur per hanc leuem torturam inferatur in corpore dicti rei aliqualis cruciatus, non potest dici nisi quod illa sit tortura, & quod ille sit tortus quãuis leuiter. Et ideo ego nunquam consueui ad gradum istum deuenire, nisi quando procedunt indicia, & sunt bene probata. Tamen si sunt indicia aliquantulum remota a facto, & persona esset vilis & ignota, & valde suspecta de crimine, aut in responsionibus suis variaret, & alijs huiusmodi suspicionibus præcedentibus l.de minore.§.tormenta. in fin.ff. de quæstionibus.& per Bald. in dicta l.ij.Bartol. in d.l.fina.& Panormita. in dicto c. cum in contemplatione. Si autem esset vir nobilis aut honestæ familiæ, & conditionis, ad hoc non deuenirem regulariter, nisi precedentibus legitimis indicijs, & bene probans iuxta not.per Bar.in d.l.fina.ff. de quæstio.et per alios in locis supra nota. Confessio similiter facta in istis leuibus tormentis indiget ratificatione, sicut illa quę est facta in plenis tormentis, vt supra diximus in præcedẽti gradu, & no.in d.l.ij.C.de cust. reo. 8 † Tertius torturæ gradus est cum reus suspensus detinetur in tortura spatio dicendi vnũ Miserere, vel duo, aut aliquantulum plus, absq; tñ aliquo tractu vel impulsione chordę, quæ infertur ad maiorem cruciatum, & ad istum gradum ascendet iudex quoties cunque reus est magis de crimine suspectus, & indicia contra ipsum tendentia sunt plene probata, delictum tamen non est de atrocioribus, vt est furtum modici valoris, vulnus non letale, seu aliud crimen non capitale, vt l.ij.& ibi Bar.ff. de publi. iudi. vel quando delictum esset grauius et indicia magis aperta, persona tamen esset talis nobilis, vel alias honestæ familię, & alias bonæ conditionis & famę, & non assuetus in similibus commisceri, cum quo mitius, & magis temperate agendum esset, non excedendo iudex istum gradum torturę non credo ꝙ posset reprehendi, argumen.l.non omnes.§.a Barbaris.ff. de re mili.l.in seruorum.et l.respiciendum.§.delinquunt. ff.de pœn.l.quid ergo.§.pœna grauior. ff. de his qui nota. infam.& l. testium.§. tu magis.ff.de testib. 9 † Quartus torturę gradus dicetur quotiescunque reus post eleuationem diutius suspensus in tortura detinetur, videlicet per quartam, tertiã, mediamve partem, vel duas tertias vnius horę, aut per integram horam, secundum grauitatem criminis, suspicionem rei, & vires indiciorum, quandoque in ipso detentionis spatio adhibentur vnus duo aut plures ictus, siue tractus chordę ad maiores cruciatus inferendum in corpore, maxime quando indicia sunt pręgnantia. Reus est suspectus multum, & habet membra robusta, & crimen est graue ex se: etiam ꝙ ista omnia non concurrant, si tamen maior pars concurrit, sufficit: vel quoties scandalum non modicum generaret, vt est furtum magnæ rei sacrę, vel aliud turpe sacrilegium, vel sacramentorum abusus, aut homicidium graue, vel falsitas literarum apostolicarum, & similia, & indicia vt diximus essent vrgentia, & bene probata, vtputa vnus testis omni exceptione maior de visu ipsius facinoris deponens, aut duo seu plures testes alia probantes indicia & circunstantias necessarias ipsius criminis secundum quod latius declarat do. Albe.Gandi.in d.suo tracta.malefic.in titu.de præsump. & indi.dubi.& indubi. Barto.in dicta l.j.§.fina.& l. fin.ff.de quæstio. Bald. in l. milites.§.oportet.C. eodem titu.idem Bald.in d.l.ij.C.quo.appel.&c. Bald.Ange.& Sali. in d.l.ea quidem.C.de accu. Canonistæ in c.qualiter & quando.eo. titu.& in c.cum in contemplatione.de regu. iur. in antiq. 10 † Quintus, & vltimus torturæ gradus succedit, quod est istud quotiescunque post aliquam suspensionis detentionem & ictus siue tractus chordæ. si reus adhuc pertinax in eius negatiua institerit, & torturam huiusmodi spernere videretur: pro grauiori cruciatu ad pedes ipsius rei torquendi subiiciuntur pondera quædam pendentia, vt sunt compedes ferrei, lorica, aut aliud simile pondus; & cum pondere ipso suspensus detinetur, vel ictibus cruciatur, & istud est sæuissimum genus tormenti, & dicunt Docto.qui scripserunt de hac materia, ꝙ tunc corpus ipsius rei dilaniatur, membraq;, & ossa quodammodo dissoluuntur, & euelluntur a corpore. & hæc dicitur grauior pœna ꝙ̃ vtriusque manus abscisio, vt dicit text. in authen.vt nulli iudi.§.quia vero. & dicit Casiod. in lib.variarum epistolarum, vt refert do. Pari. de Pute. in suo tracta.syndica. in c.tortura. el ij. fol.cxiij.episto.xlix.facilius est a te mortẽ expetere ꝙ̃ tormentorum crudelia sustinere; inter supremas anhelatus angustias melius est perire ꝙ̃ viuere, & detestabilis sensus pœnarum excludit dulcissimæ salutis affectum. Iste vltimus gradus, & modus torquendi per raro fit; & iudex haud facile

11 facile ad illum deueniet, † nisi in certis casibus, & criminibus atrocissimis vt est hæresis, & crimine læsæ maiestatis,euersionis status, aut similis proditionis, vbi de totius patriæ, aut multorum salute tractatur;ant cum ageretur de ingenti assassinio enormissimo homicidio sacrę personę, vel de morte alicuius Cardinalis, seu alterius magni principis,vel cõtra maleficum, aut mathematicum;in quibus criminibus nullum prodest priuilegium dignitatis, vt l.si quis alicui. C.ad legē Iuliam maiesta.& l.& si excepta.C. de male. & mathe.l.manicheos.& l.arriani. C. de hæreti.c. ad abolendam.eo.ti.& similibus.nec tunc etiam nisi indicia essent adeo clara, & prægnantia, vt nil deesset nisi rei confessio, vt l.milites.§.oportet & ibi Bal.C.de quæstio. Bal.in l.quisquis.C. ad legem Iul.maie.& Bald. Ange. & Sal.in l.ea quidem.C.de accus. Bart.in d.l.fi.ff. de qõ.& l. j.§.fi.eo.ti.Pari.de Put. in d. tractatu de syndi.c. tortura.& c.aduertendum.& alios Moder.in lo-

12 cis supra notatis. † Nonnulli tamen reperiuntur adeo terribiles & robusti qui nullum timent dolorem, neq; cruciatum aliquem sentire videntur in corpore,etiam si mille tractibus quassarentur,quod pluribus modis contingere solet, quidā enim robustitate corporis & brachiorum,alij vero leuitate qui leui pondere comprimuntur: quidam alij membrorum agilitate. quorum brachia ex modica eleuatione ex retro antea resoluuntur & supra caput directo tendunt, adeo ꝙ leuem,aut nullum cruciatum sentire videntur; & ego alias in facto habui. Quidam alij reperiũtur qui cum diabolicis sortilegijs, & incantationibus maleficæ artis, de qua supra diximus late in ij. lib. vj. & vij.q.adeo corroborantur in corpore vel sustinentur in aere, aut graui sopore detinentur oppressi postꝗ͂ sunt eleuati, vt nullũ penitus dolorē patiantur in corpore, & hoc appellant quidā maleficiũ taciturnitatis siue insensibilitatis, ex quo inducitur tutela quædam (vt aiunt) aduersus ipsam torturam,ꝙ reus ipse nullũ dolorem patitur, de quo alias diximus supra d. li.ij. & ego alias pluries expertus sum in facto,et infra dicam,& a pluribus huiusce artis maleficæ magistris referri audiui,qui variis modis, & per diuersa malefica verba,& instrumēta id expetunt,& obtinent: qđ qualiter fiat,referre nõ expedit:quia fieri nõ posset absque sacræ christianæ fidei euersione.

13 †Dixit tñ Alber.magnus in lib.quem edidit de secre.nat.ꝙ lapis quidā mesites nuncupatus, qui oritur ex ciuitate quæ dr̄ Mesis,in partibus orientalibus,contritus,et aqua aut vino commixtus datusq; ad potandum illi qui torquendus est, inducit insensibilitatē pœnæ,& cruciatus: vt refert Par. de Put. in d.tracta.syndica.in cap.tortura.lo ij.

Quidam alij dicunt verba quę sequuntur,videlicet,Imparibus meritis tria pendent corpora ramis. Dismas,& Gestas, in medio est diuina potestas Dismas dānatur,Gestas ad astra leuatur. Alij ēt dicunt verba prophetę.Eructauit cor meũ verbum bonum,veritatē nunꝗ͂ dicam regi. Alij vero dicunt.quemadmodum lac beatę gloriosę Marię virginis fuit dulce, & suaue domino nostro IESV CHRISTO, ita hęc tortura siue chorda sit dulcis,& suauis brachiis,& membris meis.

Quidam alij dicunt illa verba, quæ dominus noster IESVS CHRISTVS dixit tēpore passionis,videlicet a principio suę capturę.Quē quęritis &c.vsq; ad extremum vitæ,& vltimum verbum.Consũmatũ est. Quidā alij dicunt. IESVS autem transiens per medium illorum ibat.os aũt non comminuetis ex eo. Quæ quidem verba, & coniurationes olim non putabam quicquam operari posse contra torturā, & plerisque ridicula potius ꝗ͂ credibilia esse videntur, at ego quia pluries vidi,& expertus sum in facto,primo Pisis dũ eram assessor Magnifici domini Capitanei illius ciuitatis; deinde Romæ dum essem auditor criminalium causarum Reueren.Do.auditoris cameræ

14 vbi † quidam fur sagacissimus,& duplicis malitiæ reus,contra quem erāt examinati quindecim testes super diuersis indiciis magni furti centum triginta septem ducatis auri,habens notitiam ꝙ curia præfati dñi Auditoris procedebat contra ipsum,antequam personaliter compareret, accepit nonnulla sortilegia contra torturam, quibus expertis iterum atquam iterum,videns ꝙ sufficiebant ad parangonem;quadam die dum ego essem in ędibus turris nouę ad examinandum quosdam alios reos,ille sponte veniens accessit ad me, & se constituit in carceribus ipsis, dicens ꝙ vltro venerat ad purgandum indicia,et notam infamię sibi illatæ, contra quem tamen necesse fuit deuenire ad torturam tot indiciis contra ipsum laborantibus; in qua dum erat eleuatus dormiebat capite cliuo, ac si iaceret in lecto absque vlla penitus lamentatione,aut clamore,et adtractus chordæ erat tanquam statua marmorea,qui dum eleuabatur, a principio dicebat quædam verba submissa voce, deinde silebat vt dormiens, statim ego suspicatus fui ne gestaret aliquod sortilegium siue facturam maleficam penes se, aut ex illis verbis captaret aliquod suffragium, perquisiui ꝗ͂ diligenter per omnes partes corporis sui; demumq; reperi in capite sub scuffia, scilicet inter crines, quandam paruam schedulam hęc verba continentē videlicet, † IESVS autem transiens † per medium illorum ibat. † os non comminuetis ex eo. † cum crucibus ita signatis, quam illico abstuli ab eo; qui licet illa sic ablata satis conquereretur, nihilominus iterum positus ad torturā, & eleuatus iterum illud idem sicut antea faciebat, & principio ipsius eleuationis nonnulla verba submissa voce dicebat, quæ percipere nunquam potui, nec quicquam confessus est. demum mutatis tormentis sub tormento taxilli subiectus fuit,& similiter spernendo dolores nihil vnquam penitus confessus est, sed in sua negatiua semper audacius conualuit, adeo ꝙ necesse mihi fuit eo instante ab inquisitione, eundem absoluere, & processum totum vna cum inquisitione aboleri mandare, Nec est mirandum de absolutione hu-

15 iusmodi. nam similis † casus & maior quoq; occurrit do.Hip.de Marsil.dum erat officialis Illustrissimi Ducis Mediolani, vt ipse refert in l.repeti.in iiij. colũ.ff.de quæstio. nec dum est annus

elapsus,

elapsus, ꝙ audiui alium Romæ positum fuisse ad torturam, et repetitis vicibus grauiter cruciatum, qui illa verba de lacte beatę virginis Mariæ submissa voce dicebat; & nullum dolorem pati; sed cuncta spernere videbatur, & dormiebat sicut alius in tortura, adeo ꝙ a tribus iudicibus præsente procuratore fiscali examinatus, nulla vnquam ab eo confessio extorqueri potuit; licet correus, & criminis socius id fateretur expresse, & illum in socium nominaret: cuius processum vidi illumque cognoui. Aliud exemplum quod similiter in facto accidit mihi Romę cuiusdam maleficæ mulieris, quæ antequam eleuaretur in tortura, verba quædam submissa voce dicebat. de inde eleuata sillebat penitus velut mortua & nigrior apparebat in vultu carbone extincto, oculos extra caput valde tremendos more illorũ qui strangulantur emittens. & nihil penitus loquebatur boni neque mali. Si nunc vellemus disputare de viribus, & veritate dictorum maleficiorum taciturnitatis siue insensibilitatis, fieret ampla lectura, sed quia cupio breuiter me expedire, hic non inseram, vide quæ late diximus supra lib. ij. q. vj. 16 vij. & viij. † Nonnulli tamen dixerunt ꝙ aduersus istas coniurationes, & maleficia taciturnitatis reperiuntur remedia quædam quæ diuersis precibus conficiuntur; ex quibus dicunt ꝙ omnes ligaturæ, & maleficia huiusmodi dissoluuntur omninoque pereunt, & reus grauissima patitur tormenta, & cruciatus in corpore. Et inter alia dicere solent verba illa Prophetæ, videlicet Dominus labia mea aperiat, & os meum annunciabit veritatem. Eructauit cor meum verbum bonum dicam cuncta opera mea regi. Confundatur nequitia peccatoris perdes omnes qui loquuntur mendacium. Cõtere brachia iniqui rei, & lingua maligna subuertetur. Ex quibus verbis precibus, & exorcismis dicunt maleficia ipsa resolui, & reum mirabiliter cruciari, vide d. Parid. & Put. in d. trac. syndic. in c. tortura. lo iij. fol. cxiij. et illum Silue. pric. in d. tract. de string. demon. mirand. lib. iiij. cap. v. Super quibus tamen cogita quia de virtute ipsorum remediorum non possem quicquam certi attestari, ex quo illa nunquam expertus fui, nec per alium experiri hactenus vidi.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Tortura in quibus causis, & criminibus inferri possit.*
2 *Oratio indefinita equipollet vniuersali.*
3 *Iudex distinguere nõ debet vbi lex non distinguit.*
4 *Processus fit summarius in leuibus criminibus.*
Tortura de processu dicitur ad quam absque indicijs legitimis peruenitur.
Tortura quare in paruis criminibus non sit applicanda.
5 *Persona grauis & honeste conditionis pro criminibus leuibus torqueri non debet.*
Persona leuis de leui crimine suspecta torqri põt.
6 *Persona vilis, & pauper pœnam pecuniariam nõ potens soluere, luere debent in corpore.*



QVINTO videndum est in quibus † causis, & criminibus, possit inferri tortura. dic ꝙ generaliter in omnibus causis criminalibus seu omnibus criminibus, si præcedant legitima indicia, & veritas aliter haberi non potest. Nam regula torturæ est affirmatiua, & vniuersalis, vt habetur in l. j. in princ. ff. de quæstio. ibi. in criminibus seruandis &c. ꝗuis ab ea nullatenus sit inchoandum examen, sed in casu necessitatis quotiescunq; vndiq; vrgenti indicia, & confessio veritatis aliter haberi non potest, nisi mediante tortura: tunc adhibenda est d. l. j. in princip. ibi enim dicitur in cri- 2 minibus seruandis &c. † quæ oratio cum sit indefinita æquipollet vniuersali l. si plures. ff. de legat. iij. per Alexan. & Docto. in rubri. ff. soluto matrimo. lege prima. §. si quis simpliciter. ff. de verborũ obligatio. & Bal. in l. nullum. C. de asses. hoc idem tenet Gandi. in tractatu maleficio. in titu. de quęstioni. & tormen. in princi. versicu. incipiamus. Hippol. de Marsil. in l. diuus. in princip. ff. de quęstio. Francis. Brun. in tracta. de indic. & tortu. in iij. col. versi. tertio princ. quæro &c. Par. de Put. in tract. syndi. in cap. an in causa pecuniaria, pri. col. & probatur per text. in d. l. milites. §. oportet. C. eod. tit. inducendo hoc modo, ibi enim dicitur non esse a tormentis incipiendũ examen, nisi pluribus indicijs quasi certis &c. tunc demum deueniendum erit ad quęstiones, si personarum conditio id requirit: quia sunt quædam personæ quæ ex causa speciali torqueri non possunt, vt infra dicetur in seq. q. & no. ibi dum dicitur, personarum conditio. & non dixit, qualitas criminis; quia si dicat ꝙ in criminibus nulla fiat distinctio qualiacunque sint; † quia vbi lex non distinguit nec nos 3 distinguere debemus. l. diem ferre. ff. de arbit. l. de pretio. ff. de pub. cum si. Contra hoc opp. de. l. edictum. ff. de quæstio. vbi dicitur ꝙ quæstiones non semper nec in omni causa, & persona desiderari debent, sed cum capitalia, & atrociora maleficia nõ aliter explorari possunt. ꝗ per seruorum quęstiones efficacissimas &c. & sic text. ibi expresse inhibere videtur ꝙ pro leuibus criminibus inuestigandis, nullatenus sit danda tortura. Sol. verũ est ꝙ in leuibus & paruis criminibus nõ est adiungenda plena & grauis tortura secundum gradum excedens, leuis tamen tortura primi & secundi gradus non videtur excludi etiam in paruis criminibus. ar. l. ob quæ vitia. §. fi. ff. de ædil. edic. & per Bal. in d. l. ij. C. quo appel. &c. licet enim hęc solutio sit vera in se, tamen non bene congruit illi legi quæ loquitur in alijs terminis, & propterea dic ꝙ ibi loquitur de tortura quę infertur in aliũ scilicet in seruum, non in ipsummet reum. Ratio est, quia non ita facile deueniendum est ad torturam seruorũ pro inueniendis alienis criminibus, ex quo illi sunt innoxij criminis prædicti ꝗ ipsiusmet rei de crimine suspecti, quam solutionem

sentit

sentit etiam glo. in d. l. edictum. in versi. efficacissimas. dum soluit contrarium de d. l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstio. Item oppo. de l. leuia. ff. de accu.

4 † vbi in leuibus criminibus summarie procedendum est siue processu vel solennitate iudiciali. sed tortura est de processu, nec ad illam deueniri pōt, nisi præcedentibus indicijs, & causa cognita, & præcedente pronuntiatione interlocutoria ipsius iudicis, vt dicit Bal. in d. l. ij. idem Bal. in l. si quis alicui. C. ad l. Iul. maiesta. Saly. in l. fin. C. de qō. & Bart. in l. si. ff. eo. tit. Ang. de Are. & alij Moderni practici in locis supra notatis. & Bald. in d. l. milites. §. oporret. & l. ea quidem. Sol. dic ꝙ plena, & grauis tortura non est æquum ꝙ in paruis criminibus inferatur; quia maior pœna esset in inquirendo ꝙ̄ in puniendo, quod esset contra tex. in l. in seruorum. ff. de pœn. sed illa territio seu leuis tortura non excedens secundum gradum, non videtur esse prohibita in huiusmodi criminibus, maxime quando persona rei est vilis conditionis & valde suspecta de crimine illo, & ista potius dici potest quędam modica coertio ꝙ̄ torturam, secundum Bald. in d. l. ij. vel dic ꝙ ille text. in d. l. leuia, loquitur de alijs solennitatibus ipsius processus. videlicet de libello, inscriptione ad pœnā talionis, de solennitatibus probationum, publicationis processus, & aliis similibus terminis, solennitatibus, non autem de ista modica coertione sine qua veritas aliter haberi non potest; & ita videtur sentire glo. in d. l. leuia.

5 † Si autem esset persona grauis, & honestę conditionis, aut nobilis familiæ, pro leuibus criminibus huiusmodi, non esset deueniendum ad aliquem actum torturæ quantumcunque leuis & minimę; quia ex ea videretur afferri iniuria dignitati siue nobilitati; & ideo bene dixit text. in d. l. milites. §. oportet. C. de quæstio. ibi, si personarum conditio id requirit &c. & ita videtur sentire glo. in d. l. leuia. intelligendo de vilibus, & suspectis personis, vt ibi, vide Bald. in d. l. ij. Bart. in l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re milita. & Parid. de Pute. in tract. syndica. in c. an in causa pecuniaria. vide infra eod. tit. quęstio. vij. versic. limita. in fi. Et propterea non videtur esse deneganda vili personæ, maxime quando esset persona suspecta.

6 † Quia videmus alias ꝙ vilis persona, & pauper, qui propter inopiam non potest soluere pœnam pecuniariam, luet in corpore per torturam; & sic eo casu tortura ipsa datur pro pœna. Pro hoc est regulare in omnibus publicis criminibus l. j. §. si. ff. de pœ. vbi est nota. tex. l. quicunque. §. quod si. C. de ser. fug. & l. si quis id. ff. de iurisdictio. omni. iudic. Vide Bal. in d. l. j. §. fi. qui dicit hoc esse regulare in vilibus personis, & ibi tradit pulchrā limitationem ad regulam de qua in l. in seruorum. ff. de pœn. quod quęlibet pœna corporalis minima &c. vbi dicit ꝙ illud nō habet locum in vilibus personis, sed in maioribus & honestis.

SVMMARIVM.

1 *Persone omnes indistincte in criminalibus causis an possint subiici torture.*

2 *Milites, & decuriones torqueri non possunt.*

3 *Consuetudo est nulla quod milites, aut decuriones torqueri possint.*

4 *Impuberes non debent torture subiici.*

Mulieres pregnantes non debent torqueri.

Serui non torquentur in certis casibus contra certas personas.

5 *Senex confectus etate non subiicitur torture.*

6 *Senex confectus etate remanet sub regula affirmatiua torture.*

7 *Mutus, surdus, cecus, & furiosus ob impedimentum nature non subiiciuntur torture.*

8 *Effectus cessat causa cessante.*

9 *Senex rarius & mitius torquetur robustis iunioribus.*

10 *damnatus ad mortem an possit liberari si reipublice sit utilis.*



1 SEXTO quæro an omnes personæ † indistincte torqueri poterunt in causis criminalibus. dic ꝙ sic regulariter, seruatis tamen de iure seruandis, & præcedentibus indicijs legitimis, quia regula torturæ est affirmatiua, vt supra proxime dictum est. A tortura autem nemo dicitur exemptus, nisi quatenus reperiatur expressum, vt habetur in d. l. j. in prin. ff. de quęstio. et d. l. milites. §. oportet. C. eo. tit. A qua quidem regula plures personę excipiuntur quæ torqueri nō possunt.

2 † Quorum quidam sunt milites, qui priuilegio militiæ, & fauore reipublicæ torqueri prohibentur d. l. milites. in prin. Secundo excipiuntur decuriones, & eorum filij, ac nepotes, qui durante decurionatus officio propter dignitatem officij torqueri non possunt, d. l. milites. & l. decuriones. & l. diuo marco. C. de quæstioni. Sed quęro an hodie milites nostri temporis decuriones siue cōsiliarij habeant istud priuilegium, vt torqueri non possint. Bart. in d. l. milites, dicit ꝙ gaudent illo priuilegio, vt torqueri nō possint. idem tenet Cy. in l. diuo marco. eo. tit. & Iac. But. in d. l. milites. Saly. in l. j. in penu. col. C. de iur. & fac. igno. d. l. decuriones. in fin. quamuis dicat ibi ꝙ hoc male seruatur de consuetudine in Lombardia. Eandem consuetudinem, ꝙ non seruantur ista priuilegia, ego vidi Romæ sepæ ac sæpius seruari. Contrarium Barb. tamen in apost. ad Saly. in d. l. diuo marco. in fi. dicit ampliando cōmunem, doc. opi.

3 † ꝙ si consuetudo esset in contrarium ꝙ torquean tur. talis consuetudo non valet. Casus est singularis secundum. Bart. & ipsum in l. omnes iudices. C. de decur. lib. x. idem tenet d. Alexan. in l. centurio. in ix. col. ff. de vulg. & pupil. & Roman. in singula. ccccxc. quod incipit mulieres. vbi idem dicit de doctore. quod expresse firmat do. Ias. in l. de quibus col. xxiij. versic. non tamen. ff. de legi. & Mathesil. singul. lix. quod incipit nota quod le-

gum doctores &c. Vide Bar. in l. j. C. de aduocat. diuer. iudicum vbi dicit, doctor & aduocatus torqueri non potest ex quo est constitutus in dignitate, & non solum durante officio aduocationis, sed etiam eo deposito. Et ideo dicit ꝙ quoties per ipsum suscipiendum esset iuramentum, debet mitti notarius ad domum suam tanquam ad egregiam personam. 4 †Tertio excipiuntur minores, scilicet impuberes, qui propter defectum ætatis quæ adhuc tenera est, torqueri non possunt: sed illius loco ferula ceduntur l. j. §. impubes. ff. ad Sylla. & l. de minore. in princ. ff. de quæstio. Quarto excipiuntur mulieres prægnantes, quæ propter accidens, scilicet impedimentum pregnantiæ nō torquentur, ne subsequatur abortus, etiam post partū per xl. dies, donec mulier fuerit pristinæ sanitati, & viribus restituta l. prægnantis. ff. de pœn. & l. imperator. & ibi Bal. ff. de sta. homi. Hippo. de Marsi. in l. j. in princ. in v. col. ff. de quæst. & alij Moderni practici in sæpe dictis eorum tracta. Quinto excipiuntur serui, qui licet indistincte nō prohibeantur torqueri, tamen contra certas personas non torquentur, nisi in quibusdam casibus; vt l. seruus. C. eo. titu. de quæst. Sed ista non est propria fallentia ad regulam, vt sit generalis in omnibus casibus & personis; sed solum quo ad certas personas. 5 †Excipitur sexto senex ætate confectus, qui propter lapsum ætatis torqueri non potest. l. iij. §. ignoscitur. ff. ad Sylla. quā opi. tenuit Gandi. in d. suo tract. in titu. de quæstio. & tormen. in princi. Bartol. in d. l. iij. §. ignoscitur. & in dicta l. de minore. in princ. Ang. de Arc. in suo trac. malefi. in glo. fama pub. versi. quæro quę personę. Hippo. Marsi. in l. edictum. in iij. colū. ff. de quæst. Alex. in apo. ad Bart. in d. l. milites. in prin. & ita communiter transeunt Doct. cum ista limitatione. Ego autem teneo contrarium, scilicet ꝙ ista exceptio siue limitatio non sit vera de iure, nec probatur, per tex. in d. §. ignoscitur. quicquid dixerint Doct. prædicti qui videntur in 6 hoc casu loqui sine lege. †& ratio tex. in dicto. §. ignoscitur. non concludit generaliter ꝙ senex nō possit torqueri, & propterea dico ꝙ senex ætate confectus remanet sub regula affirmatiua torturæ, d. l. j. in prin. ff. de quæstio. & l. milites. §. decuriones. C. eod. tit. vbi excipiuntur quędam personæ quæ torqueri non possunt. Ergo regula est in contrarium ꝙ regulariter omnes alij qui nō sunt in iure expressi, torqueri possunt, ita concludūt Bald. Saly. & alij in dicta l. milites. & l. decuriones. tex. enim in d. §. ignoscitur. non prohibet generaliter senem torqueri non posse. Pro cuius declaratione sciendum est ꝙ illa lex. iij. ff. ad Sylla. fuit condita contra seruos ignauos, qui neglexerunt afferre opem domino suo, dum erat insultatus anteꝗ̄ interficeretur. Ex eo enim ꝙ non attulerunt opem, præsumuntur esse in dolo, & socij criminis seu forsan participes; & propterea torquentur omnes qui in dicta domo reperiebantur tempore quo dominus fuit occisus, & non tulerunt opem domino saltem in clamando; & sic illi qui in negligentia apprehensi fuerunt, torquētur ad eruendum veritatem, quare domino suo opem non præstiterunt, vel illius necem non vindicarunt, vt tenebantur de iure, & ad videndum etiam nunquid necis illius fuerint fortasse participes, & ad purgandum quodammodo suspicionē illam quæ viget contra illos, omnes torquentur regulariter qui præsentes in eadem domo eius reperiebantur. d. l. j. in princ. & §. si pater. & §. si vir aut vxor. ff. ad Sylla. quorum aliqui excusantur a tortura ex iusta causa siue iusto impedi7 mento quo detenti fuerunt d. l. iij. †Quidam propter impedimentum naturę; vt est mutus, surdus, cęcus, furiosus, qui propter defectum sensus naturalis non potuerunt adesse rumori, vel afferre opē domino. d. l. iij. §. surdus. & §. cæcus. Item etiam ignoscitur his qui clausis ianuis non potuerunt exire foras, & succurrere domino, & eidem opem afferre, d. l. iij. §. subuenitur. Postea immediate sequitur. §. ignoscitur. vbi dicitur ꝙ ignoscitur etiam his qui ætate, defecti sunt, vt propter non præstitam opem, et auxilium domino, non reddātur negligentes, & culpabiles ex quo propter corporis debilitatem & membrorum languedinem non potuerunt currere & adesse rumori, & necem domini vindicare sicut iuuenes, & vt ipsi desiderabant. & propterea ob hanc causam iura non præsumunt senem illum fuisse negligentem aut culpabilem, vel suspectum de crimine; quia iusta de causa impeditus &c. stante igitur impedimento prædicto, & cessat causa suspicionis; & cessante causa suspicionis & culpæ, merito etiam cessat tortura, quæ propter negligentiam adhibitā ergā dominum infertur, vt d. l. j. in princ. & §. si pater 8 lo ij. & §. si vir aut vxor. eod. tit. †quia cessante causa cessat effectus l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. ibi enim senex non excusatur a tortura propter ætatem senilem; sed excusatur a causa propter quam infertur tortura, Concludę igitur quod ætas ibi non est causa principalis ad eximendum senem a tortura, ita quod senilis ætas semper sit causa exclusionis torturæ, sed excludit causam suspicionis præsumptæ scientiæ & participationis, propter quam infertur tortura. d. l. j. in princip. & §. si pater. el ij. & §. si vir aut vxor. eod. tit. extra igitur illum casum nō video rationem in contrarium, quare senex torqueri nō possit in casibus in quibus de iure deueniri potest ad torturam, saltem leuiter, & temperate, mitius tamē ꝗ̄ in aliis iunioribus. l. j. §. diuus. & l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. non est igitur dicendum ꝙ ex dispositione. d. §. ignoscitur. limitetur, & lædatur regula iuris communis de qua in d. l. j. in princ. ff. de quæst. quæ loquitur affirmatiue, generaliter, & indistincte: vt latius supra dictum fuit. arg. l. sancimus. C. de testa. & l. præcipimus. C. de app. Si enim iura noluissent senem debere torqueri, illud vtiq; expressissent & excepissent a regula, sicut expresse cauerūt & exceperūt milites, decuriones, & eorum filios; item impuberē, mulierem prægnantem, & alios, de quibus supra d. l. milites. l. diuo Marco l. decuriones. C. eod. tit. & l. de minore. in prin. ff. eod. titu. l. prægnantem. ff. de pœn. cum similibus. Cum itaque hoc non reperiatur expressum, non est dicendum quod

regula iuris quæ est affirmatiua debeat immutari vel corrigi, aut limitari. d. l. sancimus. & d. l. præcipimus. 9 † Quidam alij exponunt illud verbum, ignoscitur, non ꝙ senex prohibeatur torqueri, sed quod rarius torquetur, & casu quo debeat torqueri, tunc mitius & leuius torquendus erit, ꝙ iuuenis. Hæc enim opinio licet videatur æqua & pia, præcedens tamen est de iure verior per ea quæ supra dicta sunt. Ego tamen quando casus contingeret, omnem diligentiam adhiberem ad eruendam veritatem aliter ꝙ per torturã ex persuasionibus aut comminationibus; quoties tamen esset necesse ad illam deuenire nõ excederem secundum aut tertium gradum: nisi essemus in atrocioribus, & persona rei esset vilis & valde suspecta. An autem reperiantur alij ꝙ supra nominati, qui dicantur esse exempti a tortura, vide do. Hippo. de Marsi. in l. edictum. ff. de questio. in iij. col. vbi plures enumerat inter quos dicit, ꝙ ille qui est vtilis reipublicę torqueri non potest secũdum do. Pari. de Put. quem ipse refert idem tenere in dicto suo trac. &c. & dicit esse bonum tex. 10 ad hoc in l. ad bestias. ff. de pœn. † vbi dicitur ꝙ damnatus ad bestias eximitur ab illa pœna quãdo ille erat vtilis populo, & ad præces populi debet liberari. Nota ꝙ ego intelligo illud dictũ esse verum per illum tex. quotiescunque per torturã adeo cruciaretur ꝙ efficeretur inutilis; quia posset membro debilitari, vel mori in tortura, quod quidem perraro contingit, alias autem non videtur esse eadem ratio in tortura sicut in morte; quia illi qui sustinent torturam non moriuntur nec debilitantur regulariter, & sic per illam non cessat vtilitas reipub. quando ille seruatur in vita, & ideo dubito de isto dicto propter diuersitatem rationis, super quo tamen cogita. Prædictas tamen limitationes oẽs limita & declara nõ procedere nec habere locũ in criminibus exceptis & atrocissimis, sicut est crimen læsæ maiestatis; in quo nulla dignitas nullumq; penitus priuilegium suffragatur reo ad effugiendum torturam l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. & in crimine hæresis, vt dicunt Doct. in d. l. quisquis. & Canonistæ in c. vergentis. de hæreti. in antiq. & in c. cum secundũ leges, eo. ti. lib. vj. Item in crimine maleficiorũ & incantatorum, vt l. & si excepta. C. de malefi. & math. in quibus criminibus omnes indistincte torquentur vt ibi dicitur & notatur etiam per do. Hippo. in d. l. edictum.

SVMMARIVM.

1 *Tortura an locum habere posit in pecuniariis causis.*

2 *Liberi possunt torqueri in causa ciuili delictum annexum habenti.*

3 *Serui alieni in causa pecuniaria possunt torqueri.*
Homo liber in causa pecuniaria regulariter non torquetur; sed hoc fallit in teste vacillante.

4 *Mercatores falliti, cessantes, & fugitiui quando possint torqueri.*

5 *Pœna corporalis quantumlibet leuis, quacunque pecuniaria maior est.*

6 *Tortura non dicitur pœna quæ iuris habeat effectum.*

7 *Finis causæ non attenditur in materia torturæ.*

8 *Iuramentum quando deferatur in probationis supplementum.*

9 *Tortura quando ad pœnam dari dicatur.*
Fur quandoque ad pœnam torquetur pro leuibus furtis.

10 *Confessio torti an sibi noceat, si denegata fuerit indiciorum copia remissiue.*

11 *Iudex quid faciet reo ad banchum iuris ducto, confessionem suam quam in tormentis fecerat negante.*



SEPTIMO quæro an in causa 1 † pecuniaria & ciuili deueniri possit ad torturam. dic ꝙ sic quãdoque, non tamen omnes personę nec in omni casu deueniendum erit, sed serui duntaxat alieni, quotiescunque veritas rei aliter haberi non potest, torquentur. l. diuus. in princi. ff. de quæst. & ista est vna ex differentijs, quæ vertuntur inter causas ciuiles, & criminales, secundũ quod dicit Bart. in d. l. diuus. quia in causis ciuilibus non torquentur nisi serui alieni, non autem liberi neque statuliberi; & casu quo deueniendum sit, non ita de facili deueniendum est; sed vbi veritas aliunde haberi non potest quam per tormenta seruorum, sed in causis criminalibus torquentur etiam liberi pro eruenda veritate ita dicit Bart. 2 in d. l. diuus. † Quod tamen est verum, nisi causa ciuilis haberet in se annexum delictum; quia tunc etiam liberi torquentur, vt est text. not. in c. j. de deposi. quem tex. omnes Doc. allegant ad hoc & notat etiam Doc. in l. ex libero. ff. de quæstio. Vnde dico ꝙ in hac materia poni potest regula negatiua, scilicet ꝙ in causa pecuniaria liber homo regulariter non torquetur d. l. diuus Fallit ista regula in aliquibus casibus, & primo in casu d. c. j. de deposi. quando causa ciuilis habet annexum delictũ. Item fallit qñ ciuiliter ageretur de falso, & veritas aliter haberi nõ posset, qd tũc deueniri posit ad torturã, ita dicit Bal. in l. sicut falsi. C. de falsis. Ex quo textu idẽ puto dicendũ esse in furto, vbi ageretur ad rẽ sibi furto subtractam, non per accusationẽ furti, sed priuato iudicio ciuili per actionẽ furti, vt in. §. furti aũt actio. inst. de obl. quę ex deli. nas. vel cõditione furtiua; vt in l. si pro fure. & in prin. §. j. ff. de condi. furti. ꝙ vbi plena probatio per testes aut sacramenta haberi non posset, liceat deuenire ad torturam: quia ratio text. in d. l. sicut falsi. ita militat in isto casu, sicut in illo. 3 † Et prædicta procedunt in libero homine, serui aũt alieni bene poterũt torqueri in causa pecuniaria. et hoc fieri põt quotiescũq; veritas


ritas aliter haberi nõ potest vt d.l.diuus.ff.de quę stio. Prædicta etiam limita & declara: ꝙ liber homo non torquetur regulariter in causa pecuniaria, est verum quando loquimur de principali. Secus autem in teste vacillante; quia liber homo si adhibetur vt testis in causa pecuniaria et vacillat, poterit torqueri, ita dicit tex. ibi Barto. & alij in l.ex libero.ff.de quęstio.& hoc non prouenit ex natura causæ, sed propter accidens, scilicet illam vacillationem.l.liber homo.in prin. & l.vnius.§.testes.ff.eod.tit.vide Barto.in d.l.liber homo.& l.ex libero.& d.§.testes, et do.Hippo.de Masil. ibi, vbi copiose declarat hanc materiam. & Bald.& Salyc.in d.l.sicut falsi.C.de fal.Io.de Imo.Panor.& alij Cano.in cap.grauis.de deposi. vbi in hac materia multa bona dixerunt & Cyn. in l.fi.C.de fal.& est glo.no.xv.qõ.iiij. c.presbyter. Et inquantum diximus supra ꝙ quando causa pecuniaria habet annexum delictum, deueniri poterit ad torturam per text. in d.c.j.de deposi. per quem text.dixit do.Par.de Put.in tract.syndi.in c.an.in causa pecuniaria.in principio se decidisse alias quęstionem istam. 4 † ꝙ isti mercatores falliti, cessantes & fugitiui poterunt torqueri, vt indicent pecunias sibi datas in depositum vel in societate ad mercandum, quas nunc denegat habere & perdidisse dicunt, quem omnino vide quem etiam refert & sequitur do. Hippol.de Marsil.in d.l.diuus. in ij.col.qui deinde opponit cõtra illud c.j.extra de deposi. dicens ꝙ nimis durum & iniquum esse videtur ꝙ in causa ciuili et pecuniaria deueniatur ad torturam, licet simus in terminis d.c.j.quia ex hoc magis cruciatur & patitur reus siue debitor in inquirendo veritatem rei, quã ipsa re comperta in satisfaciendo; quia nil aliud in cõdemnationem venit nisi pecunia, in cuius solutione debitor nullum patitur dolorem in corpore, et minus nocet solutio, & sententia, quam inquisitio; 5 † quia quilibet corporis cruciatus siue corporalis pœna, etiam minima, est maior quacunq; pœna pecuniaria; quantũcunque sit magna l. in seruorum. ff. de pœni. Ad istud contrarium dantur duæ solutiones per Docto. secundum ipsum, prima est ꝙ tortura non datur ad pœnam, nec dicitur proprie pœna, sed est dolor corporis vel membri ad eruendam veritatem &c.d.l.item apud Labeonem.§.quęstionem.ff.de iniuriis. & supra dictum fuit in j.qõ.huius tituli; quia si tortura esset pœna vel daretur ad pœnã, profecto nõ essent duo tituli separati, tit.de qõ.a tit.de pœnis, sed qa sunt materiæ diuersę & separatæ. s.materia inquisitionis & materia pœnę; propterea editæ sunt sub diuersis titulis & nominibus. Quidam vero dicunt ꝙ licet tortura nõ sit pœna iuris de facto; tñ est pœna non leuis; quia cruciatus ille affert pœnam & dolorem intolerabilem in corpore. Sed non obstat: 6 † quia licet tortura afferat dolorem & cruciatum in corpore, tamen non dicitur proprie pœna quę habeat effectum iuris, sed posset forsan improprie dici pœna, hoc est illa tolerantia doloris, & cruciatus, quam qui torquetur sustinet in membris & corpore. nec datur ad effectum pœnę a lege statutæ, & propterea ex diuersis non fit bona illatio l.naturaliter l. nihil commune.ff. de acquir pos.& l. Papinianus.ff.de minori. Quidam vero dant aliam solutionem, limitando, videlicet.d.l. in seruorum.ff. de pœn. vt dispositio illa non habeat locum in plebeis & vilibus personis, sed in nobilibus, & magnæ conditionis hominibus, qui non debent torqueri nec cruciari in corpore pro re pecuniaria, cuiuscunque sit valoris. Ego autem consideraui ꝙ licet solutiones istæ sint veræ in se: tamen ad solutionem istius oppo. non oportebat tantum laborare, quia solutio ipsius breuissima est. Nam est verum ꝙ in causis pecuniarijs regulariter non deuenitur ad torturam d.l. diuus. nisi in casibus & personis exceptis; vt supra diximus in prin.q.& ad hoc facit regula illa de qua in d.l.in seruorum.ff.de pœn. Sed in casu d. c.j. & l.sicut falsi.C.de falsis ideo deuenitur ad torturam propter delictum furti vel falsitatis annexũ, & isto respectu videtur potius deferri in causa criminali quam ciuili; quia tunc illa non dicitur causa mere ciuilis, sed potius mixta cum criminali; vide Imo.& alios in d.c.j.& ratio illa de qua in d.l.in seruorum, non videtur multum vrgere in proposito nostro, 7 † quia in materia torturæ non debemus attendere ad finem causæ ex qua venit soluenda pecunia: quia alias sequeretur quod in multis causis criminalibus in quibus de iure cõi aut ex forma statutorum venit imponenda pœna pecuniaria, vel bonorũ publicatio, vt in l. si quis aliquid.§.qui abortionis.ff. de pœn. & instit. de publi.iudi.§.item lex Iulia.si illa ratio procederet, sequeretur quod illis casibus non posset quis torqueri: quia esset maior pœna inquisitionis ꝙ̃ condemnationis, quod est falsum. Dicas igitur ꝙ in omnibus causis in quibus infertur tortura, considerandum est principium causæ & illius natura, an descẽdat siue oriatur ex contractu vel quasi, an vero ex delicto vel quasi delicto: vt insti. quib.mod.re contra.obli.& de verbo.oblig.cum simi.& de obli. quæ ex delic. nas. per totum, vt primo casu non sit locus torturæ regulariter, etiã quod veritas aliter haberi nõ possit: quia in causis ciuilibus iura dederũt alia remedia. Aut actor plene probauit intentionem suam & reus cõdemnatur l.si debitori.ff.de iudi. 8 † aut semiplene probauit, & deferunt sibi iuramentum in supplementum probationis, dummodo actor sit honesta persona, & non agatur de maxima summa: vt no. dicit Bar.in l.admonendi. & ibi per Moder. latissime.ff. de iureiuran. & Bald. in l. in bonæfidei. C. eodem titu. Ioan. de Imol. Panormi. & alij Canon.in cap.fina. eod. titu. Aut actor non plene neque semplene probauit, sed minus ꝙ̃ semiplene; vt quia habuit testes qui non erant omni exceptione maiores, vel forte erant singulares, quo casu non deuenitur ad istud iuramentũ; vt dicunt præfati Doct.in d.cap.fina.sed isto casu defertur iuramentum reo, quod dicitur iuramẽtum purgationis, & obtinet absolutionem: vt not. in d.c.fina. Aut actor proposuit libellum, sed nihil penitus probauit, & isto casu reus absoluitur, etiam absque aliquo iuramento: vt l. actor. C. de probatio. & l. qui accusare.C. de eden. &

Ccc 2 per

per ista media deciduntur causæ ciuiles, non autē per torturam, intelligendo de causis mere ciuilibus. Ille vero quæ habent annexum delictum, dicit non possunt mere ciuiles: vt dicto c.j.& l.sicut falsi, ideo non est mirandum si in illis potest inferri tortura; quia datur propter delictum, non propter ciuilem causam, nec ex natura causæ ciuilis; quia tortura fuit adinuenta pro causis criminalibus contra culpabiles & dolosos, quoties deficiunt plenæ probationes in crimine: & dicitur remedium extraordinarium; vt not. Bald. in l.ij.C. quorum appel. non recip. & per Azo. in sum.de quæst.& Panormi.in cap.cum in contemplatione de regu. iur.in prin. 9 †Et licet tortura etiam in causis criminalibus non soleat dari ad pœnam, tamen datur quandoque ad pœnam, quādo ex crimine veniret imponenda pœna pecuniaria,& reus propter paupertatem illam soluere non posset, luit in corpus; quæ luitio fit interdum per torturam, maxime quando est vilis persona: vt ff. de pœn.l.j.§.fina. & C. de seruis fugiti. l. quicunque.§.quod si.& l.si quis id quod.ff. de iurisdictio.omn.iudicum: vide domi. Pari. de Puteo.in d.tracta.in cap.tortura. el j.vbi dicit quod pro leuibus furtis fur quandoque torquetur ad pęnam: maxime quando est vilis persona & pauper vt in authenti.vt iudi.sine quoquo suffra §. ex diuerso. Posset etiam hic inserim quęstio illa de qua in l.repeti.ff.de quæstio. an & quando semel tortus possit iterum repeti in tortura; & an & quando quis dicatur competenter tortus; & quid si reus moritur in tortura, vel propter torturam mors fuerit subsequuta; an iudex tenetur, & ad quam pœnam.& quid si reus fuit positus ad torturam nullis indiciis præcedentibus; vel si aderant indicia non tamē erant in actis descripta; & quid reus petiit copiam indiciorum, & fuit sibi denegata, & non obstante petitione prædicta fuit positus ad torturam; & quid si reus in tortura fuerit confessus aliud crimen, quando nulla præcedebāt indicia, vel si qua aderant erant inualida; vel si legitima erant, non erant scripta in actis, vel 10 † quando fuit sibi denegata indiciorum copia, an confessio illa etiam ad banchum iuris ratificata noceat reo ad condemnationem, vel ad aliū effectum, & quem, & quid si reus propter priuilegium, ætatem prægnantem vel aliam similem legitimam causam torqueri non poterat, si fuerit tortus & confessus, & ratificauerit confessionem suam; an poterit ex ea subsequi condemnatio. Velle omnia ista ad longum describere potius superfluum esset q̄ necessarium; quia omnes Docto. & antiqui & moderni in theorica, & in practica in suis commentis hęc plene descripserunt; apud quos per te ipsum videre poteris. Barto. in l.j.in prin.&.§.idem Cornelio.& l.fi.ff. de quæstio. & in d.l.j.& l.fi.& l.milites.§.oportet.C.eodem titul.& in l.ea quidem.C.de accus.Bald.in l.ij.C. quorum appella.&c.idem Bal. in l.j.C. de cōfess. & in l.ij.C.quod metus cau. Gan.in trac. malefi. in tit. de quæstio. & tormen. Ange. Areti.in suo tracta.malefi.in gloss.fama publica.versicu.nunc videamus vsque in fin.Pari. de Pute.in tract.syndica.in cap.tortura, lo primo cum tribus sequen. & cap.viso de indiciis.Hippoly.Marsil.in l.j.in princip.& .§.fin.&.§. ad quæstionem, ff. de quæstio. Franc. Brun.in tracta. de indi.& tortu.in ij. parte. Canonistæ in cap. qualiter, & quando & c. inquisitionis de accusa. & in c.cum in contemplatione, & ibi Panor.de regu.iur. in antiquis.

Nihilominus quo moderamine & qua leuitate, vel grauitate fit danda tortura, & quæ indicia ad illam inferendam idonea sint, & quando quis dicatur competente tortus vel non: similiter quādo quis dicatur purgasse indicia vel non: omnia ista demum relinquuntur arbitrio & discretioni honesti iudicis; quoniam in his certa regula tradi non potest, sed alterantur ex qualitate facti, personarum conditione, loci consuetudine, & aliis circunstatiis & qualitatibus, vt dicit Bald.in d.l.ij. C.quorum appellat.&c. & d. l. milites.§.oportet Bart. in d.l.fi.ff.de quæstio.& l.j.in princip.eodē tit.& est text.in l.j.§.calumniatoribus.ff.ad Turpil.& l. Testium.§.tu magis.ff.de testibu.Panormita. in d.cap.cum in contemplatione. de regu. 11 iur. & Azo in summa eod.titu. † Quid autem si reus semel aut pluries confessus fuerit in tormētis: de inde tempore suo adductus ad banchum iuris in loco ratificationis negauerit, & confessionem ipsam reuocauerit; quid tunc aget iudex? dic ꝙ reponet illum iterum ad torturam, in qua tandiu morabitur suspensus quantum iudici videbitur esse sufficiens,& si reuocationem ipsam reuocauerit reuertendo ad primam confessionem illi standum erit & iterum retificanda, si vero passis tormentis semper in eadem reuocatione institerit debebit absolui; vide Barto.in l.j.§.si quis vltro. & in l. repeti.ff.de quęstio. & do. & Hippoly.de Marsil.in d.l. repeti.in iiij. col.vbi dicit ꝙ dum ipse erat officialis illustrisi. Ducis Mediolani, habuit pręmanibus quendam insignem ribaldum, qui similes actus sæpius fecit, & repetitis vicibus in tortura fatebatur, deinde ad banchum iuris adductus semper negauit.& reuocauit præcedentem confessionem, adeo ꝙ fuit sibi necesse, vt ipse dicit, illū absoluere & abolere processum cū inquisitione. Interrogatus postea quare sic fecerat, respondit ꝙ magis sibi expediebat torqueri pluries, in brachiis cum corda, q̄ semel in gula; quoniam multi inueniuntur medici qui sciunt resarcire ossa brachiorum, etiam si essent fracta; sed nemo reperitur qui sciat resarcire gulam laqueo obclusam.

FINIS.



TRACTATVS SVPER MATERIA QVAESTIONUM, seu torturæ do. Amberti de Antramonia Bononiensis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudicibus torquere sontes uolentibus, quid cõsiderandũ, vide. §. omnes vsque ad nume. 2.*

2 *Torqueri quæ personæ poßint vsque ad nu. 3.*

3 *Quæstio qualiter fieri debeat. & quo temperamẽto quoue ordine sint inferenda tormenta.*

4 *Quæstio ex quibus causis inferatur quæ torturã præcedere debeant, quibus indiciis & qua forma in his procedi debeat.*

5 *Quæstionis effectus quis sit, & quod rei confessio non præiudicat sibi.*

Et quid confessione facta in tormentis, sit faicendum. nu 6.

Et quid si aliquis tormentis confitetur contra aliũ an suo dicto stabitur. nu 7.

8 *Tortus sua causa, non est de aliis interrogandus, nisi in casibus sequentibus.*

9 *Torqueri an poßint alii per tortum inculpati, licet, sint mile famę & vitiis manifestis dediti.*

10 *Torquetur quis de furto accusatus indiciis pręcedentibus, in tormentis confitetur, non absque alia repetitione in eum proceditur.*

11 *Tortus semel an poßit sine nouis indiciis iterum torqueri.*

12 *Torquendo propter indicia præcedentia an dari debeat dilatio, vt aduersus indicia dicat.*

Plus cui cõceditur non debet, quod minus est denegari. ibi in fi.

13 *Torti confeßio nullis præcedentibus indicii ñulla est. et confeßio facta in ipsis tormentis æquipolet factę in tormentorum formidine ibidem.*

14 *Tortum vt perseuerare in confeßione faciat Iudex, quid nam agere debeat.*

Et quantum tempus erit inter diem confeßionis torturæ, & diem perseuerantiæ.

Et qui quæstioni interesse debeant ibidem.

15 *Torqueri an poßit liber homo, & nunquid principalis persona quæ accusatur subiici torturæ debeat, ibidem.*

16 *Torquendo si iudex modũ excesserit, quid iuris.*

17 *Lata culpa in delictis non comparatur dolo.*

18 *Indicium ad torturam an faciat vnus solus testis plene probans. & nu. 19.*

20 *Fama iam probata, num poßit procedi ad quæstionem.*

21 *Fuga accusat fugientem, & fama hominem malæ vitæ.*

22 *Indicia indubitata quæ sint, & quæ ꝓbationes.*

23 *Perfectum vnum conficiunt duo, vel plura imperfecta.*

24 *Milites nostri temporis an torqueri poßint etiam cœlestes, & quid de iudicibus & aduocatis ibidem nu 25.*

26 *Fama quid in maleficiis operetur.*

27 *Appellari an poßit ab interlocutoria quæstionis absolutoria per omnes. §. vsque ad finem tituli.*



SVPER materia qõnum vĩ dẽdũ est quid sit quæstio, & quæ personæ possunt torqueri, & quæ non. Et qualiter sibi inquisitio seu quæstio fieri debeat, siue quo moderamine sint homines torquendi, & ex quibus causis, & quę oportet præcedere quæstionem, & quis sit effectus quæstionis. Vlterius tractando quasdam vtiles quęstiones super dictis articulis iudices qui debent fieri subtiliter docebimus. Primo tractabo circa magistralia ad tractatum istum. Et † primo 1 nota, quod iudices qui de aliquo quæstionem intendunt, iuris & humanitatis considerationem habeant, & ne facile ad tormenta veniant seu proficiscantur. Item nec repente quomodocunque ad sint indicia aut argumenta verisimilia, dum tamen aliqua leuior posśit veritas reperiri. arg. l. diuus. ff. eod. j. & ij. respon. l. edictum & C. eodem titu. l. questiones. Secundo not. quod non ex quolibet causa seu responsione, seu

ex quolibet termino, nec etiam indifferenter de quibuslibet personis est habenda quæstio vt d.l. edictum. Tertio not. ꝙ non quælibet indicia sunt efficacia ad habenda tormenta. Tunc enim torquendus est reus, cum suspectus est, & verisimilia procedunt indicia, vt ff. eo.l.j.j.& ij.respõ. Quarto not. ꝙ tormenta non debent reperi, nisi duo pręcedant seu concurrant. s. ꝙ noua indicia superueniant, & ꝙ tortus fortitudine corporis durauerit. ff. de quæstio.l. vnius.§.j. Quinto not. ꝙ ad tormenta habenda iudices nostri tẽporis tẽperamentũ habeãt. s. ꝙ non habeant de aliquo tormẽta quæ desiderabit accusator, sed prout moderamen rationis desiderat temperamentum; adeo vt is qui torquetur, saluus innocentiæ vel supplicio reseruetur. ff. eod. l. de minore.§.tormenta. & l. quæstionis modus, alias tenentur, vt ff. de iniur. l. apud Labeonem.§.quæstionis. Modo videndum

2 est † quæ personæ possint torqueri & quæ non. Et certe torquendi sunt tam liberi quam serui, & liberi, & statuliberi. vt ff. eo.l.edictum. & l.ex libero. & l. diuus. Et tam masculi ꝙ̃ fœminæ. Nisi dum sint prægnantes. ff. de pœn.l. prægnantis. & l.quanquam. licet quidam contradixerunt. Dic tamen indubitanter liberos homines tam in se principaliter, ꝙ̃ in alijs, posse torqueri, vt ff. eo. l. ex libero. & l.diuus.§.testes. & C. de falsis.l.si rem. & l.si quis decurio. & de re mil.l. proditores. in auth. vt iu. fine quo. suff. in fi §.ope. C. eo. l.milites. Vbi indisiunctè loquitur de personis cuiuslibet conditionis, excepto in dignitate positis, quas torqueri non permittit lex. C. de infamibus l. nullum. & de accusa. l. nullum. in fin.

Omnia supradicta loquuntur de personis liberis. de quibus eximuntur quædam quas torqueri non sinit, scilicet propter ætatem, vt minor quatuordecim annis. ff. eo.l.de minore. & l. ex libero. & quanquam torqueri non possint, tamen ferula vel virgis corrigi possunt leuiter ad eruendam veritatem, vt ff. ad Syllania.l.j.§. impuberes. Item illi qui sunt positi in dignitate nõ torquentur. vt C. eo.l.milites & l.diuo Marco. & l. decurionem. & ff. eo.l.fi. nec filij presbiterorum, vt in legibus præalleg. In quibusdam tamẽ criminibus nec ætas, nec dignitas excusat, vt est in crimine læsæ maiest. & in alijs vt habetur. ff. eo. l.de minore.j.respon. & l.libero.§.j. de re mili.l. desertorem.§.is cui. & l.proditores. Item decuriones quandoque torquentur. vt C. de fal.l.decu-

3 rio. Item mulieres quæ sunt prægnantes. † Nunc videndum est qualiter quæstio debeat fieri, & cũ quo moderamine sint habenda tormenta; sed de hoc non potest certa doctrina reddi, sed iudex cõsideret torquendum cuius fortitudinis vel debilitatis sit, seu cuius ætatis, & secundum seueritates personarũ & criminis & cuiuslibet alterius negocij, quandoq; minoribus, quandoq; maioribus tormentis vtatur. ff. de re mili.l.iij.§.fi. & ad syllan. l.si quis in graui. in prin. & .§.subuenitur. et .§.impuberes. sic ergo torqueatur accusatus vt innocentiæ vel supplicio seruetur incolumis, vt ff. eod. l. quęstionis modum. Sed nunc quęro, quo ordine sint habenda tormenta, posito ꝙ de pluribus hominibus habenda sint? Respondeo, sagax iudex considerabit a quo facilius veritas oriri possit, & ab illo incipiat quęstionem, vel mediocri vel magis suspecto, a debiliore & non fortiori vt ff. eo. l.j.§.j. & l.diuus.§.j. Item si torquendi sunt pater & filius, a filio incipiat, & in conspectu patris, vt per hoc pater citius dicat veritatem; quia ipse magis vellet torqueri ꝙ̃ si filius torqueretur. arg. ff. quod met. cau.l.isti quidem.j. articulo; & insti. de noxa.§.sed veteres. Item fœmina torqueatur prius ꝙ̃ masculus; quia vir tanꝙ̃ maioris virtutis seu constantiæ nunꝙ̃ vel traditus confiteretur, & mulier citius, quia membra carnea & mobile corpus habet, vt ff. de inoffi. testa.l. filiũ. ff. de iure fi.l.deferente.in princ. Sed quæro ex

4 quibus causis † torqueantur homines? Respon. ꝙ tam in causa ciuili ꝙ̃ criminali, cum veritas causæ seu facti reperiri non possit. ff. de quæstio. l. diuus. & l.ex libero. & C. eo.l. in summa. Non tñ ex omni causa torquendus est quis, nec quælibet persona indifferenter, vt ff. eod.l. edictum. Sed quæro, quæ præcedere debeant quæstionem. dic ꝙ indicia verisimilia & sufficientia. Nam a tormentis non est incipiendum. ff. eod. l.j.j. respon. Nam sine indicijs & suspitionibus quis torquendus non est. ff. eo.l. vnius.§.in ea. & l.maritus. & C. de falsis.l. sicut ad fratrem. Et recte ab indicijs est considerandum & proponẽdum, alias proponderandum an procedant indicia sufficientia & verisimilia ad tormenta habenda. Nam plerique dum torquentur perire solent. ff. de pœn. l. aut damna.§.ij. & ff. eod.l.milites. & l. conditionali. & non potest dici seu ostendi in eis certa forma siue doctrina, sed hoc committitur arbitrio iudicis, vt ff. eo.l.iij.in prin. ff. de pœn.l.licet & l. sanctio. & de effracto.l. quibus nullam. & de iu. deli.l.j.§.j. Possumus enim in genere talem doctrinam dare, ꝙ sagax iudex debet solicite instare ad indagandum indicia contra delatum super aliquo crimine. Nam indicia sunt alijs probationibus proxima. Et dicuntur indicia quasi veritatis demonstrantia. & probationum adminicula. C. de proba.l.instrumenta. & l.fi. sunt enim probationes claræ. C. qui testa. fa. pos. l. hac consultissima.§.denique. ibi, indicia &c. Nam indicia ab iudicando. vt ff. de pręscri. ver. l. solent. Quęrat autem iudex & instanter indaget cũ quibus, & per quæ loca versatur delatus quem torqueri vult. Nam mala conuersatio est mali operis indicium, vt ff. de admini. tuto. l. si pluries.§. assidue. Nam ex mala conuersatione bonus efficitur malus & vitiosus, vt ff. de ędili. edic.l. ædiles.§.hoc autem. & ad hoc facit extra de sta. mo.c.recolentes, quia secundum varietatem locorum variæ pręsumuntur coniecturę, vt C. si man. ita fue. alie.l.fin. ff. de pœn.l. aut facta.§.euenit. Item instet inquirere si erat inimicus offensi, aut si qua fuit inter eos querela; quia tunc erit pręsumptio culpę. ar. ff. de quęstio.l.j.§.quæstionẽ. Itẽ inquirat cuius ęstimationis fuit, vel qualis famæ. Qualis enim fuit fama cuiusque in ciuitate talem esse pręsumimus. ff. de qõ. l. de minore.§.tormenta. ff. de re mili.l. nõ omnes.§.a Bar-

baris

baris,cum concor.in gl. Item iudex poterit accipere indicia ex constantia vocis, vel trepidationis,vel membrorum pallore,vt d.§.tormenta. vnde talia multum conferunt ad habendam veritatem,vt videtur ibi. Item indaget cuius vitę fuerit. Primo an talia de quibus inculpatur, facere cõsueuit.arg.l.desertorem.ff. de re milita.§. is qui.ibi, inspecto vitæ. & l. non oẽs.§.a Barbaris.& ff. de suspe.tu. l. quoque.§.quo ex gestis.n. præteritorum tractamus pręsentia. C. de prin. agen.in re.l.fi.lib.xij. Item an fuit cõminatus, tunc enim est pręsumptio ꝙ opus adimpleuerit; quia verbis vtendo pręsudit. Vnde ex dictis hominum facta pensamus.C.si quis Impe. male. l.j. ff.de supellec.le.l.fin.Item considerando an talia facere consueuerit,& posse habuit faciendi. quod est no.dignum.ff.ad leg. Iul.ma. l. famosi. Item an fugerit aut se abscõderit vel absentauerit statim post perpetratum maleficium, vt in auth. de exhib.reis.§. si vero.col. v.C.de assesso.l. consiliarios. Item testes recipiat super maleficio de voce & fama publica,qua probata,erit indicium ad tormenta ar.ff.de flumi.l.j.§.ex flumine. & de alijs multis poterit iudex sumere indicia ad informandam conscientiam super veritatem. Sed nunc 5 restat videre quis sit† quęstionis effectus;& si quidem absque formidine tormentorum vltro quis confiteatur crimen, dixerunt quidam antiqui & noui scriptores eum non esse sententia condemnãdum,sed debet stare per diem vel aliquod temporis spatiũ,secundũ qualitatẽ criminis & cõditionem personę:& interdũ eum corã eo representare & interrogare an velit in sua confessione perseuerare an contradicere vel reuocare velit. Et hoc ideo dicunt,ꝙ cõfessio rei nõ pręiudicat ipsi. C.de cust. reo.l.ij.ff.de qõ.l.j.§.diuus. ibi, statim haberi. &c. &.§. si quis. Vltimo dicebant, ꝙ inter confessionem factam in criminalibus & in ciuilibus hoc interest ꝙ in ciuilibus non est opus perseuerantia,imo statim tenet. In criminalibus siue vltro siue formidine tormentorum habita sit confessio,semper opus est perseuerantia, per iura superius allegata. Nec mirum si magis ponderate & solenniter in criminalibus ꝙ̃ in ciuilibus ꝓcedatur;quia videtur maius periculũ &c. extra de elec.lib.vj.c.vbi periculũ.C.de fal.l.vbi.ff.de pœ.l.qui sñiam. Tu dic contra & hęc est cõis opi 6 nio;quia† si ipse cõfiteretur sponte crimen,statim incarcerandus est, & illico absq; alia cõfessione damnandus.C.de cust.reo.l.fi.j.respon.C.de pœn. l.cum reis,titu.de custo.reo.l. si confessus. Nec ob.§. diuus. nec.§. si quis vltro. quia loquuntur in confessionibus habitis in tormentis, & sic intelligitur.C. de exhi.re.l.ij. secundum veriorẽ intellectum,vt patet in fi.ibi, & sit iudicibus &c. Sinautem in tormentis vel formidine tormentorum, tunc non statur, nec debent haberi pro exploratis criminibus, vt d.§.diuus &.C.quo appe. non reci.l.ij.& ff.eo.l.j.§.qõnem,sed iudex faciet coram se venire criminosum & quæret an velit in sua confessione stare,an retractare vel contra dicere.& si perseuerauerit,tunc est cõfessus,alias non, vt d.§.si quis vltro. Sed quid de quæstio7 ni quotidie emergenti. † Pone, aliquis subiicitur qõni & confitetur contra alium nunquid stabitur suo dicto? Distingue,aut torquetur simpliciter cõtra alios & non contra se,& tunc statur dicto suo cum aliis indiciis,& iudex ex dicto torti cũ alijs indicijs ad condemnandum procedere posset. C. de asses.l.nullus.in fi.ff.de qõ. l. edictũ.§.qõnem. & l.j §.quæstionem, saluo ꝙ in initio non est credendum nec omnis fides irritẽda sed ad cognita erit fides adhibenda vel non. ff.eo.l.j.§. præterea ff.de testi.l.iij.in princ.sinautem torqueatur in se & in alio nihil de se dicit,tũc habet locum quod supra dixi. Sinautem confiteatur de se & alijs, tunc secũdum opinionem d. Azo.cuius opinio pręualet est inuenire regulam ꝙ regulariter confessus super proprio crimine non confitetur super cõ8 scientia aliena. Et sic est regula † ꝙ tortus per se non debet interrogari de alijs maxime de consociis.ff.eo.l.rep.& vide ibi scdm Bar.C.eo.l.neq; qui.in prin.& de accu.l.fin.Et si de facto dixerit, vel sine interrogatione non statur dicto suo. Fallit in casibus in quibus de se confessus, torquetur de alijs, si tñ contra illos præcedant indicia. Primus est.ff.de cust.reo.l.diuus.& l.fin.C.de pœn.l. pe. Secundus est.C.de fal.mo.l.j. Tertius est de exhi.reo.l.fin. Quartus de malefi.& mathe.l.fin. Quintus est.ff.ad syllania.l.prius.& l.si certus.et ff.de qõ.l.j.§.cum quis. Sextus ad l. aquil.l. inde Neratius.§.sed & si seruum.Et dixi pręcedant indicia. vnde quia alias non debet interrogari de aliis.C.de qõ.l.j.Item talis responsio non erit plena probatio contra illos quos inculpauit,sed aliqualis pręsumptio,& in istis dic vt no.C.de accu. 9 l.fin. † Sed nunquid propter talem pręsumptionẽ poterunt inculpari & torqueri? Respondeo ꝙ sic in prædictis sex casibus exceptatis,argu.prædictę legis diuus.& ff.eo.l.j.§.cum quis.&.§.diuus. in alijs autem dic vt no.in d.l.fin.C. de accu. & d.l.rep.§.is qui. Sed quid si persona inculpata a torto sit malę famæ, & malę opinionis, nunquid in casibus exceptatis & alijs poterit subijci tormentis? dicas ꝙ de iure non, nisi præcedant indicia sufficientia.nec inculpatio de eo facta iudici. Indicium enim interrogari nõ debuit,vt d.l.fi.C. de accu.et ff.eo.l.repeti.§.is qui.Cõclusio ꝙ exinde sequitur tanꝙ̃ lex prohibens non valet. C. de leg.l.non dubium. Sed de consuetudine vidi torqueri. pro contra. facit ff.eo.l.j.§.diuus Hadria10 nus. Sed quid de q.quotidie emergenti † accusatur quis de furto indicijs præcedentibus ad id furtum, torquetur, & confitetur, nunquid potest procedi in torto sine repetitione,vt dicat & confiteatur de furto a se commisso ad quod nulla præcedunt indicia? dic ꝙ non de iuris subtilitate arg. illorum quę in proxima q.pro secunda parte allegata sunt. Et quia ad ista furta de quibus in genere vel in specie quęritur, nulla pręcedunt indicia sufficientia nec inculpatio de eis facta a torto inducitur argu.C.de falsis.l. si caius.C.eod.l.j.in prin.& l. maritus. Sed de generali consuetudine Italię seruamus contrarium quotidie in maximis furtis,quę magis per Lombardos frequentantur, quæ consuetudo potest iuuari primo argu.ff.

de re mili.l.non omnes.§.a Barbaris. ff. de offic. præsid.l.congruit. Sed quæro q.semel fuit habi 11 ta de quodam Mediolanensi† Iudex vult repetere quæstionem sine aliquo de nouo emergenti seu accidenti. Nunquid potest? vr̃ ꝙ sic, vt ff. eo.l. repeti, & l.diuus.§.j.vbi indistin. dicitur ꝙ quæstio potest repeti.& est.ff.de publicia.l.de pretio. & de lega.prestan.l.j.§.aliter. Tu dic ꝙ non, sine nouis indicijs.vt puta,quia tortus dicit illa nocte nullum iacuisse ibi, vbi fuit commissum maleficium & postea inuentum fuit per testes ꝙ alius ibi iacuit.certe isto casu potest repeti quæstio, per dictum indicium,vel simile. Et certe hæc est cõis opinio.non tamen allegatur aliqua lex, sed tu allega.ff.de verb.sig.l.boues.§.hoc sermones. ff.pro socio.l.socius pro filia.§.nunc si plus. & d. l.vnius.§.reus. Iudices tamen hoc non seruant, imo quæstiones quotidie repetunt absque nouis indicijs,quousque de obiectis criminibus habeãt veritatem, quorum opinio potest deffensari per auth.vt iudic.sin.quo.suf.§.oportet. ibi, iudices torquebant fures &c. Consideret bonus iudex in quæstione repetenda, ꝙ tortus in fortitudine perseuerauerit corporis et animi ff.eo.l.vnius.§. reus. ꝙ si dicit dum est in tormentis ad quid me tormentatis, ꝙ si starem per annum non plus dicerem,nam non sum polutus de alijs criminibus, nec de isto mihi imposito.& si ista omnia deficiãt nunquid a tormentis est relaxandus & dimittendus vt vadat vias suas? Et certe non, sed debet procedere in tortura cũ tempore & aspere secundum conditione criminosi & qualitatem. Si autẽ deficiat debet iudex eum in carceribus detinere. & si non aderunt indicia, tunc iudex statuet accusatori competentem dilationem ad probãdum. & si non poterit probare condemnabitur.vt ff.de quæstio.l.ij.§.certa.l.vnius. Sed quæro quid si 12 † in crimine indicia præcesserunt per quæ iudex informatus est, & vult procedere ad tormenta, reus dicit domine iudex detis mihi defensionem antequam ponatis me ad torturam, quia paratus sum arguere indicia contra me recepta, nunquid est audiendus reus,& sibi sit danda defensio? videtur ꝙ non.C.vbi senato. vel claris.l.ij.§.eod.ibi, inanes probationes &c. cum in illis personis in dignitate positis. ibi videtur speciale, in cæteris ius commune debet esse.l.j.ff.ad Mace.in fi.Nam actor primo probat, & post fundatam intentionẽ suã reus ponit exceptiones & defensiones suas.C. de exceptio. l. si quidem. Igitur totaliter debet primo fundari intentio accusatoris, id est, actoris per testes vel per rei cõfessionem, antequam reus in sua exceptione siue confessione audiatur.Quid dicendum? Dico ꝙ sic est danda defensio antequã reus torqueatur, maxime quando quis tale allegat,quo probato,nõ debet procedi ad quæstiones. et illa ratione,quia etiam a communi ratione vel interlocutione facta a iudice, ꝙ aliquis torqueatur,appellatur.ff.de appella.reci.l.ij.maxime,qa tale detrimentum reparari non potest: vt in allegatis legibus.pro hoc quia deficere solet in quæstio.arg.ff.de pœn.l.aut damna.§. j. pro hoc quia cõfessioni siue ignorantiæ defensio defenditur.C. de cust.reo.l.j.multo magis hic non denegatur.

Præterea nos videmus ꝙ iam cõdemnato ex confessione facta in tormentis princeps subuenit post suam defensionem,suæ innocentiæ concedendo l.j.§.si quis vltro.ff.de quæstionibus. Si ergo confesso & cõdemnato datur defensionis facultas, multo magis ante torturam. Nam cui plus conceditur, non debet denegari quod est minus, vt dicit regula iuris l.cui plus.Quid plura? casus est.ff. eo. l.vnius.§.cogniturum.ibi,quandoq; &c. Sed pone, testis fuit tortus,& in tormentis fuit confessus, ante sententiam dicit se errasse. nunquid poterit corrigere ante sententiam dictum suum quod fuit confessus in tormentis? Respondeo aut est error facti,an iuris. Primo casu sic.arg.l.non fatetur. ff.de confess. Item talis non solet vsque ad sententiã obesse.C.de iuris & facti ignoran.l.error. & l.ij.quo appell.nõ reci.ff.de qõ.l.j.§.si quis vltro. Secundo aũt casu non.vt l.error. supra alle. 13 Sed quid si aliquis † est tortus nullis indicijs præcedentibus, nunquid valebit confessio? dic ꝙ non quantuncunq; perseuerauerit.ff.eo.l.diuus.§. ex quibus.& lege, maritus,& l.pluri, secundum vnam lecturam.C.si ex fal.instrumento.l.ij.iij.& iiij. Præterea hoc est de substantiali solennitate quæstionis habenda,quod indicia legitima præcedant, alias non debet quis torqueri.ff.eo.l.j.& ij. & l.maritus. & C.eo.l. cum cognitionaliter.& l. milites.quo deficiente quicquid fiat nihil valet C. de legi.l.non dubium.& de fide instru.& iure hastæ fisca.l.j.lo.j.ff.de in integrum restitu.l.diuus. C.de appel.l.nominatas. Dictum est supra quod confessio facta in tormentis non valet, nisi in ea sit perseueratum. Sed quæ dicitur facta in tormentis? Respondeo, si ad pedem torturæ ducatur & ligatis manibus teneatur, quod si incontinenti confiteatur cum subijcitur quæstioni certe non tenet eius confessio, nisi in ea fuerit perseueratum: quia lex æquiparat confessionem factam in ipsis tormentis, & factam in formidine tormentorum: vt expressum est.C.de appel.non recip.l.obseruare.ibi cum dicit formidine tormentorum.& idem sentit glo.ff.de iniur.l.apud Labeonem.§.adijcitur cum eius &c. quia sufficit terror armorum ff. de vi & vi arma.l.idem est.§. si armati. & etiam quo ad legem Corneliã de sica. æquipolentia sunt hominẽ gladio percutere,vel occidere,vel astringendo gladium in manu minari.ff.ad l. Corne.de sic.l.j.§.diuus. pro hoc.ff.ex quib. cau. l. iij. & l. metum.ff.quod met. causa. Sed quid si ducitur ad tormenta,non tamen ligatur,sed bene minatur de tormen. si confiteatur nunquid videatur dicere confessus ex formidine tormen. videtur ꝙ sic. ff. de incen.l.j.§.incendia. l. pedius. vel si confiteatur in præsentia tormentorum formidine tormentorum dixisse. Sed quid de quæstione de facto occurrente. Continetur statuto ciuitatis ꝙ aliquis non possit torqueri nisi in certis casibus. ecce potestas vltra illos non quæstionat aliquem ne incidat in pœnam statuti,sed quid facit præcipit eum teneri in curia, vel in aliquo loco denegando ei alimenta quousque confiteatur, vel in hyeme facit eum stare spoliatum donec confiteatur,

fiteatur, nunquid videatur quæstionatus? dico ꝙ sic.ff.de iniur.l. apud Labeonem.§.quæstioni.ibi cum dicit, mala mente &c. Sed quid si extra locum torturæ, scilicet circa tribunal vbi iudex reddit ius, examinans delatum super crimine dicit, aut confiteberis aut ducam te ad torturam, & torquebo te, nunquid dicetur talis confessio facta formidine tormentorum? dic ꝙ non, quia leuis terror est vt d.l.apud Labeonem.§.qui.& ff. quod met.cau.l.metum &c. Tunc probabilem vere torturę causam accipere debemus præsentem & iustam, sicut metum pręsentē.ff.quod met.cau. l.metum.j.respon.ad finem, leuis est terror, alias metus vltra locum torturæ elusorius est. ff. si cui plus quam per leg. fal. l. hæc actio. Dictum est ꝙ confessio formidine tormentorum facta non

14 habetur pro explorato crimine. † Quæro ad faciendum eum perseuerare quomodo faciet iudex? dico ꝙ apud aream vel in aliquo loco publico extra locum torturæ faciet describi eius perseuerantiam. & hoc faciunt iudices experti, quia vocant testes & in publico testimonio faciūt scribi in præsentia talium testium, qualiter confirmauit & perseuerauit in sua confessione &c. argu.C.de custod. reo.l.ij. ibi, sub publico testimonio. Sed quæro, quantum tempus erit in medio a die confessionis torturæ, vsque diem adductionis ad perseuerandum. Nam lex aliqua non determinat. vt l.ij.C.de custo. reo. quia dici post medium tempus. Potest tamen dici arbitrio iudicis considerata qualitate personarum, & enormitate vel leuitate criminis ff. de iure delib.l.j.§.j. & de effrac.l.j. & de pœn.l. hodie. Sed qui debent quęstioni interesse? respondeo, vt ff.de adul. l.si postulauerit.§.quæstionem. In secreto autem iudex recipiet dictum suum, tortus autem similitudinem habet testis, vt in summa Azo. huius tit.

15 & ff.eodem l.j.§.Imperator. † Sed nunquid liber homo possit torqueri? videtur ꝙ non; quia quasi iste titu. videtur loqui de tortura. Sed tu dic contra vt ff. eod. l. ex libero. primo responso. & l. Iulia.§. tunc & C. de abolitio. l. fallaciter. ibi, ꝙ si ingenuorum. & de officio assessor. l. nullus. in fine de custod. reor.l.diuus. Sed tunc in seipsos quando deferuntur ex aliquo crimine. C. eo. l.cum cognitionaliter. & ex quibus cau.infa.irrog.l. nullam. & dic vt ibi C.de fal.l.sicut.ff.de re mili.l.proditores. ꝙ autem liber homo possit torqueri, arguitur inconuincibili. argu. per l.si quis decurio. & l.seruus. & ita seruat generalis consuetudo. Sed nunquid principalis persona quæ accusatur debet subijci torturæ ad veritatē eruendam? videtur ꝙ non; quia totus tractatus de quæstionibus versatur circa seruos, & circa testes vacillantes. Sed tu dic ꝙ ipsæ personæ sunt subijciendæ quæstionibus.C.eo.l.iij.§.diuus. &.§.si quis vltro.de re mili.l.proditores, pręcedere tamen debent indicia verisimilia.vt C.eo.l. cum cognitionaliter. & l.milites.§. oportet.C.de fal.l.sancimus. sed vide quæ not. Cyn.in l.Grac-

16 chus.C.de adulter. †Quid si iudex in tormētis modum excessit, ita ꝙ tortus deficit, vel ꝙ membris eum debilitauerit, iudex tenetur actione iniuriarum: vt l.apud Labeouem.§.quęstionis modum.& ff.eo.l.quęstionis modum.& ff.sol.mat.l. si constante.§.si maritus, de iis q sunt sui vel alie. iur.l.ij.melius.ff. ad l.aquil.l. sed & si quęcunq;. .§.igitur.C.de usufr.l.locus.§.fi.de pig.actio.l.eleganter.§.et si plures, Nec prodest sibi hoc tanꝗ iudex fecerit, nam maleficium praue præsumitur actum.C.de iniur.l.si non conuicij.& ff.ad l.Cor. de sica. l.j. Præterea si propinquus corrigendo propinquum modum excedat & membrum debilitauerit, tenetur. C.de emenda. propinquo.l.j.

Nec iudex excedat modum. nā sicut priuatis, ita magistratibus prohibitum est illicita facere. ff.de iniur.l.nec magistratibus. Et videtur econtra, ꝙ non teneatur, quia iudex facit causa habendi veritatem exercendo suum officium, non animo interficiendi, nec debilitandi, quare teneri nō debet:arg.ff.de verb.sig.l.semper. nam voluntas & propositum.&c.ff.de furt.l.quę iniurię. & pro hoc de fur.l.de sica. Præsumit enim princeps bonum de officialibus suis, nisi cōtrarium probetur manifeste.ff.de offi.præsi.l.j.in fi. Nam pręsumitur iudex causa exercendi suum officium fecisse, non animo occidendi, vel nocendi.ff.de iniur.l. iniuriarum.§.j. Et si aliqua culpa cōmittitur per iudicem in excedendo modum, non tenetur. lege

17 Corne.de sica. Nam in delictis lata † culpa non comparatur dolo.ff.de sicar. l. in lege. Item officij necessitas impunitum suadet remanere, quod alias coerceri debet ff. de ijs quibus vt indig. l. post legatum.in.§.aduocatum.& l.tutorem. Pręterea non oportet in dubio esse quo animo fecerit & idem præsumendum est, quia zelo iustitię potius, & officij vigore, ꝗ malitiose & malo consilio id fecisse. ff.vi bonorum rapto.l.ij.§. si publicanus. C. de acquiren.possessio.l.si minus. ff. pro socio.l.merito.& pro hoc.C.qui accusa.non possunt l.ij.in fin.vbi tutor ex officio de falso accusans producens instrumenta, si non probat præsumitur non calumniandi animo fecisse accusationem, nisi euidenter hoc probetur, vt cum de alio pręsumitur eo ipso ꝙ non probaret C.de aduo.diuer.iudi.l.ij. Solutio, dicunt quidam ꝙ si apparet ꝙ fecerit ex dolo & voluntate tenetur, alias autem non. si tamen cum aliqua culpa excedendo modum tenetur. C. de emenda.propinquo.l.j.bona enim est argumentatio de potestate domini ad rectorem argu.l.potestatis, ff.de verbo.signi.Guido de Suzaria aliter sentit, & dicit ꝙ si iudex in quæstione modum excedendo aliquem debilitauerit, quod tenetur; quia cum modum excedit fingere non videtur & punitur vt quilibet extraneus. vt ff.de furtis l. tutor. & pro empt.l.qui fundum.§.si tutor. & C.de episcop.& cleri.l.generaliter. Quid plura potest dici? casus. ff. de iniur. l.item apud Labeonem. Quid si proba-

18 tum est † per vnum testem de veritate nunquid erit sufficiens indicium ad habendum torturam? videtur ꝙ non l. maritus.ff. eo. Præterea dictum vnius non inducit indicium sufficiens siue pręsumptionem. ff. de dot.præleg. Theopōpus. ff.

quemadmodum

quemadmodum testa. aperi. l. j. §. fi. Et iura quæ loquuntur de indicijs, quæ ad tormenta requirun tur, loquuntur in plurali scilicet si indicia præcedant, non autem indicium vt ff. eo. l. j. ij. respon. & l. minus. §. ex causa. & l. fin. C. eo. l. cum cognitionaliter. & l. milites. pluralis enim loquutio singulari non acquiescit. ff. de manumis. testamen. l. li-19 beros. §. fi. Sed his non obstant. † dico vnum testem deponentem de veritate sufficere ad torturã habendam. ff. ad leg. Iul. maiest. si quis aliter. Nec ob. lex maritus. quia ibi ideo non fuit tortus propter dictum vnius testis, quia ille testis erat familiaris producentis, & ideo dictum suũ non fuit tanti effectus ꝙ faceret indicium. Nec obstant alia iura in quibus de indiciis sub plurali numero habetur mentio, quia illa pluralis loquutio vsu loquendi in singularitatem conuertitur. ff. de verbo. signi. l. non est sine liberis. ff. de nego. gest. l. ait prætor. §. j. de origine iuris. l. ij. §. operatio docendi. ff. de condi. & demonst. l. falsa. in fi. Sed quid 20 si iam fuit † probatum de fama, nunquid poterit procedi ad quæstionem? videtur ꝙ sic, quia probatio famæ æquiparatur probationi vnius testis ff. de testib. l. vbi numerus. Tu dic ꝙ non probat fama, sed inducit aliquod indicium ad confirmandas probationes. ff. quemadmodum testa. aperi. l. j. §. fin. vbi confirmat rem de qua agitur, a simili hic confirmat, non tamen per se facit validum indicium, est tamen res fragilis & periculosa, & plurimum per aures malignãtium artificiose transmissa. ff. de hæred. insti. l. fina. ff. de pœn. l. decurio. C. de officio. recto. prouinciæ. l. rectissimos. Non enim quælibet indicia sunt sufficientia ad tormenta habenda vt supra dixi. Sed si per famam esset aliquod indicium contra accusatum inimicum fuisse interfecti, vel alias eum offenderet, cum lex præsumat eum malum. ff. eo. l. ij. §. præterea. de testi. l. iij. in princ. Item si se iactasset talis accusatus de malo minendo. arg. quod met. cau. l. metum. ex quibus causis maio. l. iij. in princ. & melius ad leg. Iul. maiesta. l. famosi. ibi, aut aliquid fecit &c. C. si quis Imperatori ma. dixe. l. j. Nam ex dictis mala pensamus. C. de officio ma. mili. l. paruum. & in authen. ff. de suppellec. lega. l. Labeo. ibi, neminem puto &c. Item si accusatus visus fuisset fugere delato maleficio. 21 nam fuga † accusat fugientem, vt in authenti. de exhiben. re. §. si vero etiam quidam. colla. v. & de episco. §. si quis autem. Item si consiliarius officio finito se absentat, habetur pro confesso. C. de asses. l. consiliarios. ff. de suspec. tut. l. pluribus. in fi. Item est indicium, si is contra quem fama laborat est prauę conditionis, & homo qui talia facere consueuit. ff. eo. l. de minore. §. tormẽta. ff. de accu. l. sicut. §. iisdem crimini. Item si aliud fuerit indicium quod quilibet sapiens poterit per se perpendere secundum varietatem personæ & qualitatem, tunc enim cũ aliquid addendo prædictis indiciis vel alijs similibus & fama probetur, bene poterit ad tormenta procedere, quamuis fama per se non sufficiat. Pone concessum esse iudicibus ꝙ secundum eorum arbitrium posit torquere accusatos, aliquis est accusatus, & est fama ꝙ ipse fecit id de quo accusatur, & fama ita probatur, nunquid poterit iudex eum torquere vigore confessionis ei factę? videtur ꝙ sic; concedere enim arbitrium iudici nil aliud est dicere, ꝙ ꝙ procedat bona fide, & secundum quod melius conscientia ei dictabit. dura tamen videtur hæc sententia, cum arbitrium de facto sine probatione videatur supplere non posse, cum de iuris authoritate sit, ꝙ legitima habeantur indicia. & hoc indicium arbitro non videtur concessum. ff. ad Macedo. l. ordine. §. j. Sed quid si continetur in statuto ꝙ non possit quis poni ad torturam, nisi contra eum habitæ fuerint probationes & magna indicia, ex quibus proceditur ad tormenta, vt dictum est? nam illa dicuntur. Quid si continetur in statuto ꝙ nemo torqueatur, nisi indicia indubitata præcedant, vbi erit exemplum de in-22 diciis indubitatis? † certe si est camera habens vnum aditum & vnum exitum & plures, & de camera exit aliquis pallidus, trepidans, & cum cultello sanguinolẽto & nudo in manu, et statim post exitum inuenitur homo occisus, certe ista sunt indicia ad probationem maleficij indubitata. ex quibus non solum ad tormenta, sed etiam ad pœnæ impositionem potest procedi, & ita intelligatur lex, sciant. C. de proba. ibi, vel indiciis & probationibus indubitatis &c. Et not. distinctionem. nã palliditas est verum indicium contra eum. ff. eo. l. de minore. §. tormenta. Delatio gladij nudi est aliud indicium; nam de portantibus arma lex malum pręsumit. in authen. de manda. prin. §. fi. & in authen. de armorum vsu l. j. lib. xj. Et est aliud indicium de indubitatis, & istud semper accidit.

Pone, occiditur Titius in aliqua vinea vel fundo, accusatur de hoc Seius, sed de visu nulli testes deponunt ꝙ viderint istud homicidium committere, sed probatur contra Seium ꝙ ipse erat inimicus Titij. Item probatur per testes ꝙ ipsi viderunt Seium admenantem gladium contra Titiũ. Item ꝙ tunc Seius fugit tempore perpetrati maleficij. Item ꝙ est vox & fama ꝙ eum interfecit. certe ista quatuor simul coniuncta (quamuis per se non sufficiant) sunt sufficientia & indubitatæ probationes non solum ad tormenta, sed etiam ad condemnationem. argumen. l. sciant. C. de probatio. Item est aliud exemplum de indiciis & probationibus indubitatis. defertur. Titius ꝙ fecerit occidere Seium, non tamen sunt testes qui hoc viderint, sed per indicia probatur ꝙ Seius est inimicus Titij. Item ꝙ Titius receptauit homicidam. Item ꝙ homicida erat domesticus & familiaris istius Titij. Item ꝙ vox est & fama ꝙ Titius fecit occidi Seium. Item ꝙ se iactauit ꝙ faceret ipsum Seium occidi, & est homo de quo verisimile est ꝙ talia faceret. Item ꝙ olim alię offensæ inter ipsos interuenerunt, ista simul coniuncta satis sufficiunt ad condemnationem, nõ solum ad tormenta. ita potest intelligi dicta l. sciant. Non mirum si plura simul coniuncta (quamquodlibet de per se non sufficit) faciunt plenam fidem. argu. in auth. de fide instrumen. §. sed & si nullus,

23 nullus. duo enim † vel plura imperfecta conficiunt vnum perfectum.C.de agricol.& censi.l.cũ scimus.in princip.nam si non singula iuuant.multa quoque prosunt l.sancimus.in princip.C.de testibus. & de excus. tuto. l. prima.§.primo. Quid plura? de iure est ꝙ ipsa principalis causa per argumenta & præsumptiones cognoscitur & terminatur l.ij. quidem.ff.de re milit.l.non omnes.§.a Barbaris.ibi, hoc liquide &c.cum l. de capitali causa cognoscitur. pro hoc eod. titu.l. desertorem.§. is qui. & in authenti. vt liceat matri & auiæ.§.illud.Curiosus autem iudex plura alia exẽpla poterit inuenire de indiciis indubitatis. Sed dixi ꝙ milites non debent torqueri. † Quid de

24 militibus nostri temporis? dic ꝙ possunt torqueri, cum in assumptione militiæ non interueniant in eis multa, quæ interueniebant antiquitus, & quæ veri milites obseruant, vel obseruare debent; quia priuilegio militari gaudere non debent. in authen.de manda. prin. in glos.quare non obseruant solennitates, non habentur pro militibus. argum.in l. si quis consortium.C.de san. episc. & cle.l.qualiter.versic.eos quidem &c. pro hoc facit.C.de appellatio.l.comminationes.Nam et veri milites in quibusdam torquebãtur.C.de re mil. l.proditores. Quid de cœlestibus militibus? dico ꝙ presbyteri non torquentur.clerici autem sic, de iure ciuili.C. de epis. & cleri. l. presbyteri.in glo.de aboli.l.fallaciter.Hodie autem de iure nouissimo per authen.Friderici secus est, in feu. de statu.& consuetudi.§.statuimus. Pręterea si militibus terrestribus est concessum,multo fortius clericis.C.de sacrosan.eccl.l. sacrosan. † Quid de

25 iudicibus & aduocatis, videtur ꝙ non possunt torqueri, sicut nec milites, vt C.de aduocat.diuer.in l.aduocati. Præterea sicut militibus est concessum,ne condemnati teneantur, nisi inquantum facere possunt, ita aduocatis.ff.de re iudi.l.milites. primo respon.in glo. Contrarium tamen obseruatur. Sed quæro quid operetur fama in maleficijs, puta accusatur quis de homicidio vel alio crimine, accusator non probat nisi famam & publicam vocem, videlicet ꝙ accusatus illud maleficium commisit; nunquid ex tali probatione erit condẽnandus? dico ꝙ non, quia fama non sufficit quare absoluetur.C.de eden. l. qui accusare nam in criminibus probationes debent esse clariores luce meridiana l.sciant.C.de probatio.l.qui senten

26 tiam.ff.de pœnis.vnde fama † nihil aliud operatur, nisi quia confirmat illas probationes illorum testium, qui non sunt exceptione maiores. Sed nunquid operabitur vt torqueri possit accusatus secundum iura communia? videtur ꝙ sic.argum. C.eod.l.qui sententiam & l.cum cognitionaliter. & l.milites. ibi inuestiganda.ff.eod.l. prima. in princi.§.diui. Sed hoc non credo verum, quia fama probata posset quis torqueri.& in hac sententia est dominus Lombardus Lupi. cum fama probata inducat indicium ad alia indicia vt not. in q. quæ incipit, quid si non sit probatum supra

27 eod. † Quæro an ab interloquutoria quæstionum absolutoria possit appellari, verbi gratia accusabam aliquem, petij ipsum torqueri, iudex interloquendo pronunciauit ipsum non fore torquendum, ego volo ab hac interlocutoria appellare. nunquid possum, videtur ꝙ sic. ff. de appel.l. ij. Imo iudex tenetur.l.præalle.si non recipiat appellationem.ff.de vi publi.l.lege Iulia, propter hoc ego peto ęqualitatem, cum sibi permitteretur appellare si quæstionaretur. ergo mihi permittitur appellare si pronuntiaretur non quæstionandus. C.de fru.& lit.expen. l. fin. Nam quantum ad indicia actor & reus æquiparantur.ff.de re iudi.l. iij.de offic. proconsul.l. solutum. Item ab omni interloquutione per diffinitiuam sententiam non potest reparari. potest appellari.ff.qui satis.cogã. l.ab arbi. & de mino. l. intra vtile. sed hoc non posset reparari, ergo &c. Item pro hoc quia captio permitti non debet l.metus.C.quod met cau. ff.de auro & arg.lega.l.vxor.sed hic esset captio mei, quia sic appareret de calumnia mea, ergo appellatur, vt ff.de ijs qui notan.infa.l.athletas.§. calumniatores.C.de aduocatis diuer.iudi.l.j.Item quia iste præuentus non poterit torqueri in causa appellationis, cum transiuerit in rem iudicatam. C.de postulan.l.j.Nam cum in prima non appellatur,in secunda non est pręiudicium.ff.quando appellan.sit l.fina.Pro hac parte non est quæstionandum. denegata mihi ius.ergo appellari potest, sicut supplicari.C.ne lit.penden.l.ij. & petitur restitutio, vt ff.ex quib.caus. maio. l. sed & si per magistratum.de mino.l.ait prætor.§.j.de appel.l. si quis prouocatus,& facit.ff.qui satisda.cog.l.ab arbit. in authen. de colla.§.sinautem. aliquando pro hoc. ff. de appellatio.reci.l.j.§.j. quando appel.sit l.j.in princip. Contra credo ꝙ non possit appellari; quia a condemnatoria tantum lex permittit appellationem. ergo non est extendenda. arg.C.de procura.l.si maritus.ff.de appellatio.l. cum in vna.in princi. Item quia certi sunt casus a quibus ab interloquutoria potest appellari.Sed iste non est de illis,ergo &c.argu.ff.de ijs qui sunt sui vel alie.iur.l. patre furioso.C.de senten.l.fin. & quorum appel. non recip.l.ab executore. Nec est bona ratio si permittitur appellari a condemnatoria, ergo ab absolutoria, quia fauorabilior est ff. de regu.iur.l. fauorabiliores. & de adul.l. denunciasse.l.adrianus.ff. de actio.& obligatio.§. fina. Item quia inconueniens sequeretur, si iudicium prolongaretur; quia aut dicit is ꝙ a diffinitiua possit appellari, & tunc non potest reparari. C. de appel.l.si quis prouocatus, sed istud potest reparari in diffinitiua, ergo &c. Nam potest esse ꝙ iudex pronuntiauerit non quæstionandum; quia erat decurio, vt C.eo.l.decuriones.C.ad legem Iul. maiesta.l.nullus. Sed tu dicas ꝙ non erat decurio, & ꝙ adhuc poterit appellari.ff.de interdi.& relega.l.inter pœnas. Aut dicis ꝙ non potest reparari;quia dicebat quæstionandum propter violentas præsumptiones; quia si dico ꝙ absoluatur in causa principali poterit & coram iudice appellationis quæstionari. Et ꝙ non sit appellandum probo sic, sententia interloquutoria est pręparatoria ad diffinitiuam,quia præsup-

ponit

ponit diffinitiuam, & diffinitiua ad instar quasi videtur se habere per ordinem ad principalem, & quia pronunciat super principali videtur pronunciatum super ista. Sed absolutoria negotio principali & quæstionibus sufficeret si vellet pronunciare super incidenti. idest super quæstionibus. C. de ordi. cog. l. iij. nam quasi omnes articuli processus trahunt ad diffinitiuam sententiam. ff. de mino. l. iij. §. primo, ergo non attendendum ad illam interloquutoriam sed ad illam principalem absolutionem: quia videtur vt spectemus diffinitiuam sententiam super qua appellatur. ff. de mona. l. stipulatus. in fin. nam si appellatio admitteretur omnium ꝙ principalis remaneret in suspenso. ff. de mino. l. intra vtile. C. quando prouo. non est neces. l. prima. ergo non faciam istam diuisionem, cum sine diuisione possit procedi. argu. nulli. C. de iudi. & quia ibi sunt duæ prouisiones, & vna se habet ad aliam tanquam ad plenam spectatur illa. ff. quando appel. sit l. prima. §. solum. & quia a quæstionibus non est incipiendum. ff. eo. l. prima. in princ. C. vbi senator. vel clari. l. quoties. & ita procedatur ad iuramenti delationem. ff. de iureiuran. l. iusiurandum. Sed pone iudex detulit iusiurandum, tu recusas, iuste potest procedi contra te; sed potest protestari quod possit appellare a difinitiua, tunc ergo appellatur. C. de leg. l. generaliter. §. sed autem. nam non debet suspendi talis causa. ff. de iudi. l. per minorem & de statu homi. l. penulti. & hoc dicit lex. j. §. fina. ff. nil. no. appel. pend. Nec obstat contrarium quando dicitur ꝙ generaliter actu &c. concedo si potest reparari in diffinitiua. sed in eius appellatione non poterit ꝙ non quæstionetur, tamen non punitum puniam, non probatum probabo. C. de tempo. appel. l. per hanc. & ꝙ aliud sit in absolutoria, quam in condemnatoria. ff. de re iudic. l. inter pares. plures enim habemus quod vbi est sententia non appellatur. C. de episcopal. audien. auct. si quis litigatorum &c.

FINIS.



CASVS IN QVIBVS POENA MORTIS SPECIFICE A LEGE EST IMPOSITA. DOMINI GUILIELMI BONT.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Lapidans christianum in christi contemptum est morte puniendus.*

Virginem rapiens, idolis sacrificans, officia turbans diuina contra naturam luxurians, scienter rebaptizans, & qui in lapide crucem sculpit, morti debent tradi.

2 *Muricem emens & purpuram tingens, muros violans ciuitatis, & proditor principis puniũtur pœna mortis.*

Parricida, homicida, pacis violator, seditiosus, domini proditor, dominam adulterans, adulter, condemnandum emitens, morte plectendi sunt.

3 *Carcerem priuatum tenens, furcas erigens commilitonem feriens in præpositum domini vel capitanei manũ inferens, iudex pecumiã publicã subtrahẽs. & in bello fugiens morti addicũtur.*

Sacrilegus, depredator, monetæ falsificator, bruto subiecta, & incẽdiarius est morte puniẽdus.

4 *Hostes adiens, seditioni fauens, patriam prodens, viarũ aggressor fur famosus & pupillę corruptor morti traduntur.*

Manus inferens. Turbator pacis, hostibus arma præbens leno, homines castrans, carcerem frangens, & capitum dimitens plectuntur.

5 *Prægnantem necans, cedis autor, malandrinorũ receptator,*

receptator, debilit item fingens iudex matrẽ familias in publicum vocans, & ripas destruens ac scribens falsum immunitatis instrumentum morti subduntur.



LAPIDANS christianum odio nominis Christi. l.j. C. de iudæis.

1 † Qui virginem rapit. l.j. C. de raptu virginum.

Qui idolis sacrificat. C. de sarac. l.j.

Qui officia diuina turbat l.si quis in hoc genus. C. de epis. & cle.

Qui contra naturam luxuriatur. l.cum vir. C. ad leg. Iul. de adulteris.

Qui sciẽter se rebaptizauit. C. ne sanctum baptis. reite. l.ij.

Qui in silice signum crucis sculpit l.j. C. ne liceat signum salua. &c.

2 † Qui emit muricem & tingit purpuram. C. quæ res vendi non possunt l.j.

Qui muros ciuitati violat l.fi. C. de rerum diui.

Proditor principis l. quisque. C. ad leg. Iul. de adulteris.

Patricida. l.j. C. de his qui parentes occi.

Homicida occidi debet l.iij. C. de epis. aud. & apo cali. xiij. c.

Frangens pacem iuramento firmatam c.j. §. si quis de pace iura. firman.

Concitantes populum dicendo viuat vel moriatur. l.j. C. de seditio.

Si seruus dñm prodit l.capitaliũ. §. igni. ff. de pęn.

Seruus dominam vitians l.j. C. de mulie. quæ se proprijs seruis suppo.

Adulter. l. quamuis adulterij. C. ad leg. Iul. de adulteriis.

Commentariensis qui reum mortis emisit l.ad cõmentariensem. C. de custo. reo.

3 † Faciens priuatũ carcerẽ l.j. C. de priua. carce.

Erigens furcas propria authoritate l.iij. §. fi. ff. ad leg. Iul. maiesta.

Miles socium commilitonem feriens l.omne delictum. §. si quis. ff. de re mili.

Quia in propositum domini vel capitaneum manus intulit d.l.omne. §. qui manus.

Iudex qui pecuniam publicam subtraxit. insti. de publi. iudi. §. si lex.

Miles qui fugit in bello integra acie. d.l.omnes. §. qui in acie.

Qui maius sacrilegium facit l. sacri. ff. ad l. Iuliam pecul.

Si actor castaldio vel procurator subiectum depredauit l. vniuersi. C. vbi causæ fiscales.

Qui monetam falsificauit l.fi. C. de falsa mo.

Mulier quæ se animali bruto subiecit l. mulier. xv. quæstio. j.

Qui incendium facit l.qui ædes. ff. de incendio ruina & naufra.

4 † Cõfugiẽs ad hostes l.si quis aliquid. ff. de pęnis.

Fautores seditionis l. fautores. eo. ti.

Patrię proditor. C. de abolitio. l. fallaciter.

Latro in itinere vel nemore demore depredans l.capitalium. §. crassatores. ff. de pœn.

Fur famosus. eadem l. §. famosos.

Tutor corrumpens pupillam. l.j. C. si tutor eã &c.

Qui manus in se infert l.si qs aliquid. ff. de pęnis.

Miles turbator pacis l.si. ff. de re mili.

Qui fulsit hostes & eis vendit arma.

Tenẽs puellã in lupanari i auc. de lenoni. col. vj.

Homines castrans l.j. C. de eunuch.

Qui effracto carcere fugit l. j. de effracto. carcerum ff.

Miles custos qui captiuũ dimisit l. si quis aliquid. §. miles. ff. de poen.

5 † Qui pręgnantem necat l.si quis aliquid. §. abortionis. ff. de pœnis.

Autor aggressuræ & violentiæ vbi cedes facta est l. quoniam. C. ad l. Iul. de vi publi.

Recipiens malandrinos. eo. titu. l.j.

Miles qui ne pugnet debilem se fingit d. l. omne delictum. §. continuum.

Iudex matrem familias in publicum vocans. C. de offi. diuerso. iudi. l.j.

Qui ripas destruit. C. de nili agge. non rũpen. l.j.

Scribens falsum immunitatis instrumentum. l.j. C. de immunita. ne. conce. lib. x.

FINIS.



DE POENIS OMNIFARIAM coitus Illiciti, Tractatus Pauli Grillandi Castilionis Florentini Iurisconsulti.

SVMMARIVM.

1 *Coitus carnalis non minus frequens est quam damnabilis.*

2 *Coitus crimina iuxta diuersas personarum conditiones sunt diuersa.*

Coitus

3 *Coitus sacrilegus grauior est cæteris carnis criminibus.*

1 
VIA carnalis coitus † criminis non minus frequens quam damnabilis vsus habetur ob quem iura criminũ reos huiusmodi diuersis pœnis prosequuntur l.si adulterium cum incestu.et ibi glo. & Bar.& l.inter liberas et l.stuprum. ff. ad leg. Iul.de adulte.§.item lex Iulia. insti.de publi.iudi.xxxij.quæst.ij.adulterij malum, & eadem causa et qõ.c.flagitia.nor.Cardi.in cle. j.de poen. Abb.Felyn.& alij Cano.in cap.j.& ij. extra de adul. & stup. & in cap. vt clericorum, de vita & honesta.cleri.ad quem coitum aliquando deuenitur mediante opera sortilegorum,et per maleficia de quibus supra diximus lib. præcedenti, ideo placuit post dictum tractatum sorti-
2 legiorum hunc immediate subiungere. † coitus enim crimina sunt diuersa secundum diuersas personarum conditiones & gradus, pro quibus diuersas iura statuere pœnas: vt proxime dixi-
3 mus; ideo de his aliqua videamus. † Et primo de sacrilegio quod cæteris carnis criminibus his maxime quæ secundum naturam perpetrantur grauius nuncupatur.xxxij.quæstio.vij.adulterij. & xxvij.quæstio.j.sciendum.

SVMMARIVM.

1 ☙Sacrilegium generaliter sumptum quid sit, & vnde dicatur.
2 Sacrilegiũ an sit crimẽ ecclesiasticũ, an seculare.
3 Sacrilegium an comprehẽdatur sub nomine furti.
Statutum quod de furto loquitur in sacrilegio et locum hebere censetur.
4 Sacrilegii diuersæ sunt species.
Sacrilegii prima species in personã committitur, secunda per coitum cum moniali, tertia autem circa locum sacrum fit, & quarta in rem eam scilicet auferendo.
5 Locus sacer solus sacrilegium non facit.
6 Subtrahens rem ad vsum ecclesiæ destinatam nondum ei traditam, an sit sacrilegus.
Statutum de sacrilegio puniendo tractans, de quo intelligi debeat sacrilegio.
7 Sacrilegium verum & proprium quod dicatur & qualiter puniatur.
Sacrilegium improprium quod sit.
8 Sacrilegium largo modo sumptum quod sit, & qua pœna reprimatur.
Sacrilegiũ qualiter de iure canonico sit puniendũ.
9 Sacrilegium grauius illud dicitur quod in personam clericorum per iniectionem violente manus committitur.
Iudeus super crucem immunditias proiiciens an poßit vt sacrilegus puniri.
10 Sacrilegium contra personam ecclesiasticam commissum grauius est eo quod in loca sacra committitur.
Crimina quæ ex coitu cũ moniali habito oriãtur.
Sacrilegium committitur si cum moniali copula carnalis habetur.
11 Stuprum & adulterium qualiter in eadem persona simul concurrere poßint.
12 Crimina diuersa eodem actu committenti, an debeant pœna diuersæ imponi.
13 Reus & separatim & de pluribus accusari & puniri potest, si eodẽ actu plura commiserit crimina specie diuersa.
14 Reus ex eodem facto de pluribus criminibus ab vno & eodem impeti & vexari non potest.
15 Vtilitas quæ resultare dicatur quod quis de diuersis criminibus specie defferentibus ex eodẽ facto descendentibus puniatur.
16 Furtum in loco priuatim sacrum factum, quasi sacrilegium censetur.
17 Coitus carnalis cum moniali habitus qualiter in foro conscientiæ sit puniendus.
18 Copula carnalis cũ moniali qualiter puniri debeat in foro contentioso de iure canonico.
Monialem stuprans de iure ciuili debet capite plecti.
19 Coiiens cum moniali siue consentienti siue renuenti capite debet minui & eius bona publicari.

1 
RIMO igitur quæro quid est † sacrilegiũ generaliter sumptũ. Respon. Sacrilegiũ est sacræ rei violatio vel eiusdem vsurpatio, vt dicit Bald.in l.iij.C.de furtis. in j.colum.& Azo in summa eo. ti.in princ. & S.Tho. in summa secunda secũdæ qõne.xcix.art.iij. Ioã.lec.in summa confes.eo.ti.q.j. Secundo videamus quare dicitur sacrilegiũ. Respon. ꝙ sacrilegiũ dr̃ quasi sacriledium, quia per illud res aut persona sacra lęditur, ita dicit Bal.in d.l.iij.& Azo in sum.eo.tit. & alij pręnominati in locis suis, Glo.tñ in c.sacrilegiũ.xvij.qõ.iiij.alio modo describit sacrilegiũ dicens, ꝙ sacrilegium est sacrę rei violatio siue in se siue in alio; siue sit res sacra siue persona; deinde transit ad aliam descriptionem, & dicit ꝙ sacrilegium est publici iuris transgresio, sed neutra istarum est bona, prior enim continet omnia mẽbra diffinitionis siue descriptionis specie differẽtes, put requiritur, scdm quod diximus supra titu.j.in prin.secunda et non valet, quia est nimis generalis

generalis secundum quam sequeretur ꝙ omne delictum per quod transgreditur publici iuris ordo esset sacrilegium: ex quo transgreditur publicum ius, & ideo teneas diffinitionem Bald. & aliorum quam supra dixi quæ est melior. Tertio quot requiruntur ad hoc vt sit sacrilegium & puniatur pęna sacrilegij vide Bal. & Saly. in d.l.iij. C. de furtis. Azo. in summa eo.tit. & Bart. in l.diuus. & l. sacrilegi. in prin. ff. ad l. Iul. pecu. 2 † Quarto quæro an sacrilegium sit crimen ecclesiasticum vel sęculare, ita ꝙ illius cognitio & pœnæ impositio spectet ad solum iudicem ecclesiasticum vel secularem: & dic breuiter quod est crimen mixtum vtriusque fori. c. cum sit generale. & ibi gl. Abb. & alij de foro competen. l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cle. & ff. ad leg. Iul. pecul. l. diuus. & l. sacrilegij. & l. sacrilegi. & ff. de pœ. l. aut facta. §. locus. cap. quod proposuisti. de foro compe. xvij. q. iiij. c. sacrilegium c. si quis clericus, si quis contumax. §. j. & cap. si quis suadente diabolo, & propterea dico ꝙ tam iudex ecclesiasticus ꝙ̃ secularis poterit procedere contra laicum pro isto crimine, & habebit locum præuentio inter eos. vt dicit Abb. in d. c. cum sit generale. & Archi. in c. fœlicis. de pœni. lib. vj. & Card. in cle. j. eo. titu. & Azo in summa eo. tit. 3 † Quinto quæro an appellationi furti veniat sacrilegium, quando tractatur de subtractione sacrarum rerum. dic ꝙ sic. vt l. sacrileg. ff. ad l. Iul. pecula. quia quo ad pœnā sacrilegium est furtum, immo plus quam furtum est punibile, licet aliquid non sit proprie sacrilegium d.l. sacrilegi. in secundo respon. Et ideo dicit Bal. in d.l.iij. C. de furtis ꝙ statutum faciens mentionem de furto, habet locum etiam in sacrilegio; & sic tenet ꝙ subtractio rei sacre continetur sub propria vocabuli significatione furti. 4 † Sexto Videndum est quot sunt species sacrilegij. Respō. quod multę sunt secundum quod dicit Cardi. in d. cle. j. de pœn. in secundo not. Bal. tamen in d.l.iij. melius ceteris iudicio meo ponit quatuor species sacrilegij quamuis primo dicat quod tribus modis committitur sacrilegium. Prima enim species est quæ committitur in personam violando, scilicet percutiendo. vulnerando vel occidendo clericum, vel monachum seu aliū religiosum, vel personam ecclesiasticam c. si quis suadente diabolo. xvij. quæstio. iiij. Secundo fit sacrilegium per coitum habitum cum moniali sacrata. xxvij. q. i. impudicas. & l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cleri. Tertia species est quæ fit circa locum sacrum, scilicet quando locus publicus sacer sicut est ecclesia violatur, vel illius cæmitterium in destruendo, deuastando, vel occupando, aut eius immunitates infringendo cap. frater. xvij. q. iiij.

Quarta species sacrilegij est quę committitur in rem, scilicet auferendo rem sacram, & illam alibi asportando & cōtrectando rem ipsam; & istud tribus modis committitur secundum ius canonicum. Primo cum subtrahitur aliquid sacrum de loco sacro. & in hoc concordant ius ciuile & ius canonicum. xvij. q. iiij. si quis contumax. §. sacrilegium. & est glos. in c. sacrilegium. eadem causa x. q. & l. diuus. & ibi Bar. ff. ad leg. Iul. pecu. Secundo quando res sacra auferta de loco non sacro. Tertio quando non sacrum de sacro d. c. si quis contumax. §. sacrilegium. & per dictam glo. in c. sacrilegium. & not. in c. conquestus. & c. cum sit generale. de foro cōpe. istę duæ vltimę species non dicuntur sacrilegium de iure ciuili, sed sola prima. 5 † Et sic nota ꝙ de iure ciuili locus sacer solus non facit sacrilegium quando tractamus de sacrilegio, quod consistit in subtractione rerum et quod res essent subtractæ de loco sacro publico, sicut est ecclesia, non dicitur sacrilegium de iure ciuili quando res non erat sacra; ita dicit Azo in summa. eodem titu. & Barto. in d.l. diuus. Bald. & Saly. in d.l.iij. Si quis igitur quærit an sit sarilegium de iure ciuili, & ꝙ pęna sacrilegij puniatur debent ista duo concurrere, primum est ꝙ res sit sacra, item ꝙ sublata sit de loco sacro, ita dicit text. & ibi Docto. & maxime Bartol. in dicta l. diuus. vbi dicit hanc esse communem opinionem. Illud autem quod dicitur in dicto c. sacrilegium, cum glos. in cap. si quis contumax. §. sacrilegium. xvij. quęstio. quarta procedit & habet locum de iure canonico in terris ecclesiæ, vel inter ecclesiasticas personas in foro ecclesiastico, iuxta notata per Docto. in c. solitę. de maio. & obedien. & in capi. per venerabilem qui fil. sint legiti. & in c. nouit. de iudi. Sed contra ista oppo. de l. aut facta. §. locus. ff. de pœn. vbi dicitur ꝙ locus facit vt idem factum sit furtum vel sacrilegium & capite luendum vel minori supplicio sit puniēdum. Glo. in d. lege diuus, soluit hanc contrarietatem, & dixit quod est verum ꝙ locus sacer facit sacrilegiū si res sacra inde auferatur alias non; quia si diceretur esse sacrilegium cum res non sacra de loco sacro subtraheretur esset contra textum in d.l. diuus, vbi dicitur ꝙ si quis rem prophanam apud ædem sacram depositam furto subtraxerit furti tenetur non sacrilegij. Bart. vero in eadē l. diuus, approbat eandem solutionem quam dicit. ꝙ Doc. communiter tenent, eandem etiam tenent Bald. & Saly. in d.l.iij. & Azo in summa eod. titu. Archi. in dicto c. felicis in prin. 6 † Vlterius quæro an subtrahens rem quæ erat destinata ad vsum ecclesiæ, nondum tamen erat tradita ipsi ecclesiæ an committat sacrilegium? dic secundum Bald. in d. l.iij. ꝙ non, quia res non dicitur sacra nisi postquam vere & effectualiter quo ad dominium, & possessionem deuenerit ad ecclesiam, maxime qū̄ agitur de pęna sacrilegij inferenda de iure ciuili: per ea quæ supra diximus. Vltra prędicta etiam quæro quid si in statuto sit mentio de sacrilegio puniendo, an debeat intelligi stricte sacrilegium secundum quod intelligitur de iure ciuili, vt supra diximus, vel large secundum ius canonicum, & dic ꝙ debet intelligi de sacrilegio stricto secundū ꝙ intelligitur de iure ciuili, ratio est, quia statuta sunt de iure ciuili, vt per Bar. late in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. ita dicit Bald. in d.l.iij. in ij. col. in versic. sed dubitatur. Post hec videndum est quæ sit pœna sacrilegij, & dic breuiter secundum Bart. in d.l. sacrilegi. ꝙ ad habendum plenam cognitionem pœnarum huiusmodi criminis sciendum est, quod triplex est sacrilegium.

† quod.

7 †quoddam enim est sacrilegium quod dicitur verum & proprium sacrilegium, quod est quando subtrahitur sacrum de sacro loco, hoc est publice, & ad publicum vsum consecrato, sicut est ecclesia publica ordinaria. vt l. si quis hoc genus. C. de episc. & cle. & d. l. sacrilegi. in princ. & isto casu capite puniuntur qui in illud incidunt d. l. sacrilegi. in prin. & d. l. si quis in hoc genus. & l. aut facta. §. locus. ff. de pęn. declarata, vt supra. Idem est si læditur templum publicum sacratum, vt per Bar. in d. l. sacrilegi. eadem quoque pœna puniuntur qui vilentas manus in personas ecclesiasticas iniecerunt d. l. si quis in hoc genus. & ibi Bald. C. de episc. & cle. Quodam vero non est proprie sacrilegium, sed quasi sacrilegium, quod est quando quis subtrahit rem etiam sacrã de loco sacro, non tamen publice sacro, sed priuato, prout est oratorium quod fit quandoque in domo istorum magnatum aut nobilium & consecratur, idem de oratorio hospitalis priuati, iuxta ea quæ habentur in c. ad hæc. de relig. domib. & in cle. quia cõtingit. eod. tit. & per Fely. in c. de quarta. de præscrip. & ista dicuntur loca sacra priuata, Idem est de ædicula presbyteri posita iuxta ecclesiam vel canonica clericorum, ista non dicuntur esse loca publica sacra, sed priuata, & ideo qui subripuit rem de locis prædictis, non tenetur pœna sacrilegij de qua supra, sed quasi sacrilegij, quæ erit minor sacrilegio, & maior furto: & iuxta qualitatem facti & personarum conditionem quandoq; erit maior, quandoque minor. vt in d. l. sacrilegi. in ij. respon. ibi Barto. qui hoc modo declarat l. illam si recte considerentur verba sua, & hoc modo intelligitur tex. in l. sacrilegi. in princ. & l. diuus. ff. eo. tit.

8 † Tertium est sacrilegium quod large & improprie dicitur sacrilegium de quo loquuntur iura in l. j. ij. & iij. C. eod. titu. de cri. sacrile. quod est qñ quis diuinam legem & eius dispositionem offendit, seu quouis modo eius intellectum etiam per negligentiam violat. Item disputare de authoritate Principis, scilicet Imperatoris vel Papæ, & dubitare ne dignus sit quẽ Imperator ad aliquod officium deputauerit, vel ꝙ Imperator illum eligere non potuerit, hoc crimen dicitur habere instar sacrilegij, vt d. l. ij. C. eo. tit. & sic dicitur improprie sacrilegium; & isto casu similiter erit pęna arbitraria. d. l. sacrilegij Bar. in d. l. sacrilegij in versic. tertium genus sacrilegij &c. & Bald. in d. l. iij. & Azo in sum. eo. tit. in prin. De iure aũt canonico distingue, Aut loquimur de illa prima specie sacrilegij quæ committitur per impositionem violentæ manus in clericum, seu aliam personam ecclesiasticam: & est pœna maioris excõmunicationis. vt in cap. si quis suadente diabolo. xvij. q. iiij. a qua quis non potest nisi a sede apostolica liberari: episcopus enim vel alius ordinarius non habet facultatem absoluendi ab ista excommunica. vt dicunt Doct. in d. c. si quis, & per Fely. in d. c. cum sit generale in ij. col. de foro competen. fallit tamen in casibus de quibus in c. ij. de senten. excommuni. Aut loquimur de alia specie sacrilegij quæ consistit in re sacra, puta in corruptione vel demolitione ecclesię, aut in asportatione rerum sacrarum, & erit pœna excommunicationis minor vide tex. qui grauiorem imponit pęnitentiam pro isto crimine in cap. de viro. xij. q. ij. a qua per episcopum vel ordinarium loci absolui poterit cap. quisquis. §. penulti. xvij. q. iiij. in aliis vero casibus minoribus erit pœna pecuniaria; vt d. c. quisquis in prin.

9 † Grauius enim sacrilegium quod committitur in personam est illud quod fit per impositionem violentæ manus d. c. si quis suadente. & l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleri. Borum vero quę committuntur in locis sacris, grauius est illud quod committitur contra ecclesiam publicam sacratam. quod tanto grauius est crimen quanto dignior & excellentior erat persona vel locus vtroq; casu. l. sacrilegi. in prin. ff. ad l. Iul. pecul. & ibi Bar. & d. c. si quis suadente. & d. l. si quis in hoc genus. Sacrilegium vero quod committitur in rem sacram, illud quidem grauius est & magis horrendum, quod committitur contra Sacramentum Eucharistiæ; quia dicitur committi contra Christum directe, cætere vero quę committuntur contra alta sacramenta non dicuntur adeo horrẽda. ita dicit do. Io. lec. in sum. cum eod. titu. de sortile. q. iiij. Quæro hic quid iudæo qui proiecit immunditias super crucem qñ publice deferebatur ad processionem, dum transirent ante domum haberi dictę immunditię proiectæ fuerunt, an istud sit sacrilegium, & possit per vtrunque iudicem procedi in hac causa contra hebreum, & puniri, & qua pœna, dicit Pet. de Ancha. quem vide in consi. suo xiiij. ꝙ sic, de quo diximus supra titu. proximo q. x. vbi adest quæstio specialis, de pœna vero violationis monialiũ quę fit per coitum, dicetur infra sed quia non intendo hic tractare totam materiam sacrilegiorũ ne longius diuertar ab ordine prime meæ intentionis, quæ fuit declarandi materiam coitus, & illius pœnas, ideo his pręmissis pro aliqua intelligentia istius criminis deuenio nunc ad materiam nostrã.

10 † Et dico ꝙ grauius est sacrilegium & scelus ꝙ committitur contra personam sacram siue ecclesiasticam, ꝗ illud quod committitur contra loca vel bona sacra; quia sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem hominis, vt dicit S. Tho. in secunda secundæ q. xcix. arti. iij. versi. dicendum. & Ioan. lec. in sum. confes. eo. tit. de sacrileg. q. iij. per Archi. in d. c. felicis, de pœn. lib. vj. & Cardi. in d. cle. j. de pœn. Ideo videamus nunc de sacrilegio illo quod perpetratur ex coitu habito cum moniali, & antequam ad vlteriora procedam. Quæro quot crimina quæ ex coitu huiusmodi cum moniali exoriuntur. Rñ. ꝙ tria scdm gl. in c. virginibus. xxvii. q. j. s. sacrilegiũ, incestus, & adulteriũ tu vero dic, ꝙ imo quatuor oriũtur sacrilegiũ, incestus, adulteriũ, & stuprum. Sacrilegium dico cõmittitur, quia persona sacra læse reperitur per violationem siue deflorationem, & optimum quod prius habebat priuilegium virginitatis amisit. vt d. c. virginibus, & eadem causa & q. impudicas. Secundum quod committitur crimen est incestus; quia sponsam Dei violauit, qui est pater noster, & illa est coniuncta nobis in Christo per affinitatem secundum spiritum xij. q. ij. qui abstulit. & in

ciasi de cogn. spiritual. & est glo. in d. cap. virginibus. Tertium est adulterium, quia sponsam alterius violauit, quia monialis est sponsa Christi d. c. virginibus. & ibi glo. Quartum erit stuprum, quia vere virginem honeste viuentem stuprauit l. inter liberas. & lege stuprum. ff. de adulte. vide egregium text. in c. si qua monacharum. xxvij. q. j. in quo fit mentio de vtroque: dicitur enim ꝙ si quæ monacharum in lapsum adulterij ceciderit, aut in stupri fuerit deducta voraginem.

11 † Et licet impossibile esse videatur ꝙ ista duo crimina stuprum & adulterium simul & semel eodem tempore, & in eadem persona concurrere possint, ex quo alterum præsupponit illam esse solutam, alterum vero coniugatam d. l. si adulterium cum incestu. & l. stuprum. ff. ad leg. Iul. de adulte. & §. item lex Iulia. institu. de publi. iudi. & l. j. C. eod. titu. Solu. verum est ꝙ ista duo crimina sunt incompatibilia, & ideo vtrunque in eadem persona eodem tempore concurrere non possunt, est verum vno respectu quando tenderent ad eundem determinatum finem dict. l. si adulterium. & l. stuprum: sed diuersis respectibus bene concurrere possunt in eadem persona, vt est in casu nostro, monialis enim quo ad carnem est vera virgo intacta, quo ad spiritum vero dicitur esse nupta coniugio spirituali, & sponsa Christi per votum professionis suæ. vnde non impeditur istorum duorum concursus, vnum in spiritu, alterum vero in corpore siue in carne, vt late diximus supra lib. præcedenti. quęstio. vij. in princip. argumento text. in cap. excommunicamus, el primo, & lo secundo in princi. de hæreti. in antiq. vide not. text. qui loquitur de monialibus, & expresse dicit ꝙ monialis per peccatum carnis committere potest stuprum & adulterium. xxij. q. j. si qua monacharum.

12 † Et ex præmissis etiam insurgit aliud dubium, nunquid ista quatuor crimina de quibus supra, quando ex vnico concubitu orta fuerunt, sint quatuor crimina separata in forma & substantia, & ita ꝙ ipsorum reus possit de vnoquoque accusari pariterque puniri, & pœna ex vno secuta alterum non impediat, ac si ex diuersis factis, cum diuersis personis facta fuissent. Respon. articulus iste in veritate est subtilis, & disputabilis, quando ex eodem facto plura oriuntur crimina, an reus possit de pluribus accusari, & pluribus etiam pœnis puniri glo. enim in d. cap. virginibus, dicit ꝙ ista dicuntur plura crimina nomine tantum, non autem effectualiter in substantia; & sic respectu accusationis sunt diuersa; quia reus potest de quolibet ad libitum accusantis deferri, sed quo ad effectum respectu pœnæ omnia ista reputantur pro vno, & sic secuta pœna ex vno, reus ipse a cæteris liberatur ex quo in veritate non fuit nisi vnum factum, ideo fiscus debet esse vnica pœna contentus ad similitudinem duorum pluriumve reorum pro eadem summa insolidum obligatorum, quorum si vnum totaliter creditor exegerit cæteri liberantur l. ij. & ibi Bartol. ff. de duo. reis. fatetur tamen illa glo. quod vbicunque ex eodem facto plura oriuntur crimina, ꝙ pœna vnius magis aggrauatur ratione adiuncti criminis, vt habetur in l. si adulterium cum incestu. & ibi Bart. ff. de adulte. & xxxij. q. vij. quemadmodū. §. sunt enim, sed Bart. in dicta l. si adulterium cum incestu. in ij. colum. in versicu. vlterius quæro tenuit contrarium, ꝙ reus vtique poterit de omnibus puniri, & sic pro vno facto pluribus & diuersis pœnis puniri, idem etiam tenet glo. in dicta l. si adulterium cum incestu. in versicu. occurrunt, quam sequitur ibi Bartol. & idem Bartol. in l. senatus. ff. de accu. & clarius etiam Bartol. in l. qui de crimine. C. de accusa.

13 † Concludens in effectu, quod quotiescunque ex eodem facto plura oriuntur crimina specie diuersa, reus poterit de pluribus separatim accusari, & de pluribus quoque puniri, sed si super vno fuisset in causa conclusum, adeo ꝙ sola expectaretur pronuntiatio, debebit supersederi super ipso crimine, & expectari donec causa super altero expediatur vsque ad dictū terminū, adeo ꝙ quis vnica sententia duplici crimine reus declaratur, & pluribus diuersis pœnis affligitur & satisfacere tenetur, quod est verum quādo esset pœna pecuniaria bonorum vel alia huiusmodi, non autem quando esset pœna vltimi supplicij vel mutilationis membri, quia isto casu pœna semel commissa & executa in corpore amplius reiterari non potest, quia mors vnica est quæ omnia soluit. §. deinceps. in authen. de nup. & l. vulgaris. & ibi Bartol. ff. de fur. vide Bart. in dicta l. si adulterium cum incestu. in ij. colum. versicu. sed quid releuat &c. quibus non obstat text. in dicta l. senatus. ff. de accusa. vbi de homicidio, & parricidio notatus vnica duntaxat pœna punitur, quia patet responsio per supra proxime dicta, nam morte semel executa non potest amplius reiterari, & ideo vnius pœna vtrunque soluit, quia de vtroque est pœna mortis, vt l. j. ff. ad l. Pomp. de parrici. & l. iij. §. fina. ff. ad leg. Corne. de sica. Bartol. autem in dicta l. si adulterium cum incestu, aliter respondet ad dictam l. senatus, & dicit quod illa duo crimina de quibus ibi, non sunt æque principalia, vt principales species separatæ, sed vnum est tanquam genus, quod est homicidium, alterum vt species sub suo genere comprehensa, nos autem loquimur quando sunt plures species criminum separatæ & æque principales, licet ex eodem fonte siue ex eodem facto procedant, & hæc est vera conclusio communiter approbata.

14 † Quæ limitanda est primo procedere quando esset vnus & idem accusator qui vellet eundem reum de pluribus criminibus impetere; quia ab vno tantum non posset diuersimode vexari ex eodem facto vt supra sed bene a pluribus. ita dicit Bartol. in d. l. qui de crimine, & ratio est illa; quia exceptio rei iudicatæ super vno remoueret eundem accusatorem super alio prosequentem, & hoc maxime quando lata esset absolutoria super vno quæ parit exceptionem super alio contra eandē personam, non autem contra diuersam, sed quæ est ratio quare potius ista exceptio remouet eundem accusatorem, & non diuersum, ratio potest esse ista, quam nunc consideraui; quia quando reus

reus fuit semel absolutus ab vno crimine, si idem accusator vellet iterum agere super alio crimine ex eodem facto descendente, censetur calumniari velle contra ipsum accusatum, ideo iura ipsum repellunt ab accusando; quia in eo facto in quo semel succubuit, non debet iterum admitti, quæ ratio non militat contra tertium, vide Bart. in d.l.qui de crimine, & ibi Bald. & Abb. in cap. transmissæ. de eo qui cog. con. vxo. suæ. vbi secutus fuit dictum Bart. in dicta l. si adulteriū &c.

15 †Sed quæro quæ vtilitas resultat ex hoc quod quis possit de pluribus criminibus specie differētibus, quando ex eodem facto descendunt, accusari & puniri, quando ex quolibet crimine imponitur pœna mortis, vt est homicidium, & parricidium, de quibus diximus supra, item adulterium & incestum, vt dicta l. si adulterium cum incestu. in princip. cum mors vnica sit quæ omnia soluit, & est actus qui non potest de nouo reiterari, vt l. vulgaris, & ibi Bart. ff. de fur. & diximus supra proxime respon. Bart. in d.l. si adulterium &c. in ij. colum. versi. quæro quid releuat &c. vbi dicit ꝙ hoc est vtile & prodest in pluribus, & primo quia si sit lata sententia absolutoria super vno poterit ab alio dico non ab eodem accusatore accusari super alio, vt dicta l. qui de crimine, itē si sequatur cōdemnatoria prodest in hoc; quia sæpius per statuta pœna adulterij, vel alterius criminis quæ de iure ciuili est vltimum suppliciū alleuiatur & fit pecuniaria: Item prodest in hoc, quia vnius pœna augetur propter aliud vt grauius puniatur, ita tenet glo. in d.l. si adulterium cum incestu. in princip. & ibi Bartol. in dicto versi. quæro quid releuat, in fin. pro quo facit in arg. tex. in l.

16 sacrilegi. in ij. respon. ff. ad leg. Iul. pecu. † vbi si furtum fiat in loco priuatim sacro, dicitur quasi sacrilegium, & punitur plusquam furtum, & minus quam sacrilegium, de quo diximus supra in princip. istius quæstio. Pro resolutione igitur supra dictæ quæstionis motæ per glo. in dicto cap. virginibus. dico ꝙ glo. illa dum vult ꝙ sint diuersa crimina respectu accusationis, eo ꝙ sit in electione accusatoris super quo ex dictis criminibus velit instituere accusationem, quæ postquam semel instituta est, non licet postea super alijs criminibus alias diuersas accusationes proponere, sed in hoc male dicit, per ea quæ supra proxime diximus; quia si sunt plura crimina specie differentia, licet descendant ex eodem facto possunt institui plures accusationes, & imponi plures pœnæ, vt supra proxime dictum est, posset saluari dictum glo. in vno casu, scilicet quando lata esset sententia absolutoria super vno ex dictis criminibus, ꝙ non liceret accusatori intentare iudiciū super alio dicta l. qui de crimine, & ibi Bar. alias dictum glos. saluari non potest loquendo in foro iudiciali; quia etiam de iure canonico quoties ex eodem facto plura crimina oriuntur possunt plures accusationes instituti & plures pœnę imponi, ita dicit expresse glos. relata ad text. in cap. relegantes. xxiij. quæstio. v. in versi. si adulterium. idem tenet Archid. in dicto cap. virginibus. per text. in dicta l. qui de crimine, quem ipse allegat ibi. Si vero loquimur in foro conscientiæ prout ipsa glos. postea dicit, aliud esset dicēdum, scilicet ꝙ vna pœna tantum punietur, sed grauius propter alia crimina annexa, quia si vna sola qualitas aggrauat delictum, multomagis vnū delictum separatum aggrauat aliud delictum. hoc idem tenet Bartol. post glo. in dicta l. si adulte-

17 rium cum incestu. †Quibus sic declaratis deuenio nunc ad expeditionem quæstionis nostræ & quæro, quibus pœnis punitur quis pro isto coitu habitu cum moniali. Respon. aut loquimur in foro conscientiæ, aut in foro contentioso canonico, aut in foro ciuili. Primo casu, quando sumus in foro conscientiæ. est pœna excommunicationis & exclusionis a consortio aliorum professorum siue monachorum siue monialium; quia debent omnino ab aliorum monachorum siue monialium consortio expelli, qui huiusmodi impudicitiæ se immiscuerint, & in aliquo loco arcto siue carcere ipsius monasterij intrudi ad agēdum perpetuam pœnitentiam, ita quod in solo mortis articulo si digne & congrue pœnituerit non negetur viaticum Eucharistiæ, vt in c. impudicas. & cap. virginibus. xxvij. quæstio. j. & not. ꝙ non sunt abijciendi vel abijciendæ extra monasterium, ita quod vagare possint, sed intrudendæ vt supra ne cum alijs conuersentur tanquam oues morbosæ, ne alias aut totum ouile inficiant ita not. & expresse dicit Archid. in cap. peruenit. xxvij. quęstio. j. pro quo facit text. in cap. in ecclesiasticis. §. fina. de maio. & obedien. quem vide ibi. Ea enim quæ proxime diximus habent locum in clericis. Laici vero excommunicantur nec vnquam admittuntur ad communionem fidelium nisi publicam, & idoneam de scelere ipso egerint pœnitentiam, dicto cap. impudicas. & cap. virginibus. & ibi glos. & per Archidia.

18 in dicto cap. peruenit. † Secundo vero casu, quando sumus in foro contentioso coram iudice ecclesiastico, Clericus cuiuscunque sit gradus vel dignitatis, deponitur ab omni ordine sacro, & officijs ac beneficijs omnibus priuatur, & intruditur in arctum monasterium ad agendum perpetuam pœnitentiam, laicus vero excommunicatur, vt dicunt hæc duo capitula xxvij. quæstione prima si quis episcopus, & c. si qua monacharum. De iure autem ciuili pro isto crimine est pœna mortis l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & cle. qui text. loquitur generaliter de quacunque iniuria illata ecclesiæ, monasterio, vel personis ecclesiasticis, quod probatur etiam ratione, nam in quolibet sacrilegio istius coitus inest adulterium & incestum, vt supra proxime conclusimus, pro quibus criminibus nulli dubium est quod est pœna capitis d. l. si adulteris cum incestu. ff. de adulte. & l. quamuis. §. fina. C. eo. titu. vbi dicit text. sacrilegos alienarum nuptiarum gladio puniri oportet, multomagis gladio puniendus est, qui est sacrilegus diuinarum nuptiarum, dicto cap. si qua monacharum. argu. cap. solitæ de maio. & obedien. & vide do. Io. lec. in sum. confes. eod. titu. quæstio. iij. pro quo facit etiam text. in l. sacrilegi. in princi. ff. ad

leg.

leg. Iul. pecu. quia hic violatur sacrum de sacro.&c. Sed prædictis oppo.de l.raptores, in fi. 19 C.de epis. & cleri. † vbi dicitur quod siue volentibus siue nolentibus mulieribus siue sacratissimis monialibus pati carnalem concubitum, in omnem euentum ille sacrilegus punitur pœna capitis,& omnia eius bona publicantur, quæ applicantur dicto monasterio. & supra in casu nostro nulla est facta mentio de bonorum publicatione. Solu.illa lex procedit quando ex parte viri interuenit raptus, quia rapuit monialem de monasterio & illam postea violauit, omnino punitur pœnis prædictis ipse raptor respectu illius violentiæ & rapinæ, ex qua fit iniuria publica toti monasterio & monialibus quæ intuitus habētur,& ideo non attenditur nec consideratur voluntas illius raptæ,sed magis consideratur generalis iniuria monasterij, & ideo grauius punitur dictorum bonorum publicatione, nos autem loquimur quando nullus interuenit raptus, sed sola defloratio monialis occulta, de quo quidem crimine raptus & eius pœnis dicetur infra eodem quæstio. x. vbi tractabitur de raptu monialis sacræ.item & mulieris prophanæ virginis viduæ vel nuptę honeste viuentium, & quid de raptu meretricis causa libidinis.

SVMMARIVM.

1 *Coitus nepharius seu incestuosus qua sit punitione coercendus.*

Peccatum contra naturā humanę societatis quod sit, & quod contra naturam humani sexus.

2 *Peccatum contra naturam humani generis quod dicatur.*

Clerici pro omni fornicatione decennio debent pœnitere.

Clericus in foro iudiciali canonico deponi debet pro peccato contra naturam commisso.

3 *Episcopus super adulterio & minoribus criminibus dispensare potest ne deponatur clericus.*

Adulterium simplex in clerico an puniatur pœna depositionis, aut suspensionis tantum.

4 *Episcopus in quibus casibus & de quibus criminibus dispensare possit.*

5 *Copula carnalis nepharia in figura matrimonii habita qualiter puniatur.*

6 *Ignorantia & minor ætas excusant a nuptiis illicitis, & pœnis illcite eas contrahentibus inflictis.*

7 *Contrahentes matrimonium in gradu prohibito qualiter iure antiquo Codicis, & qualiter iure nouo auctenticorum puniantur.*

8 *Filii ex nuptiis incestis nati an succedant in bonis parentum.*

Filii incestuosi & ex coitu damnato nati, nedum successionis, sed & alimentorum sunt incapaces.

9 *Alimenta de iure canonico filiis ex quantumuis damnato coitu natis non sunt deneganda.*

Adulterium & incestus pari pœna puniuntur.

10 *Concubitus incestuosus ignoranter perpetratus qualiter puniatur.*

11 *Pœna quandoque infligitur pro crimine ignoranter perpetrato.*



ECVNDO quæro quid de nephario † coitu,cum quis tam audax & proteruus reperitur, qui cum propria matre,auia,seu aliis ascendentibus linea directa , aut cum propria filia,nepte,cæterisq; descendentibus eadem linea directa , ausus fuerit se carnaliter commiscere , qua pœna puniendus sit. Respon. si loquimur in foro conscientiæ erit pro pœnitentia excommunicato septem annorū, & vltra arbitrio iudicis spiritualis,vt tanto tempore extra gremium ecclesiæ & communionem fidelium debeat commorari,donec per congruam pœnitentiam Deo et ecclesię satisfecerit.xxxiij. quæstio.ij.hoc ipsum.§.j.vbi est casus & dicit ibi tex.ꝙ istud dicitur crimen contra naturam humanę societatis,aliud est quod fit contra naturam sexus humani , quod est quando quis cum masculo 2 se coniunxerit more sodomitico. † aliud est quod fit contra naturam humani generis, & illud est quod fit cum brutis quæ omnia puniuntur excommunicatione vltra septennium tanto tēpore quanto iudex ipse arbitrabitur considerata qualitate facti,personarum conditione,& animo delinquētis, vt dicto cap.hoc ipsum , sed ea quæ proxime diximus intelliguntur de laicis. Clerici vero decennio debent pœnitere, non solum pro isto, sed pro omni fornicatione lxxxij. distinctio. presbyter. vbi dicitur ꝙ olim presbyter secundum canones apostolorum pro fornicatione deponebatur, hodie vero iuxta authoritatem beati Syluestri decem annorum indicitur pœnitentia cum maximis ieiuniis & abstinentia . vt ibi dicitur, qua pœna tam mulier quæ peccauit quam vir plectitur.ad hoc facit xxvij.quæstio.j. deuotam . In foro autem iudiciali coram iudice ecclesiastico, Clericus pro isto crimine debet deponi , secundum ea quæ habentur in capi. at si clerici.§. de adulteriis. extra de iudic. vbi dicitur , quod 3 † Episcopus super adulterio & aliis minoribus criminibus , sicut est stuprum , simplex fornicatio , & similia , dispensare potest ; quia pro criminibus huiusmodi non datur pœna depositionis, sed suspensionis, vel alia minor pœna, vt in cap. significasti.de adulte. & cap. vt clericorum .§.j.de vita & honesta.cleric.in criminibus enim grauioribus adulterio in quibus grauiores inferuntur pœnæ,scilicet depositio , non licet episcopo dispensare, ita dicit text.in dicto cap.at si clerici.§.de adulterijs, in fin. in versicu.sed non debet,

bet, sed crimen incestus est grauius adulterio. xxxij.quæstio.vij. adulterij malum, ergo non debet suspensione sed depositione puniri, propter criminis turpitudinem.d.capitu. vt clericorum, & hoc tenet gloss.in d.cap. at si clerici.§.de adulteriis.in versi.minora. in princ.& in fin. Quod videtur satis rationabile. cum per istum coitum de necessitate duo crimina perpetrantur. aut adulterium & incestum si mulier erat nupta, aut stuprũ & incestum si erat soluta; merito debet grauiori pœna puniri, q̃ si vnum tantum commisisset crimen, ita tenet gloss. Barto.& Docto. in l.si adulterium cũ incestu.ff.de adult.vbi dicitur de vtroq;. Et licet ista opinio ꝙ pro simplici adulterio sit pœna suspensionis & non depositionis, sit forsan verior de iure, & magis æqua & probabilis, vt latius infra dicam in seq. quæstio.communis tamen opin.canonistarum est in contrarium ꝙ pro simplici adulterio in clerico sit pœna depositionis, a qua opi.in iudicando non esset recedendum, vide quæ dixi infra d.quæstio. sequen.& in cap. vt clericorum.§.j.de vita & hone.cleri.& ibi per Doct. & nihilominus morabitur extra gremium ecclesię, & communione fidelium eo tempore de quo in d.c.presbyter.lxxxij.distin.& tandiu stabit, donec legitime purgatus ad pristina reuertatur officia.d.c.presbyter.& l.distinctio.ponderet, pro quo facit bonus text.in cap. ij. de sortile. & quod ibi not.Abb. vbi depositus post peractam penitentiam & legitimam purgationẽ ad pristina restituitur. 4 † Et signa hoc notabile verbum, ꝙ episcopus super isto et aliis maioribus criminibus dispensare non potest, de adulterio autem & alijs minoribns, sicut est stuprum, & simplex fornicatio dispensare potest. vt in d. c. at si clerici.§.de adulterijs. & ibi glo. Abb. & alij scribentes. An autem episcopus possit generaliter dispensare in omnibus casibus, exceptis illis in quibus reperitur prohibitus, vel dicatur esse generaliter prohibitus, nec possit dispensare nisi in casibus a iure expressis, vide glo.in d.cap. at si clerici. in.§.de adulterijs, & ibi Abb.& Docto.& l.distin.miror, xij.q.ij.de viro, cum simi. Laicus vero maiori anathemate excommunicatur.xxxiij.q.ij.si quis cum matre, & in c.si quis cum duabus, in fin. quæ iura loquuntur in laicis, & maior pœna quæ indici possit de iure canonico contra laicos est excommunicatio, vt in c. si quis suadente diabolo. xvij.q.iiij.& c.sicut dignum. de homici. & in c. j.eod.titu.lib.vj.contra clericos vero sunt plures aliæ pœnę, suspensionis, priuationis, depositionis, & similes, vt in c. vt clericorum de vit. & hone. cle.l.distin.presbyter.xxvij.q. j. si quis episcopus. De iure autem ciuili crimen istud appellatur nepharius coitus, vt per gl.in rub.C.de incest. nup.& in authen.ex complexu, eo.tit.& not.in.§. ergo non omnes insti.de nup.quasi quod nephas sit de eo loqui.& isto casu distingue, 5 † Aut hæc commixtio & carnalis copula interuenit in figura matrimonij, prout habetur in d.§.ergo non omnes, & nuptiæ ipsæ vt nephariæ & incestæ omnino sunt tollendæ.d.§.ergo versicu.& si tales, & per glo.& Doc.in dicta rub.C.de incest.nup. Puniuntur etiam alijs pœnis quia si scienter contraxerunt omnia lucra nuptialia, siue sit donatio ante nuptias, siue propter nuptias, & alia quæcunque sint, dote excepta ab ipsis coniugibus. scilicet ab vtroque tanquam indigno, qui contra legum instituta nuptias prohibitas contrahit, auferuntur, & applicantur fisco l.qui contra legum.C.de incest. nup.in prin. quæ tamen dispositio limitanda est, vt habeat locum quando cõiuges ipsi erant ambo maiores & scienter contraxerunt contra legum decreta. Secus autem si erant minores vel ignorantes. 6 † Ex quibus collige duas limitationes, prima est quod dispositio illius legis non habet locum in ignorantibus qui ignorãter contraxerunt, dummodo non sit ignorantia crassa & affectata, sed iusta & excusabilis. Secundo limita non habere locum in minoribus, qui lapsu ætatis contraxerunt; quia præsumuntur ignari, & illis parcitur, ita dicit tex.in dicta l.qui contra, in fi.pro quo facit etiam l.si adulterium cum incestu.§.idẽ pollioni.ff.de adult. Quæ quidem duæ limitationes iterum sunt collimitandæ, vt habeant locum & excusent contrahentes a pœnis prædictis, si incontinenti postquã habuerunt notitiam de impedimento matrimonij, vel minores postquam ad legitimam ætatem peruenerint incontinenti se adinuicem separauerint, alias si vlterius permanserint in coniunctione non excusantur a pœnis prædictis, quia præsumitur & habetur ac si a principio scienter & dolose contraxerint, vide text.cum glos.in dicta l.qui contra legum in fin.

Sed quæro quid si alter coniugum erat minor vel ignorans, alter vero maior, & sciens, qui quidem maior minori vel ignoranti bona quædam donauerit, an ipse donatarius isto casu dissoluto matrimonio lucrabitur bona prædicta, vel deuoluentur ad fiscum. dic ꝙ lucrabitur sibi. ita dicit glos.in dicta l.qui contra. in versicu. fisco. in princi. per text.in l. fin.ff.de lega. j. & l. cum hic statutus.§.fin. ff. de dona. inter virum & vxorem. quod tamen intellige esse verum, si ipse donatarius incontinenti postquam sciuit peruenit ad legitimam ætatem ab huiusmodi coniugio se abstinuerit & separauerit, vt dicit text.in dicta.l.qui contra legum, in fin. 7 † Hæc tamen quæ dicta sunt de publicatione bonorum procedunt de iure antiquo siue de iure codicis, hodie vero de iure nouissimo authenticorum grauioribus afficiuntur pœnis, isti scienter contrahentes in gradu prohibito; quia nedum bonis donatis de quibus supra priuantur, verum etiam dote mulier & omnibus & quibuscunque alijs bonis vndecunque quæsitis & prouenientibus vterque priuatur, & insuper omni cingulo dignitatis exuti perpetua notantur infamia, & honestiores in insulam relegãtur, viliores vero publice fustigantur, & in exilium mittuntur. Bona autem ipsorũ si qua legitima proles ex illis, vel altero ipsorum extaret ex alio matrimonio, non ex illo, bona prædicta omnia deferuntur ad illos quos lex a patria potestate liberauit, ita ꝙ teneantur ex bonis prædictis alere parentes exules, filijs vero non extantibus succedunt nepotes

tes vel alij inferiores in gradu, cum eodem onere; nullis autem filijs vel nepotibus aut alijs inferioribus existentibus qui succedant, bona ipsa deferuntur fisco, & ista est lex noua, & famosa in authenti.de incest.nupt.in princi.translata. C. eod. tit.in authenti.incestas. 8 † Sed quæro quid si ex nuptiis huiusmodi incestis aliqui super sunt filij, nunquid succedent in bonis prædictis paternis, aut maternis; maxime non extantibus legitimis filijs ex alio matrimonio. & videtur dicendum ꝙ sic, ꝙ illis deficientibus tanquam proximioribus & magis legitimis admittantur isti, ad instar fratrum vterinorum, qui admittuntur ad successionem fratris defuncti, deficientibus fratribus vtrinque coniunctis. vt in authen.defuncto.C. ad Tertul. Iura tamen volunt contrarium, ꝙ isti filij tanquam incestuosi, & ex damnato coitu procreati, paternæ vel maternæ successionis sint penitus incapaces, immo sunt indigni & incapaces alimentorum; ita ꝙ a parentibus proprijs alendi non sunt, nec debent filij vocari, vt in authen.ex complexu.C.eo.titu. & in corpo. vnde sumitur. in authen quibus modis natu. effi. sui.§.fina. cupiunt enim iura ꝙ filij huiusmodi sint omnibus exosi, non propter se, quia ipsi non peccarunt, sed in odium sceleris parentum, in perpetua egestate sordescant, ad instar filiorum rei criminis læsæ maiestatis l.quisquis. & l.fina.C.ad leg. Iul. maiesta.& c.vergentis.de hæreti. & diximus supra titu.j.q.iij. Hæc tamen procedunt de iure ciuili, quod est magis rigorosum. 9 † de iure vero canonico filijs natis ex huiusmodi damnato coitu sunt præstanda alimenta ex misericordia, & si sunt filiæ feminæ dotantur; masculis vero assignatur certa portio bonorum pro alimentis c.cum haberet, & ibi Abb.de eo qui dux. in mat.quam pol. per adul. Secundo vero casu quando per modū fornicationis grauius puniuntur scilicet pœna mortis: vt est glo.not.in l. si adulterium cum incestu.in j.glo.ff.de adulte. quæ dicit ꝙ pœna incestus est eadem pœna quæ adulterij. sed adulterij est pœna mortis l.quamuis adulterij.C.eod.ti. in fin. ideo eadem est pœna incestus: quod tamē intellige quando scienter coitus interuenerat, qua pœna mulier punitur sicut vir.dicta l.si adulterium cum incestu.in versic. quare mulier. Nec est hodie immutata hæc pœna. sicut pœna adulterij in muliere, per authen. sed hodie.C.eo.titu.ita dicit glo.in d.l.quamuis in fin. & d.auth.sed hodie.& ibi Bart. & idem Bart. post glo. in d. l. si adulterium cum incestu. in princi. potest etiam adduci text. in argu.in l. cum vir.C.eod.titu. de adul. vbi pro crimine perpetrato contra naturā cum masculo more sodomitico infertur pœna gladij cum infamia perpetua. hoc enim est crimen contra naturam humanæ societatis & turpissimi exempli d. cap. hoc ipsum. & supra dictum est, merito &c. 10 † sed quid si iste cōcubitus fuerit ignoranter perpetratus; quia ignorabant ambo talem coniunctionem sanguinis inesse. respondeo, si in figura matrimonij fuit facta commixtio nulla pœna puniuntur, si statim habita scientia separantur d.l. qui contra legum, in fin. & l. si adulteriū cum incestu.§. idem Imperatores, si autem per modum fornicationis commixtio interuenerit, aut vir sciebat mulierem esse nuptum & punitur de adulterio & incestu, aut solutam, & punitur de stupro & incestu criminibus, ita videtur sentire glo.in d.l.si adulterium cum incestu. & ibi Bart. in ver.& ideo pro declaranda. vbi dicit ꝙ punitur illud quod est in veritate non illud quod erat in opinione. Et sic nota alium casum specialem vltra illum de quo diximus supra lib.ij.q. xij.de poculo amatorio. 11 † Vbi quis punitur ex crimine ignoranter & citra animum delinquēdi commisso. rationem vero assignat Bart.in d.l.si adulterium.ex quo a principio crimini incumbebat, & sic rei illicitę, merito illius ignorantia non excusatur l.vulgaris.§.si quis ea.ff.de furt. & ff. de iniur.l.eum qui.§.si iniuria. Quod tamen limitandum puto nisi mulier esset aperte impudica vel meretrix publica, cuius concubitus est impunibilis, per iura vulgaria. vide quæ dixi infra proxima.q. in fin.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Incestus quid sit, cum quibus committatur, & qualiter puniatur.*

2 *Incestus cum sorore aut cognata commissus, qua sit punitione reprimendus.*

3 *Clericus in foro contentioso de iure canonico pro incestu ab ordinibus & beneficiis deponitur.*

4 *Laicus qualiter pro incestu puniatur.*

5 *Crimen incestus in actu fornicationis commissus vltimo punitur supplicio.*

6 *Coitus incestuosus in forma matrimonii habitus qualiter puniatur.*

7 *Consanguineam meretricem ignorantur actu cognoscens fornicario, non punitur de incestu.*



ERTIO videndum est de incestu 1 † proprie & stricte loquendo, eo videlicet quod perpetratur cum consanguineis vel affinibus transuersalibus, quocunque gradu vel saxu coniunctis, ex dicta linea transuersali, cum quibus nō licet contrahere matrimonium, omnis coitus cum illis personis dicitur proprie incestus, vt dicit gl. in rub. C. de incest. nupt. & l. qui contra legum, in authen. incestas. & in authen. ex complexu, eod. titu. & in authen. de incest. nup. in princi. &.§.ergo non omnes, inst. de nup. cap. virginibus. xxvij.quæst. j. & cap.j. & ij. & per tot. titu. de eo qui cog. consan.vxo. suæ. & hæc non solū intelligūtur de his personis quæ sunt cō iunctæ cognatione legali seu secundū carnem, verumetiā de his quæ cōiunctæ sunt cognatione spirituali, mediantibus baptismatis seu chrismatis sacramentis, cum quibus et stante vinculo dictæ cognationis, nō licet contrahere matrimoniū c.j.

 ij.& iij.

ij.& iij. & per totum titulum de cogna. spiritua. & xxx.q.iij.c.j.& c.pitatium.& c. non oportet, 2 †cum cæteris sequentibus. Quæro† nunc quid si Titius cum Iulia sorore germana. Emilia consobrina, aut Flaminia cognata vxoris sorore rem carnalem habuerit, qua pœna puniatur vtroque foro. Respon.de iure canonico in foro conscientiæ secundum ius antiquum, clerico indicta erat pœnitentia decennalis; vt tanto tempore ab ingressu ecclesiæ, communione fidelium, & participatione sacramentorum, se abstineret, post quæ demum purgatus ad pristina reuerteretur. lxxxij. distin. presbyter. & xxvij. q. j. deuotam. Laicus vero septem annis duntaxat illa pœnitentia cruciabatur. xxxiij.q.ij. hoc ipsum veruntamen hodie eidem septennali pœnitentiæ tam clerici quã laici subijciuntur d.c.hoc ipsum, nisi essemus in grauioribus & magis enormibus: vt quia cum matre, filia, masculo, vel brutis se turpiter commiscerent; quia grauioribus pœnis istis casibus crucia-
3 rentur d.c.hoc ipsum in fin. †In foro autem cõterioso de iure canonico, clericus pro criminibus prædictis, deponitur ab omnibus sacris ordinibus, & beneficijs ac officijs ecclesiasticis priuatur: quia ista est pœna incestus: vt not. c. at si clerici. §.de adulterijs. & ibi glo. Abb. & cæteri scribentes de iudi. ratio est: quia istud est grauius crimen adulterio. xxxij.q. vij. adulterij malum, sed pro adulterio imponitur suspensio. c. significauit. de adul. ergo pro isto quod est maius sit depositio, eo maxime quia crimen istud incestus non potest esse solum, sed necesse est ꝙ habeat aliud crimen annexum, stuprum vel adulterium, secundum ꝙ mulier est nupta vel soluta, vt d.l. si quis adulterium cum incestu. & ibi glo. & Bar. qui expresse volunt, ꝙ isto casu ratione adiuncti criminis inferatur grauior pœna quam si esset vnum simplex
4 crimen. †Laicus vero aut commisit istud crimẽ in figura matrimonij nuptijs præcedentibus, aut in actu fornicationis, & meri peccati. Primo casu, aut scienter contraxerunt ambo vel ipsorum alter, & ille qui scienter contraxit est excommunicatus, nihilominus constito de consanguinitatis vinculo, statim fit matrimonij separatio. c.j.& ij.& c.non debet, de consan. & affini. si vero ignoranter, mitius puniuntur arbitrio iudicis, & nihilominus sequitur matrimonij separatio: vt est tex. in c.j. de consan. & affini. Secundo autem casu principali, quando in actu fornicationis, si vir erat coniugatus, priuatur perpetuo ne posit amplius petere debitum ab vxore, cuius consanguineam vel affinem ipse stuprauit: patitur etiam aliam pœnam; quia omni spe coniugij perpetuo priuatur; ita ꝙ si decesserit eius vxor, non poterit amplius cum alia matrimonium contrahere: vt habetur in c.j.& ij. & c. transmissæ. de eo qui cog. consan. vxo. suæ. & xxxv. qõ. ij. si quis cum matre. & q. iij. si vero. & cap. de incestis. & hæc pœna videtur potius adiecta in foro conscientiæ, quam iudiciarij in quo alia etiam pœna punitur: quia erit excommunicatus, vt habetur in c. clerici. de excef. prælat. vbi Abb. facit magnum festũ, dicendo ꝙ ille tex. est valde not. ad hoc ꝙ iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicum delinquentem peccato carnali; & ista crimina ipse appellat crimina mixta, ex quo sunt vtriusque fo-
5 ri & vtriusque pœnis subijciuntur. †De iure autem ciuili pro isto crimine incestus, in actu fornicationis commisso, est pœna mortis glo. est not. communiter approbata, & ibi Bart. in l. si adulterium cum incestu in ver. si adulterium. ff. de adult. ad idem est glo. in l. inter liberas. eod. titu. quæ dicit ꝙ incestus pœna est eadem quæ adulterij, sed adulterij pœna est pœna capitis l. quamuis. in fi. C. eod. titu. ergo &c. vide Bart. in d. l. si adulterium cum incestu. & ibi dicit ꝙ eadem pœna pro incestu tam masculi quam fœminæ puniuntur; sed est hodie immutata in muliere, sicut pœna adulterij, per auth. sed hodie. C. de adulte. vt æquiparatorum idem sit iudicium vt per Bartol. & Doc. in l. j. ff. de leg. j. vide Bart. in d. l. si adulterium cum incestu. in ij. col. ver. quero quid releuat &c. Eadem quoque pœna puniuntur qui cum nepte ex fratre, vel sorore coitum habuerit, vel cum amita, materia, nouerca, socru, nuru, commatre, priuigna, cognata, & similibus mulieribus, cõsanguinitate, vel affinitate, tam naturali ꝗ spirituali coniunctis, cũ quibus omnibus incestus perpetratur, & eadem incestus pœna puniuntur & mares & fœminæ quamuis diuersimode, vt supra proxime dictum est d. authen. sed hodie. & hæc procedunt quando talis copula interuenit in actu fornicationis nullo præcedente matrimonio, vel
6 nuptiarum colore. †Si vero nuptiæ præcesserũt, & talis coitus fuit factus in forma matrimonij & scienter, primo & ante omnia constito de impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, sunt adinuicem separandi, & alijs quoque pœnis puniuntur, de quibus in l. qui contra legum. C. de incest. nup. & in auth. eo. tit. in prin. de quibus late diximus supra eo. q. ij. Si vero contraxerunt ignoranter, parcitur illis; eodem modo si erant minores tempore contracti matrimonij: quia parcitur ignorantiæ & lapsui ætatis, d. l. qui contra, prope finẽ. Sed nota ꝙ ista duo prosunt ad euitandum pœnas dictæ l. qui contra, quando incontinenti postquã deuenit ad illorum notitiam impedimentum prædictum, vel statim adueniente pubertate, & cognouerint prohibitionem, se adinuicẽ separauerint, alias si adhuc steterint insimul non euitabunt pœnas dictę l. qui cõtra. vide tex. iũcta gl. in d. l. qui cõtra, in fin. vbi est casus in terminis. Secundo vero casu. s. quãdo in actu fornicationis, punitur de vero incestu, nec attẽditur error ille, sed factũ qđ est in veritate, qđ est verũ secundũ Bar. in d. l. si adulteriũ cũ incestu. in iij. colum. qñ mulier ipsa
7 erat honesta. † Si vero erat meretrix vel aliter impudica. nõ putarem virum pœna incestus puniri, si vere erat ignarus, & ignorantia illa erat probabilis, & per cõsequens excusabilis, & hoc, quia de iure ciuili accessus & illarum concubitus est impunibilis, vt l. j. C. de concubi. & l. quæ adulterium. & ibi Bal. C. de adult. & per Bar. in l. verũ. in fin. ff. de fur. & isto casu cessat ratio de qua supra proximo membro; quia ibi dabat operam rei illicitę a principio, ibi non.

SVM.

SVMMARIVM.

1 Incestus cũ consanguineis aut affinibus adinuicem coniunctis qualiter puniatur.
2 Sorores duas aut matrem, et filiam ignoranter cognoscenti quæ pœna imponatur.
3 Affinitas nedum ex matrimoniali coitus, sed & per fornicarium contrahitur concubitum
4 Coitus incestuosus extra matrimonium habitus pœna capitis expiatur.
Incestus cõmissus cum duabus sororibus meretricibus capitali pœna non punitur.
5 Pœnam non meretur qui lege permittente aliquid operatur.
Fornicatus scienter mitius punitur iudicis arbitrio.

1 VARTO quæro de eo qui † vnã mulierem eiusdemque mulieris filiam, vel duas mulieres sorores, germanas inter se non autem viri coeuntis, ita econuerso quando pater & filius, aut duo fratres germani, idem si auus, & nepos aut patruus. & nepos eadem muliere fornicati fuerint, qua pœna puniuntur, dic ꝙ de iure canoni. secundum antiqua iura, si talis coitus fuerit scienter habitus cum huiusmodi personis mulieribus ignorãtibus, vir nũquã poterit cuiquam mulieri matrimonio copulari, & erit perpetuo legitimo cõiugio priuatus, mulieres autem quæ hoc ignorarunt nõ priuabuntur alteri coniugio copulari: si vero econtra mulieres consciȩ sint, vir aũt ignarus erat absque maritis perpetuo maneant, viro nulla coniugij facultas adimitur, si vero vtrinque omnes erant conscij, oẽs pariformiter priuantur coniugio, si vero oẽs ignari, nemo priuatur legitimis connubijs text. reperitur qui loquitur de ignaris vtrinq; & sciẽtibus similiter vtroque modo xxxv.q.iij.qui propinquam de mulieribus autem ignaris, & vtro sciente & econtra c.si quis cum matre & filia eadem causa & q.& c.si vero proxime seq.§.de his habetur etiam xxxiiij. quæstio. ij. in lectu.

2 † Ignorantibus vero consanguinitatem siue affinitatem imponitur certa pœnitentia per sacerdotem, illius arbitrio, pro exoneratione conscientiæ, qua peracta, post annos septem volentibus matrimonialiter copulari, coniugia legitima non negantur. dicto cap. in lectum. & ibi glo. in versi. pœnitentiam. xxiij. quęst. v. excommunicatorũ. & d.cap. si quis cum duabus. xxxiiij. qõ. ij Si quis fornicatus fuerit cum muliere, quam frater germanus ignorans factum, postea duxit in vxorem, eo quod frater qui fornicatus fuerat prius crimen illud fratri celauit, septem annis penitebit

3 absque cõiugio xxxv.q.iij.si vero homo. † No. tamen hoc dictum perpetuo, quod affinitas non solum contrahitur ex licito matrimoniali concubitu, verum etiam per coitum fornicarium & illicitum, tex. est no. cum glo. in ver. concubitu xxxv.q.iij.de incestis.& c.nec eam, vnde sequitur ꝙ nulli ex consanguineis viri fornicantis licet contrahere matrimonium, vel aliter se carnaliter commiscere cum muliere illa, cum qua frater aut cõsanguineus eius prius fornicatus fuerat, econuerso etiam minime licet viro fornicanti cũ matre, filia, sorore vel alia consanguinea dictæ mulieris contrahere matrimonium, vel alias se carnaliter immiscere, sed ab illarum concubito abstinere d.c.de incestis. Si quis autem hoc nõ obstante se immiscere ausus fuerit, committit incestum, & ille coitus dicitur proprie incestuosus & abominabilis Deo, & cunctis hominibus. ita dicit tex. xxxv.q.iij. nec eam quam, & est ac si cum vera & legitima cõsanguinea siue affine mu-

4 liere fornicatus esset. † Vnde sequitur, ꝙ pro huiusmodi incestuoso coitu habito non in figura matrimonij, sed actu fornicario, est pœna capitis, sicut ex proprio incestu. d.l. si adulterium cum incestu, quod est verum, quando scienter habuit coitum, secus si ignoranter d.l. qui contra legum. & dixi supra eo.ti.ij.& iij.q. si vero interuenit in figura matrimonij scienter, & tales coniuges subiiciuntur pœnis de quibus in auth. incestas. C. de incest. nupt. & in corpore vnde sumitur eo. titu. si autem ignoranter non excusantur, si erant mulier honesta siue honestȩ vitæ, vt ibi dicitur per Bar. latius in d.l. si adulterium cũ incestu. Si vero coitus huiusmodi incestuosus perficeretur cum duabus meretricibus, aut alias impudicis mulieribus non putarem illum pœna mortis puniendum esse qui hanc fornicationem fecerit sic incestuosam; sed illud procedere duntaxat in mulieribus honestis & honeste viuentibus tantum. l. inter liberas. & l. stuprum. ff. de adulte. §. item lex Iul. instit. de publ. iudi. vide quę supra proxime diximus in ij. q. in fi. verbis. ad mulieres autem impudicas cum accessus & concubitus sit impunibilis de iure ciuili. l.j. C. de concubi. & ibi Bal. & idem Bald. in l. quę adulterium. ff. de adul. & l. si vxor, & ibi gl. ff. eo. ti. de adul. Bar. in l. verum, in fi. ff. de fur. ꝓpterea non puto ignorantes aliqua pœna saltẽ de

5 iure ciuili puniendos esse, † quia qui facit lege permittente pœnam non meretur, l. Gracchus. C. de adult. l. nec in ea. §. ius occidendi. ff. eo. tit. & l. raptores. in princ. C. de episcop. & cleric. Si vero scienter fornicatus fuerit, puniendus est, sed non tam graui pœna, sed alia mitiori iudicis arbitrio, aut illa de qua in d. auth. incestas. C. de incest. nup. & in corpore vnde sumitur eo. tit. sicut enim ibi concubitus erat impunibilis vno respectu, scilicet matrimonij vinculo, sed erat alio respectu punibilis, scilicet respectu consanguinitatis vel affinitatis; ita in casu nostro coitus iste est impunibilis respectu vitæ impudicæ ipsius mulieris, per iura prædicta, punibilis autem erit respectu sanguinis siue affinitatis.

SVMMARIVM.

1 Fornicatus cum nouerca, nuru, socru priuigna, aut simili ꝑsona qua sit afficiendus pœna.

2 *Clericus cum nouerca aut cognata fornicatus deponitur.*

3 *Laicus cum nouerca, priuigna, nuru, aut socru fornicatus, de incestu punitur.*

Matrimonium scienter contrahentes in gradu prohibito, pœna incestus puniuntur.

1  VINTO quæro, † Quid si aliquis fornicatus fuerit cum nouerca, socru, nuru, priuigna, cognata, scilicet fratris vxore, vel sorore vxoris, aut cum commatre vna seu duabus commatribus, aut earum filiabus, matre, cæterisque personis huiusmodi affinitate coniunctis, aut affinitate spirituali, vt habetur in c.j. & c. super eodem. de cogna. spiritu. qua pœna sit puniendus? Dic, q̄ de iure canonico secundum ius antiquum in foro conscientiæ octo annorum pœnitentia oneratur. vt tandiu extra gremium ecclesiæ & communionem fidelium commoretur & a sacramentis ecclesiæ abstinendi habeat necessitatem. xxxij. quæst. vij. si quis cum nouerca. & xxxiiij. q. ij. si quis cū duabus. & xxx. q. iiij. si pater & filius. & c. si quis. de cogna. spiritu. & de consangui. & affi. cap. j. §. inquisita. vbi dicitur q̄ minus debemus abstinere a coniugio seu fornicatione affinium, q̄ sanguine nostro coniunctorum, & ex propria consanguinitate. pro quo facit etiam xxxv. q. iij. qualiter. & c. & hoc quoque & cap. sane, cum tribus sequentibus. vbi dicitur, q̄ sicut vir iungitur cōsanguineis propriis, ita etiam iungitur consanguineis vxoris suæ.

2 † De iure vero canonico in foro contentioso, si clericus est qui in hoc crimine cecidit deponitur, quia per istum coitum committitur incestus xxxv. q. ij. qualiter & d. c. & hoc quoque. & d. c. j. §. inquisita. de consan. & affi. & alias supra diximus. in ij. & iij. qō. Si vero sit laicus aut coitum huiusmodi habuit in figura matrimonij, aut habuit in actu fornicationis, si in figura matrimonij, aut scienter contraxit cum ea sciens impedimentum consanguinitatis, aut affinitatis, & matrimonium non valet ipso iure, sed debet omnino separari, & vir siue mulier qui hoc modo scienter cōtraxit perpetuo priuatur coniugio. Si vero contraxerunt ignoranter, ambo vel alter tantum, ille qui ignoranter contraxit, nullam patitur pœnam ordinariam; sed facta separatione ipsius matrimonij, quę omnino fienda est, datur sibi certa pœnitētia iudicis arbitrio xxxv. q. iij. qui propinquā. & d. c. de propinquis. ille vero siue illa quæ scienter contraxit, priuatur perpetua spe coniugij d. c. si quis cum nouerca. et si quis cum duabns. xxxij. q. vij. & xxxiiij. q. ij.

3 † Si vero coitus iste habitus fuit in actu fornicationis, & siue scienter siue ignorāter id fecerint, vtroque modo puniendi sunt de incestu, & stupro, si soluta erat; vel de incestu et adulterio si nupta erat. per ea quæ no. dixit Bart. in d. l. si adulterium cum incestu. ff. de adulte. & diximus supra proxime præcedenti questione & dicemus infra quæstio. sequen. De iure autem ciuili pœna incestus ambo puniuntur quādo scienter contraxerunt matrimoniū, quæ est pœna mortis. vt supra proxime diximus, & habetur in d. l. si adulterium cum incestu, & ibi glo. & Bart. ff. de adulte. Si vero ignoranter separantur, & pœnas euitant prædictas, dummodo cito & incontinenti se ab inuicē separent postq̄ habuerunt sciētiam, alias non euitarent pœnas. d. l. qui contra legem. in fi. C. de incest. nup. & in authē. de incest. nup. in prin. Aut se commiscuerunt in actu fornicationis, & isto casu non adhibetur aliqua distinctio, an scienter vel ignoranter se ad inuicem commiscuerint; quia isto casu non prodest illis ignorantia, ex quo dabant operam a principio rei illicitæ per ea quæ notanter dixit Bart. in d. l. si adulterium cum incestu. & diximus proxima questio. non tamen puto q̄ eadem pœna sit puniendus iste sicut ille qui scienter; vt dicemus etiam infra q. sequen. & alia sequen. & habetur in d. c. de propinquis, & cap. de incestis. xxxv. q. iij.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Adulterium, hoc est, coitus cum muliere nupta habitus qualiter puniatur.*

Clericus pro adulterio deponitur in foro contentioso de iure canonico, laicus uero ex communicatur.

2 *Adulterium committentes sacrilegiū perpetrare videntur matrimonium violando.*

3 *Clericus pro adulterio simplici hodie non deponitur*

4 *Deficiens in purgatione sibi iniuncta puniri debet ac si crimen contra eū plene probatū esset.*

5 *Episcopus cum clerico dispensare potest in stupro fornicatione simplici & aliis minoribus criminibus.*

6 *Adulterium inter minora crimina connumeratur.*

Clericus pro peccato sodomitico pœnam depositionis patitur

7 *Pœna delicto commensurari debet, vt pro modo delicti sit & plagarum modus.*

8 *Vindicta seu pœna ibi debet esse leuior vbi culpa præcessit minor.*

9 *Pœna minor clerico infligitur pro adulterio & aliis minoribus criminibus quam pro incestu aut sodomia.*

10 *Clericus pro adulterio, & incestu simul commissis punitur pœna depositionis.*

11 *Sacrilegium largo modo & improprie committitur per adulterium.*

12 *sacerdos ob simplex adulterium potest deponi perpetuo ab altaris ministerio.*

13 *mulierem nuptam carnaliter cognoscens, de adulterio punitur.*

Concubitus

Concubitus, meretricius à iure ciuili permissus, à iure diuino damnatur.

14 *Coniugatus concumbens cum muliere soluta de iure ciuili de stupro tenetur.*

Cognoscens carnaliter mulierem nuptam quę antea fuerat meretrix, an teneatur de adulterio.

15 *Laicus mulierem nuptam adulterans excommunicatur, etiam si ante nuptias fuerit meretrix.*

16 *Coitus mulieris meretricio more viuentis iure ciuili est impunibilis.*

17 *Mulier quæ adulterium commisit cum aliquo, an mortuo marito possit matrimonium contrahere cum illo.*

18 *Mulier dicitur honestè viuere si vnius tantum & non plurium recipit amplexus.*

19 *Maritus vxorem accusare nõ potest de adulterio ante tempus sui matrimonii commisso.*

20 *Maritus non potest aliquem iure mariti accusare de stupro cum vxore tempore quo eam concubinam teneret commisso.*



1 SEXTO declaranda succedit quæstio † adulterij, quando quis obtinuit coitum mulieris nuptæ, qua pœna puniatur: dic ꝙ aut sumus in foro conscientię et Laicus subiicitur pœnitentię septennali. Clericus vero decem annis penitebit lxxxiii.dis.presbyter.xxvii.q.j.deuotam. & xxxiii.q.ij.hoc ipsum.vbi dicitur ꝙ clerici sicut laici hodie illi septennali pœnitentię subiiciũtur. De iure vero canonico in foro contentioso laicus pro isto crimine excõmunicatur. Clericus vero deponitur. habetur in c. si quis eps. xxvii. q.j.idem tenet glo.in c.lator.ij.q.vij.quam sequitur ibi Archi. & refert idem tenere Goffre.in c. vt clericorum. de vita & hone.cle. & Bernar.& Lauren.ibi,& idem tenet glo.in c.si quis omnem j.q.vij.quæ expresse dicit ꝙ pro adulterio vel incestu est pœna depositionis.Idem etiã tenet Ioan. de Ana.in rubri.& in c.vt significauit, extra.de adul.Panor.& cęteri Moderni in d.c.vt clericorum.& in c.peruenit. de adulte. & clarius & copiosius in c.at si clerici.de iudi.& hanc opinio.dicit Ioan.de Ana.in d.cap.significauit, quod tenet Ioan.And.& Ioan.de Imo.præceptor suus in d.c. vt clericorum.vbi ipse dicit ꝙ ista est communis opinio,pro qua facit gloss.communiter approbata in c.Maximianus.lxxxj. dist. in quibus iuribus in effectu concluditur ꝙ pro simplici fornicatione hodie non est pœna depositionis in clerico, sed duntaxat suspensionis; pro adulterio vero aut incestu est pœna depositionis. quibus superaddo tex.in cap. si quis sacerdos xxx.qõ.j.vbi dicitur ꝙ sacerdos pro graui adulterio deponitur, & ratio potest esse ista secundum quod dicit Salyc. in 2 l.quamuis la ij. C. de adulte. † quia per adulterium quis videtur committere sacrilegium, ex quo violat matrimoniũ quod est sacramentum ecclesiæ cap. debitum.de bigamis.per lęsionem igitur istius sacramenti committitur sacrilegium. vt late diximus supra eod.ti.q.j.& ideo lex ciuiles appellat adulterium sacrilegium nuptiarum; merito mandat illum gladio puniri dicta l.quamuis, in fine. sed credo ꝙ dicatur impropriè sacrilegium; maxime de iure ciuili; quia licet matrimonium sit sacramentum, tamen nulla res sacra corporaliter tangitur, deuastatur, corrumpitur, aut asportatur. vt dicit Bartol. in dicta l. diuus. ff.ad l.Iul. pecu. & habetur in dicta l. sacrilegi. in princ.eod.titul.& late diximus supra eo. dicta 3 quæstio.principa. † Sed aduerte ꝙ ista opinio, ꝙ clericus ꝓ simplici adulterio debeat hodie deponi, non videtur vera,neq; iure probari.nullus enim textus allegatus pro ista opinione probat ꝙ clericus pro simplici adulterio deponatur,contra quam arguo primo per text.in c.significauit. de adulteriis. vbi clericus qui imputabatur de adulterio,contra quem mulier ipsa quæ passa fuerat adulterium deponebat, & erat iam orta infamia contra ipsum clericum. Pontifex ibi mandat iudici ecclesiastico ꝙ dicto presbytero indicat purgationem. in qua si dictus presbyter defecerit, mandat illum debere suspendi & non de-4 poni. † Et clarum est, ꝙ quotiescunque aliquis deficit in purgatione sibi iniuncta, debet puniri eadem pœna qua puniri debebat crimine plene probato, vt in cap.accedens, de accusatio. & per Hostien.in summa de adulter.in prin.Ergo sequitur, quod pro isto crimine plene probato, non debet imponi maior pœna suspensionis. Pro qua opinione adduco etiam text.in cap.at si cleri.de iudic.in principio.&.§.de adulteriis. vbi dicitur ꝙ pro homicidio, furto, & alijs maioribus criminibus, in quibus clericus venit depo-5 nendus, episcopus dispensare non potest. † De adulterio vero & alijs minoribus criminibus,sicut est stuprum, simplex fornicatio, & similia, Episcopus ab libitum suum cum clerico pœnitente dispẽsare poterit,deinde ponitur ratio quare episcopus in maioribus criminibus in quibus fit depositio, dispensare non potest nec illos sic condemnatos ad libitum suum tradere curiæ seculari; quia semel per sententiam illam depositionis,quæ est perpetua priuatio ab altaris ministerio,vt dicit Abb.in d.c.vt clericorum.& in d. c.at si clerici.semel functus fuit officio suo,neque potest amplius illam reuocare seu quouis modo moderari, vt in l.iudex postq̃.ff.de re iudica.& dicto cap.at si cleri.§. de adulteriis. in fine.quod non est sic in pœna suspensionis quæ fit ad tempus 6 arbitrio iudicis, vt dicam infra eod. quæstio. octaua. † Ex quo textu manifeste probatur,ꝙ adulterium connumeratur inter minora crimina; dum dicit ibi text.de adulterio, & alijs minoribus criminibus &c.ex quibus verbis demonstratur æqualitas in ordine & qualitate secundum Bald.in l.ea quidem.C. de accusa.& no. in l.nomẽ. in fi.ff.de lega.iij.& per Bar.in l.cum pater. §.dulcissimus.ff.de leg.ij.& est gl.no.in d.c.at si clerici.§.de adulteriis.in ver.minore,q̃ hoc idem tenet.

tenet. Tertio hoc probo per text.in d.c.vt clericorum.in princ. vbi clericus pro peccato commisso contra naturam,scilicet per sodomiam, patitur pœnam depositionis;quod est maximum omnium criminum quæ carnaliter committuntur xxxij. quęstio.vij.c. adulterij malum.& c.flagitia.& xxxiij.q.ij.hoc ipsum . ergo in adulterio, & aliis minoribus criminibus minor pœna esset inferenda, iuxta enim qualitatem facti & personarum conditionem iudex debet augere,vel minuere pœnam;vt dicit tex.in d.c.vt clericorum. in ij.responso. & in c.sicut dignum de homicid.

7 †Ratio est: quia pœna debet commẽsurari delicto,vt pro paruis parua, ꝓ maioribus vero grauior pęna inferatur , quod manifeste demonstratur ex illis verbis dum dicit text. ꝙ clerici qui deprehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minus peccauerint puniantur. Idem dicit Panormi.in d.c.vt clericorum.in vlt. no. Ergo pro adulterio quod est de minoribus criminibus, vt supra conclusum fuit debet imponi minor pœna depositione: puta suspensionis,argumento eorum quæ habentur in c. fraternitatis.xxxiiij.distinctio.pro qua opinione facit illa ratio de qua in c.vergentis,de hæreti. sumpto ar-

8 gumento a contrario sensu.ꝙ † vbi minor est culpa , ibi leuior debet esse vindicta ; si enim pro sacrilegio,incestu,nefario coitu, sodomia , & similibus maioribus criminibus iura imponunt depositionem per iura superius adducta,quare non est dicendum quod pro adulterio & alijs minoribus sequacibus criminibus non sit imponende minor pœna ab ipsa depositione certe nullam video rationem in contrarium.Quæ quidem opinio,in veritate videtur esse probabilior de iure , & magis æqua,eo maxime,quia hodie rarissimi sunt clerici qui possint seruare regulam continentiæ & castitatis . & ideo propter fragilitatem humani generis indictum est, vt clerici non deponantur pro quocunq; crimine,sed pro minoribus suspendatur quando sunt in sacris d.c.fraternitatis , xxxiiij. dist.Et tenendo istam opinionem de facili responderi potest ad iura pro contraria opinione adducta.& primo non obstat tex. in d.c.lator. j.q.vij. quia non dicit ibi text.ꝙ clericus pro adulterio deponatur , sed dicit ꝙ pro delicto corporali fit depositio , vnde aut nos volumus intelligere illũ tex.secundum ius antiquum, & potest esse verum ꝙ pro omni peccato carnali etiam pro simplici fornicatione , quę minus est , inferebatur depositio,vt d.c.fraternitatis xxxiiij.di. aut nos loquimur de iure nouo,& ille tex.non probat illud ad quod inducitur: quia debet intelligi de peccatis carnalibus maioribus.vt habetur in d.c.vt clericorum.in prin.& xxxij.q.vij.adulterij malũ. &

9 c.flagitia.& xxvij.qõ.j.si quis episcopus. †Pro adulterio vero & aliis minoribus criminibus inferenda erit minor pœna vt ęqualitas seruetur in omnibus secundum cuiusq; proportionem d.c.vt clericorum.in ij.responso . vnde succedit regula illa de qua in l.non hoc.C.vnde cogn.& in l.natales.& ibi Bal.C. de probatio. Secundo non ob. tex.in d.c.si quis omnem.j.qõ.vij.quia dupliciter potest ad illum tex. responderi. Primo quia non loquitur de adulterio,sed de fornicatione. vnde si volumus illum intelligere de simplici fornicatione,prout est species coitus cum meretrice, vel cõcubina,aut alia muliere impudica. & isto casu loquẽdo secundum ius antiquum bene loquitur quo iure fiebat depositio pro hac simplici fornicatione,vt d.cap.fraternitatis.xxxiiij.distin.& supra pluries dictum fuit . aut loquitur de fornicatione prout est genus comprehendens sub se omnes species.coitus.et isto casu illa pœna verificari potest in maioribus criminibus, nõ autem in minoribus d.c.vt clericorum.& supra proxime diximus. & ideo dici non potest ꝙ ille tex.concludat necessario de adulterio . & aliis minoribus criminibus hinc est ꝙ succedit regula prędicta de qua supra, & in d.l.non hoc.C.vnde cogna. Tertio non obstant ea quæ dicunt per Ioan.And.Imo.Abb.Ioã. de Ana.& alios Doct.de quibus supra: quia illorum intentio in quæstionibus prædictis principaliter fuit velle demonstrare ꝙ pro simplici fornicatione hodie infertur suspensio , non priuatio .

10 † Vbi autem dicunt ꝙ pro adulterio & incestu infertur pœna depositionis,fateor ꝙ bene dicunt quando illa duo sunt simul coniuncta, propter incestum quod est maius crimen , sed non dicunt expresse,nec apparet ꝙ voluerint clericum pro simplici adulterio deponendum esse. & quatenus hoc dixissent locuti fuissent sine lege contra l.illam. C. de colla.&.§.si consideremus.in auth.de trien.& semis.Quarto non obstant etiam glo.illæ quæ allegantur pro alia opinione,ꝙ ita interpretantur illa iura sic generaliter loquens: quia non sunt legibus approbatæ,merito nõ faciunt fidem, maxime in via disputatiua . Quinto non obstat tex.in d.cap. vt clericorum . quia non exprimitur ibi in aliqua parte ipsius tex.ꝙ pro adulterio inferatur depositio,sed in principio tex.loquutus fuit specialiter de crimine contra naturam, quod fit per sodomiam , & dedit pœnam depositionis, deinde fecit generalem dispositionem tam respectu criminum ꝗ̃ pœnarum , quæ inferuntur pro criminibus carnalibus , & demum concludit ꝙ pœnæ sunt commensurandæ delicto , secundum plus vel minus , quod apparet ibi , dum dicitur, quod clerici qui incontinentiæ vitio reperti fuerint laborare , prout magis vel minus peccauerint puniantur, & isto modo declaratus ille text. potius facit pro ista opinione , quam contraria. Non obstat etiam.cap.si quis sacerdos,xxx.quęstio.j.quia ibi non loquitur text. de simplici adulterio sed de adulterio mixto cum incestu . quod patet, quia ibi ille sacerdos coitum habuerat cum filia spirituali , quæ erat sibi agnatione spirituali coniuncta. vt in cap.j.& ij.de cogna. spiritu.ideo grauius punitur propter incestum secundum Bar. & Doct.in l.si adulterium cum incestu.ff.de adulteriis. Non obstat etiam illud quod dixit Salyce.in d.l.quamuis.la ij.C.de adulte. dum vult.

11 † Quod per adulterium committatur sacrilegium , ex quo læditur sacramentum matrimonij dicto cap. debitum . de bigamis. quia licet dicatur sacrilegium largo modo & improprie dicitur

sacri-

sacrilegium,non autem proprie & stricte, quia in veritate nulla fit læsio rei corporali, vel personæ sacræ, prout requiritur de iure ciuili, secundum quod declarat Bart.in l.sacrilegi. in prin.ff.ad l. Iul.pecu.& Bald.in l.iij.C.de furt.& per Azo.in summa eo.ti.in prin. ideo non dicitur proprie sacrilegium,nec pœna sacrilegij ibi committitur.d. c. significauit.de adul. Et per ista remanet firma supradicta conclusio, ꝙ clericus pro simplici adulterio non deponitur,sed suspenditur, quæ de facili iudicio meo sustineri potest in puncto iuris, & est æquior & probabilior præcedenti, ideo videretur potius esse seruanda quam præcedens, quæ videtur esse nimis rigorosa lxxxiij.dist.c.presbyter. & xxxiiij.distin.c. fraternitaris. Nihilominus in consulendo & iudicando tutius est tenere aliam opinio.quæ est communis. quia in decisiuis a communi opinione nullatenus est recedendum secundum Bald.in l.j.C.de edi.diui. Adria.tol.& in l.j.C.de pœna iudi.qui male iudi.Alexan.in l. qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.oblig.& in l. prolatam.C.de sen. & interlocu.omnium iudi. & per Abb.in c.canonum statuta.in fi. de consti.vbi ponit nonnullas exceptiones in quibus licet quandoque recedere a communi opinione. & hanc sequerer in iudicando.

12 †Ex quo nota ꝙ sacerdos siue clericus in sacris ordinibus constitutus, per simplex adulterium quod commiserit deponi pôt, & perpetuo ab altaris ministerio remoueri,secundum quod declarat Panor.in d.cap.at si clerici.in princ.in vlt.no. quod nota contra istos presbyteros incontinentes qui alienas vxores sæpius solicitant, & ad illarum concubitum libenter accedunt.ꝙ poterunt deponi, & secuta continuatione omnino priuari.d.c.vt clericorum. & c. at si clerici. De iure aũt ciuili aut iste concubitus fuit habitus in forma matrimonij,aut in actu fornicationis. Primo casu aut contraxerunt scienter aut ignorantia, si scienter vtrinq; de adulterio, vterque punitur, si vero alter tantum sciebat, ille qui erat conscius punitur alter non, statim dissoluitur matrimonium,& omnia bona quæ sciens ignoranti donauerat vel in dotem dederat perdit.l.eũ qui duas.C.de adult.& l.qui contra legum,& ibi glo.& Docto.C.de incest.nuptiis.Fallit tamen qñ ambo,vel alter erat minor.quia sibi parcitur ratione minoris ætatis d.l.qui contra legem, in fin. per Bart.in d.l.si adulterium cum incestu. si vero ignorabat mulierem, aut virum esse coniugatum, excusatur etiam maior, dummodo incontinenti habita notitia de impedimento se ab illa separauerit, alias si post cum eadem permanserit nõ excusatur a pœnis prædictis.d. l. qui contra legum, in fin.

13 † Si vero illam cognouit in actu fornicationis aut scienter; quia sciebat illam esse nuptã, & tenetur de adulterio,maxime si erat mulier honestæ vitæ.l.j.& l.quamuis.la ij.C.de adult.si vero ignorabat,& similiter punitur de adulterio,qñ mulier erat honestę vitæ, nec excusatur isto casu propter ignorantiã facti, ꝙ putabat illam esse solutam;quia quotiescunq; quis dat operam rei illicitę a principio nõ attenditur animus illius adulterantis & qđ erat in eius opinione, sed illud qđ est in veritate,ita dicit Bar.in d.l.si adulterium cum incestu. & dixi supra titu.proximo quæstio. xij.

Prædicta tamen limitanda sunt non procedere quando mulier erat impudica, vel meretrix, quia talis concubitus est permissus a iure. l. verum. in fin. & ibi Bartol. ff.de furti.l.tertia. & ibi Bartol.ff.de condi.ob turpem cau. & l.secunda.C.de concubi. De iure tamen canonico non euaderet impunis etiam ꝙ mulier esset impudica aut meretrix;quia de illo iure nullus coitus extra vxorium est permissus xxxij. q. iiij.meretrices.

14 †Sed quæro nunc si vir coniugatus habuit coitũ cum muliere soluta, an ex isto coitu oriatur stuprum,vel adulterium? Dic breuiter ꝙ de iure ciuili dicitur esse stuprum vt l.j.& quod ibi not.C. de adult.quia ius ciuile considerauit læsionẽ thori coniugalis & sanguinis per commixtionem vxoris duntaxat, non autem viri.d.l.j.de iure tamen canonico secus: quia siue per virum siue per vxorem violetur thorum coniugale per alienos amplexus dicitur fieri adulterium xxxiiii. q. iiij. nemo.& c.dicat.& per Abb.in c.transiuisse, de eo qui cogno.consang.vxo.suæ.in vltimo not.& in c.fi.de adulte. Iterum quæro, quid si aliquis coitum carnis huiusmodi habuerit cum muliere quę olim fuerat meretrix.nunc autem est coniuncta, qua pœna puniatur, an de adulterio, vel de simplici fornicatione. Respondeo, aut loquimur de iure canonico in foro ecclesiastico & mulier erat iam effecta honestæ vitæ & conuersationis, omnesque turpes & inhonestas conuersationes euitauerat,& sic cęperat habere nomen honestæ matronæ siue matrisfamilias, & coitus habitus cum illa erit punibilis de adulterio, ac si nunꝙ fuisset meretrix,vt l.quę adulterium, in princip.& quæ ibi no.Bald.& Salyc.C.de adulteriis.non replico amplius nomina pœnarum, quia satis plene dictũ est supra. Aut iam cęperat iterum meretricari & reuerti ad veterem impudicam vitam,& isto casu non punitur de adulterio, sed de simplici fornicatione;quæ similiter est punibilis de iure canonico xxj.q.iij.dicat aliquis. c. sequenti.& c. meretrices.& dicemus infra q.sequen.cuius pœna erit solum suspensio in clerico hodie.cap. fraternitatis. xxiiij.dis.& late diximus supra ead.q.

15 † Laicus autem excommunicatur quocunq; modo illam cognouerit,aut in actu fornicationis,aut in forma adulterij. vt in c. ij.de adulte.xxvii. quæstione.j. si quis episcopus.de quo etiam diximus supra. De iure autem ciuili si dicta mulier sit honesta & retinet nomen matris familias, erit pœna adulterii vt d.l.quæ adul. & ibi Bal.& Saly. Hoc enim nomen matris familias de iure habet tria significata secundum glo.in d.l.quæ adulterium.primo enim significat & demonstrat mulierem quæ non viuit meretricio more sed honeste, & morigerate, secundo pro ea quæ filios habet vt ff. de lib.exhi.l. deinde. Tertio pro ea quæ est sui iuris,sed Saly. ibi dicit ꝙ etiam ea quæ est in potestate nõ amittit nomen prædictum.vide ipsum in d.l.quæ adulterium.

16 † Si vero inhoneste & meretricio more viueret, illius coitus de iure ciuili erit impunibilis tanquam coitus concubinę l.j.& ij.C.de concubi.

cubi.& per Bar.in l.verum.in fi.ff.de fur.& l.iij. ff.de condi.ob.turpem cau.& est tex.no.in l.si ea enim.C.de adult.& d.l.quæ adulterium.in fi. vbi dicitur ꝙ coitus habitus cum famula & vili persona non meretur puniri propter vtilitatem personæ, siue potius vtilitatem conditionis suæ. prout sæpius accidit in istis hospitiis vbi sunt famulæ quędam ita vulgares ꝙ habentur tanquam meretrices,& cum pluribus & diuersis personis solent habere commercium,vide tex.ibi in fi.& Salyc. & eundem Saly.magis clare & in terminis in d. l.si ea,per tex.in l.si vxor.§.siue.ver. sed & in ea. 17 ff.ad leg.Iul.de adult. † Sed quęro quid si aliqua mulier commisit adulterium cum aliquo viro cum quo post mortem mariti sui matrimoniū contraxit, an poterit accusari de adulterio huiusmodi, post secundas nuptias contractas, & videretur dicendum ꝙ nō;quia quemadmodum filii primo nati per subsequens matrimonium legitimantur & restituuntur natalibus,vt in cap.j.de eo qui dux.in matri.quam pol. per adulterium.& c. per venerabilem.& ibi Docto.qui filii sint legi. lex tamen dicit contrarium,ꝙ ipsa mulier poterit accusari & puniri de adulterio, quod ante contractum istud secundum matrimoniū cum eodem viro commiserat, ita dicit tex.in l. commissum.C. de aduter. Vlterius quæro,si quis carnaliter cognouerit concubinam alterius,quæ indubitato effectu per vnum in domo sua duntaxat retinetur, an vir qui illam stuprauit debeat puniri, & qua pœna.& videbatur dicendum ꝙ non, ex quo honesta mulier dici non potest, quę non veri mariti patitur amplexus.tamen breuiter dicas contrarium esse verum; quia debet puniri de adulterio 18 ex quo cum illo viro honeste viuendo. † hoc est, quia nō recipit plurium amplexus,dicitur honeste viuere, nec perdit nomen honestæ matronæ, vt dicit glo.in l.si vxor.in princ.in ver.concubina. ff.de adult.& l.stuprum.ff.de ritu nupti.& iste est tex.in d.l.si vxor.in prin.ff.de adulter.vbi dicitur ꝙ viro qui tenet dictam cōcubinam competit accusatio contra illum adulterum non iure mariti, sed iure extranei, ita dicit ibi tex.glos.tamen variauit in pęna.primo enim dicit ꝙ tenetur de stupro,deinde dicit ꝙ tenetur de adulterio, Bart. tamen tenet ibi opin. illam ꝙ de stupro puniatur & non de adulterio, quia adulterium proprie non committitur nisi cum muliere nupta,vide Barto. ibi, credo autem ꝙ coitus iste improprie & largo modo loquendo dicatur adulterium, sed in pœnis imponendis non debemus attendere impropriam & largam significationem, sed propriam & strictam, & maxime quando per illam propriam significationem fit diminutio pęnæ. quia in dubiis &c.l.de interpretatione & l.absentem.ff.de pęn. cap.quod in dubiis. de regu.iur.lib. vj. cum si.

19 † Quæro nunc ponamus ꝙ Pamphila sit nupta Sempronio, & tempore istius matrimonii commisit adulterium cum Caio, deinde mortuo Sempronio,ista Pāphila deuenit ad secundas nuptias, & nupsit Titio, quæritur nunquid Titius poterit dictam vxorem accusare de adulterio illo quod commiserat tempore primi viri,& videtur dicendum ꝙ sic,maxime si nondum erat elapsum quinquennium.l.quinquennium.ff.de adul. In contrarium tamen est veritas ꝙ illam accusare non pōt de adulterio cōmisso ante tempus sui matrimonij l.si vxor.§.si quis vxorem suam.ff.de adult.& ratio potest esse ista, quia per illud adulterium alias cōmissum nulla fuit illata iniuria thoro coniugali ipsius secundi mariti, nec per illud dicitur violatum dictum coniugale thorum. Idem dicendum est de stupro, si mulier dum esset virgo aut vidua stuprata fuerit ab aliquo, & postea nupserit, non potest maritus illam accusare de stupro,nec etiam illum stuprantem pro crimine commisso cum muliere antequam esset sua vxor,quia tunc nulla fuit sibi illata iniuria; quia nullum ius habebat in ea, vt d.l.si vxor.§. si quis plane. Secus autem si ea mulier erat sponsa;quia tunc poterit bene vir aut ꝙ sit sponsus ante cōsumationem matrimonij aut postquam consumauit matrimonium, dictum stuprantem & mulierem quoque accusare de stupro, & prosequi iniuriam suam.d. l. si vir.§. si minor. 20 in fin.eod.titu. † Idem etiam dicendum est de eo qui concubinam desponsauit & accepit in vxorem, ꝙ non poterit aliquem accusare iure mariti de stupro cum ea commisso tempore concubinatus sui,& iste est tex.in d.l.si vxor.§.si quis vxorem.versi.quod etenim.ff.ad l. Iul. de adult. quæ omnia bene not.quia sunt vtilia & contingibilia sæpe.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum quid sit, & qualiter puniatur qui stuprum perpetrat.*

2 *Clericus fornicatione simplicem commitentes qualiter puniatur.*

3 *Clericus pro stupro in virginem commisso, pecuniariter punitur iudices arbitrio.*

Laicus virginem deflorans, eam dotare, & vxorem ducere tenetur.

4 *Stuprum cum libera & conditionis honestæ commissum, punitur confiscatione dimidiæ partis bonorum.*

5 *Copula carnalis habita cum concubina alicuius non punitur de iure ciuili.*

Stuprum cum mulieribus turpiter viuentibus eque committitur, at non eque punitur.

6 *Coitus omnis extra matrimonium est reprobatus & punibilis.*

Virginem deflorans impuberem, & viri impotentem qualiter puniatur.

7 *Tutor deportatur bonis publicatis qui eam cuius tutelam gessit stuprauit.*

Mulier nobilis familiæ seruo proprio se carnaliter commiscens, capite punitur, & seruus igne crematur.

SEPTIMO

1 EPTIMO videndũ est de † stupro quod est alia species fornicationis, quod committitur cũ soluta muliere honeste viuente l. inter liberas. et l. stuprũ. ff. de adul. &. §. item lex Iul. insti. de pub. iudi. Quero igitur nunc quę est pęna istius criminis? Dic ꝙ in foro cõscientiæ clericus olim deponebat de iure antiquo. vt lxxxiij. distin. presbyter, quod erat secundum Canones apostolorum. Idem seruabatur in simplici fornicationem, vt latius infra dicetur. hodie vero imponitur sibi pœnitentia decem annorum, cum illis ieiuniis, disciplinis, & pœnitentijs, de quibus in d. cap. presbyter. Laicus autem habet pœnitentiam septem annorum xxvij. q. j. deuotã. et xxiij. q. ij. hoc ipsum. vbi dicitur, ꝙ clerici etiam hodie non excedunt metam septem annorum in pœnitentia prædicta. In foro autem contentioso de iure canonico, dic ꝙ clericus pro isto crimine deponitur, ita tenet Panor. in c. at si cleri. de iud. & in d. c. vt clericorum. de vita & honestate clericorum. & in c. peruenit. in fi. de adul. vbi in effe-
2 ctu concludit, † ꝙ clericus in sacris solum euadit pœnam depositionis quando commisit simplicem fornicationem cum muliere soluta & impudica concubina seu meretrice, tunc non infertur illi alia pœna quam suspensionis, vt ibi plenius per Abb. pro aliis vero criminibus carnalibus, excepta solum hac simplici fornicatione est pœna depositionis. vt habetur lxxxiiij. dist. presbyter. ij. q. vij. lator. lxxx. di. Maximianus, quãuis et ꝓ ista simplici fornicatione continuata a qua clericus si post primam, vel secundam monitionem nõ diuertit poterit deponi atque priuari, vt in c. ex parte Adę. de testibus. & in c. cum super. de cohabita. clericorum & mulie. Si vero ista fornicatio non esset amplius simplex, sed haberet adiunctã aliquam qualitatem, seu accidens. puta adulterij, stupri, incestus, & similium. tunc esset pœna de depositionis ita dicit Abb. in dicto capitu. at si clerici. in xiij. colum. & in dicto capit. peruenit, Idem etiam tenere videtur Ioan. de Imol. in d. capitu. vt clericorum. vt refert Ioan. de Ana. in rubric. & in cap. significauit, de adulte. Cum tamen ista sit communis opinio ꝙ pro stupro fiat depositio a qua in decisiuis nõ esset recedendum. vt supra dixi, tamen si quis vellet tenere contrariam opinionem facile posset per ea quę supra
3 proxime diximus in præcedenti quęstio. † Et dicit etiam Abb. in d. c. vt clericorũ. ꝙ pro stupro in virgine commisso, iudex ecclesiasticus poterit imponere pœnã pecuniariã clerico arbitrio suo, vltra alias pœnas spirituales, qñ illę non sufficerent; quia illas non timeret, quas pęnas si non solueret luet in corpus arg. l. j. §. fi. ff. de pœn. & non sufficit solum dotare mulierem stupratam, quia vltra dotem tenetur etiam soluere pecuniariã aut corporalem pęnã, ita dicit Abb. in d. c. peruenit. de adulte. Laicus autem de iure canonico si virginem deflorauit, tenetur illam dotare, & in vxorẽ ducere, si non erat vxoratus. & his duabus pœnis copulatiue punitur. Si vero nollet aut non posset propter aliquod impedimentum illam ducere in vxorem, vltra pœnam dotis constitutæ tenetur alia pœna pecuniaria, siue extraordinaria arbitrio iudicis, vt d. citur in d. c. j. & cap. peruenit. de adulte. & ibi Abb. si vero cum vidua honeste viuente stuprum commiserit, punietur pœna pecuniaria arbitrio iudicis iuxta qualitatem facti, & personarum conditionem d. c. j. de adulte. vbi latius per domi. Abb. & idem Abb. in d. c. vt clericorum. in xij. colum. & idem Abb. in cap. licet.
4 de pœni. † De iure autem ciuili pro stupro commisso cum muliere libera & honestæ conditionis & famæ, si vir sit honestæ conditionis aut in dimidiæ partis bonorum suorum confiscatione & relegatione temporali arbitrio iudicis punitur, si vero sit vilis persona fustigatur. & nihilominus in exilium mittitur, vt supra. ita dicit text. expresse in. §. item lex Iulia. institu. de publi. iud. & ista est pœna regularis, quę tamen fallit in pluribus casibus in quibus alia pœna imponitur. Et primo quando mulier non esset libera sed serua; quia tunc datur domino actio legis aquilię, iniuriarum, aut de seruo corrupto l. inter liberas. & ibi Barto. ff. de adulte. l. fina. ff. de offic. præsid. & l. penulti. C. de ser. corrup. Secundo fallit licet sit mulier libera, tamen si est famula, aut alias vilis conditionis existens in caupona, hospitijs, aut alijs similibus abiectis locis, habenti rem carnalem cum mulieribus vilis conditionis non imponitur ista pœna, sed tenetur actionem iniuriarum propter vtilitatem personę l. quæ adulterium. & ibi gloss. & Bartol. C. de adul. & Bartol. in d. l. in-
5 ter liberas. † Tertio fallit in concubina retenta in domo & indubitato affectu; quia licet cum illa habere concubitum de iure ciuili absque aliqua pœna. l. ij. C. de concubi. & not. gloss. in l. stuprum. & in l. inter liberas. & ibi gloss. & Bartol. ff. de adulterijs. Quarto etiam fallit in publica meretrice, vel in alia muliere impudica, quę plures admittere solet ad eius amplexus, licet secrete agat. quia non dicitur honeste viuere prout requirit illa lex Iulia de adulterijs capite quinto di cto. §. item lex Iulia. & ibi Ioan. Fabr. et per Bar. in l. iij. ff. de conditio. ob turpem cau. vbi concludunt Docto. prædicti, quod tunc mulier ipsa perdit nomen & famam honestæ matronę. Contra hæc oppo. de. l. stuprum. ff. de ritu nuptia. vbi dicitur ꝙ stuprum cõmittitur etiam cum mulieribus quæ turpiter viuunt, & a pluribus quæstum accipiunt, dummodo id non palam faciant. Sol. non negatur quin cum mulieribus ipsis stuprum committatur, quia mulier soluta est & libera persona, sed delictum non est punibile cum eis factum de iure ciuili propter inhonestam vitam, licet non sint publicæ meretrices. tamen ex quo plures fornicantes admittunt, & personam suam pluribus exponunt, dico ꝙ accessus ad illas est impunibilis; quia non dicuntur honeste viuere, vt requirunt iura. in d. l. inter liberas. & l. stuprum.
6 ff. de adulte. & d. §. item lex Iulia. † De iure tamen canonico omnis coitus præter vxorius siue matrimonialis est reprobatus & punibilis. xxxij. quæstio secunda nemo, & cap. meretrices.

Fallit

Fallit etiam & quinto regula prædicta, quando quis haberet coitum cũ virgine impubere minore.xij.annis.nondum viri potente, quia humiliores in metallum damnantur, honestiores vero in insulam deportantur l. si quis aliquid.§.nondũ ff.de pœnis. quod nota. quia hodie ista pœna non inuenitur correcta, neq; immutata, ita dicunt Docto.in dicto.§.item lex Iulia, vbi gloss. tangit.

7 †Sexto etiam fallit dicta regula in tutore qui pupillam cuius tutelam gessit stuprauit; quia tutor deportatur & omnia eius bona publicantur l. j.C.si quis eam cui tut.gesse.stup. Ratio est. quia tutor datur loco patris personæ principaliter ad illam nutriendum, & bonis ac honestis moribus instruendum, non autem ad stuprandum l.ij.ff.de admi.tuto.& institu.eodem titu.in princ.& de tutel.in princip. Septimo & vltimo fallit in muliere nobilis familię quę seruo proprio se carnaliter commiscuit, quia mulier punitur pœna capitis, seruus autem igne peribit l.j.C.de mulie.quę seruis propri.se iunxe.

SVMMARIVM.

1 *Coitus contra naturam habitus triplex reperitur & qualiter puniatur.*

2 *Coitus cũ brutis habitus qualiter de iure canonico puniatur, & qualiter in foro contentioso & in conscientiæ. & nu. 3.*

4 *Coitus cum brutis punitur pœna capitis.*



CTAVO quæro, quid de coitu 1 † habito contra naturam, dic ꝙ istud est triplex. quoddam enim est quod fit contra naturam humanæ societatis, & illud est quod fit cũ propria matre, vel filia de quo dictum est supra eo.titu.q.ij. Aliud est quod fit cõtra naturam sexus humani, quod est quando fit cũ masculo, vt l.cũ vir.C.de adulte. Aliud est quod fit contra naturam generis humani, & illud est quod fit cum brutis c.vt clericorum de vita & honesta.clericorum, in princ. vide quæ diximus supra eo.tit.d.q.ij.& habetur in c.vt clerici, de excesf.præla.xxxij.q. vij. adulterij. & c.flagitia.& xxxiij.q.ij.hoc ipsum, in fi.d.l.cum vir.& l.fœdissimam. C. de adul. 2 † Pro isto enim crimine de iure canonico, scilicet antiquo & in foro conscientiæ, tam in clerico, quam in laico pœna est parificata, iniungitur pœnitentia temporalis vltra septennium arbitrio sacerdotis, vt extra gremium ecclesiæ & communionem fidelium, vltra illud septennium, tãdiu commoretur donec de crimine ipso congruam egerit pœnitentiam arbitrio sacerdotis, nunquam se in diuinis commiscendo, vt d.c.hoc ipsum. 3 †Sed de iure canonico in foro contentioso, in clerico erit perpetua depositio ab altaris ministerio, ab omni ordine sacro, ac omnium beneficiorum & officiorum perpetua priuatio. vt est casus in d.c. vt clericorum, in princ.de vita & honesta.clerico. & ibi Abb. & c.clerici. de exces. præla. si vero sit laicus excommunicatur, & a cętu fidelium omnino expellitur.d.c.clerici.in fi. 4 † De iure autem ciuili pro isto crimine est pœna capitis l.cum vir.C.de adulte.contra quod crimen & eius reos. Imperator in d.l.cum vir.multum fortiter exclamat atque irascitur ꝑpter eius summam turpitudinem dicens, Iubemus insurgere leges, armari iure gladio contra huiusmodi facinorosos homines, qui audent peruertere ordinem naturæ, & est adeo turpe scelus quod nõ proficit scire, & nephas quodammodo loqui de ipso. propter quod dicit Pontifex ꝙ venit fames, terremotus, & pestilentiæ, & primum ira Dei in filios diffidentię vide tex. in d.c.vt clericorũ, de vi.& hone.cle.& xxxij.qõ.vij.adulterij malum c.flagitia & c.offerebat Loth.& c.clerici.de exces.prela.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio commissa cum muliere soluta & impudica qua puniatur pœna.*

2 *Fornicatio an sit genus quoddam, diuersas sub se continens species.*

3 *Presbyter seu clericus qualiter olim pro fornicatione puniebatur, & qualiter hodie.*

Coitus meretricius vel alias cum muliere impudica habitus, iure ciuili euadet impunitus.

4 *Forcinans scienter cum meretrice sibi agnata, pœnam non euadit incestus.*

5 *Validum censetur id quod est in veritate, potius quam id quod est in opinione.*

6 *Concubina quæ dicatur legitima vt eius filii possint dici naturales.*



ONO quęro, quid de simplici 1 † fornicatione habita cum muliere soluta & impudica, aut cum publica meretrice, quę publice extat parata, qua pœna huiusmodi crimini reus punitur? dic ꝙ de iure canonico in foro conscientiæ propter vitium incontinentiæ illa septennali pœnitẽtia, vel forsan minoris sacerdotis arbitrio subijcitur.xxxiij.q. ij.hoc ipsum, xxij.quęstio.j.prædicandũ.& xxx. quęstio.vij.c.adulterij.xxxij. quæstio. iiij.c.meretrices.xxxvij.qõ.j.c.lex illa. vbi tex.enumerat quinque species criminis carnalis coitus quę fiunt cum mulieribus naturaliter, vbi dicitur ꝙ licet secundum quorundam opinionem, 2 †hoc nomẽ fornicatio, sit nomen generis comprehendens sub se omnes species illiciti coitus, de quibus supra, & tunc dicitur poni vt genus comprehendens sub se omnes species prædictas. xxij. quæstio.iiij.c. meretrices. & cap.seq. & xxx.q.ij.hoc ipsum, prope finem. Quandoq; idem nomen fornicatio ponitur vt species, qua continetur coituss habitus per virum solutum cum muliere soluta & impudica,

impudica, aut cum publica meretrice, ita dicit text. in dicto cap. meretrices. xxxij. q. iiij. †De iure autem canonico in foro contentioso olim erat pœna depositionis, & priuationis, in clerico. lxxxij. distin. presbyter, hodie tamen est minor, scilicet suspensionis, aut pecuniaria vt hic arbitraria, & per Abb. in d. c. vt clericorum, in xij. col. de vi. & hone. cle. Hæc enim quæ diximus habent locum in clerico, laicus vero aliter punitur arbitrio iudicis, quandoq; pœna pecuniaria, quandoque alia. vide do. Abb. in d. cap. vt clericorũ.

De iure vero ciuili iste coitus meretricis, vel alterius mulieris impudicæ est permissus, & penitus impunibilis, vt l. j. C. de concubi. & per Bart. in l. verum. ff. de fur. & idem Bar. in l. iij. in princ. ff. de conditio. ob tur. cau. Sed antequam ad vlteriora procedam non omittam notabile verbum quod dixit Saly. in l. quę adulterium. C. de adul. ꝙ si quis † fornicatus fuerit cum meretrice quæ erat agnata ipsius viri coeuntis, incurrit pœnam incestus ipse vir si scienter cõmiscuit se cum illa, Secus autem si ignorabat illam esse eius consanguineam, quia isto casu non punitur etiam de incestu. ita tenet Salyce. in d. l. quæ adulterium. & ratio est quia vir non dabat operam rei illicitæ, sed permissæ d. l. verum, in fi. & ibi Bart. ff. de fur. & Barto. in dicta l. iij. in prin. ff. de condi. ob turp. cau. & l. Gracchus. C. de adul. ideo isto casu attenditur potius illud quod erat in opinione, ꝙ̃ illud quod est in veritate l. j. §. diuus. & l. diuus. & l. in lege Corne. ff. ad l. Corne. de sica. quando vero a principio dabat operam rei illicitæ tunc succedit & viget alia regula contraria, de qua per Bar. in l. si adulterium cum incestu. ff. de adulte. † ꝙ plus valet illud quod est in veritate, ꝙ̃ illud quod erat in opinione, de quo late diximns supra titu. proximo qõ. xj. in materia poculi abortionis & amatorij, hæc tamen procedunt de iure ciuili, quo meretricis & concubinæ coitus est impunibilis, vt supra. sed de iure canonico quo omnis concubitus præter vxoriũ dicitur esse damnatus. xxxij. qõ. iiij. ca. meretrices. putarem habere locum secundam regulam de qua supra, & ꝙ ignorantia non deberet ipsum excusare, attento ꝙ dabat operam rei illicitæ & damnabili cap. meretrices. pro quo facit doctrina Barto. in dicta l. si adulterium cum incestu, & quod habetur in cap. fin. de homi. lib. vj. ne excusatur propter turpitudinem vitæ ipsius mulieris: quia turpitudo illa verum est quod excusat virum a pœna adulterij. vel stupri, non autem a pœna incestus quæ infertur ratione sanguinis; quia per turpitudinem vitæ illius iura sanguinis non tolluntur, ita dicit ipse ibi, quem vide & nota. † Et ad ea quæ diximus supra de concubina retenta in domo, nota quod ad hoc vt aliqua dicatur legitima concubina, quæ retineri posit impune de iure ciuili, & cuius filij dicantur veri naturales, & succedant patri in illis duabus vnciis ab intestato, vt in authen. qui. mo. na. effi. sui in prin. & in fin. plura requiruntur de quibus per do. Ioann. de Ana. in rubri. extra de adul. in ij. col.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Raptus mulieris est crimen graue & valde detestabile.*
2 *Raptores mulierum quibus sunt pœnis afficiendi.*
3 *Socius quis sit, & quis sequax, & in quibus differant.*
Associans alium ad aliquem actum, censetur illi opem præstare.
4 *Receptator raptæ mulieris qua sit afficiendus pœna.*
5 *Iniuria vni de domo facta censetur toti familiæ irrogata.*
Rapiens masculum causa libidinis, qualiter puniri debeat.
6 *Parentes insultati cum consanguineis possunt licite insultantibus resistere.*
Occidi non potest impune qui non reperitur in flagranti crimine.
7 *Auxilium seu fauorem post factum præstans, mitius punitur eo qui interfuit facto.*
Auxilium & fauorem malefactori præstantium plures sunt species.
8 *Consulens seu persuadens maleficium an, & qua pœna puniatur maleficio sequuto.*
Consulens & persuadens an censeatur opem & auxilium maleficio præstare.
9 *Quasi dictio, est improprietatis nota, sicut & verbum videtur.*
Statutum pœnam imponens auxilium seu opem præstanti maleficio, non comprehendit persuadentem seu consulentem.
10 *Consulens aut persuadens quas debeat dare pœnas, statuto eas non exprimente.*
Consulens maleficium punitur etiam ipso non sequuto.
11 *Consulens in minoribus criminibus, quas pœnas luat, si statutum non taxet eas.*
12 *Consulen maleficium an puniri debeat, etiam si delinquens omnino facturus erat.*
13 *Argumentum a sensu contrario non valet vbi contra legem procederet.*
14 *Consulens qui ante delictum commissum reuocauit consilium, an teneatur facto sequuto.*
15 *Opem ministerii & auditorii corporaliter præstans malefactori, quando & qualiter puniatr.*
16 *Opem scienter præstans malefactori ante factum tenetur.*
17 *Opem præstans post delictum commissum quando puniri debeat.*

Opem

Opem præstans malefactori per viam iustitiæ non punitur.

18 *Aduocatus cum excommunicato participans, pro consilio dando non incurrit excōicationem.*

Supplicare non licet pro damnato de crimine læsæ maiestatis.

Aggeres nili rumpens & cursum aquarum deuians igni crematur.

19 *Statutum dictans opem non præstandam bannitis, non includit eos qui ob iustitiam, gratiam, vel charitatem præstant opem.*

20 *Pœna plurium eidem opem præstantium an sit uniformis.*

21 *Rapiens virginem aut viduam seu nuptam qualiter puniatur.*

Ancillam aut libertinam alterius rapiens quas det pœnas.

22 *Sponsus sponsam propriam rapiens qua pœna plectatur.*

23 *Mulier virum causa libidinis rapiens an puniatur, & quid si vir virum.*

24 *Nuptiæ de parentum consensu procedere debent.*

Puella raptori suo nubere non potest etiam de parentum assensu.

25 *Rapiens meretricem aut alias plurium concubinam an debeat puniri.*

Meretrices causa libidinis inclusas detinētes actione iniuriarum tenentur.

26 *Raptor meretricis quæ meretricari desierat an puniatur ac si probam rapuisset mulierem.*

27 *Meretrix quæ non plene resipuit sed secrete plurium amplexus admittit, tractari adhuc potest vt meretrix.*

1 DECIMO nunc est videndum † de raptu mulieris, quod quidem est graue & longe detestabile crimē, & iura maxime ciuilia ipsum vehementer abhorrent; quod patet ex atrocioribus pœnis quæ contra raptores ipsos eorumque complices & sequaces iura statuerunt, vt l. vnica. C. de raptu virg. vbi patet ꝙ nedum puniuntur raptores monialium sacratarum, verumetiam virginatarum laicarum, nuptarum, & viduarum honeste viuentium, ac etiam sponsarum mulierum, ita ꝙ non liceat ipsi sponso propriā sponsam ex domo parentum rapere seu violenter abstrahere, & ad eius domum adducere. & quid de viro rapiente vxorem propriam cū qua contraxerat & consumauerat matrimonium, an puniatur pœnis de quibus in d. l. vnica & quid de eo qui rapuit meretricem causa libidinis, aut concubinam seu aliam impudicam mulierem, an comprehendatur in l. prædicta vt illis pœnis subijciatur, vel alijs & quibus. Pono igitur primo casum ꝙ Titius armatus et associatus Meuio, Caio, & Sempronio ingressus fuit in monasterio sanctę Catharinę ex quo violenter vna cum socijs prędictis rapuit quandam venerabilem monialem professam, sororem Luciam nuncupatam, quam sic raptam ex dicto monasterio extraxerunt, illamque duxerunt ad domum Pamphili, & dum ipsam monialem raptam adducerent in itinere occurrerūt Tyberio, Fabio, & Pompeio, qui similiter præstiterunt opem & auxilium præfato Titio & illius sociis ad perducendum ipsam monialem ad domū supra dicti Pāphili. 2 † Quæritur modo nunquid omnes isti sint pariter puniendi & quibus pęnis. Respon. ꝙ ipse Titius vna cū Meuio, Caio, & Sempronio sociis in raptu pluribus pœnis subijciuntur, Et primo, ꝙ si in flagranti crimine fuerint a parentibus, consanguineis, tutoribus, curatoribus, dominis, vel patronis raptæ mulieris deprehensi, possunt impune interfici, & vltra hæc capite puniuntur, & omnia eorū bona publicantur, & applicātur dicto monasterio ex quo monialis rapta reperitur, vel in quo professa erat l. vnica. C. de rap. vir. quibus pœnis nedū ipse & eius principalis, verū etiā Meuius Caius, & Sēpronius eius socij & adhærentes, q̄ in ipso raptu interuenerunt, & dicto Titio opem & auxiliū præstiterunt, puniuntur, & perpetua omnes notantur infamia. d. l. vnica. vnde Bald. in dicta l. vnica. super isto verbo dicit. 3 † nota ꝙ differentia est inter socium & sequacem, quia socius est ille qui principaliter vadit ad maleficium propter se, & sic ꝓ interesse suo, sequax vero est ille qui vadit propter alium & pro alterius interesse, vt habetur in cle. j. de pœn. vbi est glo. no. quæ declarat quis sit socius, quis sequax, & quis ille qui dat consilium, auxlium, vel fauorem, & quis illorum dicitur grauius delinquere, & maiori pœna dignus existat. Item nota secundū eundem Bal. ibi, ꝙ eo ipso ꝙ quis associat aliquem ad actū aliquē, videtur sibi dare auxiliū, absque eo quod aliquid faciat in eius fauorem quod est verum dicit ipse de auxilio fauoris, non de auxilio facti, quando nihil fecit, nā per hoc ille qui associatur propter associantis presentiā fit audacior, & eius aduersarius efficitur timidior. Ex quo infertur quod si Caius armatus associauit Titium ad insultādum, vel occidendum aliquem, licet ipse Caius nihil fecerit, sed solum institit ibi præsens armatus dicitur dedisse auxilium & fauorem dicto Titio, ratione prędicta, quia ex ipsius pręsentia Titius insultans fit audacior, insultatus vero efficitur timidior, & hoc tenet Bald. in l. raptores. in ij. col. C. de epis. & cle. & Saly. in dicta l. vnica. C. de raptu virgi. Adde Sozi. in consi. clvij. incipiente, consultatio. versi. iij. ostenditur. in ij. parte fab. xj. vbi hoc idem tenet. 4 † Sequitur in Themate ꝙ Titius cum sociis monialem raptam in domo Pamphili introduxerunt & ibi illam tenuerunt; quæro qua pœna puniatur iste Pamphilus, qui raptores, ipsos cum moniali scienter receptauit: dic ꝙ pœna capitis duntaxat punitur absque bonorū publicatione, vt d. l. vnica §. pœnas autem. vbi dicitur

dicitur, ꝙ illi duntaxat qui raptui interfuerũt, & principali raptori asſiſterũt, illi tribus pœnis puniuntur. ſ. pœna capitis, perpetuæ infamię, & omnium bonorum cõfiſcationis ſiue publicationis, et iſti omnes poterunt a parentibus, conſanguineis, tutoribus, & curatoribus, a dominis, vel patronis mulieris raptæ impune occidi, ſi in illo flagranti fuerint deprehenſi. Et dicunt Bal. & Saly. in d. l. vnica. ꝙ hęc facultas ſiue licentia occidendi dicitur conceſſa etiam filijs, & nepotibus mulieris raptę, licet tex. illos non exprimat, & hoc virtute eiuſdem vel maioris rationis quæ viget in filijs & nepotibus quam in alijs conſanguineis & agnatis. †Ex quo dicto notat ibi Bal. & Saly. ꝙ iniuria facta vni de domo vel de familia, cenſetur eſſe facta toti familiæ & conſanguinitati, & vnuſquiſque poterit iniuriam ſuam vindicare, & ideo iſto caſu nullus de conſanguinitate poterit eſſe teſtis in huiuſmodi cauſis; hoc tamen intellige vbi eſſet conſuetudo ꝙ omnes de familia ſiue de conſanguinitate reuocare ſoleant ad animum ſuum iniuriam factam conſanguineo vel alteri de familia, ſecundum Cyn. in d. l. vnica, pro quo facit tex. in l. j. C. ſi rector prouin. &c. & C. ſi quacũ. prædi. poteſta. l. j. Ex hoc etiam not. ſecundum Saly. ibi, dum quærit an facultas illa occidendi præſtita cenſeatur illis perſonis de quibus ibi contra raptores maſculorum quando rapiuntur maſculi cauſa libidinis, & concludit ꝙ non, nec pœnæ illius legis inferuntur cõtra ipſos. Bal. tamen ibi tenet contrarium ꝙ illa lex & illius pœnæ habeant locum etiam contra rapientes maſculum. & dicit eſſe caſum ibi in d. l. vnica. in fin. ſed text. ille hoc non probat, dum enim loquitur de maſculis & fœminis eiſdem pœnis puniendis, loquitur de his qui aſſociarunt ſiue dederunt auxilium raptori, & ſic de perſonis delinquentibus, non autem de illo qui paſſus fuit rapinam, & ideo puto opinionem Salyce. & ſequacium eſſe veriorem, maxime quia lex illa eſt multum exorbitãs & odioſa, vt dicit ibi Saly. bene verum eſt ꝙ nõ ſolum parentibus & conſanguineis, verumetiam & amicis licet huiuſmodi violentiæ, & rapinæ reſiſtere; & ipſos violentos raptores etiam armis propulſare atque abijcere, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, vt dicit ibi glo. in d. l. vnica. †Per cuius doctrinam deciditur alia quęſtio valde notabilis. Quod quotieſcunque aliquis eſſet inſultatus a pluribus, ꝙ parentes & conſanguinei ipſius inſultati, & omnes qui ſunt de illius familia poterunt licite & impune inſultantibus ipſis reſiſtere, & illos propulſare etiam cum armis, & ſi quem offenderint vel occiderint in tali propulſatione & reſiſtentia, non tenentur de homicidio nec alia pœna, dummodo id fecerint cum moderamine inculpatæ tutelæ; quia iura permittunt conſanguineo conſanguineum ſuum defendere, ita dicit Salyce. in d. l. vnica, vbi dicit quod iſtud etiam tenet glo. ibi. & glo. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. Sequitur nunc videndum quibus pœnis puniuntur Tyberius, Fabius, & Pompeius qui Titium raptorem, & ſocios poſt commiſſum facinus aſſociarunt ad domum ſupra dicti Pamphili & breuiter dicas, ꝙ iſti puniuntur pœna capitis duntaxat abſque bonorum publicatione vel infamia d. l. vnica. §. pœnas. Et nota ꝙ iſti nõ poſſunt a parentibus & conſanguineis mulieris & alijs perſonis de quibus ibi impune interfici vel offendi ſicut alij ex quo non dicuntur comperti in flagranti crimine, quia iſti poſt commiſſum crimen interuenerunt. †Ex quo dicto nota hoc vnum quod eſt ſumme notandum, ꝙ hi qui præſtiterunt auxilium & fauorem malefactori poſt commiſſum crimen aſſociando illum, & illi fauendo, eundemq; defendendo, mitius puniuntur, quam illi qui delicto ſiue homicidio interfuerunt, licet nihil fecerint, hoc probatur in d. l. vnica ſecundũ quod illam declarat Bal. ibi. & Bald. in dicta l. raptores. C. de epiſ. & cle. & Saly. in d. l. vnica. in ver. cæteros. in vj. parte, ſui commenti. in iiij. col. in princi. hoc idem expreſſe dicit. quibus adde do. Sozi. in conſi. clvij. incip. cõſultatio iſta. verſi. tertio oſtenditur. in ij. parte. fol. xj. vbi hoc idem tenet, quod an ſit verum, ſimpliciter patebit ex infra dicendis. Iſtorum enim qui præſtant auxilium & fauorem principali malefactori plures ſunt ſpecies, ſecundum ꝙ notat glo. in cle. j. de pœnis. & ſupra alias tetigi verbum eadem quęſt. quorum quidam dicuntur ſocij ipſius principalis, qui principaliter vadunt propter ſe, quidam alij dicuntur adhærentes & ſequaces, qui veniunt propter alium & pro alterius intereſſe, quidam ſunt perſuaſores & conſultores, qui perſuaſionibus & conſilijs ſuis, animum & audaciam præſtant principali malefactori ad dictum maleficium perpetrandum, quidam alij dicuntur mandatores, qui hoc mandant expreſſe vt fiat maleficium, & ibi omnes ſunt diuerſi, diuerſique pœnis puniuntur, videamus igitur de quolibet, & vt ſeruemus ordinem naturæ videbimus primo de his quæ præcedunt factum, hoc eſt quæ fiunt ante factum quod eſt conſilium, & perſuaſio ad maleficium perpetrandum. † Et ideo primo quęro, an perſuadens vel conſulens puniatur, & qua pœna facto ſequuto, & quid ſi factum non fuerit completum in totum, ſed pro parte, & quid ſi nihil actum ſit, an perſuaſor & conſultor puniantur, & qua pœna, & antequam ad vlteriora deueniam. Quæro an ille qui conſuluit & perſuadet dicatur præſtare opem & auxilium maleficio, ita ꝙ ſi ſtatutum imponit pœnam præſtanti opem & auxilium malefectori ſiue maleficio, comprehendat etiam illum qui perſuadet & conſuluit. Saly. in d. l. vnica in iiij. colum. arguit ad partes: primo ꝙ ſic, ſecundum authoritatem Catholicũ & quorundam humanarum literarum profeſſorum, demũ authoritate iuris cõcludit ꝙ non; quia largo ſumpto vocabulo & improprie dicitur præſtare opem & auxilium ille, qui perſuadet & cõſulit, & pro hoc adducit tex. in l. qui ſeruo, in j. & ij. reſponſo. ff. de fur. vbi dicitur, ꝙ ille qui perſuaſit ſeruo alieno vt fugeret & furtum faceret, ſecuta fuga et facto furto, qui perſuaſerat tenetur dño actione furti, quaſi ope & cõſilio eius furtũ factũ fuerit, † dictio. n. quaſi, eſt nota improprietatis, vt not. in l. ij. ff. de vſufru. ea. re. quę vſu

consu.& similiter verbum vr. de quo in d.l. qui seruo, denotat similitudinem & improprietatem, vt l.non vr.C.de in integ.resti.titu. generali, & sic concludit ipse Saly. ꝙ qui consulit & persuadet de stricta & propria significatione vocabuli non dicitur præstare opē & auxiliū, & per consequens dicas, ꝙ non cōprehenditur in statuto imponente pœnā prestantibus opem & auxiliū; quia statuta ipsa sunt exorbitantia, & vt plurimū odiosa, & non debent extendi ad casum improprium, sed proprie & stricte intelliguntur l. ij. C. de noxa.l.quicquid adstringendæ.ff.de verb.obli. c. si papa.de priui.lib.vj.per Bart.in l.oēs populi.in vj.q.prin.ff.de iusti.& iu.cum multis simi. Reuertor nunc ad questionē nostram an persuasor & consultor puniatur, & qua pœna, & dic aut lex vel statutum imponit certā pœnam persuasori & consultori facto secuto, & aliam vel nullā pœnam facto non secuto, & tunc seruanda erit lex, prout 10 clare loquitur. † aut statutū vult ꝙ puniatur consulens & persuadens, sed nullam exprimit pœnā; & hic aduerte, aut sumus in atrocioribus siue minoribus criminibus, & sic querimus an facto demū secuto puniatur, vel facto ēt non secuto, dummodo tentando peruenerit ad actū proximum facto. Primo casu dic, ꝙ regulariter punitur consulens & persuadens eadem pœna qua principalis delinquens puniretur facto secuto, vt l.nihil.ff.ad leg. Cornel.de sica.l.vtrum.ff.ad leg. Pompe.de pari.& ad Turpil.l.j.§.incidit, & l. si quis nō dicam rapere.C.de epis.& cle.hoc plus est atrocioribus; quia facto etiam non secuto infertur pœna consulenti.d.l.si quis non dicam rapere, sed contra hoc est quod notatur in d.l.vnica de rap. vir. in.§.pœnas versi. cæteros vbi dicitur ꝙ persuadens & consulens non punitur eadem pœna sicut principalis raptor, sed minori, scilicet pœna capitis duntaxat, vt ibi dicitur sed dic ꝙ ideo ibi punitur minori pœna, quia lex imposuit pœnam certam a qua non est recedendum, vt supra diximus, alias si non fuisset declarata certa pœna, eadem puniretur sicut principalis, ita dicit Saly. in 11 d.l. vnica. † Secundo vero casu quando sumus in minoribus criminibus, vel in non atrocioribus, & tunc dic, si statutum non imponit certam pœnam, sed mandat ipsum puniri, punitur eadem pœna per ea quæ proxime dixi, Fallit tamen hoc quādo delictum propter aliquam qualitatem vel accidens diceretur grauius in persona delinquentis, prout est furtum manifestum quod grauius punitur ꝙ̄ non manifestum. Item si ex forma statuti delictum esset magis punibile factum in vno loco ꝙ̄ in alio loco, vel vno tempore magis ꝙ̄ altero, vel si diceret statutum, ꝙ si reus inquisitus negauerit contenta in inquisitione puniatur in duplum, vt l.contra negantem.C.ad l.aquil.quia tunc consultor non punitur sicut delinquens, sed pœna simplici, vt ff.de furt.l.qui seruo, in princ. & l.is qui opem.eo.titu. & ibi Bart. Prædicta etiam limita esse vera quando principalis qui fecit delictum non fuisset alias facturus nisi præcessisset consilium & persuasio illa, quando autem erat alias 12 omnino facturus dic vt infra dicā. † Quæro nūc, quid si delinquens erat alias omnino facturus id quod fecit, an isto casu persuadens vel consulens puniatur? Quidam dixerunt ꝙ non, quia isto casu consulens non fuit causa delicti, vt in l. non solum.§.si mandato, in versi. Attilicinus.ff.de iniurijs sumpto argumento a contrario sensu, ibi enim dicitur ꝙ persuasit alicui nolenti inferre iniuriā facere, dicitur ibi ꝙ tenetur ꝑsuadens ac si ipse fecisset, ratio est; quia ille qui fecit iniuriā nō erat alias facturus, ergo si facturus erat non tenetur, pro quo facit etiam tex.in.§.ope. insti. de oblig. quæ ex delic.nas. & hanc opinionem videtur tenere glo.in d.versi. Attilicinus. Quidam alij tenuerunt cōtrarium, ꝙ omnino consultor vel persuadens teneatur, ēt si delinquens illud alias facturus erat, quia non debuit consultor & persuasor malo consilio suo iniquo viro augere malitiā & animum ad delinquendum, & iste est text. not. vbi est casus in l.j.§.persuadere, in fin.ff. de ser. corru.& ibi glos. & hoc etiam tenet Saly. in d.l. vnica.C.de ra.vir.cum hac tamen distinctione, ꝙ vbi delinquens non erat facturus persuasor non tenetur eadem pœna sicut principalis, per ea quæ supra proxime diximus, vt d.§.persuadere, nisi in lege vel statuto reperiretur certa pœna expressa, quo casu illi standum erit per ea quæ supra diximus, & not.in d.l.vnica.§.pœnas.versi. cæteros. Si vero erat malus de per se, & illud delictū erat alias omnino facturus, & in isto casu similiter tenetur persuadens, sed minori pœna, quam iudex secundum qualitatem facti & conditionem personæ arbitrabitur maiorem aut minorem, & secundum etiam vehementiam & magnitudinem persuasionis, & cōsilij, alias enim ex leui verbo persuasio enuntiatiue aut iocose forsan prolato, quis non tenetur, nec diceretur propter hoc opem præstitisse dicto.§.ope.instit.de obliga.quæ ex delic. nasc. & istius opinionis fuit etiam Dyn. in cap. nullus ex consilio, de reg.iur.lib.vj. hoc idem videtur sentire Bartol.in l.j.§.incidit.ff.ad Turpil. qui text. in instigante loquitur, quod idem est sicut in persuadente, vt dicit Salyce.in d.l. vnica. & non obstant ea quæ supra dicebantur in d.ver. 13 Attilicinus. arguendo a contrario sensu, † quia illud argumentum nunquam procedit quando tenderet contra legem, vel esset alteri legi contrarius, vt C.de condi.incer.l. si quis patrem, quod etiam tenet Salyce.ibi. Hæc tamen omnia que supra dixi de consulente & persuadente, intellige de illo qui malam persuasionem aut consiliū dedit ad effectum vt maleficium fieret, non autem de eo qui dat bonum consilium vel bonam persuasionem, quia istud nomen consilium, & persuasio in dubio potest adaptari ad bonum sicut ad malum: & ideo non dicitur nec præsumitur malum nisi sit adiecta illa qualitas mali vt l. j.§.persuadere.& alias diximus supra lib.ij.q. x. vbi dictū fuit de veneno quod similiter potest comprehendere bonum & malum venenum, vt l.iij. in prin. &.§.adiectio.ff.ad leg.Corn.de sicca.& l. j.§.do-14 lum.ff.de dolo. † Quæro nunquid si persuadens aut consulens reuocauit consilium suum, an delicto secuto teneatur, dic breuiter, aut loquimur in mandante,

mãdãte aut in consulente, primo casu, sufficit simplex reuocatio mandati ad euitandũ pœnam, ita quod perueniat ad notitiã mandatarij, vt l. si man dasset. ff. manda. & per Saly. plene in l. non ideo minus, in iiij. quæstio. C. de accus. Secundo vero casu, non sufficit simplex reuocatio, quinimmo necesse est ꝙ expresse fiat contraria persuasio & sic expressa dissuasio, & consilium dissuasiuum & negatiuum præbeatur illi qui facturus erat delictũ, ita ꝙ verisimiliter & probabiliter credatur, ꝙ ille non sit amplius facturus, nec adhuc sufficit, sed habet necesse si vult euitare pœnas denuntiare & notificare ista illi contra quem datum erat consiliũ, vt caueat ab illo qui quærit ipsum offendere &c. ita not. dicit Innoc. in c. ad audientiam, de homi. quod transumptiue posuit Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. & idem tenet etiã Saly. in d. l. vnica. in ver. quæro quarto. in v. col. Diuersitatis enim ratio põt esse secundũ eum, quia mandatum processit solum gratia mandantis tm̃ d. l. non solum. §. si mandato. & verisimile est ꝙ mandatarius qui facit pro alio non pro se statim audita reuocatione cesset ab opere. Persuasus vero & consultus qui pro se agit nõ sic facile se abstinebit ab opere qđ perficere intendit, arg. l. ij. ff. mandati. & l. j. §. persuadere, in fi. ff. de ser. corru. Et qm̃ diximus supra de his qui præstant opem fauoris cuius opis fauor denotatur, & intelligitur eoipso ꝙ quis est præsens maleficio, licet nihil aliud agat, quia per illius præsentiam insultans siue delinquens efficitur audacior, aduersarius vero efficitur timidior, vt latius diximus su-

15 pra. † Restat nunc videre de his, qui præstant opem ministerij & adiutorij corporaliter. Circa quod distingue, aut quis prẽstitit opẽ scienter, aut ignoranter; si ignoranter, quia nõ putabat qui prẽstitit opem illũ cui præstitit velle male facere & non tenetur; quia ignorantia facti illũ excusat, nã in delictis ignorãtia facti admittitur regulariter, qñ quis non habuit animum delinquendi. l. j. §. diuus. ff. ad leg. Cor. de sica. l. eum qui duas. C. de adul. l. qui contra legẽ. C. de incest. nup. l. itẽ apud Labeonẽ. §. si quis virginẽ. ff. de iniu. & per Dy. in c. nullus ex consilio. de re iudi. Aut præstans opẽ sciẽter prẽstitit. & tũc aut præstitit opẽ maleficio irregulari fiẽdo & nõ tenetur, vt l. qui seruo. in prin. ff. de fur. ita dicit Saly. in d. l. vnica ĩ ver. nũc transeamus &c. sed aduerte, quia tex. ille in d. l. qui seruo. loquitur in persuadente, non in ope præstante, de quo nos loquimur hic, & ideo dubito satis de ista decisione, super qua poteris cogitare, aut maleficiũ erat regulare, & tunc distingue, aut nos loquimur de ope & auxilio præstito ante factum, aut de ea quæ præstatur in facto, aut de

16 ea quẽ prẽstatur post factum. † Primo casu, qñ sumus ante factum & quis prẽstitit opẽ scienter tenetur, vt l. qui seruo ij. responso ff. de fur. & l. si pignore. §. qui ferramẽta. eo. ti. & per Bart. in l. is qui opẽ. ff. de fur. & vide tex. in l. fin. C. de discu. lib. x. & ff. de adul. l. qui domum. & l. vtrum. ff. de parrici. & per Saly. in d. l. vnica. in vj. colum. Secundo vero casu, quando præstatio opus fit tempore maleficij; vt quia præstans concomitauit delinquentem ad patrandum delictũ & nulli dubium est ꝙ punitur. vt d. l. vnica. C. de rapt. virg. in ver. ne igitur. & ver. pœnas aũt. & l. si quis nõ dicam rapere. C. de epis. et cle. & ibi Bal. & Bal. etiam in d. l. vnica ibi etiam Saly. Idem tenet.

17 † Tertio aũt casu quando præstatio opis fit post commissum delictum, & hic aduerte; quia diuersimode fit præstatio opis delinquẽti post commissum crimen, quod fit quatuor modis. Et primo interdum quis præstat opem deliquenti vt euadat per viã fugæ. tunc prẽstãs opẽ punitur. vt d. l. vnica in ver. pœnas aũt, de rap. vir. et l. j. & ij. & per totum titulum. C. de his qui latro. occulta. & l. j. §. quod autẽ. ff. de ser. corrup. & l. his cuius ope. ff. de adul. vide Bar. in d. l. is qui opem. ff. de fur.

Interdum autem quis præstat opem criminoso, vt euadat per viam iustitiæ vt cõiter faciunt aduocatis procuratores & similes, & tunc talis præstatio opis non est punibilis sed pmissa a iure qa vnicuique est permissum defendere incarceratũ, vt l. et si non defendantur. ff. de pẹ. qa defensio est de iure nature l. vt vim. & ibi Bar. ff. de iusti. & iu. & facit quod no. Inno. de sen. excom. c. solet.

18 vbi dicit † ꝙ aduocatus non incidit in excõicationem si scienter cõicat cum excõicato, quando ab eo petit consilium in causa excõicationis.

Interdum vero quis præstat opem criminoso, vt euadat per viam gratiæ vel misericordiæ supplicãdo principi ꝓ eo, & isto casu similiter nullã pœnam meretur; quia non incũbit rei illicite qui petit gratiã a principe, vt. ff. de pœ. l. relegati. §. fin. in fi. & l. diui fratres, in prin. ff. eo. tit. Fallit hoc in damnato pro crimine læsæ maiestatis pro quo supplicare non licet l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maie. Fallit etiam in casu. C. de nili aggeri. non rump. l. vnica. vbi ille qui rumpit aggeres nili, & deuiat cursus aquarum a loco & alueo suo antiquo, debet igne ibi concremari, conscij vero & auxilium illi præstantes confiscatis omnibus bonis, imperpetuum relegantur; ita ꝙ nemini vnꝗ liceat ꝓ ipsis supplicare, ita dicit ibi tex. & hoc ideo; quia in l. ita reperitur expressum, vbi autem non esset a lege prohibitum, non impeditur quis, nec debet puniri, si exercet opera charitatis erga criminosum, vnde dicunt Doct. ꝙ nõ meretur pœnam ille ẽt qui prẽstat alimoniam delinquẽti quando est pauper, quod est verum, vt dixi nisi aliter fuerit lege cautum, vt l. quisquis. C.

19 ad leg. Iul. maie. & c. vergentis de hære. † Et faciunt secũdum Saly. in d. l. vnica ad statutũ quo cauetur quod nemo possit bannito præstare opẽ, ut non comprehendatur isti qui propter iustitiam gratiam, vel charitatem præstant sibi opem, sed illi qui contra curiam, & iustitiam præstant sibi opem, vt supra diximus. Quero nunc in casibus in quibus præstatio opis est punibilis, qua pœna puniatur qui præstitit; & breuiter dic secundum ꝙ diximus supra in persuasione & consilio, aut est certa pœna statuta a lege, & illa est seruanda l. vnica. C. de rap. virg. & l. vnica. C. de nili agge. aut nulla reperitur pœna expressa & determinata, & tunc aut nos loquimur de his qui præstiterunt opem ante factum, et eodẽ modo puniuntur

sicut consultores, vt supra diximus, aut in ipso facto, & puniuntur eadem pœna, sicut principalis delinquens, vt d. l. vnica. C. de rap. virg. in. §. ne igitur, aut loquimur de his qui præstiterunt opem post factum, sicut est ad fugam, & tunc si talis præstatio opis cadit in aliquod certum delictum. aut pro illo facto sit aliqua pœna certa statuta a lege & illa sit seruanda, quando vero nulla pœna certa sit a lege statuta & tunc, puniatur minori pœna quam ille q tulit opē in ipso facto, vt d. l. vnica C. de raptu. virgi. in. §. pœna autem, & hoc idem teneant ibi Bal. & Saly. 20 †Iterum quæro, quod si plures fuerunt qui præstiterunt opem, an pœna omnium istorum sit vniformis, vt sic omnes pariter vnica pœna puniuntur, vel diuersis? & breuiter dicas, quod pœnæ istę sunt difformes, secundum plus, vel minus in eo quod quis deliquerit ita tenet Inno. in c. sicut dignum. de homi. idē est de iure ciuili sicut dixit Salycet. in d. l. vnica. C. de rap. virgi. in vj. col. vbi dicit quod diuersæ sunt pœnæ de iure statutę secundum qualitatē auxilij præstiti, & prauam intentionem præstantis. vt d. cap. sicut dignum, nam ille qui dedit ope sua tale auxilium delinquenti quod patrauit & perfecit homicidium, nulli dubium est quod tenetur & ipse de homicidio, si vero minus peccauerit, secundum gradum culpæ succedit pœna d. c. sicut dignum. & vt c. clericorum. de vita & hone. cle. & hæc sufficiant quo ad materiam istius opis. Reuertor nunc ad residuum. d. l. vnicæ. vt declaremus totā materiam ipsius raptus mulieris, & ideo. 21 †Quæro nunc, quid si aliquis rapuit mulierem virginem vel viduam honeste viuentem, aut mulierem nuptam ex domo patris vel mariti, qua pœna puniatur. Et breuiter dicas quod tam ipse raptor quam eius socij fautores, defensores, adhærentes, & sequaces, & receptatores eisdem pœnis puniuntur, quibus supra proxime diximus de rapientibus monialem, expresse cauetur in d. l. vnica in prin. C. de rap. virg. excepto quod bona ipsorum in istis casibus applicantur ipsis mulieribus raptis pleno iure dicta l. vnica. §. fin. autem ingenuam. Item quæro, quid si aliquis rapuit seruam aut libertinam alterius, dic similter quod raptores puniuntur pœna mortis, sed non patiuntur bonorum publicationem. vt dicta l. vnica in prin. & §. ne aūt. et. §. seq. et eorum fautores etiam puniuntur vt ibi 22 excepto quod eorum bona publicantur. † Deinde quæro, quid si sponsus rapuit sponsam suam propriam, an puniatur & qua pœna? Respon. quod de iure ciuili punitur eiusdem pœnis sicut ille qui rapuit mulierem honestam, sibi nullo iure coniunctam dicta l. vnica. §. quibus. & ibi vide. De iure autem canonico nulla pœna punitur sponsus qui sponsam suam rapuit, cum qua prius præcesserat nuptiarum consensus c. cum causa quæ, extra de rapto. & ibi glo. quæ melius hoc declarat. & not. xxvij. q. ij. raptus. & c. lex illa. vbi hoc expresse probatur. Succesiue quæro, quid si maritus rapuerit vxorem an subijciatur pœnis de quibus in d. l. vnica? Dic quod non vtroque iure, quia omnes Doct. concludunt quod maritus habet plenum ius in personam vxoris suæ, intellige tamen cum illa cum qua consumauit matrimonium, vt d. c. cum causa, extra de rapt. & l. fin. C. de lib. homi. exhib. & ita tenent Bal. & Saly. in d. l. vnica. & Canonistæ in d. c. causa quæ, Sed quia dicta lex vnica, loquitur de viro rapiente mulierem. 23 †Quid econtra si mulier rapiat virum causa libidinis. videretur esse idem dicendum; quia ista sunt synonyma, tamen breuiter dicas contrarium, quod dispositio illius legis non habet locum in muliere rapiente virum, ex quo non viget eadem ratio iniuriarum in hoc casu sicut in alio, ita tenent Bald. & Saly. in d. l. vnica & est communis opinio omnium Doct. Idem etiam dicendum est in vtro rapiente alium virum causa libidinis, quia non comprehenditur sub illa lege, ita tenet Saly. & Bald. ibi & diximus supra ea. quæst. in princi. 24 †Sequitur ibi in tex. quod nuptiæ procedere debent de consensu parentum ipsius puellæ, alias non valent, dic quod hoc est verum de iure ciuili, vt ibi dicitur. Secus de iure canonico, vt d. c. causa quæ. & c. fina. de rapto. & xxviij. quæstio. ij. raptus, & lex illa. Et ideo dicitur etiam ibi quod puella nubere non pōt ipsi raptori, etiam si parentes consentiant, qui si iniuriam ipsam remiserint & dictis nuptijs cōsenserit debent deportari. ita dicit expresse tex. in d. l. unica. de rap. §. pe. in fi. cuius cōtrarium disponitur de iure canonico d. c. causa quæ. & c. fin. extra de rapto. vbi est casus quod si raptor rapuerit virginem cum qua nuptiarum consensus prius interuenerat, & dato quod mulier rapta fuerit inuita, si tamen postea consenserit & placuerit sibi suo raptori nubere, nihil obstat quo minus posit illi impune nubere d. c. fin. quod no. quia cum causa matrimonij sit spiritualis, et reguletur a iure canonico, vt in c. debet, de biga. debemus in hoc stare dispositioni iuris canonici c. per venerabilem. qui fil. sint legi. & c. si diligenti. de foro compe. & no. per Docto. in cap. solitæ. de maior. & obdien. & in cap. nouit de iudicijs. 25 † Vltimo in hac decima quæstione quæro quid si rapta fuerit meretrix causa libidinis, concubina pluriū, aut alia mulier impudica, an raptores subijciantur pœnis d. l. vnicæ C. de rap. virg. Bart. in l. verum, in fi. ff. de fur. & in l. iij. in fin. ff. de condi. ob tur. cau. dicit quod non, & ita etiam videtur sentire Bal. in d. l. vnica. C. de rapt. Et ideo dicunt Doct. quod qui rapit meretricem causa libidinis & eadem de causa tenet illam inclusam in domo per plures horas & dies, non tenetur de priuato carcere, nec tenetur etiam de vi priuata d. l. verum. & ibi Bar. & hoc idem tenet Saly. in ij. col. in versic. oppo. i. & c. & ita etiam tenet glo. in d. l. vnica in ver. viduarum. Nota tamem vnum quod dicit do. Matth. de Math. in singu. suo ciiij. quod incipit, nota vnum quod solēt vulgares &c. vbi dicit quod licet isti qui capiunt & detinent inclusas meretrices violenter in domo priuata causa libidinis non teneantur de priuato carcere, nec de vi publica, vt per Bartol. in d. l. verum. supra de fur. tamē tenentur actione iniuriarū ipsi mulieri, quę quidē iniurię possent esse adeo atroces attenta qualitate facti & personarum conditione, quod iudex posset arbitrari pœna mortis

tis esse inferendam contra dictum raptorē & detentorē, & allegat doctrinam Bar. in l. fina. ff. de rer. diui. sed parcat mihi excellentia sua. quia dictum suum puto esse verum, ex quo iura per eum allegata hoc non probant. & Bar. etiam in d. l. fi. ff. de rerum diui. nullum verbum facit de ista materia in libro meo. 26 † Sed quęro quid si meretrix illa desierat iam meretricari & ceperat honeste viuere prout probari poterat, quia iam pęnituerat ipsam præteritæ vitę si huiusmodi mulier rapta fuerint, an raptor puniatur ac si mulierem honestam rapuisset, vt habetur in d. l. vnica. in prin. C. de rap. vir. Saly. sequutus opi. Cyn. in d. l. vnica. dicit ꝙ isto casu raptor subiicitur eisdē pœnis de quibus in d. l. vnica: quia sufficit ꝙ mulier illa honeste viuat tempore raptus, lex enim illa non requirit vitam præteritam, sed præsentem duntaxat, quæ est tempore raptus, vnde si reperitur honesta tempore raptus pœna committitur, alias non ita tenet Saly. in d. l. vnica, qui dicit hoc esse de mente Cyn. ibi idem etiam tenet Bal. expresse. in d. l. vnica. vbi dicit ꝙ aut in muliere illa apparebant signa pœnitentiæ, quia nolebat amplius meretricari, vt quia practicabat cōtinue inter honestas mulieres, & euitabat multū consortia inhonesta, tam virorum ꝗ̄ mulierū, quę aliquantulum sibi suspecta videbantur, & alia cūcta opera honesta & laudabilia faciebat, quæ honestę & pudicæ mulieres facere solent, & isto casu idem iudicandum erit de illa sicut de alijs honestis, & pudicis mulieribus. 27 † Aut pręteritæ vitæ nondum bene penituerat, quia adhuc impudice viuebat, & si nō publice saltē secrete, & noctis tēpore admittebat plures in domo, & plurium virorum patiebatur amplexus, isto casu iudicandum erit de illa sicut de meretrice, vt C. de nup. l. imperialis. & dicit ipse Bal. ꝙ istud est satis tolerabile, ꝙ isto casu non habeat locum dispositio d. l. vnicæ, & per hæc sum expeditus de ista pulcherrima quęstione.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Coitus cum nupta habitus quę honesta putatur, sed in occulto plures admittit, an sit punibilis.*

2 *Coitus omnis de iure canonico extra matrimoniū est punibilis.*



VNDECIMO quęro, q̄d si † mulier nupta aut vidua quæ publice retinet nomen honestæ matronæ occulte tm̄ plurium virorū admittere consueuit amplexus, an coitus habitus cum mulieribus huiusmodi sit punibilis, & qua pœna? & breuiter dicas ꝙ quāprimum mulier cœpit meretricari, & inhoneste viuere, siue secrete hoc faciat siue publice, perdit florem pudoris, & nomē honestæ matronę, vt l. inter liberas, & ibi Bar. ff. de adul. & insti. de publi. iudi. §. item lex Iul. & ibi do. Ioā. Fab. qui igitur concubuit cum ipsis mulieribus istius conditionis nullam pœnam meretur de iure ciuili, vt d. l. verū. & ibi Bar. ff. de fur. & est gl. & in d. l. vnica. C. de rap. virg. & Bar. in l. iij. ff. de cōdi. ob tur. cau. vide tex. no. in l. quę adulterium. C. de adulter. qui text. loquitur de nupta & vidua. 2 † Fateor bene ꝙ de iure canonico iste coitus non erit impunibilis, quia illo iure omnis coitus præter vxorius est impunibilis xxxij. q. v. c. meretrices.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudæus cognoscens carnaliter christianam, aut christianus hebræā quas debeat luere pęnas.*

2 *Christianus ignorāter matrimonium cum hebręa contrahens non punitur, secus si scienter.*

3 *Pœna adulterii est capitalis, quæ infligitur etiam his qui mulieribus hebræis scienter se commiscent.*

Liberi ex matrimonio inter Christianum & Hebræam sunt illegitimi.

4 *Papa dispensare non potest ꝙ christianus cum hebræa contrahat matrimonium aut econtra, nisi præcedente baptismo.*

5 *Christianus excommunicatur qui cum muliere hebræa matrimonium contrahit.*

6 *Iudæus christianæ mulieri se commiscens condigna animaduersione punitur.*

Animaduersionis condignus appellatione venit etiam mors.

7 *Iudæus copulam fornicariam habens cum christiana virilium ampu*t*atione punitur. & nu. 8.*

9 *Iudæus ignoranter concumbens cum muliere christiana qualiter puniatur.*

10 *Præsumptio quædam fraudis est in iudæo cum christiana concumbenti.*

11 *Hebræi non deferentes habitum distinctum ab habitibus christianorum puniuntur.*



DVODECIMO quæro quid si 1 † Iudæus carnaliter cognouerit mulierem christianam, vel econtra christianus coitum carnis ha buit cum muliere hebrea, qua pœna puniatur? Respondetur, aut illā cognouit carnaliter in figura matrimonij, aut in actu fornicationis; si in figura matrimonij, aut loquimur de iure canonico & matrimonium est ipso iure nullum, ideo fit separatio incontinenti xxviij. quæst. j. caue. & cap. si quis, & c. in nonnullis. de iudę. in foro conscientię puniuntur pœna septem annorū de qua in c. hoc ipsum xxxiiij. q. ij. & diximus supra eo. ti. q. ij. & iij. 2 † In foro autem contētioso coram iudice ecclesiastico dic, aut contraxit ignoranter in figura matrimonij, & non punitur aliqua pœna, secundum quod

tenet Panor. in d.c.in nonnullis; ratio est: quia dabat operam rei licitæ, vt alias late diximus supra eo.q.j.& ij. & iij. aut scienter, & punitur pœna excommunicationis, & nihilominus separantur vt supra dictum est per doctrinam Abb. in d.c.in nonnullis, arg. text. in c. si quis episcopus aut presbyter, iuncta glo. xxvij. qõ. j. & omnino adinuicem separantur, vt ibi. vide text. not. & c. si quis xxviij.q.j. qui vult ꝙ penitus a communione fidelium separentur. De iure autem ciuili, aut illam cognouit in actu fornicationis, aut in figura matrimonij, si per matrimonium, aut scienter, aut ignoranter contraxit cum illa. si scienter, primo & principaliter matrimonium nullum est, quia verum & proprium matrimonium est communicatio diuini iuris l.j.ff. de ritu nup. & l. aduersus.ff.de crimi. expi. hæredi. quæ quidē communicatio esse non potest inter iudæum & christianam, vel econtra inter christianum & iudęā xxviij.q.j.caue.c.seq.& c.si quis vbi est casus, &

3 †isti de iure ciuili sunt pœna adulterij puniendi, quæ est pœna mortis, vt late diximus supra eo. in q.adulterij, sed aduerte ꝙ per illam commixtionem non committitur proprie adulterium, sed crimen illud vicem adulterij obtinet, vt C.de iudæ. l.ne quis christianam, immo videtur esse deterioris conditionis ꝙ̃ adulteriū; quia sine tēporis præfinitione a quocunq; poterit accusari iste coitus. quod nō est sic in adulterio proprio, vt l.miles.§. si pater.§.mulier.& §.sexaginta.ff.eod.ti. itē poterit vnusquisque illos accusare absque inscriptione talionis pœnę, vt dicit glo.in d. l. ne quis. Si vero ex coitu huiusmodi liberos susceperint non sunt legitimi aliquo pacto, ex quo nullū erat matrimonium inter parentes, illos tñ puto vt incestuosos filios appellari non posse, ita vt nec a patre alendi sint, argumento eorum quæ habentur in auth.de incest.nup.in princ.& in auth. ex complexu.eo.C.eod.titu. immo videtur esse grauius istud ꝙ̃ coire cū propria consanguinea; quia per coitum consanguineæ violantur iura consanguinitatis duntaxat, vt in c.j.& ij.de consan. & affi. quia remoto vinculo consanguinitatis potest esse matrimonium inter eos, cum sint ambo christiani, & hinc est ꝙ sæpius dispensantur a summo pōtifice; vt tota die videmus, sed per istam aliam cōmixtionem fit iniuria duobus sacramentis. primo fit iniuria baptismo, & vniuersæ christianæ religioni, vt xxviij.q.j.caue.c.non oportet.& c. seq. fit etiam iniuria sacramento matrimonij, quod conatur contrahere contra legum institutiones

4 d.l.ne quis.C.de iudæ. & l.j.ff.de ritu nup. †Nec vnquam poterit tale matrimoniū siue potius adulterina commixtio a sede apostolica dispensari, nisi præcedat baptismatis sacramentum d. c. non oportet, & ibi gl. merito illorum proles tanquam incestuosa & damnabilis debet censeri incapax omnis successionis generaliter d.auth. ex cōplexu, & ex quo habetur in corpore, & istud etiam videtur esse de mente Old.in consi.cccxxxiij.qđ incipit, qualiter punitur iudæus &c. Si vero ignoranter cōtraxerūt & excusantur a pœna, secundum ꝙ dicit gl.in c.in nōnullis. de iudæ. quā sequitur ibi Abb.& alij dicentes ꝙ ista est ignorātia facti, merito indulget excusationē. vt l.j. & ibi Bar.ff.de iur.& fac.igno.& in c. ignorantia. de regu.iur.lib.vj. Sed not. ista ignorantia poterit illis prodesse si incontinenti absque mora postꝙ̃ habuerint notitiam de tali impedimento se abinuicem separauerint, alias non pœnas euitant prædictas; quia videntur consentire in illo peccato. & velle illum damnatum coitum cōtinuare, secundum ea quæ habentur in illo no.tex.in l.qui cōtra legum.C. de incest.nup.& ibi Bal.& Saly.

5 †De iure vero canonico pro huiusmodi matrimonio sic contracto, est pœna excōmunicationis perpetuæ xxxviij.q.j.caue, cum duob. cap. seq.

Si vero illam cognouit in acto fornicationis, et eadem distinctio repetitur, aut scienter aut ignoranter, si scienter, aut loquimur de iure canonico secundum antiquam legem Moysis, & indistincte erat pœna mortis ij. q.vij. nos si incompetenter.§.sed notādum.ver.natham.& §.his ita. ver. multa enim & xxiij.qõ.v.c.reos.§.natham.& §. multa enim.vbi est idem casus, dicitur enim ibi ꝙ iudex iudæum cum madianita coeuntem gladio transfixit & fuit reputatum ad iustitiam.

6 † De iure vero pontificio in foro contentioso, quidam dixerunt idem esse ꝙ iudæus qui in huiusmodi crimine incidit tradendus sit curiæ seculari condigna animaduersione puniendus, quæ verba denotant pœnam mortis, vt infra dicam, qñ per iudicem ecclesiasticū cognoscitur de crimine ipso, ita ꝙ puniatur vltimo supplicio, tradi debet curiæ seculari. ita tenet do.Fely.in d.c.in nōnullis, quæ quidem verba animaduersionis denotant vt dixi maximum arbitrium continens etiā mortem, secundum do.Felyn. ibi qui allegat ad hoc bonum tex.in c.vt inquisitionis, circa mediū de hęreti.lib.vj.vbi tex. ille loquendo iudicibus & dominis tēporalibus per verbū istud animaduersionis, demonstratur pœna mortis. Old. tamen in consi.cccxxxiij. quod incipit qualiter puniatur & c.consuluit in fauorem cuiusdam iudæi qui carnaliter cognouerat mulierem christianā, quæ erat mulier impudica, & meretrix, secundū quod apparet ex verbis suis, vbi demum concludit ꝙ non deberet puniri iste iudæus pœna mortis pro isto coitus, sed alia graui pœna citra mortem, ta-

7 mē attestatur vidisse in ciuitate Auenio. †amputari virilia cuidam hebræo pro isto crimine, qđ tamen dicit esse verum quando est simplex fornicatio quæ non habet annexam aliquam qualitatem quæ aggrauat delictum, sicut est stuprum vel adulterium, qñ mulier esset honesta, quia tunc nō negat iudæum debere puniri maioribus pœnis, sicut alias diximus supra in christianis, & vt clarius materia ista aperiatur, dic vt infra sequitur, maxime quo ad dictum verbum animaduersionis quod vt dixi denotat & comprehendit pœnam mortis, maxime quando refertur ad potestates, dominos temporales, & iudices &c. vt dicit text. in d.c.vt inquisitionis.de hære.lib.vj.ibi dum dicitur potestates domini temporales rectoresque & eorum officiales de prædictis animaduersionem assumant &c. quæ quidem animaduersio denotat pœnam

pœnā mortis, vt diximus, idē tenent Io. And. & Do. de sancto Gemi. in c. vt inquisitionis. & Ant. de But. secundum quod refert idem Fely. in d. c. in nonnullis, in fi. idem tenet in consi. xij. vbi dicit ꝙ istud verbum in terminis nostris denotat 8 pœnam mortis. † Quidam tamen fuerunt in contraria opi. ꝙ iudæus propter hoc delictum non sit puniendus pœna mortis, sed alia minori pœna, puta deportationis, pecuniaria vel alia huiusmodi arbitrio iudicis declaranda, & hanc opin. tenuit Pet. de Vbal. de Peru. in consi. lxxv. quod incipit, quidam dictus Caius, & Ro. in cōsi. clv. quod incipit, an iudæus qui cognoscit christianam. Ioan. Cald. in consi. xij. de foro compe. hanc etiam opin. videtur tenere glo. in d. cap. in nonnullis, super versicu. animaduersionis, dicens, ꝙ erit pœna pecuniaria vel alia temporalis arbitrio iudicis, & sic videtur excludere mortem. Oldra. etiam in consi. cccxxxiij. quod incipit qualiter puniatur iudæus. vbi dicit ꝙ dum ipse esset in ciuitate Auenion. vidit pro isto crimine cuidam hebræo amputari testiculos. Ego enim in istis terminis attenderem ad conditionem personarum, & maxime mulieris, an esset honesta matrona siue mulier nobilis aut vilis conditionis, vel inhonestæ vitæ, vt sunt istæ meretriculæ & vulgares mulieres, item an iudæus semel tantum nacta occasione in istud crimē inciderit, vel iuxta ætatem, an iunior sit minor xxv. annis vel maior ad quadragenarium accedens, vel circa, & an sit vxoratus vel solutus, vel talis sit qui alias erat honestæ conditionis, aut potius pluries illud idem commiserit, vel ad id perpetrandum longo tempore vacauerat, aut non vnam tantum mulierē, sed plures, & plures sub eisdem amplexibus subiecerat, & similia, vt secundum personarum conditionem, facti contingentiam, & criminis turpitudinem, siue delinquendi consuetudinem quandoque leuem, quandoque grauem, quandoq; grauissimam mortis pœnam imponerem, iuxta notata per Abba. in c. ij. de sortile. & idem Abb. in d. c. in nonnullis. de iudæ. & per Mathesil. in singu. 9 suo de quo supra eo. in x. q. in fi. †Si vero ignoranter huiusmodi scelus patratum fuerit, aut fuit cum nupta, & erit pœna adulterij, aut cum virgine vel vidua honeste viuēte, & erit pœna stupri, ac si esset factum cum muliere christiana de quibus latius dictum fuit supra eo. tit. in vj. & vij. q. quamuis glos. in d. c. in nonnullis videatur velle ꝙ parcitur hebræo vel hebreæ quando ignoranter fecerunt, vbi dicitur ꝙ qui errauerit excusatur, sed illud debet intelligi quando errauit in facto, & illam cognouit in figura matrimonij non autem in actu fornicationis, vt hic. aut erat mulier vilis conditionis & inhonestæ vitæ, idest meretrix oculta vel publica, & erit pœna arbitraria citra mortem tamen, ita videtur sentire glo. in d. c. in nonnullis. in ver. per errorem, idem tenet Io. And. in d. c. cum quis de reg. iur. lib. vj. in mercurialibus. & Io. And. in d. c. cū quis, Abb. & 10 Fely. in d. c. in nonnullis †Sed aduerte ꝙ contra istam ignorantiam facti in iudæo adest quędā prę sumptio fraudis & doli ex quo nō videtur carere culpa, quod est quando iudæus ambulat sine signo deferri solito ab hebræis, per quod separatim cognoscitur a christianis, prout deferre tenentur, vt habetur in d. c. in nonnullis, & quoties non deferunt illud videntur esse in dolo, nec poterunt se excusare propter ignorantiam ratione presumpti doli. d. c. nonnullis, Mulieres vero hebreæ nullū signum deferre solent distinctum a christianis, sicut masculi, maxime de consuetudine, vt diu vidi maximam copiam in vrbe Romana, & alibi, & nullam vnquam vidi deferre habitum aut signum aliquod per quod cognosceretur a christianis mulieribus & ideo putarem magis excusandum esse christianum qui habere coitum cum hebræa ꝙ hebræus qui coitum habuerit cum christiana, qa primo casu potest esse excusabilis ignorantia facti, ratione indifferentis & vniformis habitus quod non est in secundo casu in quo non videtur posse adaptari excusatio aliqua ratione ignorantiæ, saltem respectu mulieris christianæ. 11 † Et propterea dicit tex. in d. c. in nōnullis, quod grauiter puniendi sunt hebræi qui non deferunt habitum distinctum a christianis vt cognoscatur ab omnibus. Iuxta hæc quæro quid si Turchus, morus, hæreticus, sarracenus, vel alius quicunque extraneæ fidei professor rem carnalem habuerit cum muliere christiana vel christianus vir cum eorum mulieribus respectiue carnaliter se cōmiscuerit quibus pœnis subiacebunt? respon. ꝙ in his adhibetur similis distinctio de qua supra, aut in figura matrimonij, aut in actu fornicationis & aut est scienter aut ignoranter, & tunc aut erat minor cū fecit in forma matrimonij, aut erat maior iuxta distinctionē supra proxime factam, & eisdē pœnis puniuntur, de quibus ibi per text. in d. c. in nonnullis. in prin. vbi loquitur etiam de sarracenis, & ratio ibi apposita cōcludit etiam in aliis præmissis, ita etiam videtur sentire gl. in d. c. in nonnullis, ꝙ eadem sit ratio in aliis quæ est in iudęis per iura prædicta, & idem etiam videtur innuere tex. ibi dum loquitur de sarracenis, & notatur in rubrica & in c. j. eo. ti.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Custos carcerum rem explens carnalē cum muliere incarcerata qualiter puniatur.*

2 *Custos carcerum mulierem incarceratam honeste custodire debet.*



ECIMOTERTIO videdū esse putaui, 1 † quid si officialis vel custos carcerem rē carnalem expleuerit cum muliere incarcerata qua pœna puniatur. Rñ. aut mulier illa erat honestę vitę, conditionis, & famæ, & isto casu officialis siue custos hmōi punitur eadem pœna qua punitur tutor qui pupillā cuius tutelam gesserat vel gereret, stuprauit, de qua dictum fuit late supra eod. titu. qō. vij. vbi diximus plene de stupro. in vj. fallen. eadem enim ratio militat in vtroq; : quēadmodū autem

tutor tenetur alere pupillam & illam honestis moribus conseruare, scilicet illius personam, ex quo principaliter datur personę, secundario autem rebus. ff. de admi. tut. l. cum plures. §. in primis. & C. de alimen. pup. præstan. l. fin. instit. qui tu. da. pos. 2 §. ad certum. versi. certe. & ibi glos. † eodem modo custos carcerum tenetur diligenter & honeste custodire & alere mulierem incarceratam, & illam illesam supplicio vel innocentiæ conseruare vt l. j. & l. fin. C. de custo. reo. quia aliter faciendo esset vehemens suspicio immo pręsumptio fraudis aut corruptionis contra ipsum officialem, & ista fuit doctrina illius antiqui & famosi doc. d. Ioan. Fab. inst. de publi. iudi. §. item lex Iul. quem refert & sequitur generosus practicus domi. Par. de Put. in suo tract. de syndi. cap. adulterium. §. siue.

SVMMARIVM.

1 *Vir siue maritus secundo nuptias contrahēs prima viuente vxore, qua pœna mulctetur.*

2 *Rumpi non potest quod nullum est.*

3 *Errans in facto excusatur, non autem in iure, si maior sit.*

DECIMOQVARTO quæro. Titius † habens vxorem adhuc viuentem contraxit matrimonium cum secunda, qua pœna puniatur, & ita econtra, domina Cornelia existens coniugata cōtraxit matrimoniū cum secundo, vtroq; casu carnali copula subsequuta, & quid agendum sit de secunda vxore, vel secundo viro reuertente primo vel prima. Respondeo. dic, ꝙ aut istud secundum matrimonium contractum fuit scienter, aut ignoranter, siue ab vtroque, vel ab altero tantum. Primo casu, quo ad validitatem matrimonij secundi, certum est ꝙ nullum est; quia ꝙ primum constat de vita prioris coniugis, statim fit separatio secundi non ꝙ rumpatur siue diuidatur 2 matrimonium, † quia quod nullum est rumpi non potest l. j. ff. de iniusto rup. & irri. testamen. & l. post mortem. §. fin. ff. de bono. pos. contratabu. sed fit separatio & declaratio nullitatis huius secundi matrimonij, & reuertitur ad primum vel primam coniugem. c. nuper de bigam. c. accepisti. de sponsa. duorum. aget enim pœnitentiam de peccato d. c. accepisti. xxxiij. dist. cap. fraternitatis. lxxxij. dist. presbyter, xxxiiij. quæstione. ij. hoc ipsum pœnas vero iuris ciuilis de quibus in d. l. eum qui duas. ff. de adul. & l. ꝙuis. C. eod. tit. propter ignorantiam euadet dummodo ignorantia sit 3 in facto probabilis. † si vero errassent in iure putantes posse contrahi cum duabus secus esset, nisi essent minores ambo, vel alter ipsorum. de quibus late habetur in d. l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. & ibi Barto. ff. de adulte. & l. qui contra legū. C. de incest. nup. vbi est optimus tex. & glo. ibi Bal. Saly. & alij, & supra etiam diximus eo. titu. in vij. & xij. qō. Secundo vero casu quando scienter, grauius puniuntur: quia de iure canonico est excommunicatus d. c. accepisti. & d. c. nuper & nihilominus tenetur illam vel illum dimittere: de iure autem ciuili est infamis ipso iure, d. l. eum qui duas, & l. j. in fin. ff. de his qui not. infa. & vir punitur de adulterio; si secunda erat coniugata, & econtra mulier si vir erat vxoratus, d. l. quamuis. in fin. & authen. sed hodie. C. de adult. si vero mulier erat soluta de stupro, eodem modo mulier si vir erat solutus d. l. eum qui & l. inter liberas. & l. stuprum. ff. de adulte. & institu. de publi. iudi. §. item lex Iul. Puto etiam ꝙ patiuntur alias pœnas quando scienter contraxerunt; quia omnia eorum bona confiscantur quando sunt sine prole legitima, et mittuntur in perpetuum exilium; vt in authen. de incest. nup. in prin. & l. qui contra legum. C. eo. tit. & dixi late supra eodem. in ij. & tertia. qq. Sed quid si alter duntaxat scięter contraxit, alter vero ignorans erat, & ille qui scienter contraxit aliquid donauerit ignoranti, an soluto huiusmodi matrimonio comperit repetitio bonorum donatorum ipsi donanti aduersus dictū donatarium? dic ꝙ non, vide glo. no. in l. eum qui duas, & in d. l. qui contra legum. & diximus supra eo. ti. quæstione iij. vj. vij. in fi. si vero vterq; ignoranter, & ambo bona fide contraxerunt competit repetitio, vt ibi dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos & monachus eandem cognoscentes mulierem qua pœna plectantur.*

2 *Monachus fornicans sacrilegium committit, clericus vero stuprum.*

3 *Filii præsbyterorum progeniti post susceptos ordines dicuntur incestuosi.*

4 *Clericus in sacris pro fornicatione simplici non debet deponi sed tantum suspendi.*

DECIMOQVINTO & vltimo non † omittam silentio hanc notabilem quæstionē quæ sæpius occurrit in facto. Præsbyter associatur cum monacho siue aliquo religioso cuiuscunque religionis professo, & ambo cum eadē muliere fornicantur, quæro qua pęna puniantur. Item quod crimen ex isto coitu oriatur. Respon. aut mulier erat honestæ vitę, & tunc si nupta erat adulterium, si vero soluta & laica stuprum; vt supra latius diximus in vj. & vij. q. si autem erat impudica vel meretrix simplex fornicatio, vt supra dixi. d. q. vj. & vij. Quidam vero dixerunt ꝙ oritur sacrilegium tam respectu presbyteri ꝙ monachi propter sacramentorum ecclesiasticorum lesionem xxvij. q. j. cap. virginibus. & c. impudicas. & cap. si qua 2 monacharum, veritas tamen est ista † ꝙ monachus duntaxat vel alius regularis sacerdos committit sacrilegiū, clericus vero stuprū duntaxat, aut adulterium si erat nupta. vel simplicem fornicationem, si mulier impudica erat vel meretrix, & ratio est ista: quia monachus per fornicationem non solum lædit sacramentum sacrorum ordinum,

ordinum, vetum et frangit, & violat votū suæ religionis, in qua expresse vouit castitatē clericus vero secularis tacite videtur vouisse castitatē in assumptione sacrorum ordinum, & propterea nō est adeo graue peccatū in eo qui dicitur clericus secularis, sicut in monaco, qui est regularis, vt dicit Ioan. de Imo. in cle. ad nostram. de hæreti. qui dicit ꝙ monachus de sacrilegio, clericus vero siue presbyter de adulterio, stupro, aut simplici fornicatione punietur lxxxij. dist. presbyter. ij. qō. vij. c. paulus, alias lator. Sed contra prædicta est gloss. no. in l. ij. in fi. in ver. filij. C. de episc. & 3 cle. quę vult † ꝙ filij clericorū siue presbyterorū post susceptos sacros ordines progeniti, dicuntur incestuosi. ex quo sequitur ꝙ existens in sacris et per simplicem fornicationem habitam cum muliere soluta & impudica, dicitur committere incestum ratione læsionis sacrorum ordinum, & oēs filij inde suscepit dicuntur incestuosi, quam gl. tenet & sequitur ibi Bart. quam dicit esse notandā. Bald. similiter ibi illam approbat & alij Docto. cōiter, sed Pe. de Bellaper. dicebat contra, ꝙ illi filij dicuntur spurij non autem incestuosi. Deinde Bal. dicit ꝙ ista q. fuit in facto, & reuocabatur in dubium, vtrum cum clerico in sacris fieret incestus, & demum conclusum fuit ꝙ sic, per illam gl. & ꝙ in isto crimine cessat abolitio sicut in coitu habito cum moniali, ꝙ sicut illa est sponsa Christi, ita iste est sponsus ecclesiæ, & hæc sunt verba Bal. in d. l. ij. de qua q. meminit etiam Bald. in l. si quis incest. C. de incest. nup. & cum illa gl. transire videntur Doct. communiter de iure ciuili, sed ego reperio Io. de Ana. in c. significauit, de adul. qui dicit ꝙ illa glo. est valde periculosa & reprobata de iure canonico, & ꝙ sacedotes deberent illam abradere de libro. C. quia ipse tenet ibi & Pan. Ioā. de Imo. & alij Canonistæ cōiter in c. vt clericum de vita et hone. cle. & Abb. in c. at si clerici. de iudi. † ꝙ clericus in sacris constitutus pro 4 simplici fornicatione non qualificata, hodie non debet deponi sed suspensi, xxxiiij. dist. fraternitatis. sed si ex illo coitu oriret incestus fieret depositio, vt late diximus supra eo. ti. q. ij. & iij. et per Abb. in d. c. at si clerici. Io. de Imo. in d. c. vt clericum Host. in sum. in titu. de adul. in prin. & Io. de Ana. in d. c. significauit, quod dicendū. Ego. n. in hac reputo saluo semper saniori iudicio ita esse distinguendum ꝙ aut nos sumus in terris imperij, & tractatur de successione bonorum, quæ proprie pertinet ad ius ciuile, & isto casu tenerem glo. prędictam. & opi. Bal. & aliorum, si vero sumus in terris ecclesiæ, & tenerem opinionem Canonistarum, maxime quando agitur de rebus ecclesiasticis, vel de puniendo personam clerici, arg. eorum quæ habentur in c. per venerabilem. q fi. sint legi. c. solitę. de maio. & obe. & c. at si clerici. de iud. c. cum contingat de fo. compe. cum si.

FINIS.



COMPENDIARIA FORMA

PROCEDENDI EXTRAORdinarie, in controuersijs criminalibus, per Antonium Columbanum V. I. Doctorem insignem edita.

ADDITIS SVMMARIIS. D. Ioan. Baptistæ Ziletti Veneti, exorditur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Extraordinarie procedere est auferre iudicii substantialia, iure ciuili introducta.*

2 *Substantialia possunt contrario statuto tolli.*

Princeps habet arbitrium in sanguine mali hominis.

Curia Franciæ ex consuetudine, potestatem habet in sanguine hominis.

Delinquentium multitudo fuit causa ordinationis condendæ.

3 *Naturalia, seu gentium, inducta naturali ratione a Principe non tolluntur.*

4 *Iudex secundum ius pronuntiare debet.*

Extraordinarium non concurrit cum ordinario, quando extraordinariū est contra ius cōmune.

Causa principalis quando est summaria, omnes articuli in ea tractandi sunt summarie.

5 *Informationes semper præcedere debent in causis criminalibus exceptis quibusdam casibus. vt nu. 7. & 8.*

6 *Interpretatione adiuuandum est, quando publicā vtilitatem continet.*

Pars

Immunitatem

121 Immunitatem vnam offendens cæteras offendisse dicitur.
122 Insidiatores itinerum immunitate ecclesiæ non gaudent.
123 Delinquens longe ab ecclesia, & dum sequitur fugiens ad ecclesiam an gaudeat immunitate ecclesiæ.
124 Bannitus diffinitiue ecclesiæ immunitate non gaudet.
125 Bannitum per contumaciam tutatur ecclesia.
126 Immunitas non est in domo episcopi.
127 Dinumeratio triginta pedum circa capellas quę sunt in castris, de consuetudine non habet locum, pro immunitate.
128 Occidens transeuntem per vicum, absque aliqua rixa habita, non gaudet immunitate.
129 Absens an immunitate gaudeat.
130 Statuta quòd absens damnari possit valent.
131 Sententia in criminalibus sub conditione lata an valeat. & nu. 132. & 133.
134 Absens condemnatus captus, iterum super crimine auditur.
135 Appellationi in criminalibus in regno semper defertur.
Executionem, impedit nullitatis exceptio.
136 Contumax condemnatus quomodo debeat audiri. & nu. 137.
138 Fiscus nullas dat, nec recipit expensas.
139 Expensæ contumaciales (bonam vel malam foueat contumax causam) semper debentur.
140 Iudex citationis tempus potest abbreuiare.
141 Peremptorium non est statim mittendum nisi cogat necessitas.
142 Reus citandus est iuxta stylum curiæ in qua eius causa est tractanda.
143 Citationes sunt fiendæ in locis publicis & consuetis.
144 Citari qui potest personaliter, per edictum citari non debet, alias per iudicem appellationis potest infringi processus.
145 Iudex non debet nimis animòse procedere.
146 Nocens primo, præsumitur nocere secundo.
Remitti quis non debet coram iudice suspecto.
147 Iudicis recusatio non tollitur in iudicio, extraordinario.
148 Sententia etiam Imperatoris, sine citatione legitima lata. nulla est.
Iudicium nullum redditur, etiam in extraordinariis, omisso qualitatis ordine & nu. 150.
149 Sententia condemnatoria super inquisitione inualida ferri non potest, sed debet inchoari nouus processus.
Exceptio ineptitudinis reddit impossibilem pronuntiationem.
151 Citatio quando fieri possit per præconem.
152 Iudex ad quæ attendere debeat ante, quàm contumax condemnetur.
Iudex tenetur de innocentia rei contumacis sollicite inquirere.
Coactus fugere minis inimicorum, non dicitur cõtumax nec damnari potest.
Statutum fingens contumacem pro confesso, quomodo debet intelligi.
Crimen læsæ maiestatis non cadit in eo qui non est de regno.
153 Officialis proclamare non potest bona accusati. & nu. 154.
155 Sententia contra absentem lata, & postea confirmata arresto, an suum sortiatur effectum.
156 Rei nomen quãdo dicatur receptum inter reos.
157 Exceptio dilatoria dicitur, quæ est finis non recipiendi.
158 Exceptio peremptoria dicitur, quæ est finis non procedendi.
159 Iudex contestata lite super exceptione quomodo pronuntiare debeat, remissiue.
160 Aduocatus interuenire potest, ex eo quod delictum amplius est impunibile.
161 Procurator causas absentiæ allegare potest faciendo iuramentũ quod fuit missus ad hoc allegandum. & nu. 162.
163 Excusationibus negletis a iudice processus est nullus.
Iudex auferẽdo dilationes, aufert actori ius suum & reo defensionem, ex æquitate naturali.
164 Absens in criminalibus, appellans, vel petens restitutionem aduersus sententiam, tenetur personaliter comparere. & si admittitur procurator, processus est nullus. nu. 165.
166 Accusatus absens veniens ante sententiam vel post deferendo indulgentiam. aut gratiam eius bona recuperat.
167 Iudex putans se posse melius veritatem criminis percipere ex præsentia rei, potest semper dicere procuratori, nolo te admittere, sed volo reum principalem, vt aspectu videam, qua fronte, aut trepidatione loquatur.
168 Compositiones promothorum vetitæ sunt.
169 Iniuriatus contra iniuriantem an possit in testem produci.

Rei

Confessio

Art. I.

1 ROCEDERE † extraordinarie est auferre substãtialia iudicij iure ciuili introducta, vt annotauit Bart. in extraua. ad reprimendum verbo. figura collat. 11.

Art. II.

2 Quæ † substantialia possunt cõtrario statuto tolli. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure iu. not. Bal. in l. j. C. quo. & quando iud. & in l. ne diu. C. de pœ. Vel dic quod princeps habet arbitrium in sanguine mali hominis. ad Ro. 13. c. l. j. in fin. C. de sum. tri. Vel dic quod consuetudo curiæ Franciæ de qua meminit Spe. in ti. de appellatione. § nunc breuiter. Habet potestatem in sanguine hominis. l. Saecularij. §. sunt quędam. ff. de extraordi. cri. vel dic quod multitudo delinquentium fuit causa ordinationis

tionis condendæ. Gen. vi. cap. Videns autem deus quod multa malitia hominum esset in terra, &c.

Art. III.

3 Non † tñ tolluntur ea quæ sunt naturalia, seu gentium, inducta naturali ratione exemplum habes de sententia imperatoris cassata, quia fecerat contra naturalem æquitatem cle. pastoralis. De re iudi. in. §. Cęterũ ibi q̃ a iure prouenit naturali.

Art. IIII.

4 Tenet † Io. And. in cle. Sæpe. in verbo. faciendum de verbo. signi. secundum ius pronunciari debere. Forte facit contra. l. Hodie. ff. de poen. Item facit. quia extraordinarium non concurrit cum ordinario, maxime quando extraordinarium est contra ius commune, vt declarat Gandy. In rub. quomod. de malefic. cognos. per inqui. Item facit, quia quando principalis causa est summaria omnes articuli in ea tractandi etiam sunt summarij. Bart. versi. consi. lxxiiij. viso statuto. Sic videtur concludendum poenas omnes in regno esse arbitrarias.

Art. V.

5 Per † ordinationes regias semper requiritur q̃ procedant informationes do. glos. consuet. Bur. fol. 58. l. fin. C. de exhi. re.

Art. VI.

6 Interpretatione † adiuuandũ est, quando reipublicę vtilitatem continet. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquil. c. ad hæc, extra de rescript.

Art. VII.

7 Nisi † accusatus deprehenderetur in flagrãti crimine. l. si quis, et l. interdũ. §. j. ff. de fur. Nisi metus esset do. gl. consue. Bitu. ti. de iurisd. om. iudi. in verbo formelle. c. si clericos, de sententia excom. lib. 6. Nisi accusatus habitaret in hospitio eiuscemodi enim homines alterum pedem in staphio semper habent Ias. in. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. co. alios casus, vide per Guilhelmum. in Spe. titu. de accu §. ij. pro redditis acceptis.

Art. VIII.

8 Hoc † tamen erit periculo fisci. vel partis. Ordinationes Ludouici regis.

Art. IX.

9 Pars † priuata non potest accusare in Regno nisi ciuiliter Guil. bene. in cap. Rainutius. verbo mortuo. 1. nu. 200. de testi.

Art. X.

10 Per † hoc cessat. §. j. inst. de publ. iudi. etiam cessat inscriptio ad poenam talionis, sentit Bart. in l. ij. §. iiij. post But. ff. adult. quum locum accusatoris habeat procurator reg.

Art. XI.

11 Nisi † in crimine falsi in aucten. de quęstore versicu. super hoc. in. §. fi. verbo & qui. colla. 6.

Art. XII.

12 Nisi † sit collegium vel communitas. Iacob. de Beluiso in sua practica titulo de informat.

Art. XIII.

13 Nisi † vbi maritus accusaret ad perditionem dotis, c. tue. de procu. glo. in. l. quamuis. C. de adul. Guil. bene. vbi supra verbo mortuo num. 175.

Art. XIIII.

14 Cessat † sena. con. turpi. introductum contra accusatores ab accusatione desistentes, cessat pariter titulus de abolitione generali, quia nemo necesse habet impetrare vt desistere posit ab accusatione.

Art. XV.

15 Non † potest iudex procedere absque vocatione procuratoris regis, do. glo. consue. Bu. fo. lviij. c. de manifesta. ibi quia dum accusatoris persona constituitur, iudiciaria potestas amittitur. ff. ij. q. j.

Art. XVI.

16 Per † hoc cessat. l. congruit. ff. de officio, præsi, & c. j. de offic. ordi. quia iudex non potest procedere motu proprio, sed solum inquirit ad fisci denunciationem seu accusationem. l. diuus. l. ij. ff. de custo. reo. In regno proceditur sola via inquisitionis. Guilel. bene. eod. verbo mortuo. nu. cc. & sic extraordinarie. Bar. in extraua. ad reprimendum verbo. inquisitionem in princ.

Art. XVII.

17 Ibi † ponit Guil. rationes quare priuatus non potest accusare, adde quia officiariorum relationes melius audiuntur. d. l. diuus, &. l. fin. C. de offi. vica.

Art. XVIII.

18 Vbi † crimen est attox requiritur acerrima indagatio l. vbi. C. de fal. maxime si fuerit Clandestinum. Bal. consi. lxxvij. par. iij. Ad euidentiam præmitto.

Art. XIX.

19 Tunc † vagari non oportet. l. Prętor. ff. de iniu. quia a principio magis fauendum est offenso.

Art. XX.

20 Læsus † adeunda est c. tua nos. §. j. de ho. & cap. prælatis. eo. in vj. effectum habes. in. l. j. in fin. & l. ij. & iij. in. §. j. ad sille.

Art. XXI.

21 Oportet se recipere † ad locum homicidij, quia vbi quis repetitur occisus, & ibi præsumitur occisus, & non alibi. Bart. in. l. ædiles. ff. de via pub. idem dicit de furto. Ange. in ope. male. verbo fama, & Bart. in l. fi. ff. de quæstio.

Art. XXII.

22 Etiam † die feriato in honorem dei. l. ij. ff. de fe. ibi. aut vt aspectu atrox iniuria eximetur, glo. & Bar. in. l. fin. C. eo. facit. l. prouinciarum. C. eo. etiam facit, quia hæ solennitates feriarum inductarum in honorem dei, sunt inductæ iure ciuili, vt dicit Bart. in. l. filiusfa. ff. de dona. Et Spe. eod. titu. de fe. ibi valet consue. cu. Fran. quæ omnibus diebus etiam feriatis ius reddit, glos. & Bart. in. l. xl. C. eod. in. l. iij. C. de epis. audi. quod potest torqueri.

Art. XXIII.

23 Oportet † scribere locum vulneris. Bart. in. l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. effectum habes vt per Bal. ad Spe. in rub. de libel. cõcep. in mag. addi. ibi vt si intentata qualitas quæ maiorem pęnam inducit.

Art. XXIIII.

24 Vulnera mortalia & † non mortalia notanda sunt. Bart. in d. l. fi. de quæstio. quod obseruat consuetudo totius mundi. Angel. in. l. Si in rixa. ff. de sica.

Art.

Art. XXV.

25 Nam † si negligentia vulnus mortale reddatur vulnerans tenetur de vulnerato tantum.l.Qui occidit.§.fin.ff.ad l.Aquil.c.significasti.de homici. Bart.in tract.de percussio versi. Si ergo non mortifere vulneratus, Bald.consi.cxxxvj.Proponitur.ij.par.

Art. XXVI.

26 Nisi † sit vulnus illatum in homine non sano bo. text.in l.qua actione.§. sed & si quis seruum ægrotum.ff.ad l.Aquil.vel nisi coniunctio vulnerum non mortalium mortem induceret, Bart.in d. l. Si in rixa. ff. de sica. ideo caueat reus ne primum proponat.

Art. XXVII.

27 Alius † effectus notatus ẽ in d.lege.si in rixa.Nã primis qui interfuerunt & non mortaliter vulnerarunt nec ex ꝓposito opus esset remissione,alias si ex proposito, tenentur de vulnerato,& de auxilio simul, vt puniantur eadem pœna, Et aliis qui vulnerarunt mortifere opus esset gratia,quæ dicitur de delicto, quod requirebat punitionẽ ad mortem:remissionem vero quod non requirebat, do. glo.consue.Bur.fo.50.

Art. XXVIII.

28 Præterea † ait Bart.in d.tract.de percutio.accipe chirurgos,quia si dubitetur de vulnere an sit mortale,vel non,remittendum est iudicio medicorum. & eorum testimonio secundum Odofr.quem citat Bart.in prohæ.ff.

Art. XXIX.

29 Vbi † plures non reperirentur,vnus sufficeret, vt concludit Bart.in d.l.si in rixa.ff.de sica.

Art. XXX.

30 Relatio † debet fieri postquam Iudex cõmisit & interrogauit chirurgos l. semel.C.de re milit. do.glos.consue.Bitur.titu.de iurisdict.omni. iudi. versi. aliter in additione.

Art. XXXI.

31 Prius † inquirendum & generaliter quis patrauit maleficium Guil. bene in verbo mortuo.j. nu.ccij.in d.c.Rainutius de testa.

Art. XXXII.

32 Tunc † adeundi sunt vicini vt consulit Bar.in l.si.ff.de quæstio.ibi iudex debet mittere vicinis, nam debent scire verisimiliter potius quam alij l.si vicinis C.de nup.

Art. XXXIII.

33 Aut † domestici.l verba C. de adult.l.dominus ff.loca.l.consensu.§.super.C.de repu. Oldra.consil.lxxviij.in crimen.

Art. XXXIIII.

34 Vel † socij ipsius qui læsus est Bar.in l.si quando in si.C vnde vi.ibi per familiam & socios , in rure facto delicto, non requiritur tam stricta probatio violẽtiæ.Deut.xxij.c. l.j.§.si quis in villa. ad Sylla.ff. Albe.in ij.par.sta.quæst.lxiiij.Et nouissime bene practicatum fuit Tholozæ contra do.de ch.proscriptum propter homicidium in rure factum , tunc admittuntur testes inhabiles vt docet Hyppolit.singula.lxxiij.plures,quando veritas aliter sciri non potest.

Art. XXXV.

35 Recipe † Omnes testes in informationibus. Bald.in l.j.C.de sum.trin.post Oldra.nam iudex (qui magis scire debet an fides adibenda sit testibus l.iij. ff.de testi.) postea habet inquirere an sit punibile.Bal.in l.data opera.C.qui accu.nõ poss.

Art. XXXVI.

36 Testes † non interrogantur an sint honesti.gl. in c.quum causam de testi.

Art. XXXVII.

37 Si † tute ire non possis , aduoces illos a quibus vis inquirere c. ex parte extra de appella. c. accedens. vt lic.non constat.

Art. XXXVIII.

38 Informatio † quæ fit contra communitatem est facilis, quia delictum est semper notorium. gloss. in cap.j.de offi.ordi.secus contra priuatos. Bald. in titu.de pace constan.

Art. XXXIX.

39 Docet † formam informationis per inquisitionem generalem. Bald.consi. lxxvij. par. iij.ibi præmitto quod quædam sunt quæ non possunt contingere nisi vno modo, vt si q̃s reperiatur occisus gladio quędam pluribus modis. Exempli gratia quidã reperitur submersus in Sagona prope Athanacum , nam potest esse quod natando vel naufragio, vel cadendo de equo periit, vel potest esse quod ibi proiectus fuit ab inimicis , recurendum est ad considerationes intellectus,& ire per semitas & circunstantias vtrum ille erat consuetus se balneare necne , & vtrum haberet inimicos , & quales,necne & vtrum ibi sint latrones, nec non, talia enim præsumuntur,quales sunt homines, & plures alias considerationes desuper fiendæ Bar. in l. fin.ff.de quæstio.& in l.ij.in princ.ff.de fur.

Art. XL.

40 Hæc † forma inquirendi approbat consuetudinem Franciæ in titulo de pœnis vbi mentione faciens de eo qui suspensus reperitur de igne loquitur qui tribus modis inferri solet, Bal. audit lieu, primo vi diuina seu fulmine.ij. malitia humana. iij.negligentia habitatoris.Et in hoc casu oportet cuncta rimari l.iudices.C.de iudi.

Art. XLI.

41 Exhibẽdum † est corpus mortui testibus,sępe.n. eius habitus cognoscetur l.stigmata.de fab.Et ibi Angel.de Peru.de eo qui reperitur mortuus,cuius facies est deuastata. facit.ff. ad exhi.l.v.§.si quis noxali, Herus per asinum dignoscitur l. si Pamphilo.ff.de optio lega.

Art. XLII.

42 Exhibitio † in criminalibus habet locum ad recognoscendum.Bart.l.ij.ad exhi.C.

Art. XLIII.

43 Et † in eodem habitu in quo reperitur glos.& Bal.in c.cum causam,de testimonio.extra vbi dicit idem de re furata.

Art. XLIIII.

44 Vt † antequã ventum sit ad quæstionem,liquide constet de maleficio.l.j.§.illud autẽ ad Sylla. ff.& fructifere per Bar.in tractatu testimo.c.mortuum , ibi in maximis vero causis vbi hominis vita periclitatur,vt si de homicidio accusetur,vel de puniendis seruis,qui non iuuerunt Dominum. vel de torquendis eis pro homicidio inueniendo

lege

lege cautum est quod debet constare, & liquere hominem interemptum, id est, liquido apparere, & dicit glo. in c. dilecti. ibi postquam constiterit de violentia, extra de foro compe. aliter cessaret maligna suspicio. l. si quis legatū, versi. cæterū. ff. de fal. l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fi. ei. nam proprie delictum est præparatio pœnę. ff. de verb. signi. l. aliud est fraus & habes in passione Ioannis. Nullam inuenio in eo causam. Vnde dicebat Bal. in ti. de pace constan. post Inno. quādo causa seu delictū est fundamētū iurisdictionis oportet causam esse veram & discussam, alias iudiciū est ipso iure nullum, & dicit glo. in c. discernimus. iij. q. ix. ibi qd semper liqueat de causa, et facit, quia in maleficio sunt extrema duo. s. percussus, & percutiēs, vt not. Bal. in c. cum causam de testib. ver. porro.

Art. XLV.

45 Vt † etiam si accusatus confiteatur delictū puniatur confessiones reorū pro exploratis facinoribus habere nō oportet, si nulla ꝓbatio religionē cognoscentis instruat. l. j. §. diuus seuerus. ff. de quæstio. facit glo. in c. j. de confes. extra. & Bal. in rub. eo. ad Spec. ibi & de facto liquet, & ibi si autem non constet de corpore secus glo. in l. fina. in fi. C. de quæstio. intelligit verbum confessiones scilicet de se factas.

Art. XLVI.

46 Vt † etiam testes postea coram iudice sustineāt de commisso maleficio quia oportet quem de crimine confiteri: vel testibus conuinci. l. si quis. C. de episcopis, ibi in conuictos seu confessos, & exponit glo. id est, comprobatos per testes, & l. lege Cornel. ad sille. ff. l. qui sententiā. C. de pe. vel testibus, superari. l. ij. C. quorum appel. non recip.

Art. XLVII.

47 Nam † etiam informationes fiunt parte nō vocata & sic non faciunt fidem. l. si quando. C. de testib. not. Ang. in opere malefi. in verbo fama. & Bar. in l. fi. ff. de quęst. & Saly. in l. fi. C. eod.

Art. XLVIII.

48 Nam † etiam mors in istis maleficijs vbi agitur de vita hominis, probatur per visum, vt declarat magister iuris Bar. i tract. testi. c. mortuū, vbi fortius dicit, sed & si testis dixerit quod eum sepeliri vidit, hæc sufficere susceptum est, multo fortius si deponerēt quod viderūt cadauer in feretro coopertum linteis vel pannis inuolutum, vel a tergo se vidisse, vt dicit Bar. c. sequenti, nam Paulus respondit quod per imaginem recognoscimur, tamē limita prædicta de visu, vt per Bart. in d. c. mortuum. versi. sed si quis viderit in mare, in sagonā, vel Rodanum proijci corpus quod nunquam postea reuisum est, testis de illius morte recte testificatur licet non viderit mortuum, & habetur eleganter per Bal. in c. quum causa. col. v. in prin. de testi. Item si quis viderit quem in carcere claudi, vbi nihil erat ad victum, & carceris custos fuerit ita quod eidem carcerato aliquid quod ipse non vidisset inferri non potuit post aliquot dierum cursum, certum enim est post illos actus quam medico tempore victurum, & salutis nulla indicia superesse, coadiuua hanc doctrinam per aliam Bar. in l. ij. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testa. ape. ibi quia vidit decapitari, vt contigit alteri apud diuum Georgium prope crucem sableti, & similia quæ de necessitate mortem concludunt.

Art. XLIX.

49 Præterea † fuge dictum Bal. in addit. ad Spe. titu. de sententia in fi. quando tractat de confessione Titij confitentis se occidisse quendā, cuius nomen ignorabatur, & ipsum proieicisse in mare, vnde corpus apparere non potest, quod potest condamnari, si cum confessione cōcurrat fama. Car. ad famam Baldi respondet Bar. in d. c. mortuum. & in d. §. si dubitetur, quod fama procedit vbi agitur de leui præiudicio vt de hæredita. hic autem secus, vide Augu. Arimi. ad Angel. in verbo fama. ver. adde. quod Gandi. qui per alia iura recedit a Baldo, vel aliter respondeo secundum Bart. in l. fin. j. col. ff. de quæstio. quod talis fama est tantum sufficiens ad inquisitionem, & hoc tenent practici, vt dicit do. Gandi. in rub. quę ad famæ proba. ver. secundum opiniones quorundam, &c. apud quos ratio exemplis comprobatur. l. j. per totam. l. ff. de quæstio. potissimum in regno, vbi his scriptis, in causis sanguinolentis non vtimur, ideo bene recurrimus ad maiorum exempla. l. de quibus, in prin. ff. de leg. quæ exempta nobis præiudicant. Old. consi. cxxiiij. in fi. quod remissio.

Art. L.

50 Vt † minus subintremus indirectam, si aliter iudex faceret esse abusus. do. Guil. bene. in c. Raynutius verbo mortuo. j. nu. cccxlviij. et nu. ccclxj. ver. ij. de testa. & ita docte opinatus est do. Hugo. de podio locum tenens particularis in processu filij de la guye, dicebat enim legimus aliquos confessos occidisse, qui postea viui reperiebantur, & dabat exemplum de quodam, & aliud in l. inde Neratius §. fi. & l. seq. ff. ad l. Aquil. Et aliter exēplum in l. j. §. fi. ff. de quæstio.

Art. LI.

51 Per † præscripta forte tenerem contra Hippol. in l. de minore. §. plurimum. col. xij. ver. & in istis criminibus teneas menti. ff. de quæst.

Art. LII.

52 Sed cogita † dictum Pauli. Non ignoramus cogitationes satanæ qui quos nequit consentiendo decipere, facit nimis asperos, scilicet suadendo nimiam seueritatem. §. præcepta. xxiij. q. iiij.

Art. LIII.

53 Intellige † Bal. nisi confitens esset homo malæ vitæ & famæ, & habiliter potuerit proijcere illud corpus influmen, quia stabat prope mare, vel istud flumen sagonæ vel rodani in perpetrando delicta. Et sic practicatum est Florentiæ contra quosdam grassatores qui prope quendam lacum habitabant & confessi multa latrocinia & homicidia ad mortem condemnati sunt vt recitat August. Ari. post Angel. in verbo. & vestem cœlestem in trac. malefi. Practicatum quoque est Mediolani vt alleg. d. glo. consue. Bur. fo. 58. ibi de illo massario qui occidit dominum suum ꝓpe lacum, per arrestum quoque practicatum est contra Claudium Robertum & eius vxorem telifices qui habitabant super Rhodanū in viro de fagroslee q torturā receperūt, qa illa mulier p fene

ſtram inuitauerat quendam qui ex poſt viſus non fuit, Præterea caue a muliere quæ inſidiatur in via quaſi latro, vel intellige Bald. in notorio ſeu fama homicidij antiqui, vt fructifere per Io. And. in addi. ad Guil. in titu. de noto. crimi. §. iam de noto. col. vj. in fin. addi. quæ incipit, vt noſtrum et eundem eod. tit §. fama. verſi. reprobatus. & ver. exceptionem, tamen adhuc formidaret iudex timoratæ conſcientiæ propter exemplum Dei, qui licet omnia apud eum eſſent notoria, tamen dicit Gene. xviij. Deſcendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, & exponit concilium generale in c. qualiter. ij. de accu. clamorem, id eſt famam.

Art. LIIII.

54 Et † quæ dicta ſunt antea de homicidio extende in furto, quia tu iudex debes verificare prius furta, ſicut fecit ille diligentiſsimus Ioſue. vij. cap. qui noluit Acham de furto condemnare, ſed prius miſit milites curię in domum illius vbi cũcta repererunt abſcondita ſimul argentum & aurum. Idem tenet Bartol. in l. ſi quando ibi certe oportet prius conſtare furtum factum eſſe. C. vnde vi. & Bald. in auten. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. & dicit Bartol. in l. Si quis teſtibus, in fin. C. de teſti. quod debet fieri exumatio corporis occiſi vt inſpiciantur vulnera. & in l. contra negantem. C. ad legem Aquil. & in rub. de probatio. ad Specu. verſi. Cuilibet perito: Et dicit Angel. in opere maleficiorum. verbo. & veſtem cœleſtem, ꝙ debet eſſe iudex cautus ne damnet animam & corpus ſuum, ſed debet deſtinare nuncium ad habendam informationem in loco pro veritate, & in reperiendo furta, ita quod appareant quæ diſtraxit, quæ pignorauit, & quæ penes eum habet.

Art. LV.

55 Vel † debes inquirere de furto eo modo quo docet Bartol. in l. Si quando, in fin. C. vnde vi. & in l. j. §. j. ff. de furt. aduer. nau. caupo. & Spe. in titu. de furto in fin. & in titu. de pigno. §. j. & Bart. in l. Si quis. §. an vero. ff. de eden.

Art. LVI.

56 Sic † remanet reprobata, gl. in l. inde Neratius. §. fin. ff. ad leg. Aquil. ibi alias ſatis erit ſi confiteretur occiſum & a ſe, &c.

Art. LVII.

57 Sufficit † quod de corpore occiſo conſtet. Bald. in l. Quoties. §. ſi quis. ff. de hæredi. in ſtipula. vbi refert exemplum de quodam qui occiderat quendam cuius nomẽ ignorabatur, qui poſtea fuit miſſus ad furcas. Habes gloſ. ordinariam in §. Libellorum. ij. quæſt. viij. quam commendat Bald. in c. at ſi clerici. de iudi. extra & ita ſe vidiſſe practicari atteſtatur Ang. in l. j. §. interdum. ff. ſi pars hæred. peta. Et bene pondera text. in l. j. §. illud autem ad Sylla. ff.

Art. LVIII.

58 Item † de furto, quia ſufficeret quod de ipſo conſtaret licet non appareat, cuius res eſt decepta, Bal. in auct. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. Et Ang. in opere maleficiorum, verbo veſtem cœleſtẽ, & ita vidit practicari Ang. in alle. §. interdum.

Art. LIX.

59 Vide † Angel. Are. in. §. Quadruplici. inſtitutio. de actionibus. Inquiſitionis modum contra accuſatum qui aufugit, & cuius nomẽ ignoratur, quia eſt inquirendum de ſignis, vt quia eſt claudus in tali gamba, vel habet talem manum aridam, & eſt breuis ſtaturæ, ruffus, vel habet tale ſignũ in facie, vel aliud in perſona, etiam eſt inquirendũ ſi eſt iuuenis vel ſenex, quia per aſpectũ ætas probatur. Bart. in l. j. de mendi. vali. lib. xj. C.

Art. LX.

60 In † informationibus non eſt neceſſarium iuramentum teſtium per rationes glo. in c. quum cauſam. de teſt. vide Spe. in titu. de teſt. §. j. ver. quid ſi idem, cum ſeq. Audiui ſuper hoc arreſtum.

Art. LXI.

61 Inquirendũ † eſt de qualitate l. omne de re mili. ff. & eſt delictum qualificatũ, & ſic magis execrabile. Saly. in l. pe. C. de ſica. nam qualitas delicti punit quem magis vel minus. d. glo. in. §. libel. ff. de pœ. l. aut facta.

Art. LXII.

62 Inquirendum † eſt etiam de die, aut nocte delicti, quia non licet vagari cum diſcrimine alterius d. glo. quod ſatis æquum eſt, Bar. in l. is qui. ff. de pub. iud. varios effectus habes, quia mortuus poſt triduum pręſumitur mortuus ex vulnere not. C. de emend. ſeru. tempus plerunque eſt cauſa condemnationis veri vel falſi. Nellus in tracta. de teſtib. cap. perfodi. de homi. Item facit quia teſti interdum derogatur ex tẽpore, vt dicit Bartol. in tract. teſti. c. Titium. & Bal. in l. Arethuſa ff. de ſtat. homi.

Art. LXIII.

63 Aliter † eſſet tanta incertitudo quod auferretur copia defenſionis quæ ex æquitate naturali eſt cle. paſtor. de re iudic. nam accuſatus vix poſſet probare negatiuam ſuam, vel ſuum alibi, ad quod probandum admittitur per ordinationẽ Ludouici Regis. xij. art. iij. Adhibebitur omnis diligentia quæ ampliores informationes requirat, &c. aut per verificationem de Alibi, aut aliud factum ſi quod admittatur pro aut contra incarceratum & per talem ordinationem dicebã quod deceret audire, & quod deffenſio pertinens & admittenda eſſet qua talis dicebam enim verba formalia Io. And. in addi. ad Spe. tit. de teſti. §. ſępe. in j. addit. ibi peroptime poſſum probare directe cõtrarium, ſcilicet fuiſſe occiſum a Titio, abſque eo quod illum occiderim, etiam dato quod fuerim pręſens, & dicit. Spe. in ti. de probat. §. ij. in princi. poſſum enim probare quod alius eum interfecit, & eſt melior tex. in l. j. §. fin. ff. de quæſtio. vbi præſes ille Vocomius ſaxa humaniſsimus inquirendo, bene cognouit de confeſsione primitiui qui confitebatur occidiſſe illum quem alius occiderat, ſed cognoſcet curia parlamẽti de ęquitate, vel iniquitate præſid. vt dicit Saly. in l. abſentẽ. in prin. C. de accu. Curia. n. parlamenti proprie in regno lilij eſt mater oppreſſorũ, conſolatio deſolatorũ, via iudicũ errãtiũ, et ſalus oĩum in ipſa recte ſperãtiũ.

Art. LXIIII.

64 Quod † alibi ꝓbatur ꝑ abſentiã in negatiua ſcilicet

licet per determinationem loci & diei l. Optimã, in fine. C. de contrahen. stipu. Bal. consi. cccccxv. parte quinta. & consi. cclix. par. j. no. in l. panto. §. rei. de acqui. hęr. ff.

Art. LXV.

65 Tunc † testes sic deponentes de alibi, seu negatiua visu affirmata & coarctata præferuntur aliis testibus affirmantibus etiã dignioribus, quia stant pro reo, vt decidit glo. in c. cãm clerici. lxxxj. di. maxime in causis sanguinolentis. vt declarat do. Ias. in l. vt vim, in princip. ff. de iust. & iur.

Art. LXVI.

66 Et † quod tale argumentum supra factum de ordinatione accommodum sit proposito. Nota quę dit. Bart. suo consi. cvj. exor. statuto castri plebei, ibi casus in quibus his scriptis non vtimur, bene recurrimus ad simile statutum.

Art. LXVII.

67 Iam † dicta de die sorte procederent in crimine non reiterabili, vt homicidio secundum glo. in c. nihilominus iij. q. ix. vel delicto recẽti per doctrinam Cyn. in l. prędia. C. de fideicõ. vel quando tractatur de vno delicto quod proponitur vno loco & tempore factum esse, vt tradit Pet. de Anch. consi. cclxxviij. exordiente ex prædicta & Bal. ad Spe. in rub. de test. versi. testes variantes, &c. quia tunc nõ possunt concordari, vt dicit Guil. in Spe. eo. ti. §. iam versi. quid si vnus, cum sequen.

Art. LXVIII.

68 Locus † delicti est describendus Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniu. primo quo ad pęnã augendam secundo vt puniatur vbi delictum est commissum c. inter, de pur. c. locus ad angulũ non restringitur. ff. vnde vi. l. j. versi. ibi autem.

Art. LXIX.

69 Etiam † locus loci, Exempli gratia delictum commissum est in cambiis ante ædes bestiarũ. Spe. in tit. de accu. effectum habes, quia sex differentię faciunt testem singularẽ, primo locus &c. Bal. ad Spe. in rub. de teste, & in l. testium. C. eo & glo. in cap. nihilominus iij. q. ix. ibi fuerunt illi testes de Susanna reprobati, quia dixerant quod in eadem hora, & diuersis locis commissum erat adulteriũ, sed verisimiliter non poterat committi in pometrio sub pruno, & sub cyno eadem hora.

Art. LXX.

70 Informatio † debet fieri secrete glo. in l. si qñ. C. de testi. Ioan. Fab. in. §. j. insti. de pub. iudi. propter timorem fugæ vel subornationis, quæ subornatio tunc pręsumeretur vt vult Ioã. And. ad Spe. titu. de teste. §. nunc in fi. ibi propter publicationẽ examinationis. Art. LXXI.

71 Punietur † testis dictũ suum reuelans l. qui falso. ff. de poe. Bal. in l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. ibi, dicitur proditor, ne ex istius dicto alij testes subornentur vt dicit Spe. in ti. de teste. §, sequitur, ideo iuret quod non reuelabit.

Art. LXXII.

72 Testes † debent dicere veritatem pro vtraque parte. Bal. Saly. in l. nimis graue C. de testi. glo. in. §. in criminibus, in auten. eo. colla. vij.

Art. LXXIII.

73 Aliter † possunt compelli c. super & c. peruenit. ij. de testi. Roma. singul. cccxcviij. Guil. in Spec. titu. de inqui. Art. LXXIIII.

74 In dubio † sufficeret nominare accusatum per eius nomen singulare vt ait Ame. iusti. in trac. syndi. in prin. & Bal. ad Spe. in rub. de libel. concep. in mag. addi. ver. xj. sed pone ibi de mala casa, q̃ fuit in signis latro. Art. LXXV.

75 Omittunt † cauti iudices in processu apponere aliquam demonstrationem, vt teneatur reus allegare eius priuilegium, Auffre. q. capel. clxiiij.

Art. LXXVI.

76 Sæpe non posset eum reuelare † demonstratio Bal. consi. ccclxiiij. par. iij. Loquens teste de Regina Aragoniæ quæ torsa fuit, & in regno reatus, honorem excludit. Guil. Bene. in c. Raynutius in verbo mortuo. j. nu. ccxxij. de testatione, immo qualitas accusati aliquando pœnam auget l. aut facta. ff. de poen. Art. LXXVII.

77 Inquirendum † est de causa maleficij, nam qui habet potestatem in præparato, scilicet homicidio vel furto, habet etiam in connexo præparante. cap. præterea de offi. deleg. l. ad rem, & l. ad legatum ff. de procura.

Art. LXXVIII.

78 Et † hoc fit vt sciatur si an dolo vel culpa factũ sit l. verum ff. de furto Fely. in c. cum causam, extra de testi. & Bal. in l. & si seuerior. C. de infa. est enim casus declaratio & iudex fortunatum. ff. de negoti. gest. l. sed. §. j. l. ij. §. initium. ff. de ori. iur. & Bal. in l. solam C. de testi. accidentia magnã partem conferunt ad cognoscendam veritatem.

Art. LXXIX.

79 Debes † inquirere cum quo instrumento percusserit l. eum qui ibi in calcis ictu C. de sica. c. significasti. l. ij. de homine extraneo effectũ habes per Bart. in tractatu de percussio. ibi non autem est verisimile quod occidere voluerit qui pugno, calce, gleba, baculo, vel lapide paruulo percusit, & Bar. in l. j. §. diuus. ff. de sica.

Art. LXXX.

80 Etiam † debes inquirere si ex interuallo vel in cõtinenti percusserit. l. raptores. C. de epis. & cle.

Art. LXXXI.

81 Et quot † vicibus percussum est, reiteratio inducit propositum, & deliberationem. Bal. consil. 312. visis. 4. not. do. glo. consue. Bur. fo. 49.

Art. LXXXII.

82 Scribenda est forma auxilij. Bar. in l. qui seruo. §. si duo. ff. de furto. auxiliatur quis quatuor modis, Primo ad ipsum crimen ordinandũ. Secundo in ipso actu criminis ad ipsum perpetrandum. Tertio post crimen ad ipsum cõtinuandũ. Quarto ad delinquentem euadendum tamen punietur iste nõ de auxilio, sed pœna. l. j. C. de his qui latro. vt dicit. Bar. in l. furti. §. ope. ff. de furt. dit. Bar. in l. j. C. de ser. fugi. quod quondam in Gallia annullatus quidã processus quo dicebatur filium patri & seruum hero præcepisse allegat et in l. ancillæ eod. ti. de altero processu criminali cõtra tres formato quo dicebatur quod alter, alter opem tulisset. Item caueas ne processus sit obscurus, nam tunc accipiendum est quod est vtilius. Bar. in tract. de ordi. iu. & in l. non solum. §. sed vt probari, ibi vt a delicto

licto excuset. ff. de ope. no. nun. Item deuita ne processu sit incertus, nec capiat duplicē intellectū vide Hyppol. latissime in rubri. de prob. fo. xlij. vers. scias etiam &c. facit c. in præsentia extra de testi.

Art. LXXXIII.

83 Magna † suspicio est ad informandum contra vxorem quæ tacet de morte viri in domo interfecti, vt præsumatur culpabilis, exemplum tradit Paris de Puteo in tract. sindi. fo. cclix. ī c. tortura.

Art. LXXXIIII.

84 Est † etiam suspitio ad informandum contra eum qui fiscum maxime sollicitat vt inquirat de delicto quod se nullo modo spectat. Hip. ī l. vnius §. seruo. per illum text. ff. de quæst. Recitat duo exēpla rei cōuenientia Paris de Puteo fo. clxviij. in c. tortura. facit gloss. in l. fulcinius. ff. ex quib. cau. in posse. ea. vbi ex dictis suspicio probatur. & in l. j. in fin. C. si quis imper. male. & Hieronymus super Hieremiam, Verbositas persepæ iudicis stomachum mouet.

Art. LXXXV.

85 Alia est etiam suspitio contra eum † qui sæpe visitat curiam, vt audiat quid de crimine dicatur teste Cathone: Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.

Art. LXXXVI.

86 Descriptio † aut inuentarium bonorū accusati, fit duabus rationibus de accu. §. sequitur. Primo, vt fisco adiudicentur. Secundo, vel vt absenti seu non culpabili tandem restituantur. vide Bar. in l. post contractum, circa finem. ff. de donationib. & Saly. in lege prima. C. de requ. re. quod potest fieri ante citationem.

Art. LXXXVII.

87 Tunc debes facere de his publicum instrumentum. Spe. d. loco. l. si quis intra. C. de bon. proscrip. forma describendi est instituta ordinata alle. l. si quis intra.

Art. LXXXVIII.

88 Accusatus † nō ducitur bonis suis priuatus ante sententiam vide Bar. Spec. in d. l. locis, & Aegid. sua conclu. dccxxv. Nisi in crimine læsę maiestatis in l. fin. C. eod.

Art. LXXXIX.

89 Sæpe † occultantur bona accusati si iniuriæ. ff. de iniur. & l. fin. ff. de requi. re. in glo. ibi. id est, sub sigillo poni ne diminuatur.

Art. XC.

90 Tale † inuentarium nō potest fieri per officialē in iurisdictionē do mini temporalis, coustu. Franc. in tit. du cas qui peul toucher, &c. Guil. be. in c. Rainutius in verbo. & vxorem, nu. ccccxxiiij. de testa. do. glo. consue. Bur. fo. lxx.

Art. XCI.

91 Quia † dictum est supra, quod a principio inquiritur in genere. qui faict le delict, & sic forte dormit. c. qualiter. l. ij. de accus. dicit Spec. in titu. de noto. cri. §. j. quod facta generali inquisitione vocādi sunt nominati in ea qui sunt culpabiles vel suspecti vt dicant veritatem & si possint se defendant, & Bar. in extraua. ad reprimendum verbo. inquisitionem in tertia regula ꝙ vbicunq; iudex inquirendo generaliter de malefactoribus, repperit aliquem deliquisse, potest ad specialem inquisitionem descendere.

Art. XCII.

92 Et † eiusmodi specialis inquisitio incipit tunc qn̄ cōmunicatur informatio fisco, cui omnia cōmunicare oportet vt dicit statutum l. ne quisquam. ff. de eden. & dicit Henri. in c. j. de proba. quod ita seruatur in parlamento.

Art. XCIII.

93 Intelligen. in causis ciuilis, nam † in criminalibus non debet initium probationum de domo rei accusator (qui est fiscus in regno) sumere. l. de minore. §. tormenta. ff. de quęstione.

Art. XCIIII.

94 Nisi † essent actus iam recepti in iudicio quis haberet apud se accusatus, vt nota. in l. is apud quem C. de eden.

Art. XCV.

95 Si † fiscus onerare accusatū, acrius ꝙ̄ in informatione caueatur, tenetur de euidenti calumnia. Guil. Ben. in c. Raynutius in verbo mortuo. j. nu. cciiij. de testa. do. glo. consue. Bur. fo. lx. Aufre. q. capel. vj. facit l. diuus la. ij. in fi. ff. de custo. reo, & dicitur calumniator, sicut dicit Bald. in l. Athletas calumniator versi. quæro. in prin. ff. de infa.

Art. XCVI.

96 Ad † expensas dāna & interesse ordinatio Lodouici Regis. xij. ar. lxij.

Art. XCVII.

97 Tunc † potest capi in partem vt priuatus l. qui fundum. §. si tutor. vbi glo. dicit, sic etiam in omnibus est dicendum qui gerunt officium ff. pro empto & Bal. consi. lxj. factum. v. par. quod tunc redigitur ad instar priuati, & in alio cōsi. cccxxix. quidam. iiij. par. quod licet officiū vel maleficiū, sed hoc non videtur verum, quia transgressor canonum non potest a dolo excusari,

Art. XCVIII.

98 Per † dictam ordinationem requiritur decretum iudicis, appellatum sententia interlocutoria l. fi. C. de exhi. re.

Art. XCIX.

99 Si † nihil iudici constaret nihil mandare posset l. hoc autem. ff. ex quibus cau. l. qui accusare volunt C. de eden. neminem sine causa audi prætor. ff. de transact. l. cum hi. §. in causa, vel oportet venire publicum illum denunciatorem, & quod scripserit, exequi, id est ostendere. d. l. diuus.

Art. C.

100 Prius † quam iudex possit accusari negligentia, requiritur quod causa sit instructa secundo qđ interpellatus fuerit not. Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. in infect alias si manducaret excusatur a præsumpta calumnia. Barto. in l. ij. §. si publico ff. de adul.

Art. CI.

101 Econuerso † vide Bal. in l. mācipia. C. de ser. fugi. De vno indice quē vidit condemnari quod retinuisset informationes super quas nollet procedere & dicit Bar. in tract. repre. cap. ad quintum. Tunc pete fieri tibi instrumentum denegate iustitia coram testibus aut in scriptis.

Art. CII.

102 Iudex † potest seruare informationes do. glo. consue. Bur. fol. lviij. Ioann. Fab. in. §. j. institu. de public. iudi.

Art.

Art. CIII.

103 Visa † informatione si vere vel ex cōiecturis cōstet reū culpabilē iudex decernit eandē capiēdū vel personaliter adiornandū secundū qualitatē delicti,& efficaciā iudiciorum. Guil. Bene. in d. c. Ray. de testa. in verbo mortuo. j. nu. ccij.

Art. CIIII.

104 Dicit † Ang. in opere malefico in verbo iudex quod iudex iubet reum capi, ne verbali citatione præcedentes aufugiat.

Art. CV.

105 Vel † capi potest nisi compareat die assignata. Aufre. q. capel. cccij. Item quid si aliquis citatus,& cum decreto vt dictum est.

Art. CVI.

106 Et † dicit Saly. in l. absentem. C. de accu. iudices mittunt capiendum reum si crimen sit tale ꝙ pœna sit corporis afflictiua.

Art. CVII.

107 Seruiens † vulnerans fugiētem, punietur. Bal. in authen. sed omnino. C. ne vxor pro mari. vide Angel. in tract. malefi. verbo. fama.

Art. CVIII.

108 Delinquēs † pr̨ętextu mādati nō excusatur in grauibus. Bar. in l. nō solū. §. si mādato. ff. de iniu. gl. in l. ij. C. de sepul. vio. tñ mitius posset puniri ꝑ l. seruos. C. de vi. pri. glo. in l. ad ea. ff. de re. iur.

Art. CIX.

109 Spoliati, † immunitati ecclesię debet restitui. Bartol. in l. præsenti. C. de his qui ad eccl. confu. Sicul. in c. inter alia, extra de immunitate ecclesia. Sic dictum est per arrestum pro Ioanne Rogerio accusato de adulterina moneta qui captus fuerat in hospitali.

Art. CX.

110 Vbi † nō debent gaudere, officiarij eos capiūt sine alia declaratione per ecclesiā fœda. Auffr. in cle. j. reg. iiij. fallan. xviij. de offi. ordi. et vide practicam Pap. in forma inqui. ver. ex his, dicēs ita seruari in Francia, Alemania,& Italia.

Art. CXI.

111 Tunc † sufficeret executio requisitionis allegat arrestum. Cōsuetudo Francię in iiij. lib.& ēt expresse tenet Saly. in auct. si q̄s ei. C. de adul. i fi.

Art. CXII.

112 Si † officiarij non sint fortiores oportet dimittere accusatum curæ clericorū qui eum custodire debent,& qui non tenentur, si aufugiat, vide Oldra. post Archid. consi. iiij. an fugiens.

Art. CXIII.

113 Intellige † q̄n officiarij erāt in casu in quo debebāt extrahere,& nō extraxerunt; quia isti impedientes fuerunt in culpa, hęc Oldra. vbi supra.

Art. CXIIII.

114 Vbi † posset extrahi, vel deberet custodiri, posset compeditari in ecclesia quia illa instrumenta sunt inuēta ad custodiā. Bald. in l. ij. C. de exhib. re. facit, quia ecclesia nō habet territorium, nisi respectu clericorum. Auffr. d. loco videlicet cle. primo, de officio ord na. & in auctent. quomodo oport. epis. in prin. colla. j.

Art. CXV.

115 Vbi † deberet gaudere non debet compeditari. Guid. par. quæst. cxxj.

Art. CXVI.

116 Qui † occidit præmeditato consilio, non gaudet. c. j. de homici. extra. Gui. par. d. q. do. glo. consuetu. Bur. fo. 57. Guil. bene verbo. & vxorem. nu. ccccxliiij. in d. c. Rayn.

Art. CXVII.

117 Nec † gaudet mandans vel mandatarius qui occidit, vel verberat. c. j. ibi. vel defenderit seu occultauerit, de homi. in vj.

Art. CXVIII.

118 Nec † etiam gaudet qui post delictum ad immunitatem cū arms accedit. l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confugi.

Art. CXIX.

119 Etiam † qui occidit prope immunitatem, quia tunc semper præsumitur quod causa immunitatis consequendæ hoc fecerit. vide Henri. Bohic. in c. ecclesiæ de immu. eccles.

Art. CXX.

120 Nisi † nouis rixis in hoc loco habitis sequutū fuisset homicidium, hæc Henri. vbi supra.

Art. CXXI.

121 Immunitatem vnam offendens, cæteras offendisse dicitur. Henri. vbi supra.

Art. CXXII.

122 Insidiatores † itinerum non gaudent. c. inter. d. immunita. ecclesi.

Art. CXXIII.

123 Si † quis deliquerit longe ab ecclesia, & dū sequeretur fugit ad ecclesiam, gaudebit, quia standum est regulæ. Henri. in d. c. inter.

Art. CXXIIII.

124 Non † gaudebit bannitus diffinitiue, glos. in pragma. ti. de inter. verbo. inde. col. ij.

Art. CXXV.

125 Bannitus † per contumaciam gaudebit, d. glo. inde, casus euenit in parlamento suo tempore.

Art. CXXVI.

126 Immunitas non est in domo episcopi. Rom. in l. plerique, de in ius voc. allegat arrestum consuetudo Francię. in iiij. lib.

Art. CXXVII.

127 De † cōsuetudine nō habet locū dinumeratio triginta pedum circa capellas quę sunt in castris, glo. in c. sicut. xvij. q. iiij.

Art. CXXVIII.

128 Ille † qui occidit transeuntē per vicū absque aliqua rixa fieri habita. non gaudebit immunitate, Guil. bene vbi supra allegat arrestū, in verbo, & vxorē. nu. 444. vide Henricum d. loco c. inter.

Art. CXXIX.

129 Absentem † ff. de pœ. Non habet locū in regno vbi proceditur extraordinarie.

Art. CXXX.

130 Statuta quæ volunt quod absens pōt damnari valent quia d. l. absentem est introducta iure ciuili. Bal. in l. j. C. quo. & quando iudi.

Art. CXXXI.

131 Vidi † arrestū curię cōditionaliter latū contra certos nobiles reos q̄n capietur sic in cle. pasto. de re iud. ibi & si q̄n veniret in suā & imperij fortiā mutilationibus ēt capitis sententiā promulgauit.

Art. CXXXII.

132 Dicit† Guilel. Bene. in cap. Rayn. de testa. verbo. mortuo in nume. clxxviij. vt cesset omnis dubitatio, quod nunquam vidit adijci conditionem quando capietur, sed semper vidit pure condemnari contumaciter.

Art. CXXXIII.

133 Si †tamen sententia esset cõditionalis quando capietur et venerit in fortiã, vt hic Lug. fit dicit, Guil. Be. eo. ver. nume. cxlix. ibi tamen dubito quod hoc nõ seruetur, scilicet quia nõ posset reus inter intestari in regno, & latius firmat ipse d. nume. clxxviij. & sic cessat opin. Bald.

Art. CXXXIIII.

134 Si †absens condemnatus forte capiatur. iterũ super crimine audietur per l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. sicut practicant Veneti, qui procedunt etiam extraordinarie, vt refert Petr. de Ancha. suo consi. cxxxix. ex verbis.

Art. CXXXV.

135 †Vel bene audietur appellãdo, quia in regno in criminalibus semper defertur appellationi. Auffre. q. capel. clxxiij. gl. in pragma. sanctio. ti. de fri. appella. verbo iniuste. c. de priore. de appellatione vbi de pœna iudicis & Pet. de Aurelio in forma de accusa. furti ver. hodie defertur tamẽ appellationi per ordinationes regias in criminalibus in duobus casibus: scilicet vbi agitur de tortura, vel vita, aut membri mutilatione, vel de incompetentia iudicis, quia nulla in mundo potest esse maior nullitas quam illa cle. pastoralis de re iudi. l. procurator. C. de pœn. & tangitur per Bar. in extra. qui sint rebel. in verbo rebellãdo, & quod vltra non sit deferendum appellationi, stricte prohibetur per varias ordinationes, per quas pręcipitur quod perficiantur processus, scilicet ne detur materia dilatandi & subornandi, & si iudex a quo in hoc peccaret, forte iudex ad quẽ posset retinere processum & perficere facit l. si cui. §. ij. ff. de accu. ibi non facile admittẽdum eũ qui semel calumniatus sit; vel bene audietur in casu adducto per Bart. in l. non videtur, in fin. ff. de iudi. vel casu. Io. An. ad Spe. titu. de homi. §. j. ibi subdit etiam: vel in casu. Bal. in l. si quis testibus. in fin. C. de testi. vel bene audietur cum rescripto principis. l. Diui fratres. ff. de pœn. l. j. §. fin. ff. de quæst. vel bene audietur petens restitui ex iusta causa absentiæ, quia tunc non reputaretur contumax imo sententia reuocabitur. l. si prætor. in fi. de iud. de re iud. c. quum Berto. ff. de dam. infect. si finita. §. si forte. Bar. in d. extra. ad repri. verbo neglexerit, vel bene audietur si sententia esset nulla, quia exceptio nullitatis impedit executionem. l. si cum nulla. ff. de re iudic. clemen. pastoralis eo. facit l. si accusatoribus. C. de accu. l. nõ. C. de pla. l. diuus. la ij. ff. de cust. reo. vel bene audietur. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. Spc. in ti. de accu. §. sequitur ver. sed pone. & ibi Io. An. & Alex. in addi. ad Bar. in d. l. diuus. de cust. re.

Art. CXXXVI.

136 Nam †primo debet captus cõtumax & cõdemnatus audiri an sit illa persona condemnata, & si cõfiteatur, proceditur ad exequutionẽ, alias secus, vt dicit Bar. in extra. ad repri. verbo, exequutionem & in l. diuus. ff. de cust. reo.

Art. CXXXVII.

137 Si †autem neget debet iterũ examinari testes in præsentia rei ꝙ hic est homo qui maleficium fecit, ita dicit Bart. in l. inter. §. j. in fi. ff. de verb. oblig. & bene facit tex. in l. raptores, ibi post legitimas probationes. C. de epis. & melior in auct. qua in prouincia, ibi si tamen appareat omnino obnoxius. C. vbi de cri. agi. oport. item facit quia non licet vagari in tanto crimine. l. prætor. ff. de iniur. licet Guil. in c. Rayn. verbo mortuo. i. nu. clxx. de testa. dicat quod post sententiam si capiatur non sit opus nouo processu.

Art. CXXXVIII.

138 Fiscus† nullas dat nec recipit expensas. l. fin. C. de fructi. & lit. expen.

Art. CXXXIX.

139 Expẽse †cõtumaciales (bonã vel malã foueat contumax causam) semper debentur. l. properandum. & l. sancimus. C. de iud. sed curia parlamẽti. reseruat hodie in criminalibus, omnes expensas incidentium diffinitiue, igitur spectandum est q̃d Romæ fit l. de quibus. ff. de leg. Absens debet citari, cle. pasto. de re iud. trina citatione. l. tres. C. quo. & quando iu. vel citatur pro quarta de gratia. c. consuluit, de offi. dele.

Art. CXL.

140 Iudex †tẽpus citationis põt abbreuiare. Guid. Pa. q. ccccxxix. Guil. bene vbi supra verbo mortuo. i. nu. 151. arg. eorũ q̃ tradit Bart. in extrau. ad repri. ĩ verb. per edictũ ibi. quũ illa sit solẽnitas iuris ciuilis.

Art. CXLI.

141 Peremptorium †non est statim mittendum nisi cogat necessitas. glo. in c. de illicita. xxiiij. q. iij.

Art. CXLII.

142 Vel †citãdus est iuxta stilũ curię in qua causa tractãda erit, Bart. in l. j. §. pręsides. ff. de requi. re.

Art. CXLIII.

143 Citationes †sunt fiẽdæ in locis publicis & cõsuetis. Bart. in extraua. ad reprim. verbo publice glo. in c. ij. iij. q. ix. ibi. publice ad domum.

Art. CXLIIII.

144 Si †personaliter ꝑ nũciũ põt absens citari, q̃a forte erat ĩ immunitate eccl'ię, vel sciret vbi eẽt nõ est ęquũ ꝑ edicta, & si faceret grauaret partem ideo ꝑ iudicẽ appellationis posset infringi ꝓcessus, ista dicit Bar. in d. extraua. ad repri. in ver. ꝑ edictũ. & Gui. Pa. q. ccccxxix. alle. Sal. in l. j. C. de re. vide Io. And. ad Spe. tit. de accu. §. sequitur, ver. quid si bannitus ibi vidimus de facto seruari & procedere posse quum nesciretur vbi esset, sed quum sciretur ita quod requiri potest, sonat hoc iniquum, quod illi qui non est contumax banniatur, & ita dictum fuit per arrestum, quia ille renouatus fuit ante alium iudicem.

Art. CXLV.

145 Quia †nimis animose in infamiã ipsius ꝓcedebat iudex, vel quia grauauerat eũ in tali articulo. Auffre. in tract. de recu. arti. xxviij. Ira. n. impedit animum ne possit cernere verum.

Art. CXLVI.

146 Qui † nocuit primo præsumitur nocere secundo

cundo, glo. in l. cassius. ff. de Sena. Coram iudice suspecto, quis non debet remitti. Iacob. de Bel. visu in tit. de fuga reo.

Art. CXLVII.

147 Sic† nota quod in hoc iudicio extraordinario nõ tollitur iudicis recusatio, cum naturalia reseruantur gl. in cle. sæpe. in verbo. litis contestationẽ. de verb. signi. & per Bar. in l. ij. §. si publico. ver. quæritur vtrum contra. ff. de adult. & per Guil. in Spec. tit. de offi. delega. in prin.

Art. CXLVIII.

148 Ad† propositũ dixit Bar. in extraua. ad reprimendũ in verbo & figura, & in verbo. videbitur, qđ sententia Imperatoris qui erat solutus legibus, & qui vigore suæ potestatis tulerat sentẽtiã. cassata extitit, ex eo qđ citatio legitime facta nõ fuit, & quia cõtra naturalẽ ęquitatẽ fecerat, adde, glo. in l. si accusatori: in gl. fi. C. de accu. & Bal. ĩ auct. si omnes. C. si minor se ab hęre. omissio talis qualitatis ordinis in istis extraordinarijs reddit iudicium nullum sicut in ordinarijs Pet. de Ancha. consi. clxvj. visis.

Art. CXLIX.

149 Et† Ang. cõsi. clxxviij. visis, super inquisitione in valida nõ põt ferri sñia cõdemnatoria, sed debet inchoari nouus processus. l. diuus. la. ij. ff. de cust. reo. & Bal. in rub. de accusatore ad Spe. ibi, exceptio ineptitudinis reddit impossibilem pronuntiationem.

Art. CL.

150 Maxime † quando ille procedit contra absentem per contumaciam, alleg. Alex. in l. absentẽ, ibi idem si libellus esset ineptus. ff. de pœn. & Hip. de Marsi. in sua pract. §. postquam, nu. 56.

Art. CLI.

151 Et† quando tu iudex possit citare per pręconẽ, vide fructifere per Bald. in extraua. ad reprimẽ. in verbo. per edictum in fi. colla. xj.

Art. CLII.

152 † Antequam condemnetur absent. Contumax Iudex debet attendere ad septem. Primo, aduertere debet iudex maleficiorum quod recte fuerit ordo adiornamentorum obseruatus, & ad iornamenta debite executa. Secũdo debet certus esse quod crimen pro quo reus vocatus est, fuerit vere commissum. Exemple, vt quia visus est occisus. N. sed nescitur per quem. Tertio si liqueat iudici absentem esse de maleficio culpabilem: quia alias non posset eum condẽnare. Exẽpligratia. Vt quia forte cõstat occisum vel vulneratũ fuisse per alios qui communionem non habent cum isto contumace, immo forte ipsum exonerant, vel alias constat de eius innocentia de qua iudex sollicite inquirere debet pro contumace, vt docet Bar. in d. extra. ad reprimendum in verbo receptionem. & Bart. Vero. consi. xl. incip. licet inuitus, col. pen. facit l. si non defendantur. ff. de pœ. nam contra absentem prius sunt examinandi testes. Spe. in titu. de inquisi. §. quando. versi. quid si is. & versi. laudarem tamen. Quarto aduertere debet quod reus citatus non comparens sit voluntarie absens timore pœnæ. Quia si alias coactus fuerit fugere minis inimicorum, tunc nõ diceretur contumax, & consequenter damnari non posset clement. pastoralis, vbi nota, de re iudi, vide glos. in c. si epis. iij. q. ij. ibi citatur ad locũ inhonestum vel periculosum, nec referat a quo inferaur metus l. si cum exceptione. §. Pedius et l. metum §. si. ff. quod met. caus. Quinto aduertere debet iudex antequã pronunciet contra contumacem, ꝙ si in eo sit aliqua qualitas delictum aggrauans, quod de illa qualitate vere constet, quia licet statutum fingat contumacem pro confesso quo ad actum principalis criminis, puta homicidij vel fornicationis, non tñ fingit qualitates principales delictum aggrauantes, imo est necesse eas probare, ideo si quis citatus debito modo fuerit super patricidio vel adulterio responsurus, & contumax fuerit, licet condemnari de homicidio quod ficte per contumaciam confessus est, possit tamen vt parricida vel adulter non condemnabitur, nisi quod occisus fuerit eius pater probetur vel mulier illa maritata. Sexto aduertere debet si crimen de quo absens impeditur seu accusatur cadere possit in eius personam: Exemple, vt quia Hispano imponitur crimen læsę maiestatis, qui titulus non cadit in eum in hoc regno secundum Ioannem Fabrum in. §. alia, insti. de pu. iu. & habetur in cle. pastoralis de senten. & & re iudicata, de sententia Henrici Imperatoris cassata, quia Robertus rex Siciliæ illud crimen committere non Poterat quum Imperatori subditus non esset: quod tangit Bar. alte more suo in tit. qui sint rebell. in glo. rebellando: prætacta. latius inseruit Guil. Bene. in c. Raynutius. de testa. verbo mortuo. j. nu. clx. cum sequentibus, quem vide. Septimo debet aduertere iudex quod reus contumax sortiatur forum iurisdictionis suæ, quia alias extra territorium ius dicenti impune non paretur l. extra. ff. de iurisdi. om. iud. & est bo. glo. in c. si epis. iij. q. ij. Auffre. q. cape. clxiiij. Pet. de Anch. consi. cclix. de verbis cle. pastoral, vbi not. de re iud. Audiui super hoc arrestum.

Art. CLIII.

153 Officialis † nõ potest proclamare talis citatio de iure can. non põt fieri, do. gl. cõsu. Bur. fo. lxx.

Art. CLIIII.

154 Talem † forma iuris cõmunis quę habet quod contumax recuperabit sua bona vt dicit Gandy. & vide practic. papi. in forma inqui.

Art. CLV.

155 Sententia † lata contra absentẽ & postea confirmata arresto, sortietur effectum suum no. quãdo est arrestum non alias.

Art. CLVI.

156 Quando † nomen rei dicatur receptum inter reos, tunc adiornatur reus, ita ꝙ virtute illius primi defectus illico quod iudex illud adiornamentum sequens vtilitatẽ illius primi defectus continens decernit contra absentẽ vt super illa petitione vtilitatis primi defectus veniat respõsurus, & illã fisco & parti adiudicari visurus et sic ordinat iudex super crimine procedendum certe ex illo tempore dicitur nomen accusati sic deficientis esse receptum inter reos, & consequenter videtur reus cecidisse ab oĩbus suis exceptionibus tam iudicij declinatorij, ꝙ dilatorij, a quibus ꝑ primũ defectum fuit eo ipso exclusus adeo quod etiam si virtute illus secundi adiornamenti vtilitatem pri

 mi defe

mi defectus continentis compareret, exceptionem aliquam fori declinatoriam, aut iudicij dilatoriam opponere non posset sed tamen peremptorias, quia semel data petitione & a iudice acceptata, quæ in secundo adiornamēto est descripta nomen rei fuit inter reos receptū, & est lis contestata, vt declinare nō possit iudiciū nec differre. Et si virtute huius secundi adiornamenti vtilitatem defectus continentis non cōpareat, decernitur contra eum tertiū adiornamentum, vt si illius virtute nō cōpareat, decernitur quartum, quo debite executato, si in contumacia perseuerat nec cōpareat habebitur crimen pro confessato & probato de oībus in petitione & libello in dicto secundo adiornamento contentis, ita qđ ab oībus declinatorijs & dilatorijs ex primo defectu, & ēt peremptorijs exceptionibus ex sequētibus defectibus declarabitur ipse cōtumax exclusus, necnō de crimine tā capitaliter erga fiscū ꝙ ciuiliter erga partē lęsam, ut in petitione petitū reperiet, condēnabitur.

Art. CLVII.

157 De † exceptione dilatoria, quæ est finis non recipiendo loquitur Bar. in extra. ad reprimendū in verbo, & figura, ibi exceptiones vero quæ magis differant & frustrant causæ veritatem quā ipsam respiciant, potest iudex repellere. Et glo. in Cle. sæpe. verbo. dilatorias. de verbo. significa.

Art. CLVIII.

158 De † peremptoria, quæ est finis nō procedendi loquitur Bar. ibidē. versi. an poterit opponi exceptio rei iudicatæ, vel finitæ ad impediendum processum, respōde sic, quia de iure naturali est ne bis iudicetur in idipsum, & vide eundē in verbo. videtur. in fin. facit l. præses. C. de pla. & in proposito dicit Barto. Veron. suo consi. vj. in fi. se alias ita vidisse determinari per oēs doctores Paduæ. vide l. senatus, censuit, & ibi Barto. quia est materia. ff. de accu. & c. de his eo. Ioā. And. in addi. ad Spe. in ti. de accu. §. sequitur videre in addi. quæ exorditur, vt intra in ij. mēbro. Art. CLIX.

159 Et † quomodo hoc casu tu iudex debes pronunciare, vide practiquā per gl. in c. j. verbo finita, de litiscontestat. lib. vi. & eo modo vidi pronunciare per quendā consiliarium regiū pro quodā Florentino absente iam dānato. Art. CLX.

160 Et † ꝙ in ea cā tunc poterat interuenire aduocatus ex eo quod delictū amplius erat impunibile, vide Hyppo. sua practi. §. sequitur nu. xxviij. vel ad exceptiones obijciendas, no. in, c. veniens. ex. de accu. Art. CLXI.

161 Procurator † potest allegare causas absentiæ l. absens ff. de procurato.

Art. CLXII.

162 Faciendo iuramētū, † ꝙ fuit missus ad hoc allegandum. Masue. in tit. de contumacia versi. ibidem contra eum, vide Bartolum in d. extraua. ad reprimendum verbo. per edictum.

Art. CLXIII.

163 Si † iudex contempsit excusationes processus est nullus, nam non vere nec ficte negligit, quod requirit, & quasi per iudicem stat quominus fiat, vt dicit Bar. in d. exta. ad reprimendū in verbo. neglexerit & alibi dicit Bart. eod. loco in verbo & figura, ꝙ auferendo dilationes aufertur actoris ius suum, reo vero aufertur defensio quæ ex æquitate naturali est. Iudex debet habere rationē viarū, tēporis, & impedimenti, gl. in c. licet de accu.

Art. CLXIIII.

164 In † criminalibus, absens appellans, vel petens restitutionē aduersus sententiam tenetur personaliter comparere l. j. ibi. se obtulerit. C. de sic. l. j. §. Sinautem. ff. an per alium cau. appel. reddi possit. arg. l. ij. ff. de exhib. re. ibi ex vinculis cām dicat. vide Bal. in l. j. §. eū qui, in fi. ff. de postu. nec posset contrariū impetrare l. fi. in fi. C. de iniur. Facit ad propositū ordinarium Ludouici Regis. xij. art. cxxvj. Art. CLXV.

165 Si † admitteretur procurator, processus esset nullus, late tractat Andreas Sicul. in §. veniens. de accus. extra. & dit. Baldus in l. data opera. C. qui accus. non posse. Quod iudex qui relinquit formā ordinationis habetur fatuus vide nu. clxxix.

Art. CLXVI.

166 Accusatus † absens veniat ante sententiā deferendo indulgentiam aut gratiā recuperabit eius bona. Sali. in l. eum qui. per illum textum. C. de sicar. forte, pendente lite dando sufficientem cautionem. Spec. in titu. de accus. §. sequitur, versi. fit autem annotatio. Bar. in l. post contractū, in fi. ff. de dona. & nota. in l. j. C. de req. re. Exemplū de cho. qui per arrestum recuperauit sua officia mediāte cautione pēdente lite. Art. CLXVIII.

167 Dicit † Bart. in l. seruum. §. publice. ff. de procura. quod si iudex putauerit se posse melius veritatem criminis percipere ex præsentia rei, potest semper dicere, nolo te admittere, sed volo reum principalem, vt videā aspectu qua fronte aut trepitatione loquatur. Art. CLXVIII.

168 Compositiones † promotorū sunt vetitæ. Guil. Be. vbi supra. verbo. mortuo. j. nu. cxvj. Guy. pape. q. cccxxvij. ordinatio Caroli Regis. v. ar. ij. do. glo. consue. But. lviij. fo.

Art. CLXIX.

169 Alias † recurre ad magnam curiam. Paris de Puteo in tract. syndi. fo. xcvij. seu ad procuratorē generalem qui nunquam se diuidit sed est vbique. Bald. consi. xxxix. super. j. iiij. par. vide Masue. in tit. de testi. versi. idem procurator domini: de stylo parlamenti potest in testem producere illum qui fuit iniuriatus, sequitur Guil. Bene. in d. c. Rainutius de test. in verbo. in extremis, nu. xxj. præsertim qñ ille iniuriatus nō prosequeretur dānum & declararet se prosequi non intendere, sed solus procurator pro interesse publico: adde Deci. cons. 100. in causa inquisitionis, coll. vi. sexto & septimo versi. Art. CLXX.

170 Dicit † Spe. in tit. de accus. §. j. sint in carcere vbi magnum est crimen, & stent segregati.

Art. CLXXI.

171 In † criminalibus nō attenditur patris, curatoris, vel alia autoritas. Angel. in opere maleficiorum, verbo comparuerunt: imo est quasi ridiculū dicere quum eius autoritas non possit adaptari. Item facit, quia vbi proceditur ad solam inquisitionem veritatis (prout fit in regno) non sic personæ solennitatem inspicimus.

Art.

Art. CLXXII.

172 Item † facit confessio minoris per tormenta, curatoris autoritatem non requirit, quum fiat ad veritatem habendam, quum in delictis minor cen seatur maior ff. de mino. auxiliũ. §. in delictis. C. si aduer. delict. l. j. confessio autem pupilli infantis, non valet, et cum autoritate tutoris, quum nec debeat in ius vocari, ista consuluerunt Nicolaus de Maratellis, & Ioã. And. Pad. vt refert ipse Io. in tit. de confess. §. j. ad Spec. Item facit, quia vbi proceditur extraordinarie videtur quod cesset il la l. ciuilis, clarum. C. de autoritate præstan.

Art. CLXXIII.

173 Item † facit nam accusatus debet per os suum respondere sine ministerio aduocati. gl. in l. ij. C. de iura. calum. maxime in his causis summarijs cle. sæpe. ibi aduocatorũ & procuratorũ, alias de facili posset veritas occultari, gl. in d. cle. in verbo exceptiones, de verb. signi. & tangit Barto. in extra. ad reprimendum in verbo. sine strepitu.

Art. CL XXIIII.

174 Item † facit, quia præsentia iudicis supplet defectum curatoris. vt dicit Bal. in ti. de pa. iura. sit. Item dicit Guil. Bene. in Repe. c. Raynutius de testa. in verbo, si absq; liberis. ij. de fidei consubst. nu. 50. non curatur patris potestas in criminalibus insti. de noxa. §. fin. nec minoritas, nisi in attenuando pœnam, gl. in l. impunitatis. C. de pœ. l. auxilium. ff. de mino. de quo per Guy. pa. q. liiij. & q. ccccx. Et quo de stylo parlamenti nunquam datur curator minoribns, nec ex hoc annullari po test processus. Iudex debet accusatos facere corã se venire. ff. de exhi. re. l. ij.

Art. CLXXV.

175 Segregatim nec preternatim segregare eos ab inuicem. 13. dat rationem. Spe. in ti. de teste. §. nũc, in princ. ibi si enim simul examinarentur, vnus alium instrueret et vnus sciret quod alter diceret, & eius dictum sequeretur, sicq; non posset veritas deprehendi.

Art. CLXXVI.

176 Et † illico auditur Guil. Bene. in c. Raynu. de testa. in verbo mortuo. i. & Spe. in tit. de accu. §. j. ibi statim respondebit. l. j. C. de cust. reo. ibi statim debet quæstio fieri. & exponit gl. quæst. id est examinatio.

Art. CLXXVII.

177 Nam † quando interrogandi habent dilationem ad respondendum sæpe fit vt sibi cõsulant at fabricẽt suas causas et rationes. statutum Caroli. Regis. vij. art. xxxiiij.

Art. CLXXVIII.

178 Si † iudex faceret criminosis processum ordi narium puniretur, & contra eum tunc presumeretur quod differre & differendo dissimulare vellet, & regere delicta q̃ abundant in regno. Guil. Bene. verbo mortuo. i. nu. ccij. i d. c. Ray. de test.

Art. CLXXIX.

179 Iudex omittens formã ordinatũ fatuus est fol. 1. reg. 13. c. quũ Samuel sic ait. Stulte egisti, nec cu stodisti mandata domini tui quæ præcepit.

Art. CLXXX.

180 Ante † sponsiones, recolamenta confratationes & acharamenta non est relaxandus accusatus. l. nullus. C. de custo. reo. ibid. donec repererit cognitio celebrata discrimẽ. Rom. sing. ccccxc. accusatus. & Bal. in l. sed & si as. ff. de in ius vocdo. gl. consue. Bur. fo. lxj. & in cons. xvij. Et sic di ctũ est per arrestũ contra. G. qui antequã confrontationes peractę essent relaxatus est.

Art. CLXXXI.

181 Ratio † est euidens, nam alias datur materia subornãdi testes. Ordinatio Ludouici Regis. xij. art. cx. subornare enim dicitur qui instruit testes quid dicant glo. in c. de iudiciis. iij. q. iij. vel forte datur materia inquirendi de nomine testium et numero illorum, per quæ omnia inducitur subornatio, extra de testi. c. intimauit. & c. constitutus. ff. de arbi. l. non ex omnibus, nomina enim & nu merus testium non sunt dicenda.

Art. CLXXXII.

182 Ante tales sponsiones, & confrontationes pro curator non debet petere relaxationem accusati, ne de ipso dicatur sicut dicitur de impiis aduocatis qui facultatem loquendi perdiderunt in. §. Itẽ surdus, instit. quib. non est permis. fa. testa. & de il lo procuratore sicophãta in l. verbum. C. de infa.

Art. CLXXXIII.

183 Nec † Fiscus, nec etiam pars priuata debet esse præsens in responsionibus & confrontationibus, per dictum gl. in c. in primis ij. q. ij. quę dicit: sciant tamen partes quo quæcunq; pars semel interfuit, amodo non potest alios testes producere super illo articulo, & quod ita seruatur de facto. Item dicit Bar. in extraua. ad reprimen. verbo & figura ibi. sed an post didicita testificata poterũt testes producere, responde non, quum sit prohibitũ propter timorẽ subornationis. Et sic ex quadã naturali æquitate, quę est ne alter alteri insidietur. argu. l. alij. ff. de accu. Idem tenet Gandi. in rub. quomodo de malefi. cog. per inqui. ibi. quia tunc timetur de subor. & vide do. Alex. in l. is apud. C. de eden. Item recurre ad ordinationem Ludouici Regis. xij. ar. cviij. ibi. luy sera la dicte confession communiquee, igitur si oportet illi talem confessionem communicare, frustra demonstrata iterum demonstrarentur si iam fuerit præsens in responsionibus. ff. de actio. emptio. & vendi. l. j. in fi. Et ainsy le tient Spec. in tit. de teste. §. nunc, in prin. ibi. & sic de facto seruatur vbiq;, & bene, ideoq; sic est tenendum, tamen hic vidi seruare contrarium in processu de pau. credo quod male. per præscripta forte remanet in utile dictũ. Guil. Be. vbi supra in ver. mortuo, nu. ccv. dicentis quod si pars timeat ne procurator regius collu dat cum inquisito potest ei assistere.

Art. CLXXXIIII.

184 Si † accusatus esset contumax in respondendo Bal. in l. accusationem. C. qui accu. non poss. quod potest torqueri sine indiciis, quia non torquetur ad punitionem, sed vt respondeat. Item de ipso qui non vult perimenter respondere vt allegat Bartol. in l. de ætate. §. quod autem. ff. de interro. actio.

Art. CLXXXV.

185 In † criminalibus non dantur deliberatoriæ, quia

quia debet esse certus reus vtrum velit crimen cō fiteri, vel negare, quum sciat se esse reum vel nō. glo. est nota. in c. j. xiij. q. ij. et alia gl. in cle. sępe. in verbo litiscontesta. de verb. signi.

Art. CLXXXVI.

186 Dicit † Hippo. in l. quęstionis ff. de qō. illa vi detur communis conclusio quod in maleficiis iudex non debet recipere responsionem rei, nisi pri mo ipse reus iuret dicere veritatem.

Art. CLXXXVII.

187 Probatio † seu confessio est fienda iudici in iudicio, Hipp. in l. versi. vij. ff. eo. alias nō sufficit ad condemnādum, licet sufficiat ad torturam nec habet vim plenę probationis. Bal. in l. ij. C. de cu stod. reo. facit ille text. ibi eductus apud acta audiatur. & l. diuus ff. de custo. re. la ij. Roma. consi. viij. viso. Statutū Ludouici Regis xij. art. cvrij. c. si constiterit, extra de accus.

Art. CLXXXVIII.

188 Iudex † debet esse subtilis ad eliciendam veritatem facti l. de minore. §. plurimū, ff. de quæsti. ibi subtilis diligentia c. licet causam: de probatio. ibi de singulis circunstantiis subtiliter.

Art. CLXXXIX.

189 Iudex † ex seipso debet formare interrogatoria, Bal. consi. lxxvij. par. iij. Hippo. in l. j. versi. vij. ff. de qō. ff. de test. l. iij. c. cum causam. & c. venerabili. eo. Io. And. ad Spe. eo. tit. in. §. qualiter.

Art. CXC.

190 † A suspectissimo incipere debet & a quo facillime posse verum sciri iudex crediderit l. j. §. ff. de quæst.

Art. CXCI.

191 † Potius a filio quam a patre l. vnius. ff. de qō. potius ab vxore, more subtilis diaboli qui mulierem prius torquere cœpit.

Art. CXCII.

192 † Inquiritur de nomine accusati, Nam sæpe fit argumentum a nomine, glo. in l. diuus. ff. de bonis damnatorum.

Art. CXCIII.

193 Etiam de ętate, † rigor quandoq; temperatur ratione ætatis, gl. in c. fi. extra de senten. excom. l. hac. §. j. ff. ad leg. Iul. pecu. & dicitur in l. & si sene. C. de infa. quod sunt multa quæ mouere debent iudicem gratia alleuiandi pœnam, iuuentus, senectus, inconsulta ratio, sed vltimum non practicatum fuit tempore, sed an bene vel male nouit il le qui nihil ignorat.

Art. CXCIIII.

194 Interrogatoria † debent esse incerta: intellige quod nō sit tanta incertitudo quod auferat defensionem reo. Bar. in extraua. ad reprimendū verbo & figura Hippo. suo consi. xlix.

Art. CXCV.

195 † Caueas a casu relato p Pari. de Put. in trac. de synd. fo. lxxxv. c. quidam. in fi. de quodam accusato, qui dixit iudici dum interrogabatur velle aliqua sibi dicere ad aurē, qui tandē iudicē iugulauit gladio, & an iudex debeat se approximare & audire reum ad aures, quando reus dicit ꝙ sibi vult aliqua dicere ad aures, vide Bar. in d. extraua. ad reprimendum verb. sine strepitu.

Art. CXCVI.

196 † Describit formam interrogandi Iacob. de Bel. practi. sua ti. de quæst. vers. sextus est. dicendo sic, quis fuit tecum illic tunc, eras tu solus tempore criminis commissi vel quod eratis, vel qualiter potuisti facere solus, sine adiutorio, vel qualiter fuisti ausus talia facere, vel de cuius mandato. l. prius ad Sylla. ff. vel quo procurante hoc fecisti, & quantum debebas habere pro hoc faciendo, & a quo vel impossibile est ꝙ tu posses facere solus, vel intelleximus ꝙ multi eratis, vel quis fuit qui primo incipit, qa multi eratis, vt dicitur, dic ergo quis erat tecum, & qualiter factum fuit & cum quibus.

Art. CXCVII.

197 Quia † proceditur in regno per viam inquisitionis ad denuntiationem fisci, forte indistincte socius criminis potest nominatim de sociis interrogari. fa. l. diuus, la ij. ff. de cust. reo. arg. c. quoniā, & ibi glo. extra de testi. maxime quando tale crimen non committitur sine sociis, argu. eorum quo not. Saly. in l. fi. C. de accus. Item facit quia crimina vndecunq; claruerunt punienda sunt xxiiij. q. iij. c. ecce. Item melius facit quia quod non interrogetur nominatim de sociis ista videtur exceptio dilatoria & frustratoria, sed in regno in quo his scriptis in criminalibus non vtimur, bene potest iudex repellere tales exceptiones quæ magis frustrant causę veritatem, quam ipsam respiciant vt probatum fuit supra: præterea credo quod cesset. l. fi. C. de accu. & l. j. §. qui quęstionē. ff. de qō. cum simili, vnde dicitur notabiliter. Spe. ti. de accusatore. §. j. vers. item repellitur quod hęc exceptio, tu es socius criminis est dilatoria.

Art. CXCVIII.

198 Nota † quod de cōsuetudine generali pro carcerato interuenit procurator nisi ad respondendū causę vel inquisitioni, vel nisi ad confitendum, & ad sententiam nam ad cōfitendum requiritur pręsentia carcerati, vt videatur quo vultu, qua trepidatione loquatur Bartol. in rub. de procura. in addit. ad Spe.

Art. CXCIX.

199 Iudex † debet facere scribere constantiam et variationē quam fecerit accusatus l. de minore. §. plurium ff. de quæstio. scilicet modum vacillandi, qui talis est, titubatio, trepidatio, pallor, rubor & sudor Bartol. in l. fina. ff. eo. & in d. §. plurium. & in hoc iudex non parcat calamo. Ange. in tracta. malefi. in versi. fa. pub. Ordinatio Ludouici Regis. xij. arti. cxiij.

Art. CC.

200 Dicit † Bar. in l. fi. ff. de quęst. iudex suspectū interroget de circunstantiis multis, vbi stetit illa nocte, cum quo comedit vel cœnauit, ista est criminis subtilis cognitio, adde l. ij. D. vbi de crimine agi opor. ideo cum bonis ambula, nam mores ex conuictu formantur.

Art. CCI.

201 Reus † ex integro audiendus est coram secundo iudice & mittendus ad eundem cum suis interrogationibus, inclusis & obsignatis ad cognitionē tex. in l. diuus la ij. ff. de custo. reo.

Art.

Art. CCII.

202 Per † interrogationem dicitur facta litiscontestatio, quia reus habet tunc negare vel fateri delictum, vt supra diximus tractando de deliberatorijs, & vide Bart. in l. is qui reus. eo. §. in princ. ff. de publi. iudi. & in extraua. ad reprimen. in verbo figura.

Art. CCIII.

203 Quando † vulnus est mortale non est necesse quod in accusando expectemus mortem Bal. in l. damni. §. sabi. ff. de dam. infect.

Art. CCIIII.

204 Dictum† est supra quod oportet quem de crimine sponte confiteri, dum tamen de crimine cõstet, aliter interdicta est iudici potestas condẽnandi & ligatæ sunt sibi manus. sentit Bart. in l. diuus ff. de testa. mili. naturalis est ratio quam facit do. Hippoly. suo consi. xlviij. non confundentur. &c. quia si aliter diceremus, sequeretur quod quis ad libitum suum posset facere se suspendere, adde sicut contingit de illo primitiuo seruo qui metu ad dominum reuertendi confessus est occidisse illum quem alius occiderat in l. j. §. fi. ff. de quęstio. etiã facit, quia non auditur perire volens. glo. in l. j. C. de confess. item dicit egregi. pract. Guil. Bene. in d. c. Raynutius in verbo mortuo. nu. cccxlix. nec sufficeret quod accusatus confiteretur Titium occidisse, quoniam ex tali confessione quantuncunque sponte & libere facta non condemnaretur, immo non torquetur pro homicidio, vel alio quocunque delicto nisi prius fuerit verificatum delictum, id est quod Titius fuerit occisus, & sit mortuus vel res de quibus agitur reperiantur subtractæ domino nec aliud tales confessiones ꝙ declarationem personæ delinquentis operantur, sed nõ probant delictum esse commissum vbi aliter non verificatur, & ita ad vnguem seruatur in parlamento curiæ Franciæ, vt expertus est idem Guilelmus Bene. vltra dicens, quando autem verificatum est delictum, & apparet quod cõmissum fuit. vt quia Titius reperitur occisus, tunc confitens puniri potest de homicidio ex sua sola confessione absque alia probatione, quia sufficit quem de crimine confiteri, vt dictum est, sane intelligatis, vt dicit Guil. bene vbi supra. verbo mortuo. j. nu. cccl. quem puniri debere de delicto verificato, nisi iudici constaret crimen fuisse ab alio commissum, ꝙ per confitentem: quia tunc nõ puniretur ex sua confessione, cum & dictum est non audiatur perire volens. l. non tantum ff. de appel. & vide eundẽ eo. ver. nu. clxij. ver. ij. adde quod ista fuit opinio Iac. de Are. sequuta a Ioã. And. in. §. postremo, de confes. ad Spec. in addi. quæ incipit. §. fi. intellige confitentem non esse puniendum, nisi hoc mendaciter confiteretur, sperans ex tali mendacio impetrare gratiam vel vtilitatem, sicut sperabat consequi filius Amalechitæ confitendo mendaciter Saulem interfecisse qui loco gratiæ & vtilitatis reportauit mortem, quoniam ac si vere eum interfecisse, fuit mandato Dauid occisus, vt patet. ij. reg. j. c. refert Guil. bene. vbi supra verbo mortuo. nume. ccclj. quod ad cõuincedum quodam instrumentum de falso, licet verum existeret, quidã notarius qui eum receperat, ac si eum falso signasset præmio accepto tanquam falsarius abolitionẽ impetrauit a rege sed cõperta fraude per arrestũ curię parlamenti Tholosæ tanquam falsarius fuit punitus, & manus dextera amputata, licet instrumentum non falsasset, visa eius simulata confessio ne ex qua vtilitatem reportauerat, & quæ in præiudicium alterius partis fraudulenter tendebat facit l. si is cum quo ff. de confessis. cum si ibi alleg. in gloss.

Art. CCV.

205 Confessio † non verificata nec probata per reum carceratum non nocet vbi iudex misit nuncium ad locũ confessum. Hippoly. late consi. xiiij. nu. xviij. facit l. qui sententiam. C. de pe.

Art. CCVI.

206 Nota † in actu practico de illo massario qui fuit conductus ad locum vbi confitebatur interfecisse dominum suum do. glo. consue. But. fo. lviij.

Art. CCVII.

207 Dicit † Guilelmus Bene. post Masuerium in d. c. Rainutius verbo mortuo. j. nu. cccxlix. qđ ex consuetudine generali, & stylo huius regni nõ sufficit quod delatus probatione testium fuerit superatus, nisi ore proprio sit crimen confessus, vbi agitur de vltimo supplicio, aut membri mutilatione, si factum aliter notorium non esset, quod aliqua tergiuersatione celari nõ posset c. fi. de coha. cle. & mulie. coadiuua hunc stylum per textum in auten. qua in prouincia versic. si tamen appareat omnino obnoxius. C. vbi de crimine agi oportet.

Art. CCVIII.

208 Ideo † dicit Guil. bene, vbi supra. videmus quod in causa capitali stante plena probatione quantumcunque clara poni debet reus ad quæstionem vt ab eius ore confessio eruatur, & ita quotidie practicatur, vide Masue. in tit. de proba. §. idem vt delatus. adde Hippoly. singul. cviij. alias fui, &c. vbi dicit quod talis conuictus licet nihil confiteatur per torturam, adhuc potest cõdemnari ad mortem, & vide And. de Iser. in titu. de pa. te. §. publici latrones, & nouissime bene practicatum fuit tho. contra do. ch. qui post quæstionẽ fuit capite truncatus.

Art. CCIX.

209 Oportet† quod perseueret in cõfessione, quicquid dixerit Bald. in l. ij. C. de custo reo, quia gl. in l. j. de confessione tenet oppositum, ibi condemnatur ergo reus si perseueret in confessione, & gl. in l. ij. C. de custo reo, et cuma. consil. cxxxviij. hoc maxime, & nota. in l. j. C. de custo. reo. hanc partem tenet Masue. in titulo de probatione vers. Item si delatus quod confessus sponte, puta sine quæstione, non statim damnandus est quia oportet quod constet de perseuerantia.

Art. CCX.

210 Tunc † inter responsionem, & illam perseuerantiam debet esse interuallum temporis. Bart. in l. j. §. diuus seuerus ff. de quæstione quia quando fiunt duæ confessiones eodem instanti non dicitur ibi esse geminata confessio ita Bart. in l. cum scimus C. de agri. & censi. lib. xj. Ias. in l. quamuis. ff. de verb. obli. ij. col. Et vt melius scias tempus. recurre

recurre ad simile statutum Ludouici Regis. xij. arti.cxiij.ibi,& le lendemain.

Art. CCXI.

211 Tunc † si reuocet eius cõfessionem debet red dere causam reuocationis, nam vera & expressa confessio potest vsq; ad sententiam impugnari de errore.c.fi.de confessione l.error.C.de iure,& fa cta ignominia.et si vellet probare contrarium au dietur l.inde Nerati.§.fi.ff.ad l.aquiliam, etiam forte post sententiam.l.j.§.fi.ff.de quæstio.

Art. CCXII.

212 Vel si in ea confessione perseueret, audiendus in alias diceretur oppressus l. vnius.§. cognituru ff.de quęstione,& dicit glo.in cle. Sæpe in verbo defensiones. quod legitima partis defensio tolli non põt,qui ista sunt de his quæ instruunt & deci dunt cau.& ibi, nihil igitur talis iudex omittit p q̃d impediatur. vel occultetur cognitio veritatis, & hanc practicam seruat totus mundus vt dicit Saly.in l.ij.C. de custo.reo.Et in eo est ordinatio Ludouici Regis xij.arti.cxj.omnis adhibetur re quisita diligentia.&c.

Art. CCXIII.

213 Si talis defensio non esset acceptabilis & fru stratoria nec recipere ad probationem vt dicit il la ordinatio &c.& est tex.in l.nouerint versi. iu dicum,C.vt intra cer.tem.cri.quęst. ter. & nota in clemen.sæpe de verb.signi.potest iudex abbre uiare dilationes,ita tamen vt probationes legiti mę non pereant, hoc enim impediret causę cogni tionem, secundum Bartol. in extraua.ad repri mendum verbo summarie, & eundem in verbo sequentia.

Art. CCXIIII.

214 Et sic † primo accusator probat per confessio nem, vel per testes antequam reus in sua defen sione audiatur, & fundata intentione actoris reus ponet exceptiones suas,& defensiones, vide Iac. de Beluis.in practica sua in titu.de quæstio.

Art. CCXV.

215 Dicit † Bar.in l.aurelius.§.idẽ quęsijt.ff.de li bel.leg.& Hippoly.plene singu.clxxxv. confes sio. &c.quod per confessionem rei confitentis se defendendo fecisse delictum est fundata intentio curię,adeo ꝙ ipso reo non probante fecisse ad sui defensionem debet sequi condemnatio.

Art. CCXVI.

216 Pręterea si reus † neget delictum fecisse,dicit Guiliel. Bene.verbo mortuo.i.nu.ccij.in c.Ray nutius,de testa.quod reaudiuntur testes, seu eorũ recoluntur depositiones,& inde acharantur & cõ frontantur cum inquisito, quia vnus post alium in præsentia inquisiti & etiam inquisitus in pręsentia testis iurant dicere veritatem, & interro gantur si est inter eos inimicitia, vel aliud prop ter ꝙ testimonium non debeat credi. c. inquisi tionis.§. tertię de accu. & debet scribi responsio vtriq;, & caueat inquisitus contra testes tunc di cat quicquid dicere vel obiicere intendit,quo fa cto legitur depositio testis in præsentia inquisiti, quam testis auocare tenetur,vel negare,& inqui situs eam fateri,vel impugnare, hanc formam ẽt approbat Angel.in trac. malefi.in verbo,qui iu dex, ad proba.ibi. pstoquam reus negauit,iudex testes repetat,& de nouo ẽt inducat alios testes.et Hippo.sua pract.§.nunc videndum nu.xxviij. & Spe.in tit.de noto.crimi.§.iam de notori.ibi quod si reus negauerit,& possunt testes recipi.

Art. CCXVII.

217 In † examinatione testiũ iudex prius debet te stes sic aduertere,amice falsificus testis tribus pso nis est obnoxius.s. Deo &c.cętera vide per Guil. in spe.in ti.de teste.§.nunc ver.in examina.

Art. CCXVIII.

218 Dicit † Fely.in c. constitutus de rescrip. Papa non posset dispensare ꝙ testis in ferendo testimo nium in iudicio non debeat iurare, quia hoc est de iure diuino,quod testis iuret,& ante eum con clusit Bartol.in extraua. ad repri. versi. & figu. ibi de iure natu. &.diui.hoc est tempore Moysi inductũ est,vt propter credulitatem aliquis debe ret iurare.Exo.xxij. c. pręterea audiui ꝙ ex eo q̃a in quodã ꝓcessu criminali Grapharius nõ po suerat in depositioni.testiũ,ꝑ suũ iuramẽtũ cõces sum in sanctis & euãgelijs Dei, quidã q̃ fuerat cõ demnatus ad mortem,duntaxat per arrestum con demnatus fuit ad fustigationem, & potuit esse ra tio,quia vt dicit Ang.consi.clxxviij. visis actis, quod propter ineptitudinem nullus processus in telligitur factus, sed si iudex aliquam pœnã vult inferre,poterit il lam extraordinariam impone re, non tamen poterit imponere pœnam ordina riam,quia ordo processus iam facti repugnat.

Art. CCXIX.

219 Hoc † forte limita vt per Bart.in l. si confes sus per illum tex.ff.de custo.reo.vbi dicit, quod inordinatus processus veram confessionem spon te & expresse factam non viciat, quin ex illa possit reus condemnari,adde Panor.in c.pisanis, de restit. spol. quia confessio telam non requirit iudiciariam.l.si debitor.ff.de iudi.& aliquid per Inno.in c.qualiter, le.ij. versicu. item ad prædi ctas,&c.extra de accu.adde Arimi. in verbo qui dictus iudex versi.secũdo.limitabat, & hoc apud Ang.de ma.

Art. CCXX.

220 De † confrontatione facta ad cortinam quan do testes timent inquisitum, vide Hippolytum in l.j.circa.fi.ff.de sica, ibi & feci quod milites te nebant eum,ibi post cortinam ligatum, & postea feci venire dictos suos infantes, & eundem Hip polytum in rub.de proba.C.versi.& primo scias, quod licet &c.videtur quod talis cõfrontatio ad cortinam procedat,quãdo haberetur persona not. Exemplo patriarchæ qui nõ fuit deceptus in vo ce Iacob,sed in manibus Esau.facit gl.in c.testes. iij.q.ix.& Iacob aures verba probant.

Art. CCXXI.

221 Et † quod confrontatio sit fienda in conspectu & præsentia inquisiti, vide Bart.in l.is qui reus. ff.de publi.iudic.& in extraua.ad reprimen.ver bo & figura,quod testes debent iurare parte præ sente,alias auferretur ei defensionis copia, quod repugnat naturali æquitati,facit c.qualiter, le ij. ver.debet extra de accu. nisi testes essent extra prouinciam,quia põt eorum examinatio commit

ti

tit Fely.in c.cū.causam,de testi.fallen. iij. adde. in præsentia seu vocato aliquo parente inquisiti. arg.c.statuta.§.j.extra.de hære. in 6.& ita practi carunt docto.iudices Auenio.hic Lug.cōtra Rol. super homicidio Dantinory.

Art. CCXXII.

222 Per † confrontationem dicitur tunc fieri publicatio testium. Bart.in d.extraua.ad reprimendum verbo & figura,dicens,quod si non publicarentur non possent impugnari testes & eorum dicta.

Art. CCXXIII.

223 Sed † quid si iudex videt ꝙ delinquens accusat omnes testes per quos potest probari eius crimen,dicit Iacob.Butri.in auten.si testis C.de testib.quod debet hoc non obstante illos recipere.

Art. CCXXIIII.

224 Etiam talis confrontatio fit,† vt ipsi testes accusatos conuincant l.si quis C. de episcopis,ibi in conuictos.& l.ij.C.quorum appellatione ausi,vt ipsos cognoscant,& debet fieri talis confrontatio vel exhibitio reorum in eadem forma in qua esse consueuerunt,quia mutata forma,substantia quasi mutata videtur,vt dicit glo.in cap. cum causam, & ibi vide Bal. extra de testi. Dicit in proposito Bar.in l.ij.C.ad exhi.& in l.cum si exhibuissent .§.ante ff.de publi.quod testes a principio debent petere exhiberi delinquentem vel rem ad recognoscendum,vel quod nominetur, alias nisi reus exhibeat bouem vel asinum habebitur pro confesso, vt dicit Bald.in d.c.cum causam, & dicit Barto.in l.euectiones de cur. pub. lib.xj.C.quod si aliqui non se permittant scrutari, possunt capi, & ex sola resistentia puniri debent.

Art. CCXXV.

225 Dicit † Bald.consi.lxxvij.par.iij.quando iudex procedit per inquisitionem contra aliquem debet interrogare testem de causa scientiæ, alias testis non probat, nam cum ipse assumat officium inquirēdi, debet formare interrogatoria ex seipso concordat Bar.in extraua.ad reprimendū verbo & figura, ibi circa dicta testium puto in istis extraordinarijs quod debeant esse talia quæ concludant, sicut in causis ordinarijs,vide Salyce.in l.fi.C.de probat.& dicit do. glo.consue. Bur.fol. xxxix.hodie per ordina.regias iudices tenentur testes interrogare de causa scientiæ, si non interrogent dicitur potius omissa per eorum negligentiam & ignorantiam & quod in omni causa testis non reddens causam suæ depositionis non probat, nec valet talis examinatio.

Art. CCXXVI.

226 Tradit † formā interrogandi testes.Bal.in l. arethusa.ff.de sta.ho. ibi.& nota ꝙ Oldra.per locum a natura,defendit quēdam accusatum de maleficio noctis tempore commisso,nam testes deponebant de visu, & interrogati in quo loco erant, dixerunt de loco aliquantulū remoto, & interrogati si erat ibi lumen ignis,vel candelę.dixerunt ꝙ non,vel hoc fuit probatū per alios,nā do.Old. considerans ꝙ illa nocte non fuerat lumen lunæ, conuicit testes, quia homines non vident de nocte,& sic teste natura euasit accusatus.

Art. CCXXVII.

227 Ordinatio † Ludouici Regis.xij.arti.cxij.iubet conuocare viros notabiles in processus criminalium.arg.c.statuta de hære. lib.vj.de papa qui iubet iurisperitos debere ab inquisitoribus aduocari, vt eorum processibus assistant, quia legistæ sunt tractatores maleficiorum, & si aliter ferret sententiam sine consilio assessorum,sententia esset nulla ipso iure, maxime vbi ordinationes requirunt. Et ita asserit Bal.post Old.in l.si qs mihi.§, si coram de acqui.hære.ff.

Art. CCXXVIII.

228 Sed † an post cōclusionem in causa vbi ordi. regis Ludouici.xij.arti.cviij.imponit conclusionem possint partes producere alios testes. tenet Bal.in l.si accusatoribus,in fi.C.de accu.quod nō & tenet Bar. in extrau.ad reprimendum verbo & figura.ibi sed an in hac causa post didicita testificata potuerunt testes produci, responde non, cum sit prohibitum propter timorem subornationis,& sic ex quadam naturali æquitate,ne alter alteri insidietur arg. l.alij.ff.de accu. idem tenet Gand.in rubrica quomodo de male. cog. per inqui.& nota.in auten.qui semel C. de proba.

Art. CCXXIX.

229 Et † si omnem euentum pro reo admitterentur testes,quia agitur de re periculosa,quia etiam reus vsq; ad sententiam potest de errore docere. si.de confessio.l.error C.de iur.& facta igno.etiā post sententiam.l.j.in fin.ff.de quæstio.seu per rei euidentiam Bal.in l.si quis in fi. C.de testi.tamen iudex debet facere quod prius iuret producens,ꝙ dictos testes non subornauit ita dicunt Bal.& Fely.in c.iurauit,extra de probatio.

Art. CCXXX.

230 Et † quod amplius post didicita testificata,& conclusiones sumptas non possint testes recipi ad offensam rei tenet expresse Saly.in l.fi.C.de quæstio. circa finem lequel suyt Felyn.in c.cum clamor.extra de test. nec; obstant ea quę dicit Bart. in l.vnius.§.j.ff.de quæstio. vbi vult quod publicatio testium non obstat quin etiam ad offensam possint alij testes examinari, quia hoc procedit super nouissimis capitulis superuenientibus non autem super eisdem.& ita Barto.intelligit Saly. in d.l.fi.facit.c.fraternitatis,extra de testi.et cle. testibus eodem, vltra Saly. dicit ꝙ hoc etiam tenet glossa notabilis in c. in primis.ij.q.j.ibi sciēt partes ꝙ quæcunque pars semel interfuit,a modo non potest alios testes producere super illo articulo,& quod ita seruatur de consuetudine.Item vel respondeo,ꝙ nisi Barto.intelligatur prout intelligit Salyc.ineuitabiliter erit contra morem sibi contrarius,cum in d.verbo & figura, vt dictū est teneat oppositum, item vel respondeo quod Bart. in d.§.j.loquitur secundum iura communia, non autem vbi imponitur conclusio ex statuto prout loquitur Bal.in d.l.si accusatoribus.Item recurre ad simile statutum Regis Ludouici artic. cxiiij. vbi inter dicitur non iterato vexare accusatum absque nouis indicijs.

Art.

Art. CCXXXI.

231 Sed † vt tollatur omnis suspicio subornationis ante conclusiones & publicationes partes debent in secreto nominare suos testes si essent absentes seu protestari, vt dicit glossa in.§. si quis verbo arguere.iiii.q.ij.& iij.

Art. CCXXXII.

232 Et † qui dicantur noui articuli,seu noua indicia,apertius declarat practica Papiensis in forma inquisitio. versi. sed quia in superioribus, & per Spe.in ti.de teste.§.nunc in fi.

Art. CCXXXIII.

233 De † interrogationibus strictioribus ad cautelã,puta an tẽpus fuerit serenũ vel nebulosum secũdum qualitatẽ testium potest facere iudex, vt testes ore proprio conuincantur. & in sermone capiantur,qñ suspecti sunt, vide Bal.in c.cũ causam col.fi.extra de testi.& in l.testi.C.eo.& in l.fi.in fi.eo.& Spe.in tit.de teste.§.iam,versi.& nota.& in.§.nunc versi.examinator.

Art. CCXXXIIII.

234 Pro † expensis factis in medicis et medicinis & ꝓ operibus quibus caruit & cariturus est occasione iniurię seu vulneris prouisio læso ante oĩa fiẽda est, vide Pari.de Put.in tract.syndi.fo.100. c.quia pluries. in prin.facit tex. in.§.ob hominẽ vero iusti.de obli.quæ ex quasi delict.

Art. CCXXXV.

235 Si † per dictum processum nihil sequutum esset emolumenti vt dicit statutum Ludouici Regis xij.ar.cxviij.similis tex.est in c.inquisitionis.§. quęsiuistis extra de accu. tunc nec debet offensus de iure,nec de iudice conqueri,sed magis de forte sua,quia nõ sibi deficit ius, sed probatio.l.duo sunt ff.de testa.tutel.

Art. CCXXXVI.

236 Sed † an via ordinaria intentata possit rediri ad extraordinariã superuenientibus nouis indiciis,satis ꝓbatũ fuit supra quod sic,tñ forte prius requireretur super hoc declaratio iudicis,per ordinationem Ludouici Regis.xij.arti.cviij.

Art. CCXXXVII.

237 Contra † testem contra quem nihil opposuit reus in iudicio summario,potest opponi exceptio in plenario Fely.in c.præsentium de testib.

Arti. CCXXXVIII.

238 Ordinatio † Ludouici Regis xij. arti.cxix. quantũ laxationibus carceratorũ,satis bene prouidet si materia sit disposita, do.glo.consue.Bur. post Nico.Boe.fo.lxj.vbi dicit quod talis relaxatio est in arbitrio iudicis, & quod ibi requiritur sententia prouisionalis, & quod si iudex relaxaret aliquem vbi materia non esset ad hoc disposita,quod teneretur,& posset syndicari.

Art. CCXXXIX.

239 Sufficit † sola iuratoria cautio cũ obligatione bonorum,si reus sit idoneus.do.gl.consue.Bituri.in tit.de consue.retract.post Alex.

Art. CCXL.

240 Nota † quæ dicit Ioã.fab.in.§.pœnales insti. de perpe.& tẽpo.actio. qđ actiones ex delicto descendentes(ẽt lite non contestata)de æquitate canonica (quam vidit parlamentũ Parisijs obseruare)inquantum in bonis defuncti,bene transeunt.

Art. CCXLI.

241 Fit † remissio ad locũ delicti duabus de causis vt cæteri timeant,& vt consolentur parentes læsorum.in aucten.vt nulli iudi.& C. vbi de crimi. agi.opor.

Art. CCXLII.

242 Si † constaret captos sine causa & iniuste, nunquam essent remittendi, immo per secularem qui clericos cepit,consueuerunt elargiri ne vexarentur,& ita dictim seruatur in regno Auffr. allegat plura arresta in tract.arrestorum & Guiliel.Bene.in verbo, & vxorem in d.c.Raynutius. vide gloss.in clemen. pastoralis in verbo de more. in fin. de re iudic.facit.§. Illud palam. in aucten. vt cleri.apud propri. episcopos: ideo consuetum est fieri antequam fiat remissio quod iudici requisito transmittantur informationes.do.gloss.consuetu. Bur.fol.ccclxxxviij. Guid. Pa.quæstio.ccij. quia si statim ligatus mitteretur non visis informationibus posset informari iniuste,vt dicit Cępol.consi.lviij.Paulus faber.

Art. CCXLIII.

243 Vide † de illo qui non debuit remitti cum tubis resonantibus, & de quodam qui fuit priuatus officio, quia remiserat clericum cum cathena in collo.Paris de Put.fo.ccxxiij.remissio.

Art. CCXLIIII.

244 De † maiori tribunali ad minus vbi est præuentio non fit remissio in delictis, & ita decisum fuit do.glo.consue.Bur.fo.ccclxxxix.

Art. CCXLV.

245 Remissio † de consuetudine semper fit inter subditos eidem principi, & ita obseruatur de facto inter subditos totius regni. Auffre. q. capel. cccxx.do.glo. consue. Bur.ccclxxxviij. Cępol. d.consi.lviij. quia non est scissum imperium gallorum. Exempli gratia. De socijs Arnaudi prædatoribus officinarum qui Vienna Lugdunum remissi sunt.

Art. CCXLVI.

246 Iudex † domicilij requisitus tenetur remittere l.j.C.vbi de cri.agi opor.secundum vnum intellectum quem approbat Bart. licet c.fi.de foro compe.sit contra.

Art. CCXLVII.

247 An † bannitus vbiq; possit puniri,vide Spe. in titu. de compe.iudi.§.j.versi. sed pone quidam Lucanus,& Cæpo.in d.consi.lviij.

Art. CCXLVIII.

248 In † vagabundo nunquam fit remissio ad locum delicti,ita intelligitur gl.in l.j.C.vbi de cri. agi oportet cum dicit. Vbi te inuenero, ibi te iudicabo, per quam gloss.dicit Barto.in l.hæres.§.

Proinde

Proinde ff. de iudi. ꝙ multi ribaldi suspensi sunt, & suspenduntur quotidie in ciuitatibus, & castris propter illam gloss. cum alicubi forum non habeant.

Art. CCXLIX.

249 Hodie † domini temporales de consuetudine habent cognoscere de propria iniuria, verum est quia alteri cõmittunt, alias de per se non possent, vide And. de Iser. in ti. de prohi. feu. alie. per Fride. in. §. præterea si inter duos.

Art. CCL.

250 Sic finis: † quia cætera non possunt dari propter casuum multiplicitatem. l. neq; leges. ff. de legi. Si autem aliquaminus sufficienter dixerim, redarguar. vt dicit Barto. in l. non solum. §. morte. ff. de ope. no. nuncia. tamen minus bene dicta prosunt, nam incitant alios ad pleniorem inuestigationem, vt dicit idem Barto. in tracta. test. in princ. si autem bene, laudetur dominus non enim ministrant omnes æqualiter de consecra. dist. 4. c. non tantum.

Antonius Columbanus Iuriuın Doctor.

F I N I S.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff.

Omnes sunt quaterniones.

V E N E T I I S
Apud Cominum de Tridino Montisferrati.
M D LXIII.